Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

~~232 D 1~~
KW 40 E 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

DANIELIS HEINSII
EXERCITATIONES
SACRÆ
AD NOVVM
TESTAMENTVM.

404

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

DANIELIS HEINSII

SACRARUM EXERCITATIONUM AD NOVUM TESTAMENTUM LIBRI XX.

In quibus Contextus Sacer illuſtratur, S S. Patrum aliorumque ſententiæ examinantur, Interpretationes denique antiquæ aliæque ad eum expenduntur.

QVIBVS

ARISTARCHVS SACER,

emendatior nec paulo auctior, Indiceſque aliquot vberrimi accedunt.



LVGDVNI BATAVORVM,

Ex Officinâ Elſeviriorum.

clↄ Iↄc xxxix.

KONINKL. BIBLIOTHEEK TE 'S HAGE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ILLVSTRISSIMIS AC
POTENTISSIMIS

HOLLANDIÆ WEST-FRISIÆQVE ORDINIBVS.

Illuſtriſſimi Potentiſſimi Domini,

DVo ſunt quæ famam populis conciliant ac ſupra cæteros attollunt: Belli res ac Pacis. Ad quas, cum feliciter geruntur, ſi ab eruditione commendatio accedat; ipſa immortalitas accedit. quam conferre poſſunt, qui ingenio ac eruditione ſupra cæteros, æternitatis ſibi inſtrumenta compararunt. De antiquo Batauorum populo quid ſenſerint Romani qui ignorat, vt vbique, ita in eorum ſcriptis peregrinus eſt. Quis vero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ab hoc oriundus, cui ſanguis vere maſculus ac tantæ capax indolis relictus eſt, majores ſuos, viros maximos, non fratres modo ſocioſque gentis Martiæ ac orbis Dominæ, ab ea dictos, verum &, cum cæteri tributis ac oneribus attererentur, ſolos hos in vſum belli, tanquam arma atque tela, (ita enim loquitur de iis Tacitus) ſepoſitos fuiſſe, ſine motu animi attentus legit? A qua tanta tamque inſolita virtute, nondum Vos degeneraſſe, tot annorum incredibilis ſucceſſus probat. qui non melius quam totidem victoriis in Faſtis diſtinguuntur. Quid enim ſæculum jam prope totum, præter hæc quæ terra pariter ac mari feliciſsime à Vobis geſta ſunt, cum admiratione orbis loquitur ac ſtupet? ex quo Illuſtriſsima Naſſouiorum ſtirps præſertim, quæ tot belli fulmina hac tempeſtate, tot tormenta Martia ac ſummos duces Vobis dedit, potentiſsimo Vobiſcum hoſti ſe opponit. Nam in mari, laudis Veſtræ ac virtutis campo, vbi prima libertatis jacta fundamenta ſunt, non tam

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

cum hoſte quam cum Sole nunc contenditis. Quem orientem pariter & occidentem acceſsiſtis. cujus terminos, vix populo Romano notos, claſsibus, commerciis, ac bello, jam tenetis: non tot gentium ac populorum modo quos Natura ſibi ſeruat vel ſeponit, ſed propemodum ipſius, vbi incipit ac ceſſat, admiratio ac pauor. Etiam hoc nomine felices, quod tam opulentum ac potentem, nec imbellem, nacti hoſtem eſtis, vt ab eo opibus potentiæque Veſtræ ſemper aliquid accedat. fama certe vel inprimis ac illuſtre nomen. Cujus militem, non Calpe ſua, Hercule ſuperba, non extremæ Gades, non adjudicati olim fabulis ac extra fidem prope poſiti à Græcia Indorum fines, non terrarum denique vltima ac marium texerunt, quominus virtutis Veſtræ ſpolium ac præda mari pariter ac terra, extra ipſum prope Solem, eſſet. Rebus vero bellicis ac militari diſciplinæ liberales vt accederent, ſub ipſum belli fere initium, Lugduni Batauorum, in hac vrbe, quæ obſeſſa, non ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

hoſte magis quam à fame, ne ſic quidem, Deo famulante ac præeunte aqua, expugnari potuit aut voluit, illuſtrem Academiam fundaſtis. in qua tot eximii tot ſummi hactenus vixerunt viri: ad quam, cum ſucceſſu maximo, ex vniuerſo ſtatim orbe, tanquam ad poſſeſsionem ſapientiæ, juuentus vndique conuênit; è Germania, Britannia, ac Gallia, præſertim. E qua tot præclara tot victura prodierunt ſcripta, vt Æternitatis dici officina poſsit, & quemadmodum vbique belli, ita immortalitatis Veſtræ hic trophæum jam erectum videatur. Cujus vt ad omne æuum fama peruentura eſt, ita ſummus ad Rempublicam jam vſus ac vtilitas peruênit. Quippe vt ſingulas hic prætermittam vrbes, quæ eximios in Sacra hac ſcientiarum Arce educatos liberaliter & Magiſtratus pariter & ciues habent, quid hic de Hagana, ſapientiæ ciuilis ac juſtitiæ ſuprema ſede, dicam? In qua tot Prouinciarum Fœderatus Ordo, in qua, præter Veſtrum, tot conuentus illuſtriſsimi, in veſtro autem ipſe

Eque-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Equeſter Ordo, cum tot delegatis vrbium, qui tot tantoſque Curatores Academiæ dederunt, ſtato tempore conueniunt, ac Majeſtatem, quam vbique orbis celebrat vbique hoſtis reformidat, cum horrore quodam aduenarum repræſentant. Ne jam Ordinem Iuſtitiæ ſupremum, ad quem prouocatur, ne præclaros Curiæ Hollandiæ hic proceres nunc dicam. quorum prope ſinguli vt membra Academiæ fuerunt, ita Patres de ſe matri ſuæ ac nutrici reddiderunt. Benignitatem quippe ſummi atque æterni Dei, qui præcipuum hic Operis in quo verſamur argumentum ac ſupremus finis eſt, quis vel admirari ſatis, vel, vt par eſt, prædicare poteſt, qui tam manifeſte hic ſedem Majeſtatis ſuæ poſuit ac fixit? Ita quidem, vt in Rhenum Veſtrum, non jam Romanorum modo Tiberis & nobiliſsimi Græcorum amnes, ſed Iordanes pridem, & Orontes, & Euphrates nobiliſsimus, decurrere cum linguis ſuis ac miſceri videantur: vniuerſi vero Orbis opes, aut compendium earum,

etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

etiam Americæ theſauros ac miracula, ad Amſtelam, in quem Pactolus nunc cum opulento Tago defluit, haud dubie poſſideatis. Illud vero quis non admiretur, quod cum arma jam vbique Veſtra hoſtis tremat, ciues in profunda pace viuant: neque quicquam præter famam belli ac rumores quiſque in vrbe ſua, belli expers ipſe, tractet vel ex aliis intelligat? Vbi alii ſecure imperant ac parent: alii negotiis aut lucro vacant: alii artes optimas ac diſciplinas colunt. quemadmodum enim bellum haud ſecus quam in pace geritis, ita belli prudentiſsime extra fines Veſtros damna relegaſtis & incommoda. Tympana ac tubæ, non hoſtiles modo ſed & Veſtræ, in hoſtili, non in Veſtro, audiuntur. in quo ad diluculum aut galli cantum excitatur quiſque: quiſque ſibi arat, occat, ſerit, metit: ſibi quiſque ac liberis, non hoſti, vota ſua ac ſpem anni colit: quiſque domi ſuæ quanti ſit libertas ſentit æſtimatque; providentia concordiaque Veſtra, in qua, quamdiu ejus compotes futuri eſtis, tota ſalus,

fir-

firmius quam armis alii aut mœnibus muniti. quod qui non agnoſcit, aut ingratus aut felicitate hac indignus viuit. Iam quid Regum tot ac Rerumpublicarum fœdera commemorem, qui arma Veſtra promouent ac vires firmant? Inter quos cum Gallis ac Britannis Venetiſque, terror olim orbis vniuerſi, Aquilonis irritati formidabilis tempeſtas ac procellæ, Sueci, Gothi, Vandalique; tanquam nube rupta cœlo iterum delapſi. qui, amiſſo Rege tanto, necem ejus indigniſsimam vt vindicent, terrorem quaqua veniunt circumferunt, raptumque, haud ſecus ac præſentem atque adhuc ſuperſtitem, hæreditaria virtute repræſentant. Inter prima tamen vel præcipuum vel primum eſt, quod de ſalute omnium ſolliciti, Diuina monumenta illa quibus voluntatem ſuam generi humano conſignatam, teſtatoris tandem ſanguine ſubſcriptam, Deus Optimus ac Maximus reliquit, cum origine ac fonte conferenda eruditis nuper commiſiſtis. In quo, vt in cæteris, præclaram Academia hæc operam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ram nauauit: quæ, nec paucos & præclaros muneri tam neceſſario adhibuit atque ex ſe dedit. Ad quod è conſilio quorundam, quos qui tanto operi adhiberentur dignos judicaſtis cenſuiſtis, cum & ipſe inuitatus eſſem; idem mihi curæ eſſe in labore ſimili, tum dixi. Quem vt tam Illuſtri atque Excelſo Ordini, humanitate tanta hactenus tot beneficiis obſtrictus, conſecrarem ac inſcriberem, autores nobis viri maximi fuerunt. Quod ſi Vobis non diſplicuiſſe intelligam, aduerſus ſæculi venena ac contagia, Pallorem ac Liuorem, ſub autoritate tanta, tutum me putabo. Veſtrum enim erit, ideoque tutum, quod & Vobis & à Veſtro conſecratur. haud aliter quam quæ in templis dedicantur, malignitatem priuatorum ac *judicia* excludunt. Sed & ipſe rebus Veſtris deſcribendis deſtinatus, ſtylum pariter & animum attollam. quem, cum opere ipſo, addicit Vobis, dedicat ac conſecrat

Potentiſſimæ Magnif^tiæ^ Veſtræ deuotiſs. cliens

DANIEL HEINSIVS.

PRO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

PROLEGOMENA,

In quibus de conſeruanda SS. contextus Noui Fœderis integritate, de SS. Patrum autoritate, quantumque in eo adducendo aut citando ſibi permiſerint, de inſtituto denique Autoris, aliiſque, agitur.

CVm ingentia ac infinita, quibus hominem in terris Deus immortalis proſecutus eſt, vbique extent beneficia ac dona, majus tamen nullum eſt auguſtiuſque, quam quod voluntatem ei ſuam, verbo proprio expreſſam, cœli conditor ac terræ, reliquit. In quo ita (per Prophetas vel inprimis) loquitur ac mentem ſuam repræſentat, vt non fortius in cœlo tonet: neque plus majuſue vnquam cauſa hominis effecerit in terris, ne tum quidem, cum pulcherrimum ornatum illum, quem ab eo Mundum dicimus, creauit, immenſoſque ignes illos, Majeſtatis ſuæ teſtes, ſupra nos ſuſpendit, quam cum tempus id quo Deus homo futurus eſſet, ne periret qui creatus erat, Deus homo ad nos venturus eſſet, Deus homo inter homines verſaturus eſſet, tanto cum pondere ac ſermonis vi, tot diuini cœleſteſque ejus prædixerunt legati, vt non minus hic humana eloquentia, quam in creatione humana cedant ac vincantur opera. Quorum tantus in dicendo ſplendor cum ſit ac majeſtas, ſæpe quoſdam ex antiquitate admiror, qui ſimplicitatem dictionis, in Antiquo quoque Fœdere, imo & Prophetis, excuſare audent. Inter quos, ne cæteros commemorem, Lactantius: qui, *Inde eſt, quod ſcriptis*, inquit, *cæleſtibus, quia videntur incompta, non facile creditur: quia aut ipſi ſunt diſerti, aut diſerta legere volunt, nec quærunt vera, ſed blanda: imo illis hæc videntur veriſſima quæ auribus blandiuntur.* Idem qui libro De Iuſtitia 5. cap. 2. *Nam hæc inprimis cauſa eſt, cur apud ſapientes & doctos, & principes hujus ſæculi, Scriptura Sancta fide careat: quod Prophetæ communi ac ſimplici ſermone, vt ad populum, ſunt locuti. Contemnuntur itaque ab iis, qui nihil audire vel legere niſi expolitum ac diſertum volunt, nec quicquam inhærere animis eorum poteſt, niſi quod aures blandiori ſono permulcet.* Cum negari nulla ratione poſſit, longe ſupra Græcæ vim facundiæ, vt cæteros omittam, maximum ac diſertiſſimum aſſurgere Eſaiam: quoſdam Regii Prophetæ hymnos, grauitate ac

majeſtate Pindari ſublimiores eſſe. vt non tam de ipſis aut eorum ſcriptis, quam de interpretibus illorum, eos qui ſic judicarunt, judicaſſe certum ſit. Quaſi, ſcilicet, interpretationis, de qua agunt, ac vernaculæ, qua ſua conceperunt illi, linguæ, eadem ſit ratio: neque quicquam inter, vel Homeri vel Platonis ſcripta, vel Demoſthenis, atque aliorum, quos Græcorum diſertiſſimos fuiſſe ab omni æuo conſtat, eorumq; interpretes, interſit. quanquam, ne ſcriptores quidem ipſos, cum diuina hac facundia, inprimis autem figurarum ac tranſlationum, quod nec Græcis datum eſt, ſplendore ac luce conferendos judicem. Noui enim Fœderis quin alia ſit ratio, qui Græcæ ac Hebraicæ peritus linguæ eſt, negabit nemo. In quo tamen idem ille Spiritus, immenſum ac tremendum illud, totieſque jam denunciatum ac prædictum ante, de æterno Dei Filio myſterium, *qui*, vt cum Apoſtolo 1 ad Timoth. ſic loquar, *manifeſtatus in carne, in Spiritu juſtificatus, conſpectus ab Angelis, prædicatus gentibus, in mundo creditus, ſurſum in gloriam receptus eſt*, ita deſcribit ac reuelat, vt ſine vlla linguæ vel ſermonis affectatione ac fuco, voces ſuas (de quo pluribus acturi ſumus) qui vocandi erant Græci, phraſin ac dicendi modum, Oriens agnoſceret, ac jam amaret. In quo ſane alterum, & ſummum quidem, Dei beneficium agnoſcimus: quod, cum tot præclara Romanorum Græcorumque monumenta, vel omnino interierint, vel ita, vt pauciſſima, nonnunquam & exigua, pro iis nunc fragmenta habeantur, ad ætatem hanc peruenerint, diuinum illud ac cœleſte, non tam ſapientiæ ac eruditionis, quam ſalutis noſtræ, inſtrumentum, tot hæreticis quot omne æuum tulit, tot tyrannis, qui eculeis, qui crucibus flammiſque, ac omni tormentorum genere, in veritatis hujus ac doctrinæ profeſſores toties graſſati ſunt, inuitis, integrum ac ſaluum, adde (quod vel ex antiquitate ipſa ac Sanctorum Patrum teſtimoniis apparet) incorruptum adeo relictum nobis vel ſeruatum ſit. De Antiqui enim Fœderis autoribus ac ſcriptis minus mirum eſt. in quibus admiranda ac ſtupenda prorſus Criticorum, quos & Maſorethas vulgo dicunt, cura ac induſtria illuxit: quos (ne de ſolis *Magni Conſiſtorii*, ſeu, *Synagogæ*, viris, à quibus hujus ſiue ſtudii ſiue artis deducitur origo, agam) ſingulis ætatibus fuiſſe plures, imo, למאות ולאלפים דור אחר דור, *centenos quaſi millenoſque, ſingulis ætatibus*, Magiſtri docent. qui, ne quid corrumperetur aut immutaretur alibi, non voces modo ſingulis in libris, ſed & literas, enumerarunt. De quo in Homero ſuo Græculi ſi cogitaſſent, non tot hodie, vel aliena vel inſerta (inter quæ & illa forte quæ Poëtæ verbis repetuntur) vel corrupta, legerentur: non tot verſus, qui nunc in Plutarcho aliiſque autoribus reperiuntur (quos & olim diligenter annotaui) in editione noſtra prætermiſſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

miſſi eſſent. Sed & aliquid ad manum habuiſſet Ariſtoteles, quo accuratam illam nobilemque editionem ſuam, quam & Magno (vt nonnulli volunt) Alexandro cum de expugnando cogitaret orbe, viæ comitem ac vitæ militaris cynoſyram dederat, labore ingenti emendatam à ſe atque reſtitutam, fide eâdem à corruptione conſeruaret. Quem autorem, poſt tot notas, tranſpoſitiones, ac cenſuras, ſuo adhuc tempore, fuiſſe talem autor antiquiſſimus teſtatur, vt interrogatus quidam, quænam emendata maxime ac præferenda cæteris editio Poëtæ eſſet, eam eſſe haud falſo diceret, quæ minime emendata eſſet. Porro, quanquam accurata ea ac ſtupenda, quam in conſeruando à corruptione ac vindicando Priſci Fœderis contextu, adhibitam fuiſſe diximus, in Nouo hactenus adhibita non fuerit, quantum tamen ad repræſentandum legitimum verumque contextum, maximorum hac ætate, qua renatæ ſunt literæ ac linguæ, hominum contulerit induſtria, vel dici vel intelligi vix poteſt. Neque enim digni ſerio nobis viſi vnquam ſunt reſponſo, qui aut variaſſe olim in quibuſdam libros, aut ex iis minus emendatos codices cum cura reſtitutos negant. Siue enim de Antiquo Fœdere agitur, neceſſe, vt, quo Criticorum, de quibus ante jam egimus, כתיב & קרי, quibus lectionum notabant differentiam, ſpectaret, cogitent aut doceant. Seu de Nouo, vt Doctores omnes Veteres (ne de vulgaribus jam dicam) Chryſoſtomum inprimis, Hieronymum rejiciant ac Auguſtinum. Qui ad ipſum B. Hieronymum cum ſcribit, *Ego enim charitati*, inquit, *tuæ fateor: Solis eis Scripturarum libris, qui Canonici jam appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre, vt nullum eorum autorum ſcribendo aliquid erraſſe firmiſſime credam. Ac ſi aliquid in eis offendero libris quod videtur contrarium veritati, nihil aliud quam vel mendoſum eſſe codicem, vel interpretem non aſſecutum eſſe quod dictum eſt, vel me minime intellexiſſe, non ambigam.* qui Latinos etiam vbique confert codices, ac lectiones ſedulo expendit. Ne jam de Chryſoſtomo, apud quem illud, τινὲς ὅτω τῦτο τὸ χωρίον ἀναγινώσκυσι, *locum hunc nonnulli ita legunt*, ac ſimilia, vbique occurrunt, aut de ejuſdem diſcipulo Peluſiota, doctiſſimo ſummoque viro, dicam. qui vbique, vt & præceptor, ἀναγνώσεις, ſiue, lectiones alias atq; alias, & (vt vulgo etiam nunc loquimur) τῆς γραφῆς (ad quam & prouocare ſolet) τὴν διαφορὰν, hoc eſt, *varietatem ſcriptionis*, ſedulo adducit. Ita hodie, exempli cauſa, cum, & recte quidem, capite primo, verſu ad Romanos vltimo, ὐ μόνον αὐτὰ ποιῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκῦσι τοῖς πράσσυσι, legatur; in aliis codicibus, ὐ μόνον οἱ ποιῦντες αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκῦντες, fuiſſe ſcriptum, idem notat. vbi & illud, ὕτω τὸ παλαιὸν ἔφασαν εἶχεν ἀντίγραφον· ἵνα μεῖζον ᾖ τὸ ποιεῖν τῦ συνευδοκεῖν, *ſic antiquus dicebant habet codex: vt* τὸ ποιεῖν, *quam* τὸ συνευδοκεῖν, *majus eſſe intelligatur.* libro Epiſtolarum 4, Epiſt. 60. Idem

qui vbique, in rebus, etiam nonnunquam minimis, οὕτω γὰρ εὗρον καὶ ἐν παλαιοῖς ἀντιγράφοις, *ita quippe & in antiquis inueni codicibus*, ſimiliaque, addit. Idem, qui Epiſtola ad Vranium Diaconum lib. 4. 113. de eo Apoſtoli loco, Διαθήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία, ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει ὅτε ζῇ ὁ διαθέμενος, ſubtiliter agit. Qui eodem libro, præcedenti ad Orionem Epiſtola, (præterquam quod de quibuſdam, quos non recte ſcriptos arbitratur, locis, inter cæteros de illo, κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, agit, pro quo, ἀντέχεσθαι, ſcribendum exiſtimat) etiam in genere illud, ὅτι πολλάκις ἓν στοιχεῖον, ἢ μετατεθὲν, ἢ παραλειφθὲν, ἢ προστεθὲν, τὸν νοῦν τῶν λεγομένων συνταράττει, *Vnam ſæpe literam, tranſpoſitam, vel additam, vel prætermiſſam, eorum quæ dicuntur, perturbare mentem*, pronunciat. ne de cæteris nunc pene omnibus, inter quos & Athanaſius cum aliis, agamus. Apud quem, ne alia nunc notem, tertio De Trinitate Dialogo, locus ille 8. ad Rom. v. 11. ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ πνεύματος ἐν ὑμῖν, cum adducitur, alter, οὕτως οὐ γέγραπται, ἀλλὰ τὸ ἐνοικοῦν, *Ita non ſcribitur, ſed* τὸ ἐνοικοῦν, reſpondet. cui, contrarium, & quidem ex antiquis cunctiſque exemplaribus, probari poſſe, reſpondetur. quod & nos ſequimur hoc tempore. ne de integris dicamus locis: qui cum in nonnullis non extarent, in nonnullis contra, vt teſtantur S S. Patres, legebantur exemplaribus. Exemplo nunc ſit Marci ille, qui ſic vulgo legitur: ὕστερον δὲ, ἀνακειμένοις αὐτοῖς τοῖς ἕνδεκα ἐφανερώθη, καὶ ὠνείδισε τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν καὶ σκληροκαρδίαν· ὅτι τοῖς θεασαμένοις αὐτὸν ἐγηγερμένον οὐκ ἐπίστευσαν. Ad quem locum B. Hieronymus ſecundo aduerſus Pelagianos libro, *In quibuſdam*, inquit, *exemplaribus, & maxime in Græcis codicibus, juxta Marcum in fine ejus Euangelii ſcribitur, Poſtea, cum accubuiſſent vndecim, apparuit eis Ieſus, & exprobrauit incredulitatem & duritiem cordis eorum, quia his qui viderant reſurgentem eum non crediderunt. Et illi ſatisfaciebant, dicentes, Sæculum iſtud iniquitatis & incredulitatis ſubſtantia eſt: quæ non ſinit per immundos ſpiritus veram Dei apprehendi virtutem. idcirco jam nunc reuela juſtitiam tuam.* Vbi enim iſta, *Et illi ſatisfaciebant*, cum iis quæ ſequuntur? quæ nec iis quæ præcedunt ſatis conueniunt, neq; dignam S. Spiritu præ ſe ferunt majeſtatem. Sed & in paucis tantum ac ſuſpectis extitiſſe exemplaribus, ſummoque cum judicio nunc prætermitti, tempeſtate noſtra eruditi exiſtimarunt. cum præſertim plurimos ejuſmodi & Epiphanius & cæteri adducant locos, quos in propriis hæreticorum libris, additos ab iis aut ſublatos, multis probant. De quibus non dicemus non agemus, qui licentiam hanc deteſtamur: cum de ſola, quibus olim vſos conſtat orthodoxos, codicum varietate agamus: quam non vno loco diligenter ipſi annotarunt orthodoxi. Quid quod ne poſtremum quidem Marci caput, in quibuſdam extitiſſe olim codicibus, inter cæteros, nec vno loco, & ad Hedibiam,

(quod

(quod & ex eo eruditi hujus temporis notarunt Theologi) B.Hieronymus teſtatur? Vbi inter cætera, *Aut enim non recipimus Marci teſtimonium, quod in variis fertur Euangeliis, omnibus Græcis libris pene, in fine hoc caput non habentibus: præſertim cum diuerſa & contraria Euangeliſtis narrare videatur.* Quod judicium vt cum illis non admittimus, ita vt vel diſpungendi vel non admittendi iſta aliaque, vel licentia ſic inuehatur vel audacia, nunquam nobis placuit, nunquam placebit. Vt nunc de notiſſimis ne dicam. qualis eſt in Iohanne adulteræ hiſtoria: quam ex antiquiſſimis & Patres quidam pariter & codices ignorant. Inter cæteros, & Syrus, vt & Nonnus: quorum vterque verba illa, quæ nunc ſub finem ſeptimi leguntur capitis, Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἶ; ἐρεύνησον καὶ ἴδε &c. prætermiſſo & ſequenti verſu (Καὶ ἐπορεύθη ἕκαστος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ) cum illis capite octauo, Πάλιν οὖν ὁ Ἰησοῦς αὐτοῖς ἐλάλησε, λέγων, Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου. &c. connectit. Quem eundem Syrum qui cum cura legit atque expendit, variaſſe & olim codices, nec ſingulos eodem modo legiſſe locos, quis negabit? Satis ſit, ejuſmodi varietates eas eſſe, vt vel quæ neceſſario credenda ſunt, non euertant, vel, quæ non credenda ſunt, non doceant: quæ deniq; cum ſcandalo non adducuntur aut periculo. Quod ne fiat, autor ipſe S.Spiritus, qui in doctrina nuſquam variat, præiuit: à qua, ne ipſis quidem Angelis diuerſa nunciantibus, vt recte ex Apoſtolo Chryſoſtomus, credendum. Quo magis ſane ac diligentius videndum, vt in iis quoque locis, qui corrupti vel videntur, vel de quorum integritate dubitari poteſt, hic ſeruetur modus. Primo, ne quid temere in contextu immutetur, aut, vt recipiatur temere, emendetur. quod ſi fiat, atque in eo quiſque ſibi placeat, vix fieri jam poteſt, quin paulatim Dei Verbum, non jam vltra Dei Verbum ſit, ſed illorum fiat qui hoc temere permittunt ſibi. Cum plerunque exemplo ac ſucceſſu peccent ſinguli: (nunquam quippe intemperantia conſiſtit vbi cœpit) ac vix poſſit fieri, quin alios licentia inuitet. Quod ſi in Decretis Principum aut Regum, immutare aliquid à Majeſtatis crimine non abit, quid de ſcriptis his, *in quibus Deus ipſe* (vt cum Auguſtino loquar) *piæ voluntatis demonſtrat affectum: in quibus de cælorum cælo Rex Regum, dominus dominantium*, imo ſalus noſtra, loquitur, judicandum eſt? Non quod labi aut errare exiſtimemus eos, qui, quod idem, neque vno ſane loco, magnus Doctor ſuadet, codices diuerſos conferunt, aut, ſicubi id faciendum eſt, ſententiam de lectione alia exponunt. Abſit vero. Quis enim illud, & ejuſdem quidem, vel non legit, vel legiſſe non debuit? qui in eruditis De Doctrina Chriſtiana libris, vbi de Scriptura agit, *Plurimum hic quoque juuat interpretum*, inquit, *numeroſitas; collatis codicibus inſpecta ac diſcuſſa. tantum abſit falſitas.* ne, quæ ſæpius, aduerſus Manichæum

inprimis, ab eodem diſſeruntur, nunc hic adferam. Hac lege, ſedulo vt caueatur, ne vel vni codici, vel pluribus, plus æquo tribuatur, aut, quod jam receptum, facile immutetur: ante omnia, ne quiſquam ex ingenio id ſibi ſumat, & hanc hiſtrioniam exerceat, vt propriam editionem nobis donet. Ne jam dicam, etiam ætate noſtra, optimos atq; antiquiſſimos jam pridem codices collatos: tum, nec facile vnum, licet antiquiſſimum, in tali antiquiſſimorum præſertim, (de quibus tanto ſtudio vbique Patres monent) quos hæretici pro ſuis habuerunt, corruptela, dari poſſe aut reperiri, cui contra cæteros, vt maxime emendato, deferantur omnia: nec cuiuis, vel inprimis erudito, licentiam, ex eo aut aliis, pro jure ac arbitratu quod videtur immutandi in contextu, permittendam. Nam in margine vt notentur ſi quæ variant, nec nouum, &, exemplo veterum, à ſummis hac ætate viris factum: quæ omnium judicio ſic exponuntur, ne vnius temere admittatur. ſed & ſi quis locus alibi occurrat, qui literæ vnius vel alterius mutatione, emendari poteſt, vt id (in quo itidem antiqui, neque ſemel, præiuerunt) proponatur. Iam autem Patribus, qui vere hoc nomine ſunt digni, quid quantumque tribuendum ſit qui neſcit, multum ſane neſcit, neque qui antiquitatis orthodoxæ aſſeclam profiteatur, dignus eſt. In quorum ſcriptis, de præclara eruditione vt nihil dicam, ſumma ac ſtupenda pietas elucet. ne jam, quantum in doctrina Auguſtinus, in contextus ſimplici interpretatione ac pura, ſummus vir Chryſoſtomus excellat, quantum ad ejuſdem intellectum, tum antiquitatis tum linguarum, quibus hic inprimis opus eſt, ſcientia inſtructus conferat Hieronymus: vt tot alios omittam. E quibus tamen vt interpolandum in contextu Sacro aliquid aut temere immutandum arbitremur, abſit ſane. Adde jam, non raro vſitatum illis, vt intenti rebus, ſenſum potius quam verba ſpectent: neque raro prætermittant aliquid aut addant, ſed & voces alias reponant. de memoria ne dicam, cui tribuiſſe pluſculum nonnunquam videntur. Quæ moneri recte exiſtimamus: vt, quemadmodum in aliis nonnullis, *ſi non ad autoritatem, ad antiquitatem*, quod B. Hieronymus jam olim dixit, ſcriptis veterum vtamur. Primo autem quid tam ſibi proprium ac quaſi ſuum eſſe Patres volunt, quam vt παρῳδουμένα, ſiue, alia, quæ idem notant, aut notare exiſtimant, in adducendis locis, verba aut vocabula reponant? Exemplo inter cæteros Nyſſenus ſit: qui erudita ad Euſtathiam Ambroſiam & Baſiliſſam Epiſtola, pro eo quod Apoſtolus, εὐθέως οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι, c.1.v.16. ad Galat. dixit, de ſuo, vt videtur, προσέσχον, repoſuit. Vt & Thaumaturgus: qui, οὐκέτι, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, σαρκὶ καὶ αἵματι προσανέχειν ᾤετο δεῖν. quod & alii, ni fallor, jam notarunt. Iidem, qui & aliquid nonnunquam quod deſiderari cre-

credunt ipſi, adjiciunt atque addunt. Lucæ c. 11. 52. locus ille, οὐαὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς, ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως· αὐτοὶ οὐκ εἰσήλθετε, καὶ τοὺς εἰσερχομένους ἐκωλύσατε, nunc legitur. quem locum, ad primum Pſalmum ſic adduxerat Origenes, vt pro poſtremis illa, καὶ τοὺς εἰσερχομένους οὐκ ἀφίετε εἰσελθεῖν, eâdem quidem mente, verbis autem aliis, reponeret. Sic cum in hiſtoria de Moſis corpore, οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας, ab Apoſtolo Iuda ſcriptum eſſet, pro eo, ac ſi, οὐκ ἤνεγκε λόγον βλασφημίας, inueniſſet, aduerſus Gnoſticos id citat Epiphanius. qui & alium ejuſdem aliter ibidem quam nunc legitur adduxit locum. Notiſſimus cap. 10. ejuſdem Lucæ locus eſt: Ἀποκριθεὶς δὲ εἶπεν αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Μάρθα, Μάρθα, μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά· ἑνὸς δέ ἐστι χρεία. pro quo Aſceticorum, quæ nunc Baſilio aſſcribuntur, autor, ὀλίγων δέ ἐστι χρεία, ἢ ἑνός. qui & cauſam cur ſic ſcriptum ſit, de ſuo addit. Idem, qui & loco alio, id ipſum, ac ſi ita ſcriptum, vt jam dixi, inueniſſet, non aliter interpretatur. vbi, Οὐκ ἐπῄνεσε τὴν Μάρθαν εἰς πολλὴν διακονίαν περισπωμένην ὁ Κύριος, ἀλλὰ μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ φησὶ περὶ πολλά. ὀλίγων δέ ἐστι χρεία, ἢ ἑνός· ὀλίγων μὲν, δηλονότι, τῶν πρὸς παρασκευήν· ἑνὸς δὲ, τοῦ σκοποῦ. ὥστε τὴν χρείαν ἐκπληρωθῆναι. *Non laudat*, inquit, *quod in varia diſtraheretur miniſteria Martham Dominus. Verum, ſollicita es ac ſatagis de multis*, *inquit: cum paucis opus ſit, vel vno. Paucis, quibus ad præparationem: vno, quo ad ſcopum. vt ſic expleantur quibus opus.* Quomodo & à B. Hieronymo citatur: qui De virginitatis ad Euſtochium cuſtodia, *Martha*, inquit, *Martha, ſollicita es & turbaris erga plurima: pauca autem neceſſaria ſunt, aut vnum.* Notiſſimus Apoſtoli ad Coloſſenſes cap. 1. v. 16. locus eſt, Ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι· τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται. Quem locum ita Homilia ad Hexahemeron prima idem Magnus Baſilius adduxit: Ταῦτα γὰρ, ὡς διδάσκει ἡμᾶς ὁ Παῦλος, λέγων, Ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, εἴτε ὁρατὰ εἴτε ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, εἴτε δυνάμεις, εἴτε ἀγγέλων στρατιαὶ, εἴτε ἀρχαγγέλων ἐπιστασίαι. vbi cæteris, δυνάμεις, vt & ἀγγέλων στρατιὰς, & quæ ſequuntur, addit. Credo quod de aliis Apoſtoli tum cogitaret locis. qui capite ad Rom. 8. οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε δυνάμεις, altera item ad Theſſal. cap. 1. v. 7. μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ, dixerat. quemadmodum, quod poſtea dicemus, nihil æque vſitatum iis quam vt alios atque alios conjungant locos. Iidem, qui ex commentariis, vel propria opinione, quæ non exprimuntur, addunt. vt cum M. Eremita, ὅθεν καὶ ὁ ἅγιος Παῦλος, μιμούμενος τὸν Κύριον, ἔλεγε, Νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου ὑπὲρ ὑμῶν τῶν ἐθνῶν, cum in contextu Apoſtoli, Epiſtola ad Coloſſenſes cap. 1. v. 24. Νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου ὑπὲρ ὑμῶν, legatur. Iohannis tertio notiſſimus ille extat locus: Αὐτοὶ ὑμεῖς μοι μαρτυρεῖτε, ὅτι εἶπον, Οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ὅτι ἀπεσταλμένος εἰμὶ ἔμπροσθεν ἐκείνου. Ὁ ἔχων τὴν νύμφην νυμφίος ἐστίν. ὁ δὲ φίλος τοῦ νυμφίου ὁ ἑστηκὼς καὶ ἀκούων αὐτοῦ, χαρᾷ χαίρει διὰ τὴν φωνὴν τοῦ νυμφίου.

Vos ipſi teſtes mihi eſtis, dixiſſe me, Non ſum ego Chriſtus, ſed miſſus ſum ante illum. Qui habet ſponſam, ſponſus eſt: amicus autem ſponſi, qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Quem ita libro De errore profanarum gentium adducit Firmicus: *Inueſtigandum eſt, quid etiam nobis de hac ipſa re tradat Euangelica diſciplina. Inueniemus enim, in Euangelio Iohannis ita eſſe ſignatum: Vos mihi teſtes eſtis, quoniam dixi eis qui miſſi ſunt ab Hieroſolymis ad me, quia non ſum Chriſtus, ſed quoniam miſſus ſum ante ipſum. Qui enim habet ſponſam, ſponſus eſt: amicus autem ſponſi, qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi.* quaſi, τοῖς ἀφ' Ἱεροσολύμων ἀπεσταλμένοις, in Græco legeretur. Quoties autem quæ in medio ſunt, aut præcedunt, prætermittant, quid notare opus, cum vbique exempla occurrant? Ita Baſilius Magnus Homilia De jejunio, Καὶ ὁ Κύριος, Μὴ γίνεσθε σκυθρωποὶ, ἀλλὰ νίψαι τὸ πρόσωπόν σου. cum locus Matthæi ſexto ita legatur, Ὅταν δὲ νηστεύητε, μὴ γίνεσθε, ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ, σκυθρωποί· ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις νηστεύοντες. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. Σὺ δὲ νηστεύων, ἄλειψαί σου τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ πρόσωπόν σου νίψαι. libenter enim quæ dicuntur contrahunt. Priore ad Corinthios cap. 8. v. 5. locus ille legitur, Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ, εἴτε ἐν οὐρανῷ εἴτε ἐπὶ τῆς γῆς· ὥσπερ εἰσὶ Θεοὶ πολλοὶ, καὶ Κύριοι πολλοί· ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ. Quem locum autor Commentarii in Pſalmos, qui B. Hieronymo aſſcribitur, ita adducit: *Sunt quidem multi Dii & Domini multi: nobis tamen vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma.* vbi cum nonnulla addat, inter alia & illud λεγόμενοι (quod ſemel exprimitur, ſemel intelligendum relinquitur) in quo loci vis, prætermiſit. Græcis, etiam Ariſtotelis, interpretibus, cum autoris ſui vel exponunt vel interpretantur, locos, vſitatum eſt, vt quoties non omnia proponunt quæ interpretantur, ἕως τοῦ, cum cura addant. quo, prætermiſſis mediis, quouſque verba vel interpretentur, vel quæ poſtrema ejus, quem interpretantur, loci ſint, oſtendunt. Exempli cauſa, ad Categorias Simplicius, Τῶν λεγομένων, τὰ μὲν κατὰ συμπλοκὴν, inquit, λέγεται, ἕως τοῦ, τρέχει, νικᾷ. cum poſtrema ejus, quem exponit, loci verba, τρέχει, νικᾷ, ſint: quod περὶ τῶν ὄντων deinde agatur. Pro quo καὶ ἑξῆς vulgo Græci, vt nos, *τὸ & cætera*, vſurpamus. quod in Nouo prætermitti Fœdere non ſemel, cum non integri è Vetere adducuntur loci, non ſemel alibi monuimus. Quo ne quis decipiatur, aut de ipſo ex hoc judicet contextu, loco id, nec vno, factum à Patribus notauimus. Vt cum aduerſus Montaniſtas Epiphanius, vbi illum 2 ad Timoth. cap. 3. v. 1. Τοῦτο δὲ γίνωσκε, ὅτι ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποὶ, adducit locum, pro eo, τὸ δὲ πνεῦμα ῥητῶς λέγει, ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποὶ, καὶ τὰ ἑξῆς, dixit. Idem qui in illo quem deinde ex Epiſtola ad Timotheum 1. cap. 4. v. 1.

addu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

adducit, ſine nota vlla pleraque omittit. Locus eſt: τὸ δὲ πνεῦμα ῥητῶς λέγει, ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις καὶ διδασκαλίαις δαιμόνων, ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν, κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν μετὰ εὐχαριστίας τοῖς πιστοῖς καὶ ἐπεγνωκόσι τὴν ἀλήθειαν. Pro quo ille, ὅτι ἀποστήσονταί τινες τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας, προσέχοντες πλάνοις, καὶ διδασκαλίαις δαιμόνων, κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν ἡμῖν τοῖς μετ' εὐχαριστίας. Et poſtrema quidem nullo ſenſu, niſi aut tollatur aut addatur aliquid. Quid enim τοῖς μετ' εὐχαριστίας? Neque hæc adducimus, vt ſemel iterumque à quibuſdam id factum oſtendamus: nam vt quædam prætermittant, paſſim vſitatum illis. ne jam dicam, quomodo aduerſus eos, qui non admittebant, nec canonicum, ſed ἀδιάθετον, vt idem loquitur, S. Iohannis dicebant Euangelium, ejuſdem initium contraxerit. Exemplo autem, ne quis dubitet, quam libere, de quo jam ante egimus, quæ viſum eſt omittant, Baſilius, Seleucienſis Epiſcopus ſit: qui ex Apoſtolo, Εὐοδίαν παρακαλῶ, καὶ Συντύχην παρακαλῶ, καὶ σὺ, γνήσιε σύζυγε, συλλαμβάνου αὐταῖς, αἵ τινες ἐν τῷ εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι μετὰ καὶ Κλήμεντος, καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου. cum integer locus ſit, Εὐοδίαν παρακαλῶ, καὶ Συντύχην παρακαλῶ τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν Κυρίῳ. Καὶ ἐρωτῶ καί σε, σύζυγε γνήσιε, συλλαμβάνου αὐταῖς, αἵ τινες ἐν τῷ εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι, μετὰ καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. Ita Homilia ejuſdem, *Pater mi, ſi poteſt fieri, tranſeat à me calix iſte*, legitur, Καὶ ἀνέστη τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ὤφθη Ἰακώβῳ, εἶτα πεντακισχιλίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ· ἐξ ὧν οἱ πλείονες μένουσιν ἕως ἄρτι, τινὲς δὲ καὶ ἐκοιμήθησαν. Cum locus ita habeat: Καὶ ὅτι ἐτάφη, καὶ ὅτι ἐγήγερται τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, κατὰ τὰς γραφάς. Καὶ ὅτι ὤφθη Κηφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα. Ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ· ἐξ ὧν οἱ πλείους μένουσιν ἕως ἄρτι, τινὲς δὲ καὶ ἐκοιμήθησαν. Ἔπειτα ὤφθη Ἰακώβῳ· εἶτα τοῖς Ἀποστόλοις πᾶσιν. In quo iterum, quantum in citandis Sacræ Scripturæ locis, permittant ſibi, omnes vident: cum, præterquam quod mutata prope ſingula, non pauca & prætermiſſa videamus. quo in loco certe, quicquid de aliis, qui adducuntur aliter, notamus, ſeorſim obſeruari poteſt. Cauſam autem ſi quis quærat, quare aliter nonnunquam quam in contextu nunc habentur, Sacræ Scripturæ magni iſti viri adducant locos, eam vt ſemel hoc dicamus, inueniet, quod ἐκ προχείρου, vt loquuntur eleganter veteres, hoc eſt, memoria dictante, & ex tempore, inconſulto eos codice adducerent. alias enim, vt jam dixi, non inuſitatum iis, vt defectus notam exprimant, atque ita aliquid deſiderari innuant. vt cum idem contra Anomæos Epiphanius, vbi illum Eſaiæ, qui nunc cap. 14. v. 13. & deinceps legitur, adducit locum, tandem ſic concludit, Νυνὶ δὲ εἰς Ἅιδου καταβήσῃ, εἰς τὰ θεμέλια τῆς γῆς, καὶ ἑξῆς. Quid quod eum quem adducunt ita contrahunt nonnunquam, vt diſtinctionem tollant omnem aut confundant? Ad Epheſios cap. 3. v. 16. ac deinde, ille legitur: ἵνα δῴη ὑμῖν κατὰ τὸν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ, δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Quod interpres vetus: *Vt det vobis, ſecundum diuitias gloriæ ſuæ, virtute corroborari per ſpiritum ejus in interiorem hominem: Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris.* Quem locum libro ad Monimum 3. ita adducit Fulgentius: *Interim, quod interius in ſuis fidelibus inhabitet Chriſtus, Paulo prædicante, cognouimus: qui ait, In interiore homine habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris.* Epiſtola ad Hebr. c. 3. v. 1. locus ille legitur, Ὅθεν, ἀδελφοὶ ἅγιοι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατανοήσατε τὸν Ἀπόστολον καὶ Ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Χριστὸν Ἰησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, ὡς καὶ Μωσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. quem aduerſus Arium & Ariomanitas, his verbis, δέξασθε τὸν ἀρχιερέα ὑμῶν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, mira breuitate ac contrahendi ratione, Epiphanius adduxit. Nemo nobiliſſimum illum, qui eâdem Epiſt. c. 5. v. 1. ac deinceps legitur, ignorat locum: *Omnis namque pontifex ex hominibus aſſumptus*, &c. quem aduerſus eoſdem idem ſic adducit: Ὅτι πᾶς ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται, εἰς τὸ προσφέρειν δῶρά τε καὶ θυσίας, δυνάμενος μετριοπαθεῖν· ἀνάγκην γὰρ ἔχει καὶ περὶ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν. cum quo, vt nunc legitur, idem conferatur locus: quæ prætermiſſa ſint aut adducantur aliter, quiuis videbit. Interdum, quod inprimis admiratione dignum, ea, quorum cauſa locus ipſe adducitur, ſecure quaſi, prætermittunt verba. Exemplo idem ſit Epiphanius: qui aduerſus Caianos, vt, quam grauiter delinquant, qui Cainum colunt, Abelo inuident aut male volunt, ibi probet, illuſtrem Matthæi illum, qui 23. cap. v. 35. legitur, ſic adducit locum: Ὅτι ζητηθήσεται ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης πᾶν αἷμα δίκαιον, ἐκκεχυμένον ἕως Ζαχαρίου τοῦ προφήτου, ὃν ἀπεκτείνατε μέσον τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ τὰ ἑξῆς. Vbi, quid (vt alia omittam) cauſæ aliquis fuiſſe dicat, cur ea verba, ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ Ἄβελ τοῦ δικαίου, quod probandum ibi erat, imo, de quo agebatur, prætermitteret? Euangeliſtæ enim locus is eſt: ὅπως ἔλθῃ ἐφ' ὑμᾶς πᾶν αἷμα δίκαιον, ἐκχυνόμενον ἐπὶ τῆς γῆς, ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἄβελ τοῦ δικαίου, ἕως τοῦ αἵματος Ζαχαρίου, υἱοῦ Βαραχίου, ὃν ἐφονεύσατε μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου. vt ne dicam, iſta, ὅτι ζητηθήσεται ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης, non Matthæi, ſed Lucæ, eſſe. qui, ναὶ λέγω ὑμῖν, ἐκζητηθήσεται ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης. Ne jam dicam, quod, cum Ζαχαρίου, υἱοῦ Βαραχίου dixerit Euangeliſta, qui citauit locum, τοῦ προφήτου dixit. quaſi de Propheta, cujus nunc habemus ſcripta, inter omnes agi hic conueniat. quod ſi Euangeliſta expreſſit, quid jam opus, vt de Ioiadæ filio, etiam ab eruditis, diſputetur? Quanquam nihil æque ſcriptori huic vſitatum, quam vt verba, etiam liberrime, immutet. De quo ſi quis dubitet, inprimis à lectore antiquitatis hujus ſtudioſo petimus, vt parabolæ quæ Matthæi 13. v. 37. & deinceps de zizania legitur, interpretationem, eamque quam aduerſus Manichæos alibi adducit Epiphanius, cum cura componat conferatque. dediſſe eum dicas operam, vt verba

immu-

immutaret, ac ſimilia aut proxima reponeret. Cujuſmodi ſi ſingula vel ex ſolo hoc adducerem autore, in quo miram vbique licentiam notaui, quis futurus finis eſſet. Quid quod ordinem inuertunt? Exemplo ſit ille qui ad Philippenſes cap. 1. v. 15. & deinceps ita legitur locus: Τινὲς μὲν καὶ διὰ φθόνον καὶ ἔριν· τινὲς δὲ καὶ δι' εὐδοκίαν τὸν Χριστὸν κηρύσσουσιν. Οἱ μὲν ἐξ ἐριθείας τὸν Χριστὸν καταγγέλλουσιν οὐχ ἁγνῶς, οἰόμενοι θλῖψιν ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου. Οἱ δὲ ἐξ ἀγάπης, εἰδότες ὅτι εἰς ἀπολογίαν τοῦ εὐαγγελίου κεῖμαι. Τί γάρ; πλὴν παντὶ τρόπῳ, εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ, Χριστὸς καταγγέλλεται· καὶ ἐν τούτῳ χαίρω, ἀλλὰ καὶ χαρήσομαι. Quem inuerſo prorſus ordine Aſceticorum ſic adducit autor: Τινὲς μὲν καὶ διὰ φθόνον καὶ ἔριν, τινὲς δὲ καὶ δι' εὐδοκίαν τὸν Χριστὸν κηρύσσουσιν. Οἱ μὲν ἐξ ἀγάπης, εἰδότες ὅτι εἰς ἀπολογίαν τοῦ εὐαγγελίου κεῖμαι· οἱ δὲ ἐξ ἐριθείας Χριστὸν καταγγέλλουσιν, οὐχ ἁγνῶς· οἰόμενοι θλῖψιν ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου· Τί γάρ; πλὴν παντὶ τρόπῳ, εἴτε προφάσει εἴτε ἀληθείᾳ Χριστὸς καταγγέλλεται. Καὶ ἐν τούτῳ χαίρω, ἀλλὰ καὶ χαρήσομαι. vt & alibi quidam eum ad Corinthios c. 13. v. 1. Ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ καὶ τῶν ἀγγέλων, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, γέγονα χαλκὸς ἠχῶν, ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον. Καὶ ἐὰν ἔχω προφητείαν, καὶ εἰδῶ τὰ μυστήρια πάντα καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν, καὶ ἐὰν ἔχω πᾶσαν τὴν πίστιν, ὥστε ὄρη μεθιστάνειν, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδέν εἰμι. *Si linguis loquar hominum & Angelorum, charitatem autem non habeam, ſum æs reſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi habeam prophetiam, & nouerim myſteria omnia omnemque ſcientiam, & ſi omnem habeam fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum.* Quid, quod interdum, ſimilem aliquem (ſiue σύνδρομον, ſeu παράλληλον) adducunt locum, quem vtrunque vt talem probent, quædam ex altero addunt, vt vterque aut vtrunque ibidem legi videatur. Ita Lucæ cap. 10. verſ. 8. Καὶ εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰσέρχησθε, καὶ δέχωνται ὑμᾶς, ἐσθίετε τὰ παρατιθέμενα ὑμῖν, cum legatur; Eulogius, Alexandriæ Epiſcopus, vt eum Euangeliſtæ locum, ex illo prioris ad Corinthios Apoſtoli, Εἰ δέ τις καλεῖ ὑμᾶς τῶν ἀπίστων καὶ θέλετε πορεύεσθαι, πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν, exponendum probet, ac ſi τὸ, μηδὲν ἀνακρίνοντες, ibi quoque legeretur, eum adducit. Qui, Εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰσέρχησθε, καὶ δέχωνται ὑμᾶς, πάντα τὰ παρατιθέμενα ὑμῖν ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες: Capite ad Coloſſenſes 4. v. 6. Ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι ἅλατι ἠρτυμένος, εἰδέναι πῶς δεῖ ὑμᾶς ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποκρίνεσθαι, Apoſtolus dixit. Quem aduerſus Antidicomarianitas ita Epiphanius adducit: Καὶ ὁ λόγος ἅλατι ᾖ ἠρτυμένος, ὅπως δῷ χάριν τοῖς ἀκούουσι. cum poſteriora ad Epheſ. c. 4. v. 29. legantur. vbi, Πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω· ἀλλ' εἴ τις ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας, ἵνα δῷ χάριν τοῖς ἀκούουσι. Quid quod in ipſis aduerſus hæreticos diſputationibus, alias nonnunquam ſupponunt voces? Nota Epiphanii opinio eſt, Spiritum Sanctum, non quidem ἐκπορεύεσθαι ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, *procedere ex Patre & Filio*, ſed ἐκπορεύεσθαι ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἐκ τοῦ Υἱοῦ δὲ, vel, τοῦ Υἱοῦ δὲ, λαμβάνειν tantum. *procedere ex Patre, accipere à Filio.* quam ſententiam ſuam paſſim, etiam aduerſus Ariomanitas, aliquoties inculcat repetitque. Poſterius

autem etiam ex illo Iohannis qui cap. 15. v. 26. legitur, probare loco ſolet: Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ: quaſi eo loco, ἀπέρχομαι καὶ ἀποστελῶ ὑμῖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνον, legatur. quæ ſane, ſi ad lectionis varietatem referatur, non exigua eſt varietas. Totus aduerſus Arianos locus ita legitur: Καὶ πάλιν ἑτέρῳ τόπῳ (quem conferri cum Euangeliſtis velim) λέγει, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἐν ἐμοὶ, καὶ καταλείψετέ με πάντες μόνον· ἀλλ᾽ οὐκ εἰμὶ μόνος, ἀλλ᾽ ἔστι μετ᾽ ἐμοῦ ὁ γεννήσας με Πατήρ. καὶ πάλιν, Ἀπέρχομαι καὶ ἀποστελῶ ὑμῖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνον: quemadmodum alibi, aduerſus Pneumatomachos, nimirum, de eodem Spiritu, Εἰ τοίνυν παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ ἐκ τοῦ ἐμοῦ φησιν ὁ Κύριος λήψεται, ὃν τρόπον οὐδεὶς ἔγνω τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, οὐδὲ τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ· οὕτω τολμῶσι λέγειν, οὐδὲ τὸ Πνεῦμα, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς ἐξ οὗ λαμβάνει, καὶ ὁ Πατὴρ παρ᾽ οὗ ἐκπορεύεται. *neque Spiritum nouit quiſquam, niſi Filius à quo accepit, & Pater à quo procedit.* Vbi ad verba illa, Εἰ τοίνυν παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ ἐκ τοῦ ἐμοῦ φησιν ὁ Κύριος λήψεται, locum Matthæi, c. 11. v. 27. editores vulgo annotant: cum eorum modo quæ poſterius adduxit, mens ibi extet. Matthæus enim, καὶ οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ· οὐδὲ τὸν Πατέρα τις ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ Υἱός. Locus autem è quo illud dogma fabricauit ſuum Græcus proprie, is eſt: Ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, ἀλλ᾽ ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει, καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστι· διὰ τοῦτο εἶπον, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. *Cum autem venerit ille, Spiritus,* dico, *veritatis, in omnem vos deducet veritatem. non enim à ſemet loquetur ipſo, ſed quæcunque audierit loquetur, & futura renunciabit vobis. Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & renunciabit vobis. Omnia quæ habet Pater, mea ſunt: propterea eum de meo accepturum dixi, & renunciaturum vobis.* qui 16. Iohannis, v. 13. & deinceps legitur. vbi manifeſte quid velit, autor ipſe docet. Vnde & illa, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, ſimpliciter, ἅπερ ἂν εἶπον ἐγὼ, ταῦτα κἀκεῖνος ἐρεῖ, *quæ ego dixi, hæc & ille dicet,* interpretatur Chryſoſtomus. Theophylactus, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, τουτέστιν, ἐξ ὧν αὐτὸς οἶδα, ἐκ τῆς ἐμῆς γνώσεως: *è ſcientia mea, iiſque quæ ipſe noui.* vt hæc ſint quæ docuit, nec ab iis aliena. Quemadmodum eadem quæ docuit Filius, docet S. Spiritus, nec aut aliud ab eo regnum aut doctrinam docet ſuos, idem ille Spiritus. quod ſane ἐκπόρευσιν ex Filio non tollit. Interdum propriam interpretationem ex alio deſumunt loco. Apud Lucam cap. 24. v. 39. ita legitur: Ἴδετε τὰς χεῖράς μου καὶ τοὺς πόδας μου, ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι. Pro quo, Ἴδετέ με, ὅτι ἐγώ εἰμι καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι, aduerſus Dimœritas, cum alium in animo haberet Malachiæ locum, citat Epiphanius. apud Malachiam enim, διότι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι cap. 3. v. 6. dicitur. Quod & alibi ſecutus Thaumaturgus eſt: qui,

αὐτὸς

αὐτοῦ τοῦ Κυρίου λέγοντος, ἐγώ εἰμι καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι. Locus ille Matthæi 26. v. 39. ita legitur: Καὶ προσελθὼν μικρὸν, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ, προσευχόμενος καὶ λέγων, Πάτερ μου, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ᾽ ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· πλὴν οὐχ᾽ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ᾽ ὡς σύ. Ac deinde v. 42. Πάλιν ἐκ δευτέρου ἀπελθὼν προσηύξατο λέγων, Πάτερ μου, εἰ οὐ δύναται τοῦτο τὸ ποτήριον παρελθεῖν ἀπ᾽ ἐμοῦ, ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω, γενηθήτω τὸ θέλημά σου. qui idem locus ita apud Lucam legitur: Καὶ αὐτὸς ἀπεσπάσθη ἀπ᾽ αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολὴν, καὶ θεὶς τὰ γόνατα, προσηύχετο, λέγων, Πάτερ, εἰ βούλει παρενεγκεῖν τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ᾽ ἐμοῦ· πλὴν, μὴ τὸ θέλημά μου, ἀλλὰ τὸ σὸν γινέσθω. Quem ita aduerſus Arianos adducit Epiphanius: Διέστη ἀπ᾽ αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολὴν, καὶ ἀπελθὼν ηὔχετο, καὶ ἔλεγε, Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ᾽ ἐμοῦ, ἵνα μὴ αὐτὸ πίω· πλὴν, οὐχ᾽ ὃ ἐγὼ θέλω, ἀλλ᾽ ὃ σύ. vt nec verbis vbique adhæſerit, & è tribus locis vnum confecerit. Quid, quod ita Noui Fœderis ac Veteris connectant locos, vt nonnunquam ipſis editoribus imponant: qui alterum modo in margine notarunt. Exemplo ſit iſte, quem ad Demetrianum ſic adducit Cyprianus: *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt ad viſionem vniuerſæ carnis.* Quod nono Marci capite dici editores notant. quo loco illud, ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται, *vbi vermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguitur*, aliquoties repetitur. cum poſteriora ex eo, è quo ſuum mutuauit Marcus, ſint deſumpta. Eſaiæ, nempe, 66. v. vltimo: vbi, *Quoniam vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, eruntque opprobrium omni carni.* quod Helleniſtæ, καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκὶ, *& erunt in viſionem vniuerſæ carni*, dixerunt. Quo & referendum, quod quæ in Nouo Fœdere dicuntur, ad illa quæ in altero, transferunt. Vt cum B. Hieronymus Epiſtola ad Ruſticum Monachum, hiſtoriam Nabal, cum diuitis illius, de quo Lucæ 12. agitur, ita connectit, vt Euangeliſtæ de altero vtatur verbis. Verba autem ejus ſunt: *Quorum clamor peruenit ad cœlum, & patientiſſimas Dei vicit aures, vt miſſus Angelus peſſimus, Nabal Carmelo diceret, Stulte hac nocte auferent animam tuam, quæ præparaſti autem, cujus erunt?* Cum, diuiti, de quo jam egi, dicatur, Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Θεὸς, ἄφρον ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπό σου, ἃ δὲ ἡτοίμασας τίνι ἔσται; Lucæ 12. v. 16.. Nam vt locos ſimiles Noui Fœderis conjungant, neque nouum, neque vſitatius quicquam. B. Petrus Epiſtola priori, cap. 2. v. 24. ſcripſit, ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνήνεγκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ξύλον· ἵνα ταῖς ἁμαρτίαις ἀπογενόμενοι, τῇ δικαιοσύνῃ ζήσωμεν· οὗ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἰάθητε. Vbi interpres vetus, *Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui juſtitiæ viuamus: cujus liuore ſanati eſtis.* B. Hieronymus ad Eſaiæ 23. *Peccata enim noſtra pertulit in corpore ſuo, ligno crucis affigens ea, vt deleret chirographum, quod Diabolo & Angelis ejus feceramus, ſcriptum manibus animæ, id eſt, operibus ejus.* cum illud de chirographo ab Apoſtolo ad Coloſſenſes 2. v. 14. legatur. vbi, Ἐξαλείψας τὸ καθ᾽ ἡμῶν χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν,

ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν, καὶ αὐτὸ ἦρκεν ἐκ τοῦ μέσου, προσηλώσας αὐτὸ τῷ σταυρῷ. *Qui deleto, quod aduerſus nos erat, chirographo, quod & contrarium erat nobis, ipſum cruci affixum, ſuſtulit è medio.* minus enim, quod quæ eodem leguntur capite, cum alio ejuſdem capitis jungantur loco. Vt cum Ambroſius ad 23. Lucæ, *Sic & ad Hebræos habes, In caprinis pellibus ambulabant, ſecti ſunt, & leonum molas obſtruxerunt, cum ſolus Elias meloten habuiſſe, Elias ſectus eſſe, Daniel leonibus intactus manſiſſe, doceatur.* cum priora cap. 11. v. 37. illud de leonibus, ἔφραξαν στόματα λεόντων, *obturauerunt ora leonum*, vt nunc interpres vetus habet, ejuſdem capitis v. 33. legatur. Matthæi capite 11. v. 18. locus ille legitur: Ἦλθε γὰρ Ἰωάννης, μήτε ἐσθίων μήτε πίνων, καὶ λέγουσι, δαιμόνιον ἔχει: pro quo Lucas, Ἐλήλυθε γὰρ Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς, μήτε ἄρτον ἐσθίων μήτε οἶνον πίνων· καὶ λέγετε, δαιμόνιον ἔχει: aduerſus autem Ebionæos, ſiue Ebionitas, Epiphanius, Ἦλθεν Ἰωάννης ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, μήτε ἐσθίων μήτε πίνων, καὶ λέγουσι, δαιμόνιον ἔχει: cum illud, ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης Matthæi 21. v. 32. legatur. vbi, Ἦλθε γὰρ πρὸς ὑμᾶς Ἰωάννης ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, καὶ οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ. Ab eodem Epiphanio aduerſus Caianos ille adducitur locus: Διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἅγιος Ἰωάννης εἶπεν, ὁ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, οὗτος οὐ τετελείωται ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἀλλ' ἐκ τοῦ Κάϊν ἐστιν. mirifice inprimis: cum Epiſtola Iohannis 1. cap. 2. v. 9. Ὁ λέγων ἐν τῷ φωτὶ εἶναι καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μισῶν, ἐν σκοτίᾳ ἐστὶν ἕως ἄρτι, eâdem Epiſtola capite eodem verſ. 11. Ὁ δὲ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶ, καὶ ἐν τῇ σκοτίᾳ περιπατεῖ, καὶ οὐκ οἶδε ποῦ ὑπάγει, ὅτι ἡ σκοτία ἐτύφλωσε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, ibidem, c. 3. v. 15. Πᾶς ὁ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἀνθρωποκτόνος ἐστὶ, dicatur. illa autem verba, οὗτος οὐ τετελείωται ἐν τῇ ἀγάπῃ, eâdem Epiſtola c. 4. v. 17. legantur. vbi, ἐν τούτῳ τετελείωται ἡ ἀγάπη μεθ' ἡμῶν, ἵνα παῤῥησίαν ἔχωμεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως. Poſtremus autem, ad quem alludere videtur, de Caino locus, eâdem Epiſtola, c. 3. v. 12. vbi, οὐ καθὼς Κάϊν ἐκ τοῦ πονηροῦ ἦν, καὶ ἔσφαξε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, legitur. quæ quis non miretur? Quid quod ſibi hoc permittunt, vt nonnunquam verba, quæ in Nouo Fœdere eo ſenſu non reperiuntur, libere adducant? vt cum in hæreſi Apellis, locum illum, γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται, idem citat Epiphanius: qui & aduerſus Alogos, οὐ γὰρ εὗρον τὴν Μαριὰμ ἐν τῷ σπηλαίῳ ὅπου ἐγέννησεν, ἀλλ' ὡς ἔχει τὸ εὐαγγέλιον, ὅτι ὡδήγει αὐτοὺς ὁ ἀστὴρ, ἄχρι τοῦ τόπου οὗ ἦν ἐκεῖ τὸ παιδίον· καὶ εἰσελθόντες εἰς τὸν οἶκον, εὗρον τὸ βρέφος μετὰ Μαρίας, οὐκέτι ἐν φάτνῃ, οὐκέτι ἐν σπηλαίῳ, ἀλλ' ἐν οἴκῳ. Quibus verbis, Magos ait, præeunte ſtella, donec vbi natus eſſet puer veniſſent, deductos, domum ingreſſos, puerum cum Maria, non jam in præſepi inueniſſe, nec in ſpelunca. cum ſimpliciter Euangeliſta dixerit, Καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν, εὗρον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ πεσόντες προσεκύνησαν. *cumque in domum veniſſent, cum Maria matre ſua inuenerunt puerum, ac prolapſi adorarunt.* vbi de præſepi nihil: vt nec περὶ τοῦ σπηλαίου, ſeu ſpelunca, vt nec alibi forte, quicquam dicitur. Quid quod Apoſtolos interdum diuerſos, tanquam vnum, adducunt? Optatus libro aduerſus Donatiſtas IV. *Et videntur ſibi hoc de lectione, ſed non intel-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

intellecta, mandare: ignorantes de quibus Apoſtolus hoc dixerit, cum his nec cibum capere: Aue illi ne dixeritis. Serpit enim eorum ſermo, vt cancer. Dixit hoc de hæreticis, quorum cœperat illis temporibus vitioſa eſſe doctrina. Quem iterum deinde vt vnum atque vnius interpretatur locum, cum addit: *Ecce, & veſter ſermo eſt qui ſerpit velut cancer hodie, vt ſalutationes & conuictus prohibeatis.* Cum poſtrema verba, Pauli ſint. qui 2 ad Timotheum cap. 2. v. 17. Græce, Καὶ ὁ λόγος αὐτῶν, ὡς γάγγραινα, νομὴν ἕξει: ſecundus, quem alludit, 2 Iohannis v. 10. Εἴ τις ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς, καὶ ταύτην τὴν διδαχὴν οὐ φέρει, μὴ λαμβάνετε αὐτὸν εἰς οἰκίαν, καὶ χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε. *Si quis ad vos venit, & hanc non adfert doctrinam, ne recipite eum in domum, nec Aue ei dicite.* Tertius, quem reſpicit, 1 ad Corinthios cap 5. v. 11. extat locus. Νυνὶ δὲ ἔγραψα ὑμῖν, μὴ συναναμίγνυσθαι, ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος, ἢ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ εἰδωλολάτρης, ἢ λοίδορος, ἢ μέθυσος, ἢ ἅρπαξ· τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν. quibus verbis vetat, ne cum fratre quis, qui aut ſcortator, aut auarus, aut idololatra aut maledicus, aut ebrioſus ſit, aut rapax, conuerſetur, vel cibum capiat. quos tres, cum diuerſi ſint & diuerſorum, tanquam vnum eundemque aut ejuſdem, adduxit locum. Quid quod ex vno quem adducunt vel autore vel Propheta, plures faciunt nonnunquam? Vt cum contra Caianos, de Iuda proditore, καθὼς ἦν περὶ αὐτοῦ γεγραμμένον ἐν τοῖς προφήταις, *quemadmodum de eo ſcriptum in Prophetis erat*, dixit Epiphanius: vbi Zachariam intellexiſſe dicas. Quod Prophetis autem tribuit, ita ibi adducitur, καὶ ἀπέστρεψε τοὺς τριάκοντα ἀργυρίους, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου παρὰ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ: *& triginta retulit argenteos, precium appreciati à filiis Iſraël.* niſi quod deinde, καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ προφήτῃ, *iterumque in alio propheta*, cum addat, ejuſdem aut adducere aut alludere videtur locos. Quid quod locos pro locis, etiam Antiqui Fœderis, ſubſtituunt in Nouo? Cujus exemplum is, qui Matt. 3. v. 17. nunc legitur, locus. vbi pro teſtimonio de Filio Patris, quod eſt, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ ηὐδόκησα, notiſſimum è Pſalmo 2. v. 7. ſubſtituunt locum: Υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. inter quos & Hilarius. Contra quam alii, qui eum ipſum, de quo agimus, ex Nouo Fœdere, Eſaiæ aſſcribunt locum. Inter quos Epiphanius. qui Ancyroto: Εὑρήκαμεν γὰρ ἄνω ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς, ὥς φησιν Ἡσαΐας, ἀπὸ προσώπου Θεοῦ καὶ πατρὸς περὶ τοῦ μονογενοῦς, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, εἰς ὃν ἐγὼ ηὐδόκησα: qui & ad verbum, 2 Petri, c. 1. v. 17. extat. additque, ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου. Cum in animo illum Eſaiæ, qui capite 42. legitur, haberet: *Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum: electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea.* quem olim ita Helleniſtæ reddiderant: Ἰδοὺ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ· ὃν ἡρέτισεν ἡ ψυχή μου. pro quo, Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ· Ἰσραὴλ ὁ ἐκλεκτός μου, προσεδέξατο αὐτὸν ἡ ψυχή μου, nunc legitur. Quo loco, in Septuaginta interpretibus, obelo notatum nomen *Iacob*, vt & *Iſraël*, ex antiquis notant quidam: quæ nec in Hebræo extant. Pro quo Seuerus, Ἰδοὺ ὁ παῖς μου, ὃν ἡρέτισα

εἰς

εἰς ὃν ηὐδόκησεν ἡ ψυχή μου. Quem Eſaiæ locum, ita Paraphraſtes reddidit Chaldæus, vt quaſi digito monſtraret Dominum, nec planius de eo Matthæus. qui הא עבדי משיחא, *ecce ſeruus meus Meſſias*. Minus enim, quod diuerſos, de quo ante, Noui Fœderis conjungunt locos. vt cum & aduerſus Gnoſticos Tertullianus, ex Matthæi quarto adducit illum: *Recede Satana, ſcandalum mihi es:* deinde autem addit: *ſcriptum eſt, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies*. cum alterum eo, quo diximus, loco, alterum capite Matthæi legatur decimo & ſexto: alterum Diabolo, alterum dicatur Petro. Quid quod aduerſus hæreticos, aliis nonnunquam, hoc eſt, hæreticorum, aut qui ex eorum editione, codicibus vtuntur? Ita Lucæ cap. 12. v. 50. βάπτισμα δὲ ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ πῶς συνέχομαι ἕως οὗ τελεσθῇ; cum dicatur; pro eo aduerſus Marcionem, βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη τετέλεκα αὐτό; citat Epiphanius. quod ſane malo, quam vt memoriæ aut proprio illius aſſcribatur codici. Et præcedit, ὅτι, φησὶ, βαπτισθεὶς ὁ Κύριος ὑπὸ Ἰωάννου, ἔλεγε τοῖς μαθηταῖς: hoc eſt, *à Marcione dici, baptizatum à Iohanne* id dixiſſe *Dominum*. quaſi ad Iohannis baptiſmum, aut baptizatum à Iohanne, id ſpectaret Dominum. Pro quo idem Epiphanius alibi, βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, καί τι θέλω εἰ ἤδη ἐβαπτίσθην; quod jam eruditi notarunt. Nam ſi, quoties recepta tum verſio, fraudi magnis illis fuerit viris, nunc dicamus, quis ſcribendi modus erit? Vt cum (quod nunc obiter dicatur) cap. 10. ad Hebræos, καὶ γὰρ τοῖς δεσμοῖς μου συνεπαθήσατε, dixit Apoſtolus. vbi interpres vetus, *nam & vinctis compaſſi eſtis:* cum, *vinculis meis*, in ipſo legatur contextu: & ſuorum paſſim vinculorum, vt ad Philippenſes c. 1. v. 7. ibid. 13. ibid. 14. ibid. 16. ad Coloſſenſes 4. 18. vt & poſteriore ad Timotheum 2. 9. ad Philemonem v. 10. & alibi, meminerit Apoſtolus. Et an aliter tamen Ambroſius? qui & ipſe ſuum ſecutus interpretem, *modo minutatim per partes*, inquit, *perſequitur laudes eorum: dicens, eos non ſolum viriliter ſuſtinere paſſiones pro Chriſto, verum etiam & vinctis compaſſos eos eſſe annunciat, & tribulationibus opprobriiſque ſpectaculum factos*, ad eum, quem jam dixi, locum. quemadmodum & à Valeriano, cæteros ne dicam, alibi citatur. In iiſdem interpretibus, (ne quis temere ex iis Græcum emendandum eſſe exiſtimet contextum) quoties παρερμηνείας, ſiue Latinorum mendas interpretum, vt & ſcribarum, ac defectus, iidem SS. Patres, vel notent, vel deplorent, vel denuncient, ne dici quidem hic neceſſe: cum prope infinita vel in B. Hieronymo, qui paſſim eos vel caſtigat vel emendat, exempla extent. qui totum hunc aduerſus Iouinianum Apoſtoli, qui priore ad Corinthios 7. 35. nunc legitur locum, τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον λέγω· οὐχ' ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον τῷ Κυρίῳ ἀπερισπάστως, quod de commoda deſperaret interpretatione, à Latino prætermiſſum queri-

queritur interprete. Verba ejus hæc ſunt: *Proprietatem Græcam Latinus ſermo non explicat. Quibus enim verbis quis poſſit dicere,* τοῦτο δὲ, &c. *Vnde & in Latinis codicibus, ob tranſlationis difficultatem, hoc penitus non inuenitur.* Quod nunc Interpres vetus: *Porro hoc ad vtilitatem veſtram dico: non vt laqueum vobis injiciam, ſed ad id quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento Dominum obſecrandi.* quæ verba an Græcorum, quod fieri non poſſe magnus ille vir exiſtimauit, proprietatem exprimant, eruditi videant. Porro, quemadmodum plerique è magnis illis viris, accuratius quam noſtrûm plerique, Sacras memoriæ mandarant literas, ita fieri vix poterat, quin cum ipſo non inſpecto codice adducerent locos, more humano aberrarent, aut inuiti laberentur. vt & hinc manifeſtum fiat, quanto cum periculo conjunctum ſit, ex autoritate eorum quicquam aut mutari, aut receptam lectionem in dubium vocari. Illuſtris vel inprimis de Filio Dei locus ille eſt, qui capite ad Hebræos ſtatim primo legitur: Ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι᾽ οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν· ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. quod Interpres vetus, *Quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſæcula. Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ ejus, portanſque,* (ſiue, *ſuſtinens*) *verbo virtutis ſuæ omnia.* pro quo, φέρων τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως τοῦ Πατρὸς, hoc eſt, *ſuſtinens omnia verbo potentiæ Patris*, non autem *ſuo*, à Procopio ad Deuteronomium citatur. Actorum Apoſtolicorum capite 10. verſu, vt nunc diſtinguimus 44. vbi de Cornelio Centurione agitur, poſt diuinam Petri, qui vocatus erat, concionem, hæc leguntur, Ἔτι λαλοῦντος τοῦ Πέτρου τὰ ῥήματα ταῦτα, ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας τὸν λόγον, quibus, *ſuper omnes qui audierant hæc verba, cecidiſſe S. Spiritus*, dicitur. quod ad Cornelium contra Cerinthianos reſtringit Epiphanius, cum ait, ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ τὸν Κορνήλιον. *ſuper Cornelium S. Spiritus cecidit.* cum contra ſe adducat quod ſequitur, Μήτι τὸ ὕδωρ κωλῦσαι δύναταί τις τοῦ μὴ βαπτισθῆναι τούτους, οἵτινες τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔλαβον, καθὼς καὶ ἡμεῖς; *Numquid negare quiſquam poteſt aquam, quominus hi baptizentur, qui Sanctum acceperunt Spiritum, vt & nos?* quæ ipſa quoque verba paraphraſtice ac aliter adducit. Nobiliſſimus ille 1 ad Timoth. c. 2. v. 9. extat locus: Ὡσαύτως καὶ τὰς γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτάς· μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ. Quem locum Petro lib. Pædag. 2. à fine non procul, Alexandrinus aſſcribit Clemens: qui, πάνυ γοῦν θαυμασίως ὁ Πέτρος ὁ μακάριος, γυναῖκας, φησιν, ὡσαύτως μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ μαργαρίταις, &c. Quod ſimilis, credo, Petri 1 Epiſt. cap. 3. v. 3. extet locus. ille ſcilicet: Ὧν ἔσω οὐχ ὁ ἔξωθεν ἐμπλοκῆς τριχῶν, καὶ περιθέσεως χρυσίων, ἢ ἐνδύσεως ἱματίων κόσμος. Marci ſexto v. 25. locus ille legitur: οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις· ἦν γὰρ ἡ καρδία αὐτῶν πεπωρωμένη. Quem Lucæ Baſilius Seleuciæ Epiſcopus

aſſcribit. qui, τί οὖν ὁ Λουκᾶς περὶ αὐτῶν· ἦν γὰρ ἡ καρδία αὐτῶν πεπωρωμένη. Zachariæ Prophetæ c.12.v.10.locus ille legitur: καὶ ἐπιβλέψονται πρός με, εἰς ὃν ἐξεκέντησαν: *& aſpicient ad me quem confixerunt:* quod Euangeliſta Iohannes, ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, cap.19.dixit: pro quo nunc, ἀνθ' ὧν κατωρχήσαντο, Helleniſtæ habent. Quem locum, Prophetæ Ozeæ, Dialogo cum Tryphone Iudæo, Iuſtinus Martyr, vt & Danieli, aſſcribit. qui, καὶ ὄψεται ὁ λαὸς ὑμῶν, καὶ γνωριεῖ εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, ὡς Ὠσηὲ εἷς τῶν δώδεκα προφητῶν καὶ Δανιὴλ προεῖπον. quemadmodum Procopius ad Geneſin locum illum, ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνήνεγκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ξύλον, Paulo aſſcribit. Notiſſimus inter cæteros, prout nunc Græce legitur, ille Eſaiæ cap. 42. v. 3. locus, κάλαμον συντεθλασμένον οὐ συντρίψει, καὶ λίνον καπνιζόμενον οὐ σβέσει, ἀλλ' εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει κρίσιν. è quo c. 12. v. 20. Matthæus, Κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει· ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν. Quem, aduerſus Ariomanitas, Eſaiæ tribuit Epiphanius: qui, ἵνα τὴν δικαίαν κρίσιν εἰς τέλος διεξαγάγοι, ὡς εἶπεν Ἠσαΐας, κάλαμον συντεθρυμμένον οὐ κατεάξει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει· ἕως ἐξαγάγοι τὴν κρίσιν εἰς νῖκος. qui Matthæi locus eſt: niſi quod, ἕως ἐξαγάγοι, pro ἕως ἂν ἐκβάλῃ, dixit. quod ne apud Eſaiam quidem Græce ita legitur. Actorum Apoſtolicorum 13. v. 1. Paulus Apoſtolus, iique qui cum eo erant, Antiochiam Piſidiæ veniſſe; poſt Legis autem lectionem & Prophetarum, nobiliſſimam, cujus initium, *Viri Iſraëlitæ & qui timetis Deum, audite*, &c. concionem habuiſſe dicitur Apoſtolus. Sequente autem Sabbatho, cum vrbs prope tota ad audiendum Dei conueniſſet verbum, ægre id tuliſſe Iudæos: quibus ſumma cum libertate Paulum ac Barrabam dixiſſe, *Vobis oportebat primo exponi verbum Dei. Id quoniam rejicitis, indignoſque vos ipſos vita æterna decernitis, ecce ad gentes nos conuertimus:* poſtea autem, ſequenti, nempe, capite, Iconium Lycaoniæ vrbem cum veniſſent, etiam ibi Synagogam intraſſe, verbumque Dei expoſuiſſe. Cujus parum memor, vt videtur non poſtremus inter inter eos, in Lycaonia, quod jam diximus, *Vobis quidem oportebat* &c. dixiſſe Apoſtolum notat, quaſi eadem vel Antiochia Piſidiæ, & Iconium Lycaoniæ eſſet, aut non manifeſte ibi hæc diſtingueret contextus. ne hic alia ejuſmodi adducam. Quare, cum & labi memoria tantos potuiſſe viros conſtet, neque emendata ſatis (quod tot locis, vt nunc alios omittam, & fatetur & deplorat B. Auguſtinus) ſemper vel interpretatione vſi ſint vel codicibus; quod ex iis, quos ſubinde ſcriptos aliter adducunt, locis, conſtat; vt temere in contextu Sacro immutetur quicquam, autor eſſe cuiquam nolim. Porro, quemadmodum vniuerſum S. Scripturæ contextum Ἔδαφος Græci dicebant Patres, ita varie in κεφάλαια & στίχους, diuiſum hunc fuiſſe, nemo neſcit: quos majores itidem fuiſſe aut minores, neque eoſdem, paſſim obſeruauimus. Pro quibus & nonnunquam juncta mens locorum aut diuiſa, quam diuerſi

expri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

exprimunt interpretes. Vt non ſine cauſa, maximam eorum rationem in Scripturæ lectione ac interpretatione habendam eſſe, Græcus ad Eſaiam notauerit interpres. qui (quod & ſubinde propter noſtras fieri diſtinctiones video) τοὺς τὸ ἔδαφος ἀναγινώσκοντας, *qui Scripturæ Sacræ corpus tractant*, ἀναχαιτίζεσθαι, hoc eſt, *diſtrahi*, atque ita, quo minus vel pergant vel quæ antecedunt ac ſequuntur, animo continuent jungantque, impediri ait. Quod ne fiat, diligenter ac cum cura ſuadet. ita enim fore, vt facilius intelligantur ſingula, ſi conjungantur ac continuentur quæ cohærent omnia. quemadmodum, quod jam dicebam, vt attentionem alibi lectoris, ſic autoris mentem, ſiue, τὴν διάνοιαν quam dicunt, in Apoſtoli præſertim ſcriptis, verſus diſtrahunt ſubinde & capita: firmandæ licet aut juuandæ memoriæ ab eruditis inſtituta. Quomodo & inter veteres fuiſſe conſtat, qui κατὰ στιχηρὸν, vt dicitur ab illis, τρόπον, ſeu, *per ſectiones certas*, ſua etiam diſponerent tum ſcripta. vt σύντομα καὶ εὐπερίδρακτα, *breuia faciliaque captu* (vt ſic loquar cum Epiphanio) quæ dicerentur, vel eſſent, vel lectori viderentur. quod & Aëtium feciſſe hæreticum eodem teſte conſtat: quemadmodum & alios, in λόγους & κεφάλαια (quos inter Iouius Monachus, qui Oeconomiam, Theodorus; Epiſcopus Tarſenſis, qui aduerſus Fatum, Dionyſius Ægeus, quem Dictyaca ſcripſiſſe notant) ſua diuiſiſſe vel è Photio jam conſtat. Diſtinctionis autem illius, quam, ex vſu apud nos recepto, capitum nunc dicimus, quam quantamque rationem, vt nunc cætera omittam, veteres habuerint, ex Athanaſio ac aliis jam patet. qui aduerſus Arianos libro 3. totum eum, qui ſecundo ad Hebræos tertioque extat capite, locum, cujus initium, Ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος, cujus finis, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, vna cum ipſo capitis initio (quod eſt, Ὅθεν, ἅγιοι ἀδελφοὶ, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι) vſque ad verba illa, ὡς καὶ Μωσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ (quæ nunc capitis tertii 2. verſu leguntur) vnam pericopen dixit. Ita enim ille: Τίς τὴν περικοπὴν ταύτην ὅλην ἀναγινώσκων, οὐ τὴν μὲν Ἀρειανῶν καταγινώσκει, τὸν δὲ μακάριον Ἀπόστολον οὐ θαυμάζει, καλῶς εἰρηκότα; *Quis igitur hanc qui pericopen legit totam, Arianos non damnet, beatum autem, quod tam recte locutus ſit, non miretur Apoſtolum?* E quo loco, ne de eo agam pluribus, quam parum & de verſuum noſtrorum cogitauerint diſtinctione antiqui, patet: quod ne quidem is, qui veterum, quas libris ſingulis hic præpoſuimus, diſtinctiones nouit, ignorare poteſt. Quemadmodum autem capita noſtra, eas, quæ de re eâdem agunt, ſecant pericopas ſubinde ac interrumpunt, ſic & verba illa, quæ hic altera verſiculi nunc noſtri pars ſunt, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, in hac deſinunt pericopa: quomodo altera ejuſdem pars verſiculi, ὡς καὶ Μωσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, initium alterius ac pars eſſet. Quantopere autem quæ de re eâdem agunt, in pericopas diſtincta neque interrupta, & attentum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

faciant & inſtruant lectorem, quantum in diſputationibus item controuerſiiſque vſum habeant, quis eſt qui non videt? in quas vtinam, cum cura ac judicio, diſtincta ſingula à ſummis viris haberemus. Verum de his, vt & antiquorum capitibus ac verſibus, quæ minores item ſectiones apud eos ac majores, vt & de commatibus B. Hieronymi ac inciſis, aliiſque ejuſdem generis, quæ dicenda ſunt aut dici poſſunt, alibi dicemus, vt ſpero. Nunc ad cætera priuſquam abeamus, ſemel hoc dicendum: Vehementer eos ſemper admiratos eſſe nos, qui Atticam Græcamque in Nouo Fœdere aut expectant aut requirunt elegantiam. cum ipſa, quod negabit nemo, Orientem phraſis tota ſpiret ac dicendi ratio. De quo, quod & de ſcriptoris maximi, ſed natione Syri, ſcriptis Chriſtianus Criticus pronunciauit, merito pronunciari poteſt, ὅτι ἡ τῆς φράσεως ταπεινότης οὐ θαυμαστὸν, ἀλλ' ἐκεῖνο θαυμαστὸν, ὡς καὶ διὰ χυδαιότητος τοιαύτης ῥημάτων τηλικαύτη σωτηρία τοῖς προσέχουσι παρέχεται. *Nihil mirum eſſe, aliquid vulgare in phraſi eſſe aut humile, cum mirandum ſit, quomodo in tanta vocum verborumque* (ita enim loquitur) *humilitate, tantum ad ſalutem cuique, modo ſit attentus, conferatur.* quod & alibi de Fœderis Antiqui Græcis dici poteſt interpretibus. cum contextus fere talis vbique Noui, qualis ſermo ac oratio eorum qui Hebræa vel interpretati ſunt vel expreſſerunt. Ne jam dicam, locos plurimos ex ipſis interpretibus citari, ad quos & ipſe autorum ſermo ac contextus, hîc quam proxime accedit: cum vbique vel repræſentetur Oriens vel exprimatur. Nam mens ipſa, ſiue ſenſus, (τὰ νοήματα, nimirum) aut, vt loqui ſolent veteres, ἡ διάνοια, cœleſtis ac diuina: phraſis ac dicendi genus, peregrina. quæ in aliam traduci linguam, quod à Græca conſuetudine recedant, quiuis videt: ita interim, vt eadem ſit vtrobique veritas ac conſtans. Neque raro B. Hieronymum, celeberrimum doctiſſimumq; Doctorem mirari me fateor, qui, nec vno loco, non ſolœcos modo, ſed & linguæ imperitiam Apoſtolo aſſcribit. Vt, exempli ergo, cap. ad Galatas ſexto, v. I. cum dicitur, Ἀδελφοὶ, ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύματι πρᾳότητος· σκοπῶν σεαυτὸν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς. Quod interpres vetus, *Fratres, etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, hujuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis: conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris.* vbi σκοπῶν, *conſiderans,* dixit, cum καταρτίζετε, *inſtaurate,* aut, *inſtituite* (vt Vetus) præcedat. quaſi nouum ſit τὸ איש in talibus intelligi, aut ἕκαστος. Quid ergo, cum וקבל היהודים, &, *recepit Iudæi,* hoc eſt, *quiſque Iudæorum* Eſtheræ autor dixit; cum ויאמר שרי סכות, καὶ εἶπεν ἄρχοντες Συκχὼθ, Iud. 8. 6. dicitur, cum, *dixit filii Gad & Ruben,* ac ſimilia, alibi dicuntur? Quis enim ἑβραΐζειν vel Apoſtolum negauit, vel Salluſtium, Tacitum, alioſque, Græcorum cum loquuntur more, aut hoc affectant, σολοικίζειν dixit?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

dixit? adde quod in eo, quem jam dixi, loco, τὰ βάρη ἀλλήλων βαστάζετε, *aliorum onera portate*, ac deinde, τὸ δὲ ἔργον ἑαυτοῦ δοκιμαζέτω ἕκαστος, *opus autem ſuum probet vnuſquiſque*, emolliendi cauſa, ſequitur: vt ne dicam, numeri per ſe enallagen hanc Orienti vſitatam eſſe. Non enim (quod & fieri fortaſſe hic poſſet) primum Moſis, ſeu Scripturæ vniuerſæ, illud, בראשית ברא אלהים, ad verbum, *In principio creauit Dii*, huc referam. quod tantum abeſt, vt ſolœci ab antiquis arguatur, vt ex eo ſumma de Perſonis atque Eſſentia Doctores quidam eruant myſteria: quemadmodum, &, in hiſtoria creationis, ex inſtituto quaſi, ita aliquoties locutus autor Sanctus eſt: quanquam & de aliis eodem modo loqui ſolet. vnde & Magiſtri Hebræorum מדרך הלשון, *de ratione linguæ*, vel, *è ſermonis more*, id dictum notant. Et ad eum tamen, quem adduximus jam, locum, ita magnus vir ille: *Qui putat Paulum, juxta humilitatem, & non vere, dixiſſe, Etſi imperitus ſermone, non tamen ſcientia, defendat hujus loci conſequentiam. Debuit quippe ordine dicere, Vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite hujuſmodi in ſpiritu lenitatis, conſiderantes vosmetipſos, ne & vos tentemini: & non plurali inferre numerum ſingularem. Hebræus igitur ex Hebræis, & qui eſſet in vernaculo ſermone doctiſſimus, profundos ſenſus aliena lingua exprimere non valebat.* Quo modo autem *aliena lingua*, cujus accuratam non minus Tarſi, quam in Græcia, haurire potuit cognitionem? quæ tam vſitata ibi eo tempore, vt mentem ſuam verſibus Homericis nonnulli (inter quos Boëthus quidam, quanuis neque ciuis bonus nec Poëta, vt de eo Strabo loquitur) quotidie exprimerent, ſcientiaſque hac lingua ſummi homines profiterentur. Quemadmodum idem, de quo agimus nunc, Sanctus autor, non Menandri modo ac Epimenidis verſiculos, ſed & Arati eleganter, & κατὰ κόλλησιν, in oratione quam Athenis habuit, adduxit verba. Quem & ipſum Cilicem fuiſſe, cur non idem cogitabat cenſor, qui nonnunquam Ciliciſmos in Tarſenſi noſtro notat? cum in Arato (quem Homeri æmulum fuiſſe notant Critici) neque Ciliciſmos, neque Solœciſmos, licet Solis natus eſſet (à qua vrbe primo σολοικίζειν dictos, qui miſſi eo à Solone fuerant, teſtantur veteres) hi ipſi notent. cujus fratrem quoque Athenodorum, primo refutaſſe Zoilum Homeromaſtiga, traditum memoriæ. Quos autores maximus Tarſenſis cum adducit, eruditionem pariter, quantumque tribuendum iis ſit, oſtendit. è quo tamen ipſo, haud plenam ſæcularium peritiam fuiſſe in eo literarum, idem probat Doctor, vel probare nititur. qui in Epiſtolam ad Galatas, *Quod intelligens Paulus Apoſtolus*, inquit, *quippe qui & ſæculares literas aliqua ex parte contigerat.* Ac deinde, *Sciſſe autem Paulum, licet non ad perfectum, literas ſæculares, ipſius verba teſtantur, Dixit quidam ex eis proprius eorum Propheta, Cretenſes ſemper mendaces.* quaſi illud *quidam*, credo, dubitantis

 eſſet.

eſſet. vel quod Prophetam dixit Epimenidem: de quo prolixe alibi ab eo diſputatur. vt mihi quidem exercendi cauſa ingenii, quod parum ſane hic tutum, hæc ac talia ſcripſiſſe videatur. Pergamus. Nuſquam magis Dei Spiritus præſentiam teſtatus pariter & prouidentiam videtur, quam cum ex occaſione Apoſtolus, de ignoto agit Deo. De quo ad Ezechielis 16. idem Doctor. *Cujus*, inquit, *majeſtatem etiam gentilitas non ignorat, & Athenienſium teſtatur ara, Ignoto Deo. vnde & Apoſtolus, quem vos, inquit, ignotum colitis, hunc nos annunciamus vobis.* idem qui loco alio, de quo & ſuo nos egimus, *Inſcriptio aræ non ita erat, vt Paulus aſſeruit, Ignoto Deo, ſed Diis Ignotis & Peregrinis.* quia Ἀγνώστων, credo, Θεῶν, meminit Pauſanias. Quaſi vna tantum ara fuerit Athenis, aut, quia ex his vna aliqua pluresue Ignotis inſcriptæ Diis, Ignoti non extaret Dei. quam & vidiſſe ſe & adoraſſe, alii, & quidem è paganis, vt ibidem diximus, teſtantur. Adde, quod ſi falſum Paulus dixit, falſum dixiſſe autem (cum de Chriſtianis, talibus præſertim, Chriſtiane & loquendum & ſentiendum, ſit) ne ipſe quidem, qui ab eo hic diſſentit, admiſiſſet; falſum erit quod de hac, Apoſtolum ſecutus, ipſe dixit: qui veri Dei majeſtatem ignoraſſe gentes, ex eodem hoc probare loco alibi conatur. In iis interim de quibus agere nunc cœpimus, pergamus. Epiſtola ad Epheſios, cum capite, vt contextus nunc diſtinguitur, ſecundo præceſſiſſet, Ἐν ᾧ πᾶσα ἡ οἰκοδομὴ, συναρμολογουμένη αὔξει εἰς ναὸν ἅγιον ἐν Κυρίῳ. ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν πνεύματι, *In quo omne ædificium conſtructum creſcit in templum Sanctum in Domino. in quo & vos ædificamini vna in domicilium Dei per Spiritum;* proxime ſequentis, hoc eſt, tertii initio, infertur, τούτου χάριν ἐγὼ Παῦλος, ὁ δέσμιος τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ ὑμῶν τῶν ἐθνῶν. *Hujus cauſa ego Paulus, capitiuus Ieſu Chriſti ſum*, vel, *conſtitutus, pro vobis gentibus.* Pro quo Syrus δέσμιος legebat. ac ſi ſcriptum eſſet, τούτου χάριν ἐγὼ Παῦλος δέσμιος: vt ita, Chriſti cauſa (de quo & paulo ante egit) vinctum ſeſe dicat. quomodo legiſſe & Chryſoſtomum dicas: qui, Διὰ τοῦτο καὶ ἐγὼ δέδεμαι, φησίν· εἰ γὰρ ὁ δεσπότης ὁ ἐμὸς ἐσταυρώθη δι' ὑμᾶς, πολλῷ μᾶλλον ἐγὼ δέδεμαι· *Ideo & ego vinctus ſum*, inquit. *ſi enim Dominus meus propter vos crucifixus, multo magis vinctus ego ſum.* quod & ipſum (δέδεμαι, nimirum) intelligi hic poſſit: quamuis id minus nobis placet. Vt vt ſit, ſiue δέσμιος legatur, nulla difficultas: vt & nulla, ſi, ὁ δέσμιος: modo, id quod diximus, vel non diſſimile aliud, intelligatur. Vbi rurſus idem Doctor, *Quantum ad conſequentiam ſermonis textumque eloquii pertinet, ad id quod præmiſit, Hujus rei gratia ego Paulus vinctus Ieſu Chriſti pro vobis gentibus, diligentiſſime perquirentes, nihil quod ei reddiderit, potuimus inuenire. Neque enim dixit, hujus rei gratia ego Paulus hoc vel hoc feci, vel, illud vel illud docui, ſed, ſuſpenſa manente ſententia, tranſgreſſus ad alia eſt. Niſi forte*, inquit, *ignoſcentes ei, quod &*

ipſe

ipſe confeſſus eſt, dicens, Etſi imperitus ſermone non tamen ſcientia; ſenſuum magis in eo ordinem quæramus quam verborum. quaſi, vel inuſitata, vel imperitis propria, ellipſis ſit. Ipſum autem tandem ſic intelligendum ait locum: *Hujus rei gratia, ego Paulus vinctus Chriſti Ieſu, & vinctus pro vobis qui eſtis ex gentibus, cognoui myſterium, vt illud quoque vobis traderem.* cum nulla hic, quemadmodum jam diximus, ſit difficultas: quæ nec quærenda, ſed tollenda, cum occurrit. Initium Epiſtolæ ad Titum tale eſt: Παῦλος, δοῦλος Θεοῦ, ἀπόστολος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ πίστιν ἐκλεκτῶν Θεοῦ, καὶ ἐπίγνωσιν ἀληθείας τῆς κατ' εὐσέβειαν. vt ſic, vocatum ſeſe ad docendam illam dicat fidèm, quam electi omnes profeſſi ſemper eſſent. Vbi Theophylactus inter alia, ὅτι ἀπόστολός εἰμι πρὸς τὸ πιστεῦσαι τοὺς ἐκλεκτοὺς δι' ἐμοῦ. *quod Apoſtolus ſum, vt mea opera electi credant.* Ad quem locum idem Doctor, *Qui non juxta humilitatem, vt plerique exiſtimant, ſed vere dixerat, Etſi imperitus ſermone, non tamen ſcientia Hebræus ex Hebræis, juxta Legem Phariſæus; profundos ſenſus Græco ſermone non explicat, & quod cogitat in verba vix promit.* Idem, qui & Quæſtione ad Algaſiam decima, *Illud quod crebro diximus, Etſi imperitus ſermone non tamen ſcientia, nequaquam Paulum de humilitate ſed de conſcientiæ veritate dixiſſe, etiam nunc approbamus. Profundos enim & reconditos ſenſus lingua non explicat: & cum ipſe ſentiat quid loquatur, in alienas aures puro non poteſt transferre ſermone. Quem cum in vernacula linguam habeat diſertiſſimum, (quippe Hebræus ex Hebræis & eruditus ad pedes Gamalielis, viri in Lege doctiſſimi) ſeipſum interpretari cupiens, inuoluitur.* Cum ego ſane, vt alio ſermone vſum, quam Demoſthenem aut Atticos, hoc eſt, ἑβραΐζειν Apoſtolum, non negem, (quam linguam aut ſermonem vt diſtingueret, Helleniſticum magnus Scaliger dicebat) ita, vt non purum vel ipſe dicam vel dicentibus aſſentiar ſermonem ejus, nunquam equidem adducar. Quare, ſi vel phraſi & idiomate Hebræo, vt & cæteros ejuſdem Fœderis autores, vel parentheſibus frequenter vti, neque raro ὑπερβατῶς potius quam ἀκολούθως ſcribere, ac (vt veteres loquuntur) εἰσάγειν τὸν λόγον, Apoſtolum dixiſſet, reuerentius de eo, niſi fallor, judicaſſet. Verum neſcio, qua tandem ratione, idem Doctor, vel vbique agit hoc vel agere videtur, vt ſermonem ejus, qui, ex inſtituto Dei, ad jungendos Græcos ſimul & Hebræos, ex œconomia talis fuit, vel excuſet vel ſeuere notet. adeo vt & verba quædam vix admittat. Tertio ad Galatas capite, ab eodem dicitur Apoſtolo, Ὦ ἀνόητοι Γαλάται τίς ὑμᾶς ἐβάσκανε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; quod in editione ejus, *O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit, non credere veritati?* Ad quem locum ille: *Quod autem ſequitur, Quis vos faſcinauit? digne Paulo, qui, etſi imperitus eſt ſermone non tamen ſcientia, debemus exponere: non quo ſcierit eſſe faſcinum, qui vulgo putatur nocere, ſed vſus ſermone ſit triuii, &, vt in cæteris, ita in hoc quoque loco, verbum quotidianæ ſermo-*

ſermocinationis aſſumpſerit. Legimus in Prouerbiis, Donum inuidi cruciat oculos. Qui apud nos inuidus, in Græco ſignificantius ponitur faſcinator, & in Sapientia quæ Salomonis inſcribitur, Faſcinatio malignitatis obſcurat bona. Et alibi ad eandem Epiſtolam, *Per vulgi verbum inuidiam ſignificauit, ſicut ait Salomo, Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona.* cur autem, non *dementiam*; tranſlatione, vt non è triuio, ſic vſitata? Interim, vtrum Græce an Latine ſcripſerit Apoſtolus, quæri poterat. De quo nec cæteri, nec idem Doctor dubitauit: qui Epiſtola ad Marcellam, *Nos cum Græcis, id eſt, cum Apoſtolo, qui Græce locutus eſt, erremus.* Græce igitur ſi ſcripſit, quid hoc ad faſcinum, aut faſcinare, (quanuis forte è Græco id natum) vt de triuio hanc vocem notet; qua Maronem tamen vſum, poſtea oſtendit? Addit enim: *Vnde & quidam è gentilibus, Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.* Græce autem ἐβάσκανε ſi dixit, nondum video, cur è triuio vox ea ſit, qua paſſim, etiam grauiſſimi autores, vtuntur. Ariſtoteles, videlicet, & alii. Sed & hoc mirum, quod de inuidia accipiendum id velit: quam faſcinationis cauſam ſtatuunt plerique. Cum præſertim τίς ἐβάσκανεν ὑμᾶς, non ὑμῖν, dixerit Apoſtolus: contra, οὐχὶ δεῖ τούτῳ βασκαίνειν, non τοῦτον (abſit enim) de inuidia dixerit Demoſthenes. Quemadmodum σοφισταῖς βασκαίνειν, & ſimilia, alii. etiam illi, qui à vocibus plebeiis, ac in triuio vſitatis, abſtinendum, præ cæteris docere ſolent. Neque quiſquam vitio, vt ſpero, nobis vertet, quod in iſtis, vt in cæteris quæ his majora ſunt, hoc eſt, doctrina ipſa, pro contextu Sacro, ac autore tanto, ſtandum arbitremur, neque eodem loco hunc vel alium Doctorem habeamus. Auguſtinum ſecuti, qui à Cypriano cum abiret, *Nos nullam*, inquit, *Cypriano facimus injuriam, cum ejus quaſlibet literas* (adde de Sacris literis judicia) *à Canonica diuinarum Scripturarum autoritate diſtinguimus. Neque enim ſine cauſa tam ſalubri vigilantia Canon Eccleſiaſticus conſtitutus eſt, ad quem certi Prophetarum & Apoſtolorum libri pertinent: quos omnino judicare non audeamus, & ſecundum quos de cæteris literis, vel fidelium vel infidelium, libere judicemus.* Idem qui B. Hieronymum, *falli in nonnullis poſſe*, aut, *potuiſſe*, Epiſtola quam ad eundem ſcripſit, ſimpliciter pronunciat. Ne jam dicam, quid de ejus, poſt Septuaginta interpretes Fœderis antiqui, à qua eum dehortatur, interpretatione pronunciet. vbi iterum, *falli eum poſſe*, monet. Vt omittam, quam acerbe in Quæſtione de Petro, à Paulo, vere non ſimulate, vt ipſe ſentit, reprehenſo, pro contextu Sacro aduerſus eum judicet. de quo qui dubitat, ejuſdem Epiſtolam 8. legat: cujus initium, *Nunquam æque quiſquam*, &c. Et quis credat, hunc eundem eſſe illum, de quo idem B. Hieronymus? *Paulum Apoſtolum proferam: quem quotieſcunque lego, videor mihi non verba audire ſed tonitrua. Legite Epiſtolas ejus, &*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

maxime ad Romanos, ad Galatas, ad Epheſios, in quibus totus in certamine poſitus eſt: & videbitis eum in teſtimoniis quæ ſumit de Veteri Teſtamento, quam artifex, quam prudens, quam diſſimulator ejus ſit quod agit. Videntur quidam verba ſimplicia &c. *ſed quocunque reſpexeris fulmina ſunt.* aduerſus Iouinianum. Idem, qui ad Pammachium: *Vbi electionis vas, tuba Euangelii, rugitus leonis noſtri, tonitruum gentium, flumen eloquentiæ Chriſtianæ? qui myſterium retro generationibus ignoratum, & profundum diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei magis miratur quam loquitur?* Præclarum ſane teſtimonium ac verum. Cujuſmodi non vno apud eum loco inuenias. Nam de ſermone cum judicat, nihil aliud quam Helleniſtice, eo, quo monuimus, ſenſu, ſcripſiſſe dixit. diuerſitatem enim linguæ non diſtinxit & miratus eſt. Noui autem Fœderis ſcriptores, eâ linguâ, quæ plerunque Hebraiſmos exprimit aut ſeruat, de Græciſmis non ſollicita vſos, qui neſcit hactenus vel dubitare poteſt, auctor ei ſum, vt Hebraiſmos, inprimis autem, maxime ab hoc diuerſos, colligat ac cum judicio diſtinguat: tum, an & iiſdem aut ſimilibus, Noui quoque Fœderis autores vſi ſint, expendat. quod qui negat, die medio lucere neget. Exempli cauſa, ſi quis, ἐν ὁδοῖς περιπατεῖν καρδίας, *in viis ambulare cordis,* Græco homini ſuaderet. vt cum 11. Eccleſiaſtæ v. 9. Εὐφραίνου νεανίσκε, ἐν νεότητί σου, καὶ ἀγαθυνάτω σε ἡ καρδία σου ἐν ἡμέραις νεότητός· καὶ περιπάτει ἐν ὁδοῖς καρδίας σου. *Lætare juuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus juuentutis tuæ, & ambula in viis cordis tui*, vt interpres Vetus. quod Helleniſtis, *agas quæ velis.* Quærat aliquis ex Græcis, qui hæc non legerunt aut Hebræa non intelligunt, quid ſit κατὰ σύγκρισιν agere aliquid: quæ ſint ἔγκτητα: quid ſit καταρρεμβεύειν τινὰ, cæteraque quæ in poſtremis Numeri capitibus & fortaſſe alibi, leguntur. Quærat aliquis è Græco, Propheta Ieremias quid voluerit, cum ἐμβάλλωμεν ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ, *mittamus lignum in panem ejus*, dixit. Locus capite 11. v. 19. legitur, ἐπ' ἐμὲ ἐλογίσαντο λογισμὸν, λέγοντες, δεῦτε ἐμβάλλωμεν ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ. quantum libet cogitandi illi ſpatium relinque; non facilius quam Loxiæ fortaſſe id interpretabitur oraculum. Equidem, ſi, de hoſte Græci, quem in poteſtate haberent, ne in poſterum noceret Reipublicæ, legatione miſsâ Apollinem conſuluiſſent, atque is verbis Græcis, idiomate Orientis, reſpondiſſet,

Δεῦτε φίλοι, ξύλον εἰς ἄρτον βάλλωμεν ἐκείνου,

quid facturos fuiſſe exiſtimamus? Quid ſi Latine autem,

In panem capti lignum mittamus, amici?

quod nec ipſe quid vellet ſibi, qui De diuinationibus ſcripſit, diuinaret, credo, M. Tullius: nec in libris Sibyllinis Quindecimuiri aſſequerentur. Et an minus obſcurum quam illud,

Ἐμοὶ μελήσει ταῦτα καὶ λευκαῖς κόραις;

Quod Romani veteres,

Ego prouidebo rem iſtam & albæ virgines.

Ibi enim tantum, quæ ſint *albæ virgines*, hic, quid ξύλον, ſiue, *lignum*, ἄρτος item, ſiue, *panis*, tum, *quis lignum immittat in panem*, & *quomodo*, videndum. Idem è Chaldæo quærat aliquis interprete, ſimpliciter & bona fide reſpondebit, de toxico, quo cibus, vt ſic dicam, venenatur, id intelligendum: nec aliud eſſe, quam ſi, *lethali veneno cibum ejus corrumpamus*, ac, *veneno tollamus*, dicatur. quæ ex interpretibus nunc talibus & linguæ ratione nota nobis ac perſpicua. Et ſequitur, καὶ ἐκτρίψωμεν αὐτὸν ἀπὸ γῆς ζώντων, *è terra viuentium eradamus eum*, vt interpres vetus. quod ex parte & cætera illuſtrat. Exodi 17. v.16. in Hebræo de Moſe dicitur, ויאמר כי יד על כס יה מלחמה ליהוה בעמלק מדר דר. *Et dixit, quod manus ſuper thronum Iah, bellum Iehouæ cum Amalec à generatione ad generationem.* quod Helleniſtis eſſet, Καὶ εἶπεν, ὅτι χεὶρ ἐπὶ θρόνου Κυρίου, πόλεμος Κυρίῳ μετ' Ἀμελὴκ εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. Id autem quid ſit, Græcus iterum nos doceat. cum per ſolium juraſſe ſuum velit Dominum, æternum cum Amaleco ſibi bellum fore. Quod quia aliter, quos nunc habemus, reddunt interpretes, aliud dixerunt. qui, ὅτι ἐν χειρὶ κρυφίᾳ πολεμεῖ ἐπὶ Ἀμαλήκ: quod, *quoniam in manu occulta contra Amalec pugnat Dominus*, Latine redditur. Noacho cum familia ac animalibus, in arca aliquamdiu, nec incommode, viuendum fuit: quæ, qua ratione ac modo fabricanda eſſet, architectus tanti operis præſcripſit Deus. vbi inter alia & illud habes, Ἐπισυνάγων ποιήσεις τὴν κιβωτὸν, καὶ εἰς πῆχυν συντελέσεις αὐτὴν ἄνωθεν· τὴν δὲ θύραν ποιήσεις ἐκ πλαγίων. Interpres, *Colligens facies arcam, & in cubitum conſummabis eam deſuper: at portam facies ex latere.* quod quis Romanorum vel Græcorum aſſequatur? Cujus interpretationem è cæteris ſi petas Helleniſtis, erit, qui, διαφανὲς ποιήσεις, erit, qui, μεσημβρινὸν ποιήσεις, id interpretabitur. quod, *meridianum arcæ facies*, alibi ad verbum B. Hieronymus interpretatur. Quæ totidem ænigmata dicas. cum in Hebræo ſimpliciter צהר תעשה לתבה: quod Chaldæus, *luminare*, ſiue, *lucis receptaculum, in arca facies*. cum τὸ צהר *tzohar*, quod à meridiano dicitur ſplendore (ſemelque tantum in Sacris vſurpari, Hebræorum Critici obſeruant) idem ſit, quod חלון, *challon*, in eâdem dicitur hiſtoriâ, idem, quod כוא Targumiſtis dicitur. Quærat aliquis, iidem quid velint interpretes, cum διδόναι ὁδὸν τινος εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ, *viam alicujus in caput ejus dare*, Dominus dicitur: ac ſi, *pœnas pro meritis de eo ſumere*, dicatur. vt 1 Reg 8.32. & 2 Paralip. 6 23. & alibi. Græcus ſi à Domino, ὡς τὴν Σαμάρειαν, ἀπολῶ καὶ Ἱεροσόλυμα, *vt Samariam, ita Hieroſolyma perdam*, dici legat, quis quin facile id intelligat, dubitabit? Pro quo, ἐκτενῶ ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ τὸ μέτρον Σαμαρείας, *ſuper Ieruſalem funiculum*, ſeu, *lineam Samariæ, extendam* 2 Regum c. 21. v. 13. dicitur. quod non magis Marcus Tullius intelligat, ni fallor,

fallor, quam Demoſthenes. Vt quid Philiſtini velint, cum ἐν ταῖς κεφαλαῖς ἡμῶν ἐπιστρέψει πρὸς τὸν κύριον αὐτοῦ Σαοὺλ, *cum capitibus noſtris ad dominum ſuum Saulem reuertetur*, de Dauide Paralip. 12. v. 19. dicitur. quod de ſummo ac capitali dicitur periculo. Ne hic dicam jam, in vocibus quoq; ipſis, quanquam Græcis, quod ad vſum, qui diuerſus, inueniri differentiam. Petat aliquis à Græco, ſe vt doceat, Ezechiel Propheta quid voluerit, cum 16. c. v. 41. καὶ ποιήσουσιν ἐν σοὶ ἐκδικήσεις ἐνώπιον γυναικῶν πολλῶν, quod ad verbum, *& facient in te vindictas, aut, judicia, coram mulieribus multis*. Dicat ergo Græcus quid hic ſint γυναῖκες, (in Hebræo enim לעיני נשים רבות, *in oculis mulierum multarum*, legitur) nunquam ſe expediet, ni fallor. Idem è perito linguæ hujus quærat: nationes intelligi aut gentes reſpondebit. Vt & Chaldæus: qui hoc loco, מדינן, hoc eſt, *prouincias*, interpretatus eſt. ac ſi, ἐνώπιον ἐθνῶν πολλῶν, dicatur. Vt non videam, quid vel ſumma linguæ Græcæ, ſine Orientali, hic valeat peritia: cum nec Græci ſatis hæc intelligant, & ab eruditis, è contextu ipſo vſuque ejus linguæ, interpretationis petenda ſit interpretatio. Legat prima Græcus aliquis Matthæi verba: quæ ſunt, Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ χριστοῦ, aut hærebit, niſi fallor, aut ex alio diſcendum illi erit quod ignorat. Abſit quippe, vt librum integrum de ſtirpe Domini promittat autor: qui ne toto quidem capite, ſed verſibus, vt nunc diſtinguimus, non multis, Genealogiam iſtam tractat. quæ res ſummos interim decepit viros; qui de titulo hoc acceperunt. Quid ſit ergo ספר (quod & Helleniſtæ βίβλον paſſim in Antiquo Fœdere dixerunt) hic videndum erat. Idem, ſcilicet, quod מספר, hoc eſt, *ſeries*, aut, *ordo*. Quem tamen vocis ejus (βίβλου dico) vſum, qui in Phrynicho, Magiſtro Thoma, Moſchopulo, aliiſque, qui de vocibus ſcripſerunt Atticis, inuenturum ſe exiſtimet, aut fallimur, aut fruſtra quærat. Idem in Syro Interprete ſi quæras, ſtatim כתבא, hoc eſt, *deſcriptionem*, interpretabitur. Vt, & idiomate ac vocum vſu, hanc, ſiue linguam ſiue characterem, ab eo quo vtuntur Græci, cum eruditiſſimo cuique, tum acerrimi inprimis judicii ingeniique viro Frederico Spanhemio noſtro, perſuaſum gaudeam: qui, nec fruſtra à magno id monitum Scaligero, nec ſine cauſa inculcari ſæpius à nobis, in præclaro opere teſtatus eſt. Ego, vt quod ſentio exponam, ſine motu quodam animi Platonem, in quo habitaui olim, nunquam lego. Cui diuina quædam ac Homerica à Fabio dicendi tribuitur facultas. quem Theodoretus (quis quantuſque autem, & interpres, veteris præſertim Fœderis, & ſcriptor!) *omnes homines, nec Græcos modo cæteros*, (πάντας τοὺς ἀνθρώπους, καὶ οὐ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας μόνον) *ſed & Athenienſes ipſos*, facundia ac pulchritudine ſermonis exceſſiſſe ait. Qui è Sacris quæ expreſſit, qualia & quædam à veteribus notantur, ſi quis

cum interpretatione conferat Græcorum, quid quantumque inter hanc atque Hebræum fontem, quod ad majeſtatem propriam ac ſolidam, interſit, facile videbit. Inter cæteros, nihil illo, qui in Phædro legitur, loco, excitatius ſublimiuſque dici poſſe, Græci notant: ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς, πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων, πρῶτος πορεύεται, διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμελούμενος. τῷ δ' ἕπεται στρατιὰ θεῶν τε καὶ δαιμόνων, κατ' ἕνδεκα μέρη κεκοσμημένη. *Magnus in cœlo princeps Iupiter, alato vehens curru, primus incedit, ordinatque cuncta ac procurat. quem Deorum dæmonumque vndecim diſpoſitus in ordines ſubſequitur exercitus.* Qui non ex eo, quod Iuſtinus Cohortatione ad Græcos voluit, Ezechielis, καὶ ἐξῆλθε δόξα κυρίου ἀπὸ τοῦ αἰθρίου τοῦ οἴκου, καὶ ἐπέβη ἐπὶ τῶν Χερουβείμ, &c. *& egreſſa eſt gloria Iehouæ à limine domus, ſtetitque ſuper Cherubim,* (qui deinde & deſcribuntur;) verum manifeſte ex illis 1 Regum cap. 22. v. 19. Michææ verbis, quæ, Hebraice præſertim, ſine horrore nunquam legere ſoleo, expreſſus eſt: *Vidi Iehouam in ſolio ſedentem ſuo, totumque cœli à dextra ſiniſtraque aſſiſtentem illi exercitum.* quod interpretes Græci, Εἶδον Κύριον τὸν Θεὸν Ἰσραὴλ καθήμενον ἐπὶ θρόνου αὐτοῦ· καὶ πᾶσα ἡ στρατιὰ τοῦ οὐρανοῦ εἱστήκει περὶ αὐτὸν ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ καὶ ἐξ ἀριστερῶν αὐτοῦ. Quæ ſi Pindarice ſic exprimas,

Θεὸν μέγαν δέδορκα
ἥμενον ὑψόθι πάντων,
θώκου ἐπὶ μεγάλου·
ἀμφὶ δέ μιν, στρατὸν οὐράνιον
ὑπουργὸν, ἔκ τε δεξιό-
φιν, ἐξ ἀριστερῶν τε,

nihil infra majeſtatem ejus dicas. Stricta autem vt Platonis Græciſmum non exprimit interpretatio, ita Hebraiſmi vix adumbrat majeſtatem. Magna enim linguæ diuerſitas ac ratio dicendi. vt, nec ſine cauſa, eodem, quem jam dixi, Theodoreto teſte, Platonem, Moſen Atticum (quod ſubinde, quanquam aliter, exprimere eum videatur) dixerit Numenius. Et quid alibi initio Iohannis, ſi mens ipſa ac διάνοια ſpectetur, celſius ſublimiuſque aut legitur aut extat? Quod cum, teſte eodem, admirari ſe Amelius Porphyrii olim diceret diſcipulus; autorem tamen, ob diuerſam phraſin, barbarum vocabat. qui, καὶ, νὴ Δία, καὶ ὁ βάρβαρος ἀξιοῖ, ἐν τῇ τῆς ἀρχῆς τάξει τε καὶ ἀξίᾳ καθεστηκότα πρὸς τὸν Θεὸν εἶναι, καὶ Θεὸν εἶναι, δι' οὗ τὰ πάντα, ἁπλῶς γεγενῆσθαι. *ita per Iouem, etiam barbarus ille, principii loco ac dignitate, Verbum apud Deum vult conſtitutum, Deumque eſſe per quem omnia ſimpliciter ſint facta.* credo, quod λόγον εἶναι πρὸς τὸν Θεὸν, eo ſenſu, aliaque, eodem modo Plato non dixiſſet. Cœleſtis quædam, & quæ ſupra ipſum quoque Pindarum Hebraice aſſurgit, in ſexageſimo octauo, vt nunc diſtinguitur, Dauidis Hymno, majeſtas elucet. cum in toto paſſim, tum vero, vbi inter montem fertiliſſimum, ac mire fœcun-

fœcundum, cui Baſan nomen, & Sionem, vt pleriſque placet interpretibus, comparatio inſtituitur. Loci initium, *Mons Baſan, mons Dei: celſus mons Baſan. Quid tamen exultatis excelſi montes? Hic eſt mons, quem habitationi ſuæ dilegit Deus. in æternum in hoc habitabit Deus. Equitatus Dei, millia viginti: Angelorum millia. Inter quos, vt in ſanctuario Sinai, verſatur Deus. Aſcendiſti in altum, captiuos duxiſti: dona accepiſti pro hominibus. Etiam rebelles ipſos hoſteſque: vt in tuo tecum viuant ſanctuario.* quæ vtcunque, ſi non verba, mentem exprimunt, aut certe adumbrant. Seorſim Helleniſtica ponantur, ac Græco homini exhibeantur, quid dicturum credimus, ſi legat, Ὄρος τοῦ Θεοῦ, ὄρος πῖον, ὄρος τετυρωμένον, ὄρος πῖον. Ἵνα τί ὑπολαμβάνετε ὄρη τετυρωμένα; Τὸ ὄρος ὃ ηὐδόκησεν ὁ Θεὸς κατοικεῖν ἐν αὐτῷ· καὶ γὰρ ὁ Κύριος κατασκηνώσει εἰς τέλος. Τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ μυριοπλάσιον, χιλιάδες εὐθηνούντων· Κύριος ἐν αὐτοῖς, ἐν Σινὰ ἐν τῷ ἁγίῳ. Ἀνέβης εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν· ἔλαβες δόματα ἐν ἀνθρώποις, καὶ γὰρ ἀπειθοῦντας τοῦ κατασκηνῶσαι. Quid reſponſurum, dico, Græcum credimus, ſi quis, poſtrema præſertim, ſibi quid velint, tum τετυρωμένα quæ dicantur ὄρη, quid item ἵνα τί ὑπολαμβάνετε, ſed & εὐθηνούντων eo loco χιλιάδες quæ ſint aut dicantur, quæſiuiſſet? Forte, ne propoſito quidem aliquo è Sacris ludis præmio, vel reſpondiſſet commode, vel ipſam exhibuiſſet mentem: neque alibi fortaſſe, etiam in aliis quibuſdam, phraſin magis quam Hebræa aſſecutus eſſet verba. Non magis quam Tullius, credo, quid Latinus voluerit interpres, cum, *vt quid ſuſpicamini montes coagulatos*, pro eo, *vt quid exultatis*, aut, *verticem attollitis, excelſi montes?* dixit. in primis autem, quæ de *caſeatis* à Græco dicuntur montibus. Si quis fidem nobis hic non habet, vel Apolinarium ad iſtum legat locum: qui ænigmata profecto ſcripſit. Inter alia,

Θεῖον ὄρος, πολυανθὲς ὄρος μάλα πῖον ἐτύχθη,
Πῖον ὄρος, πηχθέντι πανείκελον ἔπλετο τυρῷ.
Τίπτέ μοι οὔρεα πάντα δοκεύετε τυρώεντα;
Τοῦτ' ὄρος, ᾗχι Θεὸς κατεθύμια δώματα ναίει.

Vbi, ne jam dicam quam longe à Prophetæ ſenſu abeat, nihil præter τυρώεντα, & τυρὸν, habes (cum nihil tale in Hebræo, ſed הר גבננים, *mons excelſorum*, ſiue, *excelſus*, legatur) quia vox vicina caſeum deſignat. Quam autem efficaciter & quomodo שנאן Angeli dicantur, (quos εὐθηνοῦντας, ſiue, *lætos*, hic dixerunt Helleniſtæ) quanquam non eodem modo id interpretantur omnes, Magiſtri Hebræorum docent. De quo cum non cogitaret idem, χορευτὰς dixit. qui πολέες ἦσαν ἐπ' αὐτῷ χορευταί: quaſi ſaltantium hic fiat mentio. nam de rebellibus cum agitur, non magis, quam ſi nunquam Dauidem inſpexiſſet, mentem aſſecutus eſt. de quibus,

Καὶ γὰρ ὑπερβασίῃ σθεναιέμεν ἠρνήσαντο.

quaſi, *præ arrogantia habitare ibi noluiſſe*, dicas. Cujuſmodi in hac

Metaphraſi non pauca occurrunt. quod nec mirum, cum & varii eſſent, neque omnia vel commode vel recte reddidiſſent interpretes. Adde quod nec idioma Orientis, ad verbum cum exprimitur, ſatis ipſi vel vbique aſſecuti ſint, vel, vbique, vt oportet, expreſſerint Græci. Cum vix dici poſſit, quam hæc, ſiue dialectus ſiue lingua, à Græciſmo longe abeat nonnunquam: quanquam caſu, ſeu, κτ̀ συνέμπτωσιν, vt alibi docuimus, cum Hebraiſmo, vt & Syriaſmo, Græca quoque phraſis conuenire poſſit: quod in omnibus fit linguis. Vt omnino nihil dicant, qui maligne potius quam vere hac de re pronunciarunt. cum & de Græciſmo omnibuſque autoribus antiquis Græcis, tum & iſtis, qui ab illis quam longiſſime recedunt, rectum requiratur hic judicium. Quare vt doctorum indigni ſunt nomine, qui inferioribus amplius quam par eſt hic tribuunt ſcientiis, ita à Theologia linguas qui ſeparant, eoſque, qui hanc cum minoribus conjungunt, Grammaticos facete, aut Criticos, libenter dicunt, quid aliud poſt omnes obtinent ineptias ac ſtrophas, niſi vt ludibrio ſe eruditioribus exponant, neque aliud in publico theatro hoc, in quo verſantur eruditi, præter nomen ac perſonam tueantur: cum non minus neceſſariæ hic diſciplinæ ſint quæ parent quam quæ imperant. ſine quibus, præter ignorantiam barbariemque, nihil iſtæ profitentur. Libenter autem quæ deeſſe ſibi indignatur quiſque, vel minora quam ſunt vult videri, vel contemnit. Quibus & hos adde, qui recentiores ſolos cum Theologos mirentur, veteres vel nullo habent loco, vel inferiores aut indignos lectione arbitrantur. quaſi præferendi Patribus ſint filii, aut filiorum nomine ſint digni, qui hos non agnoſcunt: cum, vt vita ad liberos ab illis, ita omnis ad poſteros ab iſtis eruditio manarit ſcientia. Non vt inter eos ſim propterea, qui plus quam ipſi veritati, hoc eſt, Dei Verbo, hic, vel alibi, antiquis tribuam ac Theologis: aut temere aliquid cujuſquam cauſa, accuſandum aut mutandum, vt jam dixi, in contextu arbitrer. Interim pergamus. Nos hoc proprium, quod ipſum jam monuimus, Apoſtolo fatemur, vt & crebris & prolixis parentheſibus vtatur. Quæ an recte vbique diſtinguantur, quod non ſemel diximus, videndum. cum nonnunquam quæ ſequuntur, non cum fine ſingularum, ſed cum eo quod præcedit, connectenda vel jungenda ſint. Vnde nata de ſolœcis aut incongruis opinio non ſemel. de quibus ſuo, ex occaſione, loco, nonnulla diximus, cauſamque autoris maximi non vno loco egimus. Quo & reſpexiſſe paganorum Criticos exiſtimo, cum inter ea, quæ hic in dicendi charactere reprehendunt vel ſugillant, τ̃ περιττῶν παρένθησιν, *eorum, quæ redundant aut ſuperfluunt, parentheſin*, perſtringunt. qui, vt Iſidorus, inter cæteros, Peluſiota docet, Sacram ac Canonicam Scri-

Scripturam (Nouum autem vel inprimis, vt videtur, Fœdus) ὡς βαρβαρόφωνον, καὶ ὀνοματοποιΐαις ξέναις συντεταγμένην, συνδεσμῶν δὲ ἀναγκαίων ἐκλείπουσαν, καὶ πλείστων παρενθήκῃ τὸν νοῦν τῶν λεγομένων ἐκταράττουσαν, *quaſi & barbaris conſtaret vocibus, peregrinis quoque ac nouo more factis vteretur nominibus, tum & neceſſariis ſermoni careret conjunctionibus, nonnunquam & quibuſdam, quæ inſeruntur* (ſiue, *parentheſibus*) *eorum quæ dicuntur perturbari ſenſum*, in ſcriptis notarunt. Quod in iis minus mirum, qui ad Græcum, vt dicebam characterem, cæterarum omnium ignari linguarum, cuncta exigebant. Ponamus tamen alibi in Sancto de quo egimus, autore, aut aliis ejuſdem Fœderis ſcriptoribus, reperiri vel notari alibi ſolœcos poſſe, quis eoſdem in autoribus quos maxime ac ſolos admirantur Græci, reperiri vel notari à Græcorum Criticis negabit? Homerum quanti fecerit antiquitas, quis neſcit? Cujus ſcripta, ex autoritate Magni Alexandri ac judicio, pretioſiſſimum humani opus ingenii, dixit Plinius. qui, vt Fabius judicat, *omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit. vt magni ſit*, inquit, *viri, virtutes ejus, non æmulatione, quod fieri non poteſt, ſed intellectu, ſequi.* cui eueniſſe, ſeu volenti, ſeu ignaro, vt ſolœcos operi inſpergeret, quis dubitat? Ne nunc cætera commemorem libro Iliados ſecundo locus iſte legitur:

Φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα,
Ἤματι τῷ, ὅτε νηυσὶν ἐπ' ὠκυπόροισιν ἔβαινον,
Ἀργεῖοι, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες,
Ἀστράπτων ἐπιδέξι', ἐναίσιμα σήματα φαίνων.

vbi ἀστράπτοντα dicendum fuiſſe, ex præcedentibus vel ſciunt, vel doceri etiam tyrones poſſunt. Et an ei ideo ſermonis imperitiam, præclari horum judices objiciunt Grammatici? qui facete id potius excuſant. Poſtquam enim, vel ſolœcum, vel σολοικοφανὲς, & ἀκατάλληλον, (ſic loquuntur enim) ibi annotarunt, plenam, poſt φέροντες, ab autore poſitam diſtinctionem, atque ita, quaſi facto iterum initio, ἀστράπτων, pro ἀστράπτων ἦν, dixiſſe notant. qui, τελείαν, inquiunt, στιγμὴν θέμενος, ἐν τῷ, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες, εἶτα ὡς ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς, φησὶν, ἀστράπτων, λείποντος τοῦ ἦν, ὑπαρκτικοῦ ῥήματος. Quorum & nonnulli, non Politicam, ſed Grammaticam, nec magnæ rei obſeruatiunculam excogitarunt: alia ſolœca, ſcilicet, ἀθεράπευτα eſſe, ſeu, *emendari non poſſe*: alia θεράπευτα & *emendari*, ſeu, *excuſari poſſe*. inter quæ hoc ipſum, quemadmodum inter illa quæ diuerſa ſunt nec excuſari poſſunt, illud alterius poëtæ, Ἐξὸν καθεύδειν τὴν ἐρωμένην ἔχων, cum ἔχοντα dicendum eſſet, iidem Critici reponunt. Iam vero inter antiquiſſimos fuiſſe conſtat Æſchylum. Apud quem Oreſtes cum dixiſſet

Ἄναξ Ἄπολλον· αἵδε πληθύουσι δὴ
Κἀξ ὀμμάτων στάζουσιν αἷμα δυσφιλὲς,

reſpondet Chorus,

Εἴσω καθαρμός· λοξίου δὲ προσθίγων,
Ἐλεύθερόν σε τῶνδε πημάτων κτίσει.

cum προσθίγοντα, aut, vt videtur aliis, προσθίγοντος, dicendum eſſet. è quo, ne diffuſior ſim, plura non adduco. Qui Apoſtolum mirantur, cum à multitudinis incœpit numero, ad ſingularem abiiſſe, quid de illo Sophoclis dicturi ſunt: qui cum ὄρνις dixit, ac ſi ὄρνιθες dixiſſet, deinde loquitur ac pergit. Ita enim,

Οὐδ᾽ ὄρνις εὐσήμους ἀπορροιβδεῖ βοάς,
Ἀνδροφθόρου βεβρῶτες αἵματος λίπος.

vt ejuſdem, quæ notare olim memini, autoris alia omittam. Et quid ſi εἰς δόμους μένειν (quod vulgo, *manere domi*) Apoſtolus dixiſſet? quod tamen idem autor Ajace dixit. qui

Ἐμοὶ μὲν ἀρκεῖ τοῦτον εἰς δόμους μένειν,

quod poëtice, pro ἐν δόμοις dici, interpres notat. ita enim ſuos hi excuſant. Cæterum, dicendi majeſtate, vt jam ante dixi, ac ſublimitate, inter veteres regnare Pindarum quis neſcit? Quem, *feruere & profundo ore immenſum ruere*, admirator maximus atque imitator ejus dixit Flaccus. qui magnificentiâ, totoque orationis genere, inprimis autem figurarum ac tranſlationum efficaciâ (quo Græcorum ſpem ac vota immenſis quidem ſpatiis Hebræi ſane excedunt) proximus à Prophetarum charactere ſemper nobis viſus eſt. quod nec mirum, cum in ea Græciæ antiquæ parte vixerit, in quam veniſſe ex Oriente primo Cadmus creditur: in quâ tot ex Oriente ipſo vocum quoque extare ac ſupereſſe adhuc reliquias notauimus. Cujus plurima, quæ ἀκαταλλήλως, neque ex norma loquitur Grammaticorum, jam notarunt veteres. vt cum alibi, ὄφρα τὶς τὰν ἐν δυνατῷ φιλοτάτων ἐπιψαύειν ἔραται, pro ὅπως ἄν τις τῶν δυνατῶν ἐπιθυμιῶν ὀρέγηται, vt interpretes notarunt (Pythiorum, nempe, Oda 4.) dicitur. vt cum Olympiorum Oda ſexta,

ἐξ οὗ πολύκλειτον καθ᾽ Ἑλ-
λανας γένος Ἰαμιδᾶν
ὄλβος ἅμ᾽ ἕσπετο,

dicitur. cum τῷ πολυκλείτῳ καθ᾽ Ἕλλανας γένει, vt ab iiſdem notatur interpretibus, dicendum eſſet. Quæ vt nunc omittam, quid de ſchemate Pindarico dicemus, quod vt in ſermone incongruum & ἀνακόλουθον, etiam in aliis ſcriptoribus, ſeruato nomine hoc, antiqui notant & excuſant Critici? Exemplo illud Iſthmiorum quintâ ſit:

οὔτοι τετύφλωται μακρὸς
μόχθος ἀνδρῶν, οὐδ᾽ ὁπόσαι δαπάναι
ἐλπίδων ἔκνισ᾽ ὄπιν.

vbi interpres, ἔκνιξαν αἱ δαπάναι, cum plurali ſingulare ſic jungatur, dicendum fuiſſe notat. qui, ἵν᾽ ᾖ σχῆμα Πινδαρικὸν, οὐκ ἔκνιξαν αἱ δαπάναι. quemadmodum ante eum Poëtarum princeps,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

καμάτῳ δὲ καὶ ἱδρῷ νωμελὲς αἰεὶ
Γοῦνατά τε, κνῆμαί τε, πόδες θ᾽ ὑπένερθεν ἑκάστου
Χεῖρές τ᾽ ὀφθαλμοί τε πελάσσετο.

Quo loco, quomodo πελάσσετο, quod ſingulare eſt, præcedentibus reſpondet? vbi & maximi autoris interpres, φασὶ Πινδαρικὸν τὸ σχῆμα οἱ παλαιοί· οὐχ᾽ ὅτι Πίνδαρος εὗρεν αὐτό· τοῦ γὰρ Ὁμήρου μεγαλλείας καὶ τοῦτο ἐκέρδανεν, ἀλλ᾽ ὅτι δεξάμενος καὶ ζηλώσας, κατεχρήσατο. qui, Pindaricum id veteres dixiſſe ſchema, voluit: non quod primo hoc ſit vſus Pindarus; cum, vt cætera, Homeri id inuentum eſſet, ſed quod id ab eo accepiſſet. forte & quod ſæpius aut aliter, quam par, eo vteretur. Inter Poëtas eos quibus nimiam orationis curam, vel Grammaticæ ſtudium, veteres objiciunt, Apollonius quoque Rhodius eſt. qui & ἄπτωτος idcirco, ſiue, *extra lapſum*, ſummo judici Dionyſio Longino dicitur. Quem bis vno alteroque interjecto verſu, incongrui, imo & ſolœci, veteres accerſunt. vt cum ad eum locum libro 3.

οὐδ᾽ οἰόθεν οἶος ἑταίρων
Ἴδας ἧστ᾽ ἀπάνευθε δακὼν χόλον,

eruditiſſimus interpres, οὐχ᾽ ἁρμόζει νῦν τὸ οἰόθεν οἶος· μόνος γὰρ ἀπὸ πολλῶν. qui &, οἶος ἀπ᾽ ἄλλων, dicendum fuiſſe docet. Eodem loco cum ſequatur illud,

οἱ δὲ δὴ ἄλλοι
Γηθόσυνοι, τῆμος μὲν, ἐπεὶ κνέφας ἔργαθε νυκτὸς,
Εὔκηλοι μελέοντο περὶ σφίσιν,

idem ille, Σόλοικος, *Solæciſmus*, inquit. cum, ἐμέλλοντο σφέων, quod eſt, ἑαυτῶν, dicendum eſſet. Vt quod næuus in facie qui cætera commendat, in oratione ſit incongruum, quod cætera diſtinguit aut variat: nec ſine cauſa ingenioſus poëta, decentiorem eam in qua næuus eſſet, faciem pronunciarit. Cæterum, ne in Poëtis hæreamus, quemadmodum accuratiſſimam dicendi normam, Atticiſmum, ita inter primos maximoſque autores ejus Thucydiden antiqui habent. Quo neſcio an quis ſæpius, ea quæ σόλοικα, ὑποσόλοικα & σολοικοφανῆ dicuntur, toto opere, & quidem, vt videtur, ſtudio admiſerit. ne jam dicam, inter hæc quæ Atticiſmo propria, inprimis in Tragœdia, quod & exemplo probant Sophoclis, hæc ipſa poni. Verum ad Thucydiden nunc redeamus. In quo, præter phraſeon audaciam & nouitatis ſtudium, inprimis τὰ δυσπαρακόλουθα, τάς τε τῶν σχημάτων σολοικοφανεῖς πλοκὰς, quæ & ὑποσόλοικα dicuntur, maximus dicendi artifex, ac ſummus hac in parte Criticus, Halicarnaſſeus Dionyſius notauit. Ne longe abeamus, ſtatim libro primo inter alia, Καὶ οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι, inquit, οὐχ᾽ ὑποτελεῖς ἔχοντες φόρου, τοὺς ξυμμάχους ἡγοῦντο. *Et Lacedæmonii quidem, ita vt tributarios non haberent ſocios, iis imperabant.* cum, ξυμμάχων dicendum fuiſſe, & omnes ſciant & interpres notet. Qui, ἀντίπτωσις, ἀντὶ τοῦ ξυμμάχων:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

qui caſum pro caſu poni ait, cum ξυμμάχων dicendum eſſet. quanuis, quomodo id excuſari poſſit aliter, non ignoremus. Eodem libro, περιφρονοῦντες δὲ αὐτοὺς, καὶ χρημάτων δυνάμει ὄντες κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὅμοια τοῖς Ἑλλήνων πλουσιωτάτοις, καὶ τῇ ἐς πόλεμον παρασκευῇ δυνατώτεροι. *verum contemnebant illos, quod pecuniarum copia, vel ditiſſimis illius æui Græcis pares eſſent, bellicoque apparatu plus poſſent.* quam Atticam ſyntaxin eſſe interpres dixit, cum, περιφρονοῦντες δὲ αὐτῶν, vellet. Quo & illud quidam libro referunt ſecundo, καὶ οἱ στρατιῶται ἐκ πολλοῦ ἐν σφίσιν αὐτοῖς τὴν ἀξίωσιν ταύτην εἰλήφασιν, μηδένα ὄχλον Ἀθηναῖοι ὄντες Πελοποννησίων νεῶν ὑποχωρεῖν. *ipſique jampridem hanc opinionem animis conceperant milites, nullam, quantumuis ingentem, Peloponneſiorum claſſem, Athenienſibus, ita vt illi cederent, extimeſcendam.* pro eo quod vulgo, Ἀθηναίους ὄντας. Ita tertio cum de Demoſthene ac ſociis κρύφα δὲ Δημοσθένης μετὰ τῶν συστρατηγῶν Ἀκαρνάνων σπένδονται Μαντινεῦσι καὶ Μενεδαίῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἄρχουσι τῶν Πελοποννησίων, καὶ ὅσοι αὐτῶν ἦσαν ἀξιολογώτατοι, *Demoſthenes vero atque Acarnanes, imperii militaris collegæ, clam, cum Mantinenſibus, Menedæo, aliiſque Peloponneſiorum ducibus, & quicunque inter illos dignitate excellebant, fœdus ineunt*, &c. dixiſſet; deinde, βουλόμενος ψιλῶσαι τοὺς Ἀμπρακιώτας &c. *hoc agens, vt Ambraciotas nudaret*, tanquam de ſolo locutus Demoſthene, dixit: cum de ſolo σπένδεται καὶ βουλόμενος, vel σπένδονται καὶ βουλόμενοι, de pluribus dicendum eſſet. Ne jam alia hic adferam, cum non vno occurrant loco. quæ ſi commiſiſſet Apoſtolus vel affectaſſet, metuendum eſſet, ne ſermonis imperitiæ nonnulli id aſſcriberent. Quid, quod & Grammatici, qui putide hic interdum curioſi, leges omnibus præſcribunt, eaſdem, vbi viſum, vel obliuiſcuntur vel negligunt? cujuſmodi nonnulla obſeruaui: quæ nunc, cum ad alia tranſire malim, prætermitto. Illud interim non aſſequor: cur, quæ Atticiſmi in profanis, ſolœciſmi in Sacris ſcriptoribus dicantur; cum eoſdem præſertim, ne ſolœcos quidem eſſe negent, qui ſcriptores iſtos atque autores maxime tuentur ac commendant. Quanuis longe alia, vt ſæpius jam dixi, linguæ hic ſit ratio: quam qui non aſſequitur, aut qui ex ſolis ſcriptoribus profanis, (quibus tamen & hic locus eſſe poteſt) quæ in his dicuntur libris, interpretari conatur, ludere operam non dubitamus. Vt & errare inprimis eos, qui mirantur vel indigne ferunt, quod Secundi Fœderis autores, Græce cum ſcripſerint, Attice non ſcripſerint cum, non impietatem modo, ſed & judicii infirmitatem, ſic prodant. Quis enim (præterquam quod œconomiæ hujus ratio, cur, videlicet, quæ talis eſſet, præferenda cæteris tum eſſet lingua, ſoli conſtat Deo, quæ & ex parte conſtat nobis) fore illis dixit, vt in cœlo, cui obtinendo hic initiamur, Attice, vt profani olim, locuturi ſimus? Et quid reſpondebunt, qui, in Nouo Fœdere præſertim, ſummam hanc ſimplicitatem in dicendo, Spiritui Sancto placuiſſe mirantur: cum hoc nomine ipſum Æſchinem, magni æmu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

æmulum Demoſthenis, cui &, poſt Demoſthenem, parem in dicendo neminem Halicarnaſſenſis judicat Dionyſius, à ſimplicitate in dicendo commendari legerint? quem, ὀ πρὸς τὸ δοκεῖν σὺν τέχνῃ λέγειν, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀναγκαιότατον τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασι, *non vt ex arte videatur dicere, ſed vt eorum, de quibus agitur, neceſſitati ſe accommodet,* dixiſſe ait Photius. Quod & factum hic videmus. in quo ejuſdem quam in Fœdere Antiquo veritatis curam idem autor habuit. *Quod enim prædicarunt Apoſtoli, hoc annunciarunt Prophetæ,* vt recte Leo Primus ait: quemadmodum & quod ſperarunt Prophetæ crediderunt ac annunciarunt Apoſtoli. Vt non immerito Hebraice potiſſimum Hebræis illi, poſtquam vero exhibitum eſt quod promiſſum fuit, linguâ intellectu facili, quod promiſſum fuerat ab illis, ſcripſerint Apoſtoli. Vera dixiſſe Prophetas, vere probarunt Apoſtoli: ſed & cum Apoſtolis teſtatus ille eſt, qui impleuit omnia. qui cum majus dare homini jam nihil poſſet, hominem ſe illi dedit. In qua veritate cum pulcherrimum ſit exerceri, neque vſquam certior quam hic ſit veritas, Exercitationes ſcripſimus, neque aliter inſcripſimus hoc opus. in quo veritatis inquirendæ curam, aut intelligendæ potius, profeſſi ſumus: memores illius, *Ad cognitionem magis propinquare neminem quam qui intelligit, in diuinis rebus etiamſi multum proficiat, ſemper ſibi ſupereſſe quod quærat:* vt præclare idem Leo. Accedebat, quod ex tempore ac ſub manum ſingula hic nobis nata: quæ è libri margine, in quo notata erant, ſubito deſcripta, veritatis ſtudio cum omnibus communicauimus. Aliud agenti ſi quid excidit, qui ferre aut excuſare non didicit, quid præter animi liuorem profitetur? cum præſertim non errare non ſit hominis, errare autem tam illorum quam noſtrum, errorem vero emendare, viri boni nec arrogantis: præſertim in minutis, qualia nonnunquam hic tractanda. Adde quod & in quibuſdam aliis hæretici ſi eſſent qui vel errant vel errorem confitentur, nec in eo, moniti aut docti melius, perſiſtunt, inter primos Auguſtinus eſſet, qui nec pauca retractauit, & volumen integrum hoc titulo inſcriptum dedit. quem erraſſe, vt vt virum maximum, ac veteris Theologiæ Principem, qui negat, jam ab ipſo, qui fatetur hoc ac multis probat, libere diſſentit: ideo hæreticum qui credit, veritatis aſſertorem maximum damnare audet. Qui non magis ſane nobis, cum vel Manichæum vel Pelagium vel cæteros refutat ac profligat, quam cum ipſe de ſe, hoc eſt, de Doctore tanto, qui ſuperiorem vix aut parem, in dogmaticis præſertim, tum habebat, candide pronunciat quod ſentit, triumphare aut altius aſſurgere videtur. Et hic ille, cujus vere heroicum ac omni commendatione majus extat illud, *Si quid ſibi excidat quod poſtea emendet, ignoſcendum pariter & gratulandum:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

non tam quod errarit quam quod ipſe errorem improbarit. Idem, qui libro De bono perſeuerantiæ 2. *Quanuis neminem velim ſic amplecti omnia mea, vt me ſequatur, niſi in iis in quibus me non errare perſpexerit. Nam propterea nunc facio libros, in quibus opuſcula mea retractanda ſuſcepi, vt nec meipſum in omnibus me ſecutum fuiſſe demonſtrem.* Idem, qui libro De anima ad Vincentium 2. *Neque enim negare debeo, ſicut in ipſis moribus ita multa eſſe in tam multis opuſculis meis, quæ poſſint juſto judicio & nulla temeritate culpari.* Quam incomparabilem in viro tanto ingenuitatem vel candorem, quis pro merito vel æſtimare vel mirari poteſt? A quo quam longiſſime abſunt, qui, cum errant, neque id ſciunt, neque ex aliis id ſcire volunt: aut ſi ſciant, confiteri nolunt. vel quod ſcire omnia ſe arbitrentur, vel, quod neſciunt doceri ſe ab aliis non velint. Cum libenter, moniti qui ſapiunt errorem mutent, neque hæreticum ſit labi ſed humanum. Cæterum, nec de facundia ſolliciti hic fuimus: cum de verbis cogitare aut flore orationis & dicendi elegantia, in tantâ rerum quæ ſe vltro hic efferrent copia ac mole, ne vacaret quidem: tum, quod linguæ aliæ atque aliæ, quemadmodum & quæ ex aliis ſcriptoribus vel adducenda alibi vel inſerenda ſuo loco judicauimus, ſermonis ſponte nati curſum interrumperent. Quod & multo minus datum illis aut conceſſum, qui aſtrictâ interpretatione, ſingula, eâdem quâ dicuntur fide, in contextu, linguâ vel Latinâ vel quacunque aliâ, conuertunt ac lectori repræſentant. de quibus neceſſario ſubinde agendum nobis fuit. Neque quicquam ſane magis eſt optandum, quam vt omnes quotquot ſunt interpretationes, accurate à viris eruditis qui hæc ſolide intelligunt, cum opus eſt, & quia homines fuiſſe conſtat, ad diuinam veritatis normam lineamque, (Hebræum, ſcilicet, contextum pariter ac Græcum) exigantur. cum præſertim omnium interſit vt ſint Chriſtiani; etiam qui eruditi non ſunt nec linguarum ſunt periti: ideoque &, vt hæc ſciant, omnium interſit; etiam qui in Republica verſantur. Omnes autem qui in aliquâ hic ſumus, ad communem aſpiramus: cujus & ſpe viuimus hic & ſpiramus. Noſtra enim, vt Apoſtoli nunc verbis vtar, ad quam omnes tendimus, in cœlis: vnde Dominum & Seruatorem Ieſum Chriſtum expectamus. Quod cum intelligerent ac ſcirent Potentiſſimi Prouinciarum Ordines, ingenti nuper ſumptu regioque, interpretationem vtriuſque Fœderis, tot annos in Eccleſia receptam, optimo ſucceſſu, conuocatis viris aliquot præclaris, emendandam, recenſendam, ac cum principe contextu conferendam cenſuerunt, judicarunt: quod & ante à Gallis factum ac Britannis ſcimus. Seorſim autem & in Nouo Fœdere, ab interprete poſtremo. qui, interpretationem veterem (de cujus hic antiquitate vel autoritate nunc non agam)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

non emendandam modo, ſed mutandam, ac pro eâ aliam (quod ab Eraſmo quoque factum) publico donandam judicauit. qui tamen (homo enim fuit) obtinere non potuit, vt nemo alibi ab eo diſſentiret. Inter quos & ille, quo conjunctior magiſque amicus nemo illi vixit, magnus Scaliger, in ſuo (cujus & excerpta apud nos habemus quædam) codice, ſi quid eſſet, quod non ſatisfaceret, vt mos illius erat, obeliſcis libere notarat, ſed & alibi quæ meliora viderentur repoſuerat. Quem ſecuti poſtea nonnulli, idem faciendum ſibi judicarunt. quemadmodum nec alii, & quidem ſummi, hac ætate defuerunt viri, qui in ſingulis quid approbarent quid deſiderarent interpretibus, modeſte ac candide pronunciarent. Inter quos, vt cæteros omittam, ſummæ ac inuſitatæ eruditionis vir Ludouicus de Dieu, vere θεώνυμος, in Commentariis quos nuper edidit: cujus parentem, virum eximium, non ſecus quam proprium jam olim colui. qui, ne cætera illius hic deſcribam merita, cum facundiſſimo Heidano ſuo, quantum in diuinis profecerit myſteriis, quotidie hic docet. vt & alii præclari viri, qui cum ſcribunt, ſine contumeliâ cujuſquam docent. Libertatis enim, ſed modeſtæ ſed ingenuæ, ac veritatis, curam hic habendam ſciunt. Verum enim, quod ab Hebræorum dicitur Magiſtris, eſſe ſciunt. אין שפתי חלקות מדת המאמין אלא בקשת החכמה, *non adulationem, ſed inquiſitionem ſapientiæ ac curam, veracis argumentum aut menſuram eſſe.* Vt vt ſit, quemadmodum à veteri interprete Eraſmus, ab Eraſmo, vt & altero, liberrime, & quocunque loco viſum eſt, diſſentit recens, ita alii è contextu Sacro, qui hic Cynoſura, ſed non fallax, omnium ac certa, de interpretatione ſingulorum, etiam poſtremâ, vbi opus arbitrantur, judicant ac ſemper judicabunt. Quæ quamdiu ſupererit ac cœlitus ſeruabitur, nihil intentatum in hoc mari eruditis relinquendum. quam vt ad cujuſquam Noui vel Antiqui Fœderis interpretationem vel metaphraſin, non autem omnes ad hanc, expendendas atque examinandas credam, cenſeam ac ſtatuam, adduci equidem non poſſum. Neque aliud profecto magnus judicabat Auguſtinus, cum, vt non ſemel alibi, ita in præclaris De doctrina Chriſtiana libris, duas iis quos inſtituit, præter Latinam, linguas commendat: Hebræam, nempe, & Græcam. *Vt ad exemplaria,* inquit, *præcedentia* (Hebræa, ſcilicet, & Græca, ſic loquuntur enim) *ſi quam dubitationem attulerit Latinorum interpretum infinita varietas, recurri poſſit.* Neque aliter B. Hieronymus: qui, cum paſſim, tum & ad Licinium, *Nouum,* inquit (Fœdus nempe) *Græcæ reddidi autoritati. Vt enim Veterum librorum fides, de Hebræis voluminibus examinanda eſt, ita Nouorum Græci ſermonis normam deſiderant.* hoc eſt, ad eam ſiue Cynoſuram exigenda ſiue normam. Cum in primis locum illud hic non habeat,

 Bene

Bene qui conjiciet, vatem hunc perhibebo optimum.

ſine hac autem fruſtra

Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrent viam.

A qua veritate nemo volens abit, nemo abeuntem ſponte ſequitur ac volens, niſi qui ſecuritatem ſummam vel contemptum maximi magiſtri ac impietatem probat: vt paulatim, quod à Græcis dicitur Theologis, τὴν ἀπαρρησιθεῖαν ſic inducat. Neq; magis inſtituti ſane nos hic pœnitet, quam eum, de quo ante egimus, B. Hierónymum non multum diuerſi: qui ad Marcellam, *Latinorum codicum vitioſitatem, quæ ex diuerſitate omnium comprobatur; ad Græcam originem, vnde & ipſi tranſlatos non denegant, voluiſſe reuocare*, ſe teſtatur. *quibus ſi, fontis*, inquit, *vnda diſplicet puriſſimi, cænoſos bibant riuulos.* Interim ad nos vt redeamus: Locos qui occurrunt alibi obſcuriores illuſtrauimus, opiniones Patrum ac ſententias examinauimus, expendimus, interpretati ſumus: ex Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ ſcriptoribus atque aliis quæ maxime accommodata videbantur, attulimus atque exhibuimus. Sed & Fœderis antiqui locos, quos inprimis more ſuo Helleniſtæ Græci reddiderunt, paſſim adhibuimus: quos potiſſimum, vt & res quæ tractantur, ad interpretationem Noui Fœderis (vbi & citantur paſſim) plurimum conferre exiſtimauimus. Memores illius quod præclare jam olim veteres dixerunt, ὅτι δίκαιον, ἀπὸ μὲν τῆς παλαιᾶς διαθήκης θεμελιῶσαι τὸ νόημα, ἀπὸ δὲ τῆς καινῆς στεφανῶσαι. *Fundamentum ex Antiquo jaciendum, coronam*, ſeu, *faſtigium, è Nouo imponendum.* cum Vetus, quemadmodum eleganter Commentario in Pſalmos B. Hieronymus loquitur, *annunciet Nouum, Nouum in teſtimonium vocet Vetus.* Etiam linguarum, ſine quibus fieri hic nihil poteſt, ope vſi ſumus. quas qui negligunt, non errant ſed delirant. In primis autem illi, qui de ſenſu literæ quem dicunt, admodum ſecuri, allegoricas ac anagogicas interpretationes tantum, neque alias, admittunt. Qui Chimæras vere fingunt, & in Sole, vt ita ſe oblectent, neque majus agant, apricantur. quod Origeni inprimis, nec immerito, B. Hieronymus objecit: & in quo præclare, ſi quis alius, ſeruandum ſaltem eſſe modum, docet Athanaſius. qui, οὐκ ἀναιροῦμεν τὸ γράμμα διὰ τὸ πνεῦμα, ἀλλὰ σώζομεν τὴν πνεύματος δύναμιν διὰ τοῦ γράμματος, *propter ſpiritum literam non tollimus, ſed vim ſpiritus per literam ſeruamus*, præclare dixit. Vbi & nobile illud curioſæ nimium interpretationis præcedit amuletum, ταῦτα λέγων, οὐκ ἀναιρῶ τὴν ἱστορίαν. *hoc cum dico, ſenſum hiſtoricum non tollo.* quo ſublato, ætiologia quoque, imo & analogia, tollitur. Sed & controuerſias vbiq; declinaui, & ab iis, quantum potui, hic temperaui. Quibus plerunque nec contextus illuſtratur, &, quod maxime Scriptura vetat, diſcordiis ac rixis inuoluuntur animi. vt nec concordiæ nec caritati, quas

ante

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ante omnia præſcripſit autor,locus relinquatur. ad cujus mentem obiter, &,vt ferebant vires noſtræ,illuſtrandam, cum religione ac reuerentia acceſſimus. Et profectò omnes,quibus Dominus Ægyptios affecit,pœnas ſuperat ac plagas,quod,cum Sacra ſcribimus ac meditamur,pacem inter nos turbamus. Legat, cui viſum erit, ſcripta, quæ ab annis aliquot, diuerſæ quidam vel opinionis vel ſententiæ, καὶ ἄλλως, vt loquuntur SS.Patres, δόγματος, in lucem ediderunt; admirabitur, non ſine cauſa, etiam hic ita bellum geri. Quaſi diſſentire, niſi eâ lege non liceat, vt bile ac felle alter alterum aſpergat. Feras inter ſe commiſſas in theatro dicas. credo, vt diſcipulum ſe quiſque illius probet, qui, *tanquam ouis ad mactationem ductus eſt, & vt agnus coram tonſore ſuo obmutuit, nec os aperuit.* qui ipſe tamen, ſi B.Bernardo credimus, *fide concipitur, prædicatione verbi naſcitur, deuotione nutritur, amore tenetur:* idem, qui in ipſa cruce pro tortoribus clementer interceſſit. Quæ Magiſtri lenitas ac Ducis, vel inprimis eos decet, qui quocunque modo Sacra hæc myſteria expendunt. Nam ſi ii, quibus curæ eſt vt ſordes corporis in balneo deponant, id inprimis, ne quid ſordium nouarum attrahant, ſpectare ſolent, ideoque in ſpoliario & veſtes ponunt ac relinquunt; quanto magis animus, ab æmulatione ac contentione alienus, eos qui in Chriſti ſchola nomen ejus profitentur, ſi quid aliud, omnino decet? qui in illuſtrando ejus verbo, charitatis normâ ac benignitatis regulâ, verſantur. Quos qui vltro lædunt, aut priores contumeliis inuadunt, nihil aliud quam virus ſuum & infamiam poſteritati conſecrant, odiumque generis humani (eſt & vbi diras omnium ac deteſtationem publicam) in ſe conuertunt. Et quid aliud quam irritantur animi? qui deinde, cum nec legem amplius nec modum tenent (quis autem odio ac iræ modus?) nihil præter riſum debent. Commiſſi enim ſemel, inſanire pergunt, neque aliud jam agunt quam vt neuter cedat & vterque vlterius inſaniat.

Vt cum carceribus ſeſe effudere quadrigæ
Addunt ſe in ſpatia: & fruſtra retinacula tendens
Fertur equis quadriga, neque audit currus habenas.

Monere amicum, quippe, ac monentem ferre, candidæ ac Chriſtianæ mentis eſt: non monere, ſed proterue ac inſolenter, publice præſertim, aggredi, aut recte ſentientem, vel, quod proprium eſt hominis, errantem, vellicare, truculenti animi ac graſſatoris eſt. Huc accedit, quod commemorare inter prima poſſum, ſuaſu amicorum ac impulſu factum, vt de opere hoc ſuſcipiendo cogitarem. qui, autoritate partim propriâ, Theologi cum eſſent, quales Academia hæc non vulgares ſemper habuit atque habet, etiam adoleſcentem ac tum aliis intentum, partim precibus tum hortabantur ac ſuadebant, vt, depoſito, ad tempus ſaltem, Ariſtotele ac

Pla-

Platone, cæteriſque autoribus in quibus tum verſabar, Sacrum Noui Fœderis contextum, cum interpretationibus conferrem,& quæ opus eſſet annotarem. Quorum inter primos nobiliſſimus ac reuerendus vir Iohannes Polyander, veteri ab annis plurimis neceſſitate nobis junctus, tum fuit. qui ſe operis ἐργοδιώκτην (eo enim verbo vtitur libenter) profiteri ſolet: ne de clariſſimis ac reuerendis viris Antonio Walæo Thyſioque, à primis ſtudiorum noſtrorum incunabulis, paterno aut fraterno nobis animo addictis, nunc dicam: virumque celeberrimum Andream Riuetum vt taceam (qui, vt ante in Academiâ, ita feliciſſime in aulâ operam nunc ponit)non de nobis modo,ſed & ſcriptis noſtris optime olim meritum: tum ex eâ gente,quæ vt tot tantoſque viros,ita ſummos maximoſque amicos nobis dedit. Quibus vſitatum id cum ſcirem, vt quæ ipſi ſcriberent ac publicarent, concordiæ paciſque causâ inter ſe communicarent; etiam hic meâ intereſſe duxi, vt eximium clarumque amicum, in conſilium ac quaſi partem, adhiberem. quem fuiſſe hic nobis nobiliſſimum eximiumque virum Conſtantinum l'Empereur,Theologiæ celeberrimum Doctorem, ejuſdemque olim diſciplinæ Profeſſorem, Orientalis autem eruditionis coryphæum, teſtari poſſumus.Cum quo ea quæ in Nouo Fœdere obſeruata nobis, ex eorum, qui in his potiſſimum excellerent, conſilio, contulimus, communicauimus; candorem prolixumque ejus in nos animum haud minus quam ſincerum in his judicium experti. Faxit immortalis Deus, vt, quemadmodum tot amicorum ſuaſu monituque, procul ab ambitione omni ac oſtentatione hæc ſuſcepimus, ita candidis atque harum literarum ſtudioſis proſint: apud alios vero,bene de omnibus merendi ſtudio, quo ad hæc impulſum me inprimis ſcio, veniam vel impetrent vel mereantur.

AMI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

AMICE LECTOR,

Cvm, vt ſæpe diximus, ſine Veteri Fœdere non recte intelligatur Nouum, & à nobis paſſim de iis qui ex eo adducuntur vel vel ſimilibus agatur locis, Indicem hunc, etiam hic, exhibendum judicauimus, exiſtimauimus.

ΠΙ΄ΝΑΞ

ΠΕΡΙΕ΄ΧΩΝ ΤΑ`Σ Ε΄Κ ΤΗ͂Σ ΠΑΛΑΙΑ͂Σ

διαθήκης παραληφθείσας εἰς τὴν καινὴν μαρτυρίας, ἐφ᾽ ὅτε μὲν οὐ τὰς αὐτὰς λέξεις, μόνον δὲ τὴν αὐτὴν διάνοιαν ἐχούσας.

GENES.

1. 1. Πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας. Hebr. 11. 3.
1. 1. Οὐρανοὶ ἦσαν ἔκπαλαι. 2 Petr. 3. 5.
1. 27. Ἀδὰμ πρῶτος ἐπλάσθη. 1 Timoth. 2. 13.
2. 22. Οὐ γάρ ἐστιν ἀνὴρ ἐκ γυναικός. 1 Cor. 11. 8.
3. 4. Ὁ ὄφις Εὔαν ἐξηπάτησεν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ. 2 Cor. 11. 3.
3. 6. Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη. 1 Tim. 2. 14.
4. 4. Πίστει πλείονα θυσίαν Ἄβελ παρὰ Κάϊν προσήνεγκε τῷ Θεῷ. Hebr. 11. 4.
4. 8. Ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἄβελ τοῦ δικαίου. Matth. 23. 35.
4. 8. Οὐ καθὼς Κάϊν ἐκ τοῦ πονηροῦ ἦν. 1 Ioan. 3. 12.
4. 8. Οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι τῇ ὁδῷ τοῦ Κάϊν ἐπορεύθησαν. Iudæ 12.
5. 24. Πίστει Ἐνὼχ μετετέθη. Hebr. 11. 5.
6. 12. Ὅτε ἅπαξ ἐξεδέχετο ἡ τοῦ Θεοῦ μακροθυμία. 1 Pet. 3. 20.
6. 13. Πίστει χρηματισθεὶς Νῶε. Hebr. 11. 7.
6. 22. Ὄγδοον Νῶε δικαιοσύνης κήρυκα. 2 Petr. 2. 5.
7. 4. Ὥσπερ ἦσαν ἐν ταῖς ἡμέραις ταῖς πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ. Matth. 24. 37.
9. 6. Πάντες οἱ λαβόντες μάχαιραν, ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται. Matth. 26. 52. Apoc. 13. 10.
12. 4. Πίστει καλούμενος Ἀβραάμ. Hebr. 11. 8.
14. 18. Οὗτος γὰρ ὁ Μελχισεδέκ. Hebr. 7. 1.
16. 15. Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν, ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης. Gal. 4. 22.
17. 11. Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ διαθήκην περιτομῆς. Act. 7. 8. Rom. 4. 8.
18. 10. Πίστει καὶ αὐτὴ Σάῤῥα. Hebr. 11. 11.
18. 12. Ὡς Σάῤῥα ὑπήκουσε τῷ Ἀβραάμ. 1 Petr. 3. 6.
19. 25. Καὶ πόλεις Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας. 2 Petr. 2. 6.
19. 25. Ὡς Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα. Iudæ 7.
19. 26. Μνημονεύετε τῆς γυναικὸς Λώτ. Luc. 17. 32.
19. 26. Ὁμοίως καὶ ὡς ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Λώτ· ἤσθιον, ἔπινον, ἠγόραζον. Luc. 17. 27.
21. 1. Ἀβραὰμ υἱὸν ἔσχεν ἐκ τῆς ἐλευθέρας. Gal. 4. 23.
22. 1. Πίστει προσενήνοχεν Ἀβραάμ. Hebr. 11. 17.
22. 9. Ἀβραὰμ ἀνενέγκας τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. Iac. 2. 21.
22. 16. Καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν. Luc. 1. 55.
25. 22. Ῥεβέκκα ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα Ἰσαάκ. Rom. 9. 10.
25. 31. Μήτις πόρνος ἢ βέβηλος ὡς Ἠσαῦ, ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια. Hebr. 12. 16.
27. 28. Πίστει περὶ μελλόντων εὐλόγησεν. Hebr. 11. 20.
48. 15. Πίστει Ἰακὼβ ἀποθνήσκων. Hebr. 11. 21.
49. 10. Ὃν ἔγραψε Μωσῆς ἐν τῷ νόμῳ. Ioan. 1. 46.
50. 24. Πίστει Ἰωσὴφ τελευτῶν. Hebr. 11. 22.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

EXOD.

2. 2. Πίστει Μωσῆς γεννηθείς. Hebr. 11. 23.
2. 11. Πίστει Μωσῆς μέγας γενόμενος. Hebr. 11. 24.
2. 11. Μωσῆς ἰδών τινα ἀδικούμενον. Act. 7. 24.
3. 2. Καὶ πληρωθέντων ἐτῶν τεσσαράκοντα. Act. 7. 30.
12. 11. Πίστει πεποίηκε τὸ πάσχα. Hebr. 11. 28.
14. 22. Εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο. 1 Cor. 10. 2.
14. 22. Πίστει διέβησαν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν. Hebr. 11. 29.
16. 15. Οἱ πατέρες ὑμῶν ἔφαγον τὸ μάννα. Ioan. 6. 49.
16. 15. Ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς φαγεῖν. Ioan. 6. 31.
16. 15. Καὶ πάντες τὸ αὐτὸ βρῶμα πνευματικὸν ἔφαγον. 1 Cor. 10. 3.
17. 6. Ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας. 1 Cor. 10. 4.
19. 6. Ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν. 1 Petr. 2. 9.
19. 12. Κἂν θηρίον θίγῃ τοῦ ὄρους. Hebr. 12. 20.
19. 16. Οὐ γὰρ προσεληλύθατε. Hebr. 12. 18.
24. 8. Λαληθείσης γὰρ πάσης ἐντολῆς. Hebr. 9. 19.
32. 6. Μηδὲ εἰδωλολάτραι γίνεσθε. 1 Cor. 10. 7.
26. 1. Σκηνὴ κατεσκευάσθη ἡ πρώτη. Hebr. 9. 2.

LEVIT.

12. 3. Ἐν σαββάτῳ περιτέμνετε ἄνθρωπον. Ioan. 7. 22.
12. 3. Ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτώ. Luc. 2. 21.
12. 4. Ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ. Luc. 2. 22.
12. 6. Καὶ τοῦ δοῦναι θυσίαν, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν νόμῳ. Luc. 2. 24.
14. 4. Προσένεγκε τὸ δῶρον ὃ προσέταξε Μωσῆς. Matth. 8. 4. Marc. 1. 44.
16. 14. Εἰ γὰρ τὸ αἷμα ταύρων καὶ τράγων. Hebr. 9. 13.
16. 17. Καὶ πᾶν τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ ἦν προσευχόμενον ἔξω. Luc. 1. 10.
19. 15. Μὴ ἐν προσωποληψίαις. Iac. 2. 1.
19. 17. Ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου. Matth. 18. 15. Luc. 17. 3.
20. 10. Ἐν δὲ τῷ νόμῳ Μωσῆς ἡμῖν ἐνετείλατο τὰς τοιαύτας λιθοβολεῖσθαι. Ioan. 8. 5.

NVMER.

8. 16. Πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν. Luc. 2. 23.
9. 18. Ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν πάντες ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν. 1 Cor. 10. 1.
11. 7. Ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς φαγεῖν. Ioan. 6. 31.
12. 7. Ὡς καὶ Μωσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Hebr. 3. 2.
14. 37. Ὧν τὰ κῶλα ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Hebr. 3. 17.
14. 36. Μηδὲ γογγύζετε, καθὼς καί τινες αὐτῶν. 1 Cor. 10. 10.
16. 1. Τῇ ἀντιλογίᾳ τοῦ Κορὲ ἀπώλοντο. Iudæ 11.
19. 3. Ὧν γὰρ εἰσφέρεται ζώων τὸ αἷμα. Hebr. 13. 11.
20. 10. Ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας. 1 Cor. 10. 4.
21. 5. Μηδὲ ἐκπειράζωμεν τὸν Χριστόν. 1 Cor. 10. 9.
21. 9. Καθὼς Μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ioan. 3. 14.
22. 23. Ὑποζύγιον ἄφωνον ἐν ἀνθρώπου φωνῇ φθεγξάμενον. 2 Petr. 2. 16.
22. 39. Τῇ πλάνῃ τοῦ Βαλαὰμ μισθοῦ ἐξεχύθησαν. 2 Petr. 2. 15. Iudæ 11.
24. 14. Διδαχὴν Βαλαάμ, ὃς ἐδίδασκε τὸν Βαλάκ. Apoc. 2. 14.
25. 6. Μηδὲ πορνεύωμεν, καθώς τινες αὐτῶν ἐπόρνευσαν. 1 Cor. 10. 8.
26. 64. Κατεστρώθησαν ἐν τῇ ἐρήμῳ. 1 Cor. 10. 5.
28. 8. Σάββασιν οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ τὸ σάββατον βεβηλοῦσιν. Matth. 12. 5.

DEVTER.

1. 16,17. Μὴ ἐν προσωποληψίαις ἔχετε. Iac. 2. 1. 9.
10. 17. Οὐ γάρ ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ Θεῷ. Rom. 2. 11. Act. 10. 34. Col. 3. 25.
Epheſ. 6. 9.
17. 6. Ἀθετήσας τις νόμον. Hebr. 10. 28.
18. 1. Οὐκ οἴδατε, ὅτι οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι, ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσιν. 1 Cor. 9. 13.
24. 1. Ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα. Matth. 5, 31. 19, 7. Marc. 10. 4.

IOSVE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IOSVE.

2. 1. Ὁμοίως δὲ καὶ Ῥαὰβ ἡ πόρνη. Iac. 2. 25.
6. 20. Πίστει τὰ τείχη Ἱεριχὼ ἔπεσε. Hebr. 11. 30.
6. 20. Πίστει Ῥαὰβ ἡ πόρνη. Hebr. 11. 31.

SAMVEL. I.

21. 6. Οὐκ ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαβὶδ, ὅτε ἐπείνασεν. Matth. 12. 3. Marc. 2. 25. Luc. 6. 4.

REGVM I.

2. 10. Ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παῤῥησίας πρὸς ὑμᾶς περὶ τοῦ πατριάρχου Δαβίδ. Act. 2, 29. 13, 36.
10. 1. Βασίλισσα νότου. Matth. 12. 42. Luc. 11. 31.
17. 1. Ἐκλείσθη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ ἔτη τρία. Luc. 4. 25.
17. 1. Ἠλίας ἄνθρωπος ἦν ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν. Iac. 5. 17.

REGVM II.

4. 29. Μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε. Luc. 10. 4.
5. 13. Πολλοὶ λεπροὶ ἦσαν. Luc. 4. 27.

PARAL. I.

23. 13. Καὶ οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλ᾽ ὁ καλούμενος. Heb. 5. 4.

IOB.

1. 21. Οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον. 1 Tim. 6. 7.
5. 17. Μακάριος ἀνὴρ ὃς ὑπομένει πειρασμόν. Iac. 1. 12.
34. 19. Οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεός. Act. 10. 34.

PSALM.

41. 10. Ὁ τρώγων μετ᾽ ἐμοῦ τὸν ἄρτον. Ioan. 13. 18.
132. 5. Δαβὶδ ᾐτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ. Act. 7. 46.

PROVERB.

11. 31. Εἰ ὁ δίκαιος μόλις σώζεται. 1. Petr. 4. 18.
17. 27. Ἔστω πᾶς ἄνθρωπος ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι. Iac. 1. 19.
20. 9. Ἐὰν εἴπωμεν ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν. 1 Ioan. 1. 8.
24. 23. Μὴ ἐν προσωποληψίαις. Iac. 2. 1.
25. 6. Μὴ κατακλιθῇς εἰς τὴν πρωτοκλισίαν. Luc. 14. 8.

ESAI.

8. 14. Ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν. Luc. 2. 34.
13. 10. Εὐθέως μετὰ τὴν θλίψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται. Matt. 24. 29. Marc. 13. 24.
41. 8. Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ. Luc. 1. 54.
54. 1. Μακάριαι αἱ στεῖραι. Luc. 23. 29.
58. 7. Ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν. Matth. 25. 35.
63. 2. Περιβεβλημένος ἱμάτιον βεβαμμένον αἵματι. Apoc. 19. 13.

IEREM.

2. 21. Ἄνθρωπός τις ἦν οἰκοδεσπότης. Matth. 21. 33. Marc. 12. 1. Luc. 20. 9.
18. 6. Μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι. Rom. 9. 20.

EZECH.

39. 2. Καὶ ὅταν τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη. Apoc. 20. 7.
12. 21. Ποῦ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία τῆς παρουσίας αὐτοῦ. 2 Petr. 3. 4.
18. 7. Ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν. Matth. 25. 35.

DANIEL.

7. 10. Καὶ χιλιάδες χιλιάδων. Apoc. 5. 11.
12. 7. Καὶ ὁ ἄγγελος ὃν εἶδον ἑστῶτα ἐπὶ τῆς θαλάσσης. Apoc. 10. 5.

IOEL.

3. 15. Ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται. Matth. 24. 29. Marc. 13. 24.

MICH.

2. 10. Οὐκ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν. Hebr. 13. 14.
4. 7. Βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακώβ. Luc. 1. 33.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN NOVI FOEDERIS
LIBROS.

ΒΙΒΛΕ, ΚΑΚΩΝ ΠΑΝΑΚΕΙΑ, ΠΑΝΥΣΤΑΤΙΗ ΔΙΑΘΗΚΗ
ΖΩΗΝ ΕΚ ΘΑΝΑΤΟΥ ΠΑΣΙ ΧΑΡΙΣΣΑΜΕΝΟΥ·
ΒΙΒΛΕ, ΦΙΛΟΝ ΔΩΡΗΜΑ ΘΕΗΓΕΝΕΟΣ ΒΑΣΙΛΗΟΣ·
ΜΟΥΣΗ, ΚΑΙ ΣΟΦΙΗ, ΚΑΙ ΧΑΡΙΣ ΟΥΡΑΝΙΗ,
ΖΩΗ ΕΠΙΧΘΟΝΙΩΝ, ΧΘΟΝΟΣ ΟΥΡΑΝΕ, ΠΑΣΙ ΜΕΛΟΥΣΑ
ΩΝ ΠΟΘΟΣ ΑΘΑΝΑΤΩΝ ΣΤΗΘΕΣΙΝ ΕΜΠΕΦΥΕ·
ΣΟΙ ΠΡΟΣΦΥΣ, ΣΟΦΙΗΣ ΤΗΣ ΑΝΔΡΟΜΕΗΣ ΛΕΛΑΘΟΙΜΗΝ,
ΣΥΝ ΚΑΙ ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣ, ΣΥΝ ΚΑΙ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ·
ΣΥΝ ΣΟΙ ΘΝΗΤΟΝ ΑΝΑΚΤΑ, ΤΟΝ ΑΘΑΝΑΤΟΝ, ΠΡΟΣΙΔΟΙΜΙ,
ΖΩΗΣ ΤΟΝ ΘΑΝΑΤΟΝ ΣΥΝ ΣΟΙ ΑΜΕΙΨΑΜΕΝΟΣ.

DAN. HEINSIVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

DANIELIS HEINSII

EXERCITATIONES SACRÆ AD MATTHAEVM.

SIVE

LIBER PRIMVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Tituli Euangeliſtæ MATTHAEI ex diſtinctione veteri.

ΤΟῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν βηθλεὲμ τῆς ἰουδαίας.] α′. περὶ τῶν μάγων.
τότε ἡρώδης ἰδών.] β′. περὶ τῶν ἀναιρεθέντων παιδίων.
ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις.] γ′. περὶ βαπτισμοῦ ἰωάννου.
ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς κηρ.] δ′.
ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους.] ε′.
καὶ ἰδοὺ λεπρὸς ἐλθών.] ϛ′. περὶ τοῦ λεπροῦ.
εἰσελθόντι δὲ αὐτῷ εἰς καπερν.] ζ′. περὶ τοῦ ἑκατοντάρχου.
καὶ ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν οἰκίαν πέτρου.] η′. περὶ τῆς πενθερᾶς πέτρου.
ὀψίας δὲ γενομένης.] θ′. περὶ τῶν ἰαθέντων ἀπὸ ποικίλων νόσων.
καὶ προσελθὼν εἷς γραμμ.] ι′. περὶ τοῦ μὴ ἐπιτρεπομένου ἀκολουθεῖν.
καὶ ἐμβάντι αὐτῷ εἰς τὸ πλ.] ια′. περὶ τῆς ἐπιτιμήσεως τῶν ὑδάτων.
καὶ ἐλθόντι αὐτῷ εἰς τὴν χώρ.] ιβ′. περὶ τῶν δύο δαιμονιζομένων.
καὶ ἰδοὺ προσεφ. αὐτῷ παραλ.] ιγ′. περὶ τοῦ παραλυτικοῦ.
καὶ παράγων ὁ Ἰησοῦς ἐκ.] ιδ′. περὶ τοῦ ματθαίου.
ταῦτα αὐτοῦ λαλοῦντος αὐτ.] ιε′. περὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ ἀρχισυναγώγου.
καὶ ἰδοὺ γυνὴ αἱμορρ.] ιϛ′. περὶ τῆς αἱμορροούσης.
καὶ παράγοντι ἐκεῖθεν τῷ Ἰησ.] ιζ′. περὶ τῶν δύο τυφλῶν.
αὐτῶν δὲ ἐξερχ.] ιη′. περὶ τοῦ δαιμονιζομένου κωφοῦ.
καὶ προσκαλ. τοὺς δώδεκα.] ιθ′. περὶ τῆς τῶν ἀποστόλων διαταγῆς.
ὁ δὲ ἰωαν. ἀκ.] κ′. περὶ τῶν ἀποσταλέντων παρὰ ἰωάννου.
καὶ μεταβὰς ἐκ.] κα′. περὶ τοῦ ξηρὰν ἔχοντος τὴν χεῖρα.
τότε προσηνέχθη αὐτῷ δαιμον.] κβ′. περὶ δαιμονιζομένου τυφλοῦ καὶ κωφοῦ.
τότε ἀπεκρίθησάν τινες.] κγ′. περὶ τῶν αἰτούντων σημεῖον ἰδεῖν.
ἰδοὺ ἐξῆλθεν ὁ σπείρ.] κδ′. περὶ τῶν παραβολῶν.
ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρ.] κε′. περὶ ἰωάννου καὶ ἡρώδου.
καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἰησ.] κϛ′. περὶ τῶν πέντε ἄρτων, καὶ δύο ἰχθύων.
ὀψίας δὲ γενομ.] κζ′. περὶ τοῦ ἐν θαλάσσῃ περιπάτου.
τότε προσερχ.] κη′. περὶ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ.
καὶ ἰδοὺ γυνὴ χαν.] κθ′. περὶ τῆς χαναναίας.
καὶ μεταβὰς ἐκ. ὁ Ἰησ.] λ′. περὶ τῶν θεραπευθέντων ὄχλων.
ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλ.] λα′. περὶ τῶν ἑπτὰ ἄρτων καὶ τῶν δύο ἰχθύων.
ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτ.] λβ′. περὶ τῆς ζύμης τῶν φαρισαίων.
ἐλθὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὰ μέρ. καισ.] λγ′. περὶ τῆς ἐν καισαρείᾳ ἐπερωτήσεως.
καὶ μεθ' ἡμέρας ἕξ.] λδ′. περὶ τῆς μεταμορφώσεως.
καὶ ἐλθ. αὐτῶν πρὸς τὸν ὄχλ. προσ.] λε′. περὶ τοῦ σεληνιαζομένου.

καὶ

καὶ ἐλθ. αὐτῶν εἰς καπερ. προσ.] λϛʹ. περὶ τῶν ἀπαιτούντων δίδραχμα.
ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ προσ.] λζʹ. περὶ τῶν διαλογιζομένων, τίς μείζων.
τί ὑμῖν δοκεῖ; ἐὰν γέν.] ληʹ. περὶ τῶν ἑκατὸν προβάτων παραβολή.
διὰ τοῦτο ὡμοι.] λθʹ. περὶ τοῦ ὀφείλοντος τὰ μυρία τάλαντα.
καὶ προσῆλ. αὐτῷ οἱ φαρ.] μʹ. περὶ τῆς ἐπερωτήσεως, εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.
καὶ ἰδοὺ εἷς προσ.] μαʹ. περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος πλουσίου.
ὁμοία γάρ ἐστιν ἡ βασ.] μβʹ. περὶ τῶν μισθουμένων ἐργατῶν.
τότε προσ. αὐτῷ ἡ μή.] μγʹ. περὶ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου.
καὶ ἐκπορ. αὐτῶν.] μδʹ. περὶ τῶν δύο τυφλῶν.
καὶ ὅτε ἤγγισαν εἰς ἱερ.] μεʹ. περὶ τῆς ὄνου καὶ τοῦ πώλου.
καὶ προσῆλ. αὐτῷ χω.] μϛʹ. περὶ τῶν τυφλῶν καὶ χωλῶν.
πρωΐας δὲ ἐπ.] μζʹ. περὶ τῆς ξηρανθείσης συκῆς.
καὶ ἐλθόντι αὐ. εἰς τὸ ἱερ.] μηʹ. περὶ τῶν ἐπερωτησάντων τὸν κύριον ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων.
ἄνθρωπός τις εἶχε τέ.] μθʹ. περὶ τῶν δύο υἱῶν παραβολή.
ἄλλην παραβ. ἀκ.] νʹ. περὶ τοῦ ἀμπελῶνος παραβολή.
ὡμοιώθη ἡ βασι.] ναʹ. περὶ τῶν καλουμένων εἰς τὸν γάμον.
ἔξεστι δοῦναι κῆνσον.] νβʹ. περὶ τῶν ἐπερωτησάντων διὰ τὸν κῆνσον.
ἐκείνῃ τῇ ἡμ.] νγʹ.] περὶ τῶν σαδδουκαίων.
καὶ ἐπηρωτ. εἷς.] νδʹ. περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος νομικοῦ.
συνηγμ. δὲ τῶν φαρ.] νεʹ. περὶ τῆς τοῦ κυρίου πρὸς τοὺς φαρισαίους ἐπερωτήσεως.
οὐαὶ δὲ ὑμ. γραμμ.] νϛʹ. περὶ τοῦ ταλανισμοῦ τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων.
καθ. δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ὄρ.] νζʹ. περὶ τῆς συντελείας.
περὶ δὲ τῆς ἡμέρ.] νηʹ. περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ ὥρας.
τότε ὁμοιωθ.] νθʹ. περὶ τῶν δέκα παρθένων.
ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπ.] ξʹ. περὶ τῶν τὰ τάλαντα λαβόντων.
ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ υἱός.] ξαʹ. περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ Χριστοῦ.
τοῦ δὲ Ἰησοῦ γενο.] ξβʹ. περὶ τῆς ἀλειψάσης τὸν κύριον μύρῳ.
τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζ.] ξγʹ. περὶ τῆς ἑτοιμασίας τοῦ πάσχα.
ἐσθιόντων δὲ αὐτ.] ξδʹ. περὶ τοῦ τύπου μυστικοῦ.
τότε ἔρχ. πρὸς τοὺς μαθ.] ξεʹ. περὶ τῆς παραδόσεως τοῦ Ἰησοῦ.
ὁ δὲ πέτρος ἔξω.] ξϛʹ. περὶ τῆς ἀρνήσεως πέτρου.
ἰδὼν ἰούδας ὁ παρ.] ξζʹ. περὶ τῆς ἰούδα μεταμελείας.
ὀψίας δὲ γενο.] ξηʹ. περὶ τῆς αἰτήσεως τοῦ κυριακοῦ σώματος.

DANIE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

DANIELIS HEINSII

EXERCITATIONES SACRÆ

AD

NOVVM TESTAMENTVM.

IN MATTHÆI

CAPVT I.

Primum Matthæi caput obiter percurritur. Cur à Dauide Genealogiam inchoauerit Matthæus, & illius præmittatur nomen. Filius Dauidis, attributum Domini. Meſſiæ duo: Dauidis alter, alter Ioſephi filius. Dauid θεοπάτωρ. *Filius Dei, Dauid dictus. Cur Abrahamus addatur. Abrahamus* χριστοπάτωρ. *Ex iis probaſſe quoſdam, Hebraice Matthæum ſcripſiſſe. Genealogia caute tangenda. Etiam veteres in ea laboraſſe. Inter quos Africanus. & de ejus ſcopo. Gentium & peccatorum, quare in Genealogia Chriſti mentio.* Στοιχεῖα, *& peccatorum remiſſio. Ad Ioſephum, vt à Ioſepho, Chriſti cur Genealogia deducatur. Familiam maternam, familiam Hebræis non dici. Ioſephus an conceptionis autorem ignorauerit. De relinquenda S. Virgine cur cogitauerit. Metus Ioſephi, & vnde.* Δίκαιος *quomodo dicatur.* Παραδειγματίσαι, *quomodo dicatur. Helleniſtarum more vſurpatum.* Παραδειγματίζειν, εἰς παράδειγμα τιθέναι. *Parachdigma Magiſtris Hebræorum vſurpatum. Moneta quædám rejectanea hoc nomine.* Παραλαβεῖν *&* λαβεῖν *de conſummatione matrimonii. Diſtinctio inter* παραλαμβάνειν *&* ἀπολαμβάνειν *quorundam rejecta.* Ἁρμοσταὶ *qui.* ἁρμοσταὶ, *&* σωφρονισταὶ, *&* ἐπιμεληταί. Ἁρμοσταὶ *vrbium.* Ὁρμαστός. *& quare ita dictus Ioſephus.* Ἀνὴρ ἄνανδρος *Mariæ Ioſephus. Locus nobiliſſimus,* καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε, *&c.* Ἕως, διωρισμένον, *& infinitum. quomodo hic accipiendum. Idem locus diligenter excuſſus. Alia loci diſtinctio.* τὸ καὶ, ἀντὶ τοῦ ἀλλά. *Vera* σύγχυσις. *cujus plurima, è Sacris præſertim, & nobilia notantur exempla.* Πρωτότοκος υἱὸς, vt πρωτογενὴς, etiam ὁ μονογενής.

CAP. I. ℣ſ.1.

PRiuſquam ad majora veniamus, quædam, quæ initio moventur, obiter hic præmittenda ſunt. Quærunt eruditi, ſed ſollicite inprimis, cur à Dauide generis Dominici initium deduxerit Euangeliſta: tum, & cur hunc cæteris præmittat. Quemadmodum & quæri poteſt, cur Abrahamo præmittatur, qui hic ſubjungitur Dauidi. cum præcipue Dauidi ſuus, vt & cæteris, mox aſſignetur locus. Verbo reſponderi poteſt: Illud υἱοῦ Δαβὶδ, non initium aut caput Genealogiæ eſſe quæ hic inſtituitur, ſed attributum Domini, de cujus ſtirpe agitur. Iudæos autem duos expectaſſe Meſſias, alterum Dauidis, à quo incipit Matthæus, eo, quo jam dixi, modo, alterum Ioſephi filium, quis neſcit? cum ab altero natura oriundus, alterius, vt alibi probabimus, adoptione eſſet filius, ex Lege. Præcedit ergo hac prærogatiua Dauid, qui & θεοπάτωρ ea ratione

antiquis dicitur, qua Iacobus frater Domini, ἀδελφόθεος non ſemel nuncupatur. Filius ergo Dauid בן דוד, nota, qua perpetuo tum vtebantur Iudæi: qui in ipſo limine de eo admonendi erant. Neque hoc magis mirum quam quod tot locis Dauid dicitur, qui filius hic ejus dicitur. quemadmodum in Nouo Fœdere υἱὸς Δαβὶδ vbique. Talia ſunt, Ἐλέησον ἡμᾶς υἱὲ Δαβίδ. Et, Ἐλέησον Κύριε, υἱὲ Δαβίδ. vt & alibi non ſemel. Etiam, cum Ieſu nomen additur. Ὁ υἱὸς Δαβὶδ Ἰησοῦ, ἐλέησόν με. Marci 10.47. Vnde & illud ipſius Domini, qui quærit, ſi Filius Dauidis Chriſtus, πῶς οὖν Δαβὶδ, ἐν πνεύματι Κύριον αὐτὸν καλεῖ; Matth. 22. Abrahamum autem cum ſubjunxit, qui & χριστοπάτωρ dicitur antiquis, initium Dominicæ vel ſtirpis vel familiæ ab eo duxit, à quo ipſa fides originem initiumque duxit. Patre, non multorum modo, ſed & maximo ac maximorum. *Sanctorum enim majus in fide quam in generatione ſemen eſt*, vt eleganter loquitur Ambroſius. Adde, quod ex eo ipſo, quia, videlicet, ab Abrahamo & Dauide in Genealogia Chriſtum deducit Matthæus, Hebraice ſcripſiſſe eum, quidam probarunt. In Florentinis certe quæ penes nos ſunt Excerptis, ab eximio olim viro ad me miſſis, ita legitur: Τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον ἐξεδόθη ὑπ' αὐτοῦ ἐν Ἱερουσαλήμ, διὰ γραμμάτων Ἑβραϊκῶν· διὰ τοῦτο γὰρ ἅτε Ἑβραίοις γράφων οὐδὲν πλέον ἐζήτησε δεῖξαι, ἢ ὅτι ἀπὸ Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ ἦν ὁ χριστός. *Euangelium ſecundum Matthæum, Hieroſolymis ab ipſo Hebraice editum. Ideoque nihil, vt qui ſcriberet Hebræis, aliud, niſi ab Abrahamo & Dauide, Chriſtum eſſe oriundum, probare voluit.* Sequuntur deinde hi verſus:

Ματθαίου τόδε ἔργον, ἀριστοπόνοιο τελώνου,
Ὃς τόκον ἔφρασε θεῖον ἀπειρογάμοιο γυναικὸς,
Ἣ τέκεν ἄσπορον υἱὸν, ὃν οὐ χάδεν οὐρανὸς εὐρὺς,
Χριστὸν ἀεὶ ζώοντα, θεὸν βροτὸν αὐτὸν ἐόντα.

In Luca, non eundem quidem ordinem, eandem tamen rationem eſſe, ſed καθ' ὕστερον, exiſtimamus. vt ejuſdem Ambroſii in eo locum illud habeat, quod non minus eleganter quam vere idem autor ſuaviſſimus dixit: *Iam de ipſo Adam, qui, juxta Apoſtolum, figuram accepit Chriſti, quid pulchrius potuit conuenire, quam vt ſacroſancta generatio à Dei Filio inciperet, & vſque ad Dei Filium deduceretur, creatusque præcederet in figura, vt natus in veritate ſequeretur: ad imaginem factus præiret, propter quem Dei imago deſcenderat.* Illud interim cauebimus inprimis, ne poſt alios, etiam ex veteribus, qui naufragium non ſemel hic fecerunt, Genealogiam anxie excutiamus; contenti illo ejuſdem autoris ad Lucam: *Fidei meæ finis Chriſtus eſt: finis fidei meæ Dei Filius eſt. Non licet mihi ſcire generationis ſeriem: non licet tamen neſcire generationis fidem.* quamvis induſtriæ eorum, qui hic operam & noſtro tempore & olim poſuerunt, vnice fauemus. Idem enim & veteribus tentatum. Inter quos Africanus, qui τὴν νομιζομένην διαφωνίαν τῆς παρά τε τῷ Ματθαίῳ τε καὶ Λουκᾷ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν γενεαλογίας, *diſcrepantiam, quam in Seruatoris noſtri Genealogia, à Matthæo Lucaque deſcripta, nonnulli eſſe volunt*, ſuſtuliſſe dicitur à Photio. Vere in his locum illud pii ſcriptoris habet: *Nemo ad cognitionem veritatis magis propinquat, quam qui intelligit, in rebus divinis etiam ſi multum proficiat, ſemper eſſe quod quærat.* Ita cum
vſ. 5. ſequitur, Σαλμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Βοὸζ ἐκ τῆς Ῥαχάβ, quæri ab eruditis video, quare & aliarum gentium & peccatorum, in Genealogia Seruatoris fiat mentio. Quia ſine dubio, & diſcrimen gentium ab eo eſt ſublatum de quo agitur: & in Nouo Fœdere, vt olim debitorum, ita peccatorum, συνάχθεια inducitur. in eo quippe qui proponitur, cujus in eo regnum celebratur, is eſt qui dixit, *Non enim veni vocare juſtos, ſed peccatores.* Hoc eſt, quod ad Lucæ decimum Titus Boſtrorum Epiſcopus, Εἰς πανδοχεῖον δὲ ἀπήγαγε· τουτέστι, τὴν ἐκκλησίαν, τὴν πάντων γινομένην δεκτικὴν καὶ χωρητικήν. οὐκ ἔτι γὰρ κατὰ τὸ στενὸν τῆς νομικῆς σκιᾶς καὶ τὰς ἐν τύπῳ λατρείας ἀκούσομεν, οὐκ εἰσελεύσεται Ἀμμανίτης καὶ Μωαβίτης εἰς ἐκκλησίαν Κυρίου· ἀλλὰ

τοῦτο

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

τοῦ ἀκούομεν, Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, καὶ, Ὅτι ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβού-
μενος αὐτὸν καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστιν. *In hoſpitium autem duxit,*
hoc eſt, in eccleſiam: quæ omnes capit, omnes complectitur. Neque enim hic am-
plius, ſecundum legalis vmbræ typicique cultus anguſtias, audiemus, Non intrabit
Ammonita in Eccleſiam Dei aut Moabita. Audimus autem, Ite & docete om-
nes gentes. Item, In omni gente, qui timet eum & operatur juſtitiam, acceptus
illi eſt. In ipſo Genealogiæ fine mox cum legitur, Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσὴφ, ℣ſ. 16.
τὸν ἄνδρα Μαρίας, manifeſte ad Ioſephum, quemadmodum Lucæ à Ioſepho
deduci familiam apparet. Vt etiam hic locum illud Thalmudiſtis decan-
tatum habeat, משפחת האם אינה קרויה משפחה *Familiam maternam, non dici fami-*
liam. Paulo poſt, cum concepiſſe B. Virgo ἐκ πνεύματος ἁγίου dicitur, ſi ℣ſ. 18.
recentioribus hic ſtamus, concepiſſe Ioſephus ſciuit, è quo, neſciuit. cum
diſerte dicatur, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου. Quod vt euadant,
proleptice iſta dici volunt. Dure inprimis, ſi quid judico. Nam ſiue εὑ-
ρέθη de aliis dicatur, quis dubitat, quin multi eſſent, qui concepiſſe non
neſcirent: cum conceptus, ante ipſum, virgini denunciatus eſſet, cum Eli-
ſabetha eum non neſciſſe dicatur, Iohannes nondum natus teſtaretur? ſiue
de Ioſepho, quare ſolus ignorauit quod non ignorauit Virgo, quæ jam intel-
lexerat, cur ſine viro conceptura eſſet? Aliter antiqui. Nam vt nihil de
Theophylacto dicam, ecce Magnum Baſilium, qui in Natiuitatem Domi-
ni, ἀμφότερα εὗρεν ὁ Ἰωσὴφ, καὶ τὴν κύησιν, καὶ τὴν αἰτίαν, ὅτι ἐκ πνεύματος ἁγίου.
Ambo inuenit, & quod concepiſſet, & quod è Spiritu Sancto, Ioſephus. Quid ad-
monitione ergo, inquiunt, ac revelatione, opus? Ne παραλαβεῖν τὴν γυναῖκα
αὐτοῦ dubitaret. nam quis de S. Spiritu Iudæis perſuaſiſſet? Metuebat igitur,
vt recte veteres, non ignorabat. metuebat eos, qui ne ei quidem qui tum na-
ſcebatur credituri erant. Additur de Ioſepho, quod ante παραδειγματίσαι eam ℣ſ. 19.
noluerit, δίκαιος ὤν: *quod juſtus eſſet.* Atqui, non eſt juſti, è veteribus non-
nulli inquiunt, celare quod peccatur. Qui & in alias difficultates eunt, quas
nec ſatis ipſi expediunt. Quaſi de morali hic juſtitia agatur. cum fere ex
perpetuo Helleniſtarum vſu, δίκαιος ſit נאמן, πιστὸς ἢ εὐσεβής. *fidelis aut pius.* Bene
antiquus ſcriptor, *Pio magis videtur quod dicitur congruere quam juſto.* Adde
quod de pacto cogitabat: ideoque πιστὸς, hoc eſt, fidus, quod dimittere de-
ſponſam ſibi palam, ac ludibrio exponere etiam tum, metuebat. Illam dico,
quæ ex legis conſuetudine hic vxor ejus nuncupatur. Cur igitur, cum talis
eſſet, tangere eam metuebat? Reuerentia ac rei nouitate perculſus. οὐκ
ἠγανάκτει, inquit ibidem Magnus Baſilius, οὐδὲ ἐβδελύσσετο, ἀλλ᾽ ἐφοβεῖτο αὐτὴν,
ὡς πνεύματος ἁγίου πεπληρωμένην. Iubetur igitur παραλαβεῖν tantum, quam
polluere nolebat. Cum additur, μὴ θέλων παραδειγματίσαι αὐτήν; nimium for- ibid.
taſſe arguta ſunt quæ ad hunc locum notarunt eruditi. Inprimis, quæ de
lapidationis pœna, de adulterio, & ſtupro. quemadmodum, quod & vir
magnus ex pluribus Polybii locis vſum vocis hujus probat: cum in iis
nihil aliud παραδειγματίσαι ſit quam τιμωρῆσαι aut punire. Quod quomodo
hic locum habet? Quare in Helleniſtarum conſuetudine manendum: qui
modo παραδειγματίζειν, modo εἰς παράδειγμα τιθέναι, de infamia ludibrioque
vſurpant. Ezech. 28. ℣ſ. 17. ἐναντίον βασιλέων ἔδωκά σε παραδειγματισθῆναι. In
Hebræo eſt, *vt in te videant.* Quod nonnulli, *vt deſpiciant te.* vel, *vt exem-*
plo ſis illis. Nahum 3. ℣ſ. 6. καὶ ἐπιρρίψω ἐπὶ σε βδελυγμὸν κατὰ τὰς ἀκαθαρσίας σου,
καὶ θήσομαί σε εἰς παράδειγμα· כראי. *in exemplum,* aut, *tanquam ſordes, ac fimum.*
Thargum, *coram omnium qui te vident oculis fœdatam.* Adde, quod *parach-*
digma פרכדגמה ſcribunt Magiſtri. quod illis, vt non paucæ Græcæ voces, in
vſu eſſe cœpit. quo nomine & monetæ rejectaneæ quoddam ac reprobatæ
genus dixerunt. Quod denique hic παραδειγματίσαι dicitur, idem eſt, quod,
ἐπιθεῖναι προφασιστικοὺς λόγους, καὶ κατενεγκεῖν ὄνομα πονηρόν, in Lege dicitur. nullum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

certè ὀνοβάτιδες fœminæ, & ſimilia quæ eruditi adferunt, hic locum habent.
℣.20. Sequitur, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ, &c. Vbi τὸ παραλαβεῖν & λαβεῖν, eo cau-
tius accipienda, quod in Lege, inter deſponſatam, & maritum mox futurum,
conſummationem matrimonii nonnunquam notant. Deut. 20. καὶ τίς ὁ ἄνθρω-
πος, ὅστις μεμνήστευται γυναῖκα, καὶ οὐκ ἔλαβεν αὐτήν; Vbi λαβεῖν, quod alias παραλαβεῖν.
Nam diſtinctio, quam inter παραλαμβάνειν & ἀπολαμβάνειν, hic recentiores
ſtatuunt, mihi quidem præter rem videtur. Verbum eſt לקח λαβεῖν. Quod τῷ
συνοικεῖν conjungunt Helleniſtæ. vt in illo, ἐὰν δέ τις λάβῃ γυναῖκα καὶ συνοικήσῃ
αὐτῇ. ibid. cap. 22. 13. Vt omittam Canoniſtas, qui ex eo ſtatuunt, Ioſephum
Virginis maritum dici. Balſamo 98. Can. Synodi VI in Trullo, καὶ ἡ ἁγία παρ-
θένος καὶ θεομήτωρ, οὕτω γυνὴ τοῦ Ἰωσὴφ ἐχρημάτιζε. Φησὶ γὰρ τὸ θεῖον καὶ ἱερὸν εὐαγγέλιον,
μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. Vnde Ioſephum ἁρμοστὴν Mariæ
dictum, novi qui vellet, cum adverſus Arrium Epiphanius, οὐκ ἔστιν οὕτως, οὐκ ἔστιν
ἀπὸ Μαρίας μόνον ὁ θεὸς λόγος, ὁ ἐκ πατρὸς ἄνωθεν γεγεννημένος, οὐκ ἔστιν ἀπὸ τῶν χρόνων
Ἰωσὴφ τοῦ ταύτης ὁρμαστοῦ. Ita enim nunc legitur. Addebat, ita vſum ea voce
Apoſtolum, cum dixit, ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ
Χριστῷ. *Deſpondi enim vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto.* 2 Cor.
11. 2. Sed & ἁρμοστὰς dictos φρουρητὰς, quorum curæ vrbes committebantur, aut
cives. Quemadmodum ἁρμοστὰς & σωφρονιστὰς, nonnunquam veteres conjun-
gunt. Lacedæmoniorum enim magiſtratus fuiſſe: quaſi ἐπιμελητὰς dicas. He-
ſychius, Ἁρμοστής, ὁ πεμπόμενος ἐπιμελητὴς εἰς ὑπήκοον πόλιν. *Præfectus, cujus curæ
vrbs ſubdita committitur.* Cæterum & ὁρμαστοῦ legendum, ejuſque cauſam
jam reddiderunt eruditi. Et certe inter arrhabonas antiquiſſimos fuiſſe ar-
millas aut torques, vel ex Helleniſtis patet. Apud quos Geneſ. 38. 18. ὁ δὲ
εἶπε, τίνα τὸν ἀρραβῶνά σοι δώσω; ἡ δὲ εἶπε, τὸν δακτύλιόν σου, καὶ τὸν ὁρμίσκον, καὶ τὴν
ῥάβδον τὴν ἐν τῇ χειρί σου. de Iuda & Thamar. *Dixit ergo, quem tibi arrhabo-
nem dabo? Illa reſpondit, Annulum tuum, & armillam, virgamque quam in
manu habes.* Vnde & apud eundem Epiphanium, adverſus Antidicoma-
rianitas eadem voce Ioſephus deſpondiſſe ſibi Mariam dicitur. Quod ἐπι-
γαμβρεύειν, etiam de completo matrimonio nonnunquam Helleniſtæ. Vbi
& diſertè vocem ὁρμαστὸν habes. ὁρμαστὸν ἔχουσα εὐειδέστατον, de Thecla. Quem-
admodum eleganter idem Epiphanius alias, ἄνδρα ἄνανδρον, virum non vi-
rum Mariæ, eum dixit. vtpote, *quem virum, non ad concubitum corruptelamq́;
carnis, ſed ad teſtimonium cuſtodiamque ſacræ virginitatis & caſtiſſimæ fæ-
cunditatis, Maria habuit*, vt loquitur libro De incarnatione & gratia Domi-
℣.25. ni B. Fulgentius. Inter eos locos, qui antiquitatem quoque ipſam exercue-
runt, qui Heluidium alioſque adverſus perpetuam ejuſdem virginitatem
armarunt, vel præcipuus is eſt, quo concluditur hoc caput, Καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν
αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. Cui oppoſuerunt veteres, τὸ ἕως
in Sacris literis, nonnunquam certum, nonnunquam incertum aut indefi-
nitum notare tempus: imo ne tempus quidem, vt Græci nonnulli loquun-
tur. B. Chryſoſtomus ad hunc locum, τίνος οὖν ἕνεκα τὸ ἕως τέθεικε; Ὅτι ἔθος τῇ
γραφῇ τοῦτο πολλάκις ποιεῖν, καὶ τὴν ῥῆσιν ταύτην μὴ ἐπὶ διωρισμένων τιθέναι χρόνων.
*Quare igitur vocem hic ἕως uſurpavit? Quia ſæpe id ſolet à Scriptura fieri,
vt de tempore non definito ea vtatur.* Quod & multis adverſus Heluidium
B. Hieronymus probat. Adrianus Iſagoge Sacrarum literarum, quam Hœ-
ſchelio debemus, τὸ ἕως πολλαχοῦ οὐκ ἐπὶ χρόνου λέγει, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος.
Vult, non de tempore, ſed ipſa re, vſurpari. Quod & ipſe locis compluribus
confirmat: quibus & hunc jungit. Qui videatur. Et reuera interfuerat, ad
retundendam quorundam improbitatem, accurate expendi hunc locum.
Certum autem, Sanctæ Virginis cuſtodem adſtitemque Ioſephum, de ſingu-
lis quas gereret rebus, ſingulis oraculis, quaſi בפי יהוה, ſiue, ore Domini, ad-
monitum fuiſſe. Primo mandatum accepiſſe videtur, τοῦ παραλαβεῖν τὴν γυναῖκα
αὐτοῦ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

αὐτοῦ, ἕως οὗ ἔτικε τὸν ὑιὸν τὸν πρωτότοκον. Vt acciperet vxorem ſuam, donec filium ſuum primogenitum pareret. quod & fecit. Quemadmodum poſtea, vt puerum acciperet cum matre, ac in Ægyptum ſe conferret. Iam vt, quæ de voce ἕως notant, admittamus, quanto tutius ita diſtinguetur locus, Καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ (καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν) ἕως οὗ ἔτικε τὸν ὑιὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. *Et accepit vxorem ſuam (quam non cognovit*, aut ad verbum, *& non cognouit eam) donec filium ſuum peperit primogenitum?* Accepit vxorem ſuam, donec peperit. non autem, nec cognoüit eam donec peperit, vt vulgo. Auxit difficultatem loci verſuum diſtinctio: quam & recentem eſſe, pluriſque in locis non ſatis accuratam, & eruditi ſciunt, & res ipſa docet. Nunc enim legitur, Διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἐποίησεν ὡς προσέταξεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος Κυρίου· καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. qui eſt verſiculus 24. Sequitur nouus, Καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτικε τὸν ὑιὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Quaſi noſtra intereſſet, hæc disjungi, quæ continuari intereſt, vt ipſa res docet. Hoc, nempe, modo. 24. Διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἐποίησεν ὡς προσέταξεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος Κυρίου· καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν· ἕως οὗ ἔτικε τὸν ὑιὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. Παρέλαβεν ἕως οὗ ἔτεκεν. Quod tempus cum definiri videatur, non definitur tamen: cum & poſtea adfuiſſe illi, & pater Domini, dicatur. Locus notiſſimus Lucæ 2. 48. *Ecce pater tuus & ego anxii quærebamus te.* Sed & apud eundem triginta circiter annorum fuiſſe dicitur, cum à Ioſepho Genealogiam ejuſdem deducit. Hæc cum ſcripſiſſem, antiquiſſimum Euangeliorum, quod penes me eſt, M S. conſului, in quo ita ſcribitur, καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτήν· ἕως οὗ ἔτεκε τὸν ὑιὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. vt non abeat ab eo quod dixi. Quemadmodum nihil vſitatius, quam vt τὸ καὶ, Hebræorum more, pro ἀλλὰ, vel δὲ, vſurpetur. Græci dicerent, οὐκ ἐγίνωσκε δὲ αὐτήν. Vt in illo notiſſimo, *Video illum, & non modo.* Helleniſtæ, καὶ οὐχὶ νῦν. Ergo ſenſus eſt, παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ἕως οὗ ἔτικε τὸν ὑιὸν αὐτῆς, τὸν πρωτότοκον· οὐκ ἐγίνωσκε δὲ αὐτήν. Quam autem minime id durum ſit aut nouum, tum demum apparebit, ſi Hebræa lingua exprimatur, ולקח אשתו ולא ידע אותה עד שילדה בנה הבכור. Tum ſi alia ejuſdem generis, quæ in ſacris paſſim, vt familiaria, occurrunt, magis aſpera in ſpeciem, expendas. Quæ συγχύσεις ita frequenter, in Epiſtolis præſertim Paulinis, à veteribus notantur, vt nihil frequentius. ne de Græcis ac Latinis ſcriptoribus nunc dicam. Tale eſt illud apud Iohan. 1. 14. Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός· πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Nam res ipſa docet, illa, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς, interrumpere id quod ſequitur: ideoque includenda ac ſeparanda. quod & à recenti interprete ibi factum. Tale eſt Pſalm. 45. ỷſ. 6. illud Helleniſtarum, Τὰ βέλη σου ἠκονημένα, δυνατέ· λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται· ἐν καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν βασιλέως. Cujus ordo eſt, τὰ βέλη σου ἠκονημένα, ἐν καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως· λαοὶ ὑποκάτω, &c. Quemadmodum hujus, de quo agimus, Παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ἕως οὗ ἔτικε τὸν ὑιὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτήν. Et vtrobique παρενθήκῃ difficultas tollitur, vel indicatur. Ibi, ſi vertas, *Sagittæ tuæ acutæ (populi ſub te cadent) in cor inimicorum Regis cadent.* Hic, *Accepit vxorem ſuam (& non cognouit eam) donec peperit filium ſuum primogenitum.* neque ouum ouo magis ſimile. Tale eſt illud Iobi 35. ỷſ. 12. *Tunc clamant, & non exaudit, propter ſuperbiam malorum.* cum mens ſit, *Tunc clamant propter ſuperbiam malorum, & non exaudit.* Quod itidem recte ordinabis, ſi ſcribas, *Tunc clamant (& non exaudit) propter ſuperbiam malorum.* Cujus generis plurima paſſim in vtroq; Fœdere obvia. Similis quibuſdam, Græcis præſertim, viſus eſt locus, qui interpretes haud parum torſit Ex. 1. 20. Εὖ δὲ ἐποίει ὁ θεὸς ταῖς μαίαις· καὶ ἐπλήθυνεν ὁ λαὸς, καὶ ἴσχυε σφόδρα. Ἐπειδὴ ἐφοβοῦντο αἱ μαῖαι τὸν θεὸν, ἐποίησεν αὐταῖς οἰκίας. *Bene ergo fecit Deus obſtetricibus,*

 & creuit

& creuit populus, & roborati ſunt valde. Quia timuerunt obſtetrices Deum, fecit eis domos. Cum ordo ſit, *Bene ergo fecit Deus obſtetricibus: quia timuerunt Deum fecit eis domos.* Reliqua autem inſerenda aut ſubjicienda ſint. ac ſubjicienda potius, aut recte diſtinguenda. Ita fere Procopius ad eum locum: Εὖ δὲ ἐποίει ὁ θεὸς ταῖς μαίαις· τοῦτο συντακτέον πρὸς τὸ, ἐποίησεν αὐταῖς οἰκίας. Τὰ γὰρ ἄλλα διὰ μέσου. *Cætera enim inſeruntur*, inquit. qualia vbiq; occurrunt. Quanquam aliud à Procopio remedium excogitarit Chaldæus, qui totum ita locum reddidit: *Et bene fecit Deus obſtetricibus, & creuit populus, & corroboratus valde eſt. Et factum eſt, cum obſtetrices timuiſſent Dominum*, ſiue, *à facie Domini*, vt loquuntur illi, ועבד להן בתין *fecit illis domos*: (parentheſin enim ſuſtulit) ac ſi ſcriptum eſſet, Εὖ δὲ ἐποίει ὁ θεὸς ταῖς μαίαις, καὶ ἐπλήθυνεν ὁ λαὸς, καὶ ἴσχυε σφόδρα. Καὶ ἐγένετο, ἐπειδὴ ἐφοβοῦντο αἱ μαῖαι τὸν θεὸν, ἐποίησεν αὐταῖς οἰκίας: nihil veritus probare generis enallagen, à qua tantopere nonulli abhorrent. vt ad obſterrices referatur, quod ſequitur. Cui & Græcorum Scholia aſſentiuntur: quæ, quaſi de iis ipſis hoc dictum ſit, poſtremum eo referunt, ac notant, ἀντὶ τοῦ, αὐτῶν γένος ἐπλήθυνεν· ηὔξησεν ὁ θεὸς αὐταῖς τὸ γένος. *ac ſi dixiſſet, genus earum propagauit: genus auxit iis, (obſtetricibus videlicet) Deus.* Vt cauſæ nihil ſit, cur eruditiſſimi viri, hoc ad obſtetrices potius quam ad populum referri indignentur. Ac ſi mens ſit, Iſraelitis propter eas benedixiſſe Dominum, atque ideo familiam auxiſſe iis ac genus. Cæterum hæc tam in Sacris vſitata ſunt, vt vbique exempla quod dicebam, extent. Mirum eſt quantopere omnes locus ille Marci exercuerit, de quo ad ipſum dicturi ſumus: Ἀλλὰ λέγω ὑμῖν, ὅτι καὶ Ἠλίας ἐλήλυθε, καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν, καθὼς γέγραπται ἐπ᾽ αὐτόν. Cum ordo ſit, Ἀλλὰ λέγω ὑμῖν, ὅτι καὶ Ἠλίας ἐλήλυθε, ὡς γέγραπται ἐπ᾽ αὐτὸν, καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν. vnde & in optimis editionibus verba illa, καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν, includuntur. Sed de his ſuo loco. Quamuis autem conſtet, Ioſephum, etiam poſt partum, neceſſariam B. Virgini præſtitiſſe operam ac ſecum habuiſſe; pia tamen ſententia eſt, ante partum, & ad eum vſque, id vt faceret, à Deo juſſum. ne quid de exiſtimatione ejus, propter ſanctitatem partus, qui inſtabat, quiſquam dubitaret. Quo referendum, quod præceſſit, καὶ μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι: de quo ante egimus. Hujus porro συγχύσεως, etiam in ſcriptis τῶν ἔξω, vt multis alibi notamus, paſſim exempla reperias. Nunc illuſtre Taciti occurrit. Annal. 1. *Progrediuntur contuberniis. Quis ille flebilis ſonus? quod tam triſte? Fœminas illuſtres, non centurionem ad tutelam, non militem, nihil imperatoriæ vxoris, aut comitatus ſoliti, pergere ad Treueros, & externæ fidei.* Cum ordo ſit, *Fœminas illuſtres pergere ad Treueros & externæ fidei. Non centurionem, ad tutelam, non militem, nihil imperatoriæ vxoris aut comitatus.* Quæ poſtrema itidem, vt in hoc loco, includenda. niſi quod hoc aliquanto durius videri poteſt. cum hic nihil tale. Quod non negabunt, qui aut Hebraiſmum intelligunt, aut in Helleniſtarum ſcriptis verſati ſunt. Non potuit autem ambiguitati vocis παραλαβεῖν melius occurri, quam eo quod additur, καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτήν: eo ſenſu quo dixi. Atque ita quod honeſtum ponitur: cujus tempus certum non definitur. Quod autem non honeſtum, excluditur, omniſque hæreticorum tollitur conatus. Sed nec πρωτότοκον dici mirum eſt: cum ſic non modo quem ſequuntur alii, ſed & is quem nemo anteceſſit, in Lege dicatur. Vt τὸ πρωτότοκον non minus, quam τὸ πρωτογενὲς, quod cum eo Exodi 13. ℣ſ. 2. jungitur ab Helleniſtis, τὸ μονογενὲς includat. ita tamen vt τὸ διανοῖγον τὴν μήτραν, addatur. Ἁγίασόν μοι πᾶν πρωτότοκον, πρωτογενὲς, διανοῖγον πᾶσαν μήτραν ἐν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Cap. II.

Caput ſecundum examinatur. Hiſtoria Magorum. quantopere de illis, & qui fuerint, ſcire ſategerint etiam antiqui. Magi gens peculiaris Æſchylo, & quidem Arabiæ. Qui in Danielis prophetia Magi Helleniſtis. Quomodo ab eo dicantur. Φαρμακοὶ *in magiſtrorum Hebræorum ſcriptis.* Μάγοι ϗ ἐπαοιδοί. Σοφοὶ ϗ Μάγοι. Γαζαρηνοί. *Aſaph à* σοφός. *Pilſoph Hebræorum Magiſtris quis.* Συμφωνία *vox apud Danielem parum detorta. Oriens, ſiue* Ἀνατολὴ, *duplex.* Ἀνατολαὶ ἡλίου. *Oriens vrbis.* κατέναντι Ἱερουσαλὴμ κατὰ ἀνατολῶν. Πρὸς ἀνατολάς. Τὸ ἀπέναντι τῆς πόλεως. *Quem Orientem Euangeliſta intelligat.* μάντις ἀπ᾽ Εὐφράτου, *Bileamus: ad quem & à quibuſdam Magorum referri Hiſtoriam. Aram, montes Orientis. Aram, ſeu Syria, abſolute Oriens, ſeu Kedem, dicta. Paradiſus ab Oriente. Filii Orientis, qui. Syri ad ferenda munera Dauidi jam olim obſtricti. Bileamus de cognatione Abrahami B. Hieronymo. Magi Bileami diſcipuli quibuſdam. An, Perſæ. Quare, non Perſæ. An Magi Arabes. ne id quidem. & quare. Epiphanii opinio de adventu Magorum, an vera.* Ὁ τεχθεὶς βασιλεύς. *Aſtrum Regis venturi. Ben-cochab. Locus,* οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ. *Simplex & figuratus ſermo. Prophetarum* δεινότης. *Apoſtolorum ſimplicitas. Locus Michææ, è quo hic deſumptus. Vterque examinatus ac collatus. Contrario ſenſu dicta, & eorum æquipollentes notæ. Ecce Adam tanquam vnus è nobis.* οὐκ ἐλαχίστη, οὐκ ὀλιγοστή· οὐδαμῶς ἐλαχίστη. *Mos Helleniſtarum in exprimendis iis quæ affirmatiue cum figura negant. Locus Ieremiæ illuſtris & ſimilis. Locus nobiliſſimus multiſque agitatus,* ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου. *à Iuliano oppugnatus. Mos Euangeliſtarum in adducendis locis mutilis.* Παρῳδία, *ſiue alluſio ad locum. & quanta ejus elegantia. Iſraël, Dei filius.* Τὸ ἐπληρώθη, *quomodo interdum accipiatur: quomodo Hebræis exprimatur. Parodia Iuliani. Typum veritate impleri. Bis ex Ægypto vocatus Dei Filius.* ἐκάλεσα, *pro* καλέσω, *Hebraiſmus: præteritum pro futuro. Ex eo, loci, de quo agitur, interpretatio. De Meſſia venturo, in præterito locutos prophetas. Locus illuſtris,* Φωνὴ ἐν Ῥαμᾷ ἠκούσθη, *excutitur. Iterum parodia, & quidem mirifice venuſta.* Ἐν Ῥαμᾷ, *quid. Rama Ephraim. Rama Lehi. Cur Ioſephus poſt Herodis obitum, redire in Iudæam ſub Archelao timuerit. Ejus crudelitas. Illuſtris locus,* Ναζωραῖος κληθήσεται, *mirifice agitatus, examinatur. De eo B. Hieronymi opinio. Quo reſpexerit Euangeliſta, & vnde deſumptus ſit. Meſſias,* Φῶς, *& id nomen ei convenire. Notzer quid. Nazareth, vrbs deſolata ac deſerta.*

Ἰδοὺ Μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς Ἱεροσόλυμα.] Non eſt dubium, quin illuſtriſſimi ac tot oraculis prædicti, cœli terræque ac ſimul Iudæorum Regis natalis, cœlum ac terram, populos ac principes, vbiq; commouerit. Commouit certe imperitos æque ac erudítiſſimos omnis ſæculi homines hic de Magorum aduentu locus. Qui, vnde aduenerint, ac qui qualeſque fuerint, ſcire ſategerunt. Et magnus certe Chryſoſtomus, multis vigiliis ac precibus, vt qui fuerint, & vnde, & quomodo, & cujus juſſu venerint, recte intelligatur, opus eſſe ait. Ac fuiſſe quidem Perſas, conſtans fere omnium opinio eſt. Partim quia genti huic aſſcribi eam vocem vident: partim quod de ſapientia Magorum apud Perſas, plurima antiqui notant. Nam agyrtas, quos nunc Magos dicimus, tam qui diris artibus ac vetitis, quam qui nugatoriis hoc nomen ſibi vindicant, ne ad partes quidem ſapientes vocant. Porro cum negare nemo poſſit, Græcos S. S. Scripturæ interpretes, vt & Euangeliſtas, peregrinas paſſim ex Oriente voces ea ſignificatione adhibuiſſe, qua in vſu tum erant; Euangeliſtas autem iſtos vbique expreſſiſſe: videnda, non quæ huc non faciunt, quale eſt, quid de Magis ſcripſerint veteres, ſed quem vſum in Sacris Græcorum interpretibus vox ea habeat, Cap. II. verſ. 1.

& qui

In Matt. & qui ſint Magi. Vt igitur Æſchylum omittamus, cui gens peculiaris ita dicitur, qui Perſis,

> Καὶ Μάγος, Ἄραβός τ', Ἀρτάμης τε Βάκτριος,
> Σκληρὸς μέτοικος γῆς ἐκεῖ κατέφθιτο.

ad quem interpres, Μάγος ἐθνικὸν, Ἄραβος κύριον. quod ad Sacras literas, notare operæ precium eſt, extra Danielis prophetiam, non extare apud Helleniſtas τὸ Μάγος. Qui tum vocem, quemadmodum in vſu Orientis erat, haud dubio adhibuerunt. Fuiſſe in vſu Orientis, non minus quam Græcorum, etiam ex Syro antiquiſſimo interprete, patet. qui vocem מגושא à Magis haud dubio deductam, formauit. Ac nobis quidem veriſimile ſit, potius à Græcis, vt pleraſque alias, eam vocem accepiſſe Syros ac Chaldæos, quam à Perſis. Poſteriores præſertim. Quod non magis mirum eſt, quam quod, qui Græcis φαρμακὸς dicitur, in magiſtrorum ſcriptis פרמקוס *pharmacos* dicitur. Cujus generis infinita paſſim occurrunt, quorum vix quiſquam numerum in lectione Rabbinorum circumſcribat. Danielis igitur interpretes, in ejus vocis vſu, primo omnium ſecuti Helleniſtæ videntur. Apud quem Μάγοι fere καὶ ἐπαοιδοὶ junguntur. Καλέσαι τοὺς ἐπαοιδοὺς καὶ τοὺς Μάγους. 2. 2. Et, Εὗρον αὐτοὺς διπλασίονας ὑπὲρ πάντας ἐπαοιδούς. quemadmodum & alibi. Vt & σοφοὶ καὶ Μάγοι. Καὶ ἀπεκρίθη Δανιὴλ ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, καὶ εἶπε, τὸ μυστήριον, ὃ βασιλεὺς ἐπερωτᾷ, οὐκ ἔστι σοφῶν, Μάγων, ἐπαοιδῶν, γαζαρηνῶν, ἀναγγεῖλαι τῷ βασιλεῖ. Quanuis alii σοφῶν Μάγων jungant: idemque in Chaldaiſmo faciant. Reſtat nunc vt videamus, quinam Danielis Magi ſint. Conſtanter Chaldæorum אשפין interpretatos eſſe certum eſt. Qua illi voce honeſtiſſima, philoſophos, aſtrologos, ac cæteros, qui ſapientiæ rebuſque occultis vacant, deſignare ſolent. Et ſane, quanquam non ignorem, quid ſubtilibus iſtis originum inveſtigatoribus objici poſſit, quis non dicat, τὸ aſaph, & τὸ σοφὸς, aliquid commune habere? quemadmodum in Oriente, etiam hac tempeſtate, qui parabolice aut ænigmatice philoſophantur, voce leuiter detorta, Sophi dicuntur. cum philoſophi voce, ne poſteriores quidem abſtinuerint Magiſtri. Ita in Aruch habes פלסוף *pilſoph*, quod aſtronomum interpretantur. quam tamen Græcam eſſe vocem, tum quid illis deſignet, Elias Thiſbite oſtendit. Verum vnde Danieli aut Chaldæis voces Græcæ? Vnde ergo συμφωνία? quæ vox cap. 3. ℣ſ. 5. Vbi τὸ סומפניה *ſumphonia* habes. quod Magiſtri Hebræorum voce itidem Græca ארגנוש ὀργάνου interpretantur: voluntque è conjunctis fiſtulis eſſe inſtrumentum. Illos ſuos aſaphin, quam extra contemptum ponat magnus Daniel, vel ex eo patet, quod σοφοὺς eos dicat, vel cum illis conjungat. ne ad ſcriptores hic paganos recurramus. Secundo enim cap. ℣ſ. 27. חכימין אשפין σοφοὺς, Μάγους Chaldaice dixit. Vt cum Hebræo quod afflatum Spiritus ſignificat, non male congruat. Ex quo patet, parum reuerenter, tam in Hebræa Tilii editione, quam ad manum ſibi non fuiſſe conqueritur Caſaubonus noſter, quam in Munſteri, hoc Matthæi loco מכשפים vocari. quos nec Daniel ignorat. Græci autem φαρμακοὺς, noſtri *maleficos*, in Danielis prophetia dicunt. Thalmudiſtæ autem Gemara ad Sanhedrin, eos, ni fallor, qui decreta Deorum reddere irrita putantur, ſic dictos volunt. Mutare enim naturam videntur, qui alia quam ſunt, objicere oculis videntur. Cæterum legenda quæ de hoc genere hominum, quibus ſpiritum אוב tribuit, ad Danielem, Ioſephus Iachiades, tum ipſe, tum reconditæ ac ſummæ eruditionis vir Conſtantinus l'Empereur, notauit. Ab Euangeliſta additur, ὅτι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς Ἱεροσόλυμα, *Hieroſolymam veniſſe ex Oriente*. Quæ verba, non exiguas fruſtrationes objecerunt interpretibus. Nam ἡ ἀνατολὴ duplex. Altera, quæ Oriens ſimpliciter reſpectu Solis, altera, quæ reſpectu vrbis Sanctæ, ita dicitur. Priorem Helleniſtæ ἀνατολὰς ἡλίου, Orientem Solis Deuteron. 4. 41. dixerunt. Τότε ἀφώρισεν Μωϋσῆς τρεῖς πόλεις πέραν τοῦ Ἰορδάνου,

ἀπὸ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου. Hebræi מזרח השמש plerunque dixerunt. Alteram, diſtinctionis cauſa, *Orientem Vrbis*, dicunt. Vt cum Ezechiel cap.11. ℣ſ.23. ſtetiſſe ait gloriam Iehouæ, in monte, qui ad Orientem Vrbis eſſet. quod eſt מקדם לעיר. Quemadmodum Zachariæ 14.4. mons Oliuarum è regione Hieroſolymæ, ab Oriente, dicitur. Vbi iterum vox eadem. Interdum abſolute Orientem, ſiue ἀνατολὰς, cum Orientem Vrbis intelligunt. Et ſic paſſim. Quod ex eodem nobiliſſimo illo Zachariæ, quem jam adduxi, loco apparet. *Et ſtabunt pedes ejus in die illa ſuper montem Oliuarum, qui eſt contra Ieruſalem, ad Orientem: & ſcindetur mons Oliuarum ex media parte ſui ad Orientem & ad Occidentem.* Vbi *Orientem Vrbis, & Orientem Solis*, ſiue, *Orientem*, ſimpliciter ſic dictum, conjunxit. Nam cum dixit, *qui eſt contra Ieruſalem ad Orientem*, Orientem Vrbis, intellexit. cum dixit fore, *vt ad Orientem & Occidentem mons ſcindatur*, hoc voluit, fore, vt mons totus & vtraque ſui parte, ſcindatur. Alterum Propheta, ne quis dubitet מקדם, alterum מזרחה, dixit. Græci alterum κατέναντι Ἱερουσαλὴμ ἐξ ἀνατολῶν; alterum ſubinde πρὸς ἀνατολὰς, quemadmodum nonnunquam Orientem Vrbis, τὸ ἀπέναντι τῆς πόλεως, ſimpliciter dixerunt. In Euangeliſtæ verbis, quin intelligatur Iudææ Oriens non Solis, ne dubitandum quidem nobis videtur. Illud ambiguum videri poteſt, vtrum voluerit, ὅτι οἱ Μάγοι εἰς Ἱεροσόλυμα παρεγένοντο, ἀπὸ ἀνατολῶν, an vero, ὅτι οἱ Μάγοι ἀπ' ἀνατολῶν, παρεγένοντο εἰς Ἱεροσόλυμα. Quanquam autem, vtro modo ſumas, de Oriente Iudææ commode accipitur, tamen, ſi priori modo ſumas, Μάγοι ἀπ' ἀνατολῶν dicentur, vt Latinis, *paſtor ab Amphryſo.* Et apud Ioſephum Bileamus, μάντις ἀπ' Εὐφράτου, vel Bileamus ἀπ' Εὐφράτου. quod Hebræi in regimine אשפי קדם, *Magi Orientis*, ſiue, *Sapientes Orientis.* Sin poſteriori, Magos, ſiue, Sapientes, veniſſe Hieroſolymam: ab Oriente Hieroſolymæ, Helleniſtæ, ἐκ τοῦ ἀπέναντι τῆς Ἱερουσαλὴμ dicerent. Porro, ſi Matthæus, vſitatum ſibi morem hic ſecutus eſſet, quo prophetias Teſtamenti veteris, ad ſingula, quæ Seruatori euenerunt, accommodare ſolet, vt cum ſingulis propemodum in locis addit, τοῦτο δὲ ἐγένετο, ἵνα πληρωθῇ τὸ λεγόμενον, nulla hic difficultas eſſet. quam nunc ad profectum S. Spiritus objecit. Certum autem eſt, nullam de natiuitate Chriſti, tum vel extitiſſe, vel animis, piorum pariter ac Iudæorum, impreſſam magis atque infixam fuiſſe prophetiam, quam quæ Numer. 22. ac deinceps, extat. Cum enim ex Oriente מקדם à Balaco, vocatus eſſet Bileamus, vt Dei populo, cujus ſpes omnis, omne in aduerſis ſolatium, in ſola promiſſione Meſſiæ verſaretur, malediceret, quem locum ſine attentione ac reverentia ſumma, nunquam legiſſe veteres certum eſt, inter ipſa Regis profani holocauſta ac ſacra, poſuiſſe Iehoua verbum dicitur in ore Bileami, ac dictaſſe quæ diceret. Qui diuino actus ſpiritu, ita prophetiam exorditur: *De Aram adduxit me Balacus, rex Moab, de montibus Orientis, dixitque, Veni, & maledic mihi Iacobo, & veni, deteſtare Iſraëlem.* cap. 23. Ac deinde cap. 24. *Video illum, ſed non modo: intueor illum, ſed non cominus. Procedet ſtella ex Iacob*, &c. de quibus ſuo loco. accuratius enim examinari ac ponderari locus tam illuſtris meretur. Primo igitur, quod dicitur de Aram, de montibus Orientis, Helleniſtæ, ἐκ Μεσοποταμίας μετεπέμψατό με Βαλαὰμ βασιλεὺς Μωὰβ, ἐξ ὀρέων ἀνατολῶν. Aram enim, ſeu Syriam, abſolute Orientem, ſeu Kedem, etiam Vrbis aut terræ ſanctæ reſpectu, dicebant. Et ita Iacobus Geneſ.29.℣ſ.1. Notum eſt illud Eſaiæ cap.9.℣ſ.12. *Aram ab Oriente, & Philiſtini ab Occidente.* Quemadmodum ab Oriente, מקדם fuiſſe Paradiſus dicitur. quem in Meſopotamia fuiſſe volunt. vel Iudææ reſpectu, vel quia Oriens vicinus intelligitur. Scriptura enim, quod non fruſtra annotarunt eruditi, cum de Oriente agit, proximum Iudææ denotare vt plurimum conſueuit. Neque quiſquam neſcit, qui in libris Iudicum & alibi, υἱοὶ ἀνατολῶν, ſiue, *Orientis filii*, dicantur. vicini Iſraëlis, nempe, & finitimi.

Venerunt igitur, ex Oriente: hoc eſt, Orientis montibus: ex Aram, ſcilicet, vt Bileamus loquitur: ex Aram, qui & Oriens ſimpliciter, & Oriens Iudææ. Ve- Ex Aram, vbi olim ab Aramæo, viſum aut prædictum fuerat hoc ſidus. adfer- rum, nihil magis hanc ſententiam confirmat, quam quod munera pridem rent. Ad quod Syri, huic Regi, vtpote è Dauidis ſtirpe oriundo, prœ- fuerant addicti. ex quo Aramæos, etiam Dammeſec, cum vicinis, Venit lio atque armis proterruerat David. De quibus 2 Sam. cap. 8. ℣ſ. 5. *autem Aram Dammeſec, vt opem ferret Hadadezer, regi Sobah: & percuſſit Dauid de Aram viginti & duo millia virorum, &c. fueruntque Aramæi Dauidi in ſeruos* נשאי מנחה *qui munus portarent*. Helleniſtæ, φέροντες ξένια. Quemadmodum & Interamnem Syriam, ſiue Aram Naharaim, quæ, Meſopotamia eſt Hel- leniſtis, debellauit. Qua tempeſtate, illuſtre illud carmen ſcripſit, aut di- ctauit, quod nunc Pſalmus ſexageſimus inſcribitur: compoſitum ab eo, ὁπότε ἐνεπύρισε τὴν Μεσοποταμίαν Συρίας, καὶ τὴν Συρίαν Σοβάλ, καὶ ἐπέστρεψε Ἰωὰβ, καὶ ἐπάταξε τὴν Ἐδὼμ ἐν τῇ φάραγγι τῶν ἁλῶν, δώδεκα χιλιάδας, vt ibidem Græci reddi- derunt. *Cum Syriæ Meſopotamiam accendit & Sobal, reuerſuſque eſt Ioab, atque Idumæorum in valle Salinarum duodecim millia percuſſit*. Dona autem, quæ Domino oblata, nihil præter ſubmiſſionis ſignum fuiſſe, dubitandum non eſt: quod diuinitus poteſtatem ejus, vt ante Bileamus, edocti, venerarentur, qui ex ea gente & è Dauidis ſtirpe genito, hæc ſic offerrent. Quemadmo- dum cum Aben-Ezra, ad Amos, ℣ſ. 8. *Et ecce invenimus ſcriptum, quod Pa- læſtini adferebant ipſi Ioſaphat munus: & argentum oneris. quod ſignum eſt, præ- valuiſſe manum ejus ſuper eos*. Ab eo tempore, quin perpetuo Syrorum va- tes, de prædictione Bileami cogitarent, quin in montibus Orientis, in qui- bus primo ſidus hoc, ſede minus, vt ipſe loquitur, conſpexerat, aſſidue intenti huic rei atque animo defixi ſtarent, dubitandum non eſt. Vt non ſine cauſa alibi B. Hieronymus, nullam illuſtriorem de aduentu Domini extare pro- phetiam dicat. Qui & inter quæſtiones Chriſtianorum hanc fuiſſe docet, *Cur Balaam tam manifeſta de Chriſto prædixiſſet*. quem & ipſe ad Iobi 32. de cognatione Abrahami fuiſſe docet. quemadmodum Syrorum montes, nihil aliud quam ſpeculæ (de quo poſtea) tum erant, è quibus cœli motus, ortus, obituſque ſiderum, & quaſi nutus ac prædictiones, obſeruabant. *Quibus notatis*, vt Tullius loquitur, *quid cuique ſignificaretur, memoriæ prode- bant. vt prædici poſſet, quid cuique euenturum & quo quiſque fato natus eſſet*. Vt mirum non ſit, ſi nonnulli antiquorum, eos ipſos, de quibus hic agitur, Bileami diſcipulos fuiſſe exiſtimarint. Λέγουσιν, inquit Theophylactus, τούτους, τουτέστι τοὺς Μάγους, τοῦ Βαλαὰμ ἀπογόνους εἶναι τοῦ μάντεως. Εὑρόντας δὲ τὸν ἐκείνου χρησμὸν, τὸ, ἀνατελεῖ ἄστρον ἐκ Ἰακὼβ, νοῆσαι τὸ κατὰ Χριστὸν μυστήριον, καὶ διὰ τοῦτο ἐλθεῖν, θέλοντας ἰδεῖν τὸ τεχθέν. *Volunt Magos hos nonnulli, oriundos à vate Bileamo fuiſſe. Qui cum oraculum inueniſſent ejus, de aſtro, nempe, quod è Iacob oriretur, myſterium de Chriſto percepiſſe, ideoque & puerulum, qui natus eſſet, videre voluiſſe*. Certe, ſi nihil illuſtrius, nihil diuinius, nihil quod magis ad hiſtoriam hanc faciat, extare dicam, quam præclaram illam Bileami, quæ capitibus 22. 23. 24. Nu- merorum extat, nihil præter rem dicam. Vt antidotum atheorum omnium, qui vel majeſtati diuinæ, vel œconomiæ, quæ vbique ſtupenda eſt, detrahunt, cum præſertim finis omnium, adventus benedicti ſeminis pronunciatur, percurrere ac ante oculos habere videar. Moabitarum Rex Balacus, cum im- menſam Iſraëlis vim videret ac metueret, legatos ad profanum vatem mit- tit. Quo? Pehor, ſiue Pethora, vt Helleniſtæ. Vbi autem illud? לפתור ארם דעל פרת, *Peor Syriæ, quæ eſt juxta Euphraten*, inquit Chaldæus. Qui cum aliquoties venturum ſe negaſſet, plane in poteſtate illius, in cujus omnes ſunt, ita, vt ne commouere quidem ſe nolente eo poſſet, aut non conſcio, impe- trata ab eo venia, ad Regem ſe confert. A quo juſſus maledicere Iſraëli,

jam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

jam non ſua, ſed diuina ac cœleſtia, effundit. Vbi illa, inter cætera, *Quis numerabit puluerem Iacob? quis quartam Iſraëlis partem? Moriatur anima mea morte rectorum, & ſit nouiſſimum meum ſicut ipſe.* Rurſus, in alium tranſlatus locum, è quo plenius exercitum intueretur, non minus cœleſtia pronunciat ac plane ſtupenda. In quem autem transfertur locus, שרה צפים, *Sede-Sophim*, τόπος σοφίμ, locus, aut ad verbum, *ager ſpeculatorum*, dicitur. e quo, ante muros vrbis aut in turre, intrantes obſeruare vſitatum erat. Nam צפים ſpeculatores. Vnde ſuos σοφοὺς, ac primo aſtrologos, Græci haud dubio dixerunt, qui è ſublimibus celſiſque locis cœli exercitum ac ortus ſiderum, intuebantur. Quemadmodum τὸ צפה, vocem, de qua agimus, מלף, doctorem Thargumiſtæ interpretantur. quod de Propheta Ezechiel c.3. ℣ſ.17. vſurpauit. *Speculatorem te dedi domui Iſraël.* Helleniſtæ, σκοπὸν δέδωκά σε τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ. ad Hoſeæ autem c.9. ℣ſ.8. *tanquam Prophetam, qui futura ſpeculatur*, Aben-Ezra interpretatur. In quem locum denuo reuerſus, afflante prius Deo ac monente, diuina illa, *Non eſt Deus, vt mentiatur* &c. tum autem illa, *Non vidit iniquitatem in Iacob, nec præuaricationem in Iſraële. Iehoua Deus ejus eſt*, pronunciat. Deinde, *quam pulchra tabernacula tua Iacob!* & quæ ſequuntur. Deinde, quaſi toto Dei Filio correptus, illa quæ huc ſpectant:

VIDEO ILLVM, SED NON MODO: INTVEOR ILLVM, SED NON PROPE. PROCEDET STELLA E IACOB: SVRGET SCEPTRVM EX ISRAELE: QVOD CONFODIET ANGVLOS MOAB, DESTRVETQVE OMNES FILIOS SETH.

Quæ nec legi ſine motu ac horrore, nec cogitari poſſunt. Nam ſi quis de ſplendore aut excellentia dici exiſtimet, monemus, vt Chaldæum inprimis interpretem adjungat. Qui poſtquam dixit, *intueor eum, ſed non eſt prope*, diſerte addit, כד יקום מלכא מרבית יעקב ויתרבא משיחא מרבית ישראל, CVM CONSVRGET REX DE DOMO IACOB, ET VNGETVR CHRISTVS DE DOMO ISRAEL. Neque addit tantum, *& mactabit Principes Moab*, ſed, &, *dominabitur*, ſiue, *imperabit*, בכל בני אנשא *omnibus hominibus*. aut, *filiis hominum*, ad verbum. Quis autem ille Rex ſit, quis ignorare poteſt? Vt nemo miretur, ſi & tanti locum eum fecerint, deque hac hiſtoria interpretati ſint SS. Patres. Quod ſi Græcus vates aliquis, oraculum hoc multo ante apud Græcos extuliſſet, atque id ſuo tempore eueniſſet,

Τηλόθεν αὐτὸν ὄπωπα, καὶ οὐ παρεόντά περ ἔμπης.
Τηλόθεν αὐτὸν ὄπωπα. μέγας περιώνυμος ἀστὴρ
Ἀντελεῖ ἀγλαόπαιδος Ἰακώβοιο γένεθλον·
Σκῆπτρον δ' Ἰσακίδαισιν ἀνίσταται· ἐκ δὲ τινάξει
Μωάβου μυχάτουςτε, καὶ ἐκ Σήθοιο θέμεθλα,

vt hæc ipſa ſic conuertam: quos non clamores, quas non turbas excitaſſent? Vt de Iudæis taceam, qui cum tanto plura in Chaldæis, atque hic præcipue, quos pari prope loco cum S. Scriptura habent, quibus ad digitum monſtratur Dominus, legiſſent, nihil præter pertinaciam, hoc eſt, ipſam peccati pœnam, oppoſuerunt. De Perſis certe, quod plerique, & quidem doctiſſimi credunt, rationibus, meo quidem animo, nihil minus nititur quam certis. Quarum efficaciſſima, vt illis quidem videbatur, ipſa vox Μάγος fuit: quod quam nulli rei ſit, cum ipſis quoque Helleniſtis tum in vſu eſſet, ante oſtendimus. Tum, quod adueniſſe ex Oriente dicuntur. Quaſi vero in Sacris ſola regio Perſarum excellenter Oriens dicatur. Quod non ita habere, per me præſtare auſim. Tum autem, quaſi, non plura, non grauiſſima ſint argumenta, quæ hoc fieri non poſſe euincant. Primo, quod nato non ita diu Chriſto, (ut ex illis verbis, quod probarunt eruditi, τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος, apparet) adueniſſe Magos conſtet, cum trecentis millibus, aut amplius

In Matt. fortaſſe, Perſis abſit Hieroſolymis: cum nihil cum Perſis commune tum Iudææ fuerit: cum nihil in antiquo extet Fœdere, quod vlla ratione huc ſpectet: aut quod hanc de Magis ſententiam, aut ſententiam de Perſide, de qua agimus, confirmet: cum hic denique, de Oriente κτ᾽ χέσιν Vrbis aut Iudææ, quam de Oriente Solis, vero ſimilius ſit agi. Nec enim dicam, quod B. Chryſoſtomus, vt ſtellam, de qua agitur, non ordinariam fuiſſe probet, hoc inprimis argumento vtitur: quod, non ab Oriente in Occaſum, ſed in Meridiem & quidem à Septentrione moueretur. ita enim, inquit, Perſidis reſpectu, ſita Palæſtina. Verba ejus ſunt: *Nulla enim ſtella hac via incedit. ſed, ſiue Solem, ſiue Lunam, ſiue alias commemores ſtellas, ex Oriente ad occaſum procedere eas videmus. Hæc vero è Septentrione ad Meridiem.* Οὐ γάρ ἐστιν ἀστὴρ τις ταύτην βαδίζων τὴν ὁδόν. ἀλλὰ κἂν Ἥλιον εἴπῃς, κἂν Σελήνην, κἂν τοὺς ἄλλους πάντας ἀστέρας, ἐξ ἀνατολῶν ἐπὶ δύσιν ὁρῶμεν χωροῦντας. οὗτος δὲ ἀπὸ Ἄρκτου εἰς μεσημβρίαν. Cui ſimilia ac prope eadem Theophylactus. Perſas autem & Chaldæos ab iis confundi aut conjungi, alii jam docuerunt. Quomodo igitur Perſis hic ἀνατολὴ, ſimpliciter aut ſic dicta? Nam de Arabia, multo minus vero ſimile. non quod, vt magni viri arbitrantur, vox Magorum id euincat, ſed quod nulla extet ratio probabilis. ac minime omnium quod Arabes ſint Moabitæ, hoc ad Bileamum ſpectat. quem & Syrum & Interamnatem fuiſſe, nec pro Moabitis, ſed aduerſus hos, pronunciaſſe, quæ de ſtella, è Iacob proditura, dixit, ante audiuimus. Quem ipſum, ſiue ſectam, ſiue diſciplinæ ſuæ aſſeclas, non in Arabia, ſed Oriente proximo, tum habuiſſe, res ipſa docet. Et ſic tota Epiphanii opinio cadit: qui non modo Magis biennio fuiſſe opus, vt Bethlehemum peruenirent, ſed &, cum venirent, Dominum ſecundo fuiſſe ibi, ἀλόγῳ argumento aduerſus Alogos probare nititur. Qui vt nodum, quem primo poſuimus, ſecaret, cum ſcriptum inueniſſet, interfici juſſiſſe pueros Heroden, *à bimulis & infra, ſecundum tempus, quod exquiſierat à Magis*, ex eo, non tam diu modo apparuiſſe ſydus, ſed & biennio ante è patria veniſſe Magos, probare conatus eſt. Quaſi non diſerte ἐκ κατωτέρω addatur, & hoc tempus vſquam definiatur. quemadmodum Heroden, im-quantum vellet temporis, vel extendendæ crudelitati vel exercendæ, im-

℣ſ. 2. pendiſſe apparet. Sequitur, ὁ τεχθεὶς βασιλεύς. Qui diſerte, de quo jam ſupra agebamus, מלכא, id eſt, Rex ab interprete Chaldæo dicitur. *Cum conſurget*

Ibid. *Rex e domo Iacob.* Item, *Et vngetur Chriſtus de domo Iſraël.* Paulo poſt, εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα. Hoc eſt, כוכבו. Stellam ejus Regis, qui in iſta prophetia, & è domo Iacob, venturus dicitur. Quod non minus, quam ſuperiora, in illum, quem jam dicebamus, locum, Euangeliſtam pariter & Magos, mentem oculoſque tum defixos habuiſſe confirmat. Idem aſtrum, quam attentos, multis etiam poſt annis, ipſos habuerit Iudæos, impuriſſimus Meſſias ille, qui ſub Adriano, *Ben-cochab*, hoc eſt, *filius aſtri*, dictus eſt, ſatis probauit. De quo Rabbi Akibba, Magiſtrorum eo tempore anteſignanus, exclamabat, *Eum, Regem illum Meſſiam eſſe.* Nunc ad ea quæ ſequuntur. Sequitur

℣ſ. 6. autem, καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσι Ἰούδα, &c. Hic vero illuſtriſſimus ille locus eſt, cujus mutatio, quia tantopere à Michææ verbis, vt volunt, receſſum eſt, tantum apud B. Hieronymum alioſque hac ætate nonnullos potuit, vt, potuiſſe labi ſcriptores ſanctos, permittente id ipſo veritatis Spiritu, exiſtimarent. Iejunum quippe effugium eorum eſt, qui Phariſæis hoc attribuunt. quanuis ab illis, non ab autore, mutata ſint Michææ verba. Nos miramur, tantum fluctuaſſe hic ſummos viros. Sciunt, qui in ſcholis vel primam Rhetoribus dederunt operam, ſermonem eſſe aut ſimplicem aut figuratum. Figurato & ſublimi Prophetæ vtuntur. quorum δεινότης hac in parte eſt ſtupenda. Simplici, Euangeliſtæ & Apoſtoli. quorum ſermo, vt plurimum eſt ἀφελὴς, ac ſimplex, & narrationi ſimplici accom-

accommodatus. quem διηγητικὸν dixêre. Admiranda δεινότης in quinto Michææ eſt. Quo capite, vrbis ſanctæ excidium prædicitur: Meſſiæ aduentus, cujus vis imperii ac diuturnitas, ſine potentiæ menſura ac temporis futura eſſet, denunciatur. Vbi ita loquitur Propheta: *Et tu Bethlehem Ephrata, paruula es, vt ſis in millibus Iuda. Ex te egredietur mihi, qui eſt dominator in Iſraël. Et egreſſus ejus ab initio, a diebus ſæculi.* Oratio inprimis vehemens, quæ contemptum Bethlehemicum cum indignatione notat. Ac ſi dicat, *Et tu Bethlehem, illa paruula, illa minima (vt vulgo, nempe, gentes, te vocant) illa, quam exiguam ac nullam prope, ideoque indignam eſſe dicunt quæ in diſtributionem Iudæ venias, quæ inter duces ejus locum habeas, quæ inter Regias ſis ciuitates. Ex te tamen dux ille ac imperator venturus eſt, qui ex æternitate ipſa prodibit.* Quo ſpectat argumentum capitis, quod apud Græcos extat, Παραίνεσις πρὸς τὰ ἀσεβοῦντα τῶν ἐθνῶν, μὴ ἐπιγελᾷν τῷ Ἰσραὴλ, ἐπειδὴ τὸ ἀσεβεῖν ἐξ αὐτῶν ἐδιδάχθησαν. καὶ διήγησις ὧν Θεὸς Ἰσραὴλ ἠπείλησεν. *Monitum, quo impiæ monentur gentes, ne illudant Iſraëli, ſiquidem impietatem didicerunt ex iis. tum eorum quæ Iſraëli Deus minatus eſt, narratio.* Vbi manifeſte notat, rideri hoſtes Iudæ à Deo. Ita igitur parua, ita minima Bethlehemum, ut Matthæi cap. 5. ℣ſ. 19. *Quiſquis igitur vnum ſoluerit ex mandatis iſtis minimis. Minimis,* ex ſententia eorum qui hoc perſuadebant populo, hoc eſt, οὐδαμῶς ἐλαχίστοις. Porro, certum eſt, figuris iis quæ contrarium ſignificant, ſigna quædam & æquipollentes aſſignari notas. Qualia ſunt, Οὐ, Μὴ, Οὐδαμῶς. de quibus Grammatici. qui has ſimileſque, reponi pro interrogatione, aut eam ſic exponi docent. Exempli gratia, vt in ſacris maneamus, tale ſignum eo loco intelligitur, Ἰδοὺ Ἀδὰμ, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν. *Ecce Adam, tanquam vnus è nobis, vt bonum dignoſcat ac malum.* Geneſ. 3. 22. Serpens enim dixerat, Καὶ ἔσεσθε ὡς Θεοὶ, γινώσκοντες καλὸν καὶ ἀγαθόν. *Et eritis tanquam Dei, vt bonum dignoſcatis ac malum.* Siue ergo efferas ſimpliciter, Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, *Ecce Adam factus, vt vnus è nobis*, ſiue, Ἦ, aut, Ἀληθῶς Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, *Certe Adam factus, vt vnus è nobis*, ſiue, Καὶ σὺ Ἀδὰμ γέγονας, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, *Et tu Adam factus, vt vnus è nobis;* velis nolis, idem dicas. Nempe, Ὁ Ἀδὰμ μηδαμῶς ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν. *Adam, minime vt vnus è nobis.* Ita Theologi Græci ad illum ac ſimiles locos, Τίς ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς Κύριε; τὸ οὐδείς, ſiue *nullus*, intelligi dicunt. quod & ipſa res docet. Cum interdum, ex re ipſa, vt hic, contrarium intelligatur. Nam cum dicit Deus, Ἰδοὺ Ἀδὰμ, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, ex mutatione Adami, & ſtatu ejus, ipſa intelligitur calamitas. Hic vero, quam ſit neceſſaria interpretatio, cum Hebræus textus, tum tot veterum digladiationes ac recentiorum docent. Bene igitur Euangeliſta. qui ſimpliciter, vt omnem tolleret ſic ambiguitatem, ſignum æquipollens vel poſuit, vel ex priſcis interpretibus expreſſit. Quemadmodum & antiquiſſimi quique, cum ejuſdem Prophetæ adducunt locum, vt Tertullianus, vt Iuſtinus, Cyprianus, Epiphanius, aliique, id agnoſcunt. Quorum alii, *non minima*, alii, *non exigua*, & quidem cum refutant Iudæos, alii οὐκ ἐλαχίστη, alii, οὐκ ὀλιγοστή, alii, οὐδαμῶς ἐλαχίστη, cum Euangeliſta, inter quos Iuſtinus. Epiphanius Ἀγκυρωτῷ è Michæa, Καὶ σὺ Βηθλεὲμ οὐκ ἐλαχίστη. Et interpretationem addit, Πῶς γὰρ ἐλαχίστην καλεῖν ἐστι πόλιν, χωρήσασαν, ὃν οὐρανὸς καὶ πάντα χωρεῖν οὐ δύναται; *Quomodo enim dici minima vrbs poteſt, quæ eum cepit, quem cælum cæteraq; omnia capere non poſſunt?* Chaldæus quoque interpres, cum contrarium Prophetam velle obſeruaret, eleganter, non, *quæ parua es*, ſed, *quæ fuiſti*, dixit: hoc eſt, *quæ haberis.* Optime igitur, vel ipſe, vt dicebam, Euangeliſta, non ſeruauit figuram, ſed interpretatus eſt: vel, quod ante conuerſum ſic à Græcis fuerat, ac olim legebatur, expreſſit. Illud addam, Nihil vſitatius eſſe Helleniſtis, quam vt ea, quæ affirmatiue cum figura negant, negatiue & ex mente conuertant. Illuſtris locus Ieremiæ 31. 32. *Ipſi irritum fecerunt pactum meum. & ego dominatus*

ſum eis. ac ſi dicas, *& an ego amore conjugali eos proſecutus eſſem?* vel, *conjunctus* IN MATT. *conjugio manſiſſem eis?* Græci autem, ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν τῇ διαθήκῃ μου, κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν, φησὶ Κύριος. quemadmodum & ab autore ad Hebræos ci- tatur. In Hebræo, ואנכי בעלתי בם. Helleniſtæ igitur, vt hic, contra, *Ego autem non curaui eos.* ex quo, ſcilicet, me neglexerunt. Alterum affirmat, alterum ne- gat: neque minus idem vtrunque dicit. Igitur vt hic *curaui*, hoc eſt בעלתי, eſt, לא בעלתי, *non curaui*, ita hic ἐλαχίστη, οὐκ ἐλαχίστη, interpreti. Et vtrunque No- ui Fœderis ſcriptores ſic adducunt. Quare, ſiue à Græcis interpretibus, ſiue à Matthæo ita redditum, interpretationis, in qua tantopere eruditi ſe tor- ſerunt, ratio apparet. Certe vim, quæ in pronunciatione loci tota latet, ſigno neceſſario, vt efficaciter, ita, ne quis de mente dubitaret, prudentiſſi- me expreſſit: quia ſine ſigno & interpretatione vix habebat locum, aut ob- ſcure adducebatur: quia de veritate conſummata, poſt impletam prophe- tiam, agebatur. Nunc ad cætera. Inter quæ primo omnium locus nobi- ỳ. 15. liſſimus ac pridem agitatus, occurrit, Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου. Sed & ele- gans ac plane vrbanus, ideoque indignus, quem Apoſtata inepte oppugna- ret: vt ad Oſeam B. Hieronymus notabat. *Hunc locum in ſeptimo volumine Iulianus Apoſtata, quod aduerſus nos, id eſt, Chriſtianos, euomuit, calumniatur, & dicit, quod de Iſraële ſcriptum eſt, Matthæus Euangeliſta ad Chriſtum trans- tulit: vt ſimplicitati eorum, qui de gentibus crediderant, illuderet.* Neque du- bium, quin cum iſta ſcriberet, ad Græcum interpretem reſpiceret Apoſtata: qui habet, καὶ ἐξ Αἰγύπτου μετεκαλεσάμην τὰ τέκνα αὐτοῦ. Quo & B. Hieronymus reſpexit: qui Epiſtola De optimo interpretandi genere, *Hoc noſtri*, inquit, *codices non habent.* Idem ad Oſeam, Hebraice non Græce, vt reſpondeat Apoſtatæ, ſcripſiſſe Euangeliſtam ait. Quod ſi verum eſt, neceſſe fuit ממצרים קראתי לבני, hoc eſt, ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου, non vt Chaldæus, להון בנין, *eos filios*, ſcriptum fuiſſe. Cæterum, non opus hac reſponſione. Satis enim eſt, ſic legiſſe Euangeliſtam, eamque veram eſſe lectionem, quam expreſſit Græce. Notandum interim, Euangeliſtas, locum ſæpius non integrum, ſed mutilum, nonnunquam & initium vel finem, citare. Initium cum citant, τὸ וגו׳ addunt, qui Hebraice ſe exprimunt: quæ defectus nota eſt: neque fit, cum verba vltima, & acroteleution quaſi ſententiæ, citatur. quod hic factum eſt. Locus integer ita Græce concipiendus eſſet, ἔτι παιδὸς ὄντος τοῦ Ἰσραὴλ, ἠγάπησα αὐτὸν, καὶ ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου. *Dum adhuc puer eſſet Iſraël, amaui eum, & ex Ægypto vocaui filium meum.* hoc eſt, vt magiſter He- bræus Iarchi interpretatur, *à pueritia omni bono eum proſecutus ſum*, vel, *jam inde ab ætate prima, curæ mihi fuit.* Quemadmodum infantiam Filii ſui ac tenellam ætatem, inprimis ſibi curæ eſſe, hoc ipſo teſtatus eſt Dominus. Quo optime vſus eſt Euangeliſta. Non quod prophetiam de perſona Chriſti pe- culiarem fuiſſe hanc vellet, ſed quod locus optime hic quadraret. imo ma- gis ipſi Chriſto conueniret. Nam quod in nomine Iſraëlis argutatur Iulia- nus, imperite factum. Eſt enim παρῳδία: cujus elegantia tunc ceſſat, ſi idem de eodem dicatur. Quanuis nemo mediocriter in his verſatus neſcit, Iſraë- lem, Dei Filium nonnunquam deſignare. Quod ſic Apoſtata accepit, quaſi mens Matthæi eſſet, Per Oſeam promiſiſſe Deum, ex Ægypto Chriſtum filium ſe vocaturum. atque id, tum fuiſſe impletum. cum Euangeliſta ele- ganter & vrbane loco Prophetæ vtatur, quem hic recte applicari poſſe ait. Quaſi dicat, *ac tum illud recte dici potuit, quod ab Oſea de Iſraële vſur- patur, Ex Ægypto filium meum vocaui.* quomodo non raro, de quo alibi plu- ribus, τὸ ἐπληρώθη, vſurpatur. Cujus ne apud Patres quidem illuſtria deſunt exempla. Vt alios omittam, Epiphanius, vbi Antidicomarianitas & Col- lyridianos, ex æquo erraſſe, ait, alteros, quod nimium S. Virgini tribuerent, alteros, quod non ſatis, tandem ſubjungit, ὡς κἀκεῖνο τὸ παρὰ πολλοῖς τῶν ἔξωθεν φιλο-

σόφων

σόφων ᾀδόμενον καὶ ἐν αὐτοῖς πληρώσασθαι, ἐν τῷ λέγειν, αἱ ἀκρότητες ἰσότητες. hoc eſt, *vt in iis quod à paganis quibuſdam philoſophis dictum eſt, impleatur, extremitates* In *æqualitates eſſe*. Cum de neutra hæreſi quicquam audiviſſent philoſophi. Matt. Quod ad hos libros, vt ne longe abeamus, verſu 17 dicitur: *Tunc impletum eſt, quod à propheta Ieremia dicitur. Quid autem dicitur? Vox in Rama audita eſt.* cum non de infanticidio, ſed captiuitate decem tribuum Propheta proprie loquatur. Vrbana manet interim ac ſuauis applicatio. Ac ſi dicat, *Tum vere illud dici potuit: Vox lamentabilis audita eſt. matres liberos amiſſos deplorarunt, neque conſolationem admiſerunt: quia amplius non erant. Tum Bethlehemum vere facta eſt Rama.* Cum nec perſonæ, de quibus loquitur, eædem ſint, nec locus, nec denique calamitas. atque hinc elegantia. Non ergo de promiſſione Dei, ſed de applicatione loci agitur. Quam qui mire elegantem eſſe non intelligit, nihil in ſcriptis veterum profecit. Adde quod Matthæus cum vtroque loco ἐπληρώθη dixit, non τὸ כלה ſed τὸ מלא expreſſit. ideoque recte interpretes Hebræi להמלא in loco Matthæi reddiderunt. Quemadmodum contra, cum de diſpenſatione Domini, aut ejus fide ex promiſſo liberanda agitur, voce altera vtuntur. Ita 2 Paralip. 36. 22. *Anno primo Cyri, Perſarum Regis, vt perficeretur* (quemadmodum in Hebræo eſt) *verbum Domini, quod locutus fuerat per os Ieremiæ Prophetæ Dominus, ſuſcitauit Dominus Spiritum Regis Perſarum.* Ἔτους πρώτου Κύρου, βασιλέως Περσῶν, μετὰ τὸ πληρωθῆναι ῥῆμα Κυρίου, διὰ στόματος Ἱερεμίου, ἐξήγειρε Κύριος τὸ πνεῦμα Κύρου βασιλέως Περσῶν. Vbi manifeſte de promiſſione Domini ac ejus repræſentatione agitur. Cum autem locus applicatur, tota elegantia in eo, vt ſimilia ſint verba, aut, vt recte, rei, de qua agitur, conueniat. & tum ſæpe gratiora, ſi de diuerſa agitur. Quod in parodiis ſemper, vt diximus jam, locum habet. Quibus cum mirifice inprimis Iulianus caperetur, non ruſticitas minus quam malignitas fuit, quod in Sacris id non ferret. quanquam hoc in loco id ne aſſecutum quidem arbitramur. Et tamen ſimile ipſius Iuliani illud eſt. Dixerat Poëta,

Ὃς καὶ χρυσὸν ἔχων πάντη τρυφᾷ ἠΰτε κούρη.

Quod ad Gallienum in Cæſaribus, cum diuerſi eſſent, is de quo Poëta, & de quo Iulianus, eleganter ipſe tranſtulit Apoſtata. Hic vero Iſraël filius, filius Chriſtus: eadem Ægyptus: res eadem, vocare ex Ægypto. Quæ ſingula ſi non conuenirent, tamen recte diceretur, quod Euangeliſta dixit. Iam vero, cui mediocriter horum perito, nouum videri poſſet, quod de typo dicitur, ad veritatem referri? cum ipſius typi hic ſit vſus, vt veritate impleatur. Vt Oſeas, cum de typo loquitur, qui eſt Iſraël, ad veritatem, hoc eſt, verum filium, reſpexerit. Quod Matthæus ſic aut docet, aut interpretatur. Impletur autem, quod de typo dictum, vbi exhibetur veritas. Quanquam locus etiam ſine illis planiſſimus. *Fuit autem ibi vſque ad mortem Herodis. in Ægypto nimirum. Atque inde iterum vocatus eſt. Vt locum ſic habeat, ac recte dici poſſit, quod de Iſraële dixit Dominus: Ab ætate prima Iſraëlem amaui: Filium meum, cujus ſemper curam geſſi, adhuc tenerum, ex Ægypto vocaui.* Mihi nihil dici poſſe ſimplicius videtur. Vt omittam jam, Oſeam, locum Moſis reſpexiſſe: qui ad occultum Dei conſilium & œconomiam haud dubio reſpexit: actus eo ſpiritu qui nunquam fallit. Quemadmodum & ad vtrunque Matthæus. Ita nihil jam obſtabit, quominus, vt typicus ipſius Dei cuncta dirigentis conſilio, primogenitus dictus Iſraël, ex Ægypto dimiſſus eſt; ita myſticus ac verus Dei Filius, qui & ipſe primogenitus in Sacris dicitur, ex Ægypto vocari dicatur. Quid autem, quod Thargumiſtæ, locum illum Eſaiæ nobiliſſimum, qui cap. 4. Matthæi adducitur, ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει εἶδε φῶς μέγα, de Ægypto interpretati ſunt? Diſerte enim apud eos legitur, עמא בית ישראל דהוו מהלכין במצרים, *Populus domus Iſraël, qui ambulabat in Ægypto.* Quæ mirifica ſane prophetia ſit ſi huc trahatur, & de Galilæa, de qua

ibi

ibi agitur, Ægyptus ſeparetur. Quanquam nec ignorem, pie & dici poſſe & credi, bis fuiſſe in Ægypto, bis vocatum ex Ægypto Dei Filium, de quo Matthæus agit. Semel, cum dux fuit populi, ſemel, cum ſecundo ex Ægypto vocatus fuit. de quo nunc Euangeliſta. Cum præſertim Angelus, qui præiuiſſe Iſraëli decimo & quarto Exodi dicitur, præcedenti capite Deus dicatur. neque aliter ibi acceperunt Patres. Cæterum, τὸ, ἵνα πληρωθῇ, non aliter accipiendum hic quam vt dixi. Quod aut non intellexit, aut diſſimulauit, vt alia non raro, Apoſtata. quem, quod horrendum dictu & Chriſtiani credunt, lege nunquam redeundi, Dei Spiritus reliquerat. Qui & inſuper corruptam Græci, vt videtur, interpretis ſecutus lectionem eſt. & quam multa extant hic, quæ homo, niſi illuſtratus, non intelligit! Qui tueri prophetiam preſſe volunt, Hebraiſmo optime ſe expedire poſſunt. Vt ἐκάλεσα Oſeæ ſit καλέσω. Vocabo *filium meum*, præteritum, pro futuro. Quemadmodum ab eodem Propheta ſub præcedentis finem capitis, Μητέρα ἐπὶ τέκνοις ἠδάφισαν, hoc eſt, ἐδαφίσουσι. Vt mens ſit, Ὅτι νήπιος Ἰσραὴλ, κἀγὼ ἠγάπησα αὐτὸν, καὶ ἐξ Αἰγύπτου μετακαλέσω τὸν υἱόν μου. quemadmodum ipſis Helleniſtis, extra Hebræi quoque textus neceſſitatem, nihil vſitatius. B. Hieronymus, explicatione Pſalmi 80. *In cunctis pene locis hanc habent Septuaginta conſuetudinem, vt quod apud Hebræos in futurum, hoc illi, quaſi jam factum & præteritum, referant.* Gregorius Homilia De Filio, Ἢ πᾶσιν εὔδηλον, ὅτι πολλὰ τῶν χρονικῶς λεγομένων, ἐνηλλαγμένως τοῖς χρόνοις προφέρεται, καὶ μάλιστα παρὰ τῇ συνηθείᾳ τῆς θείας γραφῆς, οὐχ ὅσα τοῦ παρεληλυθότος χρόνου μόνον ἐστὶν, ἢ τοῦ παρόντος, ἀλλὰ καὶ ὅσα τοῦ μέλλοντος. Ὡς, ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη; οὔπω γὰρ ἐφρυάξαντο· Καὶ, ἐν ποταμῷ διελεύσονται ποδί· ὅπερ ἐστὶ, διαβεβήκασι. καὶ μακρὸν ἂν εἴη πάσας ἀπαριθμεῖν τὰς τοιαύτας φωνὰς, ἃ τοῖς φιλοπόνοις τετήρηται). *An vero notum omnibus, multa quæ de temporibus dicuntur, cum mutatione temporum efferri: in ipſa ſacrarum præſertim literarum ſerie. non ea quæ præteriti ſunt tantum aut præſentis, ſed & quæ futuri? Vt, cum dicitur, quare fremuerunt gentes? Nondum enim tum fremuerant. Item, & fluuium tranſibunt pede. quod eſt tranſierant. Cujuſmodi in ſacris perſequi infinitum eſſet. quæ ſtudioſis relinquuntur.* Illuſtre, vt cætera omittam, apud Iudam exemplum, vbi de futuro judicio dicitur, Ἰδοὺ ἦλθε Κύριος ἐν μυριάσιν ἁγίαις αὐτοῦ. *Ecce venit Dominus cum ſanctis millibus ſuis. Venit, veniet.* Vt mens ſit, *Cum puer eſſet Iſraël, amaui eum. ex Ægypto enim vocaui eum. quemadmodum & filium meum ex Ægypto vocabo.* Nam ſi planius locutus eſſet Propheta, aliter locutus eſſet quam Propheta. quomodo & typi & veritatis ſit mentio, cum vel ex typo ſolo veritas intelligatur. Quod & Iuuencus ſecutus eſt: qui, *veniet, veniet mea proles Ægypto ex alta, terris lumenque ſaluſque.* Et quis neſcit, nihil eſſe vſitatius, quam vt de venturo Meſſia in præterito Prophetæ loquantur? Tale eſt denique illud Pſalmo 40. *Aures perfodiſti mihi:* quod Helleniſtis, & autori ad Hebræos, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι. Neque minus illuſtris, qui mox ſequitur, ♈.18. locus eſt, Φωνὴ ἐν Ῥαμᾷ ἠκούσθη. In quo, qui ex Græcis Romaniſque autoribus, quid ſit locos adhibere ſimiles, didicerunt, fieri non poteſt, quin vrbanitatem ſummam hic ac elegantiam agnoſcant. Nam cum aliud omnino ſit, quod apud Ieremiam, aliud, quod hic lugere Rachel dicitur, Prophetæ verba ſic ſeruata conſtat, vt venuſte idem de re ſimili dicatur, quod minori de eâdem diceretur. Sed & de Rachele, quæ in ipſa via, neque procul Bethlehemo, fuerat ſepulta, vnde locus totus ita dictus, ante nos jam obſeruarunt eruditi. Quemadmodum Romani quoque ac Græci veteres, non propter vias modo, monumenta mortuorum, illuſtrium inprimis, collocabant, ſed & iis diſtinguebant. Notum illud Poëtæ, *Hinc adeo media eſt nobis via. namque ſepulchrum Incipit apparere Bianoris.* Et illius, vnde expreſſit, Κοὔπω τὰν μεσάταν ὁδὸν ἄνυμες· οὐδὲ τὸ σᾶμα Ἁμῖν τῶ Βρασίλα κατεφαίνετο. Reſtat, vt nonnulli credunt, difficultas præcipua, cur ἐν Ῥαμᾷ dixerit Euangeliſta, quod,

in ſub-

in ſublimi, aut, *excelſo*, cæteri, Chaldæi ברומא dixerunt. Quæ profecto, nulla: In
Cum, vt ſæpe alias, hic quoque Helleniſtas fuerit ſecutus, qui non paucas Matt.
voces, prout ſcriptas ab Hebræis inuenerunt, literis iiſdem Græce expreſ-
ſerunt. Adde, quod, ſiue Rama, de Rama Ephraim accipias, nihil aliud
quam vrbana hyperbole, *clamor in Rama*, id eſt, Ramam vſque auditus, di-
citur: ſiue, de Rama Lehi, locus dubitationi non reſtabit. vtpote, quam
in tribu Iudæ fuiſſe conſtat. Sequitur, Ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν. Quomodo? He- ℣ſ.22.
rode jam extincto, quod præceſſit: qui & quæſiuiſſe animam infantis dici-
tur. Propter Archelaum, inquit, ſucceſſorem: cujus tantam fuiſſe crudeli-
tatem conſtat, vt & hic ſucceſſor haberetur. Imo, vt כי טוב לנו להיות בלא מלך ממלוך
עלינו ארכילאום, *Melius ſine Rege, quam ſub Archelao egiſſemus*, vulgo omnes excla-
marent. Concludamus loco nobiliſſimo hoc caput, ὅτι Ναζωραῖος κληθή- ℣ſ.23.
σεται. Quem quidem curæ adeo ac ſtudio fuiſſe eruditis ſcimus, vt libellos
integros de eo conſcriptos, olim legere meminerim. In quo tamen, aut fal-
lor, aut nondum quiſquam eorum ſatisfecit ſibi. Vt veteres hic taceam,
quos in factiones quaſi abiiſſe conſtat. Quarum, & ejuſdem quidem fere,
principes, Chryſoſtomus, interpres ſummus, qui in libris, quos habemus,
Fœderis antiqui, plane id extare negat, & B. Hieronymus, qui vbique, vt
probet locos hic extare quoſdam, qui nec in Latinis nec in Græcis Fœ-
deris antiqui libris extent, ſed è vocibus Hebræis eruendi ſunt, hunc, &
illum, de quo jam egimus, *Ex Ægypto vocaui filium meum*, & quidem ſæ-
pius, adducit. Cæterum, cum ad ipſum Eſaiæ locum, è quo ſumptum exi-
ſtimat, deventum eſt, aliud egiſſe virum diligentiſſimum eruditi viderunt.
Neque enim ipſa vox apparet quam huc trahit. Nam Chryſoſtomus, ne
quærendum quidem quo reſpexerit exiſtimat, cum tot libros ſacros, amiſ-
ſos conſtet: cum quibus & autorem loci. Cæterum nec vero fit ſimile, aut
locum qui extiterit, aut librum in quo extitit, amiſſum: multo autem minus,
extare vocem alibi, quæ non comparet. Quare non aliud reſtare exiſtima-
mus, quam vt, ſicut de Meſſia ipſo, ita & de habitatione ejus, involute, quan-
quam δεικτικῶς, locutus ſit Propheta quem intelligit. Quod & proprium
eorum eſſe, nemo neſcit. Bene ad Eſaiam B. Hieronymus, *Omnis Scriptura,
& Prophetæ ſpecialiter futurorum myſteriis inuoluti ſunt, vt prouocent nos ad in-
telligentiam.* Et certe, ſi vt de natali loco, itidem de habitatione à Prophe-
tis nunciatum eſſet, cauſæ nihil erat cur de iſta dubitarent Iudæi, cum de
altero diſerte reſpondiſſe conſtet, ὅτι ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας γεννᾶται. *Fore vt in
Bethleem Iudææ naſceretur.* Cum Nathanaël de habitatione contra, Ἐκ Να-
ζαρὲθ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; qui miratur boni aliquid ex eo loco provenire
aut exire poſſe. quemadmodum Iudæi, manifeſte è Galilæa, expectandum
aliquem prophetam aut promitti negant. Quare, vt ſemel id expediamus
de quo agitur, non vnum exiſtimamus tangi locum. inprimis vero eum
quem & infra capite 4. ℣ſ.16. Matthæus laudat, Γῆ Ζαβουλὼν, καὶ γῆ Νεφθα-
λεὶμ, ὁδὸν θαλάσσης, πέραν τοῦ Ἰορδάνου, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν· ὁ λαὸς, ὁ καθήμενος ἐν
σκότει, εἶδε φῶς μέγα, καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς.
Quibus verbis diſerte Nazaræus habitatione ac loco dicitur futurus. Quam
opinionem illud quoque illuſtrat, quod hic dixit, κατῴκησεν εἰς πόλιν. quod
eſt זבל *zabal.* vnde Ζαβουλὼν: ab habitatione dicta. quæ & hujus fuit. in hac
enim tribu Nazareth, ad quam alludit. Sequitur enim, ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν
σκότει. quo nihil aliud quam populum deſertum & ignotum denotat. Non
enim ἐν ἐρήμῳ, ſiue ἐν ἐρημίᾳ, dixit, vt antitheſin ſeruaret. Sequitur enim, εἶδε
φῶς μέγα. quia nomen proprie conueniens Meſſiæ φῶς eſt, quo & paſſim
indigitatur. Ignotum autem populum & vrbem recte dixit, cujus nulla in
antiquo Fœdere fit mentio: quod de Nazaretho omnes obſeruarunt. Iam
τὸ נצר, vnde Nazareni dicti, nihil aliud quam conſeruator, ſeu ſeruator, à quo

nomen Ieſu vix recedit. Quemadmodom eadem vox & vaſtatorem, hoc In Matt. eſt ἐρημοῦντα, ſiue ἐρημωτὴν notat. Vtraque enim ſignificatio in נצר. Aqua Chriſtiani נוצרים cauſa duplici, & à Domino, & ab vrbe obſcuriſſima, per contemptum dicti. Nazareth ergo, ne quis dubitet, vrbs בנצורים, in deſertis habitata locis ac relictis. Vnde Nazareth, vrbs deſolata ac deſerta, ἐν σκότει καὶ ἐρημίᾳ καθημένη recte dicitur. Cauſam B. Hieronymus exponit. *Iudæi credentes in Chriſtum, hunc locum ita ediſſerunt. Primo tempore hæ duæ tribus, Zabulon & Nephtalim, ab Aſſyriis captæ ſunt, & ductæ in hoſtilem terram, & Galilæa deſerta eſt: quam nunc Propheta dicit, alleuiatam eſſe eo quod peccata populi ſuſtineret.* Et hic eſt locus ille, quem mox ſequitur illuſtris ille, *Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.* Habes in eodem loco Zabulon, qua continetur Nazareth: habes & circumlocutionem ex origine ac deſignatione vocis: habes incolam illius, qui hic φῶς, vt alibi ἀνατολὴ, eadem ratione nuncupatur. Habes ergo, ὅτι Ναζωραῖος, vt Euangeliſta loquitur, κληθήσεται. hoc eſt, Hebræorum more, erit, aut futurus eſt. ſed occulte ac Prophetice. Nec interim negauerim τὸ נזיר eo etiam à Sanctis Noui Fœderis nonnunquam trahi. Quemadmodum Philippus, cum in benedictione Iacobi de Filio Ioſepho, Geneſ. 49. ℣ſ. 26. legiſſet, *Benedictiones patris tui fortiores erunt benedictionibus progenitorum meorum: vſque ad terminum collium, erunt ſuper caput Ioſeph, & ſuper verticem Nazaræi fratrum ſuorum;* ex eo Iohannis 1. duo concludit: Veniſſe Ioſephi filium, veniſſe Nazarenum. qui & Ioſephi, vt alibi Dauidis, dici filius potuit: cum & educatione & ſecundum Legem, quod ſuo loco alibi probauimus, Ioſephi eſſet filius. Cui accedebat, quod Nazarenus diceretur. jam autem נזיר qui à Ioſepho expectabatur, Ναζηραῖος Helleniſtis dicitur. à quo vix abit cum Ναζωραῖος dixit. Addit Philippus, Moſen id ſcripſiſſe. Vt Prophetæ hic ſint Eſaias & Moſes.

Cap. III.

Caput tertium & quartum examinantur. Verba illa initio, Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, *quomodo intelligenda. An recte expreſſerint, qui* temporibus illis, *reddiderunt. Aliud,* ἐν ἡμέραις ἐκείνου, ἢ ἐκείνου. *Locuſtæ cibus Iohannis. vſus earum in Oriente: vbi inter cibos. Locuſtæ Celſi, Aëtii, Oribaſii, Sethi.* κάραβοι, *ſcarabæi, & inter eos Lucanus.* Ἀκρίδες *quibuſdam virgulta aut germina. ſimilis opinio de melle. Errores Peluſiotæ, & aliorum.* Ἐγκρίδες pro ἀκρίδες *ex Ebionitarum ſententia. & error refutatus.* Ἰσχυρότερός μου ἐστί. Μέλι ἄγριον. *Syluestre. Ericæum.* Ἄφες ἄρτι. *Sine nunc. Sine ſic. Sine modo. Omitte me nunc: quod recentiori placet interpreti. &, an recte. Caput quartum percurritur.* Ἀνήχθη εἰς τὴν ἔρημον ὑπὸ τοῦ πνεύματος. *& quomodo dicatur. An ad id quod ſuperiori capite dicitur, referendum. Suppoſititii Abdiæ κερατήριον. Dominus eſuriiſſe dicitur. & quare.* Ὑστερολογία *& error Epiphanii. Locus,* οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, *quomodo intelligendus. Autores Midraſchin. Quid in iis ſpectatum, quibus ſuos in deſerto pauit Dominus. Manna, cibus ad tempus. Ejus vis in ordinatione Domini. Panis loco, Dei vim ac poteſtatem eſſe poſſe.* Ἐπὶ Θεοῦ ῥήματι *viuere, quid ſit.* Οὐκ ἐκπειράσεις τὸν Κύριον τὸν Θεόν σου. ἐκπειράζειν *quid.* πειρασμοὶ, *quid Helleniſtis.* ὁδὸν θαλάσσης. *& quomodo Euangeliſtæ vſurpatum. Locus mirifice &* ἐλλιπῶς *ab eo adductus. Mira & vſitata citandi ratio. Ejus nota alias expreſſa hic omiſſa.* σεληνιαζόμενοι *qui. Diuerſæ de iis ſententiæ. Eorum morbus idem cum comitiali habitus.* Σεληνιασμὸς *quid. Morbus puerilis.*

Cap. III. ℣ſ. 1.

AD tertium nunc caput veniamus. Cujus initium, Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. Quod quanuis ad temporis referri ſeriem non poſſe, ſed ad ea quæ ſequuntur, res ipſa doceat, cum temporis non parum inter Domini Natalem, quæque hunc proxime ſecuta ſunt, & Iohannis interceſſerit baptiſmum, vt non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Matt.

Vt non ſine cauſa hic notauerit Chryſoſtomus, Οὐ γὰρ τὰ ἑξῆς δηλῶν τοῦτο τέθηκεν, ἀλλ᾽ ἐκείνας, ἐν αἷς ταῦτα συμβαίνειν ἔμελλεν ἃ διηγήσασθαι παρεσκευάζετο, *Non ratione temporis hoc dixit aut ordinis, cum dies illos intelligat, quibus euentura erant, quæ narrare nunc inſtituit.* Neque video tamen, quod ſubſidium attulerint interpretes, qui, *temporibus illis*, pro eo poſuerunt. quaſi hoc difficultatem tollat. Atqui proxime cum dixerit, in Galilæam contuliſſe ſe, è Galilæa autem, vbi tanto vixit tempore, ad baptiſmum veniſſe Dominum non multo poſt dicturus ſit, quid reſtat, niſi, vt τὸ ἐν ἡμέραις ἐκείναις, idem ſit, quod μεταξὺ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων, vel μεταξὺ τοῦ χρόνου ἐκείνου. intra tempus illud, quo Nazarethæ aut in Galilæa vixit. Quod tale eſt, ac ſi, *interea*, dixiſſet. Neque major ſane hic difficultas: quæ, cur à quibuſdam augeatur, neſcio. Ἐν ἐκείναις igitur ἡμέραις, formula Prophetis vſitata. nonnunquam quoque ἀπόλυτος, nec certi temporis aut definiti index. Aliud, ἐν ἡμέραις ἐκείνου, ἢ ἐκείνου. Quemadmodum hoc ipſum ἐν ἡμέραις Τιβερίου, καὶ Ἡρώδου, καὶ Ἄννα, καὶ Καϊάφα, eueniſſe ait Lucas. Quod & non procul ab initio Euangelii ſui ſecundum, vt volebant, Matthæum, Ebionitæ exprimebant. Hoc nempe modo: Ἐγένετο ἐν ἡμέραις Ἡρώδου βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, ἐπὶ ἀρχιερέως Καϊάφα, ἦλθέ τις Ἰωάννης ὀνόματι, βαπτίζων βάπτισμα μετανοίας ἐν τῷ ποταμῷ Ἰορδάνῃ. *Factum autem eſt, in diebus Herodis, Regis Iudææ, ſummo pontifice Caiapha, venit quidam nomine Iohannes, baptizans baptiſma pœnitentiæ in flumine Iordane.* Neque video ſane, cur recentior interpres, cum inueniſſet, *In diebus autem illis venit Iohannes Baptiſta*, pro eo, *Temporibus autem illis adfuit Iohannes Baptiſta*, repoſuerit. Non enim hoc vult, iiſdem, de quibus ante egit, temporibus id eueniſſe, ſed ex Prophetarum formula, ac more vſitato, narraturus quæ poſt euenerunt, locutus eſt. *In diebus illis*, τότε, *tunc*. Imo μετὰ ταῦτα, *poſt hæc*, indefinite. Quomodo & Latine loquaris. Notum illud poëtarum maximi: *juueniſque Chorœbus Mygdonides, illis qui ad Troiam forte diebus Venerat.* Neque refert, quamdiu ante excidium Troianum veniſſet. cum ſic ἀορίστως etiam ſcriptores Sacri loquantur. Idem autor, *Non vlli paſtos illis egere diebus, Frigida, Daphni, boues ad flumina.* neque omnes Hebraiſmi, etiam, qui ad Latinitatem non faciunt, nullo diſcrimine loco mouendi ſunt. Alterum quoque minus mentem explet. Quis enim ferat, vt quoties aliquis παραγίνεται dicitur, tantum adfuiſſe dicatur? Eraſmus, *accedit*. Vetus, *venit*, ſimpliciſſime. Paulo poſt, ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες, &c. Quarum ignorare vſum non poſſunt, qui vel (v. 4.) Orientem ætate etiam hac noſtra adierunt, vel quæ de iis prodiderunt, qui in illo verſati ſunt, legerunt vnquam. Nam vt prætermittam, quæ ex Strabone, Plinio, ac Ariſtophane, quidam jam notarunt, inter antiquos Dioſcorides, locuſtâ, quæ ὄνος Græce dicitur, neque alata, membriſque grandioribus eſt, Afros in cibis vti ait qui ad Leptin colunt. lib. 2. cap. 57. Inter recentiores Leo Africanus, poſtquam multis diſſeruit, quanto agmine Africam plerunque inuadant, *vt volantes inſtar nebulæ, Solis radios operiant, arbores ipſas pariter cum frondibus ac fœtu abſumant*; tandem, *Verum Arabiæ deſertum, & Libyæ populi, aduentum earum pro felici habent omine*, inquit: *nam, vel elixas vel ad Solem deſiccatas in farinam tundunt atque comedunt.* Quod à Nicolao Clenardo in feſtiuis confirmatur Epiſtolis. qui & ipſe, poſtquam obductum ſe vidiſſe cœlum ea gente dixit, calamitatem eam in bellum, quod feliciter ſuccedit, vt plurimum converti, ait. Plauſtra enim plena vehi ab agricolis: qui hoſtes ſtrenue ac diligenter mactant. ea lege, vt comedant, ac his deliciis fruantur. Quæ ſi eædem cum locuſtis iis eſſent, (quod qui exiſtimaret noui) quas in cibis Medici, qui & de ſucco ac humore earum agunt, interque eos Celſus, reponit, qui, vbi de febricitantibus agit, inter cætera, lapatho, vrtica, malua, vel, *jure etiam concharum, muſculorumue aut locuſtarum*, vti præcipit, quis de vulgari etiam in

In Matt.

cibis vſu dubitaret? Cum marinæ haud dubio intelligantur. Quod ex Aëtio, ac Oribaſio, etiam Symeone Setho, manifeſtum. Qui quos καράβους ipſi vocant, δυσπέπτους καὶ τροφίμους, *ægre concoqui*, *nutrire* autem *vehementer*, obſeruant. quos & inter τὰ μαλακόστρακα, *quibus cruſta*, vt loquitur Plinius, *pro tegmine eſt*, reponunt. Nam terreſtris κάραβος, ſiue σκάραβος, non locuſta, ſed ſcarabæus eſt. quorum princeps, è majoribus & cornutis, laticornis, ſeu πλατύκερως, quem Lucanum, teſte Plinio, Nigidius, alii ceruum volantem, Cardanus voce conficta, σκαραβέλαφον dixit. cui & ipſi cruſtam Plinius aſſignat. Qui lib. 11. cap. 28. vbi de ſcarabæorum inter cætera generibus agit, *Quibuſdam*, inquit, *pennarum tutelæ cruſta ſuperuenit: vt ſcarabæis, quorum tenuior fragiliorque penna*. Quis autem non miretur, quid Peluſiotæ venerit in mentem, qui ἀκρίδας, ſeu locuſtas, de quibus agitur hoc loco, animalia fuiſſe negat: virgulta aut germina, affirmat? Αἱ ἀκρίδες, inquit, αἷς Ἰωάννης ἐτρέφετο, οὐ ζῶά ἐστιν, ὥς τινες οἴονται ἀμαθῶς, κανθάροις ἀπεοικότα· μὴ γένοιτο· ἀλλ᾽ ἀκρέμονες βοτανῶν ἢ φυτῶν. *Locuſtæ, quibus nutritus Ioannes fuit, non animalia fuerunt, quod nonnulli imperite arbitrantur, cantharis ſimilia. Abſit. ſed herbarum aut plantarum germina.* Cum nec κανθάρῳ, quæ ſcarabæi ſpecies, ſimilis ſit ἀκρὶς, neque quod de plantis voluit, ratione vlla nitatur. Et quid Euthymio, quid Theophylacto agas, qui idem fere de locuſtis notant? Euthymius: *Locuſtas vero quidam, herbarum eſſe virgulta dixerunt: quidam autem herbam, eo nomine: alii vero ipſum inſecti genus.* Quod Græce eſſet, τὰς μὲν ἀκρίδας, τινὲς μὲν τῶν βοτανῶν ἀκρέμονας, τινὲς βοτάνην, οὕτω λεγομένην, φασί· ἄλλοι περὶ τῶν ἐντόμων λέγεσθαι νομίζουσι. Quæ deinde autem ſequuntur, veram ſententiam, ex vſu, de quo ſupra egimus, in Oriente, & locuſtarum cibo, confirmant. Theophylactus vero, τινὲς λέγουσι βοτάνας εἶναι τὰς ἀκρίδας, ἃς καὶ μέλαγρα καλοῦσι· τινὲς δὲ τὰ ἀκρόδρυα, ἤτοι ὀπώρας ἀγρίας. *Quidam herbas eſſe volunt, ἀκρίδας, quas & μέλαγρα dicunt: quidam arborum fœtus, ſiue fructus, agreſtes.* Quod fraudi etiam Latinis fuit. Vt & Paulino, cujus de Baptiſta poëmation extat. Qui,

Præbebant victum facilem ſylueſtria mella,
Pomaque, & incultis enatæ cautibus herbæ,
Arentemque ſitim decurrens vnda leuabat.

Ineptiſſime autem Ebionitæ, qui quaſi ἐγκρὶς legeretur, aut legendum eſſet, ea voce in ſuo Euangelio hoc loco vtebantur. Non alia de cauſa, credo, quam quod Exodi 16. ℣ſ. 3. vbi de manna agitur, ea vſi Helleniſtæ eſſent. τὸ δὲ γεῦμα αὐτοῦ, ὡς ἐγκρὶς ἐν ἐλαίῳ. Numerorum item 11. 8. eandem vocem de eâdem, quanuis non eâdem Hebraice exprimatur, legiſſent. Græcis autem quid ſit ἐγκρὶς, nemo, vel ex Athenæo, vel aliis, neſcire poteſt. Et Athenæo quidem πεμμάτιον, ἑψόμενον ἐν ἐλαίῳ, καὶ μετὰ τοῦτο μελιτούμενον: *bellarium coctum in oleo, ac melle conditum.* Heſychio, γλυκὰς ἐξ ἐλαίου ὑδαρὶς, corrupte, pro, γλύκασμα ἐξ ἐλαίου ὑδαρὲς, *dulce bellarium ex oleo & aqua*, dicitur. Aquilæ interpreti ἄμυλον· quod & ipſum placentæ genus eſt. Idem de quo ante Epiphanius, ex eorum Euangelio locum hunc adducit, Καὶ ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων, καὶ ἐξῆλθον πρὸς αὐτὸν Φαρισαῖοι, καὶ ἐβαπτίσθησαν, καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα, καὶ εἶχεν ὁ Ἰωάννης ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ. καὶ τὸ βρῶμα αὐτοῦ, μέλι ἄγριον, οὗ ἡ γεῦσις ἦν τοῦ μάννα, ὡς ἐγκρὶς ἐν ἐλαίῳ. *Cæpitque Ioannes baptizare, egreſſique ad eum ſunt Phariſæi ac baptizati ſunt, omniſque Hieroſolyma. Veſtem autem Ioannes è pilis camelorum, zonamque coriaceam circum lumbos habebat. Cibus autem ejus mel agreſte: cujus ſapor erat mannæ. vt ἐγκρὶς in oleo.* Addit ipſe, ἵνα δῆθεν μεταστρέψωσι τὸν τῆς ἀληθείας λόγον εἰς ψεῦδος· καὶ ἀντὶ ἀκρίδων ποιήσωσιν ἐγκρίδας ἐν μέλιτι. *Vt, videlicet, ſermonem veritatis in mendacium mutarent: pro locuſtis autem, placentas facerent ex oleo.* Vbi cum de Ebionitis eorumque Euangelio, quod nec plenum, & inſuper νενοθευμένον καὶ

ἠκρω-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ἠκρωτηριασμένον, *adulteratum, ac mutilatum fuiſſe* dixerat, manifeſte agat ſcri- In
ptor; mirum quid doctiſſimo in mentem venerit interpreti, qui hic ſcripſit, Matt.
Annotat etiam Epiphanius κατ᾽ Ἐβιωναίων, *nonnullos Iudæos, pro*, ἀκρίδες, *legiſſe*
ἐγκρίδες. Quid enim hæc ad Iudæos? Si autem illis credimus, oleo ac melle
vixit Baptiſta, qui agreſti vixit melle. Quod ſi dulce fuit, vt illi volunt, quæ
hic auſteritas, vt dicebamus? Et quid hoc ad veſtem, quæ illi tribuitur, ac
zonam? Sed nec mel agreſte minus dulce fuerit quam alterum: fortaſſe &
dulcius. Quod tamen ſylüeſtre dixit Plinius. Qui libro 11. cap. 16. *Tertium*
genus mellis minime probatum, ſylueſtre, quod ericæum vocant. Conuehitur poſt
primos autumni imbres, cum erice ſola in ſyluis: ob id arenoſo ſimile. Ericen au-
tem myricæ eſſe ſimilem, tum Dioſcorides, tum idem autor, dixit. qui &
ad aërei mellis integritatem, quibus è frondibus aut pabulo ab apibus po-
tetur (ita enim loquitur) inprimis intereſſe, alibi non ſine cauſa tradit. Nam
quod de agreſtibus hic apibus, inter cæteros autem à Theophylacto, nota-
tur (μέλι ἢ ἄγριον, τὸ ὑπὸ ἀγρίων μελισσῶν γεωργούμενον, ἐν δένδροις εὑρισκόμενον καὶ
πέτραις, *mel agreſte eſt, quod ab agreſtibus elaboratur apibus: quodque in arbo-*
ribus inuenitur & petris) à quibus ita mel dicatur ac ſit tale, quatenus proce-
dat, viderint qui apum hiſtoriam ex antiquis didicerunt. cum agreſtes, ſeu
ſylueſtres, quas & ruſticas dixêre, vrbaniſque opponunt, vt aſpectu horridas
ac iracundiores, ita opere ac labore eximias eſſe ac præſtantes, idem Pli-
nius teſtetur. Iam autem mel autumnale, præſtantiſſimum eſſe Princeps
philoſophorum (qui, ἄμεινον δ᾽ ἐστὶ τὸ μετοπωρινὸν lib. Hiſtoriæ animalium
5. c. 21.) diſerte pronunciat: cum ericæum, autumnale, & tamen peſſimum
Plinio dicatur. E quo patet, vnde mellis petenda differentia. Adde quod,
ſi apes ſunt inutiles quæ ſunt nullius, hoc eſt, quæ vagantur adhuc, ideoque
fiunt occupantis, aut ſi redigi in ordinem non poſſunt (quas & ipſas recte
agreſtes dicas) quo ſpectabunt, quæ Palladius, quæ Columella, aliique, de
capiendis examinibus ſylueſtribus, ſcripſerunt? Adde, quod feram eſſe
apium naturam, Iuriſconſultorum vox eſt. Vnde Imperator tit. De diui-
ſione rerum, *Apium quoque fera natura eſt.* Theophilus, ἡ τῶν μελισσῶν φύσις
ἐστιν ἀγρία. qui proprie ſylueſtres eſſe eas volunt, donec intra ſingulorum
aluearia, quæ κυψέλας iidem Græcorum Iuriſconſulti dicunt, continen-
tur. Vt haud fruſtra, non tam ex apibus (quanquam earum etiam diſcri-
men veteres notarint) quam ex pabulo de melle judicandum, recte iidem
obſeruarint. Certe, ſi quis quærat, cur Sardoum mel amarum dicatur, re-
cte, ni fallor, propter herbas dicetur. quare, quod fit ex erica, agreſte: quia
talis herba. Syro, cibus, ſiue alimentum Baptiſtæ קמצא ודבשא דברא, *locuſtæ, &*
mel ſylueſtre, dicitur. quæ ipſa vocum origine obuium in Oriente cibum no-
tant. Inprimis, קמץ: à multitudine non minus ibi obuia, ſic dictum, quam ארבה
Hebræorum. quod ἀκρὶς modo, modo βροῦχος, Helleniſtis modo ἀττέλαβος.
qui idem cum brucho nonnullis. Ita quidem vt Leuitici vndecimo, vbi inter
mundos permiſſoſque cibos ארבה, locuſta, numeratur, βροῦχον ſint interpretati.
qui eſt חגב: & Syrorum voci, qua locuſtas in hiſtoria Baptiſtæ expreſſerunt, re-
ſpondere vulgo creditur. Eodem capite cum ſequitur, ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος vſ. 11.
ἰσχυρότερός μου ἐστὶ, recentior interpres, *validior me eſt.* Vetus, *fortior*, ad ver-
bum. Cum de potentia aut magnitudine agatur. Vt ſit δυνατώτερος. Quo-
modo τὸ חזק Helleniſtæ expreſſerunt. Vt omittam non ſemel τὸν ἰσχυρὸν dici,
qui ὁ Κύριος alias, cum de Deo loquuntur. Vt in illo, Καὶ εἶπας, τί ἔγνω ὁ ἰσχυ-
ρός; Iobi 22. 13. Item, ἰδοὺ ταῦτα πάντα ἐργάζεται ὁ ἰσχυρός. In quibus locis τὸ אל ha-
bes. hoc eſt Deus: qui & δυνατὸς Helleniſtis. Quare *potentior* malim. quo ſpe-
ctat & quod ſequitur, οὗ οὐκ εἰμὶ ἄξιος τὰ ὑποδήματα βαστάσαι. quod potentiori,
& qui dignitate major eſt, defertur. Non ita multo poſt, cum ait Dominus,
Ἄφες ἄρτι, οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν, &c. videtur idem eſſe quod, *Sine nunc*, Romani vſ. 15.

In veteres dicebant. Fere, quod Plauto, *Sine ſic:* formulâ Comicis vſitatâ.
Matt. Quis enim Matthæi 7.4. cum legitur, Ἄφες, ἐκβάλω τὸ κάρφος ἀπὸ τοῦ ὀφθαλ-
μοῦ σου, *Omitte* interpretetur, non, *Sine.* quo ipſe interpres recens ibi vtitur.
℣ſ.17. Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός. De hoc loco, & quis ſit ἀγαπητὸς, vide quæ ad
Cap. Marci c.1.℣ſ.11. notamus. Sequenti capite ſtatim initio cum legitur, ἀνήχθη
IV. εἰς τὴν ἔρημον ὑπὸ τοῦ πνεύματος, ſcio quidem eruditis hoc ita accipi, vt τὸ ἐντελὲς,
℣ſ.1. ſiue plenum, ſit, ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ. quia id ſuperiori, credo, capite
præceſſit: Καὶ εἶδε τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστεράν. Quod tamen du-
riuſculum. Cum τὸ, ὑπὸ τοῦ πνεύματος, ita eleganter poſſit dici, quemad-
modum ὑπὸ ψυχῆς dicimus. αὐτοῦ nimirum. *Eo* autem, vt loquitur Grego-
rius, *eum Spiritus ſuus duxit, vbi eum inuenit Spiritus malignus.* Vnde Lucas,
καὶ ἤγετο ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον. Quanquam in Prophetis aliter. Ezechiele
præſertim. Nam quod de diabolo nonnulli interpretantur, inter κειμήλια
ſuppoſititii Abdiæ ponitur. qui effutire auſus erat, *quod ſicut accipiter accipit*
Ibid. *auem, ita Diabolus Chriſtum, & poſuit inter feras in deſerto.* Additur, πειρα-
σθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου. Poſtquam eſuriiſſet, videlicet, vt volunt S S. Patres,
quod & ordo poſtulare videtur: qui, ὅτε συνεχώρει τῇ φύσει, τότε καὶ ἐπείνασε, dicunt.
cum naturæ ceſſit, tunc & eſuriit. quia ex humanæ ratione naturæ, ac veri-
tate, διὰ τὴν τῆς ἐνσάρκου παρουσίας ἀκολουθίαν καὶ ἀλήθειαν, vt iidem eleganter lo-
quuntur, id euênit. Quam tentandi occaſionem, vt illi volunt, arripuit ten-
tator. Quod ſi verum eſt, ὑστερολογίᾳ vſus eſt Epiphanius, cum dixit, καὶ σαφῶς
καὶ ἀληθῶς ὑπὸ τοῦ διαβόλου πειρασθεὶς, καὶ πεινάσας ὕστερον, *manifeſte ac vere tentatus*
à Diabolo, cum eſuriiſſet poſtea. quaſi, poſtquam tentatus eſſet, eſuriiſſe dicatur.
℣ſ.4. Eodem capite primæ tentationi hæc verba opponit Dominus, Οὐκ ἐπ᾽ ἄρτῳ
μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ᾽ ἐπὶ παντὶ ῥήματι, &c. De quo loco minime videtur
dubitandum, quin inter eos fuerit, quos myſtice ad τὸν οὐσιώδη Θεοῦ λόγον, hoc eſt,
ipſum Dei filium, autores Midraſchin traxerunt. qui hoc accurate egerant,
vt quæ pro Meſſia facerent, ſtudioſe colligerent: qualia & in Targumin non-
nulla ſuperſunt. vt ſibi ex interpretatione ea vindicet Dominus, quod Sa-
thanæ opponit. Quod vt nouum videatur, haud eorum tamen admittimus
ſententiam, qui ad determinationem, qua creata quæque ſuſtinentur, hoc
referunt. de qua cap.1. ad Hebr.℣ſ.3. agitur: φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνά-
μεως αὐτοῦ. Nec, vt Iudæis idcirco accedamus, qui jejune nimis ad præcepta
id referunt, quibus, tanquam cibo, ſuſtineri volunt hominem. Quid igitur?
In nutrimento, quo ſuos in deſerto pauit Dominus, duo ſpectabantur: Me-
dium & ordinatio diuina. hoc eſt, verbum. Ita manna cibus fuit populo,
donec defecit. hoc eſt, donec de fructu terræ Canaan guſtauit. Vide Io-
ſuæ 5.12. Cibus autem fuit, vel corporalis. vt cum dicitur, *Porro filii Iſraël*
comederunt manna annis quadraginta. Vel ſpiritualis. vt cum, βρῶμα πνευματι-
κὸν, *cibus ſpiritualis,* Apoſtolo vocatur. 1 Cor.10.3. Nam per ſe, etiam vermium
cibus fuit. Quemadmodum, cum dicitur, *Nam reliquerunt quidam ex eo*
vſque mane, & ſcatere cœpit vermibus. Exod.16.20. Aut euanuit, & liquefactum
eſt. ibid. 21. E quo patet, quantum inter ipſum panem, & ordinationem
intereſſet. Verbum autem σχετικῶς accipiendum, quatenus promiſſiones
Dei, fidem & obedientiam, hic requirebant. Fuit ergo vis in verbo, ſiue in
ordinatione, ſeu συντάξει, quam præmittit repetitque in hiſtoria vbique Mo-
ſes. Ibid. 15. *Hic eſt panis, quem dedit vobis Iehoua ad veſcendum.* Et ſequenti,
Hoc eſt, quod præcepit Iehoua. Helleniſtæ, τοῦτο τὸ ῥῆμα, ὃ συνέταξε Κύριος. *hoc*
eſt, quod præcepit Iehoua. Ibid. 32. Optime ergo Sathanæ, qui ad panem, hoc
eſt, naturalem cauſam, certam inſuper ac definitam, Dominum, cum eſuri-
ret, aſtringebat, hic opponitur, ὅτι οὐκ ἐπ᾽ ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ᾽
ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ. Non enim manna fuit panis
loco, niſi quia Deo placuit. neque quicquam eſt, quod non loco ejus eſſe
poſſit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

poſſit, vbi Deo placet. cum, ſine pane mediiſque, panis quoque loco poſſit
eſſe Dei vis ac voluntas. Cujus tunc exemplum erat ipſe Dominus, cum In Matt.
illud Sathanæ reponeret. Manna, cibo nouo & ignoto, in deſerto vſus fuit
Dominus. Non enim ea mannæ vis ante fuerat, vt aleret, neque tum extra
voluntatem Dei aut ordinationem eſſe poterat: cum manna non per ſe ale-
ret, ſed verbum Domini, & ordinatio per manna. Ita qui vixerunt manna,
ἐπὶ ῥήματι Θεοῦ vixerunt. quo ſuos apud Moſen à terrenis cauſis vocat ac auer-
tit Dominus. Nunc ipſe locus videatur. *Et afflixit te, & eſurire te fecit. quod*
non noueras, neque nouerant patres tui. vt ſcire faceret te, ὅτι οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ
ζήσεται ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ, ζήσεται ὁ
ἄνθρωπος: *non de ſolo pane victurum eſſe hominem: ſed quod de omni verbo, quod*
procedit per os Dei, victurus eſt homo. Nihil eſt ſimplicius. Ibidem efficaciter,
Οὐκ ἐκπειράσεις τὸν Κύριον τὸν Θεόν σου, dictum eſt. Cujus vim, vel non ſatis aſſecuti
ſunt, vel expreſſiſſe videntur interpretes. Ac ſi dicat, ne miraculorum qui-
dem petitione tentandum eſſe Dominum. qualis erat iſte πειρασμὸς Diaboli.
Vnde & τὸ מסות πειρασμοὺς interpretantur Helleniſtæ. Etiam, cum de mira-
culis ſermo eſt. cum ipſa etiam miracula, probationes, ſiue πειρασμοὶ, dican-
tur. Illuſtris Deuteron. 4.34. locus eſt. Εἰ ἐπείρασεν ὁ Θεὸς εἰσελθὼν λαβεῖν αὐτῷ
ἔθνος ἐκ μέσου ἔθνους, ἐν πειρασμῷ, καὶ ἐν σημείοις, καὶ ἐν τέρασι. Et ibidem 7.19. Τοὺς
πειρασμοὺς τοὺς μεγάλους, οὓς εἴδον οἱ ὀφθαλμοί σου, τὰ σημεῖα, καὶ τὰ τέρατα, τὰ μεγάλα
ἐκεῖνα, τὴν χεῖρα τὴν κραταιὰν, καὶ τὸν βραχίονα τὸν ὑψηλὸν, &c. & ita paſſim. Quem-
admodum tentatio Dei in Maſſa miraculo ſedata eſt. Quo reſpexit Domi-
nus cum dixit: *Non tentabitis Dominum Deum veſtrum, quemadmodum ten-*
taſtis in Maſſa. Deuteron. 6.16. Igitur ἐκπειράσεις, *ad miracula prouocabis.* aut,
prouocando ad miracula, tentabis. Quemadmodum eo ipſo loco, ὃν τρόπον ἐξεπει-
ράσατε ἐν τῷ πειρασμῷ, dicitur. Minus igitur dixerunt, qui *tentabitis* reddunt.
Eodem hoc capite legitur, Γῆ Ζαβουλὼν καὶ γῆ Νεφθαλεὶμ, ὁδὸν θαλάσσης. Vbi Vſ. 15.
nemo ignorat, quam longe in priori parte loci hujus Eſaiæ ab Hebræis re-
ceſſerint Græci. Nam Hebræi habent, *Quia non erit ei obſcuratio cui fuit*
anguſtia: quemadmodum tempus primum alleuiauit terram Zebulun, & terram
Naphthali, & poſtremum aggrauari fecit: ſcilicet, *maris viam trans Iarden, Gelil*
Gentium. De cujus loci interpretatione hic non dicam: fatendum tamen, mi-
rum in modum receſſiſſe eos, cum reddiderunt, τοῦτο πρῶτον ταχὺ πίε, ταχὺ
ποίει, χώρα Ζαβουλὼν, ἡ γῆ Νεφθαλεὶμ, καὶ οἱ λοιποὶ τὴν παραλίαν, &c. Matthæus,
cum ad locum Hebræum ſe componeret, ita initium ejus adduxit, vt ad
inſtitutum properaret. Quod quomodo ab eo factum ſit, qui non intelli-
gunt, nunquam loci mentem ac venuſtatem capient. Inter quos ſunt ſummi
Theologi, qui ὁδὸν θαλάσσης, pro, καθ' ὁδὸν, exiſtimarunt poni. quod ipſi
tamen duriſſimum confeſſi ſunt. Si Hebraice ſcripſiſſet autor, cuiuis obuia
venuſtas eſſet. Vſitatum eſt Magiſtris Hebræorum, vt, quæ præcedunt, leui-
ter vel delibent, vel aliquoties nonnunquam tranſiliant, donec perueniant
ad verba, quorum cauſa locum adduxerunt. Quod peculiari nota tum de-
ſignant, quam in Nouo Fœdere non expreſſerunt viri Sancti. quæ, quod
pluribus in locis jam oſtendimus, intelligenda eſt. Si Hebraice ſcripſiſſet,
quod nonnulli volunt, Matthæus, & hoc Euangelium extaret, locus ita
ſine dubio repræſentatus eſſet, להתקים מה שנאמר על פי ישעיה הנביא האומר ארצה זבלון וארצה
נפתלי וגו' דרך הים עבר הירדן גליל הגוים, Ac ſi Græce dicas, Ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἠσαΐου
τοῦ προφήτου, τοῦ λέγοντος, Γῆ Ζαβουλὼν, καὶ γῆ Νεφθαλεὶμ, καὶ ἑξῆς. hoc eſt, *& cætera.*
Ac deinde iterum pergas, ὁδὸν θαλάσσης πέραν τοῦ Ἰορδάνου, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν.
Nam quemadmodum prima prætermiſit capitis verba, donec ad illa, Γῆ
Ζαβουλὼν καὶ γῆ Νεφθαλεὶμ, perueniſſet, de quibus dicitur, *depreſſas*, ſiue, *affe-*
ctas contumeliis fuiſſe, quod hic locum non habebat, ideoque, potiſſima, vt
qui properant ad inſtitutum, è contextu ſumpſit, ita rurſus prætermiſit,

quæ

quæ illa, ὁδὸν θαλάσσης, præcedunt. Nam in Hebræo eſt, והאחרון הכביד דרך הים, hoc eſt, καὶ τὰ ὕστατα ἐβάρυνε, τὴν ὁδὸν δηλονότι τῆς θαλάσσης. Vides ergo τὸ ὁδὸν θαλάσσης, non alia de cauſa eſſe ἐλλιπὲς, ſiue, non integrum, niſi quia à citante id prætermittitur à quo dependet. Non enim in Matthæo, ſed apud eum, è quo adducitur, illud extat à quo regitur. Nam Euangeliſta, qui id obiter adduxit, ad illa properabat, Ὁ λαὸς, ὁ καθήμενος ἐν σκότει, εἶδε φῶς μέγα, καὶ τοῖς, &c. Quæ, vt ſequuntur, ita proprie ad rem ſpectabant. Adeo, vt ejus cauſa tranſiliret cætera. quo nihil Hebræis in citandis locis, de quo pluribus
℣ſ. 24. alibi, vt nec aliis interdum, vſitatius. Non procul à capitis fine legitur, Domino ad curandum oblatos fuiſſe qui variis laborarent morbis. Inter alios σεληνιαζομένους. de quibus Gloſſæ Noui Teſtamenti non editæ (quarum vſum amiciſſimo viro Marco Zuerio Boxhornio debemus) *Lunaticos vulgus vocat, quod per Lunæ curſus comitentur eos inſidiæ dæmonum. Hæc paſſio, caduca dicitur, & laruatio: cujus tanta vis eſt, vt homo valens in terram concidat ſpumetque.* & tamen δαιμονιζόμενοι junguntur. Etiam Theophylactus δαιμονῶντας exponit: ejuſque cauſam plenilunio, quo abuti vult diabolum, qui tum inuadit miſeros, aſſignat. Alii, vt Euthymius, cauſam ejus naturalem ſimpliciter ad Lunam referunt. Vt & Lucianus, qui Toxari, de quodam qui eodem ſubinde affligebatur morbo, Ἐλέγετο δὲ καταπίπτειν πρὸς τὴν σελήνην αὐξανομένην: *ad creſcentem concidere Lunam dicebatur.* Nos, non Catone, vt vulgo dicitur, ſed Tralliano aliiſque Medicis contenti hic ſimus. qui σεληνιαζομένους, Comitiales, volunt: eundemque morbum, cum Sacro. Et Sammonicus, poſtquam de Comitiali egit morbo, eum qui hoc affligitur, *dubiæ per tempora Lunæ*, conceptum putari ait. Cui rei amuletum, vt videtur, puerorum collo appendebant, quod σεληνὶς dicebatur. Heſychius, Σεληνὶς, φυλακτήριον, ὅπερ ἐγκρεμᾶται τοῖς παιδίοις. Quare pueris? quia morbus idem Puerilis, vtpote ætati huic proprius maxime ac familiaris, dicitur.

Cap. IV.

Caput quintum & ſextum examinatur. Μακάριοι οἱ πτωχοί. πτωχοὶ *&* πτωχεύοντες *Helleniſtis.* πτωχὸς πνεύματι. *Iudæorum error, qui à Domino refutatur. Non afflari Prophetia niſi diuites.* οἱ πραεῖς. *Paradoxa Iudæorum. Paradoxa Domini.* Ὅτι οἱ πραεῖς γῆν κληρονομήσουσι. *& quomodo dictum. Quædam quæ hic dicuntur, ex mente Domini, non* κατὰ ξηρὸν, *accipienda.* Φῶς κόσμου, *& qui ita à Iudæis dicti. Marcionis in mutando contextu audacia.* παρέρχεσθαι, *Hebræorum more vſurpatum.* Ἰῶτα, κεραία. κεραία, *crux. Locus aliter quam legitur ordinatus aut tranſpoſitus. Tituli & pericopæ. Quanta eorum differentia.* Ἐπίτασις τῶν ἐν τῷ νόμῳ ἐντολῶν, *& vbi, hoc capite. Vltimus quadrans. Sententia de eo Auguſtini.* Ὀφθαλμὸς, τὸ ἡγεμονικὸν *Hebræis.* χεὶρ, τὸ θυμικόν. *Locus nobiliſſimus,* Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως. *Mos Iudæorum per cælum, per terram, per Hieroſolyma jurandi. Idem locus, quomodo diſtinguendus. Interpretio ejus.* Ἔστω ὁ λόγος ὑμῶν ναὶ ναὶ, οὒ οὔ. *& quo referendum.* ὁ ὁμιλητικὸς λόγος, *& in eo abſtinendum juramento.* ἐπὶ ἀδίκῳ ὀμόσαι. ἐπὶ ματαίῳ. *& quomodo ab Helleniſtis diſtinguantur. Viuit Dominus, quomodo vſurpatum. Quando per cælum jurarent. Monitum Hebræorum, parcius Ita quam Non, adhibendum. Ius* ἀντιπεπονθότος. *quo id à Moſe referatur.* Τὸν χιτῶνα λαβεῖν. ἱμάτιον *Magiſtris quid, & quomodo dicatur. Cujus judex abſtulit pallium, canens ambulabit in publico.* Μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ. *Simile dictum Senecæ.* καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου. *Locus ἐκ παραδόσεως.* ἐχθρὸς *quis è veterum opinione.* Ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι. Τέλειοι, *perfecti. & an recte. Quomodo vſi ea voce Helleniſtæ. Periculoſæ interpretationes vitandæ. Cui Hebræorum voci reſpondeat. Helleniſtas non vno modo ea vſos. Ad Caput ſextum tranſitur.* Ἀπέχουσι τὸν μισθόν. Αὐταρέσκεια. βαττολογεῖν *quid.* διὰ λεπτολογίας προσεύχεσθαι. βατταρίζειν. ἐμβαττα-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ἐμβατλαρίζειν τῷ λόγῳ. μετεωρισμὸς in precando. Hebræis quomodo exprima- In
tur. ἄρτος ἐπιούσιος vnde dictus, & quis. cui Hebræo respondeat. ἄρτος ὁ Matt.
διαπαντός. ἐνδελεχισμός. quomodo ab Helleniſtis, & vnde dictus. ἡ ἐπιοῦσα,
poſtera. Superſubſtantialis panis. περιούσιος. quotidianus. Viri perpetuita-
tis, ἄνδρες διαπαντός. Δὸς ἡμῖν σήμερον. σήμερον καὶ σήμερον. Manna, panis in diem.
Illud, ἐὰν γὰρ ἀφῆτε τὰ παραπτώματα, cur ſolum repetatur atque exponatur.
Ὁ πονηρός, ille malus. Recentior interpres, & peculiaris ejus in exprimendis ar-
ticulis conſuetudo. Ἀφανίζειν τὰ πρόσωπα. πρόσωπον, hilaritas. Cadere fece-
runt vultus ſuos. exterminarunt facies ſuas. κακία προσώπου. Τὸν ἕνα μισήσει,
minus amabit. Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμμωνᾷ. Mammona, quomodo accipiendum.
Aues cæli, & earum ἀμεριμνία. Ἡλικία τοῦ σώματος. περιφέρεια τῆς ἡλικίας apud
Epiphanium. Salomonis ornatus infra ornatum liliorum. &, quare. Ἔθνη
Matthæo, ἔθνη τοῦ κόσμου Lucæ. iidem ἰδιῶται. Idiotas & infideles ab Apoſtolo
jungi. λαοὶ τῆς γῆς.

SEquuntur Sermones in monte, de quibus B. Auguſtinus, *Vnus Deus* Cap.V.
per Sanctos prophetas & famulos ſuos, ſecundum ordinatiſſimam diſtri- ꝟſ. 1.
butionem temporum, dedit majora præcepta populo, quem charitate jam
liberari convenerat. In quibus illud primo obſeruandum: Nihil fere hic legi,
quod non notiſſimæ alicui ac peruulgatæ Judæorum eo tempore opinioni
aut ſententiæ, cum cura opponatur. Cujuſmodi, quod primo occurrit,
Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Eo arrogantiæ ꝟſ. 5.
deuenerant Iudæi, vt, *Non afflari prophetia niſi diuitem*, perſuaſum ſuis vel-
lent. Quemadmodum diſerte ad Ionam Kimchius. contra quam Eſaias
dixerat, (de quo loco mirum eſt non cogitaſſe interpretem qui alios ad-
duxit) *Ad quem autem reſpiciam, niſi ad pauperem ſpiritu, & contritum?* cap. 66.
ꝟſ. 2. qui eſt עני ונכה רוח. Nihil porro Helleniſtis frequentius, quam vt ege-
num aut opibus collapſum, πτωχὸν aut πτωχεύοντα, μειωθέντα vſitata dicant. To-
biæ 4.3. Καὶ μὴ φοβοῦ παιδίον ὅτι ἐπτωχεύσαμεν. Neque quicquam vſitatius, quam
vt calamitatem ſic dicant. Thren. cap. 3. ꝟſ. 1. Ἐγὼ ἀνὴρ ὁ βλέπων πτωχείαν.
Ibid. ꝟſ. 19. Ἐμνήσθην ἀπὸ πτωχείας μου. Πτωχὸς quippe τὸ עני. Et ſic aliquoties in
Iobo: in Pſalmis non ſemel. Quod promiſcue & πραεῖς reddunt. Pſal. 37.
Οἱ δὲ πραεῖς κληρονομήσουσι γῆν. Et, Ἀναλαμβάνων πραεῖς ὁ Κύριος. 147. Vt ſit πτωχὸς
πνεύματι, qui שפל רוח *humilis ſpiritu*, Magiſtris dicitur. Quod non minus pau-
pertatem includit: quia vox eadem vtrunque notat. ideoque ab Helleniſtis
confunduntur. ad quos reſpiciendum ſemper, cum de mente loci aut inter-
pretatione agitur. Nec inepte forſitan Tertullianus, qui *mendicos* reddidit,
non *pauperes*, vt noſtri. Quales ſunt, non tam qui egent, quam qui cum hu-
militate ſpiritus aſſidue petunt. qui opem diuinam, qui regnum Dei, qui
alia ſpiritualia aſſidue & poſtulant & flagitant, quod iis ſe ex animo egere
ſentiant. Quomodo mendicus eſſet, cujus os, vt B. Hieronymus loquitur,
ad cœleſtem panem patet, quem aſſidue mendicat. Secundum illud, αἰτεῖτε
καὶ δοθήσεται ὑμῖν. Sed verum quod initio dixi. ab Helleniſtis ac Hebræis
interpretatio petenda. Si eorum autem, qui afflicti & mites ex paupertate
aut alia calamitate ſunt, regnum Dei eſt, ergo & Dei Spiritus, & ejus do-
na. Contra quam Iudæi ſentiebant, de quibus dixi. Alia igitur πτωχεία νοῦ, de
qua Timon Syllographus, Πτωχὸς μὲν φρένας εἰμὶ, νόος δέ μοι οὐκ ἔνι κόκκος. quæ
eſt mentis tarditas ac infelicitas. Sequitur, paulo poſt, Μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι Ibid.
αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. Quod recte cum præcedentibus Eraſmus, παράδο-
ξον eſſe obſeruat. Nam cum tota Iudæorum doctrina, quod ſciunt qui Pirke
Auoth, & ſimilia legerunt ſcripta, paradoxis conſtaret, paradoxa iis non
quæ erant, ſed quæ videbantur, Dominus opponit. Quod non ſatis recen-
tior cum expenderet, *mites*, feris & agreſtibus opponi exiſtimat. Τὸ ענוים

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Matt. autem vicina proximaque, vt dicebamus, vocis ſignificatione, πραεῖς reddi-
derunt: cum intelligantur, quos paupertas ac calamitas depreſſit. Atque ita
paradoxon videtur, ὅτι οἱ πραεῖς τὴν γῆν κληρονομήσουσι. quibus ſimul & paupertas
& opulentia ſignificatur. manifeſte enim benedictiones Patrum reſpexit. Ita
Iſaacus Iacobo promittit, ὅτι κληρονομήσει τὴν γῆν τῆς παροικήσεως αὐτοῦ. Quemadmo-
dum nonnulla hoc capite dicuntur: quæ ex mente dicentis, non, vt elegan-
ter illud Athanaſius expreſſit, κατὰ ξηρὸν, & præciſe, accipienda ſunt. Sequitur
℣ſ. 14. mox, Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου. *Vos eſtis lux mundi.* Non igitur Magiſtri qui ſe
℣ſ. 17. אור העולם, φῶς κόσμου, dicebant. Haud multo poſt dicitur, Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον κα-
ταλῦσαι τὸν νόμον. Cujus loci perverſionem inter ſacrilegia Marcionis recenſet
antiquitas. qui in Euangelio ſuo habebat, τί δοκεῖτε, ὅτι ἦλθον πληρῶσαι τὸν νόμον
ἢ τοὺς προφήτας; ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλ' οὐ πληρῶσαι, teſte Peluſiota. Paulo poſt,
℣ſ. 18. Ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου. Vbi, vt obiter hoc dicam, τὸ παρέρ-
χεσθαι ſignificatione τοῦ חלף, vt in illo, τὸ πρωῒ ἀνθήσαι καὶ παρέλθοι, Pſal. 89. 6. &
alibi, non ſemel, vſurpatur. Eodem loco, vix dubium, quin quemadmodum
iota minima intelligitur litera, ita κεραία literæ cujuſque pars ſit. quanquam
non ignorem, quid vulgo ſtatuant ſciſcantque qui punctorum hinc anti-
quitatem probant. Vt & antiquos, etiam ex hoc loco crucem ſuam confir-
maſſe. Nam apud Heſychium κέραιος, vox corrupta vt arbitror (quod in
autore illo vſitatum) & extra ordinem tranſpoſita, σταυρὸς dicitur. Ipſum vero
myſterium diſerte Nyſſenus libro altero De vita Moſis exponit. Ἀληθῶς γὰρ
τοῖς καθορᾶν δυναμένοις, ἐν τῷ νόμῳ μάλιστα τὸ κατὰ τὸν σταυρὸν θεωρεῖται μυστήριον. Διὸ φησί
που τὸ Εὐαγγέλιον, ὅτι ἐκ τοῦ νόμου τὸ ἰῶτα καὶ ἡ κεραία οὐ παρέρχεται. Σημαῖνον διὰ τῶν εἰρη-
μένων, τήν τε ἐκ πλαγίου γραμμὴν, καὶ τὴν κάθετον, δι' ὧν τὸ σχῆμα τοῦ σταυροῦ καταγράφεται.
*Reuera enim ab iis qui non cæcutiunt, potiſſimum in lege crucis videtur myſte-
rium. Vnde alibi ait Euangelium, legis nec iota præterire nec* κεραίαν. *Quibus &
tranſuerſam & perpendicularem, quibus forma exprimitur crucis, ſignificat.*
Cæterum κεραίας vocem expreſſiſſe videtur autor libri Amana, cum nullum
in ſcriptura errorem eſſe aut mendum ait: ne quidem בקריה אחת או אות אחת, *in
℣ſ. 22. apice vno, aut, litera vna.* Eodem capite legitur, Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ὀρ-
γιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. Quam pericopen ſtatim
poſt eam locant veteres, qua Μακαρισμοὶ, ſeu Beatitudines, continentur.
Aſceticorum autor, Περὶ δὲ τοῦ, κἂν ἰδικῶς τῷ καθέκαστον μὴ ᾖ συνημμένη ἡ ἀπειλὴ,
ἀρκεῖν μὲν λογίζομαι τοῖς πιστοῖς, αὐτοῦ τοῦ κυρίου μνημονεῦσαι, εἰπόντος ἐν τῇ περικοπῇ τῆς
μετὰ τοὺς Μακαρισμοὺς διδασκαλίας, ἐν ᾗ πολλῶν μὲν ἐμνημόνευσε τῶν ἀπηγορευμένων· καὶ τοῖς
μὲν προσέθηκε καὶ τὴν ἀπειλὴν, εἰπὼν, πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, ἔνοχος ἔσται
τῇ κρίσει. *Quod vero illud attinet, quod ſingulis non adjunguntur minæ, ſatis eſſe
piis arbitror, ſi Domini meminerint: qui in illa quæ Beatitudines ſequitur parti-
cula, in qua multa quæ vetita ſunt commemorat, quibuſdam minas adjungit. Vt
cum dixit, Omnis qui fratri iraſcitur, judicii erit reus.* cum titulus à verſu pri-
mo cap. 5. cujus initium eſt, Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, incipiat, & ante verſum ſecun-
dum capitis 8. finiatur: qui eſt, καὶ ἰδοὺ λεπρὸς ἐλθὼν προσεκύνει αὐτῷ. cui breuiſſi-
mus deinde titulus Περὶ ἑκατοντάρχου ſuccedit. Ex quo & illud, quantum inter
περικοπὰς & τίτλους intereſſet, apparet. Vt hic locus incipiat, quem ἐπίτασιν τῶν
ἐν νόμῳ ἐντολῶν, *intenſionem præceptorum Legis*, dixerunt. Inter quos Athana-
ſius, ſeu, quicunque is eſt, qui Σύνοψιν ἐπίτομον τῆς θείας γραφῆς, ſiue, *Breue Sa-
cræ Scripturæ Compendium*, ſcripſit. *Sedet in monte*, inquit, *ac beatitudines com-
memorat, ſubjungitque, Vos eſtis lux mundi: vitæque iis præcepta tradit, Legiſ-
que mandata intendit.* Κάθηται, ἐν τῷ ὄρει, καὶ λέγει τοὺς Μακαρισμοὺς, καὶ ἐπάγει, ὑμεῖς
ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου, καὶ παραινεῖ αὐτοῖς περὶ βίου, καὶ ἐπιτείνει τὰς ἐν τῷ νόμῳ ἐντολάς. Eo-
℣ſ. 26. dem capite legitur, Ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον
κοδράντην. Ad quem locum non incommode Auguſtinus, qui de pœnis ac-
cipit æternis: *Quemadmodum ergo*, inquit, *ibi intelligitur, de quo dictum eſt,*
Opor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Oportet eum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus ſuis, ſemper regnaturum, In *quoniam ſemper illi erunt ſub pedibus: ita hic accipi poteſt, de quo dictum* Matt. *eſt, Non exibis inde, donec ſoluas nouiſſimum quadrantem, ſemper non exiturum eſſe quia ſemper non ſoluit nouiſſimum quadrantem: dum ſempiternas pœnas terrenorum peccatorum luit.* Neque enim vnquam ibi quadrans vltimus perſoluitur, vbi ſemper plus debetur quam perſoluitur: neque quicquam vltimum in pœnis, quæ non deſinunt. Eodem capite cum legitur, καὶ εἰ ἡ δεξιά σου χεὶρ ℣ſ. 30. σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτὴν, obſeruandum, quod, quemadmodum nihil vſitatius Hebræis, quam vt nomine ὀφθαλμοῦ, totum τὸ ἡγεμονικὸν, ſeu mentem, in homine intelligant, ita manus nomine τὸ θυμικὸν, & quos affectus dicimus. Vnde illud במשוך הכף אל תחטיאך. *Cum protraxeris manum, caue peccare te faciat.* quanuis ſciam & במשול, *cum dominatur,* legi. hoc eſt, cum imperat, & plus poteſt. Sequitur, Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως. Notum eſt, quam multa ℣ſ. 34. ad hunc locum notata fuerint. Non raro autem fit, vt diuerſorum ſententiæ, non tam interpretentur quæ obſcuriora ſunt quam inuoluant. Lex erat, μὴ ἐπιορκεῖν, & quidem in nomine Domini. *Et non jurabitis in nomine meo mendaciter.* Mendaciter, non temere, inquiunt nonnulli. quæ non recte hic conjungi. non quin ἐπιορκεῖν interdum ſic vſurpetur. (erudite enim Græcorum quidam, ἐπίορκον, ὅρκου μὴ φροντίζοντα, *qui juramentum non curat,* exponunt) ac ſi perjurum dicas, qui qualibet de cauſa jurat: ſed quod videndum ſit, quam Legis partem, & quomodo, interpretetur Dominus. Ad eundem ſpectat locum quod additur, *Et reddes juramentum tuum Domino.* quemadmodum loco alio in Lege, *Si quis votum vouerit Domino, aut ſe juramento conſtrinxerit, hoc faciet.* Quia ergo alibi, *in nomine meo,* dicitur, alibi mentio fit Domini, Iudæi, gens mirifice cauillis ac jurijurando, etiam in conuerſatione, dedita, mutabat vocem: ita vt pro nomine tremendo יהוה, per cœlum, per terram, per Hieroſolyma jurarent. plerunque & cum cauillo aut noxa proximi. Dominus igitur, qui de perjurio & lege quæ huc ſpectat, adhuc agit, vt cauillis his occurrat, merito ſubjungit, Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν. Et quid dicit? μὴ ὀμόσαι ὅλως: verba non recte diſtincta aut ſatis intellecta. Ego hoc vobis dico, inquit: inſtituto, quod nunc obtinet, peſſimo, per cœlum, terramque, ac ſimilia, jurari. Veto igitur, ne quocunque modo ſic juretis. Vt conjuncte legatur, Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμόσαι ὅλως μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, &c. μήτε ἐν τῇ γῇ, &c. non, ne omnino, cum opus eſt, juretis, ſed ne ſic juretis: ne vllam ex his formulis, quod nunc fit, vſurpetis. Quare ὅλως? nam hic cardo controuerſiæ. Quia, ſiue verum eſt, quod ſic juratis, vitioſum tamen eſt hoc juramentum & contra Legem. Lex enim extat, quæ diſerte habet, *Iehouam Deum tuum timebis, & ipſum coles, ac per nomen ejus jurabis.* Ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ὀμῇ. Deut. 6. 13. à qua lege abibant, qui per cœlum, per terram, per Hieroſolyma, per caput ſuum, qui per templum, ejuſque aurum, per altare denique quod in eo, de quibus Matthæi 23. 16. agitur (pleni enim talibus ineptiis, vt diximus, Iudæi erant) jurare conſueuerant. Siue ergo verum quod juratis, vitioſum tamen juramentum eſt. Siue perjurium committitis, & cauillandi animo, vt jam receptum eſt, ipſum Domini vitatis nomen quod non recte colitis, diuinæ tamen majeſtatis læſæ tenemini ac rei eſtis. Longe autem extra ſuperſtitionem veſtram diuina patet atque extendit ſe majeſtas. Quid enim non illius, cujus omnia? Siue igitur per cœlum juratis, thronus Dei eſt: ſiue per terram, ſcabellum ejus eſt: ſiue per Hieroſolyma, vrbs magni Dei eſt; Dei veri, Dei Iehouæ, ciuitas veritatis: ſiue per caput veſtrum; hoc ita in illius poteſtate eſt, vt veſtrum non ſit, qui ne capillum quidem in eo album facere aut nigrum poſſitis. Quare hoc totum, vel ad vitioſum juramentum, vel ad periurium omnino referendum eſt. nam ſi abſolute, ne omnino juretis, dixiſſet, & hoc

ſeparandum eſſet à ſequentibus, primo omnium dicendum fuerat, *Ego au-
tem dico vobis, ne omnino juretis: neque per Dominum, neque per cælum, neque
per terram, neque per Hieroſolymam.* Aliud autem eſt, per cœlum jurare ac
terram, & per Dominum: per quem jurandum, vel Eſaia teſte cap. 65. ℣ſ. 16.
Qui jurat in terra, jurabit per Deum veracem. quod ſi vetuiſſet, non tam in-
terpretatus Legem eſſet, quam ſuſtuliſſet. Inprimis autem illa, quæ ignorare
nemo poteſt, *Non pejerabis, ſed reddes Domino quæ juraueris.* Quod autem
ſequitur, ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν ναὶ ναὶ, οὒ οὔ, ad τὸν λόγον τὸν ὁμιλητικὸν, ſiue, ſermonem
familiarem, referendum eſt. Itaque, quod proximo loco dicitur, ad legem
pertinet, quæ vetat, ne quis temere vſurpet nomen Domini: neque ad vſur-
pationem nominis diuini, לשקר, ſiue falſam, (quod ἐπ' ἀδίκῳ Helleniſtæ di-
cunt, & perjurium deſignat) ſed ad vſurpationem nominis ejuſdem לשוא,
(quod ἐπὶ ματαίῳ iidem dicunt) referendum eſt. Non, jurare igitur, ſed, vel
contra legem manifeſtam, aliter quam per nomen Domini; vel leuiter, ac
temere, aut in familiari vſu, vel cum cauillo ac perjurio, jurare vetat. Quippe
cum ex animi ſententia jurabant, Viuit Dominus, cum fallerent, per cœ-
lum jurabant, vt ad Ioëlem Iarchi notat. De quibus Anabaptiſtæ, & cæte-
ri, qui omne juramentum tollunt, nunquam cogitarunt. Quod & alios
nonnullos, etiam ex antiquitate, decepit. Vt jam mens ſit: Lex, ne pejere-
tis, ac ne temere juretis, ſed & vt præſtetis, quod in Dei nomine juratis,
præcipit. Ego interpres verus, ne vlla ratione, vel per cœlum, vel per ter-
ram, vel per Hieroſolyma, aut caput veſtrum, more ſolito juretis, veto
atque interdico. Quid in familiari ergo conuerſatione? Ita & Non ſufficiat.
Ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν, nempe ὁ ὁμιλητικὸς, *ſermo familiaris*, Ita & Non. Et re-
uera, tantum abeſt, vt hæc in familiari conuerſatione non ſatisfaciant, vt
propemodum & iis quæ geruntur publice, ſufficiant. Nota ſunt, quæ de Eſt
& Non Auſonius (aſſcribi enim illi video) Idyllio, quod Ναὶ καὶ οὒ Πυθαγορικὸν
inſcribitur. Vbi inter cætera,

His demptis nihil eſt hominum quod ſermo volutet.
Omnia in his, & ab his ſunt omnia. ſiue negoti
Siue oti quicquam eſt, ſeu turbæ, ſiue quietis.

In quo illud Hebræorum obſeruant Magiſtri, τὸ Ita quam τὸ Non parcius
eſſe adhibendum. Vnde reuerentiæ cauſa, Ita τῷ הן exprimebant. quem-
admodum, cum monent, vbi dubitatur, an præſtari poſſit quod promitti-
tur, לא קודם הן, hoc eſt, Non potius quam Ita, ne promiſſi pœniteat, ac ſic à
veritate recedatur, dicendum. quod religioſum magis negare ſit, quam affir-
mare falſo. Cum metuis, inquiunt, ne forte promiſſorum te pœniteat, אמר
לא קודם הן, *dicas, Non potius quam Ita. Cum autem dixeris Ita, patere & ſerua quod*
℣ſ. 39. *dixiſti. Nam Non, poſt Ita, turpe eſt.* Eodem capite ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ vetatur.
quod cum Euangelicæ doctrinæ ſit, magnamque ejus complectatur partem,
non longe ab eo tamen abit, qui dixit, *Si vtrinque certabitur, ille eſt melior,
qui prior pedem retulit. victus eſt qui vicit. Percuſſit te? recede. referiendo enim
& occaſionem ſæpius feriendi dabis & excuſationem.* Seneca lib. 2. De ira. Cum
℣ſ. 40. ſequitur, καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, quemadmodum quod de
jure talionis præceſſit, quodque ita interpretatus eſt Dominus, vt doceret,
quæ à Moſe dicta fuerant, ad vindictam priuatam referenda non eſſe, quam
animis ſuorum eximit, ita quod περὶ χιτῶνος hic dicitur, ab officio judicis
ad ſuam cujuſque Sapientes Iudæorum referebant. Ἱμάτιον ex Iuriſconſul-
torum legibus eſt גלימה. Vt in illo apud eos, *Cui judex abſtulit pallium, canens
ambulabit in publico.* Mirum autem, quas, cum Epiphanius aduerſus Ptole-
maitas, tum alii ex veteribus excogitarint ſubtilitates, cum de priuata arri-
piunt vindicta, quæ ad magiſtratus officium ſpectabant. Eodem capite ab
℣ſ. 43. ipſa veritate dicitur, Καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου. Quæ verba cum in Lege nuſquam
extent,

extent, aſſentimur illis, qui παράδοσιν exiſtimant. non autem Patribus non- In
nullis, qui, cum Moſi aut Domino aſſignent, frigida interpretatione ἐχθρὸν Matt.
hic intelligunt, qui alias ὁ πονηρὸς in ſacris dicitur. qui generis humani hoſtis
eſt. Nyſſenus Epiſtola ad Euſtathiam & Ambroſiam, φησὶ γάρ, Ἀγαπήσεις τὸν
πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου· τὸν τῆς φύσεως ἡμῶν πολέμιον, μόνον ἐχθρὸν ἡγεῖσθαι
προστάξας. *Ait enim, Proximum amabis tuum, odioque habebis hoſtem: quo, vt ſo-*
lum odio naturæ noſtræ hoſtem habeamus, præcipit. Item in Eccleſiaſten Hom. 8.
Καὶ ἓν πάλιν μισητὸν τῇ ἀληθείᾳ, ὁ τῆς κακίας εὑρετής, ὁ τῆς ζωῆς ἡμῶν πολέμιος, περὶ οὗ φησὶν
ὁ νόμος, ὅτι μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου. *Rurſus vnum odio habendum vere; mali, nempe,*
inuentorem, vitæ noſtræ hoſtem: de quo Lex ait, hoſtem tuum odio habebis. Augu-
ſtinus, *Ita Lege Dominus, non inimicos, ſed inimicum præcepit odiri: vt qui ſpiri-*
tuales erant in Lege, ſolum diabolum odio haberent. Sub finem capitis ejuſdem
dicitur, Ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός ἐστι. Vbi ℣ſ. 48.
ſcio quidem reprehendi ab eruditis Eraſmum, qui ἔσεσθε conuertit, vt inue-
nit. quaſi concionem hanc, ad perfectos quoſdam ſolos pertinere exiſtimaſ-
ſet. Mihi interim ne illi quidem ſatisfaciunt, qui in his ſimilibuſque locis,
perfectionis voce aut perfectorum vſi ſunt. *Eſtote*, inquit ex interpretatione
eorum Dominus, *perfecti*. Quomodo? ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν. quod exponunt
illi, *imitando. cumque in eo perfecta ſint omnia, ne hanc quidem virtutem pa-*
tiamini in vobis requiri. Ego, in his talibuſque, perfectionis, quod jam dixi,
voce abſtinuiſſe malim eos, qui vertenda ſibi ſacra ſumpſerunt. quan-
quam, ea vſos, neque vno modo Helleniſtas, palam ſit. Etiam nonnun-
quam cum τὸ שלם interpretantur. Quemadmodum cum illa, αἱ καρδίαι ὑμῶν
τέλειαι. Οὐκ ἦν καρδία αὐτοῦ τελεία, item, πλὴν ἡ καρδία αὐτοῦ ἦν τελεία, ejuſdem-
que generis paſſim in libris Hiſtoricis occurrunt. Vbi nihil ſane præter inte-
gritatem notat. quam ἀκεραιότητα Græcorum Theologi dixere. Tale eſt, Δου-
λεύσουν αὐτῷ ἐν καρδίᾳ τελείᾳ. *Corde illi integro ſerui.* Quæ, quid ad perfectio-
nem illam, quam ex interpretationibus ejuſmodi nonnemo ſibi fingit? Quid
enim aliud innuitur, quam dixi, ſiue quod jam dixi, ſiue τὸ תמים interpre-
teris? Ne nunc dicam, ejus generis interpretationes voceſque, Catharos,
Nouatianos, alioſque id genus, omnes denique, vt vetus loquitur Theologia,
οὓς τὸ τῆς καθαρότητος ἀλαζονδουμένους τῦφον, *quos puritatis demens opinio afflauit*, pri-
mo peperiſſe, aut confirmaſſe. Quanuis enim verum, Theologicum effatum
ſit, cum de imitatione tali agunt, ὅτι ὁμοίως τὰ πράγματα ἀπὸ τῶν μειζόνων λαμ-
βάνεται τὰ παραδείγματα, ἵνα κἂν τοῦ ἐλάττονος ἐφικώμεθα, *A majoribus deſumi exempla,*
vt vel ad minima perueniamus, neque dici, *tam perfecti*, ſed *perfecti:* videndum
tamen ſemper, quid ædificet, quæ mens cujuſque loci: quid poſtremo lingua,
quam in ſuis Noui Fœderis autores exprimunt, admittat aut requirat. Mihi
quidem exprimi τὸ שלמים vix dubitandum videtur. quo non modo integri,
quod dixi, ſed & mites ac pacifici notantur. Tale eſt illud, *Viri iſti* שלמים *no-*
biſcum. Geneſ. 34. 21. quod εἰρηνικοὶ eſt Helleniſtis. Vt omittam, τέλειον iiſ-
dem dici, & quem, φρόνιμον, & συνετὸν, & ἀγαθὸν, non ſemel ipſi. Notum autem,
nihil æque vſitatum iis eſſe, quam vt cum ſignificationem vnam exprimunt,
ad aliam alludant. de quo non ſemel alibi. Videatur quod de fratribus ac
hoſtibus præcedit: videatur totus locus, qui cum hoſte ipſo pacem colere
ac amorem jubet. Ne nunc dicam, eos ipſos, qui perfectos hic interpre-
tantur, aliis in locis, ab eodem haud immerito abſtinuiſſe. Exemplo illud ſit
1 Cor. c. 2. ℣ſ. 6. Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις. item Philipp. 3. 15. Vbi acer-
rime in eos recentior invehitur interpres, qui ad perfectos neſcio quos illud
retulere. ipſe interim *adultos* reddit. Mihi hic integritas ſufficiat. quæ hy-
pocriſi non opponitur modo, ſed & innocentiæ reſpondet. Optimum Gloſ-
ſarium, *Integri*, ἀκέραιοι. *Eſtote igitur integri.* Capite ſexto, quod proxime Cap.
ſequitur, dicit Dominus, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. Vbi recte VI.
℣ſ. 2.

 inter-

IN MATT. interpres vetus, *receperunt mercedem ſuam.* Neque quicquam incruſtandum
erat. Qui enim recipit, proprie ἀπέχει. Et ſic Helleniſtæ loquuntur. Ge-
neſ. 43. Ѵſ. 23. τὸ δ' ἀργύριον ὑμῶν εὐδοκιμοῦν ἀπέχω. בא אלי *ad me peruenit.* Quod
quid aliud quam *accepi*, aut *recepi?* Ita Num. 32. Ѵſ. 19. ὅτι ἀπέχομεν τοὺς κλήρους
ἡμῶν ἐν τῷ πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Aliter Cyprianus. Qui, *Amen dico vobis, comple-
uerunt mercedem ſuam.* Quam autem mercedem? Τῶν ὑποκρινομένων, τῆς ἐπι-
δεικνυόντων, τῆς ἐθελοθρησκείας, vt loquuntur Veteres Theologi: vnde αὐταρέσκεια
procedit. De qua Græci Theologi, cum quærunt, ὁ ἐργαζόμενος οὐχ ὃ ἐπι-
τάσσεται, ἀλλ' ὃ αὐτὸς θέλει, τίνα μισθὸν ἔχει; *qui agit, non quod præcipitur ſed quod
vult ipſe, quam recipit mercedem?* Et reſpondent, αὐταρεσκείας. quod illius
vitium qui ſibi placet. Paulo poſt, inter ea quæ Orationi præmittuntur
Ѵſ. 7. Dominicæ, præcipitur, Προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε. Quod eorum vitium
eſt, ſi Chryſoſtomo accedimus, qui ambitioſe orant. vt qui opes, regna,
aliaque id genus, petunt. A quo nec Nyſſenus Expoſitione Orationis Do-
minicæ diſcedit. vbi fuſe de hoc ipſo. Epiphanius διὰ λεπτολογίας προσεύχε-
σθαι, dixit. Quod fit, cum multis idem, neque neceſſario, effertur. Cujus &
exemplum addit: καὶ διὰ λεπτολογίας ἐροῦμεν, Σή ἐστιν ἡ δύναμις, σὸν τὸ κράτος, σή
ἐστιν ἡ τιμή, σή ἐστιν ἡ δόξα, σή ἐστιν ἡ εὐλογία, σή ἐστιν ἡ ἰσχὺς, σή ἐστιν ἡ δύναμις. cui fere
& Maimonides alibi accedit. Vt pæne idem ſit, quod βατταρίζειν & ἐμβατα-
ρίζειν τῷ λόγῳ. idem quod &, εἰς πλάτος ἐκτείνειν τὸν λόγον, Nyſſenus aduerſus
Eunomium dixit, qui hæc conjungit. Ego vt verboſitatem, ſeu πολυλογίαν,
non excludi arbitror, (& hoc contextus ipſe innuit) ita μετεωρισμὸν in oran-
do maxime notari arbitror. vt cum labia & lingua ſine mente orant. Quod
Magiſtris Hebræorum בטוי שפתים, labiorum elocutio. Notum enim quid deſi-
gnet בטא: nudam ſcilicet pronunciationem. ne Naſonis Battum hic ad partes
Ѵſ. 11. aduocemus. Nihil facio libentius, quam vt proficiam; qua lege natum me
exiſtimo. Interdum admiratus ſum, cur, cum ἀδολεσχία ſit vitium, & quidem
quod loquacitate aut profluuio verborum conſtat, quale & in precibus di-
ſerte rejicitur cum πολυλογία vetatur, ad preces etiam Sanctorum eam vo-
cem traducant Helleniſtæ. Vt cum Geneſ. 24. 63. Iſaacus ἀδολεσχῆσαι in cam-
pum iuiſſe dicitur. quod Chaldæus, aliique, de precibus interpretantur.
Ego autem, vel ad precum, in quibus ſigillatim cuncta ac ſenſim pronun-
ciabant, non prolixitatem quidem, ſed attentionem, vel ad meditationes
potius quas conjungebant, referendum arbitror. quod & τὸ לשוח ſane præ ſe
ferre videtur. Quemadmodum de meditationibus attentis apud Regium
Prophetam paſſim. qui, ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν, ἐν τοῖς δικαιώμασιν, ἐν τ' ἐντολαῖς
Θεοῦ, ἀδολεσχῆσαι, ex interpretatione Helleniſtarum, ſe ait. Cæterum, non
raro euenire ſolet, vt qui multa petunt, multis petant, multa autem petant,
ne quid eorum, quibus ſibi opus eſſe arbitrantur, prætermittant: ita petant
interim, vt quæ petenda ſunt, ne ipſi quidem ſciant aut intelligant. cum
nihil magis alienum à conditione ſit humana, quam vt quæ petenda recte
intelligant qui petunt. Quod is intellexit, qui omnium eorum inſtar quæ
petuntur, vt ejus à quo omnia petuntur, ſola ſapiens, ſola prudens, fiat vo-
luntas, precari nos voluit. Nihil autem magis ignorari, quam quid ſingu-
lis expediat, aut quid petendum ſit, ne gentiles quidem ignorarunt. Inter
hos qui ſcripſit:

nam quid tam dextro pede concipis, vt te
Conatus non pœniteat votique peracti?
Euertêre domos totas optantibus ipſis
Dii faciles. nocitura toga, nocitura petuntur
Militia.

Quæ cauſa, cur Rabbini preces fixas non admittant. nihil enim certi Deo
præſcribendum eſſe. In quo τῷ קבע, quo preces de re ſingulari notant,
vtuntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

vtuntur. tale ergo nihil, ſed pro ea gratiam diuinam petendam eſſe. Cum monemur in Precatione, quam præſcripſit Dominus, vt τὸν ἄρτον τὸν ἐπιούσιον, petamus, de quo ſollicite eruditi diſputarunt (neque enim quicquam magis, vere tales hactenus exercuit) vix dubitandum quin ἐπιούσιος ſit תמיד. Ἄρτος ἐπιούσιος, לחם התמיד, Num. 4. 7. *Et ſuper menſam facierum expandent pannum hyacinthinum, & panis ille jugis ſuper eam erit.* quo venuſte in diuina hac precatione Dominus reſpexit. Helleniſtis, panis ille, ſeu continuus, ſeu jugis, ſeu perpetuus, ἄρτος ὁ διαπαντὸς, vt juge ſacrificium, ἐνδελεχισμός. quæ, eodem ſenſu feliciſſime dicuntur. quemadmodum apud Hebræos תמיד nonnulli, quaſi תעמד, hoc eſt, *inſtans*, exponebant. Inſtans autem Latinis, *continuum*, nec minus præſens quam futurum. vt ἐνεστὼς, Græcis. quemadmodum, cum Tacitus, *præterita, inſtantia, futura*, connectit. Helleniſtæ, futuri ratione, quia dies diem ducit, & ſequentes continuo ἐπιόντες dicuntur, ἄρτον ἐπιούσιον, forma τοῦ ἐνιαύσιον, quanquam alia formatione, dixerunt. Nam ἡ ἐπιοῦσα, dies ſequens eſt, quæ ordinem continuat. Gloſſarium Stephani, Ἐπιοῦσα, *poſtera.* Nazaræi, qui Matthæi Euangelium, quod ſecundum Hebræos B. Hieronymo dicitur, habebant, cum hanc neceſſitatem vertendi ſibi impoſitam viderent, *panem craſtini*, ſiue ἄρτον τῆς ἐπιούσης, conuertebant. ac ſi Græce, ἄρτον, τὸν εἰς τὸ ἐπιὸν, quod eſt, τὸν, διαπαντὸς, τὸν ἐνδελεχῆ, dicas. quibus Helleniſtæ, continuum, tum panem, tum ſacrificium, notarunt. Nam Hebræi, in continuatione iſta quod τὸ καθ' ἡμέραν Græci vocant, דבר יום dicunt. B. Hieronymi verba ſunt quæ ad hunc locum notat: *In Euangelio, quod appellatur ſecundum Hebræos, pro ſuperſubſtantiali pane, reperi* מחר, *quod dicitur craſtinum: &c. id eſt, futurum da nobis hodie.* Quod cum vir doctiſſimus, vel non ſatis aſſequeretur, vel exiſtimaret durum, quia σήμερον mox ſequitur, idem eſſe exiſtimauit, quod Helleniſtis περιούσιον. Vnde illud: *Quod nos ſuperſubſtantialem expreſſimus, in Græco* ἐπιούσιον *habetur. Quod verbum ſeptuaginta interpretes,* περιούσιον, *frequentiſſime transferunt.* Quæ vox hodie, quod ſciam, apud Helleniſtas non extat. ac potius, *adſubſtantialem*, denotaret. Eadem interpretatio, eundem Patrem eo impulit, vt, *panem, qui ſuper omnes ſubſtantias ſit, & vniuerſas ſuperet creaturas*, intelligi vellet. Vnde anagogæ veterum, de pane alio, cœleſti magis quam quotidiano. De quo paſſim. Inter quos nonnulli, ἐπιούσιον, τὸν καταβάντα ἀπ' οὐρανοῦ, interpretati ſunt. Procopius, vt cæteros omittam, ad Leuiticum, ὅτι ἐστὶ τὸ θεῖον ἡμῖν ἐδωρήσατο βάπτισμα· ὅτε καὶ τοῦ ἄρτου, τοῦ καταβάντος ἐξ οὐρανοῦ, μετειλήφαμεν. Antiquiſſimi vero, inter quos Tertullianus ac Cyprianus, quos Eccleſia nunc ſequitur, quia τὸ ἐπιούσιον, non tam futurum notat quam continuum, ac ſingulis diebus definitum, ἄρτον ἐπιούσιον, quem Græci τὸν καθ' ἡμέραν, τὸν καθημερινὸν, τὸν ἐφήμερον, eleganter & ſimpliciter, *quotidianum*, dixerunt. Ita vt vrbane interim, quod dixi, ac venuſte, לחם התמיד de quo mentio in Lege, alludatur. Quam vocem, vt Munſteri, ita altera Euangelii ſecundum Matthæum Hebræa, quam habemus, interpretatio, expreſſit. Quemadmodum Ezechięli cap. 39. ℣ſ. 14. viri תמיד, qui quotidie ordinantur. noſtri *quotidianos* dixerunt. *Et viros quotidianos ſegregabunt, qui tranſeunt per terram, ſepelientes* &c. Ad verbum, *viros perpetuitatis.* Helleniſtæ ἄνδρας διαπαντὸς dicunt. quomodo & panem illum vocant. Sequitur, δὸς ἡμῖν σήμερον. Vbi ſi Lucæ interpretationem ſequimur, σήμερον non aliud, quam, σήμερον καὶ σήμερον erit. Qui, δίδου ἡμῖν τὸ καθ' ἡμέραν dixit. quomodo Euangeliſta idem non ſemel & eodem ſenſu loquitur. Hoc autem כל יום. quod & Syrus apud Lucam vidit. Ergo σήμερον καὶ σήμερον יום ויום. Quod ſi diem hunc τὸ σήμερον includit, quid, cum omnis loci ac temporis ſit hæc precatio, à Deo petet (quod nonnulli mouent) qui vel veſpere vel nocte hoc petit? In ſingulos autem dies, hoc modo, quo ſingulis diebus opus eſt. ne vlterius, ad aliam atque aliam vel curam, vel peti-

In Matt.

Ibid.

In Matt. petitionem, extendamus. Quam autem hoc cum iis quæ jam περὶ ἄρτε τε̃ ἐπιουσίε diſputauimus conueniat, vix dici poteſt. Notum autem vel ex mannæ hiſtoria, quam ſerio, vt quiſque panem, εἰς σήμερον, non autem εἰς αὔριον, colligeret, quo ſibi opus eſſe exiſtimaret, Dominus præceperit. Adeo, vt in diem alterum reliquias ſeruare vetarentur. quæ ſi ſeruarentur, computreſcerent. ne, videlicet, vel in futurum laborarent, vel ſolliciti de tempore futuro eſſent: diebus contra ſingulis, quo quiſque vitam ſuſtineret, cœlitus à Patre beneficii diuinitus oblati expectaret. Vt eodem modo panem in terris εἰς σήμερον καὶ σήμερον, tum petere, tum expectare ſuos jubeat ac velit. quo fiducia ſic adſit, cura ac ſollicitudo abſit: vt ab eo quiſque pendeat: in eum curam atque animum defigat. Et reuera omne manna, panis τε̃ σήμερον, dierum ſingulorum, ſiue τε̃ σήμερον καὶ σήμερον, vt & ἐπιούσιος, ſic dici poteſt. Quemadmodum qui illud colligerent, τὸ τῆς ἡμέρας, *quod ſingulis ſufficeret diebus,* & εἰς ἡμέραν, *ſingulis diebus*, ſeu, *in dies ſingulos*, vt ibi loquuntur Helleniſtæ, colligere jubentur. In Precatione eadem, cum dicitur, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τε̃

ỷ ſ. 13. πονηρε̃, mira nobis ſemper viſa, de quo alibi prolixe egimus, recentioris conſuetudo interpretis: qui, efficaciæ, vt videtur quidem, cauſa, hic & paſſim, etiam cum minime opus, ſollicite articulum expreſſit. Vt hic, *Libera nos ab illo malo.* quod ἐξόχως, ſeu per excellentiam nunc dicunt. Atqui, cum ὁ ποιητὴς dicitur, poëtam intelligi, ſed principem; Homerum, nempe, aut Maronem; etiam Iuriſconſulti monent. cum *poëta ille*, aliquem è grege, nemo neſcit. Eſt igitur ὁ πονηρὸς, qui ὁ πειράζων, 1 ad Theſſalon. 3. 5. quod non eſt *tentator ille*, vt interpres idem, ſed, *tentator.* Verum de his alibi, & quidem fuſe, vt jam diximus. Cum poſt Precationem ſequitur, ἐὰν γὰρ ἀφῆτε τὰ πα-

ỷ ſ. 14. ραπτώματα αὐτῶν, merito videtur quæri poſſe, quare, prætermiſſis cæteris Precationis hujus membris, vnum repetat Precationis autor, atque exponat. De quo mihi quidem ſic videtur: cum Precationis hujus fundamentum ſit fides, quæ ex operatione, vt cum Theologis ſic loquar, charitatis æſtimatur, ea autem ſine peccatorum remiſſione locum habere non poſſit, non ſine cauſa, tanquam fundamentum hoc inculcari. Adde, quod cum ii qui precantur, non Patris modo vocem, ſed & ejus hic vſurpent, cujus Filii ſi ſumus, fratres ſumus, fieri non poſſe, vt fratres inter ſe ſint qui precantur, ideoque filii ejus Patris quem compellant, niſi eam lenitatem animi cum charitate mutua in remittendis adferant delictis, quam requirit qui precari docet. Se-

ỷ ſ. 16. quitur eodem capite, ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν. Vbi τὰ πρόσωπα, ſeu τὸ πρόσωπον, non tam vultus, quam hilaritas: ſiue talis vultus conſtitutio. Vt cum Hebræi, הפילו פניהם, *cadere fecerunt vultus ſuos,* dicunt: cum compoſuiſſe ad mærorem volunt. Ita 1 Sam. 1. ỷ ſ. 18. καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῆς οὐ συνέπεσεν ἔτι. *non amplius cecidit ejus vultus.* hoc eſt, *hilaritas.* Quod in animo vulgaris interpres habebat, qui, *exterminant facies ſuas*, hic dixit. quæ eſt illa faciei conſtitutio, quam & κακίαν προσώπε, Eccleſ. 7. 4. Helleniſtæ dixerunt. ὅτι ἐν κακίᾳ προσώπε ἀγαθὸν ποιηθήσεται καρδίας. Baſilius Sermone De jejunio, *Extinguere vultum dicuntur, quorum conſtitutio interior fucata ſpecie exteriori obfuſcatur, tanquam velo, mendacio obducta.* Ἀφανίζεται πρόσωπον, ὅταν ἡ ἔνδον διάθεσις ἐπιπλάστῳ σχήματι τῷ ἔξωθεν ἐπισκοτῆται, ὥσπερ ὑποπετάσματι τῷ ψεύδει καλυπτομένη.

ỷ ſ. 24. Aliquantum poſt, cum dicitur, Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει, ita τὸ μισεῖν, vt in illo acceperim, Εἴ τις ἔρχεται πρός με, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα ἑαυτοῦ, &c. id eſt, *minus amat.* Et fortaſſe quid ſimile Maximus Taurinenſis in animo habuit, cum vertit, *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: dum enim vni placere geſtit, alterum ſentit iratum.* ac ſi dictum eſſet, ὑπὸ τε̃ ἑνὸς μισηθήσεται. *vni erit odio.* Paulo poſt in eo quod dicitur, Οὐ δύνασθε

Ibid. Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμμωνᾷ, ita accipio τὸ μαμμωνᾷ, vt cum Oſeæ 2. 16. dicitur, καὶ οὐ καλέσετέ με ἔτι βααλί. Nam quemadmodum ibi βααλὶ, vel maritum cujuſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

que notat vel idolum, ita hic mammona, & idolum, quod colebant Syri,
& opes, quibus præerat idolum. quaſi idololatriam Syrorum & auaritiam In Matt.
dicas. Sequitur, Ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ. De quibus elegantiſſime ẏſ. 27.
Ambroſius, *Nam ſi volatilibus cœli, quibus nullum exercitium cultionis, nullus*
de meſſium fœcunditate prouentus eſt, indeficientem tamen prouidentia diuina
largitur alimoniam; verum eſt, cauſam inopiæ noſtræ auaritiam videri. Nec mi-
nus eleganter Minucius Octauio, *Aues ſine patrimonio viuunt, & in diem*
pecua paſcuntur. & hæc tamen nobis nata ſunt. Quæ omnia, ſi non concupiſcimus,
poſſidemus. Sequitur, Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ
πῆχυν ἕνα; Vbi ἡλικία, vt alias, circumſcriptio corporis. quemadmodum ele-
ganter Epiphanius contra Adamianos, circumſcriptionem corporis & am-
bitum, περιφέρειαν τῆς ἡλικίας dixit. Τὰ δὲ πάντα τοῦ ζώου ὑπάρχει ὡσεὶ μικροῦ σκύλακος
κινῶς τὴν περιφέρειαν. Eodem capite mox dicitur, ὅτι οὐδὲ Σολομὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ ẏſ. 29.
αὐτοῦ περιεβάλετο ὡς ἓν τούτων. Cujus rei cauſam Crœſo Solon olim reddidit, cum
ſplendori ejus gallinaceos, pauones, phaſianos præferebat. quia, inquie-
bat, hoc quod habent, naturâ habent. Locus elegantiſſimus Laërtii Solone.
Φασὶ δέ τινες, ὅτι κοσμήσας ἑαυτὸν ὁ Κροῖσος παντοδαπῶς, καὶ καθίσας εἰς τὸν θρόνον, ἤρετο
αὐτὸν εἴ τι θέαμα κάλλιον τεθέαται· ὁ δὲ, ἀλεκτρυόνας εἶπε, φασιανοὺς, καὶ ταώς. φυσικῷ
γὰρ ἄνθει κεκόσμηνται. Pergit Euangeliſta, Εἰ δὲ τὸν χόρτον &c. ὁ Θεὸς, οὕτως ἀμφιέννυσι.
Si Deus, inquit, *herbam agri ita veſtit.* tanquam Rex eorum, ſcilicet. Re-
ges enim famulos aut ex iis primos, veſtiunt. Vt ſit ſuauiſſima alluſio ad lo-
cum 2 Sam. 1. 24. in Dauidis nænia, qua Saulis deplorat obitum: *Filiæ Iſraë-*
lis ſuper Saulem flete, qui induebat vos coccino. Cum dicitur, πάντα γὰρ ταῦτα τὰ ẏſ. 32.
ἔθνη ἐπιζητεῖ, quos Matthæus ἔθνη dixit, Lucas τὰ ἔθνη τοῦ κόσμου interpretatur.
Qui ſunt haud dubio, quos alibi ἰδιώτας ſcriptura dixit: imperiti, & myſterio-
rum regni cœleſtis ignari. Ita Leuitici 4. 27. Ἐὰν δὲ ψυχὴ μία ἁμαρτήσῃ ἀκουσίως
ἐκ τοῦ λαοῦ τῆς γῆς מעם הארץ. Hebraiſmo notiſſimo. vnde & Apoſtolus, idiotas & in-
fideles 1 Corinth. 14. 23. 24. & alibi, conjungit. Opponit ergo ἔθνη & fideles,
ea propemodum ratione, qua διαχωρισθέντες ἀπὸ τῶν λαῶν τῆς γῆς πρὸς τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ
dicebantur, qui aliquam rebus diuinis aut templo operam Nehemiæ 10.
ẏſ. 28. nauaſſe dicuntur.

Cap. V.

Caput ſeptimum, octauum, nonum, examinantur. Ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, *dictum vetus,*
& cui è Rabbinis aſſignetur. Ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος. καρφολογεῖν *Baſilio.* ἀποφυσᾶν
τὸ κάρφος *Nyſſeno.* Ἔκβαλλε τὴν δοκόν. *Tolle ex oculis tuis trabem, Rabbino-*
rum dictum. Μήποτε ῥήξωσιν ὑμᾶς, *de porcis locus multum agitatus, quomodo*
intelligendus. Chiaſmus. exempla ejus. Alia ejuſdem loci diſtinctio. Ψευδοπροφῆ-
ται *qui, in loco de quo agitur.* ἐπιθέται *qui.* ἐγκάθετοι *qui.* Ἔνδυμα προβάτων. δέρρις
τριχίνη. *Sermones in monte. vnde dicti. Auguſtini ſententia. montes idolola-*
triæ in Oriente receptacula. montanus pro idololatra. Locus, ἦν γὰρ διδάσκων
αὐτοὺς, ὡς ἐξουσίαν ἔχων. ἐξουσία, *quid. an autoritas.* ἐξουσία *majeſtas. quod pro-*
batur. Locus Danielis. Majeſtati quæ vox apud Chaldæos reſpondeat. In expri-
menda ea voce quantum laborarint Græci. μεγαλειότης. καθοσιώσεως ἔγκλημα.
admiratio & ſtupor, majeſtatis propria. Chryſoſtomi ſententia. ἐξουσία *&* δύνα-
μις, *quomodo plerunque hic differant. autoritas à majeſtate, quî differat. Di-*
ctum Centurionis examinatur, καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν, ἔχων, *&c.*
de diſtinctione loci. Οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ, *de Meſſia dictum, & vnde*
deſumptum. Locus ſimilis de Meſſia apud Gemariſtas. Ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, *filius*
hominis, de Filio Dei, qua homo. Ezechiel υἱὸς ἀνθρώπου. *Diſcrimen inter* υἱὸν
ἀνθρώπου, *&* τοῦ ἀνθρώπου. ὁ ἄνθρωπος. *Capite nono,* Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου,
quomodo dictum Paralytico. Iudæorum de morbis peccatorum opinio. Συγκα-
τάβασις *Domini.* Τότε λέγει τῷ παραλυτικῷ. Τότε *Hebræorum* אז, *ſolummodo,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

 tantummodo. de diſtinctione loci. de alterius loci diſtinctione. δικαιοδικαιοσύνη *Scribarum ac Phariſæorum. Vox* μετανοίας παρακεκινδυνευμένως *vſurpata. Locus,* Οὐδεὶς δὲ ἐπιβάλλει ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου. ἐπίβλημα. ἐμβόλισμα. *Veſtis* πολυκέντητος. πολυῤῥάφος. πολυκόλλητος. Αἴρει τὸ πλήρωμα. τὸ πλήρωμα αἴρει, *& quo caſu poſitum. noua plagula, Tertulliani.* Γυνὴ αἱμοῤῥοοῦσα, *quæ & qualis.* Φλεβῶν ἀταξία. *Aſterius notatus.* ῥύσις αἵματος. γυνὴ ἄφεδρος. ἀποκαθημένη. ἄφεδρος, *de impuro fluxu.* κράσπεδον *in veſte.* πτέρυγες. *Aſterii* περιεργία. πτέρυγες *Solis.*

Cap. VII. ℣ſ. 2. STatim capite ſeptimo æquiſſimum illud occurrit, καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Quod totidem probe verbis Rabbi Meïr dixerat, במדה שאדם מודד מודדין לו. *Qua menſura metitur homo, metiuntur illi.* ℣ſ. 5. Porro, cum maximus Magiſter paulo poſt pronunciat, Ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ ἀδελφοῦ σου, ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος, eſt, quod καρφολογεῖν τὸ ὄμμα eleganter Magnus Baſilius dixit. Οὐχ' ὅτι ἀναμάρτητός εἰς ἐγὼ, οὔτε ὅτι ὁ βίος ὁ ἐμὸς οὐχὶ πλήρης ἐστὶ μυρίων ἐλαττωμάτων· ἀλλ' ὅτι ὁ τὰ ἡμέτερα κρίνων, εἰ μὲν καθαρὸν ἔχειν διαβεβαιοῦται τὸν ὀφθαλμὸν, καρφολογείτω ἡμῶν τὰ ὄμματα. *Non quod peccati expers ſim ego, neque quod vita mea, non infinitis plena ſit infirmitatibus: ſed ea lege, vt qui de noſtris judicat, ſi purum ſe habere affirmat oculum, è noſtris feſtucam legat.* Idem quod Nyſſenus ἀποφυσᾶν τὰ κάρφη, dixit. *Quia cum trabes in veſtris non videatis oculis, ex aliorum difflatis.* Ὅτι τὰς δοκοὺς ἐν τοῖς ἰδίοις ὀφθαλμοῖς μὴ βλέποντες, τῶν ἀλλοτρίων Ibid. ὄψεων ἀποφυσᾶτε. Quemadmodum alterum quod de trabe, Rabbinis fuiſſe vſitatum, vel ex Elia Thiſbite patet, apud quem legitur טול קורה מבין עיניך. *Tolle* ℣ſ. 6. *ex oculis tuis trabem.* Sequitur locus, in quo non parum hæſerunt eruditi, Μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων· μήποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν, καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς. Αἰτεῖτε &c. Quærunt igitur, quomodo de porcis dicatur, μήποτε ῥήξωσιν ὑμᾶς, *ne vos diſcerpant.* quod ab eorum natura alienum videtur. Hoc quidem conſtat, mirifice importunum eſſe animal, cum in pabulum præſertim aut Venerem tota vi fertur. Notum illud Siculi poëtæ, Ὠ' θεῦνθ' ὥστε ὕες. Forte & locum de chiaſmo quis ſuſpectum habeat. vt mens ſit, Μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων· μήποτε στραφέντες ῥήξωσι, καὶ καταπατήσωσιν ὑμᾶς. Nam à canibus lacerari aliquem, nec nouum nec inuſitatum. Et in Sacris ea tranſpoſitione nihil frequentius. Tale eſt, ὥστε τὸν τυφλὸν καὶ κωφὸν, καὶ λαλεῖν καὶ βλέπειν. Matth. 12. 22. & alibi non ſemel. Etiam Iudæis. Quomodo Gorionidæ Herodes, *Rex in Hieroſolyma & Iudæa, vrbe Sancta*, dicitur. An &, vt ſimul dicam quod in mentem venit, fieri poteſt, vt ex iis ſit hic locus, qui non recte diſtincti, poſtea leuiter corrupti ſunt? Quod patebit, ſi ſcribas, μήποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν, καὶ στραφέντες ῥήξωσιν. Deinde, Ὑμεῖς αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· ζητεῖτε, καὶ &c. notum enim, quam multa non recte diſtincta, recens verſuum confirmauerit diſtinctio. quod non vno loco etiam recentior euicit interpres. Vt mens ſit, ne margaritas calcent, ac conuerſi dentibus corrumpant. Neque tamen intercedo, quo minus verum ſit quod prius dixi. Adjungit idem ſupremus Doctor aliquot poſt ver- ℣ſ. 15. ſibus, Προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν. Vbi aſſentior Chryſoſtomo, qui poſtremam vocem, non de hæreticis, ſed de iis accipit, qui vulgo ἐπιθετῶν nomine dicebantur. tales autem eſſe ait, qui corruptam vitam ſpecie virtutis ac larua tegunt. Lucas, niſi fallor, eoſdem aut ſimiles, ἐγκαθέτους dixit. Verba ejus ſunt, Ἀπέστειλαν ἐγκαθέτους, ὑποκρινομένους ἑαυτοὺς δικαίους εἶναι. c. 20. ℣ſ. 20. quanquam ibi aliquantum eam vocem reſtrinximus. Sententiam autem ſuam, ex ſequentibus ſummus interpres probat. Sequitur enim, ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. Nam hæretici plerunque vitam Sanctam præten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

prætendunt doctrinæ, cum iſtorum ſimulatio tranſpareat. quanquam ἔνδυμα In
προβάτων quod illis tribuit, eſt quæ δέῤῥις τριχίνη Helleniſtis, quæ falſis quo- Matt.
que prophetis tribuitur. vt cum alibi, tum Zachariæ 13. 4. Notum quid ſit
אדרת שער. Et hactenus Sermones in monte Domini. Quos cur in monte ha-
buerit, varias antiqui Doctores cauſas, etiam longius, accerſunt. Quale eſt
illud magni Auguſtini, *Si quæritur quid ſit mons, bene intelligitur, ſignificare
majora præcepta juſtitiæ. quia minora erant quæ Iudæis data ſunt.* Quanto ſim-
plicius eſt, Legem, quæ in monte lata fuerat, in monte expoſitam fuiſſe.
Idque, à mediatore, ac magni conſilii Angelo: voluntatis ſimul Patris in-
terprete & Legis. Quæ vt in monte olim cum majeſtate ineffabili, igne,
procella, ac turbine, cum tuba, cum horrenda verborum voce, vt ad He-
bræos loquitur Apoſtolus, data fuit, ita in monte, cum ea, de qua jam
agemus, majeſtate, Euangelice expoſita eſt. Adde quod ſic expiatus ipſe
locus fuit. quid enim montes aliud, niſi diaboli hoſpitium, idololatriæ re-
ceptacula ac ſedes, gentibus fuerunt? adeo vt הררי, *montanus*, idolorum
cultor Ieremiæ dicatur. In iis quæ hoc capite ſuperſunt, quæri ab erudi- vſ. 28.
tis video, quæ ſit illa ἐξουσία, quæ ſub finem capitis hic Domino tribuitur, 29.
cum Euangeliſta dixit, ἐξεπλήσσοντο οἱ ὄχλοι ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ. ἦν γὰρ διδάσκων
αὐτοὺς, ὡς ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οὐχ ὡς οἱ γραμματεῖς. Quod recentior interpres: *Per-
cellebatur turba ſuper doctrina ipſius. Docebat enim eos, vt habens autoritatem,
& non vt Scribæ.* Nec repugno. Videndum tamen vtrum hic ſufficiat *auto-
ritas.* Illuſtris apud Danielem cap. 7. de Chriſti regno ejuſque majeſtate
extat locus. quem ita Helleniſtæ conceperunt: Ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ
ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ὡσεὶ υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε. &c.
Deinde, καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία, καὶ πάντες οἱ λαοὶ, φυλαὶ καὶ
γλῶσσαι, αὐτῷ δουλεύσουσιν. ἡ ἐξουσία αὐτοῦ, ἐξουσία αἰώνιος. *Vidi in viſione noctis, &
ecce cum nubibus cæli, vt filius hominis, & vſque ad antiquum dierum peruê-
nit, &c. eique datum fuit imperium, & honor & regnum: ſed & populi omnes,
& tribus ſeruiebant ei & linguæ. majeſtas ejus, majeſtas æterna.* Vbi in contextu
Chaldæorum שלטן habes. quæ eſt majeſtas. Vnde Sultani apud ſuos, penes
quos majeſtas. à qua voce non receſſit hic Syrus. In majeſtatis autem voce ex-
primenda, mirum quam elaborarint tum Græci tum Helleniſtæ. Qui inter
cætera, μεγαλειότητα & ἐξουσίαν, crimen autem quod in eam committitur, κα-
θοσιώσεως ἔγκλημα, dixerunt. Incomparabiles, quarum ſæpe jam meminimus,
Gloſſæ, *Majeſtas*, μεγαλειότης. *Majeſtatis crimen*, καθοσιώσεως ἔγκλημα. Vnde
iidem Helleniſtæ eodem Danielis capite, ἐξουσίαν καὶ μεγαλωσύνην conjungunt.
Καὶ ἡ βασιλεία, καὶ ἡ ἐξουσία, καὶ ἡ μεγαλωσύνη τῶν βασιλέων, τῶν ὑποκάτω παντὸς τοῦ οὐρανοῦ.
Et regnum, & majeſtas, & magnitudo omnium quæ ſub omni cælo ſunt regum.
Eædem Gloſſæ, Ἐξουσία, *majeſtas, ditio, poteſtas.* גאות Hebræis. qui & ipſi, quod
Romani ſibi vindicant, exprimere ſic ſolent. & qui voce כבוד, ſiue, gloriæ, vt
Helleniſtæ δόξης, vtuntur: cum de Deo præſertim agunt. Hic autem ille de
quo dicitur, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός. *ejuſq; gloriam
ſpectauimus: gloriam, vt vnigeniti à Patre.* Vbi δόξα שכינא, majeſtas illa admi-
randa, quæ diuinitati præſentiæque ejus tribuitur. Vnde & priore ad Corin-
thios Clemens, Dominum, ἀπαύγασμα τῆς μεγαλωσύνης Θεοῦ dixit, cum ἀπαύ-
γασμα δόξης, Apoſtolus dixiſſet. quæ eſt majeſtas. Singularem autem majeſta-
tem eluxiſſe in Dei Filio, cum Legem interpretatus eſt, ne dubitandum
quidem, cum hanc omnium ſecutus ſtupor ſit & admiratio. quæ majeſtatis
propria, & quaſi comes. Quid quod Danielis, de quo jam ante, locum, ad
Meſſiam ipſi Hebræorum referunt Magiſtri? qui, והוא משיח צדקנו אשר יגיע לפני ה׳.
Hic eſt Meſſias juſtitia noſtra, qui perueniet in conſpectum Dei. Quo ſpectat quod
præceſſit, ἐξεπλήσσοντο γὰρ οἱ ὄχλοι ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ. *Ad doctrinam ejus ſtupuerunt
turbæ.* Valerius Maximus, vbi de majeſtate agit: *potens in amplitudine ſua*

 obti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

obtinenda. Grato enim & jucundo introitu animis hominum illabitur admiratio-
In Matt. *nis prætextu velata.* Et ipſe Daniel, loco dicto, poſtquam de majeſtate Filii
Dei egit, καὶ ἔφριξε τὸ πνεῦμά μου, *& horruit ſpiritus*, inquit, *meus*. Quod hic
turbæ euênit. Atque id magno fortaſſe Chryſoſtomo fraudi fuit, qui ἐξουσίαν
hanc cum ea jungit, quæ in edendis eidem tribuitur miraculis, aut inter eas
non diſtinguit: quaſi non ſequatur, καὶ οὐχ᾽ ὡς οἱ γραμματεῖς. *Docebat maje-*
ſtate plenus, non vt Scribæ. Quæ autem Scribæ miracula edebant? Rabulæ
reuera in exponenda Lege & agyrtæ: qui longe ab ea majeſtate aberant,
quæ ſtuporem, quæ reuerentiam in animis creabat. vnde Majeſtatem Reue-
rentiæ & Honoris Filiam Romani dixerunt. Adde, quod miraculorum vel
poteſtas vel vis, δύναμις plerunque in his libris dicitur: quemadmodum mi-
racula quæ fiunt. Sed & ipſa quæ dicuntur, cum majeſtate dicta, quis dubi-
tabit, qui præſertim illa legit: *Dico enim vobis, niſi abundauerit juſtitia ve-*
ſtra plus quam Scribarum & Phariſæorum? Et quod toties repetitur, *Audiuiſtis*
in Lege, vel antiquis, illud dictum vel illud. Ego autem dico vobis. Tum qui bre-
uitatem ponderat dicentis: quam imperatoriam Tacitus & Ariſtoteles di-
xerunt. Quæ non tam autoritatis ſunt quam majeſtatis. quod enim, vt po-
litici fatentur omnes, in priuato autoritas, in Principe majeſtas. Quæ digna
Dei filio, quem σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Θεοῦ, *ſceptrum majeſtatis diuinæ*, eâ-
dem, de qua ante Epiſtola, idem Clemens dixit. quam ſtylo ſcriptam Apoſto-
lico, aut qui ad eum proxime accedit, Patricio Iunio, ſummæ eruditionis viro
debemus. Σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης, inquit, τοῦ Θεοῦ, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. quam
ἐξουσίαν, alii dixerunt. Vt ſententia ſit: in admirationem raptos fuiſſe omnes,
cum in Lege interpretanda verſaretur: ſingularem enim acceſſiſſe majeſta-
tem. Quanquam ſane ab autoritate, & cum ea, hæc majeſtas. Vult ergo, aliter
quam Scribas docuiſſe, qui interpretes tum Legis erant, &, quod Syrus ad-
dit, Phariſæos. Addit enim ופרישא. Quos ipſos, tum contentioſos fuiſſe inpri-
mis tum ambitioſos, nemo ignorat. Quæ cum majeſtate pugnant maxime,
aut hanc offuſcant. vt & Scribarum δευτερώσεις, ſiue interpretatiunculæ &
nugæ. In quibus adeo ſubtiles erant, vt grammaticas nonnunquam obſerua-
tiunculas miſcerent: quod de iis Epiphanius. Sed hæc hactenus. & cogitabit
lector. Capite octauo, ab initio non procul, cum à Centurione dicitur, Καὶ
Cap. VIII. vſ. 1. γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν, ἔχων ὑπ᾽ ἐμαυτὸν στρατιώτας, ſcio quibuſdam è
veteribus minime contemnendam videri eam lectionem, quam Robertus
olim Stephanus aliique expreſſerunt. qui ſine vlla diſtinctione legunt, Καὶ γὰρ
ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν ἔχων ὑπ᾽ ἐμαυτόν. Vt mens ſit: Scio quid ſit ἐξουσία,
ſeu, poteſtas in alios: cum & ipſe, ἐπὶ ἐξουσίᾳ, ſiue, in poteſtate, conſtitu-
tus ſim. quæ licet ſit exigua, tamen verbo apud meos efficio quod volo.
καὶ λέγω τούτῳ, πορεύθητι. *Dico enim huic, vade.* Qui alteram ſequuntur, vt
Theophylactus, Euthymius, alii, δοῦλος ὢν τοῦ βασιλέως intelligunt. Vt, & im-
perare & parere ſe dicat. nam ſe Regis eſſe ſubditum. Mihi ſimplicior
magiſque ad mentem ejus prior lectio videtur. vt, τὸ ὑπὸ ἐξουσίαν, & τὸ ὑπ᾽
ἐμαυτὸν, Hebræorum more, ἐκ παραλλήλου ponantur. Priorem certe σχέσιν nec
B. Hieronymus expreſſit, cum dixit, *Voluit oſtendere, Dominum, non per*
aduentum tantum corporis, ſed per Angelorum quoque miniſteria, implere quod
vellet. Sed & Iuuencus prætermiſit, cum dixit,

Subjectos mihi ſæpe viros ſic noſtra poteſtas
Officiis verbo juſſis parere coëgit.

Vt de B. Chryſoſtomo ne dicam, qui diſerte hanc lectionem annotat: τινὲς
δὲ οὕτως ἀναγινώσκουσι τοῦτο τὸ χωρίον· καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπος ὤν· καὶ μεταξὺ στίξαντες ἐπά-
γουσιν, ὑπ᾽ ἐξουσίαν ἔχων ὑπ᾽ ἐμαυτὸν στρατιώτας. *Quidam ita legunt hunc locum,*
Nam & ego, homo cum ſim: ac, addita diſtinctione, ſubjungunt, ſub me ac poteſtatem
meam habens milites. Vnum obſtare videtur, quod apud Lucam legitur, Καὶ γὰρ

ἐγὼ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας. *Nam & ego ſum homo, ſub poteſtate poſitus, qui ſub me habeo milites.* Quod recentior vetuſque apud Matthæum expreſſerunt. cum poſſit fieri, vt χρέων alteram prætermiſerit Matthæus. Cujuſmodi non pauca occurrunt. neque cuiquam autor ſum, vt alterum Euangeliſtam ex altero ad verbum interpretetur. Locus qui eodem capite ſequitur, ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ, manifeſte ex iis deſumptus atque accommodatus videtur, quæ de aduentu Meſſiæ etiam tum ἐν πατροπαραδότοις circumferebant Iudæi. Quale eſt, quod Gemariſtæ dicunt, *Si veniat, non fore locum vbi conſideat,* ὅτι οὐκ ἔχει ποῦ τὸ σῶμα κλίνῃ. Quibuſdam ex antiquis ſimpliciter ἐν ἤθει dictum videtur. vt ob præſentem calamitatem, ac humilitatis ſuæ rationem, de aduerſariorum importunitate conqueratur. A quibus non longe Iuuencus abiiſſe videtur: In Matt. ṽſ. 20.

Vulpibus in ſaltu rupes exciſa latebram
Præbet, & aëreis auibus dat ſylua quietem.
Aſt hominis nato nullis ſuccedere tectis
Eſt licitum. gentis ſic ſunt molimina veſtræ.

Vbi cum ſe Dei Filius, υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου dicat, quo & poſtea non ſemel vtitur, Ibid.
aliquid de eo, quanquam obiter, dicendum videtur. Prophetas בני ארם paſſim dici, nemo neſcit, ac præ cæteris Ezechielem, qui potiſſimum ſic nuncupatur. Quo reſpexit & B. Hieronymus, cum ſcribit, *Audiamus & Ezechielem, filium hominis, quomodo de ejus virtute pronunciet, qui hominis futurus eſt filius.* Helleniſtis autem υἱὸς ἀνθρώπου dicitur Ezechiel, cum vbique Dominus Seruator, υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, dicatur. primi hominis reſpectu ſine dubio, qui אדם, ſiue, ὁ ἄνθρωπος, vocatur. Vt ὁ ἄνθρωπος, ſit homo primus: υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, qui poſt illum ſic ἐξόχως dicitur. idem qui ſecundus Adam dicitur. Præclarum illud Auguſtini eſt: quod neſcio quo pacto etiam hic locum habet: *Primus homo Adam ſic olim defunctus eſt, vt tamen poſt illum ſecundus homo ſit Chriſtus; cum tot hominum millia inter illum & hunc orta ſint. Et ideo manifeſtum eſt, pertinere ad illum, omnem, qui ex illa ſucceſſione propagatus naſcitur: ſicut ad iſtum pertinet omnis, qui gratiæ largitate in illo naſcitur. Vnde fit, vt totum genus humanum quodammodo ſint homines duo, primus & ſecundus.* Conſtat igitur naturæ, ſed humanæ, certum eſſe ἀπόφθεγμα hoc nomen, neque cum diuina confundendum. Nam, vt recte Maximus Taurinenſis, *Quanuis Chriſtum Maria Euæ filia vtique peperiſſet, non tamen eum conceperat de Adam.* neque obſtat, quod primus in Genealogia majorum ejus ponitur, qui & noſtrorum primus fuit. Capite nono, vbi peccatorum remiſſio, cum valetudine tri- Cap.
buitur, ejuſque loco & hic & apud duos alios Euangeliſtas ponitur, ac para- IX.
lytico dicitur, Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου, mirifica συγκατάβασις videtur, qua ṽſ. 2.
Iudæis ſe accommodauit Dominus: qui morbos vindicandis peccatis, ideoque in pœnam diuinitus immitti credebant, ſuoſque id docebant. Quo illuſtris ſpectat locus Iohannis 9. E quo patet, eadem opinione imbutos fuiſſe & diſcipulos. qui cum cæcum ita natum viderent, quærere audent, vtrum ipſe an parentes ejus peccaſſent. Nam, & ſi quid ſecus cuiquam quam vellet ipſe eueniret, peccatis ejus aſſcribebant. Ita Bathſeba cum 1 Reg. 1. thronum Dauidis Salomoni petit, niſi id impetret, fore ait, vt & ipſa & filius ejus peccatores haberentur. Helleniſtæ, καὶ ἐσόμεθα, ἐγὼ καὶ Σαλωμὼν, ὁ υἱός μου, ἁμαρτωλοί. Quod à nonnullis, acutius fortaſſe quam oportet, ad peccatum, quod, ſuperſtite marito, cum Dauide commiſerat, refertur. Chaldæi מתרכין *expulſi.* Hæc igitur vt cauſa prior, cur ſic locutus ſit Dominus, ita altera, œconomia ipſa. vt hac ratione autoritatem ſibi vindicaret, ac de poteſtate ſua certiores eos redderet. De qua conuicti, ſed, vt ſolent qui ſcandalum libenter accipiunt, quanuis non datum, Phariſæi Scribæque, blaſphemiæ accuſant eum, cui, vel miraculo conuicti, credere debebant. Paulo poſt in

In Matt. vſ. 6. ejuſdem Paralytici hiſtoria cum ſequitur, τότε λέγει τῷ παραλυτικῷ, dubium non eſt, quin in emendatiſſimis quoque Roberti Stephani editionibus male diſtinctus fuerit hic locus, vnde & non recte ſatis forte intellectus. Dixerat Paralytico Dominus, non, *Surge, & ſanus abi:* ſed, *Remiſſa ſunt tibi peccata tua.* Hoc blaſphemiam interpretati erant Scribæ, (&, quod Lucas addit, Phariſæi, aut ex illis quidam.) quod remittere peccatum, vnius Dei eſſet. Nam de ſolo Deo dicitur, Ἀφῆκας τὰς ἀνομίας τῷ λαῷ σου· ἐκάλυψας πάσας τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. *Remiſiſti iniquitates populo tuo: omnia eorum peccata texiſti.* Reſpondet Dominus, qui & remiſſionem ſibi vindicat peccati, neque, vt loquuntur Syri & Apoſtolus, rapinam eſſe id aut alienum arbitratur, idemque & miraculo confirmaturus erat, vt Deus, Nihil eſſe cauſæ, cur id vitio vertatur ſibi: quod enim de remiſſione dictum erat peccatorum, id miraculo confirmaturum. Τότε eſt אך Hebræorum. quod *ſolummodo* hic, aut *tantummodo*, dicas. Deuteron. 28. vſ. 29. Καὶ ἔσῃ τότε ἀδικούμενος, διαρπαζόμενος, πάσας τὰς ἡμέρας. Bene Vatablus, *tantummodo.* Nec male Euthymius, quod ad ſenſum, *Quia remittere peccata, latentem habebat demonſtrationem, ad erigendum autem ſua autoritate Paralyticum, manifeſta opus erat demonſtratione; facit, quod manifeſtum eſt; in ſignum ejus quod occultum erat: per hoc enim & per illud, plenam facit fidem, quod & hoc poſſet & illud.* Diſtinguendum igitur ſimpliciter, ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας, τότε λέγει, hoc eſt, ἁπλῶς λέγει, μόνον λέγει τῷ παραλυτικῷ. *Simpliciter ac tantum dicit paralytico,* Ἐγερθεὶς ἆρόν σου τὴν κλίνην. Illud enim τότε, quin turbauerit interpretes, ne quidem dubitandum. vt recentiorem inter cæteros antiquumque, qui verba illa, τότε λέγει τῷ παραλυτικῷ, parentheſi includunt. Hoc modo, Ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ αἰθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας (τότε λέγει τῷ παραλυτικῷ,) Ἐγερθεὶς ἆρόν σου τὴν κλίνην, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. Eodemque modo Latine, *Vt autem ſciatis poteſtatem habere filium hominis in terra remittendi peccata, (tunc dicit Paralytico,) Surge attolle lectum tuum, & abi domum tuam.* Ita enim recentior interpres. Cujus cauſam adhuc quæro: neque adhuc aliam præter hanc inuenio quam dixi, quod, quam vim τὸ τότε aut locum hic haberet, non intellexiſſent. Quod ne Syrus quidem intellexit, niſi fallor, qui neglexit. vſ. 13. Locus ille, Οὐ γὰρ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς, εἰς μετάνοιαν, non recte & hic & apud Marcum diſtinctus, etiam veteribus ſcrupulum injecit. Hilarius, *Omnibus autem Chriſtus venerat, quomodo ergo non ſe juſtis veniſſe dicit? Erant ergo quibus neceſſe non erat vt veniret. ſed nemo juſtus ex Lege eſt.* Atqui ex ſimilitudine ægri ſanique, quæ præcedit, ſatis patet, diſtinguendum, οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς, εἰς μετάνοιαν. hoc eſt, οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους εἰς μετάνοιαν, ἀλλ' ἁμαρτωλούς. Vt ad juſtitiam Scribarum ac Phariſæorum id referri non ſit opus. cum juſti proprie non reſipiſcant, ſed qui non ſunt, aut qui eſſe deſierunt. Etſi non negarim, εἰρωνικῶς, & ex eorum ſenſu, id dici poſſe. Quanquam ne eo quidem opus. Rabanus: *Vel quia qui juſti erant, ſicut Nathanaël & Iohannes Baptiſta, non erant ad pœnitentiam inuitandi. Vel, Non veni vocare juſtos falſos, qui de juſtitia ſua gloriantur, vt Phariſæos: ſed illos qui ſe peccatores recognoſcunt.* Et Dominus ipſe, quanquam κατὰ σχέσιν, vt placet Theologis, Lucæ 15. 7. δικαίους οὐκ ἔχουσιν χρείαν τῆς μετανοίας, ait. adde, quod veteres voce pœnitentiæ nonnunquam cum de eo loco agunt, aut ad eum alludunt, παρακεκινδυνευμένως vtantur. vſ. 16. Qui non multo poſt autem ſequitur, vel inprimis expendi meretur, οὐδεὶς δὲ ἐπιβάλλει ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ. In quo, nec aliis, ac fortaſſe ne ſibi quidem ſatisfecerunt eruditi. Quid igitur? Ἐπίβλημα ῥάκους vocat, quod ἐμβόλισμα dicebant. Ἐμβόλισμα, tunicæ ex earum genere erat fruſtulum, quas πολυῤῥάφους dicebant, quod è variis particulis conſtarent. Πολυκεντήτους item, quod ῥακώματα, ſeu panni, alii atque

alii

alii aſſuerentur: Nyſſenus XII aduerſus Eunomium, καὶ ὥσπερ οἱ πτωχοὶ δι' ἀπο-
ρίαν ἐσθῆτος, ἐκ ῥακωμάτων τινῶν σὺν χιτῶνας ἑαυτοῖς περικεντοῦντες συῤῥάπτουσιν· οὕτω
καὶ τοῦτον ἄλλην ἀλλαχόθι λέξιν περιβοσκόμενον, διὰ τούτων ἐξυφᾶναι ἑαυτῷ τοῦ λόγου τὸ
κέντρωνα, οὐκ ἀπιλαιπώρως διακολλῶντα τὴν συμβολὴν τῶν ῥημάτων καὶ συναρμόζοντα.
Quemadmodum mendici, quod veſte egeant, è panniculis quibuſdam tunicas fa-
ciunt ſibi, quas varie diſtinctas conſuunt. Ita & iſtum, cum aliam alibi vocem
depaſceret, ex iis libri ſui effeciſſe centonem. quem ita confecit, vt non citra cala-
mitatem, collatitiam verborum ſymbolam connecteret conjungeretque. Eſt igitur
veſtis ejuſmodi, χιτὼν τρίβων, χιτὼν ἐκ ῥακωμάτων, χιτὼν ἐκ συμβολῶν, χιτὼν πολυ-
κέντητος. &, vt loquitur Nyſſenus Homilia in Baptiſmum Chriſti, πτωχικὸς,
καὶ πολυκόλλητος, *mendicantium, & è variis particulis conſutus.* In qua nihil in-
eptum magis ac inutile eſt, quam ſi quis panni particulam non triti, qualis
tota veſtis, ſed ἀγνάφου nouique, addat. Pannus qui deficiente aliquo aſſuitur
ἐπίβλημα & πλήρωμα vocari ſolet. quemadmodum è quibus veſtis conſtat, ἐμ-
βολίσματα dicuntur. B. Hieronymus ad Ezech. XVI. *Aquila & Theodotio,* ἐμβο-
λίσματα *tranſtulerunt. quod ſignificat diuerſos pannos hinc inde conſutos, & inſtar*
emplaſtri factum idolum, quaſi πολύῤῥαφον *veſtimentum.* Tali ergo veſti, quæ
è pannis conſtat, plane attritis, ſi quis nouum aſſuat, non ſine cauſa inſti-
tutum mutat. Αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα, hoc eſt, *tollit ſupplementum.* Quod vix
poteſt fieri, cum cætera ſint trita ac vix hæreant, quin σχίσμα ſeu ruptura
major fiat. Αἴρει τὸ πλήρωμα, vt αἴρει τὸν λόγον. Ita, εὐθέως ἔρχεται ὁ Σατανᾶς καὶ αἴρει τὸν
λόγον τὸν ἐσπαρμένον, &c. Marci 4.15. Quo quid ſimplicius? Quid igitur in mente
eruditis fuit, cum τὸ πλήρωμα, recto caſu acciperent? Vtinam hic ſaltem ve-
teri interpreti, Eraſmo, ac Budæo, fidem habuiſſent. Tertullianus, ἐπίβλη-
μα ῥάκους ἀγνάφου, *nouam plagulam,* vertit. *Noua plagula non aſſuitur veſtimento*
veteri. De ipſo autem loco plura ad Marcum vide. Sequitur, καὶ ἰδοὺ γυνὴ αἱ- v. 20.
μοῤῥοοῦσα. De qua fœmina Aſterius, γυνή τις ἀσθενοῦσα χαλεπῶς διὰ φλεβῶν
ἀταξίαν. quaſi de hæmorroïdibus aut ſimili malo agatur, aut idem αἱμόῤῥοια
& αἱμοῤῥοῒς ſit: quod Medicorum non admittent filii. quemadmodum cum
Marcus tum Lucas ῥύσιν αἵματος interpretantur. Quod fuiſſe talem innuit,
quales ἀποκαθήμεναι in Lege ab Helleniſtis dicuntur: quæ ob menſtruam
purgationem ſeparantur. niſi quod continuum hoc loco, & duodecim an-
norum. Heſychius ἀποκαθημένη, αἱμοῤῥοοῦσα. quæ alias & ἄφεδρος, quem-
admodum ἄφεδρος, πάθος quoque ipſum, ſiue morbus. vt in illo, κατὰ τὰς
ἡμέρας τοῦ χωρισμοῦ τῆς ἀφέδρου αὐτῆς. Vide quæ ad Marcum notamus. Sequi-
tur, ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ. Cujus vicinam partem πτέρυγας Græci
dicunt. Vnde Aſterii ejuſdem ad hunc locum περιεργία: qui ad reſtitutio-
nem τῆς αἱμοῤῥοούσης, locum Malachiæ trahit. Ἀνατελεῖ γὰρ ὑμῖν, φησὶ, τοῖς φοβου-
μένοις τὸ ὄνομά μου ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἴασις ἐν πτέρυξιν αὐτοῦ. Additque, ἥλιον μὲν
δικαιοσύνης τὸν κύριον καλῶν, πτέρυγας δὲ τὰ τοῦ ἱματίου κράσπεδα. cum Hebræi πτέρυ-
γας Soli tribuant. Quare hoc eſt ἰδιωτεύειν, & in re ſeria, ἀέρα δέρειν, vt cum
Apoſtolo hic loquar.

CAP. VI.

Caput decimum percurritur. Δύο χιτῶνες. ζεῦγος ἱματίων *Helleniſtis. qua voce leui-*
ter mutata & Chaldæos vti. Quare duo. ordo veſtium. χιτῶνες ἀλλασσόμενοι
vel ἀλλακτοὶ, *quorum in itinere vſus.* εἵματα ἐξημοιβά. τροφὴ *de iis quibus quis*
opus habet. Locus nobiliſſimus & multum agitatus, Οὐ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ
Ἰσραὴλ, *de aduentu Domini ab antiquis intellectus. etiam illius patefactione.*
Aduentus filii hominis. dies magna. τελεῖν *quid. perficere doctrina. perficere*
cithara. conſummandi verbum, quo interpres vetus eſt vſus. obeundi aut
peragrandi, quo alii. Iudæorum cæcitas: de qua intelligendum videri locum,
de quo agitur. Vera ejus interpretatio. ἐκτινάξατε τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν ὑμῶν.

κονιορ-

κονιορτὸς quid. ἐκτινάσσειν τὸν κονιορτὸν, quid: & non vno modo accipi. Εἰρήνη, εὐλογία, ſeu, benedictio. Δύο στρουθία. numerus & precium à Luca mutatum, & quomodo accipiendum. Θεραπεύσεις, ſeu formula, ἂν οὕτω τύχῃ, vſitata. Πεσεῖται ἐπὶ γῆν, pro quo εἰς παγίδα, alii. locus Amoſi, vnde ea lectio deprompta. Πᾶς οὖν ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοί. ὁμολογεῖν quo ſenſu dicatur. ἐξομολογεῖν. agnoſcendi vox qua recentior vſus eſt interpres, rejicitur. confeſſio, profeſſio. Εὑρήσει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. donari anima, Magiſtris Hebræorum. Μισθὸς προφήτου. benedictio. εὐλογία ἐπὶ τῷ ποδί. εὐλογία τῇ εἰσόδῳ.

CAP. X. ℣ſ.10. CApite decimo, cum ſuos, *μὴ πήραν εἰς ὁδὸν μηδὲ δύο χιτῶνας*, aſſumere ad iter jubet Dominus, intellige, quos *ζεῦγος ἱματίων* Helleniſtæ, Chaldæi Græca voce זוג לבושין dixerunt. Ad minimum autem duo, quod æſtate aliis ac hyeme vterentur. Vnde ערך בגדים ordo veſtium. Iud. 17. 10. quod duabus minimum eodem anno vtebantur. *Καὶ ἐγὼ δώσω σοι δέκα ἀργυρίου εἰς ἡμέρας, καὶ ζεῦγος ἱματίων.* Hic vero, quia de itinere agit, *χιτῶνας ἀλλασσομένους*, vel *ἀλλακτοὺς*, intelligit. quos profecturi ſecum ſumebant, vt in itinere mutarent. Ita Naaman, cum iter ſuum 2 Reg. 5. 5. pararet, *δέκα ἀλλασσομένας στολὰς* aſſumit. E quibus Eliſæi famulus capite eodem, ſuas ſibi dari poſcit. Homerus *εἵματα ἐξημοιβὰ*, dixit. *Εἵματά τ' ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ, καὶ εὐναί.* Heſychius, *Ἐξημοιβὰ, ἀλλακτὰ διὰ τὸ πλῆθος.* Et, *Ἐξημοιβὰ, ἕτερα.* Quod Critici alii ad luxum referunt Phæacum, & *τὰ ἄλλοτε ἄλλα ἀμειβόμενα* exponunt. Vnde & ſuas pauperculi à ditioribus accipere ſolebant, qui *ἀλλακτὰς* & *ἀλλασσομένας*, præſertim in itinere, habebant. Sed & poſtquam monuit, ne de duabus ſolliciti eſſent, bene addit, *ἄξιος ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ.* Vt *τροφὴ* ſit quibus quis opus habet. ideoque æs, argentum, & veſtes ante conjunxit: quæ omnia ſic contrahuntur.

Ibid.

℣ſ.13. Paulo poſt ſequitur, *ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ' αὐτήν.* Vbi optime Chryſoſtomus, qui *εἰρήνην*, hoc eſt, *pacem*, *εὐλογίαν*, ſiue, benedictionem, interpretatur. quemadmodum poſteriori membro *εἰρήνη*, ipſa felicitas, quæ benedictione continetur. Quod dicitur, ſatis eſſe ſeruo *ſi ſit vt Dominus*, *ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος*, eſt quod Aben-Ezra, tum in vſu fuiſſe vulgo docet alibi, דיו לעבד להיות כרבו. *Satis ſeruo, ſi ſit, vt ſuus Dominus.*

℣ſ.14. Cum paulo poſt dicitur, *ἐκτινάξατε τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν ὑμῶν*, κονιορτοῦ nomine, vel minutiſſimum quodque & nulli rei, vel paleas aut quiſquilias, vel quem *χνοῦν* Græci dicunt, intelligi poſſe ſcio; quomodo τὸ מוץ vſurpant Hebræi: vt mens ſit, ne quid gentis tam impiæ adhæreat, aut penes vos maneat. quemadmodum etiam de odore parum grato, voce ea Helleniſtæ vtuntur. Vt in illo, *ἀντὶ ὀσμῆς ἡδείας κονιορτός.* Eſaiæ 3. 24. quod eſt מק. Lucas vero τὸν κονιορτὸν, *τὸν κολληθέντα*, dixit. Quemadmodum Apoſtolus Actor. 18. 6. poſtquam, *ἐκτιναξάμενος τὰ ἱμάτια*, dixit, *καθαρὸς ἐγὼ, ἀπὸ τοῦ νῦν*, inquit, *εἰς τὰ ἔθνη πορεύσομαι.* Hoc eorum igitur, qui ſecederent, aut ita iter inſtituerent, vt ab aliis ſe ſepararent. Quo ſenſu Hormiſda Papa Epiſtola Canonica ad orthodoxos Orientis ſcripſit, *ἀλλ' ἑαυτοὺς καθόλου ἀπὸ τοῦ βορβόρου, ἐν ᾧ οἱ αἱρετικοὶ καταποθέντες κεκράτηνται, ἀποσπάσατε, καὶ ἐκτινάξαντες τὴν ἀκαθαρσίαν τοῦ κονιορτοῦ, τοῦ κολληθέντος, γενικῶς ἅπαντας τοὺς ἀπὸ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ἀποκλίναντας εὐσεβεῖ ἀποκηρύξει κατακρίνατε. Cæterum omnino vos ipſos, à cæno, in quo demerſi tenentur hæretici, ſeparate, excuſſaque ſordium impuritate, quæ adhærent vobis, ſemel omnes qui ab Apoſtolicis declinant dogmatibus, pia denunciatione damnate.* Quanquam & ſimpliciter, qui abitum inſtituunt, *ἐκτινάσσειν τὴν κόνιν*, dici poſſunt. quemadmodum ſolent, qui eundo ſe mouent. Ita Nahum. 1. 3. de Deo, *καὶ νεφέλη κονιορτὸς ποδῶν αὐτοῦ.* וענן אבק רגליו *& nebula puluis pedum ejus.* In nebula inceſſit: nebula via pedum ejus. Præceſſit enim, *ἐν συντελείᾳ καὶ σεισμῷ ἡ ὁδὸς αὐτοῦ.* quia qui incedunt, puluerem hoc ipſo excitare ſolent. Vt hoc nunc velit, *ἐκ τῆς οἰκίας ἢ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐξερχόμενοι ἐξέρχεσθε. E domo illa aut vrbe ſtatim exite.* Nobiliſſimus

locus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

locus eſt, ac multum agitatus, οὐ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Quo loco mirum, in quos laqueos ſe dederint antiqui, cum de aduentu Domini hic agunt. Nam, quomodo, inquiunt, adfuturum illis dicit Dominum, priuſquam totam Palæſtinam obierint, niſi hoc ad tempus referatur, quo rurſus ante paſſionem illis adfuit? Itaque accurati alias judicii ſcriptor Theophylactus, Τὸ γοῦν ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, μὴ περὶ τῆς πρὸ σταυροῦ συνουσίας καὶ παρουσίας· ἀποσταλέντες γὰρ καὶ κηρύξαντες πάλιν ὑπεστράφησαν πρὸς τὸν Χριστὸν καὶ συνῆσαν αὐτῷ. *Illud ergo, donec veniat filius hominis, non de conuerſatione ejus præſentiaque accipiendum. Miſſi enim, poſtquam prædicaſſent, ad Chriſtum reuerſi, eique adfuerunt.* Idem, qui paulo ante fatetur, pleraque quæ præcedunt, non niſi poſt aſcenſionem eueniſſe Apoſtolis. quare, ad primam hanc legationem referri non poſſe. Τὰ μὲν ἄνω ῥηθέντα, inquit, φοβερὰ, οἷον τὸ, παραδώσουσιν ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθε μισούμενοι, περὶ τῶν μετὰ τὴν ἀνάληψιν συμβησομένων ἦσαν· τὸ δὲ νῦν λεγόμενον, περὶ τῶν πρὸ τοῦ σταυροῦ. *Quæ ſupra dixit, metuenda (quale illud, tradent vos, eritiſq; exoſi) ad ea quæ poſt aſcenſionem euenerunt referenda. quod autem nunc dicitur, de iis quæ ante crucem.* Verum, quis ita loquatur, *donec venerit Filius hominis*, qui ſignificare velit, *donec ipſi ad Filium hominis reuertemini?* Qui vero, non ad ipſum Chriſti in terras aduentum, ſed ad ipſius aduentus patefactionem & perceptionem, referendum putant, nimium, ni fallor, argutantur. ita vt nec ſatis aſſequar quid velint. Sed certiſſimum, quod & veteres notarunt, quædam hic dici, quæ ad docendi potius munus aut doctores, quam ad duodecim illos ſtricte ſint referenda. Quare, non in poſteriori ſed in priori difficultas erit. neque quiſquam dubitare poteſt, quin aduentus Filii hominis, paſſim, de vltimo aduentu, qui, *dies magna*, dicitur, in Sacris accipiatur. Vt τελεῖν, non ſit *peragrare* aut *obire*, quod vulgo exiſtimant, ſed quod Latini, *perficere doctrina*, dicunt. quemadmodum in illo Naſonis, *Phillyrides puerum cithara perfecit Achillem.* τὸν Ἀχιλλέα τὴν κιθαριστικὴν ἐτέλεσε. A quo fortaſſe non abludit, quod τελεῖν τινα τὰ ἀπόρρητα, & τὰ μυστήρια, dicunt. vt ſi Theologus Græcus τελεῖν τινα τὸ βαπτίσματος μυστήριον de catechumeno dicat. Cui Hebræorum כלה, Latinorum *conſummare*, proxime accedit. quod vulgari fortaſſe interpreti, qui quædam ambigue, nec ideo inepte, reddit, vt *conſummandi* verbo vteretur, perſuaſit. rectius certe quam qui *obeundi*, aut *peragrandi*, vtuntur. Et hoc Rabanus vidit, qui, citante Thoma, *prædicit*, inquit, *quod non ante prædicationibus ſuis ad fidem omnes ciuitates Iſraël perducent.* Quanuis non recte aduentum Filii, de Domini reſurrectione interpretatur: vt quod dicitur, de obſtinata Iudæorum cœcitate intelligatur. qui ante vltimum Filii hominis aduentum in eum credituri ſint. Auguſtinus, *In illo vtique judicio, vel, circa illud judicium, has res dicimus eſſe venturas, & futuras. Eliam Thisbiten, fidem Iudæorum, Antichriſtum perſecuturum, Chriſtum judicaturum: mortuorum reſurrectionem, bonorum malorumque diremptionem, mundi conflagrationem, ejuſdemque reuocationem.* ex Apoſtoli loco Rom. 11. ṽſ. 26. Καὶ οὕτω πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται. quod tamen ita interpretatur Chryſoſtomus, vt dicat, πολλοὶ ἤδη ἐπίστευσαν, καὶ πάλιν πολλοὶ πιστεύσουσι. *multi jam crediderunt, multique credent.* Eodem capite dicitur, οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται; Pro quibus quinque Lucas poſuit, ac precium mutauit. οὐχὶ πέντε στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίων δύο. quod non mirabitur, qui cogitabit, in his talibus, cum proferuntur, vſitatam illam θεραπείαν, ſeu formulam, ἂν οὕτω τύχῃ, aut ſimilem, intelligi. Quæ interdum exprimitur, interdum intelligitur. Epictetus Enchiridio, Ἀλλὰ πόσου πιπράσκονται θρίδακες; ὀβολοῦ, ἂν οὕτω τύχῃ. *Cæterum quanti veneunt lactucæ? Obolo, aut circiter, ſi res ferat.* Sequitur, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ γῆν. Pro quo, non Chryſoſtomus modo, quod Eraſmo notatum, ſed & aduerſus Marcionem Epiphanius, εἰς παγίδα legit: vt & B. Hieronymus. Qui, *prouidentia Dei*, inquit, *ponit etiam quinque paſſeres, qui venduntur dipondio, gubernari. quorum vnus non cadit in*

In Matt. ṽſ. 23.

ṽſ. 29.

Ibid.

 laqueum,

In *laqueum, ſine Patris voluntate.* quod ex Amoſi cap.3.5. aut vltro in memoriam
Matt. illis irrepſiſſe, nobis ſedet. quia τὸ ἐπὶ τὴν γῆν idem eſſe exiſtimarunt, quod
εἰς παγίδα, & hoc notari. Locus Prophetæ eſt, Εἰ πεσεῖται ὄρνεον ἐπὶ τὴν γῆν
ἄνευ ἰξευτοῦ; εἰ σχασθήσεται παγὶς ἐπὶ τῆς γῆς; cujuſmodi non pauca, ex collatione
locorum, aut ſingulorum memoria, in contextum tranſlata. De quibus
Prolegomena, ſiue ea, quæ præmiſimus, videnda. Non multo poſt, cum
℣ſ.32. dicitur, Πᾶς οὖν ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν
αὐτῷ &c. notandum eſt, τὸ ὁμολογεῖν Helleniſtis, cum τὸ הודה vertunt, de
profeſſione vocis intelligi, neque aliud eſſe quam quod alias ἐξομολογεῖν dicunt:
quod ignorare non poteſt, qui in ipſis, aut in lingua, quam interpretantur,
verſatus eſt. Quid igitur in mente recentiori interpreti fuit, cum
agnoſcendi voce vſus eſt? qua nihil, meo quidem animo, dilutius excogitari
potuit. Et præceſſit, *Quod dico vobis in tenebris, dicite in luce, & quod in aure
auditis, prædicate in tectis.* Tertulliano quoque & Cypriano, qui ſeorſim ab
interprete antiquo abire ſolent, *confitendi* vox placuit. Hæc ergo, quod
ad mentem loci, illa eſt profeſſio, (ea enim voce hic vti non dubitem) de
qua Proſper, *Tam reprobi ſunt, qui verum quod credunt non loquuntur, quam
qui verum quod loquuntur, non credunt.* ad Pſalmos. Eodem capite legitur,
℣ſ.39. Ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀπολέσει αὐτήν, καὶ ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ,
εὑρήσει αὐτήν. vbi, εὑρεῖν τὴν ψυχήν, eo ſenſu dicitur, quo *donari anima* ab
Hebræorum Magiſtris, qui ſeruat præcepta. Vt cum ajunt, *eum qui culpam
admittit vnam, anima multari: eum, qui vnum præſtiterit præceptum, anima
donari.* vbi τὸ, *anima donari,* ex eo loco exponunt, *quæ faciet homo, & viuet in
illis.* quod vtriuſque ſæculi & hujus & futuri felicitatem complectitur. Mirifice
Tertullianus: *qui lucri habuerit animam ſuam, perdet illam: &, qui ami-
℣ſ.41. ſerit animam pro nomine meo, ſaluam faciet.* Paulo poſt, ὁ δεχόμενος, inquit,
προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου, μισθὸν προφήτου λήψεται. Vbi merces prophetæ eſt,
illa benedictio quæ εὐλογία ἐπὶ τῷ ποδὶ Geneſ.30.℣ſ.30. dicitur. Μικρὰ γὰρ ἦν ὅσα
σοι ἦν ἐναντίον μου· καὶ ηὐξήθη εἰς πλῆθος, καὶ εὐλόγησέ σε κύριος ἐπὶ τῷ ποδί μου, hoc eſt,
לרגלי, inquit Labano Iacobus. quod Laban ipſe paulo ante, εὐλόγησέ με ὁ Θεὸς
τῇ σῇ εἰσόδῳ. *ad ingreſſum tuum.* Pedem enim etiam pauperis accepti Deo,
cui bene fit, ſequitur benedictio Dei, qui bonum illud reddit. quanquam
illo loco de temporali benedictione, ſeu felicitate, agitur.

Cap. VII.

Caput vndecimum examinatur. Locus οὐκ ἐγήγερται μείζων τοῦ Βαπτιστοῦ. γεννητοὶ γυναικῶν. *interpretationem ejus è Luca petendam.* Ηὐλήσαμεν ὑμῖν καὶ οὐκ ὠρχήσασθε, *puerilis nænia. Verſus Hebræorum, qui poſtremis conueniunt ſyllabis: & quomodo dicti. Rythmi noſtri, vnde. Iambi Septenarii. Græcis poſterioribus Politici. Iohannes quomodo* μήτε ἐσθίων μήτε πίνων, *veniſſe dicatur. Venire Hebræis quis dicatur.* ἔρχεσθαι ἔν τινι. φάγος καὶ οἰνοπότης, *conuicium graue. De eo quid Iudæi ſenſerint. comedo, edax.* Ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς. *pro ſapientia ejus reſpondebunt ejus filii. teſtificabitur de me iuſtitia mea.* ἐπακούσεταί μου ἡ δικαιοσύνη μου. *Pro* Χωραζίν, Χώρα Σίν, *apud Originem.* Ἀποκριθεὶς εἶπεν, *Hebraiſmus.* ἀποκριθῆναι, *abſolute,* ἀντὶ τοῦ λέγειν ἢ εἰπεῖν. λέγων ἔλεγε. Ἐξομολογοῦμαί σοι Κύριε. ἐξομολογεῖσθαί τινι, *Helleniſtis quid. Auguſtini interpretatio. A qua & recentior interpres diſceſſit. Locus,* Οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν υἱόν. *an* ἐπιγινώσκειν *pro* γινώσκειν, *ponatur vt recentiori interpreti videtur. Aliter Chryſoſtomo viſum. & alibi, ipſi recentiori interpreti.* Ὁ ζυγός μου χρηστός. *iugum legis. recipere jugum legis.*

Cap. XI. ℣ſ.11. Capite vndecimo, cum de Baptiſta dicitur, Οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ, fatigant ſe veteres, cumque iis & recentiores
quidam, qui hic quærunt; quomodo ἐν γεννητοῖς γυναικῶν non fuiſſe
major

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

major Baptiſta dicatur, cum majorem fuiſſe conſtet Dominum. Et certe ſimpliciter hoc accepiſſe quoſdam, negari non poteſt. Chryſologus Ser.12. *Hoc Iohannem in natis mulierum fecit eſſe majorem, quando temulentia Herodem principem imperio mulierum reddidit homicidam.* Alii igitur ad vocem γεννητοῖς recurrunt, quam conuenire Chriſto negant, cujus mater, virum non agnouit: cum tamen palam ſit, atque ex iis quidam fateantur, τὸ γεννᾶν promiſcue, etiam de ſequiore ſexu, vſurpari. Alii τὸ γυναικῶν à virgine diſtinguunt. quaſi non Dominus γενόμενος ἐκ γυναικὸς Apoſtolo dicatur. Atqui manifeſte agi περὶ γεννητῶν ἐκ γυναικῶν, qui ſub veteri fuerunt Fœdere, euincunt quæ ſequuntur. quo ſpectat, ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. De Prophetis ergo agit, quod ex Luca ignorari non poteſt, qui ſic interpretatur. Diſerte enim, λέγω γὰρ ὑμῖν, μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν προφήτης Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ οὐδείς ἐστι. nam Theophylacti diſtinctionem, locum non habere hic, alii probarunt. Quid quod præceſſit, Ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; προφήτην; ναὶ, λέγω ὑμῖν, καὶ περισσότερον προφήτου. Ad quem locum eleganter Hilarius, *Gloriam omnem Io-* vſ. 9.
hannis Dominus oſtendit, dicens eſſe eum vltra prophetam: quia ſoli ipſi licuerit, & prophetare Chriſtum & videre. Et reuera, *ita redemptorem mundi nouiſſimus prophetauit, vt oſtenderet primus:* quomodo eleganter Maximus Taurinenſis loquitur. Sequitur nobiliſſimus locus, Ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε. quo vſ. 17.
Dominus eodem fere modo quo poëta Latinus puerili nænia, confirmat quod docet. Quis enim illud neſcit, *Roſcia, dic ſodes, melior lex, an puerorum Nænia, quæ regnum recte facientibus offert, Et maribus Curiis & decantata Camillis?* Ipſum autem carmen ejus generis fuiſſe videtur, quod שיר עובר Hebræis dicitur: quod ſolis ſyllabis poſtremis conuenit. Qualia etiam extra metrum in ſacris ὅση κόνις occurrunt. Vnde haud dubio rythmi poſtea nati ſunt. niſi quod ſyllabarum quoque numero factum ad cantillandum videtur נגננו ולא רקדתם שרנו קינה לא קוננתם. Si enim aliquantum poſtrema præſertim contrahas, Iambum ſeptenarium habebis, vt Varro eum vocat. Quo Romani paſſim Græcique, etiam antiqui, vtuntur. Poſteriores autem, nulla ratione ſyllabarum habita aut exigua, libros conſcripſerunt integros: vt Chiliadas ſuas Tzetzes. etiam qui lingua plane ſequiori vtuntur. Vulgo, Politicos dicunt, ac inter ſe cantillant. Extat & hodie in Gemara, quanquam paulo aliter, prouerbiiſque accenſetur, *Plorauì tibi, neque aduertiſti, riſi tibi, ſed non curaſti.* Cui interpretationis cauſa additur, *Væ tibi, qui non diſtinguis* בין טוב לביש, *inter bonum malumque.* Hoc interim cum dixit, ſimul habuiſſe in animo locum Ezechielis 33.32. videtur, Καὶ γίνῃ αὐτοῖς ὡς φωνὴ ψαλτηρίου ἡδυφώνου, εὐαρμόστου· καὶ ἀκούσονταί σου τὰ ῥήματα, καὶ οὐ μὴ ποιήσωσιν αὐτά. Vbi Thargumiſtæ, eris vt cantio אבובין, αὐλῶν, hoc eſt, αὐλητῶν. Vt ſi quis Latine dicat, ſe aliquid non pluris facere quam ambubaiæ cantum. qua voce, cum Syrorum ſit, Latini vtuntur. Quæritur, quomodo μήτε ἐσθίων μήτε πίνων, Io- vſ. 18.
hannes veniſſe dicatur. quod à vero abhorrere, ſi ſimpliciter accipiatur, quiuis videt. Venire Hebræis dicitur, qui profitetur aliquid aut docet. Quid Iohannes docuit? auſteritatem vitæ, & jejunium. Qui jejunat, qua jejunat, οὔτε ἐσθίει, οὔτε πίνει, *nec comedit nec bibit.* Venit Iohannes *jejunans, jejunium profeſſus.* Notum illud, Καὶ ἦσαν οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων, νηστεύοντες. Quod eſt, μήτε ἐσθίοντες, μήτε πίνοντες. abſtinet enim qui jejunat. Et hoc vult Hebraiſmus, ἔρχεσθαι ἐν τινὶ, quo nemo crebrius quam Apoſtolus vtitur. Talia ſunt ἐλθεῖν ἐν ῥάβδῳ. ἐλθεῖν καθ' ὑπεροχὴν λόγου ἢ σοφίας, & ſimilia. Adeo non leue eſt conuitium, quod ſequitur, φάγος καὶ οἰνοπότης, qui זולל וסובא in Lege dicitur, vſ. 19.
vt per gradus eo deueniri Hebræorum magiſtri velint. Exempli cauſa, eum qui primo immorigerum parentibus ſe præbet, eo tandem dilabi, vt paterna abligurriat bona: ac tum ita dici. quales, vbi facultates deſunt, vias obſident, aut aliis ſceleribus ſe dedunt. Plane, vt locum illud Satyrici hic

 habeat,

IN habeat, *Nemo repente fuit turpiſſimus.* Ipſe locus, de quo agitur, Deut. 21. 20.
MATT. extat. *Dicentque ſenioribus vrbis illius, Filius noſter iſte proteruus & contumax
eſt. non eſt obediens voci noſtræ: epulo & potator eſt.* Ex quo certe apparet,
quam recte φάγον, *comedonem*, dixerit Eraſmus, non, *edacem*. *Edax* enim is,
qui, vt facete idem loquitur Satyricus, *edendi vſum* acquirit. *comedo*, qui jam
habet: adeo, vt nihil reſtet quod abſumat. Quam diſtinctionem ipſi Gema-
riſtæ admittunt, qui priorem dum edax tantum eſt, adhuc סורר ומורה, ἀπειθοῦντα
καὶ ἐρεθίζοντα, vt loquuntur Helleniſtæ, *rebellem*, ex Lege dici, vbi bona immi-
nuere aut vorare cœpit, *epulonem & potatorem*, זולל וסבא, nuncupari obſeruant.
Viri eruditiſſimi, qui aliter ſentiunt, neque audiendi ſunt, neque ſatis eas
voces aſſecuti ſunt. odioſo enim atque inuidioſo nomine grauatum ſe Do-
Ibid. minus oſtendit. Paulo poſt ſequitur, καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς.
Hoc autem, quod alias Hebræi eleganter dicunt, *pro ſapientia ejus reſpon-
debunt ejus filii.* Vt parallelus, & quaſi ad interpretationem hujus loci ſcri-
ptus videatur ille Geneſ. 30. 33. vbi Iacobus וענתה בי צדקתי. Quod recte eruditi,
& teſtificabitur de me juſtitia mea. ad verbum, *pro me reſpondebit juſtitia mea:*
ſiue, *ab aliorum judiciis juſtitia me vindicabit mea.* Mirifice Helleniſtæ, qui-
bus placuit, καὶ ἐπακούσεταί μου ἡ δικαιοσύνη μου. Inprimis vero optime Chaldæus
voce סהד vſus eſt. vt ſit, *teſtificabitur mihi juſtitia mea.* Nec abludit, quod
B. Hieronymus ad Eſaiæ quinquageſimum tertium, de æterna quoque Sa-
pientia recte id dici notat. *Non juſtificari quippe vt eſſe incipiat, quod non eſt,*
ẏſ. 21. *ſed, vt, quod eſt, omnibus appareat.* Addit Dominus, Οὐαί σοι Χοραζίν. vbi Origi-
nes χώρα Ζὶν legebat. Καὶ ἐκ τοῦ εὐαγγελίου δὲ, inquit, ἔτι παρὰ τὰ εἰρημένα ἐστὶ τὰ ὅμοια
παραθέσθαι, περὶ τοῦ καὶ τὸν Σωτῆρα κακῶν αἴτιον δοκεῖν γεγονέναι τισίν. Οὐαί σοι χώρα Ζὶν, οὐαί
σοι Βηθσαϊδάν. Deinde, προγνώστης γὰρ ὁ Θεὸς ὢν, τῆς ἀπιστίας τῆς ἐν χώρᾳ Ζὶν, καὶ τῆς ἐν Βηθσαϊ-
δάν. Item, διὰ τί τὰ τεράστια ἐπετέλει ἐν χώρᾳ Ζὶν, καὶ ἐν Βηθσαϊδάν? quæ in Philocalia
ẏſ. 24. ejus hodie leguntur. Addit idem Dominus, Πλὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι γῇ Σοδόμων
ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ σοί. De quibus Sodomitis in jure ſuo ita Iudæo-
rum diſputant Magiſtri, vt fateantur, ὅτι ἀνεκτότερον ἐκεῖ τοῖς Σοδόμοις ἢ ἄλλοις
τισὶν ἔσται. *meliorem quam aliorum quorundam, Sodomorum in judicio conditio-
nem fore.* Inter quos alios, eos ponunt, qui diluuio interierunt. quos neque
ſæculi futuri participes fore, neque in judicio comparituros, volunt. Sodo-
mitas vero æternæ quidem vitæ participes non fore: in judicio comparitu-
ros tamen. Itaque ἀνεκτότερον αὐτοῖς ἔσται, quod hic dicit. quanuis Rabbi Nehe-
mias id negaret. Dei vero Sapientia, omni Iudæorum jure major æquior-
que, & judicio ſiſtendos, & in eo ἀνεκτότερον fore illis, pronunciat. licet aliud
ſit ſtare, aliud conſiſtere in judicio: quod nemo ignorare poteſt. Eodem fere
ẏſ. 25. loco cum legitur, Ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἐξομολογοῦμαί σοι
πάτερ, κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, dubium non eſt, quin cum vehementia, & ſeor-
ſim à reliquis, hæc à Domino pronunciata ſint. Quod enim ἀποκριθεὶς εἶπε,
dixit, tale eſt, ac ſi, λέγων ἔλεγε, vel λέγων εἶπε, noto Hebraiſmo dixiſſet:
quemadmodum ἀποκριθῆναι paſſim in his libris dicitur, qui nullo præeunte
dicit. Quemadmodum de Angelo, qui prior loquitur, ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἄγγε-
λος εἶπε ταῖς γυναιξί. Matth. 28. ẏſ. 5. Atque ita Lucas, ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι ὁ
Ἰησοῦς, καὶ εἶπε, *exultauit Ieſus Spiritu, & dixit.* Quid autem dixit? Ἐξομολογοῦμαί
σοι. Vbi vetus interpres ſimpliciter, *confiteor:* operoſius recens, *gratiam tibi
tribuo.* Aliter Helleniſtæ, apud quos quid ſit ἐξομολογεῖσθαι τῷ κυρίῳ, ſciunt
qui in ſcriptis eorum verſati ſunt. Ergo ἐξομολογοῦμαί σοι, *laudo te.* Quod &
ipſe Auguſtinus vidit: qui, *notandum*, inquit, *confeſſionem poni in laudem Dei,*
Quæſt. in Matth. Quæ vel ſola verba ſi adduxiſſet, cæteris defungi eruditiſſi-
ẏſ. 27. mus vir poterat, qui de confitendi hic voce diſputauit. Ait Dominus, καὶ οὐδεὶς
ἐπιγινώσκει τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατήρ, οὐδὲ τὸν πατέρα τις ἐπιγινώσκει εἰ μὴ ὁ υἱός. Vbi, cur eru-
ditiſſimus interpres, τὸ ἐπιγινώσκειν pro γινώσκειν poni velit, nondum ſatis video.
Aliter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Aliter certe Chryſoſtomus, qui cognitionem accuratam, ſiue, vt ille loquitur, τὴν ἀκριβῆ γνῶσιν, ita denotari vult. inſuper & Marcionem damnat, qui vt de ignoto quodam omnibus Deo, hoc accipit. *Neque quenquam eſſe negat, Dominus*, inquit idem ille, *qui Deum nouit, ſed qui Patrem vt Filius, quemadmodum qui Filium, vt Pater.* Ipſe autem ἐπίσταται interpretatur: quod plus eſt quam γινώσκειν. Quaſi dicas, *nouit, vt eſt*, vel, *qualis eſt*: quemadmodum alias loqui ſolent Sacræ literæ. Ipſe interpres tamen qui hoc notat, cum 1 Corinth. c.16.v.18. ἐπιγινώσκετε οὖν τοὺς τοιούτους, *agnoſcite itaque qui ſunt ejuſmodi*, reddidiſſet; *id eſt, tales ducite*, inquit, *quales ſunt reuera*. vbi, *cognoſcite*, vulgata habet. Dominus cum dixit, ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς, Iudæos qui aſſiduum & onerosum legis ſuæ ſtudium עול תורה, *jugum legis*, dicunt, reſpexiſſe videtur. Vt cum apud eos legitur, *Quicunque recipit ſuper ſe jugum legis, tollitur ab eo jugum regni, victuſque quærendi jugum.* quod magiſtro Nechuniæ aſſcribunt. De quo jugo eleganter Ambroſius: *Iudæi corporali miniſterio juga ſibi legis imponunt. Et ideo, ſecundum Prophetam, Dirumpamus vincula eorum, & projiciamus à nobis jugum ipſorum. Chriſtum enim recepimus, qui ceruicibus jugum mite ſuſpendit.* In Matt.

Cap. VIII.

Duodecimum caput. & in eo pluſcula notata. Τίλλειν στάχυας καὶ ἐσθίειν. *Lege id permiſſum. Panes propoſitionis. panes profani. panes loco profanorum. profanum aliter atque aliter Hebræis ſumi.* λαϊκά. *panis* λαϊκός. βεβηλοῦν ἐν τῷ ἱερῷ τὸ σάββατον. *quomodo id fieret. & quæ ſabbatho fierent. Sabbatho permiſſa circumciſio. vt & ſingula, ex Magiſtrorum ſententia, quæcunque ad eam requirebantur. Hilarius. Diluta veterum quorundam interpretandi Sacra, ratio. Locus nobilis ac illuſtris,* ἕως ἂν εἰσβάλλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν. *Eſaiæ cum Matthæi confertur. Obolus prophetæ loco ab Origine præfixus. & quare. Locos qui ab Euangeliſtis citantur, nonnunquam contrahi. ejus ratio ac modus. obſcuritas ex eo parum intellecta. Diuerſos quoque ab illis jungi aut connecti. id exemplis aliquot probatum. Locus Eſaiæ & Iobi, ab Euangeliſta conjunctus.* Εἰσαγαγεῖν εἰς νῖκος τὸ κρῖμα. εἰς νῖκος. εἰς τέλος. *vtrunque pro eodem vſurpari.* εἰς ἀλήθειαν ἐκφέρειν κρίσιν. τὸ ἀληθὲς *&* τὸ πιστὸν *pro eodem Helleniſtis.* ἐκβάλλειν κρίσιν, *ex Syrorum vſu.* εἰς νῖκος, *pro,* εἰς τέλος, *etiam Patribus vſitatum. Ejicere vſque ad victoriam judicium, quod veteri interpreti; proferre ad judicium victoriam, quod recentiori placuit. Locus,* οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν τῷ Βεελζεβούλ. Βεελζεβούλ. Βεελζεβοὺβ *quid. vnde* ἄρχων δαιμονίων. Μυῖα *de malo ſpiritu: & qualis* μυῖα, *ſiue muſca.* Βάαλ μυιῶν, Θεὸς Ἀκκαρῶν. *Locus* περὶ ἀργοῦ λόγου. *& quare de eo egerit Dominus. Stolida de eo Iudæorum doctrina.*

INitio duodecimi Capitis occurrit illud, cum per ſata tranſirent, τίλλειν στάχυας καὶ ἐσθίειν, *vellere ſpicas & edere*, diſcipulos cœpiſſe. Quod in lege permiſſum. imo, & συλλέγειν ἐν ταῖς χερσὶ, *colligere manibus*. Dictum erat, Ἐὰν δὲ εἰσέλθῃς εἰς ἀμητὸν τοῦ πλησίον σου, καὶ συλλέξεις ἐν ταῖς χερσί σου στάχυας. Deut.23.24. Ea tamen lege ne falx immitteretur. vnde quod ſequitur, *falce autem non metes*, ad meſſores nonnulli tranſtulerunt. Quod aliter Helleniſtæ, εἰς ἄγγος οὐκ ἐμβαλεῖς. Non igitur, id non licere dixerunt quod dicere ex Lege non poterant: non licere autem ſabbatho, quod ex inepta Legis interpretatione aut traditione poterant. Paulo poſt de Dauide dicitur, ὅτι τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν, οὓς οὐκ ἐξὸν ἦν αὐτῷ φαγεῖν. Atqui Dauid, in hiſtoria quam tangit, loco profanorum panes illos ſe habere teſtatur 1 Sam.c.21. ℣ſ. 5. *Et ipſe panis eſt more profani.* Quare? Quia à conſpectu Domini remoti jam erant panes iſti, atque in eorum locum alii tum ſubſtituti. quem locum Cap. XII. ℣ſ. 1.

mirifice reddiderunt Helleniſtæ, καὶ αὐτὴ ἡ ὁδὸς βέβηλός ἐστι: vt & vulgaris in-
In terpres: cujus cauſam reddiderunt eruditi. Et Achimelechus, de pane
Matt. interrogatus, reſpondet, οὐκ εἰσὶν ἄρτοι βέβηλοι ὑπὸ τὴν χεῖρά μου, εἰ μὴ ὁ ἄρτος
ὁ ἅγιος. Et tamen Dauid, ὡσεὶ βεβήλους, ſiue, *profanorum loco*, jam eſſe dicit.
Porro, profanum, aliter atque aliter Hebræis ſumitur. Non enim, quæ jam
ſacra amplius non eſſent, ideo λαϊκὰ fiebant, aut populo expoſita. Quæ cauſa
fuit, quare Aquila, Theodoreto teſte, in Achimelechi verbis, non eſſe ſibi
ἄρτους λαϊκούς, hoc eſt, *qui populi jam vſibus exponi poſſent*, erudite reddiderit.
Neque enim, quod jam dixi, quæ exempta erant conſecrationi, ſtatim po-
puli fiebant, ſed ſacerdotibus cedebant. Quare optimus interpres pariter ac
conſummator Legis dixit, οὓς οὐκ ἐξὸν ἦν αὐτῷ φαγεῖν, οὐδὲ τοῖς μετ᾽ αὐτοῦ. neque
Dauid eos jam βεβήλους, ſed חל דרך, ὡσεὶ βεβήλους, *quaſi profanos*, eſſe dixit.
vſ. 5. Paulo poſt de ſacerdotibus dicitur, ἐν τῷ ἱερῷ τὸ σάββατον βεβηλοῦσι καὶ ἀναίτιοί εἰσι.
Quod inprimis ad ſacrificia nonnulli referunt. in quibus cædenda ligna,
ignis accendendus, & ſimilia agenda eſſent. Eraſmus in Paraphraſi, *Si tan-
tum tribuitur ſacrificio, vt, qui illi ſeruit, impune violet ſabbatum.* Theophyla-
ctus, ὁ νόμος ἐκώλυεν ἐν τῷ σαββάτῳ ἐργάζεσθαι. οἱ οὖν ἱερεῖς ἐν τῷ σαββάτῳ καὶ ξύλα
ἔσχιζον, καὶ πῦρ ἧπτον· ὥστε ἐβεβήλουν τὸ σάββατον, τουτέστιν ἐμίαινον. *Lex vetabat ope-
rari ſabbatho. & tamen ſacerdotes ſabbatho ſcindebant ligna, & ignem accende-
bant. Profanabant ergo ſabbathum, hoc eſt, polluebant.* Peluſiota, *Profanabant,*
inquit, *ſabbathum, quia ligna cædebant, ignem accendebant, victimarum carnes
diſtribuebant die ſabbathi, ſacrificia ex his fiebant. Quod eſt opus facere,* inquit.
Itaque, vt eleganter idem loquitur, καὶ συμβαίνει βεβηλοῦσθαι μὲν τὸ σάββατον τῇ
ἐργασίᾳ· ἀναιτίους δὲ εἶναι τοὺς ἱερεῖς τῇ διαφορᾷ τῆς ἐργασίας. *Profanabatur ſabbathum,
quod opus fieret. interim extra culpam, diuerſitate operandi ſacerdotes erant.*
quem lib. 1. Epiſtola 27. vide. Quibus quæ ad circumciſionem ſpectabant,
quæ ſabbatho fiebat, è Iudæorum libris adjicere non metuam. quo die,
vt Magiſtri eorum docent, circumcidebant, denudabant, ſanguinem, cum
opus eſſet, exprimebant: vulneri denique cataplaſma imponebant. Quem-
admodum cum docent, aqua calida, tum quæ pridie ſabbathi, tum, quæ ipſo
ſabbathi die calefacta eſt, ablui in circumciſione puerum poſſe. animam
quippe hic periclitari: cum metuendum ſit, ne expiret puer. aliaque ejuſ-
dem generis, de quibus multis ac diſtincte ipſi. Quo reſpexit Dominus Io-
hannis 7. cum dixit, καὶ ἐν σαββάτῳ περιτέμνετε ἄνθρωπον. Εἰ περιτομὴν λαμβάνει
ἄνθρωπος ἐν σαββάτῳ, ἐμοὶ χολᾶτε, ὅτι ὅλον ἄνθρωπον ὑγιῆ ἐποίησα ἐν σαββάτῳ; vt
appareat, ne circumciſionem quidem in hoc argumento excludendam. Mi-
rum eſt, quam leui opere hic defungantur alii. Hilarius inprimis, *Sabbathum
in templo ſacerdotes,* inquit, *violant ſine crimine. Templum, ſcilicet: ſeipſum in-
dicans, in quo per Apoſtolicam doctrinam, populo legis infideliter ociante, ſalus
gentibus datur. quia major ipſe ſit ſabbatho, & abſque violatæ Legis culpa, Euan-
gelica fides operetur in Chriſto.* Quæ vt vera ſunt fortaſſe, ita ſenſus literalis
interpretationem antecedat neceſſe eſt. Quem qui negligunt, quid præter
ἀνάρμοστον Theologiam profitentur? quæ extra ſenſum loci vagatur. Non
enim tantum quæritur quid vere dicatur, ſed & quid primario, tum, quid
vſ. 20. appoſite dicendum ſit. Inter eos autem qui eruditos fatigarunt, reponatur
ille, ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν. quorum quiſque hoc egit, vt Matthæum
eadem dixiſſe cum Propheta probaret. quod & nobis ſerio agendum. Pri-
mo autem certum eſt, longe aliam interpretationem Græcam, ſiue ſuam,
ſiue tum receptam, hic ſecutum eſſe Euangeliſtam. Nam hoc tempore Hel-
leniſtæ habent, Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ· Ἰσραὴλ ὁ ἐκλεκτός μου, προσεδέ-
ξατο αὐτὸν ἡ ψυχή μου. Δέδωκα τὸ πνεῦμά μου, ἐπ᾽ αὐτόν. Κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει. οὐ κε-
κράξεται οὐδὲ ἀνήσει, οὐδὲ ἔξω ἀκουσθήσεται ἡ φωνὴ αὐτοῦ. κάλαμον τεθλασμένον οὐ συν-
τρίψει, καὶ λίνον καπνιζόμενον οὐ σβέσει· ἀλλὰ εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει κρίσιν. Ἀναλάμψει καὶ οὐ
θραυ-

θρααυσθήσεται, ἕως ἂν θῇ ἐπὶ τῆς γῆς κρίσιν, καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. Extat IN
autem Eſaiæ 42, verſu primo & deinceps. Quo loco voci primæ, obolum, vt MATT.
veteres obſeruant, hoc eſt notam hanc ÷ præfixerat Origines: quod in He-
bræo non extaret. nihil enim ibi de Iacobo. Chaldæi diſerte, vbi παῖς μου
dicitur, Meſſiæ ſimul nomen expreſſerunt. In Hebræo eſt, הן עבדי, *ecce ſeruus*
meus. Thargumiſtæ, הא עבדי משיחא, *ecce ſeruus meus Meſſias*. Helleniſtæ, vt dixi.
Euangeliſta locum, ſed eruditiſſime, contraxit. Nuſquam autem major ab
Euangeliſtis difficultas eruditis ſolet objici, quam vbi locos contrahunt.
(quod Hebræis vel inprimis vſitatum qui, vt alibi, ni fallor, dixi, ſæpiuſque
ſuo loco poſtea dicendum erit, nota τοῦ 'וגו indicare id ſolent.) Accedit huic,
quod diuerſos interdum jungunt aut contexunt. Quemadmodum cum ipſe
Dominus Matth. 21. ℣ſ. 5. ex Eſaia & Zacharia celeberrimum illum con-
texit: *Dicite filiæ Sion, Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, & ſedens ſuper aſi-*
nam, & pullum filium ſubjugalis. Nam priora verba, *Dicite filiæ Sion*, ex Eſaiæ
62. ℣ſ. 11. deprompta ſunt. Ibi enim, *Dicite filiæ Sion, Ecce ſalus tua venit*. cæ-
tera Zachariæ 9. ℣ſ. 9. nunc leguntur: quæ proprie huc ſpectant, & de aſina
dicuntur. Sic eodem capite quod dicitur, *Domus mea, domus precum vocabi-*
tur, apud Eſaiam c. 56. ℣ſ. 7. extat. Quod vero ſequitur, *vos autem eam, ſpe-*
luncam latronum feciſtis, fruſtra ibi quæras, cum ſit παρῳδία loci Ieremiæ:
Num vt ſpelunca latronum facta eſt domus hæc, ſuper quam inuocatum eſt nomen
meum in oculis veſtris? Omitto alios, vt Matthæi 27. ℣ſ. 9. 10. de quo ibi mul-
tis egimus. Marci 1. ℣ſ. 2. & 3. vbi Malachiæ & Eſaiæ loci contexuntur.
Actor. item 1. ℣ſ. 20. vt & Petri 1. c. 2. ℣ſ. 6. & 7. Euangeliſta ergo locum
Eſaiæ ſic adduxit, vt ſimul Iobi alium, qui capite 23. ℣ſ. 7. legitur, in animo
habuerit reſpexeritque. Is autem eſt, ἐξαγάγοι δὲ εἰς νῖκος μου τὸ κρῖμα, ſeu, τὴν
κρίσιν. pro quo in nonnullis hodie exemplaribus εἰς τέλος, quod tantundem
Helleniſtis eſt, legitur. Vbi Chryſoſtomus, vt recte ad eum locum notarunt
eruditi, illud εἰς τέλος, νικῶσαν καθ' ὑμῶν ψῆφον καὶ τετελειωμένην, *plenam victoriæ*
perfectamque contra vos ſententiam, interpretatur. Cauſam autem addit, ὅτι
παρ' Ἑβραίοις τὸ τέλος καὶ ἡ νίκη διὰ μιᾶς σημαίνεται λέξεως. *quia Hebræis victoria &*
finis eodem vocabulo dicuntur. quemadmodum & in loco Iobi, *perueniet ad*
victoriam judicium meum, vetus reddidit interpres: pro quo *in perpetuum* &
Vatablus & alii ſubſtituerunt. Certe τὸ לנצח, nunc εἰς τέλος, nunc εἰς νῖκος,
Helleniſtæ reddunt. Ita in Threnis Ieremiæ, ἵνα τί εἰς νῖκος ἐπιλήσῃ μου; Amoſi
8. 7. Ὀμνύει κύριος καθ' ὑπερηφανίαν Ἰακώβ, εἰ ἐπιλησθήσεται εἰς νῖκος πάντα τὰ ἔργα
αὐτῶν. quod eſt, ſiue εἰς τέλος, ſiue ἕως τέλους, vt iidem Helleniſtæ alias. Ita
nunc Matthæus poſtquam locum Eſaiæ, vſque ad illa, ἀλλὰ εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει
κρίσιν, adduxiſſet, pro cæteris quæ ſequebantur, ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν
κρίσιν, dixit. Quibus duo illa, ἀλλὰ εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει κρίσιν, &, ἕως ἂν θῇ ἐπὶ
τῆς γῆς κρίσιν (quæ cum apud Eſaiam extent, à ſcriba alterum, propter vo-
cem κρίσιν, quæ repetitur, omiſſum, B. Hieronymus exiſtimabat) appoſite
complexus eſt. Adde, quod nec aliud, in quo tantopere deſudant eruditi,
ab Euangeliſta dictum: qui τὸ אמת, vt τὸ אמונה plerunque Hebræi, pro, ſtabili-
tate accepit. quemadmodum τὸ לאמת, quod, εἰς ἀλήθειαν, conuertunt, nihil
aliud quam firmitatem aut ſtabilitatem notat; & τὸ נאמן, modo ἀληθὲς, non-
nunquam πιστὸν Helleniſtæ reddunt. quod qui non aſſequitur aut hactenus
non obſeruauit, multum cum iis hactenus commercii habere non potuit.
Verum quid vlterius hæremus, cum poſtrema pene ad verbum, Pſalmo
quoque nonageſimo quarto, verſu 14. & deinceps, legantur? *Quia non de-*
relinquet Iehoua populum ſuum, & hæreditatem ſuam non derelinquet, quoad
vſque ad juſtitiam reuertetur judicium. Helleniſtæ, ἕως οὗ δικαιοσύνη ἐπιστρέψει εἰς
κρίσιν. Quod Matthæi verbis, quæ hic extant, recte dicas, ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς
νῖκος τὴν κρίσιν. Adde quod ἐκβάλλειν, pro ἐκφέρειν, ſiue ἐξάγειν, ex Syrorum
conſue-

conſuetudine ac vſu dixit. quod in Nouo Fœdere Helleniſtis vſitatum. Sic
In Matt. Matthæi 12. 35. ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ ἐκβάλλει τὰ ἀγαθά· καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ ἐκβάλλει πονηρά. vt & paſſim. eſt enim אפק, quod τῷ יוציא expreſſit Eſaias. Quid quod ipſi Patres, τὸ εἰς νῖκος καὶ εἰς τέλος, confundunt? Aduerſus Origeniſtas Epiphanius, Πρόσχες γάρ, ὡς ἔφην, μήτι τὸ παραβλῶψαι τὸν ἄνθρωπον, ἡ μεγάλη χεὶρ εἰς νῖκος καταλεῖψαι τὸ ἑαυτῆς ἔργον οὐκ ηὐδόκησεν, ὡς κίβδηλον. *Attende enim, quia, vt dixi, magna illa manus, in perpetuum deſerere opus ſuum conueniens, tanquam vile, non putauit.* Vbi εἰς νῖκος, εἰς τέλος, *in perpetuum, ad finem.* propter τὸ לנצח, quod & νῖκος, ſiue νίκην denotat, & τέλος. Optime ergo, ne quid hæreant in poſterum hic eruditi, mentem Eſaiæ expreſſit Matthæus: apud quem εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει κρίσιν, reddiderunt Helleniſtæ. Ita vt nec ineleganter ad locum Iobi reſpexerit, vbi ἐξάγειν εἰς νῖκος τὴν κρίσιν, pro eodem dicitur. cum nihil aliud quam Eſaias dixerit Iobus, neque aliud quam Iobus dixerit Euangeliſta: ſiue ad Iobi quoque locum reſpexerit, ſiue ſolum Eſaiæ locum, quem contraxit, interpretatus eſt. Idem εἰς ἀλήθειαν, quod εἰς τέλος: pro quo paſſim, τὸ εἰς νῖκος, ab Helleniſtis, & qui eos ſecuti, vſurpatur. Quid ni enim? cum idem לאמת, ſit & לנצח. quod eſt, *in perpetuum*, ſiue, *vſque ad finem*. Vetus interpres, *donec ejiciat ad victoriam judicium.* nullo, aut obſcuro ſenſu. Syriaſmum quippe expreſſit potius quam intellexit. Recentior, *vſque dum proferat ad victoriam judicium.* quod Mercerus, Vatablus aliique in Iobo cæteriſque Sacris antiqui Fœderis autoribus mutarunt. Cur autem non ſimpliciter, *donec ad finem judicium perducat?* quod Matthæus voluit. Τέλος quippe & νῖκος in voce Hebræa confunduntur, quæ eſt נצח. quare & Helleniſtis ex perpetua eorum conſuetudine in לנצח confunduntur. quod nemo, niſi qui hos non inſpexit,
ỳſ. 24. ignorare poteſt. In ſceleſto illo Phariſæorum judicio, Οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν τῷ Βεελζεβοὺλ, ἄρχοντι τῶν δαιμονίων, quærunt quid Βεελζεβοὺλ ſit eruditi. qui hic per contemptum id efferri volunt. Atqui ſequitur interpretatio, de qua mirum, cur non cogitarent. quanquam neque ea quidem ſit interpretatio τοῦ Βεελζεβοὺλ, ſed alterius, quod quædam exemplaria vbique repræſentant: Βεελζεβοὺβ nimirum. Quid ſit autem בעל nemo neſcit, quod hic ἄρχων dicitur. Τὸ זבוב autem collectiuum. vt cum dicitur, *ſibilabit Dominus* לזבוב *ad muſcam*, Eſaiæ 7. Ergo, Βεελζεβοὺβ, ἄρχων μυιῶν: aut, vt Helleniſtæ, βάαλ μυιῶν. Ita 2 Reg. c. 1. ỳſ. 2. πορεύθητε καὶ ἐπερωτήσατε διὰ τοῦ βάαλ μυιῶν Θεοῦ Ἀκκαρών. quomodo & ibi, & paulo poſt, legendum. Iam vero τὸ זבוב non vulgaris muſca, verum θανατώδης, ſeu lethalis, vt Hebræi docent. Nihil autem æque vſitatum eſſe, quam vt venenoſo animali, & alato quidem, conferantur τὰ δαιμόνια, quæ ſuo modo volant & in aëre verſantur, notum eſt. Sed & alia cauſa, cur, qui βάαλ μυιῶν & ἄρχων μυιῶν exponitur, ἄρχων δαιμονίων dicatur. Siue igitur ſeorſim dicant, ἄρχοντα δαιμονίων, vt nono capite hic Euangeliſta, Οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἔλεγον, ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, nihil aliud quam Beelzebub intelligunt: ſiue ipſam vocem, vt hic, ponant, & alteram ſubjungant, nihil aliud quam interpretationem vocis addunt. vt ſi dicas, Ἀββα, πάτερ. hoc eſt, *Abba*, quod deſignat, *pater*. qualia hic paſſim: & hoc ſemel monendum videbatur. Plures reperiri arbitror, qui locum præcla-
ỳſ. 36. rum illum, λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀποδώσουσι περὶ αὐτοῦ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, legant, quam qui intelligunt, aut quo reſpexerit Dominus, examinent. Poſtquam verum Doctorem ejuſque in docendo munus, graphice ac efficaciter ſupremus Doctor deſcripſit, addit, quod nemo, niſi qui faſtum & arrogantiam eorum, qui ſe Doctores dicebant, ex ipſorum ſcriptis didicit, ſatis aſſequitur. qui pronunciare audebant, ὅτι καὶ ἐξ ἀργοῦ λόγου τοῦ διδασκάλου ὠφεληθήσεται ὁ μαθητεύων. *etiam ex ocioſo Doctoris ſermone, profectus facturum eſſe diſcipulum.* Quem ἀργὸν λόγον שיחה בטילה, ad verbum,

ἀδολεσχίαν

ἀδολεσχίαν ἔργον dicebant. Tanta fiducia, vt talium de rebus etiam profanis IN
ac nihili colloquia, ejuſmodi eſſe affirmarent, vt ex iis conſuetudinem vi- MATT.
uendi cum ſingulis ac rationem, quiuis facillime addiſceret. De quo inter
cæteros ad Pſal. 1. Kimchius.

CAP. IX.

Caput decimum tertium examinatur. Parabola ſerentis. διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς.
ἐπιπολαιόφυτοι, ἐπιπολαιόρριζοι, βαθύρριζοι, πολύρριζοι, πολυκάλαμοι, *nomina*
hac occaſione Græcis vſitata. ὁ προσκαιρόπιστος. ὁ βεβαιόπιστος. ὅπως πληρωθῇ.
locus Eſaiæ, qui huc facere videtur; licet multum, ſi ad Hebræum examine-
tur contextum, diuerſus. Διὰ τοῦ Προφήτου. *& quis Propheta. Aſaph, nempe, & pro*
ejus nomine lectio à B. Hieronymo in hoc loco notata. pro eo ſuppoſitum Eſaiæ
nomen. tandem & τοῦ Προφήτου. *loco mutando occaſionem quis dederit. Locus,*
διὰ τοῦτο πᾶς ὁ γραμματεὺς μαθητευθεὶς τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. μαθητεύειν τῷ Ἰησοῦ.
Locus, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ παλαιὰ καὶ καινά. *ejuſdem loci inter-*
pretatio è Leuitico. θησαυρὸς *hoc loco quid.* τὸ γραμματεὺς *quomodo accipien-*
dum hoc loco. ἐκβάλλειν ἐκ τοῦ θησαυροῦ, *Syriaſmus.* Ὁ τέκτονος υἱός. *Ioſephus quo-*
modo τέκτων. *Fabri reſtaurando templo.* οἱ ποιοῦντες τὰ ἔργα εἰς τὴν ἐργασίαν οἴκου
κυρίου, καὶ τῶν ἐπισκόπων ἔργου κυρίου. ὁ τέκτων, ὁ υἱὸς Μαρίας. *cui firmando, quod de*
exſtruendo templo à Domino apud Iohannem extat, adfertur.

IN Parabola ſerentis, ſiue ſeminantis, non procul ab initio, occurrit CAP.
illud, ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰ πετρώδη, ὅπου οὐκ εἶχε γῆν πολλήν, καὶ εὐθέως ἐξανέ- XIII.
τειλε, διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς. Qui locus antiquis occaſionem dedit ℣ſ. 5.
Theologis, vt ἐπιπολαιοφύτους, & ἐπιπολαιορρίζους quoſdam eſſe dicerent: qui
radices quidem, ob defectum autem terræ, in ſumma ejus parte agerent, ſed
& exiguas haberent: quibus ii, quos non minus eleganter, βαθυρρίζους, πολυρρί-
ζους, & πολυκαλάμους dixerunt ipſi, opponuntur. In eadem Parabola, in qua
interpellatus à ſuis pergit idem Dominus, eſſe ab eo dicitur, ὁ τὸν λόγον ἀκούων, ℣ſ. 21.
καὶ εὐθὺς μετὰ χαρᾶς λαμβάνων αὐτόν. Additur autem, οὐκ ἔχει δὲ ῥίζαν ἐν ἑαυτῷ, ἀλλὰ
πρόσκαιρός ἐστι. qui non alius quam ὁ προσκαιρόπιστος: cui τὸν βεβαιόπιστον iidem
Theologi opponunt. Marcus Eremita, de iis qui ſe operibus juſtificari poſſe
credunt: Ἡ τῶν ἔξωθεν κακοπιστία ἐν τοῖς ὑπογεγραμμένοις ἐλέγχεται ὑπὸ τῶν βεβαιοπίστων
καὶ ἐπεγνωκότων τὴν ἀλήθειαν. *Eorum qui extra eccleſiam ſunt mala fides in iis quæ*
præſcripta ſunt, ab iis qui firmiter credunt ac nouerunt veritatem, arguitur. &
ita paſſim idem ille. De baptiſmo, Δεκτικοὶ γὰρ τούτων ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος γεγόνα-
μεν· τυχεῖν δὲ αὐτῶν μόνοι καταξιοῦνται οἱ βεβαιόπιστοι. *Hæc enim recipere à baptiſmo*
potuimus: conſequi autem ea ſoli dignantur, qui firmiter credunt. Eodem capite
dicitur, ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ Προφήτου, λέγοντος· ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ
στόμα μου. Vbi illud, ὅπως πληρωθῇ, de quo alias egimus, vrbane quidem, caute ℣ſ. 34.
tamen ſtrictiuſque, quam fortaſſe vulgo, accipiendum. hactenus, vt recte
accommodetur, quod à Propheta dictum: qui in perſona ſua protulit, quod
vere de Meſſia dici hic poteſt, ideoque dicitur. Alias enim, dicat aliquis,
quanto melius hic conueniat illud, quod ab Eſaia, 32. ℣ſ. 1. ac 2. dicitur, Ἰδοὺ
γὰρ βασιλεὺς δίκαιος βασιλεύσει· καὶ ἄρχοντες μετὰ κρίσεως ἄρξουσι. Καὶ ἔσται ἄνθρωπος
κρύπτων τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ κρυβήσεται ὡς ἀφ᾽ ὕδατος φερομένου. Qui locus, vt de
Meſſia, ita de parabolis ejus, manifeſte agere videtur. neque aliter exiſti-
marunt Græci. Theodoretus, Μαρτυρεῖ τούτοις καὶ τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων ἡ συγγραφή· ἐν
παραβολαῖς γὰρ ἐλάλει τοῖς ὄχλοις· οἴκοι δὲ τὰς παραβολὰς τοῖς Ἀποστόλοις ἡρμήνευεν.
Quibus ſacrorum Euangeliorum perhibet teſtimonium ſcriptura: parabolis enim
vtebatur apud turbam: quas domi Apoſtolis exponere ſolebat. Locus quidem illu-
ſtriſſimus: ſed qui cum Hebræis collatus euaneſcit. qui habent, καὶ ἔσται
ἀνὴρ ὡς κρύψις ὑπὸ ἀνέμου, καὶ ὡς κρησφύγετον κατακλυσμοῦ. Cæterum, quomodo de

Seruatore dicat aliquis, ſimpliciter ac primo hic egit Propheta, apud quem
In Matt. Pſalmo 78. 2. dicitur, Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ ϛόμα μου, φθέγξομαι προβλήμα-
τα ἀπ' ἀρχῆς. ita enim apud Helleniſtas nunc legitur hic locus. Non vt pecu-
liariter ergo, ſed vt vrbane applicetur, quod à Propheta dictum erat. Quod
antiqua Gloſſa vidit, quam & Thomas adduxit: *Quaſi dicat*, inquit, *qui prius*
locutus ſum per prophetas, modo in propria perſona aperiam os meum in parabo-
lis, & eructabo de theſauro mei ſecreti. emittam myſteria quæ abſcondita erant à
conſtitutione mundi. Magnus æui hujus Theologus, *Non hoc vult Matthæus,*
Pſalmum quem adducit, peculiarem de Chriſto eſſe prophetiam. Verum, quemad-
modum S. Spiritus majeſtas manifeſte in verbis ſe repræſentarat quæ ex ore egreſſa
fuerant Prophetæ, ita vim ejuſdem, neque minus efficaciter in verbis Chriſti ſe
repræſentaſſe ſignificat. Quod vt probet, multis & inſtitutum in eodem Pſal-
mo Prophetæ illuſtrat, & mentem: docetque, quatenus conueniat, qua item
ratione accommodatus ab Euangeliſta fuerit hic locus. Verum ergo ma-
neat, quod alibi à nobis dictum, τὸ, ἵνα πληρωθῇ, elegantem applicandi ſubin-
de formulam aut notam eſſe: etiam, cum de verbis nonnunquam agitur quæ
applicantur. quomodo & Patres locutos, atque in ſola verborum applica-
tione ea vſos, alibi probauimus. Sequitur, aut potius ibidem additur, διὰ τοῦ
προφήτου, *per Prophetam:* Aſaph nempe. quomodo & in vetuſtis exemplari-
bus jam olim ſcriptum non ſemel B. Hieronymus teſtatur: cujus loco Eſaiæ
irrepſiſſe nomen. Qui eruditiſſimus Doctor, cum alibi tum ad Pſal. 78. *Di-*
citur ergo in Matthæo, Hæc facta ſunt, inquit, *vt impleretur, quod ſcriptum eſt*
in Aſaph propheta. Sic inuenitur in omnibus veteribus codicibus. Sed homines
ignorantes abſtulerunt illud. Cujus loco poſtea ſuppoſitum nomen Eſaiæ do-
cet. *Denique multa Euangelia vſque hodie ita habent, vt impleretur quod ſcri-*
ptum eſt per Eſaiam, Aperiam in parabolis os meum, & loquar propoſitiones ab
initio. Hoc Eſaias non loquitur, ſed Aſaph. Quod, & ipſe & alii, inter ea
fuiſſe notant, quæ Matthæo objecit Porphyrius. quaſi, lapſus memoria,
Eſaiæ aſſcriberet, quod erat Dauidis. Idem antiquus Doctor, cauſam impe-
ritiæ aſſcribit. quod qui primo Euangelium deſcripſit, dum ignotum no-
men legeret, quæſiuerit, *Quis eſt iſte Aſaph propheta? Non erat notus in populo.*
Et hoc fecit, vt, dum errorem emendaret, faceret errorem. tandem autem
ſcriptum, vt alibi teſtatur, διὰ τοῦ προφήτου. Cæterum primam corrumpendi
loci occaſionem Helleniſtæ, vt monui, dederunt. qui, quem dixi, locum
Eſaiæ, qui huc facere magis etiam videtur, longe aliter interpretati ſunt.
ẏſ. 52. Eodem capite cum dicitur, Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Διὰ τοῦτο πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς
εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ὅμοιός ἐϛιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ne dubitare quidem
auſim, & elegantem eſſe lectionem & commodam, quam nonnulla olim
Græcorum expreſſerunt exemplaria: Διὰ τοῦτο, πᾶς γραμματεὺς, μαθητευθεὶς τῇ
βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν: ex vſu Græcorum. Et ita alibi, μαθητεύειν τῷ Ἰησοῦ. Quam
lectionem ad Leuiticum ſecutus eſt Procopius: niſi ſi memoriæ hoc dedit.
Διό φησιν, inquit, ὁ Σωτὴρ, ὅτι πᾶς γραμματεὺς, μαθητευθεὶς τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ὅμοιός
ἐϛιν, &c. Cæterum, non inſpecto codice, adduxiſſe locum, fidem facit, quod
&, ἀνθρώπῳ πλουσίῳ, pro οἰκοδεσπότῃ, habet. De qua licentia alibi plura. quæ vt
obſeruetur eorum intereſt, qui ad profectum ſcripta Patrum, cum religio-
ne Sacrum contextum legunt: in quo temere aliquid mutare, nec prudentis
eſt nec Chriſtiani. Verum manet interim, de lectione quod dixi. Sequitur
Ibid. deinde, ὅϛις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ. Vbi ſcio notari à recentioribus anti-
quos, qui per παλαιὰ & καινὰ, Vetus Nouumque Fœdus intelligunt: idque ex
Theophylacto, Euthymio, & aliis, planum eſt. quod tamen, vt inter cæte-
ros recte Ianſenius, verum eſſe ad literam non poteſt: cum id primario, non
ſcribæ, ſed patri familias, attribuatur. ſed nec ipſi, quæ ſint παλαιὰ καὶ
καινὰ, hic docent. Extat Leuitici c. 26. ẏſ. 10. locus, quo, inter reliquas
bene-

benedictiones promittit Deus tantam ſingulis familiarum patribus co- IN
piam, vt nihil illis vnquam ſit defuturum. Quod ita expreſſit, *Et comedetis* MATT.
vetus veteraſcens, & vetus nouis ſuperuenientibus educetis. hoc eſt, *non ante*
vos deficient vetera quam ſuccedent noua. Helleniſtæ, Καὶ φάγεσθε παλαιὰ πα-
λαιῶν, καὶ παλαιὰ ἐκ προσώπου νέων ἐξοίσετε. Cum ergo tales optime inſtructi ſint,
multo tamen copioſius ac largius, qui, tempore eodem, ex eodem prom-
ptuario & vetera & noua depromit. Θησαυρὸς enim, cella conditoria, non
quod reconditur, hoc loco eſt. quemadmodum Græcis & Latinis, θησαυ-
ρὸς, λάκκος exponitur. Sed & Helleniſtæ τὸ גנז, τὸ בית האוצר, & ſimilia, quæ con-
ditoria aut promptuaria, θησαυροὺς interpretantur. Quemadmodum אוצרות,
reuera nihil aliud quam horrea, in quibus vt Magiſtri notant, vinum, oleum,
atque alia ejuſdem generis, reponebantur. Vt cum ἠφανίσθησαν θησαυροὶ
1, 17. Ioëlis dicitur: eodemque loco, *theſaurus aceruorum tritici*, interpre-
tatur Kimchius. vt θησαυρὸς, ſit horreum. Illud autem non ſine cauſa mouiſſe
Patres hic videtur, quod γραμματεὺς, qui eſt סופר, peritus Legis, & interpres
Iudæis, nunquam pro Euangelico Doctore in Nouo Fœdere accipiatur.
Dominus autem, poſtquam γραμματεὺς dixiſſet, μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν
οὐρανῶν, *in regnum cæli edoctus*, adjecit. Quibus verbis, ſcribam non ſimplici-
ter deſignat, ſed, qui cum Legis antea peritus eſſet, hanc ſcientiam ad finem
ſuum, hoc eſt, Euangelicam doctrinam, didicit referre. Qualis in Nouo
nobis Fœdere, exempli gratia, Apoſtolus proponitur: qui cum Iudæorum
ſapientiam ad pedes Gamalielis didiciſſet, vas electionis factus eſt. Talem
igitur, abunde omnibus quæ ſcire oportet, ac largiſſime inſtructum, inſtar
patris familias ἐκ τοῦ θησαυροῦ, παλαιὰ καὶ καινὰ ἐκβάλλειν, *vetera ejicere ac noua*, pro-
nunciat. quod eſt, *promere*, aut *proferre*. Nam Syrorum אפק, quod ἐκβάλλειν,
ambiguitatem hanc parit. qui, ſiue ἐκβάλλειν τὸ κάρφος, vt Matthæi 7. *eji-*
cere feſtucam, & ἐκβάλλειν τὴν δοκὸν, *ejicere trabem*, vt ibidem, ſiue ἐκβάλλειν ἐκ
τοῦ θησαυροῦ, *depromere è cella conditoria, aut horreo*, dicunt, eodem verbo vtun-
tur. Hoc igitur voluit, legem, quod prudentis eſt œconomi, ad finem ſuum
eſſe referendam. Eodem capite cum de Domino dicitur, οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτο- ℣ſ. 55.
νος υἱὸς, quanuis non ignorem, eo magis mirandum ſalutis noſtræ imo ſtu-
pendum eſſe myſterium, quo majori humilitate peractum eſt, tamen cum
Ioſephus filius dicatur Dauidis, & ex ſancta ſtirpe regiaque oriundus, cui &
peculiariter exſtruendi tum cura templi, quod nec ipſum myſterio caruit,
commiſſa fuiſſe dicitur, parum abeſt, quin credam filios ad paupertatem
prolapſos, ex diuina diſpenſatione, aliquid quoque templo contuliſſe, ac
ſic ſuſtentatos. Quales erant qui reficiendo, aut operibus ejus reſtauran-
dis, adhibebantur. Vt ſit τέκτων, qui Hebræis חרש nuncupatur. Quales,
2 Chronic. aliquot ponuntur. qui ab Helleniſtis ibi, οἱ ποιοῦντες τὰ ἔργα εἰς τὴν
ἐργασίαν οἴκου κυρίου ad verbum, alibi in libris Regum, οἱ ποιοῦντες τὰ ἔργα τῶν
ἐπισκόπων οἴκου κυρίου, aliiſque nominibus dicuntur. qui pro familia ac ſtir-
pe, vt alibi docetur in iiſdem libris, aſſumebantur. Vnde & Dominus,
ὁ νομιζόμενος, quemadmodum Lucas loquitur, υἱὸς τοῦ Ἰωσὴφ, Marci 6. ℣ſ. 3.
ὁ τέκτων, ὁ υἱὸς Μαρίας dicitur. Pro qua conjectura, etiam hoc facere videtur,
quod id ipſum, quod de reſtaurando templo Iohannis 2. ℣ſ. 19. dicitur, in
hunc ſenſum accipiunt Iudæi; quaſi ex arte, quam profitebatur, glorioſe
ſibi arrogaret, quod de domo corporis, vero diuinitatis habitaculo ac tem-
plo, dicebat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Cap. X.

Caput decimum quartum expenditur. τετράρχης. *& vnde ea diuiſio.* τετρὰς *Theſſaliæ. Locus,* Γενεσίων ἀγομένων τοῦ Ἡρώδου. Γενέσια, *ex vulgari opinione, quæ.* Γενέσια *Regum quæ. Dies natalis, dies quo Rex primum creatus eſt, Hebræis.* ἡμέρα βασιλέως *Helleniſtis.* υἱὸς ἐνιαυτοῦ, *filius vnius anni, Saul. Domus natiuitatis Syris. natalis ſacerdotii B. Ambroſio.* προβιβασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρός. προβιβάζειν *Helleniſtis quid. vetus ac recens interpretatio expenduntur. præmonita. producta à matre ſua.* βιβάζειν *Helleniſtis. productus ſponſione. Locus Plinii. Græca ab Helleniſticis, hæc ab illis ſeparanda. quantus eorum vſus in his libris.* ἐρημός ἐστιν ὁ τόπος. *decerpere maluam.* περικλᾶν ἅλιμα. *maluah vox Hebræa.* ἅλιμα, *malua. Veterum* ἅλιμος, *ex aſphodelo & malua. Cibus Epimenidis* ἅλιμος. τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων. *Locus Rabbi Eleazar de eo. quomodo in Sacro textu Hebræis dicatur.* ὑπόλειμμα τοῖς βρώμασιν αὐτοῦ. Περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης. *Porphyrii malignitas. Omnis congregatio aquarum, mare Hebræis.* תעלה *quid.* θάαλα *Helleniſtis.* θάλασσα *Græcis vnde. Ineptæ Græcorum origines.* Κοπάζειν.

Cap. XIV. ✝ſ. 1. INitio hujus capitis, vt alibi non ſemel, vox τετράρχης occurrit. Ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἤκουσεν Ἡρώδης ὁ τετράρχης. Quod nomen, vt & diuiſio, à Theſſalia videtur deſumpta. Græcarum originum autor, τεττάρων μερῶν ὄντων τῆς Θετταλίας, ἕκαστον μέρος τετρὰς ἐκαλεῖτο. Ὀνόματα δέ φασιν εἶναι ταῖς τετράσι, Θετταλιῶτιν, Φθιῶτιν, Πελασγιῶτιν, Ἀσιῶτιν. Sequitur non ita multo poſt, ✝ſ. 6. Γενεσίων δὲ ἀγομένων τοῦ Ἡρώδου. Quod interpres recentior, *Quum autem agerentur natalitia Herodis,* vetus, *die autem natali Herodis,* reddidit. Quo loco, quanquam ita accipi γενέσια videam, vt dies, qui proprie natalis dicitur, intelligatur, illud tamen non ignoro, cum de Regibus ſermo eſt, יום מולדת, ſeu, natalem diem, eum dici, qui & dies Regni dicitur. quo quiſque, ſcilicet, creatus rex eſt: quaſi eo die natus ſit. qui Oſeæ יום המלך, Helleniſtis ἡμέρα βασιλέως dicitur. *Die Regis noſtri fecerunt eum ægrotare principes.* Kimchius, *die; quo creabant Regem.* quem diem & מלכנו, *Regis noſtri,* dicebant. quomodo & ibi dicitur. Quid, quod ab eo, vt natali, annos ſupputabant? vt tot annos nati dicerentur, quot regnarant. quemadmodum 1 Sam. 13. 1. υἱὸς ἐνιαυτοῦ, *filius vnius anni,* Saul dicitur, cum annum, nec amplius, regnaſſet. Syrus בית ילדא, *domum natiuitatis.* Et apud Marcum c. 6. 21. בבית ילדה, *in domo natiuitatis ſuæ.* vt domum innouationis intelligat, in quo Regis regnique nouus celebrari natalis ſolebat. atque ita τὰ γενέσια dicantur, quemadmodum natalem ſacerdotii ſui Ambroſius ad Lucam dixit. *Pulchre mihi hodie legitur Legis exordium, quando mei natalis eſt ſacerdotii. Quotannis enim quaſi de integro videtur incipere ſacerdotium, quando temporum renouatur ætate.* Vbi & notandum, tabulam ſecundam Legis, exordium vocari. In eadem Hiſtoria de filia Herodiadis dicitur, ἡ δὲ προβιβασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς. Vbi nullo dubio τὸ שנן, quod interdum προβιβάζειν, interdum παροξύνειν & ἀκονᾶν exponunt Helleniſtæ, expreſſit. Vnde efficacia apparet. Ἡ δὲ προβιβασθεῖσα. *illa autem crebro matris inſtinctu.* Tale eſt illud Deut. 6. 7. καὶ προβιβάσεις αὐτὰ τοῖς υἱοῖς σου. hoc eſt, δευτερώσεις: *repetes illa filiis tuis.* quomodo & repetuntur quæ docentur. De Lege autem præceptiſque Domini agit: quæ repetenda ſunt, atque iteranda, vt infigantur animo ac doceantur. vnde & Chaldæus voce תנא vſus eſt. Parum ergo vetus interpres dixit, qui *præmonita* reddidit. Obſcure autem, nec pro mente recens, qui, *producta à matre ſua,* dixit. Βιβάζειν Helleniſtis eſt διδάσκειν, non προάγειν. Aliud igitur Heſychius volebat, cum exponit, Προβιβασθεὶς, προαχθείς. ex Græcorum, nempe, non Helleniſtarum, vſu. Neque locum hic ille Plinii habet, quem de Clodio, Æſopi Tragœdi filio,

addu-

adducunt. qui maximæ, vt ibi loquitur, taxationis vnionem abſumpſerat;
nulla coactus ſponſione: vt Antonius triumuir, qui cum Cleopatra hanc
inierat. *Prior*, inquit Plinius, *id fecerat Romæ in vnionibus magnæ taxationis*
Clodius Æſopi Tragœdi filius: relictus ab eo in amplis opibus hæres, ne in trium-
viratu, nimirum, ſuo ſuperbiat Antonius; pene hiſtrioni comparatus, & quidem
nulla ſponſione ad hoc producto. Producto, προαχθέντι, *impulſo.* vt paſſim diſer-
tiores Græci. nihil ergo hoc ad rem. Cæterum id paſſim eruditis hic euê-
nit, vt à Græcis Helleniſtica non ſepararent. ſine quibus aliquid præſtari
poſſe hic negamus. Sequitur, Ὀψίας δὲ γενομένης, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ẏſ. 15.
λέγοντες, ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος. qui locus eo tempore, non tam ab hominibus,
quam ab omni meliore cibo & viatico, deſertus fuit, καὶ ἔρημος. Eorum au-
tem, qui in ejuſmodi locis agerent, vitam elegantiſſime Iobus c. 30. ẏſ. 4.
deſcribit, cum ait, *Qui decerpunt maluam juxta arbuſta, & radicem junipero-*
rum ad calefaciendum. Cujuſmodi mortales περικλῶν ἅλιμα Helleniſtis dicun-
tur. Ἅλιμα enim *maluam* verterunt. Ibi dicitur, *qui decerpebant maluam*, οἱ περι-
κλῶντες ἅλιμα. In Hebræo מלח, *maluah.* Quemadmodum malua & aſphodelo
ſuum alimum conficiebant veteres. quo vixiſſe Epimeniden vult Plato.
Notum illud Heſiodi, οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ. quod de
alimo Proclus & Tzetzes interpretantur: qui & conficiendi rationem præ-
ſcribunt. Cum ſequitur, καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων, intelligit id quod
pauperibus ex vſu Iudæorum ſeruabatur. Quo illud Rabbi Eleazar ſpecta-
bat, *quiſquis panem reſiduum* (hoc eſt, περισσεῦόν τι τοῦ ἄρτου αὐτοῦ) *non facit, nun-*
quam benedictionis ſignum videbit. Quo & locum Iobi c. 20. ẏſ. 21. referre
ſolent, *Non remanſit de cibo ejus.* Οὐκ ἔστιν ὑπόλειμμα τοῖς βρώμασιν αὐτοῦ. vt hoc
ſit περισσεῦον illud quod שארית illis dicitur. Eodem capite legitur, ἀπῆλθε πρὸς ẏſ. 25.
αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς, περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης. Vbi non minus quam in aliis quibuſ-
dam, malignitatem pariter & ignorantiam, teſte B. Hieronymo, Porphy-
rius exercuit. Qui Quæſt. Hebr. in Geneſin, *Notandum, quod omnis congre-*
gatio aquarum, ſiue ſalſæ ſint ſiue dulces, juxta idioma linguæ Hebraicæ, maria
nuncupentur. quemadmodum diſerte à Moſe dicitur, καὶ τὰ συστήματα τῶν ὑδά-
των, ἐκάλεσε θαλάσσας. Pergit, *Fruſtra igitur Porphyrius Euangeliſtas, ad facien-*
dum ignorantiæ miraculum, eo quod Dominus ſuper mare ambulauerit, pro lacu
Genezareth, mare appellaſſe calumniatur. Et an aliter vocare debuit Matthæus
quam jam ante Eſaias? Γῆ Ζαβουλὼν, καὶ γῆ Νεφθαλείμ, ὁδὸν θαλάσσης דרך הים. Ad-
de, quod lacus Genezareth, nihil aliud quam תעלה ſiue ſinus ſit Iordanis.
quod Helleniſtis θάαλα. vnde θάλασσα. Longe melius profecto, quam ſi næ-
nias Græcorum audiamus, quibus θάλασσα παρὰ τὸν σάλον, quaſi σάλασσα, aut
παρὰ τὸ ἆσσον εἶναι τοῦ θανάτου, quod non longe à morte abſit, θάνασσα, ac deinde
θάλασσα, aut ἅλασσα, à ſale, atque ita θάλασσα, dicatur. Quæ longe minoris
quam vnius aſſis vt cæteræ Grammaticorum nugæ ſunt. cum præſertim
mare vnum, quod mediterraneum dicitur, varios ſinus, ſiue תעלות faciat.
qui ſuis ſinguli nominibus θάλασσαι dicuntur. Adde quod ſplendidum ac
transparens ſit mendacium, vnius miraculi cauſa ſic locutos eſſe Euange-
liſtas: cum & paſſim, & ex vſu linguæ ſuæ, ſic loquantur. Nemo autem mi-
nus Chriſtianis metuendus, quam qui ex ignorantiæ principiis, quod non
intelligit oppugnat. Aliquot poſt στιχιδίοις, ſeu verſiculis, legitur, Καὶ ἐμβάντων ẏſ. 32.
αὐτῶν εἰς τὸ πλοῖον, ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος. Certum autem eſt, plures eſſe voces,
quibus τὸ κοπάζειν Helleniſtæ exprimunt. quemadmodum hic expreſſum τὸ
שכך vix dubitandum. In Diluuii enim hiſtoria, Geneſ. 8. ẏſ. 1. καὶ ἐπήγαγεν ὁ
Θεὸς πνεῦμα ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐκόπασε τὸ ὕδωρ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Matt.

Cap. XI.

Caput decimum quintum percurritur. παράδοσις τῶν πρεσβυτέρων. δευτερώσεις. *Præcipui earum autores Hieronymo, qui. Triplices Epiphanio, & quomodo diſtinctæ. Dauidis, Akibæ, Aſmonæorum. Locus,* Δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς. *Corban juramentum Tyriorum à Iudæis deſumptum. locus de eo Ioſephi. quæ mens ejus apud Matthæum. interpretatio ex Marco. Corban,* δῶρον. *Ineptæ* δευτερώσεως *exemplum. Sedendi mos in ſabbato ex traditione. Traditionis, de qua hic agitur, exemplum.* Ἀφαιρέματα *Helleniſtis, & quæ. Ioannis Cochii Bremenſis laus. Ludouicus de Dieu. Vetus interpres, recentior, Eraſmus. eorum interpretatio notata.* Εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται. ἀποποιεῖται, *verecunde dictum SS. Patribus, & quid. excernere.* ἀφεδρῶνες, σέλλαι, σελλάρια. σωτηρίαι *quæ.* ἀναγκαῖα. ἀφεδρὼν, *culina.* μετὰ τὸν λαιμὸν ὁμότιμα, *quæ.* κυλλοὶ, *debiles. B. Hieronymi locus.* κυλλὸς, *mancus.* κυλλοὶ, οἱ βλαβέντες εἰς τὰ κῶλα. *Veteri interpreti qui* κυλλὸς, *qui recentiori.*

Cap. XV. vſ. 2. CApite decimo quinto ab initio non procul, quæſiuiſſe è Domino Scribæ ac Phariſæi dicuntur, Διατί οἱ μαθηταί σου παραβαίνουσι τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων? quarum traditionum, ſiue παραδόσεων, quas δευτερώσεις interpretantur, ineptias, cum alii, tum Quæſt. 10. ad Algaſiam B. Hieronymus perſequitur: præcipuoſque autores Akibam, Symeonem, & Hillel, fuiſſe notat. quemadmodum Epiphanius triplices ſtatuit: Dauidis, Akibæ, Aſmonæorum. De quibus nunc non agimus, cum forte pluribus & accuratius poſſemus. Priuſquam interim ad nobiliſſimum qui ſequitur nunc locum

vſ. 5. veniamus, Ὑμεῖς δὲ λέγετε, ὃς ἂν εἴπῃ τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ, Δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, in quo tot præclari illuſtreſque viri tot tantiſque modis ſe defatigarunt, fieri non poteſt, quin de Ioſepho cogitemus. qui libro contra Apionem priore ex Theophraſto De Legibus, *Corban*, peculiare apud Tyrios fuiſſe juramentum notat, quod Iudæis deberent illi: (vnius enim hujus eſſe gentis:) deſignare autem, quod & hic & apud Marcum dicitur, δῶρον. Verba ejus ſunt: Ἦν δὲ καὶ κατὰ πόλεις οὐκ ἄγνωστον ἡμῶν πάλαι τὸ ἔθνος, καὶ πολλὰ τῶν ἐθῶν εἰς τινας ἤδη διαπεφοιτήκει, καὶ ζήλου παρ' ἐνίοις ἠξιοῦτο. Δηλοῖ δὲ ὁ Θεόφραστος ἐν τοῖς περὶ νόμων. λέγει γὰρ, ὅτι κωλύουσιν οἱ Τυρίων νόμοι ξενικοὺς ὅρκους ὀμνύειν· ἐν οἷς μετά τινων ἄλλων καὶ τὸν καλούμενον ὅρκον κορβὰν καταριθμεῖ. παρ' οὐδενὶ δ' ἂν οὗτος εὑρεθείη πλὴν μόνοις Ἰουδαίοις. δηλοῖ δ' ὡς ἂν εἴποι τις ἐκ τῆς τῶν Ἑβραίων μεθερμηνευόμενος διαλέκτου, δῶρον Θεοῦ. *Erat autem nec per ſingulas olim ciuitates ignota gens noſtra: quin & mores multi ad quoſdam jam tranſierunt, qui & æmulatione digni à quibuſdam habebantur. Quod in libris De Legibus Theophraſtus notat. qui ait, ne quis peregrinis vtatur juramentis, Tyriorum vetare leges. Inter quæ, cum aliis quibuſdam, etiam juramentum, quod Corban appellatur, enumerat. quod apud ſolos inuenitur Iudæos. Significat autem, ſi quis Hebræum interpretetur, donum Dei.* Quod ſi hic admittatur, τὸ κορβὰν ipſum erit juramentum. In cæteris מִקְרָא קצר, *ſcriptura*; vt loquuntur Hebræorum Magiſtri, *conciſa*, erit: quam apoſiopeſin vulgo. Ac ſi Latine dicas, *Per Deum*, aut, *id quod offertur Deo, quo à me juuari poteras*, intelligas autem, *jam Dei eſt, aut Deo conſecratum: jam Corban eſt, aut Dei donum.* Meo autem judicio fieri vix poteſt, vt ſimplicius commodiuſque quam ex interpretatione Marci, intelligatur: qui quod hic Euangeliſta dixit, Δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, ita extulit: Κορβᾶν (ὅ ἐστι δῶρον) ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς. *Id quo juuari à me poſſis, Deo jam conſecratum eſt.* hoc eſt, κορβᾶν ἐστι. quod donum denotat jam conſecratum. Et reuera קרבן, δῶρον ſemper fere interpretantur Helleniſtæ. etiam de ſacrificiis plerunque victimiſque. quemadmodum de aliis; vaſis, puta, aureis, ac cæteris ejuſmodi. vide Num. 31. 50. Vt ſit δῶρον, quicquid ſingulorum ita eſſe definit, vt Dei fiat. Neque Græci aliter: vt

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

cum dicunt, Δῶρα Θεοὺς πείθει. Ineptæ δευτερώσεως vnum alterumque exemplum, eo loco, quo jam diximus, B. Hieronymus adduxit. Inter quæ illud, *Juſſum eſt*, inquit, *vt diebus ſabbatorum ſedeat vnuſquiſque in domo ſua, & non egrediatur neque ambulet de loco in quo habitat. Si quando autem eos juxta literam cœperimus arctare, vt non jaceant, non ambulent, non ſtent, ſed tantum ſedeant, ſi velint præcepta ſeruare; ſolent reſpondere & dicere, Rab Akiba, & Symeon, & Hillel, Magiſtri noſtri, tradiderunt nobis, vt bis mille pedes ambulemus in ſabbato, & cætera iſtiuſmodi: doctrinas hominum præferentes doctrinæ Dei. Non, quod dicamus, ſedendum ſemper eſſe in ſabbato, & de loco, in quo quis fuerit occupatus, non recedendum: ſed quod id quod impoſſibile Legis eſt, in quo infirmatur per carnem, ſpirituali obſeruatione complendum eſt.* Ita cum nihil Deo eſſet gratius, quam liberalitas eorum qui ſua Deo conſecrarent, & in gazophylacium, ſiue corbonam, aliquid conjicerent, erant inter illos, qui ex Magiſtrorum ſuaſu, plurima vel conſecrarent ſummo numini vel largirentur, vt ex iis nihil ipſis, nihil ſupereſſet proximis. Itaque, ſi quando ſubſidium parentes peterent, opemque liberos rogarent, reſpondebant, quod hic dicitur, Δῶρον, ὃ ἂν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς. *Iuuari à me non potes. Id quippe quo juuari poſſes, donum jam eſt: Dei eſt, non meum. Mihi tibique deceſſit: Deo quippe acceſſit.* Vnde & dona ſpontanea, quæ in ſacrificia alioſque pios conferri vſus ſolebant, eleganter ἀφαιρέματα ab Helleniſtis dicuntur. Vt in illo, ἐνήνεγκαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀφαίρεμα τῷ κυρίῳ. quod eſt נדבה. quanquam & תרומה ſic dici non ignorem. quemadmodum hæc ipſa, ἐφαιρέματα potius, ſi originis habenda ſit ratio. Ergo, δῶρον, ſuccincte, breuiter, abrupte dicitur. quemadmodum præciſe, aut abrupte potius, negabant, qui compellabantur, cum dicerent, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, δῶρόν ἐστι. Cujus loci mentem, ante nos, quod & monendum putaui, & vidit, & è Thalmudiſtis, Maimonide, aliiſque, primus dilucide ac recte reconditæ nec laudatæ ſatis vnquam eruditionis vir Ioannes Cochius Bremenſis, expoſuit ac confirmauit. cui non parum hic me debere fateor. videantur & quæ erudite vir ſummus Ludouicus de Dieu, aliique, jam notarunt. Mentem igitur in tanta breuitate nihil minus quam recte, ſi quid judicamus, interpretes hic expreſſerunt. Vetus, *Vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri vel matri, Munus quodcunque eſt ex me, tibi proderit.* quod alienum aut diuerſum. Recentior, *Vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri aut matri, Donum eſt quocunque à me juuari poſſes, inſons erit.* vbi non addam illud, *inſons erit*, ſed, vt in Marco, lectori relinquam. Eraſmus, *Vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri aut matri, quicquid doni à me in tuum vertitur commodum.* cum Euangeliſta dicat, *Donum eſt, quo juuari poſſes.* hoc eſt, *illud quo juuari petis, aut poſſes, Deo jam ceſſit.* Eodem capite dicitur, ὅτι πᾶν τὸ εἰσπορευόμενον εἰς ℣. 17.
τὸ στόμα, εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται. Quod poſterius, honeſta circumlocutione ἀποποιεῖται, honeſte S S. Patres dixerunt: vt *excernere* Latini. Nyſſenus ad Eccleſiaſten Homil. 6. καὶ τὴν συνεζευγμένην τῇ τροφῇ διὰ τῆς ἀποποιήσεως ἀηδίαν οὐ λέγω, ὡς ἂν μὴ δόξαιμι διὰ πάντων στηλιτεύειν τῷ λόγῳ τὸν βίον· κοπρόποιόν τινα τὴν φύσιν ἡμῶν ἀποδεικνύων. Heſychius, Ἀφεδρῶνες, σέλλαι, σελλάρια, σωτήρια ἀναγκαῖα. Scribe, σωτήριαι, ἀναγκαῖα. poſterioribus enim Græcis, σωτήριαι, idem quod ἀφεδρῶνες; latrinæ, nempe, ſeu culinæ. Doctiſſimum Henrici Stephani Gloſſarium, Ἀφεδρὼν, *culina.* Idem, *Culina*, ἀπόπατος. hoc eſt, *latrina.* Petronius, *Qui inter hæc nutriuntur, non magis ſapere poſſunt, quam bene olere qui in culina habitant.* Hæc autem quæ in culinam, honeſte ita dictam, ejiciuntur, ea ſunt, quæ propterea Theologus in Epitaphio Magni Baſilii eleganter, μετὰ τὸν λαιμὸν ὁμότιμα, dixit: quod cibi, poſtquam guttur tranſmiſerunt, & ad aluum peruenerunt, idem, ejuſdemque precii ſint. hoc eſt, fæces ac ſordes. Αὐτὸς γὰρ, inquit, οὐδὲν ἤδει μέγα τῶν μετὰ τὸν λαιμὸν ὁμοτίμων, ἀλλὰ τοῖς ἀναγκαίοις διέζη μόνοις, ἕως ἐξῆν. *Ipſe vero nihil ex iis æſtimauit, quæ, poſtquam guttur*

IN MATT. *tur transferunt, ejuſdem precii ſunt. cum neceſſariis, quamdiu licuit, ſe ſuſtentaret tantum.* Seneca Epiſt. cx. *At, me hercule, iſta ſollicite ſcrutata, varieque condita, cum ſubierint ventrem, vna atque eadem fœditas occupabit.* Eodem capite,

✠.30. cum legeremus illud, ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν χωλοὺς, τυφλοὺς, κωφοὺς, κυλλοὺς, in mentem nobis B. Hieronymus venit, qui, *in eo loco*, inquit, *vbi Latinus interpres tranſtulit debiles, in Græco ſcriptum eſt*, κυλλούς. *Quod non generale debilitatis, ſed vnius infirmitatis eſt nomen. Vt, quomodo claudus dicitur, qui vno claudicat pede, ſic* κυλλὸς *appelletur, qui vnam manum debilem habet. Nos proprietatem hujus verbi non habemus. Vnde & in conſequentibus Euangeliſta, cæterorum debilium expoſuit ſanitates: horum tacuit.* Parœmiographi, quos Vaticana bibliotheca dedit, Κυλλοὺς, inquiunt, Ἀττικοὶ, καὶ ἐπὶ τῶν ποδῶν καὶ ἐπὶ τῶν χειρῶν ὁμοίως λέγουσι. hoc eſt, tam ad manus quam ad pedes eam vocem Atticis referri. Gloſſæ Stephani, Κυλλὸς, *mancus*. Et ita ſane cap. 18. 8. Καλόν σοι ἐστὶν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλὸν ἢ κυλλὸν, ἢ δύο χεῖρας ἢ δύο πόδας ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον. Hic vero, cum alios χωλοὺς, alios κυλλοὺς faciat, quibus non alios quam ſanos opponit, quis dubitat, quin ad manus aliaſque etiam partes transferri poſſit? Κυλλοὺς igitur, quos, βλαβέντας τὰ καίρια, *parte præcipua læſos*, dixêre Græci, vulgo *debiles* Latini dicunt. Qua voce interpres vetus cum hic vteretur, recentiori ſatisfacere non potuit. cum Latiniſſime locutus ſit. Notum illud Mæcenatis, *Debilem facito manu, Debilem pede, coxa. Tuber adſtrue gibberum, Lubricos quate dentes: Vita dum ſupereſt, bene eſt.*

CAP. XII.

In capite decimo ſexto non pauca notantur. τὰ σημεῖα τῶν καιρῶν. *& quomodo dictum.* τὸ σημεῖον τοῦ καιροῦ. καιρὸς, *quis. Recens interpres notatus.* διαλογίζεσθαι, ἀντὶ τοῦ ἀναμιμνήσκεσθαι. διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς. Γενεὰ μοιχαλὶς, *& quæ. Locus nobiliſſimus,* Ὅτι σὺ εἶ Πέτρος. *nomina* ἁπλῆ *aut* ἐντελῆ. *Petri nomen* ἁπλές. Πέτρος, τῇ πίστει πεπετρωμένος. *Petra. lapis precioſus, caput anguli. Petrus petra, vt Abrahamus εὐλογία. Petrus & Simon, nonnunquam opponi. Locus,* καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ. *Cipha.* ἡ πίστις τῆς ὁμολογίας. πύλαι ᾅδου. *recentior interpres, & ejus ſententia. Locus non recte intellectus.* Ἵλεώς σοι κύριε, *& quomodo intelligendum.* ἵλεως ἡμῖν καταλιπεῖν νόμον. ἵλεώς μοι ὁ Θεὸς τοῦ ποιῆσαι. μή μοι γένοιτο παρὰ Κυρίου. *Recentior interpres, vetus, Eraſmus: eorum rejecta interpretatio.* Ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ. *eſſe in Satanam.* γίνεσθαι εἰς ἐπίβουλον. εἰς ἔνεδρον καὶ διάβολόν μοι εἶ. *Angelus Domini* לשטן *Bileamo.* ἐνδιαβάλλειν τῆς ὁδοῦ. ἐμπεδοστατηκάς μοι. *Hilarii in diſtinguendo loco ſubtilitas. Chryſoſtomi & Hieronymi ſententia.* ἕως ἂν ἴδωσι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. *& quo referendum. Iudæorum de aduentu Meſſiæ opinio.* Μεταμόρφωσις *Domini, ſignum illuſtre Regni ejus.* בת קול. *Filia vocis. & cui rei exhibita.*

CAP. XVI. ✠.3. CApite decimo ſexto, ab initio non procul, illud occurrit, Ὑποκριταὶ, τὸ μὲν πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ γινώσκετε διακρίνειν, τὰ δὲ σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ δύνασθε; quod καθ' ὑπαλλαγὴν nonnunquam dici exiſtimauimus. Vt hoc velit, τοὺς δὲ καιροὺς τῶν σημείων. cum potius Hebræa numeri enallage nunc nobis videatur: vt ſit, τὰ δὲ σημεῖα τῶν καιρῶν, ἀντὶ τοῦ, τὸ δὲ σημεῖον τῶν καιρῶν. Quod confirmat & Lucas, qui dixit, τὸν δὲ καιρὸν τοῦτον πῶς οὐ δοκιμάζετε; Vt intelligat, τὸ ὑπὸ προφητῶν προλεγόμενον. ſignum à prophetis prædictum: ab hominibus vero ejus temporis, inter quos Phariſæi præcipui ac Sadducæi erant, ἀντιλεγόμενον. qua voce & Lucas & Apoſtolus vtuntur: ſignum ſcilicet, præſentis Domini, & ejus regni, de quo paſſim. Nihil autem minus quam pro mente hac recentior interpres, cui placuit illud, *Faciem quidem cœli noſtis diſcernere, ſigna vero temporum illorum non poteſtis?* Vetus verbis ſuo more adhæſit. vnde & eadem hic difficultas manet. Paulo poſt ſequitur,

✠.4. Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ. Quo ſpectat illud B. Ambroſii, ad Lucam: *Ex Ægypto*

populus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

populus exiuit. neſciebat viam quæ ad terram duceret ſanctam. Miſit Deus colu- IN
mnam ignis, vt per columnam populus viam diſceret. Miſit etiam per diem colu- MATT.
mnam nubis, vt neque ad ſiniſtram neque ad dextram declinaret. Sed non es talis,
homo, vt merearis & tu ignis columnam. non habes Moſen, non accipis ſignum.
Nunc enim poſt aduentum Domini, fides exigitur, ſigna conduntur. Time Deum,
& præſume de Domino. Μοιχαλὶς ergo γενεά, quæ, poſt tempus Legis, poſt or-
tum veritatis, ſignum peteret, cum fide opus eſſet. quæ abſque ſigno credit,
quo non opus habet, quia ſufficit ipſa. Adde, quod ſigna omnia antiqui Fœ-
deris, in Nouo poſſidet ac pro ſe habet, qui in Nouo credit Domino. quia,
vt Legis, ita ſignorum finis eſt idem Dominus. Non ita multo poſt dicitur,
οἱ δὲ διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς, λέγοντες, ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβομεν. Vbi τὸ διελογίζοντο, ἀντὶ τοῦ, ℣. 7.
ἀνεμιμνήσκοντο, vſurpaſſe videtur. quo ſenſu, &, quod ſequitur, λέγοντες. quod
eſt διανοοῦντες. vt paſſim ex Hebræa ratione, cum κατὰ νοῦν intelligunt, in libris
his, in quibus nunc verſamur. Videtur enim velle, Eo ipſo, quod de Phari-
ſæorum fermento ſermonem tum haberet Dominus, in mentem illis de
panibus, de quibus antea non cogitauerant, veniſſe. Ideoque ſuo more, ad
verbum interpres vetus, *At illi cogitabant inter ſe.* Recentior, *At illi diſcepta-*
bant inter ſe. Senſu alio, ni fallor. quanquam id quod ſequitur nonnihil con-
firmare hoc videatur, Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς, τί διαλογίζεσθε ἐν ἑαυτοῖς, ὀλιγό-
πιστοι, ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβετε; Et tamen, ſi ἐν ἑαυτοῖς διαλογίζεσθαι, non qui inter ſe
diſceptabant, ſed qui intra ſe cogitabant, dicantur, confirmabitur, quod
ſæpe occurrit, de cogitationibus ac mente eorum judicaſſe Dominum. imo
penetraſſe. vt ſic, quod & neceſſario ſequitur, καρδιογνώστην ſe probaret.
Verum eſt quod dixi. Si de vno locutus Euangeliſta eſſet, ἐν ἑαυτῷ, *in-*
tra ſe, dixiſſet: nunc de pluribus locutus, idem tamen dixit. quod inter-
pretibus impoſuit. Eſtheræ 6. 6. Εἶπε δὲ ἐν ἑαυτῷ Ἀμάν. בלבו. *in corde ſuo.* Idem
ergo διαλογίζεσθαι ἐν ἑαυτοῖς, quod παρ᾽ ἑαυτοῖς, & πρὸς ἑαυτοὺς, & ἐν ταῖς καρδίαις
αὐτῶν, paſſim Euangeliſtis dicitur: cui διαλογίζεσθαι πρὸς ἀλλήλους, ab iiſdem
opponitur. Ne in eo quidem, qui mox ſequitur, loco, Κἀγὼ δέ σοι λέγω, Ὅτι σὺ εἶ ℣. 18.
Πέτρος, quantum nonnulli exiſtimarunt difficultatis eſt. quanquam circum-
ſpectione & eruditione opus ſit. Neque enim cuiquam autor ſim, vt non
conſulta antiquitate prius, ſententiam de eo ferat. quod & ſine ſtudio par-
tium, quæ Chriſtianos maxime disjungunt, fieri hic velim. Nomina propria
in ſacris, aut ἀπλῆ plerunque ſunt aut ἐντελῆ. Plena, inquam, aut defectiua. ſiue,
quæ ſic dicuntur, vt aliquid intelligatur. Quod vel ex Patriarcharum nomi-
nibus planum. Abraham eſt nomen ἐντελὲς, quod compoſitione impletur.
Iſaac ἀπλές. riſus: Saræ nempe. Vt & Iacobi. qui ſupplantator: fratris nem-
pe. Ita Sara, princeps: fidelium videlicet. Ita Petrus, ſiue proprie, ſiue aliter
ſumas, ἀπλές. Petrus, fidei videlicet. Nam de Petro dici poteſt, quod de ſuo
λᾶας, ejuſdem ſignificationis, notant Græci, Ὅτι σημαίνει τὸ προσηγορικὸν ὄνομα
καὶ τὸ κύριον. *appellatiue ſumi aut proprie.* Eſt igitur nomen ſimul & ἐπώνυμον, ſiue
ſignificatiuum, & ἀπλὲς, ſiue, quod ad aliud refertur. Neque hoc S. Chry-
ſoſtomus non vidit: qui Homilia 2. in Pſalm. 50. ita dictum, ait, ἐπειδὴ τῇ πίστει
πεπετρωμένος ἦν. Procopius ad lib. Iudicum: Ἡ δὲ πέτρα τὸ στερρὸν τῆς πίστεως, δι᾽ ἣν
ὁ Πέτρος ὠνόμασται. *Petra firmitudinem deſignat fidei, vnde Petrus eſt dictus.* hoc
eſt, *Petrus, à petra*, vt Auguſtinus loquitur, *quæ eſt fides in veram petram.* Opti-
me. ne confundatur petra, ſiue lapis precioſus (quod & Leo Papa ſollicite
notauit) qui caput anguli tot locis dicitur. Petro igitur dictum eſt, σὺ εἶ Πέ-
τρος, vt Abrahamo dicitur, *vt ſis benedictio.* Καὶ ἔσῃ εὐλογία, ad verbum. vul-
go, *eriſque benedictus.* Græci, καὶ ἔσῃ εὐλογημένος. Igitur, σὺ εἶ πέτρος, quod
Chryſoſtomus eodem modo interpretatur, σὺ πεπετρωμένος εἶ. Et addit, *fide.*
Petro igitur dicitur, *Tu es Petrus:* Abrahamo, *Tu es benedictio.* Vere es, quod
diceris. Petrus, nempe, in domo Dei. *qui in petra fundatus es*, vt cum Augu-

In Matt. ſtino ſic loquamur. Πέτραν autem ὄρος, montem, ſiue rupem, etiam apud Homerum interpretantur Critici. Talis petra, petra illa Petri, quam confeſſionem interpretatur Auguſtinus: talis petra, fides Petri, quam profeſſus eſt, de qua Chryſoſtomus. Quo ſenſu Petrum & Simonem nonnunquam opponunt S S. Patres. vt Nyſſenus Homilia De Pœnitentia, qui Petrum, poſt abnegationem, factum Simonem negat, ſed manſiſſe Petrum. καὶ οὐκ ἀπέλυσεν εἰς Σίμωνα, ἀλλὰ Πέτρος διέμεινεν ὁ ἀπόστολος. Auguſtinus item, qui, ante confeſſionem Simonem vult fuiſſe dictum. Eodem modo in eo quod ſequitur, Ibid. καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ, quidam ex antiquis ſimpliciter τῆς πίστεως intelligunt. *Petra fidei*, quod repetitur: quia Petri nomen, non naturæ, vt dixi, ſed gratiæ, includit fidem. quemadmodum nec duo hæc nomina diſtinguunt Syri. Bis enim Cipha dicunt: ſiue Petrum, ſiue petram exprimunt. *Tu es Petrus fidei, & ſuper hac petra fidei* (quæ non longe petenda erat, cum exemplum ejus fidei dediſſet) *ædificabo.* Nec aliter intellexit, qui apud Cyprianum in Concilio Carthaginienſi ex hoc loco dixit, *Dominum ſuper petram ædificare Eccleſiam, non ſuper hæreſin.* Ac ſi dicas, ἐπὶ τῇ πέτρᾳ τῆς πίστεως τῆς ὀρθοδόξου. Chryſologus Sermone I. De reſurrectione: *Ponebat Angelus ſuper petram fundamenta fidei, ſuper quam Chriſtus erat Eccleſiam fundaturus, qui dixit, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam.* Alii ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ, idem volunt eſſe, ac ſi dixiſſet, ἐπὶ τῇ πέτρᾳ ταύτης τῆς πίστεως: vt ipſa quæ præcedit confeſſio intelligatur. Inter quos magnus Auguſtinus. Procopius ad Exodum, Ἔστιν οὖν ὁ τόπος, πέτρα καλούμενος, ἡ περὶ θεολογίαν ὀρθὴ διάληψις· οὕτω γὰρ καὶ τὴν ὁμολογίαν Πέτρου κέκληκεν ὁ Σωτήρ. qui, alludens ad hunc locum, petram, ſanam de rebus diuinis ſententiam interpretatur: quaſi petra ſit illud, Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. *Tu es Chriſtus* &c. quæ ipſa confeſſionis verba ſunt. De qua Chryſoſtomus, qui paucis ad hunc locum, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, τουτέστι τῇ πίστει τῆς ὁμολογίας, hoc eſt, *ſuper hujus confeſſionis fide*, inquit. Pluribus Theophylactus, αὕτη ἡ ὁμολογία, ἣν ὡμολόγησας, θεμέλιον μέλλει εἶναι τῶν πιστευόντων. *Hæc, quam confeſſus es, confeſſio, fidelium futura fundamentum eſt.* Auguſtinus item, qui hic diffuſior, vt connexionem, vt mentem, oſtendat, *Petra principale*, inquit, *nomen eſt. ideo Petrus à petra, non petra à Petro: quomodo non à Chriſtiano Chriſtus, ſed à Chriſto Chriſtianus vocatur. Tu es ergo, inquit, Petrus, & ſuper hanc petram, quam confeſſus es, ſuper hanc petram, quam cognouiſti, dicens, Tu es Chriſtus Filius Dei viui, ædificabo eccleſiam meam. Super me ædificabo te, non me ſuper te.* Quod Leo Papa confirmat. *Quia tu es Petrus, id eſt, cum ego ſim inuiolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio vtraque vnum, tamen tu quoque petra es, quia mea virtute ſolidaris.* Deinde, *Super hanc fortitudinem æternum extruam templum, & Eccleſiæ meæ cœlo inſerenda ſublimitas, in hujus fidei firmitate conſurget. Hanc confeſſionem portæ inferi non tenebunt, mortis vincula non ligabunt. Vox enim iſta vox vitæ eſt: & ſicut confeſſores ſuos in cœleſtia provehit, ita negatores ad inferna demergit.* Petrus igitur, propter fortitudinem hanc, Petrus. Quæ autem fortitudo illa? quam vt firmitatem fidei, ita confeſſionem mox dicit. Quem ſi ſequimur, connexio ac ſermo totus erit, *Tu es Petrus propter hanc confeſſionem:* & *ſuper hac petra*, (quæ eſt confeſſio) *ædificabo Eccleſiam meam.* Cum addit Dominus, Ibid. καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν, nolim ſubtiliter περὶ ᾅδου diſſeruiſſent eruditi, ac ſi pro inferis accipi ſit nefas. Quaſi non ita ſæpe vtantur Helleniſtæ: quaſi non ita Patres loquantur: quaſi non inferi & ᾅδης etiam in Symbolo Apoſtolico locum habeant: quaſi aliter Chryſoſtomus aliique intellexerint: quaſi non plena ac perſpicax ſit hyperbole, ut efficacius loquatur, cum ad hoſtes Eccleſiæ id referatur: quaſi non in Sacris ex interpretatione Helleniſtarum, quos Noui Fœderis autores expreſſerunt, ᾅδου πύλαι legantur. qui τὸ שערי שאול ita reddunt. (exemplo ſit Eſaias 35.10.) quaſi denique non notus ſit,

ad quem

ad quem reſpexiſſe potuit, Iobi locus, Ἀνοίγονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου, πύλαι
δὲ ᾅδου ἰδοῦσαι σε ἔπτηξαν. ita enim in Hebræo: pro quo πυλωροὶ Helleniſtæ, In
c. 38. 17. Petrus poſt mirificam confeſſionem, ad humanam imbecillitatem Matt.
conuerſus, mirificeque in contrarium abreptus, cum dixit, Ἵλεώς σοι Κύριε, οὐ μὴ
ἔσται σοι τοῦτο, intellige, ὁ Θεός. *Auertat Deus, Domine*, vel, *Propitius ſit Deus tibi,*
Domine. Longe ſecus quam interpretes. qui aliter intelligunt, Helleniſtarum
ſcripta non legerunt. Elegantiſſimum ac ſimillimum exemplum habes Ma-
chabæorum lib. 1. c. 2. ẏſ. 21. Vbi Mattathias, ad apoſtaſiam inuitatus, Ἵλεως,
inquit, ἡμῖν καταλιπεῖν νόμον καὶ δικαιώματα. Ἵλεως ἡμῖν, nempe, ὁ Θεός: quanquam
in aliis codicibus, μὴ καταλιπεῖν. quod 1 Paralip. c. 11. ẏſ. 19. plene Dauid
extulit, Ἵλεώς μοι ὁ Θεὸς, τοῦ ποιῆσαι τὸ ῥῆμα τοῦτο. quod Hebræi חלילה לי, Helleniſtæ,
Μὴ γένοιτό μοι τοῦτο dicerent. Vt cum 1 Regum 21. 3. Achabo vineam ſuam pe-
tenti reſpondet Naboth חלילה לי מיהוה. Vbi vetus interpres, *Propitius ſit mihi*
Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi. Helleniſtæ, Μή μοι γένοιτο
παρὰ Κυρίου. Idem ergo voluit hic Petrus, ac ſi dixiſſet, Μὴ γένοιτό σοι παρὰ Κυρίου.
Plenum eſſet Ἵλεώς σοι, Κύριε, ὁ Κύριος εἴη, vel ὁ Θεός. *Propitius tibi Domine, ſit*
Dominus, vel Deus. Recentior interpres, *Propitius tibi eſto, Domine: nequa-*
quam tibi erit hoc. Vetus, *Abſit à te Domine: non erit tibi hoc.* Eraſmus, *Propi-*
tius tibi ſis Domine: nequaquam erit tibi hoc. quos non contuliſſe locos ſimi-
les, aut perſpexiſſe, ſatis conſtat: & res ipſa docet. Statim autem reſponde-
tur, Ἄπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ. Ac ſi dicat, ὁ ὢν μοι εἰς Σατανᾶν. vt τὸ לשטן Hebræo- ẏſ. 23.
rum exprimatur. quomodo 2 Regum 19. ẏſ. 22. *eritis mihi hodie in aduerſa-*
rium, כי תהיו לי היום לשטן, dicitur. Vetus interpres, *efficimini mihi hodie in Satan.*
Helleniſtæ, ὅτι γίνεσθέ μοι σήμερον εἰς ἐπίβουλον. qui alias, εἰς ἔνεδρον τῷ ἁγιάσματι
καὶ εἰς διάβολον πονηρὸν τῷ Ἰσραὴλ διαπαντός. Satan enim quiuis aduerſarius, ho-
ſtis, obſtaculum. & ita paſſim in libris præſertim Regum. Quid, quod ipſi
quoque Angelo tribuitur, qui ſtetiſſe in via לשטן, ſiue, *in impedimentum*, Bilea-
mo dicitur? vbi mirifice Helleniſtæ, καὶ ἀνέστη ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τῆς ὁδοῦ ἐνδια-
βάλλειν αὐτόν. quemadmodum Petrus, vere ignarus, ἐνδιαβάλλειν τοῦ σωτηρίου
πάθους, deterrere atque auertere à ſalutari paſſione, quantum in ipſo, Domi-
num conatur: atque ita לשטן, & impedimento, hic erat. quod alias למכשול, *in*
offenſionem, ſiue *offendiculum*, dicitur. Quare & ſcandalum mox dicitur.
quod qui eſt, cum ἐμποδοστατεῖν iidem Helleniſtæ eleganter dicunt. Vt cum
Iephtes, occurrente filia, οἴμοι θύγατέρ μου ἐμποδοστάτηκάς μοι, εἰς σκῶλον ἐγένου ἐν
ὀφθαλμοῖς μου. Mira igitur Hilarii ſubtilitas, qui vt cum B. Hieronymo &
aliis, nomen Satanæ à Petro remoueret, ita locum hunc diſtinguit, Ἄπαγε
ὀπίσω μου. Σατανᾶ, σκάνδαλόν μου εἶ. Vt τὸ ἄπαγε ὀπίσω μου, Petro, cætera Diabolo di-
cantur. *Sed ſciens*, inquit, *Dominus zabolicæ artis inſtinctum, Petro ait, Vade*
retro poſt me, id eſt, vt exemplo ſe paſſionis ſequatur. In eum vero per quem opinio
hæc ſuggerebatur, conuerſus adjecit, Satana, ſcandalum mihi es. Non enim conue-
nit exiſtimare, Petro Satanæ nomen & offenſionem ſcandali deputari, poſt illa in-
dultæ & beatitudinis & poteſtatis tanta præconia. Sed quia infidelitas omnis Dia-
boli opus eſt, Petri reſponſione Dominus offenſus, cum opprobrio nominis, infideli-
tatis iſtius eſt deteſtatus autorem. Eodemque modo Chryſologus Homilia 27.
Vnde Dominus ſeruum poſt ſe mittit, ſcandalum remittit autori: dicendo ad Pe-
trum, Vade poſt me: & Diabolo, Satana, ſcandalum mihi es. Simplicius Chryſo-
ſtomus, qui & ita dici Petrum, & merito quidem, vult, ὡς ἀθετοῦντα τοῦ σταυροῦ τὸ
μυστήριον: *quod vel non ſatis æſtimaret, vel impedire crucis conaretur myſterium.*
Et diſerte, καὶ ἐπετίμησε τῷ Πέτρῳ καὶ Σατανᾶν ἐκάλεσε, *& increpuit & Satanam vo-*
cauit Petrum. qui tam grauiter, לשטן, hoc eſt offendiculo, eſſet Domino. Nam
B. Hieronymi interpretatio, vel ejus cauſa, omitti poterat. Qui, *Non, vt*
plerique putant, eâdem Satanas & Apoſtolus Petrus ſententiâ condemnantur. Pe-
tro enim dicit, Vade retro me Satana: id eſt, ſequere me, qui contrarius es voluntati

 meæ.

IN MATT. *meæ. Hic vero audit, Vade Satana. & non ei dicitur, retro me. Vt ſubaudiatur, Vade in ignem æternum, qui præparatus eſt tibi & angelis tuis.* quem ſi ſequimur, vt alia omittam, Dominus cum dixit, ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ, *abi retro me Satana*, ἀκολούθει μοι, *ſequere me*, dixit. Et tamen ſequitur, *ſcandalum es mihi.*
verſ. 28. Sub finem dicitur, *quoſdam ex aſtantibus eſſe, qui non morituri eſſent*, ἕως ἂν ἴδωσι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. De quo loco quam varie antiqui ſenſerint, ex eorum ſcriptis patet. Quorum plerique, inter quos Theophylactus, Euthymius, alii, ad transformationem Domini hoc referunt. Vnde & antiqui verba capitis ſequentis cum ſuperioribus hoc modo connectunt: Καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν. quemadmodum Marcus & Lucas ea ipſa verba cum transformatione conjungunt. Quare, vt pia eſt hæc antiquitatis opinio, ita nimis dilutum exiſtimo, Regnum Chriſti ab ea inchoare, aut τὸ ἔρχεσθαι ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ita limitare. Non eſt dubium, quin Apoſtolis, quemadmodum Iudæis, præconcepta de Regno Meſſiæ aſſidue in animis hæreret opinio. Accedebat præterea, quod Iudæi tria amiſiſſe Roboami tempore filios Iſraëlis dicerent: Regnum cœlorum, regnum domus Dauid, & domum ſanctuarii: quæ cum aduentu Meſſiæ reſtauratum iri. Dominus igitur, poſtquam de ſupremo ſuo egiſſet aduentu, ne differri Regnum ejus tantiſper quererentur, etiam hic optime ſperare jubet. tam vicinam enim exaltationem ſuam eſſe, vt nonnulli ex aſtantibus viſuri eam ante mortem eſſent. cujus ſignum certum, & quaſi τεκμήριον, ſtatim, in quo tres conueniunt Euangeliſtæ, exhibuit. Cui qui interfuerunt, vſque ad exaltationem ejus ſuperfuiſſe certum eſt. contra opinionem Iudæorum, qui dicebant, *hominem ea hora, qua moritur, diuinitatem videre, ac ſtatim mori.* שבשעת מיתת אדם ראה שכינה ומיד מת. At Dominus promittit illis, fore, vt priuſquam moriantur, Regni ſui videant initium. cujus, quaſi obſidem ac pignus, transformationem illam mox exhibuit ac dedit. Neque animaduerſionem non meretur, quod, cum Phariſæi paulo ante, ſignum exhiberi ſibi petiiſſent, denegatum id iis, vt indignis: tam illuſtre autem ſuis, quos vt participes Regni ſui eſſent, ipſe elegerat, exhibuit ac patefecit. Vt non fruſtra Rabbi Simon Menaſiæ filius, teſtibus Selomone Iarchi & Kimchio, olim dixerit, Regni Dei, cujus ſub Meſſia reſtaurationem ponunt, nullum Iſraëli ſignum bonum datum iri, niſi tria illa quæ amiſerant, è quibus primum erat regnum Dei, quærerent. De quo ſecuri admodum tum Phariſæi, vocem, quam בת קול dicebant, quæ in locum ceſſantis, vt volebant, ea tempeſtate Prophetiæ ſucceſſerat, exhiberi ſibi poſtulabant. Quale ſignum ſuis Dominus, ſed magnificum, è cœlo cum ſtupore aſtantis turbæ dedit. Cujuſmodi eſt illud, vt quod plane Regno ejus confirmando eſſet, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε. de quo poſtea.

CAP. XIII.

Caput decimum ſeptimum & octauum, aut quæ in iis interpretatione egent, expenduntur. Teſtimonium de Dei Filio, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου, ὁ ἀγαπητός. *&c.* Αὐτοῦ ἀκούετε, *verba* διακελευστικὰ *Prophetæ quem promiſerat Moſes.* Ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ, Μετάβηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ. *montes eruere. & de quibus id Iudæis vſurpatum. Sinai & Rabba. qui transfert montes. locus Procopii. Dæmon mons, & quare eidem autori dictus. Dæmones coli in montibus ſoliti. Idololatra,* ὀρεινὸς *Helleniſtis. Diabolus,* ὁ ἰσχυρός. *Montes Hebræis qui dicantur.* τὸ παιδίον τοῦτο. οἱ μικροὶ, οἱ πιστεύοντες, *qui.* βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου. οἱ παρεστηκότες περὶ πρόσωπον. οἱ ὁρῶντες τὸ πρόσωπον τοῦ βασιλέως. *Locus,* οὗ γάρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι. *Cætum ex Iudæorum ſententia non pauciores complecti quam decem. Præſentia*

diuina

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

diuina. Iudæorum veterum de iis ſuper quos quieſcit dictum vetus. Locus, IN
καὶ κρατήσαις αὐτὸν ἔπνιγε. *quid* πνίγειν. *Interpres recentior ac vetus, eorumque* MATT.
interpretatio.

DAnda erit opera, vt, quicquid agimus, ſine vlla oſtentatione ac ambi- CAP.
tu, ſine phaleris ac fuco verborum agamus. ne ambitioſi potius XVII.
quam rerum in hoc opere ac veritatis eruendæ ſtudioſi, aliis fuiſſe ✝ſ. 5.
videamur. ſub manu igitur naſcantur quæ dicenda ſunt. Inter cætera hoc
capite auguſtum illud ac magnificum de Dei Filio, & quidem cœlitus exhi-
bitum, occurrit teſtimonium, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα· αὐτοῦ Ibid.
ἀκούετε. אליו תשמעון. Quæ ſunt verba διαγγελικὰ, quæ proprie de illo dicta fue-
rant Propheta, de quo omnes ea tempeſtate diſputabant: quem tum expe-
ctabant omnes. Cujus nomen, cujus dignitatem denique, conſultus apud
cognominem Euangeliſtam, an Propheta ille eſſet, ſubterfugerat ac detre-
ctarat Baptiſta. De quo dictum erat, αὐτοῦ ἀκούσεσθε. Verba erant, Προφήτην ἐκ τῶν
ἀδελφῶν σου, ὡς ἐμὲ, ἀναστήσει σοι κύριος ὁ Θεός σου· αὐτοῦ ἀκούσεσθε. Deut. 18.15. Item,
καὶ ἄνθρωπος ὃς ἂν μὴ ἀκούσῃ τῶν λόγων αὐτοῦ, ὅσα ἂν λαλήσῃ ὁ Προφήτης ἐπὶ τῷ ὀνόματί
μου, ἐγὼ ἐκδικήσω ἐξ αὐτοῦ. ✝ſ. 19. Eodem capite legitur, Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἐὰν ✝ſ. 20.
ἔχητε πίστιν, ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ, Μετάβηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ, καὶ μεταβή-
σεται· καὶ οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν. Sæpe jam monuimus, paſſim ad decreta, conſue-
tudines ritusque ac dicta Iudæorum, alludi hic à Domino. Quod & hoc
loco factum. Magiſtri cum ſuos extollerent, duos præferebant cæteris: Sinai
& Rabba: de quo dicebant עקר הרים, *montes eruit*. quod vterque mirifice, ſed
ſuo modo, prodeſſet. Galli dicerent, *faict des merveilles*. duos mirabantur, in-
quam, præcipue, quorum alter ſimpliciter, alter operoſe δευτερώσεις explica-
bat. quod ad vtilitatem refert Gloſſa, quæ aliter atque aliter conferri publice
à diuerſis ſolet. Quales Sinai, ſiue Rabbi Ioſephus; ita, vt volunt, dictus,
quod literaliter eas exponeret: Rabbi item Bar-Nachman, qui, quod acute,
Rabba dictus. quemadmodum à ſummo hic Doctore, maxima vrbani-
tate id quod perpetuo in ore habebant iſti, ad fidem refertur. In omnium
manibus verſatur illud Iobi, *qui transfert montes*. c. 9. ✝ſ. 5. vnde ortum hoc
videtur. Quæri autem, neque ſine cauſa, ab eruditis poterat, quid ſibi vo-
luerit Procopius, cum ad libros Iudicum notauit, Φησὶ γὰρ θεραπεύσας (ὁ κύ-
ριος) τὸν σεληνιαζόμενον, ἐὰν ἔχητε πίστιν, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ, Μετάβηθι· οὕτω καλέσας τὸν
δαίμονα. hoc eſt, *dixit enim, poſtquam lunaticum curauit Dominus, ſi fidem ha-
beretis, diceretis monti huic, tranſi hinc illuc. ita enim dicit dæmonem.* Quo-
modo, aut, qua ratione, mons, dæmon? An quod in montibus idola, hoc
eſt dæmones, qui ſunt Dii gentium, colerentur? vnde, de quo ſupra egi-
mus, idololatra *montanus* Prophetæ dicitur. quem ὀρεινὸν eadem ratione
dixerunt Helleniſtæ. Ὦ ὀρεινὲ, ἐν τῷ πεδίῳ τὸν πλοῦτόν σου καὶ πάντας τοὺς θησαυρούς σου τῇ
προνομῇ δώσω. *O Montane, in agro opes tuas & omnes theſauros tuos in direptio-
nem dabo*, Ierem. 17. ✝ſ. 3. quo reſpexiſſe Dominum mihi equidem non ſe-
det: ac ne Procopium quidem, de quo agimus. Notum eſt, Diabolum alibi,
τὸν ἰσχυρὸν dici. quales à robore & ſublimitate montium, הרים Hebræis, ſiue
montes, dicuntur. Et ſane, quanuis mira quadam ſubtilitate, in mentem hoc
potius veniſſe credam Procopio, quam vt eo reſpexerit Dominus, non
incommode tamen cum montibus conferri robuſtus ille poteſt. Capite CAP.
decimo octauo, quod ſequitur, cum dixit Dominus, ὅστις οὖν ταπεινώσῃ ἑαυτὸν XVIII.
ὡς τὸ παιδίον τοῦτο, οὗτός ἐστιν ὁ μείζων ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, non negabo, quod ✝ſ. 4.
antiqui quoque notant, Dominum, cum de pueris hic ageret, non tam de
ætate quam de humilitate, aut, vt Græci loquuntur Theologi, τῶν ταπεινοφρο-
νούντων πέρι, egiſſe. dummodo illud maneat, puerum fuiſſe, quem in medium
produxit. Neque obſtat, quod παιδίον τοῦτο dixerit: non magis quam quod

de auditu ex fide à quibuſdam adfertur. quanquam quod περὶ τῶν μικρῶν τῶν
πιστευόντων ſequitur, magis conuenire iis videatur, qui cum pueris hic confe-
runtur, quam ipſis: vt pueri ad comparationis πρότασιν, οἱ μικροὶ ſpectent ad
ἀπόδοσιν. qui hic potius οἱ νηπιόφρονες videri poſſunt. Neque argutari pla-
cet, modo id maneat, ætatem eam, quæ quam ſimpliciſſima & eſt & ha-
betur, hactenus, vt ab ea peteret exemplum, placuiſſe Domino. Atque
ita ſimul ſuauiſſimum Leonis illud maneat: *Amat Chriſtus infantiam, quam
primum animo ſuſcepit & corpore. &c. Amat Chriſtus infantiam, quæ majorum di-
rigit mores, ad quam ſenum reducit ætates, & eos ad ſuum inclinat exemplum quos
ad regnum ſublimat æternum.* Ser. VII. in Epiphaniæ feſtum. Non multo
vſ. 10. poſt dicitur, λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ
πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. Quibus verbis alluſiſſe ad Reginæ Saba di-
ctum illud, 2 Paralip. videtur. Μακάριοι οἱ ἄνδρες, οἱ παρεστηκότες πρὸ προσώπου σου.
Helleniſtæ, οἱ παρεστηκότες σοι. Et 2 Reg. c. 15. 19. Πέντε ἄνδρες τῶν ὁρώντων τὸ πρόσωπον
vſ. 15. τοῦ βασιλέως, qui cum prima dignitate miniſtrarent Regi. Sequitur, ἐὰν δὲ ἁμαρ-
τήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου. Quod eſt, אם יחמוס לך חברך, *ſi injuriam fecit tibi, ſocius tuus.*
quemadmodum ipſi interpretantur Magiſtri. Locus illuſtris eſt, οὗ γάρ εἰσι δύο
vſ. 20. ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. Primo ad retundendam
ſubtilem Iudæorum obſeruatiunculam, qui עדה ſiue *cœtum*, non pauciores
proprie quam decem complecti docebant: idque ex Numer. 14. colligebant.
quanquam ipſi faterentur diuinitatem, hoc eſt שכינה, etiam paucioribus,
etiam tribus, etiam duobus, in nomine Domini congregatis, etiam vni, ad-
eſſe. Diuinam autem qui hic ſibi tribuit præſentiam, diuinam quoque tribuit
naturam. Neque dubium eſt quin, antiquiſſimum, etiam Magiſtris notum,
alluſerit dictum, אבל שנים שיושבין ויש ביניהם דברי תורה שכינה שרויה ביניהם. *Verum duo,
qui vna ſedent, & colloquia de Lege habent, quieſcit ſuper eos diuinitas.* qui &
aliorum vt dixi, numerorum rationem è Scriptura reddunt. Quemadmo-
dum & de ternario hic dicitur: qui veteribus quoque Iuriſconſultis ita com-
mendatus, vt tres facere collegium pronunciarint. Notum illud, *Neratius
Priſcus tres facere exiſtimat collegium.* tit. De verb. ſignif. quod Græci Iuriſ-
vſ. 28. conſulti, οἱ τρεῖς σύστημα ποιοῦσιν. Eodem capite, de ſerui aduerſus ſeruum tyran-
nide legitur, καὶ κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε. Vbi vterque interpres, *ſuffocabat.* quaſi
aliud quam בעת, quod θαμβεῖν, ταράττειν, *terrere*, Helleniſtis ac *agitare* eſt, in-
telligatur. qui ad infeſtum quoque ſpiritum id retulerunt. Quid autem opus
erat ſuffocare, cum in carcerem deductus ſequeretur, quod ex ſequentibus
patet? ne quis τὸ *obtorta gula* Romanorum, aut quæ de neruo illi, huc trahat.
Quanuis *endo manum* jeciſſe, vt iidem loquebantur, ſuo modo videtur, quia
vſ. 34. κρατήσας præcedit. In fine capitis cum de debitore, καὶ παρέδωκεν αὐτὸν τοῖς βα-
σανισταῖς, dicatur, βάσανος autem nihil præter moleſtiam nonnunquam de-
ſignet Helleniſtis, non male, meo animo, exactores dicam, qui Magiſtris
alibi גבאין dicuntur. *qui ſolutionem*, ajunt illi, *accipiunt ab homine, ſiue velit
ſiue nolit.*

CAP. XIV.

Caput decimum nonum & vigeſimum percurritur. Καὶ εἶπεν, ἕνεκεν τούτου. *& quo-
modo intelligendus ſit locus. quis id dixerit.* εἶπε, λέγει, *de Scripturæ loco, hoc eſt,*
λέγεται. *Mos Hebræorum Magiſtrorum in citando Fœderis antiqui contextu.*
Καί εἰσιν εὐνοῦχοι, οἵτινες &c. εὐνοῦχοι σιδηροκατάδικοι *Baſilio, qui.* σωφρονοῦντες
ἄμισθα διὰ σιδήρου. εὐνοῦχοι ἐξ ἐπηρείας ἀνθρώπων. *Locus illuſtris,* Οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ
μὴ εἷς ὁ Θεός. *Artificium loci diuinum. an in eo de priori quoque tabula Decalogi
agatur. Bonus de Filio. Mira Tertulliani interpretatio. Solus Deus, bonus,
quomodo. Fons bonitatis, & participes ejus. Solus non excludit Filium.* θεο-
λογεῖν ἐν πατρὶ τὸν υἱόν: *vt in loco, Gloriam meam alteri non dabo. Axiomata de
diui-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

diuinitate, cum perſonis communicanda, è veteribus. Dei nomen Achad. Adad. In
Ἀδαδός. *Lex contracta: & quantum non præſtent ex iis quæ præcipiuntur* Matt.
homines. Caput vigeſimum. Recepta capitum diſtinctio, & quantum ei tribuen-
dum. Ὀφθαλμὸς πονηρός. *cui* ὀφθαλμὸς καλὸς *à Iudæis opponitur. Rabbini,* με-
γάλοι *ſiue* גאונים. *& qui peculiariter ſic dicti.*

STatim non procul ab initio Capitis dicitur, Καὶ εἶπεν, ἕνεκεν τούτου κατα- Cap.
λείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικί. XIX.
Quaſi id dixiſſet Deus: cum non à Deo, ſed ab Adamo dicatur. De ℣ſ. 5.
quo operæpretium eſt Epiphanium audire. qui aduerſus Ptolemaitas, ἀντὶ
τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ κολληθήσεται τῇ γυ-
ναικὶ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Οὐ τοῦ Θεοῦ τοίνυν τοῦτο εἰπόντος, τοῦ δὲ Ἀδὰμ εἰρηκό-
τος, τοῦ Κυρίου δὲ ἐπιμαρτυροῦντος. *Propterea relinquet patrem & matrem homo,*
vxorique adhærebit: ita vt ſint in carnem vnam. Non quod Deus hoc dixerit, ſed
Adam, ſuoque teſtimonio confirmet Dominus. Et certe in ipſo contextu, καὶ εἶπεν
Ἀδὰμ, dicitur. Vnde idem Epiphanius aduerſus Montaniſtas in prolixa περὶ
τῆς προφητικῆς ἐκστάσεως, quam ſibi Montaniſtæ vindicabant, aut profane exco-
gitarant potius, deſcriptione ac diſputatione, hæc verba, tanquam prophe-
tiam primi hominis adducit. In qua probat, ſenſibus integris, καὶ παρακολου-
θοῦντα, vt ipſe loqui amat, τῇ διανοίᾳ, Adamum hæc dixiſſe. Cæterum, ad Epi-
ſtolas Paulinas, & quidem non ſemel, multis probauimus, vſitatum eſſe
Noui Fœderis autoribus, cum Antiqui autores adducunt, vt τὸ εἶπε, vel, τὸ λέ-
γει, ἀντὶ τοῦ λέγεται, Magiſtrorum more vſurpent. Ad Hebræos c. 1. ℣ſ. 7. καὶ πρὸς
μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει. Ad Epheſios 5. ℣ſ. 13. qui locus plurimos exercuit, Διὸ
λέγει, Ἔγειραι ὁ καθεύδων. hoc eſt, אמר, λέγει, ſiue, εἶπεν: ὁ Κύριος, nimirum, aut ſcri-
pturæ locus. Nec Magiſtri fere, vt dixi, aliter loquuntur. Vnde vulgaris illa
Nota, אה, quod eſt, אמר הפסוק. quod, *dicit verſus*, ſiue, locus Biblicus, inter-
pretantur. Non aliud hic eſt, τὸ εἶπε. Plura confirmandæ rei alibi à nobis ad-
ducta. quæ videat, cui curæ hæc ſunt. Aliquanto poſt ſequitur, καὶ εἰσὶν ℣ſ. 12.
εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Quos vt ab eunuchis, de quibus
hic agitur, cæteris diſtinguerent, σιδηροκαταδίκους, eleganter Baſilius ad Sim-
plicium hæreticum, dixit. γένος ἄτιμον καὶ πανώλεθρον, σὺν αὐτῇ τῇ γενέσει σιδηροκα-
τάκριτον. *Genus inhonorum perditiſſimumque, cum natiuitate ipſa, ferro damna-*
tum. Quos & paulo poſt, σωφρονοῦντας ἄμισθα διὰ σιδήρου, *caſtos ſine mercede, &*
per ferrum, dixit. eoſdem qui in Canonibus Apoſtolorum, εὐνοῦχοι ἐξ ἐπηρείας
ἀνθρώπων, *eunuchi ex hominum injuria*, dicuntur. Locus vero præclarus ac
illuſtris eſt, quo illi reſpondet Dominus, à quo bonus dicebatur, Τί με λέγεις ℣ſ. 17.
ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. Vbi artificium, vere ex abdito, aut potius
ex adyto diuinæ ſapientiæ, diuinum. quippe, aliud agendo, vnum ait eſſe
Deum, & hunc bonum: nec cum alio communicandum, quod vnius eſt.
Id autem ſcire non poteſt, niſi qui jam nouit, ὅτι δεῖ ἀγαπᾶν τὸν Κύριον ἐξ ὅλης
καρδίας, *ex toto corde amandum eſſe Dominum.* Quæ Decalogi pars prior, aut
priorem certe comprehendit. Neque interim, quis ipſe ſit, exponit, aut ſe
prodit. quod ad diſpenſationem referendum. Ne mirari pergant eruditi,
nullam tabulæ prioris mentionem fieri hoc loco: quia ſequitur, videlicet,
οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις &c. καὶ ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. Eſt &
ſimul ironia, quæ ex vera ſed improuida confeſſione, & quæ cum opinione
Iudæorum pugnat, verum elicit Socratice, aut eo ducit. Dei Filius voca-
tur bonus. Et hoc verum. Atqui, Deus vnus eſt, & ſolus bonus. Reſtat ergo
vnum. Vt vel is qui bonus dicitur, qui vere proprieque, ſiue, primo modo,
non ſecundo bonus dicitur, ſit Deus, & cum vno Deo, vnus Deus: vel, vt
non proprie aut non recte ſic dicatur. Eleganter Homilia 169. Chryſologus.
Hoc fuiſſe in Decalogo jam pateſcat. Audi, inquit, Iſraël; Deus tuus, Deus vnus
eſt.

eſt. Hoc ſynagoga dura non videt in Filio, amittit in Patre. Dum non credit in Chriſto, Chriſtum lethaliter crucifigit: cui merito per Decalogum conſequenter dicitur, Non occides. Ne quis dicat, de priore tabula non agi. quæ & ipſa locum habet, cum quod dicitur de Patre, ad Filium refertur. E priori igitur, notatur, ignorare eos adhuc Deum qui ſe ſolos ſcire exiſtimabant: quod in Lege ignorarent Filium. E ſecunda, nec proximum, vt oporteret, dilexiſſe. quomodo enim? qui quid eſſet proximus, vt alibi probatur, ignorarent. Non igitur, ſe Deum negat Dominus, ſed probat. Optime ad Lucam Ambroſius: *Propterea*, inquit, *Dominus, quid me dicis bonum, quem negas Deum? Quid bonum dicis, cum bonus nemo niſi vnus Deus? Non ergo bonum ſe negat, ſed Deum ſignat.* Tertullianus mirifice, *Quid me interrogas de bono? Vnus Deus, bonus.* Et reuera ſolus Deus bonus, vt fons ipſe: & quidem בלי מגרעה, ſine diminutione vlla, vt loquuntur Magiſtri, ita dicitur. Quo ſenſu aduerſus Eunomium Nyſſenus, ὁ μὲν γὰρ πηγὴ τῆς ἀγαθότητος ὢν, ἀπ' αὐτῆς ὀνομάζεται· ὁ δὲ μετέχων τῆς ἀγαθότητος, συμμετέχει καὶ τοῦ ὀνόματος. *Qui bonitatis fons eſt, ab ipſa bonitate bonus dicitur: qui autem tantum particeps eſt bonitatis, ſimul particeps fit nominis.* Adde, quod τὸ *ſolus*, non excludit Filium, vt alibi ad Eſaiam B. Hieronymus dixit, ſed conjungit Patri. Neque *Pater* hic dicitur, ſed *Deus:* vt ſic comprehendatur Filius. quod, θεολογεῖν ἐν πατρὶ τὸν υἱόν, eleganter olim veteres Theologi dixerunt. Vt cum dicitur, *Gloriam meam alteri non dabo*. quo non excluditur is, qui communem habet gloriam, ſed comprehenditur ac pariter ſignificatur. B. Athanaſius lib. De incarnatione Chriſti, τὴν δόξαν μου, φησὶν, ἑτέρῳ οὐ δώσω· οὐ γάρ ἐστι δεύτερος Θεὸς ὁ υἱὸς, ἀλλὰ Λόγος τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου Θεοῦ, θεολογούμενος ἐν πατρί. *Gloriam*, inquit, *meam, alteri non dabo. non enim ſecundus Deus eſt Filius, ſed vnius ac ſolius Dei verbum: cui diuinitas tribuitur in Patre.* Notum autem axioma veterum, ὅσα ἴδια τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, ταῦτα κοινὰ τῶν ὑποστάσεων. *Quæ diuinæ eſſentiæ ſunt propria, communia ſunt hypoſtaſibus.* Item, ὅτι τὸ μόνος, ſiue, vt hic, τὸ εἷς, ἐπὶ τῆς θεότητος λαμβανόμενον, καὶ Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, λέγει. *Solum, ſiue vnum, cum de Deo dicitur, etiam de Patre Filioque dici ac Spiritu.* Quia, quod de vno Deo dicitur, etiam de iis dicitur qui vnus ſunt Deus. Vnus autem Dei nomen. quod Hebræis אחד, *Achad.* Vnde Adad Sol Grammatico Latino, Ἀδαδὸς Euſebio. quem Θεῶν βασιλέα, *Regem Deorum vocat.* Sol autem ſolus, ideoque Sol, ſi Varroni credimus. Adde, quod, vt dixi, verum manet illud, οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός: *neminem eſſe bonum, præter vnum Deum.* qui, vt recte Græci Theologi, ſolus καθ' ὑπερύπαρξιν, *ſecundum exiſtendi excellentiam*, conſideratus, αὐταγαθότης ὑπερούσιος, ab iis dicitur. Quod cum recte de vno ſoloque dicatur Deo, neque minus recte de Filio dicatur, quis dubitat, quin Filius ſit Deus? imo, ſolus vnuſque ille Deus cum Patre Spirituque? quod nec intelligebat nec confitebatur Iudæus ille. vnde & clam arguitur. Quod eo minus mirum videbitur, ſi, quæ de vno hic Deo dicuntur, (quod & B. Hieronymus notauit) ad priorem ſpectare tabulam, vt monui, dicamus, quæ hic prætermitti videtur? In qua quid aliud præter duo hæc docetur: vnum, nempe, Deum eſſe, & quomodo colendus? quemadmodum & Marci 12.32. priuſquam quomodo quantumque vnus Deus ſit colendus dicitur, illud, ὅτι εἷς ἐστι Θεὸς, καὶ οὐκ ἄλλος πλὴν αὐτοῦ, *vnum eſſe Deum, neque alium ab ipſo*, optime præmittitur. Quæ compendia non lego, quin plerumque mecum cogitem: Pauca eſſe, quæ præſtari Deus præcipit, cum multa ſint quæ non præſtantur. Toto corde amari vult Deus. Si quis quærat quid ſit illud, reſpondebimus, vt juſſit. Quod autem juſſit, omnium in manu eſt, nec ignoratur. Amare ſingulos vult proximum, vt ſemet. Tam ſunt pauca quæ præſcribit homini, in quibus infinita ſunt aduerſus quæ delinquit homo: qui nec agit ideo quæ debet, & plerunque agit quæ non debet. iniquus pariter in Deum quem non videt,

& in

& in proximum cum quo verſatur. Breuiſſima eſt Lex quam dedit: breuior
eſt ſumma qua breuiſſimam contraxit. cum neque ex præſcripto Legis, neque In Matt.
ex compendio præſtemus quæ præſcripſit. Quemadmodum Iudæi, eo tem-
pore cum omnia ſe ſcire exiſtimarent, nondum Dei Filium, Meſſiam ſuum
pariter & noſtrum, Deum eſſe intelligebant. Quare, ne priorem quidem, vt
debebant, tabulam intelligebant. quemadmodum, quis eſſet proximus ro-
gabat, qui ſe Lucæ 10. 29. nihil ignorare exiſtimabat. Ita, qui vtramque tabu-
lam in manu & ante oculos habebant, neutram recte intelligebant. quod &
ipſum ignorabant. Præſentiam Meſſiæ atque aduentum, nec aliud prope-
modum, in ore habebant: quem interpretes tot Legis, prope ad oculum
delinearant. Venienti protinus inſidias, ac mortem denique, ſtruxerunt.
ei, dico, qui & Deus ſemper fuerat, & homo, hoc eſt proximus eorum, factus
erat. Ita in Meſſia ſuo Legem vniuerſam, tabulam vtranque implerunt. in
Deum ſuum impii, in proximum iniqui: & vtrumque in eum, qui vtrumque
eſſet. quaſi aut in eo ſolo locum Lex eorum non haberet, per quem data
fuit: aut in eo locum non haberet illud, Deum proximumque amate, qui
vtrumque fuit: aut hic denique ceſſaret illud, Non occides. Vigeſimi capi- Cap.
tis initium eſt, Ὁμοία γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ. Vbi, quan- XX.
tum receptis capitum diſtinctionibus ſit tribuendum, apparet, niſi fallor. ℣ſ. 1.
Manifeſte enim, quod hic dicitur, vſque ad verſum decimum & ſeptimum,
cum poſtremis ſuperioris capitis cohæret verbis. B. Hieronymus, *Parabola*
iſta vel ſimilitudo cælorum, ex his quæ præmiſſa ſunt, intelligitur. Et in ipſo
tamen B. Hieronymo caput ita diſtinxerunt Critici. Decimi & noni capitis
poſtrema verba ſunt, Πολλοὶ δὲ ἔσονται πρῶτοι, ἔσχατοι, καὶ ἔσχατοι πρῶτοι. quæ verſu
vigeſimi decimo & ſexto repetuntur ita: οὕτως ἔσονται οἱ ἔσχατοι πρῶτοι, καὶ οἱ πρῶτοι,
ἔσχατοι· πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί: ſimulque diſputationis, quæ initio
hujus capitis cum inchoata eſſet, altero continuatur, quaſi συμπέρασμα
quoddam ſunt, ſeu concluſio. Vt fortaſſe haud minus commode ab iis,
Πολλοὶ δὲ ἔσονται πρῶτοι, ἔσχατοι &c. inchoari potuerit hoc caput, ac ſic cætera
connecti. hoc modo: Πολλοὶ δὲ ἔσονται πρῶτοι, ἔσχατοι, καὶ ἔσχατοι, πρῶτοι. ὁμοία γάρ
ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐξῆλθεν ἅμα πρωῒ μισθώσασθαι
ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ. Inter alia eodem dicitur, εἰ ὁ ὀφθαλμός σου, πονηρός
ἐστιν, ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι; cui ὀφθαλμῷ πονηρῷ, ὀφθαλμὸν καλὸν Iudæi opponunt. ℣ſ. 15.
cum de patientia aut tolerantia agunt. Vt cum Benjaminus Iudæos ſer-
uitutem ſub Græcis בעין יפה, *oculo pulchro vel bono*, hoc eſt, *patienter*, ferre
ait. Eodem occurrit illud, Ἀλλ᾽ ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν μέγας γενέσθαι. Quibus ver-
bis manifeſte Doctores tanguntur, qui vulgo vt magni, ita גאונים, σεμνοὶ, di- ℣ſ. 26.
cebantur. quanuis ad quoſdam peculiariter poſteriores id reſtringunt: at-
que inprimis eos, qui in Thalmude verſati eſſent. in quo ſexaginta, inquit
Elias, tractatus ſunt. quem numerum, vt illi volunt, τὸ גאון deſignat. quæ eſt
Magiſtrorum ſubtilitas: cum Gematriam præſertim ſuam in conſilium ad-
hibent. De qua minime ſollicitum fuiſſe Dominum, extra controuerſiam
arbitror: qui magnos illos, in ſeruitutem redegit, cum dixit, Ἀλλ᾽ ὃς ἐὰν θέλῃ
ἐν ὑμῖν μέγας γενέσθαι, ἔσω ὑμῶν διάκονος. Neque magnificos in ſæculo, hoc eſt,
גאוני עולם, quo nomine ſe dicebant illi, tanti fecit, vt in ſæculo futuro, hoc eſt,
בעולם הבא, vt loquuntur ipſi, locum iis aſſignaret. quemadmodum eandem vo-
cem, qua tantopere ſe efferebant iſti, לרעה, ſiue, in peiorem partem, ac-
cipi, pro arrogantia ſuperbiaque, ipſi, aut collegæ eorum docent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Matt.

Cap. XV.

Caput Euangeliſtæ vigeſimum primum. Lectionis diuerſitas è Lexionario Græco-
Arabico notata. Ἔστρωσαν ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια. *mos ſubſternendi veſtes vehentibus,*
& quo fine. Oſanna filio Dauid, formula, & qualis quibuſqac vſitata. Σῶσον ὁ
βασιλεὺς, σῶσον. Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ, *& quid intelligendum.* Ὡσαννὰ τῷ ἐν ὑψί-
στοις. Ὁ ἐν ὑψίστοις. Ἐγὼ Κύριε. *Magna lectionis diuerſitas ex B. Hieronymo nota-*
ta. ὁ κληρονόμος. ὁ ἀγαπητός. *Locus,* Λέγουσιν αὐτῷ, *& quid de eo judicandum. Pe-*
riculoſa in corrumpendis libris, & quidem Sacris, audacia. Eruditorum de eo
loco, de quo agitur, opinio. ea rejecta. Suſpectus de tranſpoſitione locus. Eadem
è Luca, & autoritate ejus, vt videtur, confirmata.

Cap. XXI. LEue eſt quod initio monebimus. Pro eo quod non procul à princi-
pio capitis dicitur, λέγων αὐτοῖς, Πορεύθητε εἰς τὴν κώμην τὴν κατέναντι ὑμῶν,
vſ. 2. καὶ εὐθέως εὑρήσετε ὄνον δεδεμένην, in veteri Lectionario Græco Arabico,
quod magni olim Scaligeri fuit, Πορευθέντες εἰς τὴν κώμην, ſublato τῷ καὶ, legeba-
tur: hoc modo: Πορευθέντες εἰς τὴν κώμην, τὴν ἀπέναντι ὑμῶν, εὐθέως εὑρήσετε, &c.
vſ. 8. Aliquanto poſt legitur, ὁ δὲ πλεῖστος ὄχλος ἔστρωσαν ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐν τῇ ὁδῷ.
Quod κατ' οἰκονομίαν factum, vtpote vncto, & reuera Regi. non modo vt mol-
lius ſic veheret, ſed & quod ſubmiſſionis indicium ac argumentum eſſet. Re-
gibus enim, cum crearentur, veſtes ſternere ac ſubmittere, Iudæis mos erat.
Vnde illud: *Feſtinauerunt itaque, & tulerunt quiſque veſtimentum ſuum, ac poſue-*
runt ſubter eum in faſtigio graduum, clanxeruntque tuba, atque dixerunt, Regnat
Iehu. 2 Reg. 9.15. Helleniſtæ, καὶ ἀκούσαντες ἔσπευσαν, καὶ ἔλαβον ἀνὴρ τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, καὶ
ἔθηκαν ὑποκάτωθεν Ἰοὺ, ἐπὶ γαρὲμ τῶν ἀναβαθμῶν, καὶ ἐσάλπισαν ἐν κερατίνῃ, καὶ εἶπον, Βεβα-
σίλευκεν Ἰού. Quemadmodum ibi, *Regnat Iehu*, ita hic, *Oſanna filio Dauid.* qua ac-
clamatione Regem è gente Dauid, quod gratiſſimum & expectatum omni-
bus, regnare indicatur. Quid, quod formula, qua auxilium clementiam-
que Regis, moris quoque cauſa ominiſque implorarent, הושיע erat, id eſt,
Serua. Vt cum 2 Samuelis 14.4. mulier, quæ à Ioabo, vt callide pro Abſalone
inrercederet, ſubornata fuerat, ingreſſa, *Serua Rex* inquit. Helleniſtæ, Σῶσον
ὁ βασιλεὺς, σῶσον. ad quam formulam verba quoque Pſalmi centeſimi octaui
& decimi, accommodata volunt. Cum autem dicitur τῷ υἱῷ Δαβὶδ, nihil
præter λεγόμενον, aut ſimile, ἔξωθεν intelligendum. Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ τοῦ Δαβὶδ,
λεγόμενον. *Oſanna filio Dauidis dicimus.* Quod non repetiit, quia τὸ ἐκεραζον
præceſſit. & ſic infra. Hic autem tale eſt, ac ſi, Ὡσαννά σοι υἱὲ Δαβὶδ, dicant.
quemadmodum quod ſequitur, Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, nihil aliud, quam
Ὡσαννὰ τῷ ἐν ὑψίστοις, λεγόμενον. *Oſanna filio Dauidis, Oſanna ei, qui in excelſis, dici-*
mus. Tale eſt, Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ. hoc eſt, τῷ ἐν ὑψίστοις Θεῷ. Tale eſt, ὁ δὲ συνί-
στωρ μου ἐν ὑψίστοις, hoc eſt, ὁ ἐν ὑψίστοις. Iobi 16.19. Præceſſit autem, εὐλογημένος
ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. qui eſt, ὁ ἐν ὑψίστοις, ברמה. Verba ipſa ex Matthæo
Hebræa B. Hieronymus Epiſtola ad Damaſum, quam de hac voce ſcripſit,
laudauit atque adduxit. Denique Matthæus, inquit, *qui Euangelium He-*
bræo ſermone conſcripſit, ita poſuit, הושיעה נא ברמה. Quod Iobo במרומים. idem, quod
ἐν οὐρανοῖς, nimirum. Helleniſtæ, καὶ νῦν ἰδοὺ ἐν οὐρανοῖς ὁ μάρτυς μου· ὁ δὲ συνίστωρ μου ἐν
ὑψίστοις. videnda interim quæ ad hunc locum Reuerendus ſummuſque vir Lu-
vſ. 30. douicus de Dieu annotauit. Eodem capite legitur, καὶ προσελθὼν τῷ δευτέρῳ,
εἶπεν ὡσαύτως· ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, ἐγὼ Κύριε, καὶ οὐκ ἀπῆλθε. Hoc eſt, Ἰδοὺ ἐγὼ Κύριε,
quod Hebræi הנני. cujus vim hoc loco non ſatis aſſequi videntur eruditi.
vſ. 31. qui, *Ego abeo, Domine.* Paulo poſt, λέγουσιν αὐτῷ, ὁ πρῶτος. Ad quem locum
B. Hieronymus, *Sciendum eſt, in veris exemplaribus, non haberi nouiſſimum,*
ſed primum. vt proprio judicio condemnentur. Si autem nouiſſimum voluerimus
legere, manifeſta eſt interpretatio. Vt dicamus: intelligere quidem veritatem
Iudæos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Iudæos, ſed tergiuerſari, & nolle dicere quod ſentiunt. Sicut & baptiſmum Ioan- In
nis, ſcientes eſſe de cælo, dicere noluerunt. Quantum autem inter τὸ ὁ ἔσχατος Matt.
& ὁ πρῶτος interſit, nemo ignorat. è quo quanta exemplarium olim fuerit
varietas, apparet. Eodem capite legitur, εἶπον ἐν ἑαυτοῖς, οὗτός ἐστιν ὁ κληρονό- ℣ſ. 38.
μος. qui eſt hæres, cum quo nemo ſuccedit: vt τὸ יורש Helleniſtæ videntur
2 Sam. 14. 7. accepiſſe. vbi de fratre, qui, interfecto altero, ſolus ſupererat,
Παράδος τὸν πατάξαντα τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ θανατώσομεν αὐτὸν ἀντὶ τῆς ψυχῆς τοῦ ἀδελφοῦ
αὐτοῦ, ὃν ἀπέκτεινε, καὶ ἐξαροῦμεν τὸν κληρονόμον. Hic ergo, ὁ ἀγαπητὸς, filius vnicus:
vt quo deſignatur ille, ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων ὁ Θεός. Heb. 1. 2. de quo, vt
recte Ambroſius, dictum eſt, *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem*
tuam. quem filium, vt idem, *dominum conſtituit vniuerſorum. Hæredis autem*
vtitur nomine, vt duo quædam per hoc adſtruat & oſtendat. quod proprius ſit
filius, & quod dominationis illi nulla contingat amiſſio. Hæredem autem omnium
dicit, id eſt, mundi totius. Eodem capite, ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος, ℣ſ. 40.
τί ποιήσει τοῖς γεωργοῖς ἐκείνοις; λέγουσιν αὐτῷ, κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτούς. Paucis
locis, quanquam pluribus quam vellem, in nonnullis codicibus legi quæ-
dam, quæ in aliis deſiderentur, ex collatione eorum, vel recentior interpres
euincit. qui grauiter nonnunquam & ſerio hoc agit. Cujus rei nuſquam
argumentum, quam hic, extat certius. Λέγουσιν αὐτῷ, inquit. Qui vero? Ii,
ſcilicet, cum quibus egit Chriſtus hactenus. Præceſſit autem, οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ
πρεσβύτεροι. cum hæc verba, non illis, ſed Chriſto, à Luca & Marco tribuantur.
Iſti autem tantum abeſt, vt hæc ipſi dixerint, vt cum Chriſtus apud Lucam
ea dicat, illi, Μὴ γένοιτο reſpondeant. Verba ejus ſunt, Τί οὖν ποιήσει αὐτοῖς ὁ κύ-
ριος τοῦ ἀμπελῶνος; Ἐλεύσεται, καὶ ἀπολέσει τοὺς γεωργοὺς τούτους, καὶ δώσει τὸν ἀμπελῶνα
ἄλλοις. Ἀκούσαντες δὲ εἶπον, Μὴ γένοιτο. Reſpondent eruditi, eos, cum quibus age-
bat Chriſtus, ſibi conſcios, non dixiſſe quidem, quod diſerte tamen Mat-
thæus ait, ſed cogitaſſe illa, Κακοὺς κακῶς, & quæ ſequuntur. Poſtea vero, cum
in ſe hæc dici audirent, muſſitaſſe ſecum, Μὴ γένοιτο. quæ, ne refutanda qui-
dem arbitramur. Ego, ſimpliciter continuaſſe Euangeliſtam hæc arbitror
hoc modo, Ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ Κύριος τοῦ ἀμπελῶνος, τί ποιήσει τοῖς γεωργοῖς ἐκείνοις;
Κακοὺς κακῶς ἀπολέσει. Ea autem verba, λέγουσιν αὐτῷ, ab eodem inſerta, qui
ſequentes verſus turbauit ac transpoſuit. Quod ne illi quidem negant, ſed &
fatentur, qui conciliari poſſe, quomodo jam dixi, inter ſe autores veritatis
arbitrantur. Nam, vt cætera nunc omittamus, quis tam nullo eſt judicio
ac ſenſu, qui non videt locum Pſalmi, in quo de lapide, quem reprobarunt
ædificantes, agitur, ac cætera quæ de eodem ex Eſaia dicuntur, importu-
ne conuelli ac disjungi? Cujus pars, cum verſu 42. adducatur, verſus in-
teger, qui huc facere non videtur, διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, ὅτι ἀρθήσεται ἀφ᾽ ὑμῶν ἡ
βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς, ſubjungitur. qui & ipſe ab
eo cum quo cohæret ſeparatur: atque ita ad locum, qui continuandus erat,
reditur, καὶ ὁ πεσὼν ἐπὶ τὸν λίθον τοῦτον. Quo autem hoc referendum, niſi ad illud
de quo egit? hoc eſt, λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κε-
φαλὴν γωνίας. Quod qui non videt, argumento ſaltem demonſtrationis cre-
dat. ipſi Lucæ nempe, qui hæc conjungenda docet, cum ſcripſit, ὁ δὲ ἐμβλέ-
ψας αὐτοῖς εἶπε, τί οὖν ἐστι τὸ γεγραμμένον τοῦτο, λίθον, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες,
οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας; Πᾶς ὁ πεσὼν ἐπ᾽ ἐκεῖνον τὸν λίθον, συνθλασθήσεται·
ἐφ᾽ ὃν δ᾽ ἂν πέσῃ, λικμήσει αὐτόν. Qui, ne quis poſteriora alio referret, ſecuri-
tatis ac lectoris cauſa, verba iſta, ἐπὶ τὸν λίθον τοῦτον, addidit: ne quiſquam, dico,
dubitaret. Quæ & Matthæus, ne quis neſciat quo iſta referenda ſint, ad-
junxit: καὶ ὁ πεσὼν ἐπὶ τὸν λίθον τοῦτον. Locus alter Pſalmo 118. ℣ſ. 22. extat:
alter alluſio ad ea, quæ Eſaiæ 8. ℣ſ. 15. leguntur. Διὰ τοῦτο ἀδυνατήσουσιν ἐν αὐτοῖς
πολλοί, καὶ πεσοῦνται, καὶ συντριβήσονται: &c. cum ante περὶ λίθου προσκόμματος egiſſet. Quis
non videt autem, duos iſtos verſus, alterum nunc 41, alterum 43, neceſſario

In Matt.

jungendos? Κακοὺς κακῶς ἀπολέσει, καὶ τὸν ἀμπελῶνα ἐκδώσεται ἄλλοις γεωργοῖς, οἵτινες ἀποδώσουσιν αὐτῷ τοὺς καρποὺς ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν. Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, ὅτι ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει τῷ ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς. Quis igitur, cum de ejuſmodi tranſpoſitione non ſemel moneant veteres, & exempla extent apud Patres, quod ex iis patet quæ ab illis adducuntur, errare eum credat, qui verſui quadrageſimo primo, quadrageſimum tertium, huic quadrageſimum ſecundum, deinde quadrageſimum quartum ſubſtituendum credat? Non vt quicquam mutet. abſit: ſed vt ſententiam ſuam oſtendat. Hoc nimirum modo:

40. Ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ Κύριος τοῦ ἀμπελῶνος, τί ποιήσει τοῖς γεωργοῖς ἐκείνοις;
41. Κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτούς· καὶ τὸν ἀμπελῶνα ἐκδώσεται ἄλλοις γεωργοῖς, οἵτινες ἀποδώσουσιν αὐτῷ τοὺς καρποὺς ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν.
42. Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, ὅτι ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς.
43. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Οὐδέποτε ἀνέγνωτε ἐν ταῖς γραφαῖς, λίθον, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφάλαιον γωνίας· παρὰ κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν.
44. Καὶ ὁ πεσὼν ἐπὶ τὸν λίθον τοῦτον συνθλασθήσεται· ἐφ' ὃν δ' ἂν πέσῃ, λικμήσει αὐτόν.

Ab eadem ergo manu, quod jam dixi, illa verba, λέγουσιν αὐτῷ, eſſe arbitramur. Cauſa autem manifeſta. Quia enim paulo poſt ſequi videbant, λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, diſtinctionis cauſa, ea addiderunt, quæ jam dixi. quibus, ſi ipſa Chriſti continuentur verba, opus non erit. Quod ita planum arbitror, vt vix quicquam opponi poſſit. Neque video quid peccet, qui in talibus, ſi præſertim ejuſmodi ſint vt neutiquam diſſimulari poſſint, ſententiam proponit: à mutatione autem, quod ne in certiſſimis quidem factum à nonnullis vellem, textus Sacri, manum ac mutationem inhibet, nec quicquam ſibi hic permittit. Barbaros enim, & qui ſolos eos, quos ſe doctiores, & fateri & agnoſcere coguntur, Criticos feſtiue (quod primæ olim eruditionis nomen fuit) etiam in Sacris nuncupare ſolent, ne hili quidem faciendos judicamus. Qui quot millibus, Fagius, Munſterus, Mercerus, Maſius, Eraſmus, Camerarius, aliique qui hic præiuerunt, ſibi omnibuſque quæ in ſacris moliuntur, antiſtent, nondum animo conceperunt, aut ad ſe pertinere arbitrantur. eandem tamen ſcribendi rationem, in recenti interprete, ne alios offendant, vel tolerant libenter, vel libenter extollunt. adeo, vt ne diſſentientes quidem ferant. Obliti, quoties hic ipſe, cum ſit eruditiſſimus, ab aliis diſcedat: imo & id laudi ſibi ducat. ne jam dicam, ideo ſcripſiſſe.

Cap. XVI.

Capitis vigeſimi ſecundi pars examinatur. Lectionarium Græco-Arabicum, & in eo caput vigeſimum primum cum ſequenti continuatum. οἱ κεκλημένοι. καλεῖν, *ſiue* καλέσαι τοὺς κεκλημένους. *Interpretes notati.* ὁ δὲ ἐφιμώθη. φιμοῦν, φιμοῦσθαι. *Interpres recentior ejuſque interpretatio. Libertas ſupplicio addictis quæ conceſſa. Morituri, capiſtrati, ac ſic ad mortem abducti.* κημός, περισόμιον, φιμός. κημὸς *vnde. capiſtrum, caniſtrum. Iumenta in Lege capiſtrata, & quare. Interpres antiquus. Recentior. Herodiani qui.* βασιλικοί. ὑποκριταί. *error Auguſtini.* ὑποκρίνεσθαι, ἀποκρίνεσθαι. ὑποκριτὴς *in ſcena.* ὑποκριτής, λέξις ῥητορική. *Locus,* τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη, καὶ ἡ ἐπιγραφή; *Auguſtini locus, Feciſti nos nummum tuum.* Γάμον οὐκ ἐμποδίζεσθαι τῷ μετὰ τὴν ἀνάστασιν βίῳ. πολιτεία. πολιτεία *monachorum. Cælibatus occulte à Nyſſeno commendatus.*

Cap. XXII. v. 1.

IN Lectionario Græco-Arabico, de quo dixi, antiquiſſimo, verba capitis quod anteceſſit extrema, cum initio vigeſimi ſecundi, quod eſt, Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, continuantur. Quod eo minus mirum, quo id eſt antiquius, cum diſtinctiones noſtræ ſint recentes. Quare ne monenda quidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

quidem in poſterum hæc reor. Sequitur, καὶ ἀπέστειλε τοὺς δούλους αὐτοῦ καλέσαι τοὺς κεκλημένους εἰς τοὺς γάμους. In Matt. Vbi interpres vetus, *vocare inuitatos ad nuptias*. Eraſmus, *qui vocarent inuitatos:* recens, *qui vocarent vocatos*, quaſi bis iidem vocati eſſent. Vt iidem autem bis fuerint vocati, & ἀσύστατον eſt & ἄγραφον. Mediocriter eruditi ſciunt, qui ſint קרואים, quod eſt κεκλημένοι. Conuiuæ nempe. vt Luc. 14. 7. Ἔλεγε δὲ πρὸς τοὺς κεκλημένους παραβολήν. quomodo, vel vitandæ ambiguitati, fuerat reddendum. Eodem capite, non ita multo poſt, cum legitur, καὶ λέγει αὐτῷ, Ἑταῖρε, πῶς εἰσῆλθες ὧδε, μὴ ἔχων ἔνδυμα γάμου· ὁ δὲ ἐφιμώθη, ſi ad ℣ſ. 12. Helleniſtas, Legis interpretes, reſpicias, deſumptum à jumentis dicas, quibus os capiſtrari jubebatur, ne nocerent ore. Hebræi enim extulerunt pluribus, quod iſti voce vnica φιμοῦν dixerunt. quorum interpretes, voce obmuteſcendi hic, nec alia, vtuntur. Quare, nec ineleganter, nec Latine parum, vetus, qui eadem vſus eſt. *At ille obmutuit*. Melius, ni fallor, quam quod recens, *At illi os occluſum eſt*. Eruditiſſimum Gloſſarium Stephani, φιμοῦμαι, *obmuteo, commuteo, compeſco*. Lege, *compeſcor*. Et ſequitur, φιμῶ, *compeſco*. Adde, quod apud Græcos vſitatum erat, vt quibus vltima neceſſitas indicebatur, libertas hæc permitteretur, vt vino ſaturi ciboque, tria dicerent quæ vellent. poſt quæ φιμωθέντες, *capiſtrati mutique*, vt loquitur Zenobius, ad mortem ducebantur. qui cum τὸ חסם inueniſſent, ex eo, tranſmutatione literarum, ſuum κημὸς & καμὸς fecerunt. memores ſimul & τοῦ חסם, quod vt ad literas accedit propius, ita ſignificatione longius recedit (βιάζειν enim notat.) quemadmodum & φιμὸν & κημὸν confundunt. Heſychius, φίμα, κημὸς, περιστόμιον, φιμός. cum alterum, capiſtrum, alterum, caniſtrum ſit. vulgo, fiſcella: è qua obturati boues ac jumenta mandunt. Κημὸς quippe ὁ περιτιθέμενος, vt idem autor interpretatur, εἰς ὃν αἱ κρίθαι βάλλονται). Qui linguarum luſus eſt, & ab origine deflectit: τὸ φιμοῦν contra, ne Atticiſtis quidem aliud quam ἐπιστομίζειν, cum ad ſilentium refertur. Atque hæc pro interprete antiquo. qui cum religione eruditionem non raro conjungit. Recentior, *At illi os occluſum eſt:* vetus, *At ille obmutuit*. Eodem capite cum legitur, καὶ ἀποστέλλουσιν αὐτῷ τοὺς μαθητὰς μετὰ τῶν Ἡρῳδιανῶν, eoſdem eſſe Herodianos arbitror, qui alias βασιλικοὶ, milites, nimirum, aulæ, aut præfecti militum dicuntur: quos nunc ab Herode, Herodianos dixit. ℣ſ. 16. B. Hieronymus, *Cæſar Auguſtus, Heroden, filium Antipatri, alienigenam & proſelytum, Regem Iudæis conſtituerat, qui tributis præeſſet, & Romano pareret imperio. Mittunt igitur Phariſæi diſcipulos ſuos cum Herodianis, id eſt, militibus Herodis, ſeu, quos illudentes Phariſæi, quia Romanis tributa ſoluebant, Herodianos vocabant, & non diuino cultui deditos. Quidam Latinorum ridicule Herodianos putant, qui Heroden Chriſtum eſſe credebant. quod nuſquam omnino legimus*. Eodem capite, non ita multo poſt, ſequitur, τί με πειράζετε ὑποκριταί; Porro quemadmodum Hebræi ℣ſ. 18. (nam duabus vocibus ex more ſuo Syrus hic vtitur) cum חנף dicunt, non ſimulationem modo, ſed & fraudem ac improbitatem notant, ita recte hic, ἰδὼν τὴν πονηρίαν αὐτῶν, præceſſit. Neque audiendus de hac voce Auguſtinus: qui alibi, *Hypocrita Græco ſermone ſimulator interpretatur: qui, dum intus malus ſit, bonum ſe palam oſtendit. Hypo enim falſum, criſis judicium ſonat*. Cum nemo neſciat, τὸ ὑποκρίνεσθαι non magis vim judicandi, quam τὸ ἀποκρίνεσθαι, habere, pro quo ſæpe vſurpatur: Homero præſertim: vnde ὑποκριτὴν in ſcena ita dictum volunt, παρὰ τὸ ἀποκρίνεσθαι πρὸς τὸν χορὸν, *quod choro reſpondeat*, cum Heſychius tum alii. Eo autem vſu, quo ad ſimulationem refertur, Græcos oratores primo vſurpaſſe itidem notarunt Critici. inter quos Euſtathius: qui λέξιν ῥητορικὴν propterea vocauit. Addit de nummo, qui exhibebatur, Dominus, τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη καὶ ἡ ἐπιγραφή; Nam, quemadmodum Cæſaris nummum ℣ſ. 19. eſſe imago Cæſaris docebat, ita poteſtatem ejus & quid illi deberetur, nummus cum imagine, præfractos, neque minus tamen ſeruientes, vel docebat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN MATT. vel docere debuerat. Quo reſpexit B. Auguſtinus, cum ad Pſalmum 66. ſcripſit, *Feciſti nos ad imaginem tuam: feciſti nos nummum tuum.* Leo primus de Petro, *Non habet præſidia pecuniæ, ſed habet dona naturæ. Quem debilem edidit mater ex vtero, ſanum fecit Petrus ex verbo. & qui imaginem Cæſaris in nummo non dedit, imaginem Chriſti in homine reformauit.* Quid autem hæc ad ſiclum, aut quæ ibi Cæſaris imago? Eodem capite ſequitur, Ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίζονται. Quod breuiter & eleganter, γάμον οὐκ ἐμπολιτεύεσθαι τῷ μετὰ τὴν ἀνάστασιν βίῳ, Nyſſenus libro De anima & reſurrectione dixit. Ὁ μήτε γάμον ἐμπολιτεύεσθαι τῷ μετὰ τὴν ἀνάστασιν βίῳ διοριζόμενος. Vbi haud dubio ad πολιτείαν monachorum ejus temporis alluſit. (ita enim id viuendi genus dicebant.) Et vt ſic cœlibatum commendaret.

CAP. XVII.

Capitis vigeſimi ſecundi pars altera pecurritur. Locus illuſtris, Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραάμ. *&c. Prolixior ejuſdem interpretatio. Sadducæorum de mortalitate animæ opinio. Contraria Phariſæorum, & quæ.* ῥαστώνη τοῦ ἀναβιοῦν. ἀναβίωσις *Phariſæis & Ioſepho, quæ. Diſtinctio reſurrectionis apud Iudæos quoſdam, vt & Phariſæos, duplicis.* υἱοὶ τῆς ἀναστάσεως. υἱοὶ τῆς ἀναβιώσεως. *Quæſtio à Sadducæis Domino propoſita.* ἀνάστασις *quæ, interprete Marco, intelligatur.* ὅτε ἀναστῶσιν. κρείττων ἀνάστασις *in Epiſtola ad Hebræos. Hebræorum* קום περὶ τῆς ἀναβιώσεως *non raro vſurpatum.* ἀνάστασις, *idem quod* ἀναβίωσις. ἀνάστασις τοῖς ἔξω, *reſtitutio poſt morbum.* ἀναστατήρια θυσίαι. ἀνστήσας *Homero.* ἀναστήσας *Sophocli. reuocatus Maroni.* οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου, *reſurgentibus oppoſiti.* οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος αἰωνίου, *de reſurgentibus. reſurrectio, pro vita æterna.* ἀνάστασις & αἰώνιος πυρὰ, *Peluſiotæ oppoſita.* ἀνυπαρξία *animarum, quæ reſurrectioni, ſeu* τῇ ἀναβιώσει, *recte opponitur. Mortuis Patriarchis, nomen ſuum Moſi indicauit Deus. Illud nomen quale. ſummum ac primum nempe.* Οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς, Θεὸς νεκρῶν *cum dicitur, quod nomen intelligatur.* ὁ Θεός. ὁ Κύριος. *Helleniſtarum, de ſanctis ſublatis,* ὅτι προσετέθησαν πρὸς τὸν λαὸν αὐτῶν, *Hebraiſmus vſitatus. neminem dicit iis addi qui non ſunt.* Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου. ὁ πλησίον *an Chriſtus. SS. Patrum, quam nonnunquam in interpretando ſibi permittunt, licentia. Similis Auguſtini locus.*

CAP. XXII. ℣ſ. 32. IN ea capitis vigeſimi ſecundi parte quæ reſtabat, primo occurrit, Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ. Quem locum ſuo merito inter eos qui multum negotii exhibuerunt eruditis, reponamus. Quippe, cum de reſurrectione agatur, quid hic ex ſententia illorum qui hoc volunt, aliud, niſi Deum, viuorum eſſe Deum, probatur? ex quo ſequi potius videtur animarum immortalitas quam reſurrectio. Cui equidem probandæ nullum efficacius excogitari argumentum poterat, debebat. Nam ſi Deus, Deus Abrahami, Iſaaci, ac Iacobi, qui tum mortui, & tamen capita promiſſionis, vt & fundamenta, erant, ſequitur, & ſemper victuros, qui extincti putabantur, nec interiturum fœdus, quod cum iis pactus eſſet Deus. Cæterum, vt locus recte intelligatur, duo hic videnda ſunt. Primo, quid tum Sadducæi ſenſerint, tum quomodo hiſtoriam Euangeliſtæ quoque cæteri exponant. Sadducæorum opinionem, ita Ioſephus lib. 18. c. 2. proponit Σαδδουκαίοις δὲ τὰς ψυχὰς ὁ λόγος συναφανίζει τοῖς σώμασι. *Sadducæorum cum corpore animas extinguit opinio.* Quod vt rectius intelligatur, diuerſam ac contrariam Phariſæorum ſententiam opponit. *Impiorum, nempe, animabus, carceres æternos, piorum* ῥαστώνην τοῦ ἀναβιοῦν, *reuiuiſcendi facilitatem, imminere.* Vbi ἀναβίωσις, non eſt תקומה, quæuis & ſimplex reſurrectio, ſed quæ תחיה plerunque, ſeu ἀναβίωσις vocatur: quam piis proprie juſtiſque tribuebant illi. In hoc autem loco, ita vocem ἀναστάσεως accipiendam, tota ſeries hiſtoriæ non tantum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

tantum clamat. Lucas cap. 20. ℣ſ. 36. Οὔτε γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται· ἰσάγγελοι
γάρ εἰσι· καὶ υἱοί εἰσι τοῦ Θεοῦ, τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ ὄντες. Vbi nemo facile negabit, υἱοὺς In Matt.
τῆς ἀναστάσεως, qui בני תחיה, υἱοὶ τῆς ἀναβιώσεως dicuntur, ab Euangeliſta dici.
Quæ aliquanto fuſius vberiuſque è contextu deducenda ſunt. Quærebant
Sadducæi, Fœmina, quæ ſeptem nupſiſſet viris, poſt extinctos ſeptem
illos, cujus ἐν τῇ ἀναστάσει, ſeu ἀναβιώσει, ipſa quoque mortua, futura eſſet.
De quo caſu conſultus reſpondet Dominus, Ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει, οὔτε γαμοῦσιν
οὔτε ἐκγαμίζονται, ἀλλ᾽ ὡς ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἐν οὐρανῷ εἰσι. Quis autem tam ignarus
rerum, vt ignoret, in ipſo reſurrectionis momento, matrimonio non eſſe
locum, neque hoc voluiſſe Sadducæos, qui, vt abſurde τὴν ἀναβίωσιν tolle-
rent, cujus ἐν τῷ δευτέρῳ βίῳ ἡ ἐπίγαμος futura eſſet, callide, vt ſibi videban-
tur, quærebant. Quis præterea, aut Angelis in reſurrectione vitam tribuit,
aut reſurrectionem proprie ſic dictam, cœlo aſſcribit? diſerte autem dicitur,
ἀλλ᾽ ὡς ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἐν οὐρανῷ εἰσι. hoc eſt, ἐν οὐρανῷ εἰσιν, ὡς ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ. *in
cœlo ſunt, vt Angeli Dei.* vel, ὡς ἄγγελοι οἱ ἐν τῷ οὐρανῷ, vt Marcus. Aliter ini-
tium certe progreſſumque reſurrectionis 1 ad Theſſal. c. 4. ℣ſ. 16. 17. perſe-
quitur Apoſtolus. vbi ipſe Dominus, è cœlo deſcenſurus in reſurrectione
dicitur. Quid autem in re nota amplius moramur? cum ipſam vocem ἀνα-
στάσεως, interpretatione ſua, ne quis aliter intelligendam credat, manifeſte
exponat atque illuſtret Marcus. Diſerte enim, poſtquam dixit, ἐν τῇ οὖν
ἀναστάσει, addit, ὅταν ἀναστῶσιν. cap. 12. ℣ſ. 23. Ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει, ὅταν ἀναστῶσι,
τίνος αὐτῶν ἔσται ἡ γυνή; Vbi tempus, ὅταν ἀναστῶσιν, vt ipſa ἀναβίωσις, ita & quic-
quid temporis vel comprehendit vel complectitur ἡ ἀναβίωσις, ab eo dici-
tur. quæ verba, ſi quis in codicibus quibuſdam non exſtare dicat, vigeſimo
certe & quinto verſu ſequitur, ὅταν γὰρ ἐκ νεκρῶν ἀναστῶσιν, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γα-
μίσκονται. Neque aliter voce ἀναστάσεως ad Hebræos vſus eſt Apoſtolus, cum
dixit, ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν, οὐ προσδεξάμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν, ἵνα κρείττονος ἀνα-
στάσεως τύχωσιν. cap. 11. ℣ſ. 35. vbi optime Chryſoſtomus, κρείττονος ζωῆς, in-
terpretatur: melius certe quam cæteri Græcorum Theologi, qui de du-
plici hic reſurrectione agunt. Quid quod ipſum קום Hebræis περὶ τῆς ἀναβιώ-
σεως, quæ temporalis quoque, accipitur? Iobi 14. 12. *Sic homo obdormit, nec
reſurget.* ſiue, *reuiuiſcet.* vbi eleganter Helleniſtæ, Ἄνθρωπος δὲ κοιμηθεὶς, οὐ μὴ
ἀναστῇ. Ita Eſaiæ 43. 17. de Ægyptiis, *Currus, & equus, exercitus & robuſtus,
pariter obdormierunt, nec reſurgent.* Helleniſtæ, ἀλλ᾽ ἐκοιμήθησαν καὶ οὐκ ἀναστή-
σονται. Vt alia loca prætermittam, in quibus ἀνάστασις nihil aliud quam ἀναβίωσις.
quemadmodum pagani, reſtitutionem quoque poſt morbum, ἀνάστασιν dice-
bant. vnde ἀναστατήριαι θυσίαι. Heſychius, Ἀναστατήριαι θυσίαι, ἐπὶ ἀναῤῥώσει νόσου.
vt alios nunc locos, tam è Sacris quam profanis omittamus, in quibus nihil
aliud quam ἀναβίωσις, ea, de qua agimus, ἀνάστασις, ſeu reſurrectio. Homerus
ipſe Iliados poſtremo, Οὐ γάρ τι πρήξεις ἀκαχήμενος υἷος ἑῆος, Οὐδέ μιν ἀνστήσεις.
Et ex eo Sophocles, Οὐδέ μιν ἐξ ἀΐδου παγκοίνου λίμνης ἀναστήσεις. *in vitam reuoca-
bis.* Quod Maroni *reuocare* eſt. qui Hippolytum dixit

ſuperas cœli veniſſe ſub auras,
Pæoniis reuocatum herbis & amore Dianæ.

Ita Iliados Φ.

Ἦ μάλα δὴ Τρῶες μεγαλήτορες, οὕσπερ ἔπεφνον,
Αὖτις ἀναστήσονται ὑπὸ ζόφου ἠερόεντος.

Quid quod Lucas τοὺς υἱοὺς τοῦ αἰῶνος τούτου, reſurgentibus opponit? Οἱ υἱοὶ τοῦ
αἰῶνος τούτου γαμοῦσι καὶ ἐκγαμίσκονται. Quid quod τοὺς υἱοὺς αἰῶνος αἰωνίου, & eos
qui reſurgunt, pro iiſdem vſurpauit? οἱ δὲ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν,
καὶ τῆς ἀναστάσεως, τῆς ἐκ νεκρῶν. vbi tam late patet reſurrectio, quam vita æterna.
Quid quod ἀνάστασις ζωῆς, nihil aliud quam vitæ reſtitutio, ἀνάστασις νεκρῶν, nihil
aliud interdum quam mortuorum viuificatio? vt nec ἀνάστασις, ἄνευ ἀναβιώ-
σεως,

IN MATT.

σεως, reſurrectio ſine noua vita, neque hæc ἄνευ ἀναστάσεως, ſine reſurrectio-
ne, conſiderari poſſit. Nec aliter Peluſiota ἀναστάσεως voce vſus eſt, cum
dixit, Ἐγὼ δέ φημί σοι, ὅτι ἡ μὲν βιώσασα χρηστῶς ψυχὴ, εἰς ἀνάστασιν ἐλεύσεται ζωῆς,
ἡ δὲ ζήσασα κακῶς, εἰς αἰώνιον προσελεύσεται πυράν. *Ego fore dico tibi, vt & quæ bene*
vixerit anima, in reſurrectionem veniat vitæ: & quæ male, in æternum rogum.
Vbi reſurrectio opponitur, & inferi: mors æterna, & vita. Περὶ ἀναβιώσεως
igitur, totaque vita altera, quam æternam dicimus, cum Sadducæi agerent,
cumque, hanc ipſam, reſurrectionem dicerent Hebræi (quomodo τῆς ἀνα-
στάσεως, vt dicebamus, voce vtitur bis Marcus) neque aliter loquatur Lucas,
quis negare audeat, vel τὴν ἀναβίωσιν ſignificari ſimul, cum de reſurrectione
agitur, vel includi reſurrectionem, cum ἡ ἀναβίωσις, & vita altera, ſignificatur?
Ἐγώ εἰμι, inquit Dominus, ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ· οὐκ ἔστιν
ὁ Θεὸς, Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ Θεὸς ζώντων. Qui enim reſurrectionem tollit, τὴν ἀνυπαρ-
ξίαν animarum poſt hanc vitam ponit: quemadmodum qui hanc ponit,
reſurrectionem tollit. nam, vt recte Peluſiota, ὁ θάνατος ὑπὸ τῆς ἀναστάσεως
σβεσθήσεται. Quis non igitur miretur Theologum, qui ſcripſit, *Ne hodie qui-*
dem conſtare, in quo medium & neruus conſiſtat argumenti? quod ab ipſa verita-
te hic manifeſte ponitur. cum diuinum ac cœleſte, etiam à vi nominis, vt vi-
detur, tetragrammati deſumptum ſit argumentum. Dominus, mortuis jam
Patriarchis, quorum hic fit mentio, hæc verba Moſi dixit, *Ego ſum Deus pa-*
tris tui; Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob. Exodi 3. 6. Quippe, ſi non
ſunt, qui mortui ſunt aut dicuntur, ſequitur, ne Deum quidem, qui cum iis
fœdus iniit, contraxit, Deum eſſe eorum poſſe. Οὐ γὰρ ὁ Θεὸς, Θεός ἐστι νεκρῶν
ἀλλὰ ζώντων. *Non enim Deus mortuorum Deus, ſed viuentium.* Adde quod extin-
ctis ac ſublatis, fœdus quoque, quod eſt mutuum, tollatur: vt jam mortuis, nec
iterum reuiuiſcentibus, neceſſe eſt. Adde, quod, ſublatis illis, nomen ſuum
Moſi indicauit. Magnum illud, ſcilicet, ac venerandum. de quo illud, *Et dixit*
Deus ad Moſen, Ero, qui ero. Dixit præterea, ſic dices filiis Iſraël, Ero miſit me ad
vos. Adjecitque adhuc Deus ad Moſen, Sic dices filiis Iſraël: Iehoua, Deus patrum
veſtrorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob; miſit me ad vos. Hoc eſt nomen
meum in ſæculum. Ex. 3. 14. 15. Nomen autem, *quod in ſæculum,* nomen ejus qui
in ſæculum contraxerat hoc fœdus. & cum iis, quos defunctis additos, con-
ſtabat. Vnde loco primo nomen Elohim, ſecundo Dei viui, quod eſt illi
proprium & ſuum, vſurpatur. Priori enim non aliud quam אלהי eorum de
quibus agitur nunc Patrum, ſecundo quod jam longe efficacius, & יהוה dici-
tur eorum. Priori, *Ego ſum Deus Abraham, Iſaac, & Iacob.* Secundo, *Iehoua*
Deus Abraham, Iſaac, & Iacob. Et ibidem capite ſexto diſerte, *Apparuique*
Abraham, Iſaac, & Iacob, in Deo omnipotente. at in nomine meo Iehoua, non ſum
cognitus iis. Si poſt mortem igitur eorum, nomen, quod æternum eſt, ac ſu-
pra omne nomen, indicauit, hoc ipſo ſe non Deum modo, & æternum, ſed
illorum quoque æternum eſſe ac fore declarauit Deum. Quis? Ὁ ὢν καὶ ὁ ἐσό-
μενος. Quomodo ergo poteſt fieri, vt Deus viuus mortuorum Deus ſit? aut
quo pacto Deus eſſe poteſt mortuorum, ſi, quod ſic probatur, non ſunt
mortui? ſiquidem cum iis, qui in mortem καὶ ἀνυπαρξίαν ſunt redacti, fœdus
eſſe nequit: neque Deus, Deus eſſe illorum poteſt. Ex quo & illud patet, Do-
minum, cum Θεὸς Ἀβραὰμ hoc loco dixit, non modo Elohim, ſed & nomine
Iehouæ vſum. Qui, Deus viuus & viuorum. idem ille, qui ad mortuos tre-
mendum illud nomen, cum jam eſſent mortui, extendit. Non ergo tantum,
cum interprete Matthæi, quem Munſterus dedit, אני אלהי, ſed & יהוה אלהי אברהם
Abrahami, & Iſaaci, & Iacobi ſe dixit. Atque ita nomen quod viuentis ſemper
& futuri ſemper eſt expreſſit. Nomen, quod, vt eſt æternum, ita ibi fœderis
æterni nota eſt. quod ignotum Patribus, cum Patribus jam mortuis com-
municatur. *Iehoua Deus Abraham. &c.* Ita, cum concludit, οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς, Θεὸς
νεκρῶν,

νεκρῶν, prius illud ὁ Θεὸς, erit Schem hamphoras: in quo argumentum pondus ac vim ſuam habet. quanquam Helleniſtæ, quemadmodum priori loco, ſola In Matt. voce Θεὸς vſi ſunt, ita, & poſteriori addiderunt Κύριος: quod ibi neceſſarium id minus eſſet, cum ſufficere alias ὁ Θεὸς videatur: hic autem nomen reueletur proprium ac ſuum. Ὁ Θεὸς autem, etiam in Nouo Fœdere, non vno loco idem eſſe quod ὁ Κύριος Helleniſtarum, quis negabit? non aliter quam Deu-ter. 10. 17. cum dicitur, *Iehoua enim Deus veſter eſt, Deus Deorum, & Dominus Dominorum, Deus magnus, potens, & terribilis, qui non accipit perſonam*, Hel-leniſta, ὁ γὰρ κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν. vbi vtrunque pariter conjunxit: vt nunc alia omittam loca. Porro, vixiſſe eos, qui extincti putabantur, ex eo quoque an-tiquitas probauit, quod Sancti Patriarchæ, ſuis additi poſt obitum dicuntur. ὅτι προσετέθησαν πρὸς τὸν λαὸν αὐτῶν, aut, πρὸς τὸ γένος αὐτῶν. quo non ipſi tantum, ſed & ii quibus junguntur, nondum extincti, innuuntur. Bene Procopius, καθ' ἑκάτερα φαίνεται, ὅτι Μωϋσῆς οἶδε μάλιστα τὸν μέλλοντα αἰῶνα· οὐδεὶς γὰρ προστίθεται τοῖς μὴ οὖσιν. *vtroque apparet modo, Moſen vel maxime futurum ſæculum nouiſſe: nemo enim iis addi dicitur qui non ſunt*. quemadmodum autem eorum qui non ſunt, non eſt Deus, ita eorum eſt qui ſunt. Optime Gregorius Epita-phio Athanaſii, Θεῷ γὰρ ζῶσι πάντες οἱ κατὰ Θεὸν ζήσαντες· καθὼς, καὶ Ἀβραὰμ καὶ Ἰα-κὼβ Θεὸς, οὐ Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. *Deo enim viuunt omnes qui ſecundum Deum vixerunt: quemadmodum Abrahami & Iacobi Deus, non mortuorum ſed viuo-rum Deus*. Reſurrectionis autem, vt jam dixi, illud quoque tempus dicitur, quod reſurrectio non ſequitur. vita, nempe, ipſa, in qua locum mors non habet: quæ non poteſt eſſe, niſi antecedat reſurrectio. Poſt locum ita effica-cem atque operoſum, capite eodem cum dicitur, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, vt ap-pareat, quantopere indulgeant nonnunquam ſibi S S. Patres, obſeruatiun-cula antiquitatis eſt, τὸν πλησίον deſignare Chriſtum. Hilarius, *Nam de proximo frequenter admonuimus, non alium intelligendum eſſe quam Chriſtum. Cum enim patrem, matrem, filios, charitati Dei præponere inhibeamur, quomodo dilectio proximi, diligendi Dei ſimile mandatum eſt? An relinquitur aliquid, quod amori Dei poſſit æquari?* Quod ipſum quæſtione proxima de Chriſto probat. *Atque vt Legis ipſius*, inquit, *verbis argui poſſent, & de proximo manifeſtior intelligen-tia panderetur, requirit, quid illis videretur Chriſtus, cujus filius futurus eſſet*. Quaſi qui Deum ex toto corde ac viribus amare jubetur, non jubeatur ama-re Chriſtum, aut eadem ſecunda ſit tabula cum prima, aut quæſtio quæ ſe-quitur, aliquid commune cum hac habeat, aut non recte dictum ſit à Chry-ſoſtomo, *Eum qui amat hominem, ſimilem eſſe ei qui Deum amat, quia imago Dei eſt homo in quo Deus diligitur, ſicut Rex in imagine ſua honoratur. Ideoque & mandatum iſtud ſimile alteri vocari*. Et, quia, vt ipſe ait, αὕτη ἡ ἐντολὴ ἐκείνην προοδοποιεῖ, καὶ παρ' αὐτῆς συγκροτεῖται πάλιν: *hoc mandatum præcedit alterum, & ab eo rurſus confirmatur*. Quæ opinio ex altera defluxit. eorum nempe, qui Samaritanum illum, de quo Lucas decimo, Chriſtum eſſe exiſtimarunt. à qua ne ipſe quidem ſummus Doctor Auguſtinus alienus fuit: cui ſi hic ac-cedimus, *Ipſe Dominus noſter, proximum ſe nobis dici voluit: quoniam ſe ipſum Dominus Ieſus Chriſtus ſignificat opitulatum eſſe ſemiuiuo, jacenti in via*. 1. De doctrina Chriſtiana. Quanto autem melius Nyſſenus, qui πάντα τὸν κοινω-νοῦντα τῆς φύσεως, *omnem ejuſdem naturæ participem*, intelligi hac voce voluit? Et alibi ipſe Auguſtinus, *omnem hominem. Omnes enim*, inquit, *proximi, conditione terrenæ natiuitatis & mortalitatis ſumus*. Adeo non à ſe tantum, ſed à recepta ab omnibus interpretatione, Sancti illi viri nonnunquam deflectunt. vſ. 39.

In Matt.

Cap. XVIII.

Caput vigeſimum tertium. Πρωτοκαθεδρίαι, *&* μεσασμοί. προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι. πρόφασις πλεονεξίας *Apoſtolo. quid ſit* προφάσει προσεύχεσθαι. *Interpretes recentior ac vetus.* προσεύχεσθαι. *Proſeucha.* ἐναλλαγὴ *Hebræa.* ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἄβελ, ἕως τοῦ Ζαχαρίου. *Zachariæ cædes, & quam variæ de eo ſententiæ.* Οὐ μή με ἴδητε ἀπ' ἄρτι, *& de eo diuerſæ itidem. Euangeliſtæ an rationem temporis vbique in narratione habeant.* ὑστερολογία. *Matthæi & Lucæ diuerſus in ſcribendo modus ac ratio. Apophthegmata,* κυρίαι δόξαι, *& ſimilia, quomodo tradantur: nulla ſerie, aut ordine, videlicet, cum ſola veritas ſpectetur.*

Cap. XXIII. DE Scribis ac Phariſæis ſexto hujus capitis verſiculo dicitur, ὅτι φιλοῦσί
τε τὴν πρωτοκλισίαν ἐν τοῖς δείπνοις, καὶ τὰς πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς.
℣ſ. 6. Quibus πρωτοκαθεδρίαις B.Chryſoſtomus τοὺς μεσασμοὺς alibi adjungit:
ambitionem eorum deſignans,qui medium in publico affectant locum. τοὺς
ἀσπασμοὺς, τὰς προεδρίας, τοὺς μεσασμοὺς ἐπιποθοῦντες,inquit. De Phariſæis non ita
℣ſ. 14. multo poſt dicitur, ὅτι κατεσθίετε τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι. Quod Ariſtoteles προφάσεως χάριν dixit; breuius cum Marco & Luca
προφάσει Matthæus dixit. Apud illum,qui aliud in Republica agunt,aliud ſpe-
ctant, προφάσεως χάριν ἐν τῇ πολιτείᾳ σοφίζεσθαι dicuntur: hoc eſt, κατὰ πρόφασιν.
quod tamen aliter videtur dici quam exiſtimatur vulgo. Apoſtolus, quic-
quam ἐν προφάσει πλεονεξίας, à ſe factum negat 1 ad Theſſalon. 2. 5. Οὔτε γάρ
ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν, καθὼς οἴδατε, οὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας. Hic προ-
φάσει προσεύχεσθαι,dici videntur,qui aliud ἐν τῷ προσεύχεσθαι ſpectant. Ergo, προ-
φάσει μακρὰ προσευχόμενοι, ac ſi dicas, *qui, non ſine cauſa, longas concipiunt pre-
ces.* vt ſic viduas ac plebem venentur. falluntur enim qui hic aut apud Lu-
cam προφάσει μακρᾷ legunt: quod & alii notarunt. Aliud interpres vetus age-
bat,cum, *orationes longas orantes,*redderet. vbi enim hic πρόφασις,in qua tota
vis dicti? nec ſatisfacit recentior, cum, *idque in ſpeciem,* dixit. Apud Lucam
legitur, οἳ κατεσθίουσι τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσεύχονται: apud Mar-
cum, οἱ κατεσθίοντες τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι. E quibus,
τὸ, καὶ, tranſlatum huc videtur: quod interpres vetus non expreſſit. vt mens ſit,
qui comeditis domos viduarum, nec ſine cauſa longas preces concipitis. Nobiliſſi-
mum Stephani Gloſſarium, Πρόφασις, *occaſio, materia, cauſa.* quomodo hic
accipiendum. Sed & cum προσευχόμενοι dixit, preces, non quas domi, ſed in
proſeucha, aliis præſentibus, ſanctimoniæ ſpecie concipiebant, intelligere
videtur. Iuuenalis, *Ede vbi conſiſtas, in qua te quæro proſeucha.* Interpres ve-
℣ſ. 27. tus, *proſeucha, locus Iudæorum, vbi orant.* Eodem capite, ὅτι παρομοιάζετε τάφοις
κεκονιαμένοις, οἵτινες ἔξωθεν μὲν φαίνονται ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ὀστέων νεκρῶν. &c. Qui-
bus in poſtremis verbis, manifeſta perſonæ, ex Hebræorum ratione, ἐναλλαγή.
pro γέμετε, nimirum. Quid enim ἁρπαγὴ καὶ ἀκρασία, ad ea de quibus agit? quod
℣ſ. 35. confirmat & Lucas, qui diſerte, τὸ δὲ ἔσωθεν ὑμῶν γέμει ἁρπαγῆς καὶ πονηρίας. Eo-
dem capite, quod legitur, ὅπως ἔλθῃ ἐφ' ὑμᾶς πᾶν αἷμα δίκαιον, ἐκχυνόμενον ἐπὶ
τῆς γῆς, ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἄβελ τοῦ δικαίου, ἕως τοῦ αἵματος Ζαχαρίου υἱοῦ Βαραχίου, gravis
ſane aduerſus eos, de quibus loquitur, ſententia: vt quæ ad horrendum magis
referenda Dei ſit judicium, quam vt ſimpliciter & hyperbolice, ſiue, vt Ma-
giſtri Hebræorum loqui amant, qui vix vllam in ſacris frequentiorem agno-
ſcunt figuram, על דרך גוזמא dicatur. vt, videlicet, culpa ipſa augeatur in pœnam:
aut potius, aliorum culpa adjungatur ad culpam. qui eo vſque procedunt, vt
ea quoque quæ bene à talibus facta fuerant, propter alia peccata, acceſſiſſe ad
culpam dicant. Vt cum, exempli cauſa, ſanguis, quem in Izreel effudit Iehu,
quanquam eum ex præſcripto Domini fudiſſet, in culpam ei imputatus eſt:

non

non ſecus, ac ſi innocentem effudiſſet. Eadem ratione effecerunt Iudæi, vt haberent eum tanquam generis principem, cujus imitati ſunt ſcelus. Cai- In Matt. num nempe. vt eo modo, ſcilicet, quo paſſim culpa patrum, qui ad Deos confugerunt alienos (de quo Rabbini non ſemel) culpæ addi dicitur nepotum, ita hoc loco homicidium progenitoris fratricidæ, ad poſterorum culpam acceſſurum dicatur. Quod ad alterum, mirum eſt, quantum in hac Zachariæ Ibid. hiſtoria ſibi permiſerint veteres. In domo ſanctuarii occiderunt Zachariam, inquit ad Oſeæ nonum, nec ab aliis diſtinguit, Iarchius. B. Hieronymus, pro Barachiæ filio, in Euangelio Nazarenorum, Ioiadæ notauit legi. Quemadmodum & ſummæ autoritatis quidam, ad patrem præcurſoris ἐκ παραδόσεως hoc referunt. inter quos non pauci antiquorum, nec exiguæ autoritatis: vt Theophylactus, Autor De vitis Prophetarum, quem Epiphanium nonnulli volunt, & alii. qui & innocentum cædi hoc facinus adjungunt. Cum Iohannes enim morti deſtinatus quæreretur, inquiunt, ante Dominum; vna cum matre infantem effugiſſe: Zachariam autem, inter templum & altare interfectum. quemadmodum & in Canonibus Petri Alexandrini Archiepiſcopi habes, ὅτι Ἡρώδης, καὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ γεννηθὲν ἕτερον παιδίον ζητήσας ἀποκτεῖναι, καὶ μὴ εὑρών, τὸν πατέρα αὐτοῦ, Ζαχαρίαν, ἐφόνευσεν μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ἐκφυγόντος τοῦ παιδὸς μετὰ τῆς μητρὸς Ἐλισαβέτ. *Heroden, etiam alterum, qui ante Chriſtum natus eſſet, puerum, cum, vt interficeret, quæſiſſet, neque eum reperiſſet, patrem ejus Zachariam, inter templum mactaſſe & altare: puero, cum Eliſabetha matre, elapſo.* Quod ibi ad præcurſorem refert Balſamo. quemadmodum & Magnus Baſilius qui & ipſe ad eundem ex ſimili id refert παραδόσεως, Homilia in Natiuitatem Chriſti. Sed quid opus tenebris in luce, cum Barachiæ filius dicatur? quanquam non ignorem, quam valide rem ſibi gerere videantur, qui Zachariam, cujus 2 Paralip. 24. 21. fit mentio, atque ibi in atrio templi lapidatus dicitur, intelligi volunt. qui in atrio altare holocauſti æneum, quaſi eo id obtineant, fuiſſe probant: eoque tandem dilabuntur, vt patrem ejus qui Iehoiada dicitur, Barachiam, nullo autore, dictum ſuſpicentur. idque eo ipſo confirmant, quia Iddo ab interprete Chaldæo dicitur: vt hac ratione non διώνυμος modo, ſed & τριώνυμος fuerit. Quemadmodum, qui Baptiſtæ parentem intelligi volunt, Barachiæ illi nomen aſſignant. vide autem quæ ad Lucam notamus. Verba quibus caput hoc concluditur, hæc ſunt, Οὐ μή με ἴδητε ἀπ' ἄρτι, ἕως ἂν εἴπητε, v. 39. Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. De quo, vt aliis quibuſdam, vere dici poteſt, quot Theologi tot ſententiæ. Alii enim, de viſione, non per fidem, qua hic videtur Dominus, ſed de ea, qua, cum ad judicium venerit, denuo videbitur, (quod non paucis placet), alii de ea intelligunt, qua à Iudæis, qui in prima agnoſcere eum noluerunt, tum videbitur. quæ opiniones cum ab aliis refutentur ſingulæ, minori opera hic defungemur. Certe quam præcipue hic amplectuntur, quo nitatur fundamento, nondum video. cum præſertim ea, de quibus hic agitur, non minori cum gaudio pronuncianda videantur, quam cum, Domino adueniente, Oſanna exclamauit populus. in judicio autem tribui terrorem impiis, Iudæis vero vel inprimis, de quibus fuſe ad hunc Euangeliſtam alibi Chryſoſtomus, quis neſcit? Porro, niſi quis hoc ſemel in narratione Apoſtolorum notet, quod in Pſalmos de Prophetis monet Kimchius, eos minime על סדר המעשים, rationi temporis atque ordinis, fuiſſe intentos, fruſtra erit. Nihil vſitatius Euangeliſtis. Matthæus vero, qui hæc cum grauiſſimis minis illis, quibus vrbi Sanctæ minatur Dominus, vt & incubantis exemplo gallinæ, cum quo affectum amoremque ſuum comparat, tanquam ſimul dicta, conjungit (quod & ex 13. Lucæ factum patet) καθ' ὑστερολογίαν recenſere hoc videtur, cum jam acclamatio præceſſerit. quam c. 21. 9. habemus. Lucas contra, qui initio præmiſerat, πάντα ſeſe καθεξῆς, & ordine ſcripturum, aliquot ante capitibus prædictum id à Domino,

In Matt. poſt autem, acclamatum, docet decimo nono capite, nimirum, ỳſ. 38. quod non multo ante τὸ σωτήριον πάθος factum videtur. Sunt & alia de quibus hic non cogitabant eruditi. Neque enim eſt hiſtoria, quam recitat, ſed dictum. in quibus nihil minus quam hiſtoriæ ſpectatur ſeries & ordo: vt in apophthegmatis, κυρίαις δόξαις, aliiſque id genus. Exemplo Plutarchus ſit ac Xenophon: qui Socratis atque aliorum dicta, quæ in mentem veniebant, nullo ordine, vt plurimum, expoſuerunt. Neque refert, vtrum, poſtquam illa verba, οὐ μή με ἴδητε, dixit Dominus, ſæpius fuiſſe in vrbe Sancta, ſiue à Luca, ſiue ab aliis, dicatur. Satis enim eſt, ſi, antequam euênit quod euênit, euenturum dixit. cum non aliud quam dicti ac narrationis veritas ſpectetur.

Cap. XIX.

Locus capitis vigeſimi quarti. Καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος. *cum quo percurruntur cætera: vt & ea quæ ſequenti lectorem morantur.* Τέλος, *quod* συντέλεια αἰῶνος, *alias. Chryſoſtomi* παρόραμα. ὅταν οὖν, ὅταν δέ. Ὄρη. *& receptum fugientibus fuiſſe montes in Iudæá. Tria mentis agitatione citius ventura. & quæ.* Ὅπου τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί. Τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. ἀρεῖ τὸ σημεῖον. *crucis ſignum. quod* σημεῖον *intelligendum: de quo diſputatur. Aliæ aliquot ejuſmodi Chryſoſtomi ad hunc locum interpretationes notatæ: & vocale ſignum intelligendum. Tuba. cui locum extremo die futurum.* σημαίνειν, σαλπίζειν. ἡμέρα σημασίας. *tuba,* ὄργανον ἰσχύος. ἐκφύειν τὰ φύλλα. ἐκφύειν φύλλα. Διχοτομήσει αὐτόν. διχοτόμησις. Μέρος καὶ μέρος ποιεῖν. *Rabbinis id quomodo exprimatur. Capite octauo nonnulla notantur. Oues & hædi, eorumque diſcrimen.* ἐρίφια, *forma minuendi, ejuſque vſus Hebræis. Poſtrema judicii ſententia.* Ἀποσκορακισμὸς *Helleniſtis quid.*

Cap. XXIV. ỳſ. 14. IN præclara illa diſſertatione Domini, in qua partim de euerſione Vrbis, partim de aduentu ſuo ac prognoſticis illius agit, inter cætera, hæc verba leguntur, Καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος. vbi τέλος, ſiue finis, haud dubio ab eo dictus, qui συντέλεια αἰῶνος vulgo dicitur. Aliud igitur Chryſoſtomo in mentem venit, cum ad finem vrbis Sacræ referenda hæc putauit. Verba ejus ſunt: μετὰ τοῦτο οὖν, φησὶν, ἥξει τὸ τέλος τῶν Ἱεροσολύμων. atque id deinde ex eo probat, quod ſequitur, Ὅταν οὖν ἴδητε. Vbi mirum, de initio capitis non cogitaſſe magnum virum. Matthæus enim longe diſtinctius, quam duo reliqui, duo propoſita fuiſſe à diſcipulis docet. Prius eſt, πότε ταῦτα ἔσται; *quando hæc erunt?* quæ verba ad euerſionem Sacræ vrbis referenda, docent ea quæ præcedunt. Alterum, καὶ τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας καὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος; *& quod ſignum præſentiæ, ſeu, aduentus tui, & conſummationis ſæculi?* Potuitne manifeſtius quid dici? Proxime igitur ad alterum, hoc eſt, euerſionem vrbis, redit. Quomodo autem, dicat aliquis, cum ὅταν οὖν legatur, quod ſequentia connectit? Atqui in ipſa Chryſoſtomi editione, ὅταν δὲ, legitur: è quo, alterum pro altero vel poni, vel, quod fit nonnunquam, ſubrepſiſſe alterum, apparet. Quod ſi quis non admittat, nec alterum Euangeliſtam, Marcum, ſcilicet, admittat. apud quem, Ὅταν δὲ ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως legitur. Sed & Syrus מארין, *cum autem*, etiam hic dixit. De loco qui ſequitur,
ỳſ. 15. ὅταν οὖν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, vide quæ ad Marcum notamus. Paulo
ỳſ. 16. poſt, cum dicitur, Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν ἐπὶ τὰ ὄρη, quæri poſſit, qui ſint illi montes, in quos, etiam in bello fugientes, aut qui hoſtilem ſubſiſtere exercitum non poterant, recipere in Iudæa ſe ſolebant. Gorionides lib. 4. in deſcriptione pugnæ inter Alexandrum Ariſtobuli ſucceſſorem, & Lathyrum, *Proſtratique ſunt in die illo ex Iudæis triginta*, inquit, *millia virorum, qui omnes fortiſſimi fuerunt: qui autem ſuperfuerunt*, נסו הרה *in montem fugerunt.* cum in illo tractu receptui, vt dixi, fugientibus in bello ac diſcrimine eſſent mon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

montes. Quemadmodum eodem libro, capite 7. victus à Demetrio Ale- In
xander, ſolus dicitur fugiſſe, vt euaderet, in montem. neque aliter Gen. 19. Matt.
℣ſ. 19. Lotus, ἐγὼ δὲ οὐ δυνήσομαι σωθῆναι, inquit, εἰς τὸ ὄρος. Eodem capite legi- ℣ſ. 27.
tur, Ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν, οὕτως ἔσται καὶ
ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. quemadmodum & Gemariſtæ dicunt, *Tria mentis*
agitatione citius ventura, Meſſiam, rem repertam, ſcorpii ictum. Adde quartum:
Aquilæ volatum ad cadauer. quo ſpectare illud, quod mox ſequitur de ℣ſ. 28.
aquila, (de quo plura alibi) videtur, Ὅπου γὰρ ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ
ἀετοί. Paulo poſt cum dicitur, καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ
οὐρανῷ, mirum ſane, tum Chryſoſtomum, tum alios nonnullos, non vidiſſe,
aliud non eſſe, φανήσεται τὸ σημεῖον, quam quod Eſaiæ 11. ℣ſ. 12. in illuſtri illa
de Chriſto prophetia, cujus initium eſt, *Et egredietur virga de radice Ieſſe,*
futurum eſſe dicitur, *vt ſignum leuet*. imo ad ipſum manifeſte alludi lo-
cum: qui eſt, Καὶ ἀρεῖ τὸ σημεῖον εἰς τὰ ἔθνη, καὶ συνάξει τοὺς ἀπολομένους Ἰσραήλ· καὶ
τοὺς διεσπαρμένους Ἰούδα συνάξει ἐκ τῶν τεσσάρων πτερύγων τῆς γῆς. hic autem ſequitur,
καὶ ἐπισυνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων. Quanquam non igno-
rem, quæ idem magnus autor aliique, de crucis ſigno hic commemorant.
Σημεῖον eſt נס: majeſtatis, ſcilicet, potentiæque ſignum ac vexillum. E quo
alterum dependet, quod idem autor, cum ſequitur, καὶ τότε κόψονται πᾶσαι αἱ
φυλαὶ τῆς γῆς, *& tunc omnes terræ tribus plangent*, futurum hoc vult, ὅτι ἐσταυρώ-
σαν ὃν προσκυνῆσαι ἔδει. *quod cruci affixerunt*, ſcilicet, *quem adoraſſe oportuit.*
quaſi de ſolis hic agatur Iudæis. Quod ſecutus tamen eſt Theophylactus:
qui diſerte, ὥσπερ γὰρ τὸ δικαίωμα μέγιστον ἔχων τὸν σταυρὸν, ἔρχεται κατὰ τῶν Ἰουδαίων ὁ Κύ-
ριος· καθάπερ εἴ τις λίθῳ πληγεὶς, ἐπεδείκνυε τὸν λίθον. *aduerſus Iudæos venturum,*
crucemque oſtenſurum. non aliter, quam ſi quis lapide percuſſus, lapidem oſten-
dat. ex eodem, quem contraxit. Tale eſt, quod interpres idem, ſignum
hoc nubeſque opponit. quaſi alterum terroris, alterum gloriæ ac majeſta-
tis indicium futurum ſit. Et tamen idem, capite ſequenti cum dicitur, Ὅταν
δὲ ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, ſimpliciter, vt verba habent, νῦν μὲν γὰρ
ἐν ἀτιμίᾳ παραγέγονε καὶ ὕβρεσι καὶ ὀνείδεσι, τότε δὲ καθεδεῖται ἐπὶ θρόνου τῆς δόξης αὐτοῦ· καὶ
συνεχῶς μνημονεύει δόξης. *Nunc cum dedecore, injuriis, ac contumeliis, huc venit,*
tunc in throno gloriæ ſedebit: paſſimque, vbi de aduentu ſuo agit, gloriæ aut ma-
jeſtatis meminit. Quod tale eſt, ac ſi dicat, ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ἄρας τὸ
σημεῖον αὐτοῦ. *cum ſublato ſigno ſuo filius hominis venturus eſt.* quo nihil ſimpli-
cius. Et quid ſi σημεῖον ſit, vocale illud ſignum, quod terrorem omnibus incu-
tiet, ac majeſtatis gloriam augebit? Tuba ſcilicet. Quæ & ipſa *ſignum* dicitur,
& *ſignum dare.* Heſychius, Σημαίνειν, προστάττειν, ἄρχειν, δεικνύειν, δικάζειν, βουλεύε-
σθαι, σαλπίζειν. Vnde & feſtum, quod Hebræi יום תרועה, Græci ἡμέραν σημασίας
reddiderunt. Erit autem dies ille, dies σημασίας. erit enim dies τῆς ἐσχάτης
σάλπιγγος, poſtremæ tubæ. Apoſt. 1 Cor. c. 15. ℣ſ. 51. 52. Ἰδοὺ μυστήριον ὑμῖν
λέγω· πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ,
ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι. σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται. *in momento, in jactu ocu-*
li, ad vltimam tubam. Canet enim tuba, & excitabuntur mortui. Tuba autem
ὄργανον ἰσχύος, *inſtrumentum fortitudinis ac roboris*, præclare Hebræis, & in
libris Παραλιπομένων Helleniſtis dicitur. Tollit vero tubam ac oſtendit omni-
bus, qui inflat. quæ φανήσεται, ſiue apparebit, omnibuſque ita exhibebitur.
Eodem capite occurrit illud, Ἀπὸ δὲ τῆς συκῆς μάθετε τὴν παραβολήν· ὅταν ἤδη ὁ κλά- ℣ſ. 32.
δος αὐτῆς γένηται ἁπαλὸς, καὶ τὰ φύλλα ἐκφύῃ. quo loco pariter Eraſmum vete-
remque interpretem recentior notauit: qui, *cum folia nata*, vel, *enata fue-*
rint, interpretantur: cum ipſe acceperit actiue, vt plerunque apud Græ-
cos. Quis autem Græce doctus dubitare poteſt, quin tum potius ex ratione
linguæ de qua agitur, καὶ φύλλα ἐκφύῃ, quam τὰ φύλλα, fuerit dicendum?
quis enim dicat φύει τὰ ἀκρέμονα? Qualia ſubactæ in Græciſmo aures facile

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Matt. diſtinguunt. quanuis non vbique repræſentari hic Græciſmum non ignorem. Sub finem capitis in quo verſamur, verba illa, non indigna quæ excutiantur, paulo poſt occurrunt: de ſeruo, nempe, qui & peſſime rem gerit, & conſeruos ſuos contumelioſe accipit. de cujus domino Seruator addit, ὅτι καὶ διχοτομήσει αὐτὸν, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει. Et erudite quidem Græci, qui διχοτόμησιν, ἀναίρεσιν exponunt. inter quos Heſychius. Vt διχοτομήσει hic ſit, morte eum ſeparabit à viuentibus: cæteriſque improborum atque hypocritarum afficietur pœnis. Vbi? in futuro ſæculo, nimirum, ὅπου ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Chryſoſtomus, τὰ ἔσχατα αὐτὸν διαθήσει. Proprie διχοτομεῖν tamen, id quod μέρος μέρος ποιεῖν Rabbini dicerent. de quo aliquoties ad Danielem Rabbi Iachiades, quem Reuerendo eximioque viro Conſtantino L'Empereur, cum aliis non paucis, debemus. Apud quem Chaldæis Rex minatur, ni ſomnii interpretationem dicant, fore vt εἰς μέρη καὶ μέρη fiant, ἕως ἂν ἀποθάνωσι. שיעשה אותן נתחים נתחים כדי לאבדם. Vbi Helleniſtæ ſimpliciter, ὅτι εἰς ἀπώλειαν ἔσεσθε. vnde τὸ διχοτομεῖν nonnulli ſic interpretantur. Sequitur

Cap. XXV. vigeſimum & quintum caput. In quo pauciora annotanda veniunt. quare & ea cura ſimul defungemur. ℣ſ.33. Medio aut amplius capite legitur, καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων. Cauſam B. Hieronymus adducit. *Oues in parte juſtorum ſtare jubentur ad dextram: hædi, hoc eſt peccatores, ad ſiniſtram, qui ſemper pro peccato offeruntur in Lege.* Ouis præterea, fœcundum animal, hoc eſt, πολύκαρπον, ſiue lanam ſiue fœtum videas, vt recte Chryſoſtomus: hœdus, infœcundum, ἄκαρπον καὶ ξηρὸν, vt ad Leuiticum Procopius. Ἐρίφια autem, forma minuendi dixit. quæ ἐπ' εὐτελείᾳ, ſiue, cum contemptu, plerunque Hebræis vſurpatur. Vix autem abeſt, quin Ezechielis reſpexerit locum, ἰδοὺ ἐγὼ διακρινῶ ἀναμέσον προβάτου καὶ προβάτου, ℣ſ. 41. κριῶν καὶ τράγων. c.34. ℣ſ.17. Eodem capite, τότε ἐρεῖ καὶ τοῖς ἐξ εὐωνύμων, πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον. Quam ſententiam, vere decretoriam, ex Eſaiæ 66.15. ἀποσκορακισμὸν SS. Patres dixerunt. Ἰδοὺ γὰρ Κύριος ὡς πῦρ ἥξει, καὶ ὡς καταιγὶς τὰ ἅρματα αὐτοῦ, ἀποδοῦναι ἐν θυμῷ ἐκδίκησιν, καὶ ἀποσκορακισμὸν ἐν πυρὶ φλογός. Cyrillus, ὁ δὲ ἀποσκορακισμὸς, δηλοῖ τὴν ἀποβολήν· ἐρεῖ γὰρ τοῖς ἔθνεσι, Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἑξῆς. Vt ſic relegationem quaſi à diuino vultu, in quo ſumma eſt beatitudinis, deſignet. qua voce, vt inprimis efficaci, neque ſemel & cum cura, Helleniſtæ vſi ſunt. Ita apud eundem Prophetam, 17.13. καὶ ἀποσκορακιεῖ αὐτοὺς, καὶ πόρρω αὐτοὺς διώξεται. Vox quam expreſſerunt, eſt גער, quod inter alia eſt ἀφορίζειν: interdum tamen נטש. vt cum in Pſalmis dicitur, βοηθός μου γενοῦ, μὴ ἀποσκορακίσῃς με. Optime hac mente Heſychius, Ἀποσκορακίζεσθαι, ἀποδοκιμάζεσθαι. ſed & Σκορακισμὸς, ἀποδοκιμασία eidem. adde quod morti addicuntur, quibus hoc dicitur. Iam vero γῦπες καὶ κόρακες περὶ νεκροὺς νέμονται, *vultures & corui depaſcuntur mortuos*, vt inquiunt antiqui. Ait Dominus, Ἐπείνασα γὰρ, ℣ſ. 42. καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν. quia, vt eleganter Saluianus loquitur, *Solus tantummodo Chriſtus eſt, qui in omnium pauperum vniuerſitate mendicet.* Paſci autem vult in ſuis, *ne, qui totum orbem ſolet paſcere*, vt Valerianus eleganter loquitur, *ad noſtram confuſionem, inter mendicos videatur eſurire.* In quo oraculo hoc caput claudo.

Cap. XX.

Caput vigeſimum ſextum. Ἀλάβαστρον μύρου. *quid Helleniſtis* ἀλάβαστρον. Φωκάδιον. μυροθήκη. *Theocrito in Adoniazuſis* χρύσει' ἀλάβαστρα. *Adonis. unguentum Syrum. Thamutz. Gabas. unguentum* βαρύτιμον. *Locus nobilis,* πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με ἐποίησε, *& quomodo intelligendus.* ἐποίησεν, ἐποιήθη. *Helleniſtarum in confundenda vocum ſignificatione recepta conſuetudo.* τὸ עלם *quomodo Hebræis antiquiſſimis, Magiſtris item, vſurpatum.* ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, ἐν ὅλῳ τῷ αἰῶνι. Ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια. *Recentior interpres. Vetus. & vter rectius locum inter-*

interpretatus ſit. ἐν ὅρκῳ ἔστησε. διαθήκην ἔστησε. τὸ ἔστησαν *Matthæi*, ἐπηγγείλαντο IN
Marco. Σὺ εἶπας, *cum Iudæ reſpondetur, quomodo accipiendum.* εἰπεῖν, ἀντὶ τοῦ MATT.
διανοεῖν. πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι. *Peluſiotæ interpretatio notata.* λεγεῶνες ἀγγέ-
λων. Λεγεὼν *vox Romana, etiam Chaldæis vſurpata. Locus illuſtris,* ἀπ' ἄρτι
ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, *&c. interpretatio*
ejus. vera lectio ac diſtinctio. ἀπαρτὶ, ἀπηρτισμένως. Σὺ εἶπας, *aliter quam*
alibi dictum. audio. non audio.

NOn procul à capitis, quod ſequitur, vigeſimi & ſexti, ſcilicet, initio, CAP.
voce ἀλαβάστρου vſus eſt Euangeliſta, cum dixit, Προσῆλθεν αὐτῷ γυνὴ XXVI.
ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα βαρυτίμου. quam ſemel apud Helleniſtas obſer- ℣ſ. 7.
uare memini, qui τὸ צלוחית, ſcilicet, quod alias ὑδρίαν dicunt, ita reddiderunt.
Heſychius, φωκάδιον ἢ καψάκιον, ſequioris Helleniſmi vocibus interpretatur.
φωκάδιον autem μυροθήκην ejuſdem linguæ gloſſatores reddunt. Quod & lo-
cum hic habet. Rabanus, *Eſt autem alabaſtrum genus marmoris candidi, variis*
coloribus intincti, quod ad vaſa vnguentaria cauare ſolent: eo quod optime ſeruare
ea incorrupta dicatur. Vas vnguentarium, μυροθήκη: quod & ἀλάβαστρον dice-
bant. Theocritus Adoniazuſis, ſiue Sacra Adonidis celebrantibus, Syrum
tribuit vnguentum, cum dixit, Συρίῳ δὲ μύρῳ χρύσει' ἀλάβαστρα. qui & vas ſine
materia conſiderat, cum χρύσεον dixit. Sed & recte, Syrum. cum idolum
Orientis Adonis eſſet, vt & nomen: quod mirifice à cœli Domino, ad abo-
minationem, ſuo more, tranſtulerat Diabolus. Quid enim אדון, *adon* ſit, &
אדוני, *adonai*, punctatum vt nomen ineffabile, quis neſcit? Ezechieli תמוז. quem
eodem modo, quo apud Theocritum, mulieres deflent. Cypriis *Gabas*, hoc
eſt גביש, *gabis*: quæ gemma alba, vt alabaſtrum aut cryſtallus. vnde & alabaſtri,
vt videtur, vſus in his ſacris. Cum vnguentum dicitur βαρύτιμον, purus Syriaſ-
mus eſt: apud quos notum quomodo τὸ יקר etiam de re precioſa vſurpetur.
vt metuam, ne arguta potius hoc loco quam vera ſint, quæ de ære graui,
& apud Romanos appendi ſolito, ad hunc locum eruditi notarunt: quanuis
non negem, *graue precium*, cum Salluſtio, *grande* dici poſſe. B. Hieronymus,
πιστικὸν ex Iohanne interpretatur. *Alius autem Euangeliſta*, inquit, *pro alaba-*
ſtro vnguenti precioſi, nardum piſticam poſuit. hoc eſt, *veram & abſque dolo.*
de quo nos in Ariſtarcho, & ad Iohannem. Sequitur, βαλοῦσα γὰρ αὕτη τὸ
μύρον τοῦτο ἐπὶ τοῦ σώματός μου, πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με ἐποίησε. Vbi, quomodo dicat ℣ſ. 12.
aliquis, ſancta hæc fœmina, de ſepultura ſcire potuit, de qua ne Apoſtolis
quidem adhuc quicquam conſtaret, qui ne mortis quidem paulo ante
myſterium intelligebant; aut inſtantem præuidit? Hoc igitur κατ' οἰκονο-
μίαν intelligendum. non quod ipſa ἐκ προαιρέσεως, aut ad finem iſtum hoc
fecerit, quæ in hoc diuinam ſecuta inſpirationem ac conſilium, ignara ejus
eſſe poterat, cui myſtice prælusit. Nihil vſitatius Hebræis, quam vt τὸ ἐποίησε
pro ἐποιήθη, & ſimilia, in kal, pro paſſiua ſignificatione vſurpent, qui hoc
modo id quod fieri ſignificatur, perſonæ aſſcribunt. Hoc igitur vult Do-
minus, ὅτι τοῦτο πρὸς τὸν ἐνταφιασμόν μου ἐποιήθη. vt innuat, *ad ornatum ſepulturæ*
ſuæ, hoc, quod factum erat, referendum. Factum quippe, cum non ſatis æquo
animo tuliſſe, vt rudes & ignaros, quique ad intellectum tanti nondum per-
ueniſſent myſterii videret; interpretationem ejus, ſeu conſilium diuinum de
futuro, proponit. Moleſti huic eſtis, inquit, cum præclare pariter & oppor-
tune egerit, quod nondum intelligitis. Pauperibus conſultum vultis, qui vo-
biſcum manent: mihi autem non vultis, qui à vobis abeo: qui jam totus ſum
in eo. quod hoc ipſo deſignatur. hæc enim vnctio, mox morituro ac ſepe-
liendo, ne ignari tanti maneatis myſterii, confertur. Ἐποιήθη γὰρ τὸ γινόμενον,
εἰς τὸ ἐνταφιάσαι με, ſiue, εἰς τὸν ἐνταφιασμόν μου. Ac ſi dixiſſet, βαλλόμενον γὰρ τοῦτο
τὸ μύρον ἐπὶ τοῦ σώματός μου, εἰς τὸν ἐνταφιασμόν μου ἐβλήθη. *vnguentum illud, quod*
in cor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Matt. *in corpus meum effuſum eſt, ad ſepulturam meam effuſum eſt*. Ipſa enim, ſed ex diſpoſitione ejus qui & vngebatur ac ſepeliendus erat, vere vnctum, ſeu, Meſſiam, vnxit. vnde & dilutum nobis ſemper viſum eſt, quod nihil, præter κίνησιν, ſiue motum quendam, in tam ſancto opere illi tribuant nonnulli: cum diuina diſpoſitio, mox plenius intelligenda, manifeſte vſ. 13. innuatur. quod ſequentia euincunt. Sequitur enim, λαληθήσεται καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη εἰς μνημόσυνον αὐτῆς. vbi, ὃ ἐποίησεν αὕτη, nihil aliud eſſe, quam τὸ κατ᾽ οἰκονομίαν γινόμενον, res ipſa docet. Nunc ad reliqua pergamus. Sequitur, ὅπου ἐὰν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. vbi mirantur eruditi, quomodo, cum præceſſiſſet, ὅπου ἐὰν, addatur inſuper, ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. vt, ſi illis credimus, poſteriora vacent, aut abundent. Quid ſi autem velit, *vbicunque in terris, vbicunque, aut quocunque in loco ex vniuerſo orbe, prædicabitur hoc euangelium*, quod in toto orbe prædicatum iri, ante conſummationem ſæculi, non ſemel dicitur. in quo haud magna difficultas, nobis quidem videatur. Quanquam minus vſitate, ac forte magis erudite reſponderi poteſt: proprium Helleniſtarum eſſe, vt ejuſdem vocis inter ſe ſignificationes, ex recepta propriaque illis conſuetudine, confundant. Nemo autem eſt qui neſciat, τὸ עלם, aliter Hebræis olim, aliter Magiſtris, ac nonnunquam Syris, vſurpari. cum iſtis τὸν κόσμον, orbem ipſum, illis autem τὸν αἰῶνα, ſiue ſæculum, deſignet: quemadmodum vtrunque eâdem voce עלמא Syri denotare ſolent. Vt ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, pro ἐν ὅλῳ τῷ αἰῶνι, vel, δι᾽ ὅλου τοῦ αἰῶνος, dicatur. Atque ita mens ſit, ὅπου ἐὰν ἐν ὅλῳ τῷ αἰῶνι κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο. quod Magiſtri, עד סוף העלם, μέχρι τέλους τοῦ κόσμου, ſiue, τοῦ αἰῶνος, dicunt. vt non ſic vniuerſus mundus, ſed vniuerſa ſæculi duratio, vt iidem loqui ſolent, intelligatur. neque refert, quod εἰς ὅλον τὸν κόσμον Marco dicatur, cum vtrunque eodem modo, ex ratione Helleniſtarum, & jam dicta, poſſit accipi. Sed quia, vt jam dixi, εἰς ὅλον τὸν κόσμον, ſiue, εἰς πάντα τὰ ἔθνη, prædicandum erat euangelium (quemadmodum Marci 13. 10. ὅτι εἰς πάντα τὰ ἔθνη δεῖ πρῶτον κηρυχθῆναι τὸ εὐαγγέλιον, & ibidem 16. 15. jubentur Apoſtoli, πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, hoc eſt, ὅλον τὸν κόσμον, κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον) receptam tolerare interpreta- vſ. 15. tionem malo, καὶ ἐπέχειν. Paulo poſt cum ſequitur, οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια, ſcio quibuſdam vix vero ſimile videri, eam fidem primos ſacerdotes habuiſſe Iudæ, vt in anteceſſum nummos, precium abominandi ſceleris, ſed non exhibiti, annumerarent: quemadmodum nec Iudam, poſt annumeratos nummos, magis facinus vrſiſſe. quod illius proprium, qui pactus eſt & præmium expectat. Itaque cum dicitur, οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια, aliquando impetrare à me non potui, vt quod recentiori placuit interpreti, admitterem, qui *appenderunt*, interpretatur. pro quo vetus, quem ſecutus eſt Eraſmus, *conſtituerunt*, reddidit: quomodo non ſemel Helleniſtæ loquuntur. Syrachides 44. 24. Καὶ ἐν τῷ Ἰσαὰκ ἔστησεν οὕτως διὰ Ἀβραὰμ τὸν πατέρα αὐτοῦ: vnde ἐν ὅρκῳ ἔστησεν, διαθήκην ἔστησεν, & alia, quæ in eodem ſcriptore leguntur. Ita Macchabæorum 1. καὶ ὅσα ἐστήκαμεν, πρὸς ὑμᾶς ἕστηκε. vbi erudite doctiſſimus interpres, *quæcunque enim conſtituimus vobis, conſtant*. item cap. 8. 29. κατὰ τοὺς λόγους τούτους, ἔστησαν Ῥωμαῖοι τῷ δήμῳ τῶν Ἰουδαίων. Et alibi, νῦν δέ σοι ἵστημι πάντα τὰ ἀφαιρέματα. Neque quomodo intelligendum eſſet Marcus ignorabat, qui cum verbis prope iiſdem, quibus hic Euangeliſta, vtatur, τὸ ἔστησαν, ἐπαγγείλασθαι interpretatus eſt. Καὶ ὁ Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης, εἷς τῶν δώδεκα, ἀπῆλθε πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς, ἵνα παραδῷ αὐτὸν αὐτοῖς· οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐχάρησαν, καὶ ἐπηγγείλαντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι. Hoc eſt, ἔστησαν, *promiſerunt, conſtituerunt*. quemadmodum nec facile aſſentiri eruditis poteram, qui de pactione Marcum, de numeratione egiſſe hoc loco volunt Matthæum: cum nullo argumento id probent, & hic eadem hiſtoria præcedat. Vt aliter ſentirem, prophetia quæ reſpondet huic loco effecit. Zachariæ nempe. Apud quem cum inueniſſent Helleniſtæ וישקלו,

voce

voce ἔστησαν id expreſſerunt. καὶ ἔστησαν τὸν μισθόν μου τριάκοντα ἀργυρίους. *& merce-* In
dem meam argenteos triginta appenderunt. quemadmodum paſſim in antiquo Matt.
Fœdere cum vocem exprimunt eandem. Tale eſt, καὶ ἔστησα αὐτοῖς τὸ ἀργύριον καὶ
τὸ χρυσίον. Item, καὶ ἔστησα ἐπὶ χεῖρας αὐτῶν ἀργυρίου τάλαντα ἑξακόσια πεντήκοντα.
Eſdræ 8.26.vide plura quæ ad locum illum Actor.7.℣.60. notamus, μὴ στήσῃς
αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. Cum quærenti Iudæ, vtrum ipſe proditurus eſſet ℣. 25.
Dominum, reſpondet ipſe, Σὺ εἶπας, iterum id accipio, vt cum ἔξωθεν Hebræi
in corde aſſumunt. quod Helleniſtæ διανοεῖσθαι reddunt. *Tu in animo hoc habes:*
tu de eo cogitas, aut cogitaſti. Quod & efficaciter interdum duplicatur. vt cum
autor Iudithæ, καὶ εἶπεν ὁ πατὴρ αὐτῆς, Εἶπας εἶπα, ὅτι μισῶν ἐμίσησας αὐτήν. *certo*
cogitaui, certo perſuaſi mihi. Aliter quippe alibi. vt cum non ita multo poſt
ſupremo ſacerdoti, interroganti, vtrum Chriſtus eſſet Dei Filius, reſpon-
det Dominus, Σὺ εἶπας. Cum dicitur, Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, ℣. 28.
manifeſta illius videtur parodia, Ἰδοὺ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης ἧς διέθετο κύριος πρὸς
ὑμᾶς περὶ πάντων τῶν λόγων τούτων. Exod. 24.8. Eodem capite cum legitur, ὅτι ἐν ℣. 34.
ταύτῃ τῇ νυκτὶ πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι τρὶς ἀπαρνήσῃ με, quid ſibi Peluſiota voluit,
cum ſcripſit, τὸ πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, πρὶν τὴν ἡμέραν ἀναφᾶναι τῆς ἀναστάσεως? quaſi
non Matthæus dixiſſet, ἐν ταύτῃ τῇ νυκτὶ, Lucas autem σήμερον. Eodem capite
cum dicitur, καὶ παραστήσει μοι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων, notandum vo- ℣. 53.
cem Romanam, etiam Chaldæis ante hoc tempus eodem modo vſurpatam
fuiſſe. qui ad Ezechielis 30.9. *In illo tempore egredientur nuncii à facie mea,*
ſiue, *angeli* בליגיונין. *cum legionibus.* Eodem capite illuſtris ille extat locus, Σὺ ℣. 64.
εἶπας· πλὴν λέγω ὑμῖν, ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνά-
μεως, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. Qui quantum torſerit veteres, faten-
tur ipſi. adeo, vt nonnulli, non ad poſteriorem Chriſti aduentum, quem
μετὰ τὴν συντέλειαν vulgo Græcorum Theologi dicunt, de quo manifeſte hic
agit, ſed ad exaltationem primamque majeſtatis vſurpationem referant,
quæ humilitatem paſſionis, ſiue τὴν ἐξουδένωσιν, ſecuta eſt. Euthymius, *A modo,*
hoc eſt, non longo poſt tempore (ſignificat autem tempus poſt reſurrectionem) vide-
bitis me, qui à vobis interimor, ſedentem à dextris virtutis, quæ eſt Dei. Hoc eſt,
Breue erit tempus inſidiarum, quæ in me concitatæ ſunt. Paruo enim expleto tem-
pore, ſuperior omnibus inimicis meis efficiar. Neque curua hic corrigunt recen-
tiores, qui, *ab hoc tempore*, ſuppoſuerunt. Quod, quid aliud, quam quod
vetus voluit? neque minus breuitatem notat temporis, quod non definitur
ſed prædicitur. Fieri autem poteſt, vt accentus eruditis impoſuerit, & ex eo
loci impoſuerit diſtinctio. Quid enim ſi ſcribendum ſit, Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς,
Σὺ εἶπας· πλὴν λέγω ὑμῖν ἀπαρτὶ, ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου? Porro λέγω ἀπαρτὶ,
Græcis eſt, quod paſſim in his libris, Ἀμὴν, ἀμὴν, λέγω. Vt ſit, *certo ac vere,*
plane ac diſerte, vobis dico. Ἀπαρτὶ, ἀπηρτισμένως. Ariſtophanes Pluto,

Οὐκ, ὦ κακόδαιμον, ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς μόνους,
Ἔγωγε, καὶ τοὺς δεξιοὺς, καὶ σώφρονας,
Ἀπαρτὶ πλουτῆσαι ποιήσω.
Non, inepte, quin probos tantum
Ego, honeſtoſque, & temperantes,
Plane vt diteſcant efficiam.

Interpres doctiſſimus, ἀπαρτὶ, ἀπηρτισμένως. ἐπίρρημα δέ ἐστιν, ὡς ἀλογητὶ, παρὰ τὸ
ἀπηρτισμένον καὶ πλῆρες. atque eodem fere modo & Heſychius. Quanta autem
ratio accentuum in MSS. habeatur codicibus, non ignorant, qui vel vnum
vere antiquum viderunt. Quid quod nihil tale Marcus? apud quem legi-
tur, Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἐγώ εἰμι, καὶ ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως,
καὶ ἐρχόμενον μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. 14.62. Apocalypſeos 14.13. Μακάριοι οἱ νε-
κροὶ, οἱ ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκοντες ἀπάρτι. Vbi interpres vetus, *qui in Domino mo-*
riuntur à modo. Recens, qui barbariem accuſat, *Beati ab hoc tempore mortui,*

In Matt. *ii, qui Domini cauſa moriuntur.* Mirifice. vt omittam ἀπαρτὶ, non autem ἀπ' ἄρτι, legendum, & ad τὸ μακάριοι videri referendum. Μακάριοι ἀπαρτὶ, οἱ ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκοντες. quanquam in eo loco ad poſterius id commode referri poſſit: vt ſit, *ab hoc tempore, qui moriuntur.* Quid quod idem quoque, tandem addit, ἀπαρτὶ legendum videri? quod & hoc loco placet. niſi quis diſtinctione ſeruata malit, ἀπαρτὶ ὄψεσθε. *plene, ac facie quaſi ad faciem videbitis.*

Ibid. ſed verum eſto, quod jam ante dixi. Quod autem hic dicitur, Σὺ εἶπας, fortaſſe aliter accipiendum quam cum alibi idem reſpondetur. de quo ibi. Hic enim contemnentis potius, quæ cum tanta vehementia à cæco Pontifice dicebantur. quo ſenſu, *audio*, à Comicis: quod Critici antiqui, *non audio, nihil dicis*, interpretantur. Phormione,

A. *At non cottidiana cura hæc angeret animum.* P. *audio.*

Donatus, *A contemnente dictum Antiphonis.* Eſt ergo *audio*, εἰρωνεία, *pro, non audio.* hoc eſt, *nihil dicis.* Quemadmodum nec negarim, commode cum interrogandi nota legi poſſe alibi.

Cap. XXI.

Caput vigeſimum & ſeptimum ex parte examinatur. Locus de morte proditoris, ἀπελθὼν ἀπήγξατο, *non recte intellectus. Typus proditoris Achitophel.* חנק. *Mors qua extinctus Achitophel, machanac.* ἀγχόνη. *rumpi.* διαρρήγνυσθαι. διαρραγείης. λακεῖν μέσοι, *qui dicantur. crepare.* πρηνεῖς γενέσθαι. πνίγεσθαι, ἄγχεσθαι, *& vtrunque de eodem vſurpari. Ridiculæ de morte proditoris fabulæ. Locus Dioſcoridis de fungis.* πνιγμοί. *Locus illuſtris ac multum exagitatus,* τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ Ἱερεμίου, *atque is fuſe examinatus. An Zachariæ locus ſit de quo agitur, & ſuppoſitum Ieremiæ nomen. Euſebii in loco Zachariæ argutiæ.* πλάσης *&* κεραμεύς. *locus quomodo diſtinguendus. quæ apud Zachariam hujus loci extent. ad conflatorium, ad ſtatuarium, & an locum hic habeant. locus Matthæi è duabus* ῥήσεσι *contextus. quid è Ieremia deſumptum. ager Anathot. vtrum de eo hic agatur. diuerſus ab agro ſanguinis. vallis, ſeu ager, Ennom, maledictus. Situs agri ejus. Ieremias* κέραμον *confringere jubetur: & vbi id factum. Vallis occiſionis.* πολυάνδριον σφαγῆς. ἀγρὸς αἵματος. *vallis occiſorum. Illuſtris Ieremiæ de valle Hinnom, ſiue Ennom, & Thophet, locus.* καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος. *Loci vera lectio,* διὰ Ἱερεμίου, καὶ τοῦ προφήτου, λέγοντος. *Errores veterum. Epiphanius aliam lectionem ſecutus. ejus de loco hoc opinio.*

Cap. XXVII. ỷſ. 5. NOn procul à capitis vigeſimi & ſeptimi initio, locus, vt doctiſſimus, ita peſſime intellectus, de morte proditoris occurrit: Καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξατο. qui miris occaſionem hiſtoriis ac locum dedit. Quid igitur Euangeliſta, cum ἀπήγξατο hic dixit? haud dubio τὸ חנק expreſſit. Typum porro proditoris Achitophel fuiſſe, etiam antiqui notarunt. de quo 2 Sam. 17. 23. καὶ ἐνετείλατο τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ ἀπήγξατο καὶ ἀπέθανε, dicitur. Vbi in contextu ipſo יחנק, Thargumiſtæ אתחנק. De quo quidam è Magiſtris notant, *morbum ex magno animi mærore ac dolore ortum, fuiſſe: quod conſilium non ſucceſſiſſet, aut approbaſſet. itaque* τῷ *machanac interiiſſe.* Quam autem longe hoc à ſuffocatione abſit, quæ fit laqueo, iidem docent, cum non raro euenire notant, *vt homo magnus à parua ſtranguletur muſca.* Quo ſenſu Iobi 7. 15. *Et elegit machanac anima mea.* Sequitur autem, *deſperaui. nequaquam vltra jam viuam*, vt vulgo interpretes. Vbi Aquila, καὶ αἱρεῖται ἀγχόνην ἡ ψυχή μου. vnde & Tobiæ 3. 10. ταῦτα ἀκούσασα, ἐλυπήθη σφόδρα, ὥστε ἀπάγξασθαι, ובקש לחנוק עצמה, *vt præ angore, quaſi obturato gutture ac obſtructo, de morte cogitaret.* Ita enim angi eum, cui euenit hoc, opprimique volunt, vt eadem hora extinguatur. qui Latinis vulgo rumpi, Græcis διαρρήγνυσθαι dicuntur. Notum illud, *inuidia rumpan-*

rumpantur vt ilia Cedro. Vnde apud Ariſtophanem, διαρραγείης, pro quo Plautus, *abi, & ſuſpende te.* qui & λακεῖν μέσοι Græcis, Latinis *crepare* dicuntur, vt & πρηνεῖς γενέσθαι: quia ſuffocatione & ſuppreſſione vocis πνίγονται, ſeu ſtrangulantur. quod ἀπάγχεσθαι & ἄγχεσθαι tum dicitur. Idem quippe ἄγχεσθαι & πνίγεσθαι plerunque. quemadmodum Chryſoſtomus ad 18. Matthæi, ἄγχειν τὸν δοῦλον, quod πνίγειν Euangeliſta dixit. Eo morbo Iudam, quem ἀπάγξασθαι Matthæus hic dicit, extinctum, exceptione omni major, Actor. 1. ẏſ. 18. Lucas tradit. καὶ πρηνὴς γενόμενος, ἐλάκησε μέσος, καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. vbi recentior interpres, *& præcipitatus crepuit medius, & effuſa ſunt omnia viſcera ejus.* Vetus, *& ſuſpenſus crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia viſcera ejus.* quo loco, tum quid πρηνῆ γενέσθαι ſit, tum cur effuſa ejus viſcera dicantur, videbimus. quod in tali ſuffocatione & ruptura ſolet fieri. ἀγχόνην enim, ſiue ἀπαγχόνην, viſcerum conſequitur effuſio. Qui neſcirent interim, quomodo Matthæi Lucæque conciliari poſſet locus, cum in altero τὸ ἀπάγχεσθαι de ſuſpendio acciperent, in altero τὸ πρηνὴς γενόμενος, *præceps factus eſt,* exponerent, proditorem lepide finxerunt, cum ſe ſuſpendiſſet, rupto laqueo ſuperuixiſſe: præcipitatum deinde, cum intumuiſſet vehementer, à prætereunte curru eliſum, expiraſſe. Epiphanius, prius viſcera effudiſſe, ac deinde ἀγχόνῃ χρησάμενον, adhibito ſuſpendio, interiiſſe arbitratur. Quibus nihil opus erat: cum ἀπάγξασθαι, eodem modo eodemque verbo, quo Achitophel ab Helleniſtis, proditor dicatur. Gloſſarium vetus, Ἄγχομαι, *angor.* nec de ſtrangulatione, quæ fit laqueo, Dioſcoridem egiſſe ſentio, cum de fungis dixit, ὅτι πνιγμοὺς ἐπιφέρουσιν, ἐοικότας ἀγχόναις. è quo loco patet quoque, πνιγμὸν & ἀγχόνην idem eſſe. Cæterum, videnda, vt jam dixi, quæ ad primum caput Actorum notamus: vbi diuerſa jungi videntur, ὅτι πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος, καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. Verum nunc ad alia, & quidem illa, quæ non multo poſt ſequuntur, abeamus: Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου. ẏſ. 9. Hic autem locus ille eſt, qui à tot jam annis tot illuſtres animas exercuit: vt, quot extiterunt homines, tot propemodum ſententiæ reperiantur. Quorum alii, nomen Ieremiæ corruptum, alii ſuppoſitum, alii, ne apud Zachariam quidem, locum, qui citatur, extare judicarunt. Nos, quod recte interpres eruditus, & qui accurate in Commentariis ad Zachariam locum hunc expendit, nec ſine cauſa, monet, rem digniſſimam exiſtimamus, in quo hominum piorum ſimul ac eruditorum ſtudia exerceantur. Quare, primo de ipſo Zachariæ loco videamus: an videlicet ad eum ſcriptor Sanctus hic reſpexerit. Quam difficultatem ſi tollamus, minor erit altera quæ reſtat. Euangeliſta igitur, poſtquam de agro figuli egiſſet, verba hæc addit, Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος, καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ· καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος. vbi Prophetæ nomen ad errorem ſcribarum retulerunt antiqui. Auctor Commentariorum in Pſalmos qui B. Hieronymo aſſcribuntur, *Sicut ſcriptum eſt,* inquit, *in Ieremia Propheta. Hoc in Matthæo ſcriptum eſt. Requiſiuimus in Ieremia Propheta, & hoc penitus inuenire non potuimus, ſed inuenimus illud in Zacharia. Videtis ergo quia & hic error fuit ſicut ibi.* qui nec ſibi conſtat hic, vt mox dicemus. Apud Zachariam hæc extant: καὶ ἔλαβον τοὺς τριάκοντα ἀργυροῦς, καὶ ἐνέβαλον αὐτοὺς εἰς τὸ χωνευτήριον. pro quo Aquila, teſte Euſebio, πρὸς τὸν πλάστην, habebat: qui vertebat, καὶ ἔρριψα αὐτὰ ἐν οἴκῳ Κυρίου, πρὸς τὸν πλάστην. quemadmodum Symmachus, καὶ ἔρριψα αὐτὰ εἰς τὸν οἶκον Κυρίου εἰς τὸ χωνευτήριον. Vbi περὶ χωνευτηρίου multa argutatur Euſebius. qui profecto nondum perſuadere aut nobis potuit aut cuiquam qui cum cura locum contulit Hebræum, τὸ יוצר, hoc eſt, *figulum*, ſignificare templum: multo autem minus τὸ χωνευτήριον, ad agrum figuli referri poſſe. Πλάστην autem ſi reddamus, vbi

In Matt.

In Matt.

ager, non τοῦ πλάστου, ſed τοῦ κεραμέως? Longe enim latius ὁ πλάστης patet quam ὁ κεραμεύς. Plaſten autem vel fictorem, ea voce denotari B. Hieronymus notauit. Et priori Hebraicum reſpondet. quod fortaſſe non eſt tanti. Iam ſi κεραμέα denotari demus, vbi ἀγρὸς κεραμέως erit, aut quid hoc ad illum? Duo enim hic Euangeliſta agit: qui, vt numerum nummorum ex Propheta, ita ἀγρὸν κεραμέως, ſeu, prædictionem ejus agri, tangit aut alludit. Quod fortaſſe eidem B. Hieronymo perſuaſit, vt vix volam aut veſtigium ex loco Zachariæ apparere hic exiſtimarit. quem nonnulli tempeſtate hac ſequuntur: adeo vt Zachariæ locum hic adduci negent. Cum idem ille in præſtantiſſimo De optimo interpretandi genere libello, ad Pammachium, *Hoc in Ieremia penitus non inuenitur, ſed in Zacharia; aliis multo verbis, ac toto ordine diſcrepante.* Item, *Quantum diſtet ab Euangeliſtæ teſtimonio ſeptuaginta translatio, perſpicuum eſt. ſed & in Hebræo cum ſenſus idem ſit, verba præpoſtera ſunt, & pene diuerſa.* Cæterum, eruditiſſimum hunc virum, vt & cæteros, non ſatis ad Matthæi locum attendiſſe apparet: nec vidiſſe quomodo ſit diſtinguendus: Διὸ ἐκλήθη ὁ ἀγρὸς ἐκεῖνος, ἀγρὸς αἵματος, ἕως τῆς σήμερον. Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος, καὶ ἔλαβον τριάκοντα ἀργύρια, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ (καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως,) καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος. In quo ante omnia videndum, quæ apud Zachariam extent. Sunt autem hæc, vt mox probabimus: καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο, ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ, καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος. Cujus ipſe locus ſic ad verbum ex Hebræo conuertendus eſſet, καὶ εἶπε Κύριος πρός με, βάλε αὐτοὺς εἰς πλάστην, τιμὴν δόξης, vel, τιμὴν μεγάλην, ἣν ἐτιμήθην ὑπ᾽ αὐτῶν. καὶ ἔλαβον τριάκοντα ἀργύρια ἀργύρου, καὶ ἔβαλον αὐτὰ εἰς ναὸν Κυρίου πρὸς τὸν πλάστην. Vbi plane eadem jam vides. Nam & τριάκοντα ἀργύρια in vtroque habes. Et quod Euangeliſta habet, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, idem eſt, quod à Propheta dicitur, niſi quod magis ἀορίστως locutus eſt. Manet vero ironia, quam intendit, cum παραφραστικῶς (quod fuſe eodem quem jam diximus, libello, vſitatum eſſe Euangeliſtis, idem B. Hieronymus probauit) aliquid adjunxit. Hoc autem eſt, τοῦ τετιμημένου ὃν ἐτιμήσαντο: ipſum, nempe, Dominum. quem vir de tribu Iuda Cerioth, ſeu, Carioth, vendiderat. qui Dominum, non Iſraëlis modo, ſed & ſuum, & vniuerſi, per quem facta ſunt ſæcula, ſeruili precio, triginta ſiclis ſcilicet, (cum quinquaginta liberorum eſſet precium) in manus homicidis tradidit, tranſmiſit. Vt jam nihil reſtet, præter illa, καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν κεραμέως (quæ à Matthæo inſeruntur) de quibus poſtea dicemus. plurima concurrunt enim, quæ præclaris viris ſine dubio impoſuerunt. Habemus ergo locum Zachariæ, & in eo precium quo venditus eſt juſtus. cujus cauſa hunc Euangeliſta hic adduxit. Reſtat ergo adhuc ager figuli, ſeu locus ipſe, qui mercede hac emptus eſt. Quem ex Zachariæ verbis, fruſtra, ſi quid judico, probare ſummi homines conati ſunt. Nam ſi, quoties τοῦ יוצר Sacræ meminerunt literæ, ex eo ager figuli ſit exculpendus, nunquam euademus, quin ridiculi Iudæis ſimus: qui non ſine cauſa hæc in noſtris notant vt traducant. quod cauendum toties jam ſummi viri, inter quos Mercerus, monuerunt. Mihi equidem, pro agro ipſo vt ponatur hic, diuini majeſtate verbi non ſat digna argutiola videtur. quæ nunquam jlocaliter à nobis vindicanda, cum in media vel ignorantia vel cæcitate noſtra, qui in tenebris plerunque dimicamus, ſatis ipſa per ſe ſibi conſtet. Quem autem locum, vel quod vetus olim reddidit interpres, *ad conflatorium*, vel, quod Helleniſtæ, εἰς χωνευτήριον, alii πρὸς πλάστην, B. Hieronymus *ad ſtatuarium*, habere hic poteſt? Quantopere autem ſine vllo interim ſucceſſu Græci hic ſe torſerint, quantopere æſtuarint, vel Euſebius docere poteſt. qui libro Demonſtrationis Euangelicæ poſtremo, in omnes ſe conuertit formas, vt τὸ χωνευτήριον, quo Symmachus ac cæteri ſunt vſi, cum interpretatione Aquilæ conciliet,

qui

qui πλάστην vertit. Reſtat nunc vt videamus, quem in tota hac œconomia locum Ieremias habeat. Ex duobus enim locis, non ex vno, (quod non ſemel in his libris factum eſſe, multis ſupra demonſtrauimus) duorum, quæ hic euenerunt, obſeruationem conjunxiſſe certum eſt. Quippe vt ea quæ de precio notauit, è Propheta Zacharia, quod negari amplius non poteſt, manifeſte ſumpſit, ita non ex Zacharia, ſed ex Ieremia, quod de eo agro dicitur, adduxit. Quod, vt quidam, (inter quos eſt Sanctius, vir multæ lectionis,) obtinerent, ad agrum Anathot, quem, ex præſcripto Domini, Prophetæ vendidiſſe dicitur Hanameel (de quo capite trigeſimo ſecundo idem agit) referendum hoc exiſtimarunt. Quod ne admittamus, vel inprimis illud cogit, quod de benedictione, non abominatione, agri ejus ibi agitur. Ita enim verſu 15. *Sic enim dixit Iehoua exercituum, Deus Iſraël, Adhuc poſſidebuntur domus, & agri, atque vineæ, in terra iſta.* quæ manifeſte לברכה, cum benedictione, aut in benedictionem, dicuntur. Iam quod eum agrum ideo τοῦ κεραμέως dictum volunt, quod Propheta בכלי חרש, *in vaſe fictili*, libros emptionis reponere jubetur, nimis quam dilutum eſt. Cum præſertim hic de agro nihil, neque in eo ponere eos jubeatur. nam ſimpliciter Propheta, *Sume libros iſtos, librum emptionis hunc ſignatum, librumque hunc qui apertus eſt: quos in vaſe fictili repone, vt ad dies permanere multos poſſint.* Hæc autem quid ad agrum ſanguinis, qui è Propheta eruendus erat? quem ipſum ſi inueniamus, cauſæ nihil arbitramur, cur miretur quiſquam, Ieremiam hic adduci. Certum ergo, inter agros omnes, olim maledictos, nullum extitiſſe omnino, qui cum agro, ſeu, cum valle Ennon, ſiue Ge-Ennon, (vnde Helleniſtis Γέεννα) conferri poſſit. De quo paſſim Ieremias. qui cum execrando & abominando penitus Molochi ſacro deſtinatus eſſet, nihil mirum, ſi extremis maledictionibus à Domino deuoueretur. Situm autem agrum hunc fuiſſe ad portam κεραμίτιδα, ſeu κεραμέως, ad radices montis Moriæ, ad Auſtrum, è chorographia notum. ad quam Ieremias, teſtam, ſiue κέραμον, jubente Domino, confregerat, vt ita, deſtinatam populo denunciaret maledictionem: quod verſu decimo, ac deinceps, decimi & noni capitis docetur. Καὶ συντρίψεις βικὸν (id eſt, *fictilem lagenam*) κατ' ὀφθαλμοὺς τῶν ἀνδρῶν, τῶν ἐκπορευομένων μετὰ σοῦ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· τάδε λέγει κύριος, Οὕτως συντρίψω τὸν λαὸν τοῦτον καὶ τὴν πόλιν ταύτην, καθὼς συντρίβεται ἄγγος ὀστράκινον, ὃ οὐ δυνήσεται ἰαθῆναι ἔτι· καὶ ἐν τῷ Ταφὲθ θάψουσιν, ὅτι οὐκ ἔστι τόπος τοῦ ταφῆναι. *Contereſque fictilem lagenam coram oculis virorum qui egredientur tecum. Diceſque ad eos, Hæc dicit Dominus, Ita populum hunc conteram, vrbemque hanc, vt conteritur vas fictile, quod reſtaurari amplius non poterit: & in Tophet ſepelient, quia ſepeliendi locus non eſt amplius.* Quod in campo Ennon quia factum à Propheta, dubitandum non eſt, quin, & ager, &, quæ agro proxima, ſic dicta ſit ab eo porta. quæ proleptice & Prophetarum more, *Porta figuli*, ſeu, πύλη κεραμίτις, ab eodem dicitur. Inter maledictiones autem ejus agri ponitur, futurum eſſe, vt, pro גיא בן הנם, *valle filii Hinnom*, גיא ההרגה, *occiſionis vallis*, diceretur. quod inprimis eleganter Helleniſtæ, τῆς σφαγῆς πολυάνδριον, dixerunt. Vt ſit idem ille ager, quem εἰς ταφὴν ξένων, emptum tum fuiſſe, Euangeliſta notat. qui & ἀγρὸς αἵματος, ex diſpoſitione Dei, à Propheta Ieremia dictus eſt. quem Chaldæus ibi חילת קטיליא, *vallem occiſorum*, Syrus Actorum primo, חקל דמא *agrum ſanguinis*, in hoc Matthæi loco eodem fere modo vocauit. De occaſione emendi hujus agri, quæ œconomiæ cœlitus inſeruiit hac parte, obiter hoc dici poteſt: Vrbem Sacram, ea tempeſtate, omnium totius orbis gentium fuiſſe receptaculum, inprimis Iudæorum, qui vbique agerent, quorum alii ad feſta conuenirent, annua præſertim illa tria, quæ רגלים tum dicebantur, alii fortunarum ibi ac vitæ ſedem haberent, neque quiſquam neſcit, & diſerte id Sanctus Lucas, in deſcriptione accuratiſſima miraculi linguarum, teſtatur. Id autem ei genti inſitum cum eſſet, vt non

In Matt.

modo de honeſta quiſque ſepultura ſollicitus ageret, ſed & aliis hac in parte, publice proſpectum quidam vellent, impuriſſimos alias ſacerdotum principes, qui innocentiſſimum, ſed orbi ſimul ſalutarem immaculati agni ſanguinem à proditore redemiſſent, cum id Deo recte conſecrari haud poſſe, neque in vſus tamen parum pios, adhibendum judicarent, agrum, de quo agimus, emendum exiſtimaſſe. quem & Fictilem & Sanguinis dixerunt. Quem vicinum, aut eundem, cum infami Tophet illo, ac valle Ennom, ſeu Gehennom, arbitramur. cum & Tophet portæ Fictili vicinum è Propheta, de quo agitur nunc, planum ſit, eumque, de quo diximus jam, locum, quod & alii notarunt, proximum B. Hieronymus locarit. qui in ſuburbanis Æliæ, juxta piſcinam fullonis agrumque Aceldema hunc ponit. In quibus quis non ſingularem Dei providentiam ac diſpoſitionem admiretur? De agro figuli, cum Ieremias loquitur, futurum dixit, vt derelictus, ac deſertus eſſet, vtque ab ipſo ſanguine ac cæde nomen aliquando haberet. quod præclare impletum, partim cum in ſepulturam mortuorum ceſſit, partim, ac præcipue, cum ſanguinis, & quidem innocentis, precio redemptus eſt. vnde & factum, vt occiſionis ille locus, qui damnatas animas poſt vitam accipit, Gehenna dictus ſit: quemadmodum diu ante Iobo, tophet ipſa mors hinc dicta. Nihil autem magis admirandum, quam quod ager ille, quem deſertum fore toties prædictum erat, eo precio ſit emptus. de quo plura ad Actorum caput primum. Nunc integrum, ſed obiter, Euangeliſtæ conſideremus locum. *Principes*, inquit, *ſacerdotum, argenteos iſtos cum accepiſſent nummos, dixerunt, In corbanan mittere eos nefas eſt: cum precium ſit ſanguinis. Conſilium ergo habuerunt: atque ex illis agrum figuli in ſepulturam hoſpitum emerunt. Vnde ager ille, ager ſanguinis, in hodiernum vſque diem dicitur.* Quibus verbis cum de agro figuli egiſſet, quem & agrum ſanguinis, quod à Ieremia prædictum, nuncupari notarat, nihil ſane mirum ſi Prophetæ ejus mentionem hic fecit. Quid enim eo loco aut prædictione vel ad rem magis vel illuſtrius, qui decimo ac nono capite, ℣ſ. 3. ac deinceps, legitur? *Audite verbum Iehouæ, Reges Iehuda, & habitatores Ieruſalem*, inquit. *Sic dicit Iehoua exercituum, Deus Iſraël, Ecce adduco malum ſuper locum iſtum: ita vt quicunque audierit illud, tinniant aures ejus. Eo quod dereliquerunt me, & alienum reddiderunt locum iſtum, & adoleuerunt in eo diis alienis, quos non norant ipſi patreſque eorum ac Reges Iehuda: repleueruntque locum iſtum ſanguine innocentum. Excelſa quoque Baal, comburendis igni filiis, in holocauſta ipſi Baal ædificarunt ibi: quod non præcepi nec locutus ſum, ſed nec aſcendit ſuper cor meum. Propterea, ecce dies veniunt, inquit Iehoua, vt non vocetur Tophet locus ille amplius & vallis Hinnom, ſed occiſionis vallis.* E quibus luce clarius, cur Ieremiæ mentionem fecerit Euangeliſta. Partim, quia περὶ ἀγροῦ κεραμέως egerat: partim, quia de eodem acturus eſt. Sequitur enim, καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως. quæ ad Ieremiam referenda. Eſt igitur duorum, quos adduxit è duobus Prophetis, locorum σύγχυσις. Zachariæ enim verba ita Ieremiæ verbis junxit, vt hujus verba inſerat, illius interrumpat. Cujus locus, niſi è duobus vnum feciſſet, ita fuerat continuandus, καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου ὃν ἐτιμήσαντο, ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ, καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος, vt ante dixi. Prophetarum autem verba à Matthæo, non vnius, ſed duorum inſeri, vel illud euicerit, quod de ſe Zacharias, & tanquam de illo, Euangeliſta agat. Ἔλαβον enim in Hebræo eſt ואקחה. καὶ ἔλαβον τοὺς τριάκοντα ἀργυροῦς, καὶ ἐνέβαλον αὐτοὺς, quæ Matthæus ſeruauit. Accedit huc quod illa Zachariæ verba, *magnificentiam gloriæ qua appretiatus ſum*, paulo aliter conuertit. Quæ res in maximum errorem Epiphanium, de quo acturi mox ſumus, manifeſte adduxit. neque enim tam adducit locos, vt ſæpe, Matthæus quam accommodat. Illud autem, καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος, de ſuo addit, quia Zacha-

Zacharias ibi dixit, καὶ εἶπε Κύριος πρός με, κάθες αὐτοὺς εἰς τὸ χωνευτήριον. Ex
mandato enim Domini feciſſe ſe id dixit: quod & Matthæus expreſſit. Re- In
ſtat nunc, vt videamus, quomodo id ſoli Ieremiæ aſſcripſerit, quod ex vtro- Matt.
que adducit. quam difficultatem Syrus cum videret, Ieremiæ nomen præ-
termiſit: quod in omnibus antiquis exemplaribus fuiſſe expreſſum, antiqui
omnes cæterique, qui errorem ſcribæ hic agnoſcunt, manifeſte teſtantur.
Nos non dubitamus quin & nomen retinendum ſit, & copulam omiſſam.
Quare, nec B. Auguſtinus audiendus eſt, qui ἁμάρτημα μνημονικὸν hic ſtatuit.
(apage autem) quemadmodum nec B. Hieronymus, qui ex Apocrypho cita-
tum vult: vt nec illi, qui ex contractione nomen Ieremiæ natum, neque qui
ſimpliciter inſertum ac omittendum volunt. cum nihil Ieremiæ prophetia
clarius illuſtriuſque, nihil magis locum hic habere certum ſit. Quod vel in-
ter cætera euicerit, quantopere hic errarint, qui ex היוצר, agrum figuli fece-
runt: atque ita Zachariam, vt jam diximus, cum Ieremia, plaſten denique,
cum agro ſanguinis, confundunt. Vt omittam, quam ſic manifeſte ſummum
artificium appareat Matthæi, qui ex altero Propheta definitum precium, ex
altero quem citat, quæ ad agrum, de quo agitur, probauit. inprimis vero
S. Spiritus œconomia, qui per Sanctos tanto ante hæc prædici voluit, cu-
rauit. Qui miratur, copulam omitti potuiſſe, idem à Roberto Stephano
ac aliis, tot in hoc aut illo codice omiſſas, quæ in cæteris extarent, annotari
voces miretur: tollat denique omnes lectiones varias ac diſcrepantes, quas
tam multi ex antiquis Patribus ſubinde obſeruant. nec periculi hic quic-
quam eſſe aut fingi poteſt. Cum additur, καὶ ἔδωκαν αὐτὰ, dubium non
eſt, quin ἔδωκα legerit Epiphanius, cum de Iuda ita loquitur: καθὼς ἦν περὶ
αὐτοῦ γεγραμμένον ἐν τοῖς προφήταις, Καὶ ἀπέρριψε τοὺς τριάκοντα ἀργυρέους, τὴν τιμὴν τοῦ
τετιμημένου παρὰ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ· καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ προφήτῃ, Εἰ δίκαιόν ἐστιν ὑμῖν, Δότε τὸν
μισθόν μου, ἢ ἀπείπασθε. καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ προφήτῃ, Καὶ ἔδωκαν τὸ ἀργύριον τὴν τιμὴν
τοῦ τετιμημένου, καὶ εἶπε, Κάθες αὐτὸ εἰς τὸ χωνευτήριον· καὶ ἴδε εἰ δόκιμόν ἐστιν, ὡς ἐδοκιμάσθην
ὑπὸ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. *Sicut de eo in Prophetis ſcriptum erat, Abjecique argenteos tri-*
ginta, precium æſtimati à filiis Iſraël. Iterumque in alio propheta, Si juſtum vide-
tur vobis, date mercedem mihi, aut negate. Iterumque in alio propheta, Dederunt-
que argentum, æſtimati precium, dixeruntque, Pone hoc in conflatorio, ac vide
an probum ſit, ſicut à filiis Iſraël æſtimatus ſum. Qui quidem recte, quod non
vnum à Matthæo exiſtimat adduci locum, male autem, quod quæ apud Za-
chariam leguntur, aliis aſſcribere videtur: cum hi loci, quos adducit, apud
vnum Zachariam extent. Sed decepit eum, quod ad verbum apud Za-
chariam non inuenit, τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο. Pro quo Propheta ha-
bet, *magnificentiam gloriæ, qua appretiatus ſum ab eis.* Helleniſtæ autem, vt
jam dixi. Cæterum, jam tempus erit, vt quod agitur, hoc eſt, quid de toto
loco ſtatuendum ſit, perſpicue ac paucis abſoluamus. Locus ita habet, Διὸ
ἐκλήθη ὁ ἀγρὸς ἐκεῖνος ἀγρὸς αἵματος ἕως σήμερον. *ideo vocatus eſt ager ille, ager*
ſanguinis, in hodiernum vſque diem. Ager, de quo Ieremias egerat, ager ille eſt,
quem à ſanguine habiturum nomen dixerat: quem inter cætera, & φάραγγα
ἀνῃρημένων, *vallem interfectorum,* Helleniſtæ dixerunt: Ennom ſiue Hinnom
ante nuncupatus, vt diximus. Sequitur, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἱερεμίου, *vt*
impleretur quod à Ieremia dictum. De agro, nempe, de quo egimus. Sequitur,
καὶ τοῦ προφήτου, λέγοντος, *& per prophetam, qui dixit.* hoc eſt, *& per prophetam*
alterum, qui dixit. καὶ διὰ τοῦ ἑτέρου προφήτου, τοῦ λέγοντος. Bene, per Ieremiam: præ-
ceſſit enim hoc, de quo Ieremias. illud, nempe, Διὸ ἐκλήθη ὁ ἀγρὸς ἐκεῖνος, ἀγρὸς
αἵματος ἕως τῆς σήμερον. quibus ipſa Ieremiæ verba reſpexit. Ergo, ἵνα πληρωθῇ τὸ
ῥηθὲν διὰ Ἱερεμίου: de agro, cujus & ante, & in ſequentibus, in ipſa applica-
tione, ſcilicet, fit mentio. Et bene, καὶ τοῦ προφήτου: de quo, ne quis dubitet, addi-
tur, τοῦ λέγοντος. Optime autem, τοῦ λέγοντος, quia Zachariæ locus eſt, quem pro-
xime

In Matt.

xime ſubjungit. Quid autem propheta alter ille dixit? hoc ipſum quod ſequitur. Quis dixit? Zacharias, quod fatentur omnes. quæ verba ſic Euangeliſta expreſſit, vt alludat ea ſimul & interpretetur. Pro iis enim, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, Helleniſtæ qui nunc extant, ὃν τρόπον ἐδοκιμάσθην ὑπ' αὐτῶν, dixerunt. Qui ſunt αὐτοί? Iudæi, de quibus loquitur Propheta Zacharias, à quibus precium acceperat. Quod precium? Vile illud & abjectum, triginta argenteos: quibus æſtimaſſe Dominum dicuntur, cui precium tam vile perſoluerunt. Vt ſarcaſtice exclamaret ipſe, השליכהו אל היוצר אדר היקר אשר יקרתי מעליהם, *Projice illos ad ſtatuarium, aut theſaurarium* (vt alii) *magnificentiam precii, quo ab iis æſtimatus ſum.* Κάθες αὐτοὺς εἰς τὸ χωνευτήριον, καὶ σκέψαι εἰ δόκιμόν ἐστιν, ὃν τρόπον ἐδοκιμάσθην ὑπ' αὐτῶν. Projice ac da theſaurario, ſiue opifici, eximium illud precium, quo ab illis æſtimatus ſum. quod eleganter & proxime à Matthæo Aquila, ὑπερμεγέθης ἡ τιμή, ἣν ἐτιμήθην ὑπὲρ αὐτῶν. *Eximium eſt precium, quo ab illis æſtimatus ſum.* qui & ipſe πλάστην, vt Latini figulum, τὸ היוצר reddidit: Latini, vt ſic ex Zacharia agrum figuli haberent; qui è Ieremia cum Euangeliſta fuerat petendus. Sequitur in Zacharia, quod præmiſerat Euangeliſta, καὶ ἔλαβον τοὺς τριάκοντα ἀργυρέους. quemadmodum primo omnium apud Zachariam ponitur, καὶ εἶπε Κύριος πρός με: quo concluſit locum Matthæus, cum dixit, καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος. Quod de agro enim ante, iterum repetitur, ac parenthecæ includendum. quæ eruditos ſingula turbarunt. Totus ergo locus ita diſtinguendus: Καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο, ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ (καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως) καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος. Quæ poſtrema verba docere eos poterant, Zachariæ eſſe locum: imo Zachariam loqui, applicare Matthæum: de precio quod dicitur, è Zacharia, de agro quod dicitur, è Ieremia deſumptum. vnde & planum eſt, τὸ ἔλαβον, vt è perſona Zachariæ, accipiendum eſſe. Mens eſt, *Tunc impletum eſt, quod dictum eſt per Ieremiam, & prophetam, dicentem, Et accepi triginta argenteos, precium æſtimati, quem æſtimarunt: accepi*, inquam, *à filiis Iſraël.* Vt τὸ ἔλαβον, & ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ, quomodo apud Zachariam, qui à Iudæis accepiſſe ſe precium dicit, conjungatur. quod, qui agrum vendidit, eodem modo à Iudæis accepit: atque id, τὴν τοῦ τετιμημένου τιμήν, diuinitus Euangeliſta dixit. Iam vero, quemadmodum, τὸ ἔλαβον, è Zachariæ perſona, ita & quo totus concluditur locus, καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος. quod quo commode referrent eruditi, hactenus, ni fallor, non viderunt: cum id tamen cætera confirmet. Verba autem illa, manifeſte, vt dicebam, inſerenda, Καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως. hoc modo: καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου ὃν ἐτιμήσαντο, ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ (καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως) καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος. *Et accepi argenteos triginta à filiis Iſraël, precium æſtimati, quem ipſi æſtimarunt (quos ad emendum agrum figuli dederunt) ſicut præſcripſit mihi Dominus.* Cohærent ergo illa, *Et accepi argenteos, ſicut præſcripſit mihi Dominus:* quæ ipſa Zachariæ verba ſunt. Apud quem habes אקחה שלשים הכסף, καὶ ἔλαβον τριάκοντα ἀργύρια. Item ויאמר יהוה אלי, ἢ εἶπέ μοι, vel, συνέταξέ μοι Κύριος. Quæ omnia ſunt Zachariæ; vt quæ de precio dicuntur. Quæ de agro autem, diſtinguenda; vt ad ea quæ jam ſupra è Ieremia de eo dicta ſunt, referantur. De Syro mirum, qui, vt in re dubia, & hæſit, neque parum à contextu Græco receſſit. nam & nomen Prophetæ, vt jam dixi, prætermiſit, & ἠτιμάσαντο, & ἔδωκα, legit. Mihi certe admiranda, tam eorum quæ de agro quam quæ de precio dicuntur, applicatio Euangeliſtæ videtur.

Cap.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

CAP. XXII. In Matt.

Capitis vigeſimi ſeptimi pars altera percurritur. Σὺ λέγεις; *cum interrogationis nota legendum videri. Ablutio manuum Pilati.* ἀπονίπτειν. νίψασθαι *&* ἀπονίψασθαι. χειρολουσία *ſuperſtitioſis vſitata.* χλαμὺς κοκκίνη. *ea indutus Dominus: cui & cæteri honores ab inuitis & ex æconomia diuina adhibentur.* Αἰτία *quid. cauſa.* αἰτία ἡ ἐπιγραφή. Ἠλὶ, ἠλὶ, λαμὰ σαβαχθανί; *& quomodo à Domino dictum. Mos Hebræorum in citandis Sacræ ſcripturæ partibus aut libris. Locus notiſſimus,* καὶ ἐξελθόντες ἐκ τῶν μνημείων, *quomodo diſtinguendus. Rejecta quorundam de eo loco ſententia. Mortui, & è ſepulchris excitati, poſt reſurrectionem Domini vrbem Sanctam ingreſſi. B. Hieronymi diſtinctio, ac de hoc loco ſententia. Theophylacti opinio.* Περιεργία *de Hieroſolyma cæleſti, in qua ſe exhibuerunt mortui. Sindon pura, cui Ioſephus ab Arimathæa corpus Domini inuoluit: & hinc mos in Eccleſia veteri de inuolutione panis myſtici quem ſindone tegebant.* ἄρτος προθέσεως, *jam ante eodem fere modo inuolutus.* Ἐκεῖνος ὁ πλάνος: *& quis ex ratione Iudæorum* πλάνος *ſit.* ἐαν σε πλανήσῃ ὁ ἀδελφός σου.

VErſu capitis hujus vndecimo, cum dicitur, ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔστη ἔμπροσθεν τοῦ ἡγε- CAP.
μόνος, καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ ἡγεμὼν, λέγων, Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; ὁ δὲ Ἰη- XXVII.
σοῦς ἔφη αὐτῷ, Σὺ λέγεις, & hic & apud Marcum ac Lucam malim cum ✠ſ. 11.
interrogandi nota legi illud Σὺ λέγεις; Quod & Iohannes confirmat, qui pa-
raphraſtice hoc effert: Ἀφ᾽ ἑαυτοῦ σὺ τοῦτο λέγεις, ἢ ἄλλοί σοι εἶπον περὶ ἐμοῦ; Ergo, Σὺ
λέγεις; *tu hoc ipſe, an ex aliorum ſententia, dicis?* Eodem capite, de Pilato dici-
tur, ὅτι λαβὼν ὕδωρ ἀπενίψατο τὰς χεῖρας ἀπέναντι τοῦ ὄχλου. Quæ cum ſcioli aut
imperiti legunt, argutari malunt quam mirari, nihil ἐν τῷ σωτηρίῳ πάθει, ac ✠ſ. 24.
calamitate Domini, ἀνοικονόμητον fuiſſe: cujus rei hic illuſtre documentum
Euangeliſta dedit. Pilatus, cum piaculo, ex iis quæ tum agebantur, teneri ſe,
ac jam eſſe ἐναγῆ, hoc eſt, *piacularem*, vt loquuntur veteres, videret, ductus
pœnitentia, ablutione vſus eſt. Quod ἀπονίπτειν Græci dicunt. nam interpres
vetus, cum lauandi potius quam abluendi voce vſus eſt, Pilati animum non
ſenſit. Adde, quod antiqui ante cœnam νίψασθαι, poſt eam, cum jam manus
infeciſſent, ἀπονίψασθαι ſolerent. quanquam hæc confundant S S. Patres.
Adde, quod de procurando ſomnio vxoris cogitabat. quare & verbis pene
iiſdem vtitur. Illa enim dixerat, Μηδέν σοι καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ: ille, Ἀθῷός
εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου. Licet autem corporis ablutione purgari ſæpius
atque expiari noctes ſolerent, quin χειρολουσία, vt plurimum, defungeren-
tur, dubitandum non eſt. cum ſuperſtitioſi, vt eſt apud Theophraſtum
in characteribus, ἀπονιψάμενοι τὰς χεῖρας καὶ περιῤῥανάμενοι, *ablutis manibus*
& aqua tincti, obambularent. Pilatus itaque, cum ſola aqua ἀμιγὴς ſeu pu-
ra, tum ad manum eſſet, κατὰ χειρὸς dari eam ſibi petiit, mandauit. Vt ſic age-
ret, quo trahebatur. hoc eſt, innocentiam illius teſtaretur, quem, dictante
conſcientia & ſomnio vxoris, talem judicabat. Quam vetus autem, tum Iu-
dæorum quorundam, tum Græcorum, vel ſuperſtitio fuerit vel opinio, ab-
lutis manibus, ἀθῷον καὶ καθαρὸν, *innocentem purumque*, præſtari animum, vel
illud Heſiodi euincit, ὃς ποταμὸν διαβῇ, κακότητι δὲ χεῖρας ἄνιπτος, Τῷδε θεοὶ νε-
μεσῶσι, καὶ ἄλγεα δῶκαν ὀπίσσω. Milites Romani, quod ſequitur, ἐκδύσαντες αὐτὸν,
περιέθηκαν αὐτῷ χλαμύδα κοκκίνην. Quod, vt quæ ſequuntur, de corona, de ✠ſ. 28.
arundine, quæ vice ſceptri, de adoratione ac ſimilibus, efficaciſſime arguunt
docentque, intra œconomiam Dei, Seruatoris contumeliam, veſaniamque
ejus hoſtium ſtetiſſe. Hoc eſt quod B. Ambroſius notabat, *Deteſtabili men-*
tis affectu, honoratum tamen Iudæi exitum produnt. nam compungentes coronant,
& illudentes adorant. Etſi corde non credunt, quem perimunt confitentur. Illis

In *defuerit boni operis affectus, Deo tamen ſuus non defuit honor. qui ſalutatur vt*
Matt. *Rex, coronatur vt victor, quaſi Deus & Dominus adoratur.* Sequitur, καὶ ἐπέθη-
ṽ. 37. καν ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ γεγραμμένην. Vbi, quin αἰτία crimen ſit,
negare non poſſunt, qui ſæpius hanc vocem in his libris ita vſurpari memi-
nerunt. tum qui apud Helleniſtas legerunt, μείζων ἡ αἰτία μου τοῦ ἀφεθῆναί με.
Nec propterea interpretem antiquum, Auguſtinum, ac alios, rejecerim,
qui *cauſam* hoc in loco reddiderunt: cum de titulo agi ſciam, de quo ad
Canonem 36. Concilii Carthaginenſis Zonaras, Ἡ ἐπιγραφὴ λέγεται καὶ ἡ αἰτία.
ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ βιβλίον, ὡς ἐν τοῖς νόμοις παρὰ γέγραπται: vbi *indicium* aut *expoſitionem*
dicas. Ita in erudito Stephani Gloſſario, Αἰτία, *titulus* exponitur. quemadmo-
dum ſi cauſam dicas, mortis intelligas. quanquam & crimen interpretari poſ-
ſis, hoc eſt ἔγκλημα. Neque multo aliter qui accuſantur, hoc eſt, οἱ κρινόμενοι
καὶ εὐθυνόμενοι, cauſam dicere dicuntur. quemadmodum & *cauſa criminalis*, δίκη
ἐγκληματικὴ à Græcis dicitur Iuriſconſultis. quomodo & *cauſari* dicimus: adde,
quod & αἰτίασις, *accuſatio* exponitur. Gloſſæ eruditiſſimæ, Αἰτίασις, *accuſatio, con-
queſtio, incuſatio.* quanquam, *inſcriptionem*, aut *titulum*, hic malo. Aliquanto
ṽ. 46. poſt cum exclamaſſe, Ἠλὶ, ἠλὶ, λαμὰ σαβαχθανὶ, Dominus narratur, non
ignoro quidem, verba hæc ἀγωνιῶντος, & in ſumma animæ anguſtia verſantis
eſſe. Haud negare tamen audeam, fruſtra Chryſoſtomum notaſſe, μαρτυροῦντα
τῇ παλαιᾷ, teſtimonium antiquo exhibentem Fœderi, iiſque quæ jam ante
dicta eſſent, expiraſſe Dominum. Iam autem vſitatum cum Hebræis ſit, vt
quoties vel locum nobilem adducunt vel librum, prima ejus verba expri-
mant, ac ſubinde vno cætera deſignent (vt cum primum Moſis librum voce
Bereſith, & ſic deinceps, cæteros adducunt) efficacius vel loqui non potuit
vel mori, quam cum Pſalmum, in quo omnia ac pene ſingula, quæ in morte
ejus & ſuprema hac calamitate euenerunt, δακτυλοδείκτως deſcribuntur, ad-
uerſus innocentiæ carnifices adduceret: ſimulque ſuis, quæ de ſe dicta eſſent,
tanquam ex ſuprema voluntate, vt teſtatores ſolent, commendaret, atque
in memoriam ſic reuocaret. Ibi enim habes, *in puluerem mortis deduxiſti me.*
Ibi habes, *concilium malignantium obſedit me.* Ibi habes, *foderunt manus meas,
& pedes meos.* Ibi habes, *diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam
miſerunt ſortem.* vt recte poſt has voces dixerit, τετέλεσται. *perfectum eſt.* in
ṽ. 53. qua & Iohanni expiraſſe dicitur. Eodem capite cum legitur, καὶ ἐξελθόντες ἐκ
τῶν μνημείων μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ, εἰσῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, ex antiquis etiam non-
nulli, mortuos, continuos tres dies, poſtquam vitam accepiſſent, manſiſſe
in ſepulchris, ac deinde egreſſos monumentis, notant: poſtquam, nempe,
victor mortis atque triumphator reſurrexiſſet Dominus. Cæterum, nec re-
cte, vt arbitror, diſtinctus, nec conuerſus ipſe locus eſt. cujus veram ac legiti-
mam diſtinctionem eſſe arbitror, καὶ ἐξελθόντες ἐκ τῶν μνημείων, μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ
εἰσῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς. Vt hoc dicat, vi quidem mor-
tis Chriſti excitatos mortuos fuiſſe: quos, poſtquam jam reſurrexiſſet Do-
minus, palam, vrbem quoque Sanctam ingreſſos, vt ſic reſurrectionem ejus,
cujus efficacius ab iis exhiberi teſtimonium non poſſet, ſuâ, omnibus in ea
vrbe confirmarent. Nec enim ſententiam probare eorum poſſum, qui aper-
ta quidem, moriente Domino, non negant, quod hic dicitur, ſepulchra:
tribus autem poſt diebus excitatos demum mortuos fuiſſe volunt. quaſi
ἐξελθόντες, de alio tempore dicatur. *qui poſtea egreſſi ſunt.* Quanto melius, vt καὶ
ἐξελθόντες, idem ſit, quod, καὶ οἱ ἐξελθόντες, vel, οἱ τότε ἐξελθόντες. hoc ſenſu: *& qui
ſuſcitati erant, atque è monumentis, mortis ejus vi, tum egreſſi ſunt, poſt reſurre-
ctionem ejus, etiam in Sanctam venerunt vrbem, multiſque apparuerunt ibi.*
Quippe ſi receptam ſequimur diſtinctionem, quæ non parum Græcis olim
exhibuit negocii, Matthæus excitatos, cæterum manſiſſe clauſos in ſepul-
chris, egreſſos autem, atque in vrbem poſt reſurrectionem Domini veniſſe,
dixit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

dixit. Quomodo autem ἐξελθόντες, ſi non egreſſi? Mihi dubium non eſt, In
quin, cujus mortis vis aperuit ſepulchra, ejus quoque mortis vis excitaue- Matt.
rit defunctos. Tum, quam durum eſt, τὰ σώματα ἠγέρθη, & ἐξελθόντες, vt eodem
referatur? Et quomodo aliud hic ἐγείρεσθαι, aliud ἐκ τῶν μνημείων ἐξελθεῖν? niſi
forte Dominus, cum Lazaro Iohannis vndecimo dixit, δεῦρο ἔξω, aliud,
quam ἔγειραι dixit. quæ conjungi nemo neſcit. Angeli certe Marci 16.6. cum
ἠγέρθη de Domino dicunt, etiam οὐκ ἔστιν ὧδε addunt. ſed &, ἴδε ὁ τόπος ὅπου
ἔθηκαν αὐτόν. Quare nimium ſubtilis mihi quidem ſemper viſa eſt illa B. Hie-
ronymi diſtinctio, qui reuixiſſe hos, non reſurrexiſſe, vult cum Chriſto. ac ſi
in monumentis quidem reuiuiſcerent, quod moriente Chriſto factum, poſt
autem triduo reſurgerent. ne, videlicet, non verum illud Apoſtoli eſſet, qui,
Dominum, reſurrectionis primogenitum, vocauit. Quaſi non ad generalem,
vt alibi idem Doctor ſanctiſſimus loquitur, referri reſurrectionem id debeat
aut poſſit: quemadmodum & Chriſtus, vt in morte iſtos, ita alios, dum vi-
ueret, jam excitarat. Quanto autem melius Theophylactus, qui in morte
excitatos, poſt reſurrectionem exhibuiſſe ſe, obſeruat. Σὺ δὲ γίνωσκε, ὅτι ἡ τῶν
νεκρῶν ἔγερσις, ἡ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου γινομένη, ἐδήλου καὶ τὴν ἐν τῷ ᾅδῃ ψυχῶν ἐλευθερίαν.
ὤφθησαν δὲ πολλοῖς οἱ ἀναστάντες τότε· ἵνα μὴ δόξῃ φάντασμα εἶναι τὸ γινόμενον. *Tu autem*
diſce, mortuorum, quæ in cruce Domini euênit, reſurrectionem, animarum quoque,
quæ apud inferos, deſignaſſe libertatem. Multis autem viſi hi ipſi, ne quis imagina-
rium exiſtimet quod factum eſt. Bene cum Eraſmo dicas, *Et egreſſi.* hoc eſt, & qui
egreſſi è monumentis erant, poſt reſurrectionem ejus in Sacra ſe exhibue-
runt vrbe. Reſurrexerunt in Iudæa, Hieroſolymis, in vrbe Sancta, quæ diui-
no cultui jam pridem deſtinata erat, ſe exhibuerunt. quod enim ad cœle-
ſtem hoc Hieroſolymam ex antiquitate quidam retulerunt, περιεργότερον
ab iis factum, recte monuit Theophylactus. Certe, Syrus diſerte, καὶ ἐξῆλ-
θον, καὶ μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν ἦλθον. Vt ſit, quemadmodum jam
dixi, καὶ ἐξελθόντες, idem, quod, καὶ οἱ ἐξελθόντες τότε ἐκ τῶν μνημείων. *qui tum è ſepul-*
chris ſurgebant, vel, *reſurgebant*, moriente Domino, ac mortis ejus vi, μετὰ τὴν
ἔγερσιν αὐτοῦ εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν ἦλθον. *poſt reſurrectionem ejus in vrbem Sanctam ſe*
contulerunt. Eodem capite cum de Ioſepho ab Arimathæa dicitur, καὶ λα- v. 59.
βὼν τὸ σῶμα ὁ Ἰωσὴφ ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ, mos hinc in Eccleſiam ma-
nauit, ſi Peluſiotæ credimus, vt ſindoni terſiſſimæ puriſſimæque panis my-
ſticus inuolueretur. Ἡ καθαρὰ σινδὼν, inquit, ἡ ἐφαπλουμένη τῇ τῶν θείων δώρων
διακονίᾳ, ἡ τοῦ Ἀριμαθαίως Ἰωσὴφ ἐστι λειτουργία. ὡς γὰρ ἐκεῖνος τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα σινδόνι
ἐνειλήσας τῷ τάφῳ παρέπεμψε, δι' οὗ ἅπαν τὸ γένος ἡμῶν τὴν ἀνάστασιν ἐκαρπώσατο·
οὕτως ἡμεῖς ἐπὶ σινδόνος τὸν ἄρτον τῆς προθέσεως ἁγιάζοντες, σῶμα Χριστοῦ ἀδιστάκτως εὑρί-
σκομεν, ἐκείνην ἡμῖν πηγάζον τὴν ἀφθαρσίαν, ἣν ὁ παρὰ Ἰωσὴφ μὲν κηδευθεὶς, ἐκ νεκρῶν
δὲ ἀναστὰς, Ἰησοῦς ὁ Σωτὴρ ἐχαρίσατο. *Pura ſindon*, inquit, *quæ in ſacri doni adhibe-*
tur miniſterio, quæque ſuper eo expanditur, à Ioſephi Arimathæenſis ſacro mana-
uit officio. quippe vt ille ſindoni Dominicum inuoluit corpus, quod ſepulchro tra-
didit, per quod vniuerſum genus noſtrum reſurrectionis fructum ſentit: ita nos
ſuper ſindone, propoſitionis ſanctificamus panem, Chriſtique corpus certo inueni-
mus: quod illam nobis, tanquam limpido è fonte, immortalitatem parit, quam is,
qui à Ioſepho ſepulturæ conſecutus eſt officium, è mortuis deinde excitatus, nobis
contulit Seruator Ieſus. Quaſi non panes propoſitionis aliquo velamine olim
inuoluti eſſent. vnde Num. 4.7. καὶ ἐπὶ τὴν τράπεζαν τὴν προκειμένην ἐπιβαλοῦσιν
ἐπ' αὐτὴν ἱμάτιον πορφυροῦν. &c. cujus tamen non ignarus eſſe potuit aut debuit,
cum panem myſticum, ἄρτον προθέσεως, dixit. Paulo poſt, Principes Scribæ v. 63.
& Phariſæi Pilato cum dicunt, ἐμνήσθημεν ὅτι ἐκεῖνος ὁ πλάνος εἶπεν ἔτι ζῶν,
fugiſſe eruditos ratio videtur, qui πλάνον, quem γόητα vulgo, ſeu præſtigiato-
rem, vocamus, hic dici volunt. Quod nunquam illis probabitur, qui ex Iu-
dæorum jure ſciunt, quis מסית dicatur. qui tam plane ibidem deſcribitur:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

vt cum dicunt, Filio neceſſitatem aut miniſterium cædendi patris aut deuouendi nunquam imponi, niſi ſit ſeductor. is autem πλάνος. Tali vero nunquam parcendum ex Lege probant. Deut. 13. 6. ἐὰν πλανήσῃ σε ὁ ἀδελφός σου, *ſi ſeducat te frater tuus, & dicat, Eamus, & colamus Deos alienos.* Helleniſtæ, ἐὰν παρακαλέσῃ σε ὁ ἀδελφός σου λάθρᾳ, λέγων. *ſi clam moneat te frater tuus, dicatque:* hoc eſt ad idololatriam, & Dei alieni cultum, qui Hebræis עבודה זרה, te vocet. qualem videri Dominum volebant.

C A P. XXIII.

Percurruntur loci in Matthæo varii, nec hactenus notati, quos ſuo vſus judicio recentior interpres reddidit. Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον. *qua occaſione loci aliquot ejuſdem generis notantur: de quorum interpretatione, aut potius interpretandi modo, ſemel agitur.* Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι. Ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ. μωραίνεσθαι *quid, & quomodo reddendum. infatuari. inſipidum fieri.* Ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ. συνέδριον. *ſanhedrin.* ὑπηρέτης *miniſter.* ὁ δημόσιος ὑπηρέτης. βασανισταί. *angelus executionis.* σαλπίζειν ἐν ταῖς συναγωγαῖς. *Lectio à recenti interprete mutata, & an recte.* ἐλεημοσύνη. Μήτι συλλέγουσιν; *Hebraiſmus.* σαπροὶ καρποί. σαπρὸν, κακόν. κατασκηνώσεις. βασανίζειν. Ὁμολογεῖν, *agnoſcendi voce ab interprete expreſſum. ſtare ſupra littus.* πλοῖον ἐμβῆναι. θλίψις, *compreſſio. tribulare, tribulatio.* οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. προσλαβόμενος αὐτὸν, *quo ſenſu dicatur. velut qui eſt ethnicus. filius gehennæ.* ὠδῖνες *interpreti, dolorum partus.* ὁ δὲ ὑπομείνας, *& an recte id conuerſum ab interprete. idem interpres notatus.* ἐκεῖνο δὲ γινώσκετε. θεραπεία, *famulitium.* πρὸς τὸν δεῖνα, *& quomodo exprimendum.* κρύφιος. ἀποκριθεὶς εἶπε. λαλιὰ, *dialectus, elocutio.* ἀργύρια, *argentei.* ἀργύρια *de auro.* ἀργύρια, *nummi illi argentei.* ὁ ἀγρὸς κεραμέως. *ager ille figuli.* ἠγγάρευσαν, ἠγάρευσαν. ἄγγαρος. ὀψὲ σαββάτων. σάββατον. σαββάτων. Παρασκευή. ἑσπέρα τοῦ σαββάτου. σάββατον ἐπέφωσκε. Τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων. ἰδέα *viſus interpreti, & an recte.* ἰδέα *dupliciter vſurpatum Helleniſtis.*

SVpereſt, vt obiter nonnulla percurramus, quæ, proprium ſecutus judicium, Latine recentior interpres reddidit. qui emendando veteri, vt & Eraſmo, totum ſuſcepiſſe hoc negotium videtur. Cap. 2. 13. cum dicitur, ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον, moleſte idem, *Experrectus accipe puerulum.* Vetus, *Surge, & accipe.* ſimplicius. Vt omittam, τὸ ἐγερθεὶς, idem quod ἀνιστάμενος, vel ἀνεστηκὼς, hic eſſe: & ita paſſim Helleniſtæ. quemadmodum & reſurrectio Domini ἔγερσις Matthæi 27. 53. καὶ ἐξελθόντες ἐκ τῶν μνημείων μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ. vbi nec recte & inuſitate, *excitationem*, vel *experrectionem*, dicas. Iam autem, quemadmodum Dominus, quæ agenda poſt reſurrectionem erant quæque promiſerat, præſtare, niſi reſurgeret, non potuit, ita nec Ioſephus, quod jubebatur, niſi ſurgeret. neque enim expergiſci ſatis erat. Qua occaſione, cum majora, de quibus ſæpe agendum, ſine his intelligi non poſſint, (de interpretatione enim agitur, quæ vt perſpicua inprimis ſit ac facilis, ante omnia curandum) quod ſemel hic dicendum, hæſiſſe aut fluctuaſſe eruditiſſimum video interpretem, quo pacto extra moleſtiam, præteritæ ſignificationis participia, quæ verbum antecedunt, in linguam, qua vtendum erat, transferret. Minora autem in his talibus qui tantum ſpectat, ea quæ majoris ſunt momenti negligat neceſſe eſt: eadem qui inſuper ac nullo loco habet, nihil minus præſtat quam quod profitetur. Quare, vt me Grammaticum jactare nolim, ita, ſi non ſim, ac de eo conſtet, imperitus merito haberi poſſim. Exempli cauſa, *experrectus accipe puerulum*, hic dixit: ne à Græco, ſcilicet, recedat. quod interdum illi nefas. Neque multo aliter cap. 20. 32. cum dicitur, Καὶ στὰς ὁ Ἰησοῦς ἐφώνησεν αὐτοὺς, *Et cum ſub-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ſtitiſſet Ieſus, vocauit eos. ita alibi, ὕστερον δὲ μεταμεληθεὶς, ἀπῆλθε: ſed poſtea, cum reſipuiſſet, abiit. Aliter cap. 21. 35. καὶ λαβόντες οἱ γεωργοὶ τοὺς δούλους αὐτοῦ, ὃν μὲν ἔδειραν. &c. *Agricolæ vero captis ejus ſeruis, alium quidem ceciderunt.* Talia ſunt, καὶ ζητοῦντες αὐτὸν κρατῆσαι, ἐφοβήθησαν τοὺς ὄχλους. *Et cum ſtuderent eum prehendere, timuerunt turbam.* ibid. 46. Item, οἱ δὲ λοιποὶ, κρατήσαντες τοὺς δούλους αὐτοῦ, ὕβρισαν καὶ ἀπέκτειναν. *Reliqui vero prehenſos ſeruos ejus contumeliis affecerunt & trucidarunt.* 22. 6. Item Δήσαντες αὐτοῦ πόδας καὶ χεῖρας, ἄρατε αὐτόν. *Ligatis pedibus & manibus tollite eum.* ibid. 13. Interdum minus ſuperſtitioſe, ſed neglecto eo quod præcipuum videtur. vt in illo, Καὶ ἰδοὺ, εἷς προσελθὼν εἶπεν αὐτῷ, *Et ecce accedens quidam, dixit ei.* cap. 19. ℣ſ. 16. Item alibi, ἕως οὗ προσελθὼν, προσεύξωμαι. *Vſque quo abiens precatus fuero illic.* Quæ & cætera, conſtanter reddi omnia eodem modo, nec moleſte, hoc, nimirum, poſſunt: *Surge, & puerulum accipe.* id eſt, *prius ſurge*, quod præteriti vim habet. *Subſtititque Ieſus, & vocauit eos. Reſipuitque poſtea, & abiit. Agricolæ vero ſeruis ejus manum injecerunt, aliumque ex iis pulſarunt &c. Studebantque capere eum, ſed turbam timuerunt. Reliqui vero ſeruos ejus ceperunt, contumeliiſque eos affecêre ac trucidarunt. Pedes manuſque ei ligate, ac tollite eum. Et ecce, acceſſit quidam, dixitque ei. Donec abiero, atque ibi precabor.* Quo ſimplicius nihil dici aut vſitatius poteſt. cum tamen Ciceroni quoque & aliis moleſtiam creaſſe Græca videantur. nam nec eodem ſemper modo illi, & coactius nonnunquam, vt inuitos tranſtuliſſe dicas. Capite 5. 10. Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης. Recentior interpres, *Beati, qui perſecutione inuaduntur.* Moleſte, ſi quid judico. Vetus, *Beati, qui perſecutionem patiuntur.* ſimplicius. quod & Eraſmo placuit. Ibid. ℣ſ. 13. Ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ. *quod ſi ſal infatuatus fuerit.* Qui intelligit, quid Latine ſit, *infatuare aliquem*, mirabitur, quomodo infatuari ſal dicatur. etiam qui ad animum referri nonnunquam, non ignorat. vt cum quis ſalem habere dicitur. Melius *inſipidum* dixiſſet. *Vos eſtis ſal terræ: quod ſi ſal inſipidus fiat.* nam τὸ *ſapere*, ad guſtum referri ac animum, quis neſcit? Quid quod ſal talis ἄναλος Marco cap. 9. ℣ſ. 50. dicitur? quod inſulſum dicas. Ibid. ℣ſ. 22. ὃς δ᾽ ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ ῥακὰ, ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ. hoc eſt, *reus coram ſynedrio erit.* Neque enim vox ſynedrii mutanda, cum ex illis ſit, quas à Græcis Hebræorum acceperunt Magiſtri. qui diſerte notant, והוא לשון יון, Græcam eſſe vocem. τὸ סנהדרין, *ſanhedrin*, nimirum. Recentior, *tenebitur conſeſſu.* Verſu 25. καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ ὑπηρέτῃ. Recentior, *& judex te tradat miniſtro.* quaſi alius intelligatur præter τὸν δημόσιον ὑπηρέτην, quem lictorem dicunt. ex eorum genere fortaſſis qui βασανισταὶ eidem Euangeliſtæ infra dicuntur. Tertullianus *angelum executionis* dixit. Qui, *& judex te tradat angelo executionis, & ille te in carcerem mandet, vnde non dimittaris.* Nec probare eos poſſum, qui ſexti capitis initio, pro ἐλεημοσύνην, δικαιοσύνην legunt. vt nec recentiorem admitto interpretem, qui, cum legitur, Προσέχετε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, *Attendite, ne juſtitiam veſtram exerceatis coram hominibus*, dixit. neque aliter quam nos, vel Chryſoſtomus, qui ἐλεημοσύνην, κατόρθωμα hoc ſenſu dixit, nec Euthymius, aut Theophylactus, legerunt. qui alterum ſuppoſuerunt, hoc egiſſe credo, vt Hebraice ſcripſiſſe Matthæum probarent. Nam δικαιοσύνη צדקה ad verbum, quo & τὸ ἐλεημοσύνη exprimitur ab illis. quanquam & חסד id dicant: neque ſemper, imo paucis in locis, pro eo quod confertur, id vſurpant Helleniſtæ. Sed & illuſtri illo Danielis, cum legitur, Διὰ τοῦτο βασιλεῦ, ἡ βουλή μου ἀρεσάτω σοι, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι, καὶ τὰς ἀδικίας σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων, in Hebræo eſt בצדקה ἐν δικαιοσύνῃ. Neque aliter Matthæum Hebraice hic exprimunt interpretes. quemadmodum etiam hodie Iudæi cum obulum in gazophylacium mittunt, juſtitiam hoc dicunt. Eo enim loco, *In juſtitia faciem tuam videbo*, vtuntur: quia teſtimonium juſtitiæ eſſe volunt, quam vulgo eleemoſynam vocamus. quemadmodum nec locum, quod tamen recen- In Matt.

tior exiſtimare interpres videtur, illud Callimachi hic habet, quo Latona beneficium à Peneo collatum ſibi, ἐλεημοσύνην dixit: non magis ſane quam ſi οἰκτιρμὸν dixiſſet. Hymno in Delum,

> Εἰσόκεν οἱ Κοικηὶς ἐκέκλετο, Σώζεο χαίρων,
> Σώζεο· μὴ σύγ᾽ ἐμεῖο πάθης κακὸν εἵνεκα, τῆσδε
> Ἀντ᾽ ἐλεημοσύνης.

non magis ſane, quam cum Iſraël à filio Ioſepho petit, ne in Ægypto ſepeliatur: additque, καὶ ποιήσεις ἐπ᾽ ἐμὲ ἐλεημοσύνην καὶ ἀλήθειαν, τοῦ μὴ θάψαι με ἐν Αἰγύπτῳ. Geneſ. 47. ℣ſ. 29. Neque laudare poſſum, quod cum eodem loco ſequitur, μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου, ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ ποιοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς ῥύμαις, ſynagogæ vocem ſeruauerit. quaſi hic locum ſynagogæ habeant, in quas ad Scripturam tractandam conuenire ſolent Iudæi: aut quaſi non voces aliquot Hebræas, quæ publicos conuentus publicis in locis denotant, hac vna voce interpretentur Helleniſtæ. Quare nec interpretes Matthæi probo, qui ἐν συναγωγαῖς, בכנסיות, hic reddiderunt: neque cogitarunt ἐν ῥύμαις, ſiue, *in plateis*, addi: vbi conuenire ſolent omnes καὶ συνάγεσθαι. Inprimis autem vſitatum Hebræis, vt cum publice dicendum aliquid aut faciendum eſſet, quod attentionem mereretur, buccina in vicis aut plateis canerent ac ſignum darent. Vt cum nouum Regem ſalutari publice aut agnoſci vellent. Ita 1 Reg. c. 1. ℣ſ. 34. καὶ σαλπίσατε ἐν σάλπιγγι, καὶ ἐρεῖτε, Ζήτω ὁ βασιλεὺς Σολομών. quod ἐν τοῖς συναγωγαῖς καὶ ῥύμαις, vt hic loquitur, fiebat. Neque quicquam vſitatius prophetis, quam vt, quoties de re magna, quæ conſiderari maxime meretur vel audiri, agunt, תקעו שופר, quod Helleniſtis, σαλπίσατε ἐν σάλπιγγι, præmittant. In Synagogis autem, vbi preces, vbi benedictiones ſiue berachot, vt ipſi vocant, aliaque ejuſdem generis, cum reuerentia ac ſuperſtitione recitantur, locus buccinæ quis eſſe poteſt? niſi forte cum ad gazophylacium accedunt, atque ex more nummum in illud mittunt, præeunte tuba buccinaue, id in tali loco fieri, quis dicat. Certe ſi quoties συναγωγῆς ab Helleniſtis fit mentio, de Synagoga id peculiariter ſic dicta accipiendum ſit, ante Moſen Synagoga, ex opinione Helleniſtarum fuerit, neceſſe eſt: cujus libro primo paſſim eo ſenſu συναγωγῆς vox legitur, quo dixi. hoc eſt, ante legem ipſam, quæ ſecundo libro publicatur. cum vbique ἐθνῶν συναγωγαὶ, aut λαῶν, occurrant: quemadmodum hic λαῶν vel ὄχλου, vel ſimile, intellexit. vt ſit, ἐν ταῖς συναγωγαῖς τοῦ λαοῦ, καὶ τοῖς ῥύμαις. Cap. 7. 16. cum ſcribitur, μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλὴν, ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα; illud, μήτι συλλέγουσιν, Hebraiſmus adeo in his libris frequens eſt, vt nihil frequentius. *An quis colligit ex ſpinis vuam, aut ex tribulis ficus?* Ergo, μήτι συλλέγουσι; μήτι συλλέγεται σταφυλή; vel, μήτις συλλέγει σταφυλήν; *num quis vuam colligit?* quod eſt, οὐδεὶς συλλέγει. Et exempla paſſim extant. Ita quod apud eundem dicitur Euangeliſtam, οὐδὲ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιοὺς, Marcus dixit, καὶ οὐδεὶς βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς. Ibidem ℣ſ. 17. quod dicitur, οὕτω πᾶν δένδρον ἀγαθὸν, καρποὺς καλοὺς ποιεῖ· τὸ δὲ σαπρὸν δένδρον, καρποὺς σαπροὺς ποιεῖ, recentior interpres, *Putris autem arbor fert fructus putres*. Imo nullos, ſi ſit putris: neque aliud hic σαπρὸν quam κακόν. quod vetus & Tertullianus vidit? Quid, quod ipſe de quo agimus, non aliter ſequenti verſu hoc expreſſit. Cap. 8. 20. cum dicitur, αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, κατασκηνώσεις, non aliud κατασκηνώσεις, quam quæ κατοικίαι Helleniſtis alias dicuntur. habitationes nempe aut domos. quod latius omnino patet quam קן, ſiue nidus, quod interpretibus hic placuit. quemadmodum, cum Pſal. 140. abietes ciconiæ domus dicuntur: præcedit autem, *vt ibi aues nidificent*. quemadmodum שכן, quod eſt κατοικεῖν, paſſim κατασκηνοῦν illis dicitur. vt cum, ἐπιτήδεια εἰς κατασκήνωσιν, idonea ad habitationem, dicuntur. Iuriſconſulti Græci, σκηνὴ λέγεται πᾶσα οἴκησις. *ſcena omnis dicitur habitatio.* Ibid. ℣ſ. 29. dæmoniaci quod clamant, ἦλθες

ὧδε

ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς, recentior interpres cum reddit, *veniſti huc vexatum nos ante conſtitutum tempus*, minus dixit, quam inuênit: melius igitur torquendi voce vſus eſt antiquus. eruditiſſimum Gloſſarium, Βασανίζω, *crucio, torqueo, coërceo*. Cap. 10. 17. Παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδριον. Cur ſynedrii nomen mutandum non ſit, ante diximus: cum autem ſequitur, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώσουσιν ὑμᾶς, mirum eſt, quæ de ſynedrii & ſynagogæ diſtinctione hic adferunt interpretes. Quis vero, ſynagogen, pro ſupplicii ſumendi loco vſurpatum dicet? Et quis dubitat, quin verum ſit, quod ante diximus, συναγωγὰς τοῦ λαοῦ, aut ὄχλου, turbam dici, quæ in publico ad talia concurrit aut confluit? quemadmodum & hodie ἐν συναγωγῇ vel συναγωγαῖς ὄχλου, pœnæ de nocentibus ſumuntur. Bene interim, quod, ſynagogæ hic non ſeruauit vocem. quanquam nec præſtare auſim, recte, *conuentus*, dixiſſe. *Tradent enim*, inquit, *vos in conſeſſus, & in conuentibus ſuis flagellabunt vos.* Ibid. ℣ſ. 32. Πᾶς οὖν ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου, τοῦ ἐν οὐρανοῖς. Vbi, cum τὸ ὁμολογεῖν expreſſit, *agnoſcendi* verbo vſum recentiorem nolim interpretem. à quo longe Chryſoſtomus, Theophylactus, aliique ab- ſunt. Interpres vetus, *qui confitebitur me*. hoc eſt, nomen meum. nec male Cyprianus aliquoties, *quicunque in me* (hoc eſt, in nomine meo) *confeſſus fuerit*. quanquam ſubtiliter nimis è Chryſoſtomo Theophylactus, οὐκ εἶπεν, ὅστις ὁμολογήσει ἐμὲ, ἀλλ' ἐν ἐμοὶ, τουτέστιν ἐν τῇ ἐμῇ δυνάμει· τῇ γὰρ ἄνωθεν βοηθούμενος χάριτι, ὁμολογεῖ ὁ ὁμολογῶν· ἐπὶ δὲ τοῦ ἀρνουμένου οὐκ εἶπεν, ἐν ἐμοὶ, ἀλλ' ἐμέ. *Non dixit, Quicunque confitebitur me, ſed in me, hoc eſt, in mea potentia: ſuperna enim ſuccurrente gratia, qui confitetur, confitetur. De eo autem qui negat, non dixit in me, ſed me.* Minus autem agnoſcendi eſſe verbum, ne ipſe quidem diffitetur qui eo hic vtitur. qui cum ad Iuriſconſultos hic prouocet, certe, qui filium agnoſcit, vel pro tali habet ac admittit, hoc eſt, pro filio admittit, longe minus præ- ſtat, quam qui Deum confitetur. & quemadmodùm agnitio Dei, plus eſt quam cognitio, ita vtrunque minus quam confeſſio. Confitetur enim, qui ingenti animo & ore palam profitetur quod de eo credit, ac ſic teſtimonium de eo reddit voce, qui nec ſanguinem, cum opus eſt, negabit. Præcedit fides, ſequitur confeſſio, effectum ejus: quo ad ſalutem peruenitur. quod & ipſe interpres, de quo agimus, ad locum Apoſtoli, fatetur, cum ait, *Corde enim creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Id autem nimium quantum ab agnitione abeſt. niſi forte martyr, qui ſe flammis vſtulandum aut dilacerandum poſt confeſſionem dedit, ab agnitione Dei cele- brandus ſit. Capite 13. ℣ſ. 2. cum dicitur, καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν εἱστήκει, Vetus interpres, *& omnis turba ſtabat in littore*. ſimpliciſſime. Recentior, *tota autem turba ſupra littus ſtabat*. Quod non ſatis aſſequor. ſiue enim littus ſit, qua fluctus proxime alludit, ſeu qua maximus exæſtuat vel peruenit, vt veteres Iuriſconſulti ſolent loqui, quomodo ſtat ſupra littus, qui in littore verſatur? niſi forte aut ibi aggeres imaginamur aut colliculos, quales ſunt qui mari paſſim in Batauia objiciuntur, ac in iis qui conſiſtit, ſu- pra littus ſtare hic dicitur: cum in littore, vbi colles iſti, vel ad littus, ver- ſetur? Qui ſiue in littore, ſiue ipſum littus ſunt, in littore verſabitur, qui hic conſiſtet. neque enim qui in monte ſtat, ſupra montem ſtare, ac ne qui- dem ſupra terram, ſed in terra, proprie ac vſitate, vel eſſe dicitur vel ſtare. Aliud, cum ſupra lunam æterna eſſe omnia dicuntur; quæ, nimirum, longe hanc excedunt: aut, cum ſupra caput aſtitiſſe imber à poëta dicitur, quem nubes minantur. Quod ſi in ejuſmodi vel collibus vel tumulis tum auditores conſtiterunt, quomodo docentem è nauigio audire potuerunt? B. Hie- ronymus: *populus ſtat in littore fixo gradu, vt audiat quæ dicuntur.* Et quid colles ad αἰγιαλὸν, qua voce hic vtitur Euangeliſta, quem ὁμαλὸν καὶ ἐπίπεδον τόπον, *planum ac æqualem locum*, Græci interpretantur? Quid, quod ante

omnia

In Matt.

In Matt.

omnia videndum, quod intelligatur mare? non mare, ſcilicet, ſed lacus. Vnde in Paraphraſi Eraſmus, *egreſſus domo, conceſſit ad lacum.* Ac deinde, *quo cum veniſſet, ſedit in ripa.* Paulo poſt, *ingreſſus eſt nauem, atque ex ea, velut è ſuggeſtu, locutus eſt multitudini ſtanti in littore.* Cui ſi credimus, mare eſt lacus, littus maris eſt ripa. quod Hebræis שפת הים, Syris יורימא dicitur. Et quid ni credamus? cum intelligatur lacus, qui vt mare Galilæum, ac mare Tiberiadis, vſitato Hebraiſmo, ita lacus Geneſareth, tum dicebatur. Verſ. 12. ὅστις γὰρ ἔχει, δοθήσεται αὐτῷ καὶ περισσευθήσεται. Recentior, *quiſquis enim habet dabitur ei, & amplius habebit.* Vetus ſimpliciter, *& abundabit.* niſi quis malit, *& abundantior efficietur.* notum enim illud Apoſtoli, ὑμᾶς δὲ ὁ Κύριος πλεονάσαι καὶ περισσεύσαι, *efficiat vt abundetis magiſque exuberetis.* vt ita περισσεύεσθαι dicatur, qui, copioſior vel fit, vel redditur. Neque video cur θλῖψιν, cum libenter præ antiquo Latine loquatur, *compreſſionem* dixerit. quod ne pro ſenſu quidem. ita ℣. 22. γινομένης δὲ θλίψεως ἢ διωγμοῦ, *orta compreſſione aut perſecutione.* Eruditiſſimum Gloſſarium, Θλίβω, *tribulo, preſſo, premo.* Θλῖψις, ἡ φροντὶς, *tribulatio.* neque aliter θλῖψιν antiqui Fœderis interpres reddit, cum τὸ עני, aut ſimilia, occurrunt. nec videre poſſum, cur recepta omnia, præſertim quæ ab antiquitate confirmata ſunt, mutanda ſint. Quid quod *tribulare*, in re ruſtica, Romanis quoque vſitatum? à qua, tranſlatione non aſpera Chriſtiani id mutuati videntur. Cap. 16. 3. τὰ δὲ σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ δύνασθε. Recentior interpres, *ſigna vero temporum illorum non poteſtis.* qui ſuo more, ſcilicet, articulum, vt ἀναφορικὸν, quod paſſim illi vſitatum, expreſſit, cum *illorum* addidit: quia tempus, inquit, opportunum denotatur. Quæ vel ſola cauſa ſatis eſſe poterat, cur non opus eſſet illo: cum τὸ καιρὸς, hoc, quod nemo neſcit, per ſe notet. niſi forte cum Comicus dixit, *In tempore ad eam veni, quod rerum omnium eſt primum*, in *illo tempore* dicendum ſit. quod qui dicat, nihil jam dicat. Καιρὸς eſt זמן. Certe Eccleſiaſtæ tertio, cum לכל זמן, hoc eſt, παντὶ ὁ καιρός ἐστι, dicitur, nemo, niſi fallor, *omni rei eſt tempus illud*, ſed *determinatum tempus*, dicet. Interpres vetus, *omnia tempus habent:* hoc eſt, *ſuum*: non autem *illud.* Neque medicum, qui illud Hippocratis Latine interpretur, ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξὺς, *illam vitam breuem,* (quæ enim præter hanc intelligitur?) *aut illam artem longam, aut hanc occaſionem præcipitem*, dicturum arbitror. Ibid. ℣ſ. 18. καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. Vetus interpres, *non præualebunt aduerſus eam.* Minus, aut aliud, recentior, cum dixit, *non ſuperabunt eam.* Προσλαβεῖν interdum aliquem dicitur, qui, prehenſum manu, aliqua de re monet. quomodo in eo eleganter accipias, cum dicitur, καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος, ἤρξατο ἐπιτιμᾶν αὐτῷ. interpres vetus, *& aſſumens eum Petrus.* Plus Eraſmus, qui abducendi voce vſus eſt: *Et cum abduxiſſet eum Petrus.* quanquam ita ſolent, qui ſeorſim aliquem abducunt, vt ſolum compellent. Etiam, *prehenſa ejus manu*, ſi dixeris, aut, *arrepta*, geſtum Petri & ardorem eleganter expreſſeris. vt in illo, *Arreptaque manu, quid agis dulciſſime rerum?* quanquam alio ibi inſtituto. Cap. 18. ℣. 17. cum dicitur, ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης, mirifice recentior interpres, *ſit tibi velut qui eſt ethnicus.* Cap. 23. 15. *facitis eum filium gehennæ.* Obſcure. Melius, *reum gehennæ.* vt cum *filius mortis* dicitur, qui mortis reus eſt: *filius* item *verberum*, qui ea meretur. Deut. 25. 2. Cap. 24. ℣ſ. 8. cum dicitur, πάντα δὲ ταῦτα ἀρχὴ ὠδίνων, recentior interpres, *Hæc autem omnia principium erunt dolorum partus.* Moleſte. quaſi nouum eſſet, dolores quoſvis ita dici. Heſychius, Ὠδῖνες, πόνοι, ἀλγηδόνες. Ejuſdem capitis ℣ſ. 13. cum dicitur, ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται, idem interpres, *Sed qui ſuſtinuerit ad finem vſque, is ſeruabitur.* quo nihil minus commode, meo quidem animo, dici hic potuit. Videantur quæ præcedunt: vbi de improbitate ejuſque incremento ab Euangeliſta agitur. ὁ ὑπομείνας ergo, *qui remanſerit:* extra improbitatem, ſcili-

ſcilicet: qui integer remanſerit. quomodo Thucydides quoque & Græci
loquuntur. Nec inepte antiquus, *perſeuerauerit*. Niſi forte τὸ יחל expreſſit,
quod ὑπομένειν, & ὑπομένειν ἐν Κυρίῳ, *perſeuerare in Domino*, aut, *expectare*,
Helleniſtæ dicunt. Ibid. ℣ſ. 39. Καὶ οὐκ ἔγνωσαν, ἕως ἦλθεν ὁ κατακλυσμὸς, καὶ ἦρεν
ἅπαντας. *Nec ſciuerunt, donec venit diluuium*, hoc eſt, *nec cogitarunt de diluuio,
donec venit: quod omnes ſuſtulit*. Mirifice recentior, *Nec agnouerunt diluuium,
vſque dum veniſſet & ſuſtuliſſet omnes*. Ibid. ℣ſ. 43. ἐκεῖνο δὲ γινώσκετε, ὅτι, εἰ ᾔδει
ὁ οἰκοδεσπότης ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχεται, ἐγρηγόρησεν ἄν. Recentior, vt & vetus,
illud autem ſcitote. Simplicius fortaſſe, *illud autem ſcitis*. Ibid. ℣ſ. 45. Τίς
ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος, ὃν κατέστησεν ὁ κύριος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ;
Recentior, *quem conſtituit Dominus ſuper famulitium ſuum*. Vetus, *ſuper fa-
miliam ſuam*. erudite. Familia enim Tacito & Iuriſconſultis, quod nemo
jam ignorat, ſerui. Ita Geneſ. 45. 16. ἐχάρη δὲ Φαραὼ καὶ ἡ θεραπεία αὐτοῦ. Inter-
pres vetus, *Et gauiſus eſt Pharao & omnis familia ejus*. quanquam aliud Græcis
θεραπεία plerunque, nec idem ſemper Helleniſtis. Capite 26. ℣ſ. 18. ὁ δὲ εἶπεν,
Ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν πρὸς τὸν δεῖνα. Recentior, vt & vetus, *Abite in vrbem ad quen-
dam*. imo potius, *illum*: cujus, nempe, non exprimitur nomen. qui פלני
Hebræis, Græcis ὁ δεῖνα, Helleniſtis κρύφιος dicitur. Vt cum Ruth 4. 1. κάθι-
σον ὧδε, κρύφιε dicitur. vulgo, *tu talis*: Latinis, *ille*. Eruditiſſimum Gloſſarium,
ὁ δεῖνα, *ille*. Ibid. 26. 63. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐσιώπα· καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ, Ἐξορκίζω σε. vbi
recentior interpres, *Ieſus autem ſilebat: & reſpondens Pontifex maximus, dixit
ei*. Quomodo reſpondit autem, ſi ſilebat? Quam difficultatem cum videret
vetus, *reſpondendi* vocem prætermiſit. qui, *Ieſus autem tacebat: & princeps
ſacerdotum ait illi*. Cæterum ἀποκριθεὶς ἔλεγε, vel εἶπε, idem eſt quod λέγων ἔλεγε,
nec obſcuro nec ignoto Hebraiſmo exprimi in Sacris ſolet. quo dicentis ve-
hementia notatur. Et quid eo vehementius, Ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος?
Ibidem ℣ſ. 73. καὶ γὰρ ἡ λαλιά δῆλόν σε ποιεῖ. Vbi λαλιὰ, quam διάλεκτον vulgo
Græci: Galilæa enim intelligitur. Recentior interpres: *nam & locutio mani-
feſtum te facit*. Melius, *lingua*. quam & *elocutionem* dicunt. Doctiſſimum Gloſ-
ſarium, Διάλεκτος, *elocutio*. Idem, Λαλιὰ, *elocutio*. Cap. 27. ℣ſ. 5. Καὶ ῥίψας τὰ
ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ, ἀνεχώρησε. Vetus, *Et projectis argenteis in templo, ſeceſſit*.
Recte, *argenteis*: qui ſunt nummi. eo magis, quod & aurei ſic dicuntur. Et
bene Euſtathius, ὅτι καὶ χρυσὸς οὕτω λέγεται συνεκδοχικῶς. Interpres recentior,
Ipſe vero projectis illis nummis argenteis in templum. Quo non opus. non ma-
gis quam cum ὁ ἀγρὸς, qui diſtinctionis cauſa κεραμέως, *ager ille figuli* eidem
dicitur. ita enim ℣ſ. 10. *Et dederunt eos ad emendum illum agrum figuli*. Iam ſi
ὁ ἀγρὸς κεραμέως, eſt, *ager ille figuli*, quid jam dixit amplius, cum addidit, διὸ
ἐκλήθη ὁ ἀγρὸς ἐκεῖνος? quod noſter, *quapropter vocatus eſt ager ille*. Niſi forte
quoties articulus occurrit, idem erit, quod ἐκεῖνος. quod ſi verum, quare,
cum ſequitur, καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια, *triginta nummos argenteos*, non,
illos, dixit? & cum ſequitur, καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ ἡγεμὼν, *& interrogauit eum
præſes*, non, *ille præſes*, dixit? item, ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔστησεν ἔμπροσθεν τοῦ ἡγεμόνος, *Ieſus
autem ſtetit coram præſide*, non autem, *illo præſide*? & ſic deinceps, cum idem
intelligatur. Ne in Symbolo quidem Apoſtolico, vbi efficaciter inprimis ſin-
gula dicuntur, cum credere nos εἰς Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, dicimus,
filium illum, ſed *filium*, interpretamur. Et tamen, cum dicitur, Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς
τῶν Ἰουδαίων; vetus interpres, *Tu es rex Iudæorum?* recentior, *Tune es rex ille Iu-
dæorum?* more ſuo dixit. Ibid. ℣ſ. 11. cum legitur, καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος, in-
terpres idem, vt & vetus, *ſicut conſtituit mihi Dominus*. Quis autem dubitat,
quin τὸ συντάττειν exprimat τὸ צוה, *præcepit*. illa enim Prophetæ, vt ſupra dixi-
mus, expreſſit verba, καὶ εἶπε Κύριος πρός με. Ibid. ℣ſ. 32. cum dicitur, Ἐξερ-
χόμενοι δὲ εὗρον ἄνθρωπον Κυρηναῖον, ὀνόματι Σίμωνα· τοῦτον ἠγγάρευσαν, ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν
αὐτοῦ, non ignoramus, quid ſit ἀγγαρεύειν Matthæo c. 5. 41. καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσει

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο. quod *angariare* dixerunt. Vetus Gloſſarium, Ἀγγαρεύω, *angario*. Perſicam autem vocem volunt. de quo nunc non diſputo, nec quæ ab iis dicta, improbamus. Quid ſi tamen ἠγγάρευσεν (vt Chaldaicum Syriacumque אגר exprimatur, quod conducere aut μισθοῦν) Euangeliſta ſcripſit? Neque hoc volumus, vt in contextu Sacro quicquam immutetur, ſed vt quid dici poſſit, obiter ſic exponamus. (Exercitationes enim ſcribimus) quanquam nec peccat, qui in ſuis ſententiam exponit ſuam: qui nihil aut immutat ipſe, aut temere ad mutationem præit. Magiſtris certe אגר ואגרא eſt שכר, *merces*. אגיר ואגירא eſt שכיר, *mercenarius*. quemadmodum אגר eſt שכר, *mercede conducere*. quanquam ἄγγαρος Heſychio ἐργάτης, ὑπηρέτης, καὶ ἀχθοφόρος, *operarius*, *miniſter*, *bajulus*, exponitur: niſi ἄγαρος legendum ſit. (in quo autore emendando niſi qui varia linguarum cognitione inſtructus accedat, fruſtra ſit neceſſe eſt.) qua ſignificatione ac ſenſu recte, ἠγγάρευσεν, & legas & exponas. Nihil autem immutandum, & Marcus ſuadet. apud quem, καὶ ἀγγαρεύουσι παράγοντά τινα Σίμωνα, legitur. Sed & interpres Syrus vtrobique שחרו dixit. Quis autem non miretur, ſicut ἀγγαρεύειν & ἀγαρεύειν, ita parum inter ſe ſcriptura τὸ שכר differre & τὸ שחר: cum ſignificatione haud parum differant? Cap. 28. ℣ſ.1. Ὀψὲ δὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, cum dicitur, enallagen obſeruat vetus interpres, quaſi ὀψὲ σαββάτων, ſit ὀψὲ σαββάτου. quod duriſſimum nonnullis videtur. noui & qui σάββατον, vel σαββατῶν ſcribendum, vt ἄκλιτος vox peregrina ſit, exiſtimarent. Quo nihil opus. cum iis quoque in locis, vbi σαββατῶν שבתון extat, Helleniſtæ σάββατα reddiderint. Σάββατα ἀνάπαυσις ἁγία τῷ κυρίῳ αὔριον. Exodi 16. 10. & alias paſſim. Ita τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, σάββατα κυρίῳ τῷ Θεῷ σου. ibid. 20. 10. quæ ibidem quoque, paulo ante, ἡμέρα, non τοῦ σαββάτου, ſed, τῶν σαββάτων, dicitur. fieri autem non poteſt, quin, in lingua Helleniſtica qui parum verſatus eſt, noua ei videantur omnia. neque aliter in Nouo Fœdere: vbi τὰ σάββατα paſſim habes: quemadmodum τοῖς σάββασιν, hoc vel illud eueniſſe dicitur. Tres autem ab Euangeliſtis hic conſiderantur dies: qui & diſtinguendi. Paraſceue, quæ ערב השבת, ἑσπέρα σαββάτου, *veſpera ſabbathi* dicitur. de qua Lucas, καὶ ἡμέρα ἦν παρασκευή: quam ſequebatur ſabbathum. quemadmodum & ab eodem additur, καὶ σάββατον ἐπέφωσκε. *ſuccedebat ſabbathum.* Sabbatho autem cum quieuiſſent, vt diſerte idem notat, ſero ſabbathi, ſiue, διαγενομένου τοῦ σαββάτου, *exacto ſabbatho*, vt Marcus loquitur, altero, nimirum, die, aut propinquo, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, *cum dies, qui ſabbathum exciperet, jam immineret*, vt Matthæus loquitur, venerunt vt ſepulchrum inſpectarent quæ hic memorantur. Ibid. ℣ſ.3. cum de Angelo dicitur, ἦν δὲ ἡ ἰδέα αὐτοῦ ὡς ἀστραπὴ, neſcio quid in mente erudito fuerit interpreti, qui ἰδέαν *viſum* vertit. *Erat autem viſus ejus vt fulgur:* cum externam corporis ſpeciem, inprimis autem vultus, ita dicat. Heſychius, Ἰδέα, μορφὴ, εἶδος. Neque cogitabat quid ſit *viſus*. Certe ſi quis in illo poëtæ

Mortales viſus medio ſermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram,

quo, vel conſpectum denotat, vel oculos, ἰδέαν reddat, minus nihilo dicat. Quemadmodum nec ejus de qua agimus nunc vocis vſum ignorarunt Helleniſtæ. qui interdum ea abſolute vtuntur: vt cum τὸ מראה interpretantur. quemadmodum Danielis 1. 13. καὶ ὀφθήτωσαν ἐνώπιόν σου αἱ ἰδέαι ἡμῶν, καὶ αἱ ἰδέαι τῶν παιδαρίων τῶν ἐσθιόντων τὴν τράπεζαν τοῦ βασιλέως. interdum σχετικῶς, ſeu relatiue: vt cum Adam, κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ καὶ τὴν εἰκόνα, *ſecundum formam ſuam genuiſſe ac imaginem*, dicitur. ſi τὸ דמות aut ſimile interpretentur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Tituli Euangeliſtæ MARCI ex diſtinctione veterum.

Καὶ ἦν ἐν τῇ συναγ. αὐτῶν.] α΄. περὶ τοῦ δαιμονιζομένου.
καὶ εὐθέως ἐκ τῆς συν. ἐξελ.] β΄. περὶ τῆς πενθερᾶς πέτρου.
ὀψίας δὲ γενομένης.] γ΄. περὶ τῶν ἰαθέντων ἀπὸ ποικίλων νόσων.
καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτ. λε.] δ΄. περὶ τοῦ λεπροῦ.
καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτ. παρ.] ε΄. περὶ τοῦ παραλυτικοῦ.
καὶ παράγων εἶδε λευί.] ϛ΄. περὶ λευὶ τοῦ τελώνου.
καὶ εἰσῆλθε πάλ. εἰς τὴν συναγ.] ζ΄. περὶ τοῦ ξηρὰν ἔχοντος τὴν χεῖρα.
καὶ ἀναβαίνει εἰς τὸ ὄρ.] η΄. περὶ τῆς ἐκλογῆς τῶν δώδεκα.
ἰδοὺ ἐξῆλθ. ὁ σπείρ.] θ΄. περὶ τοῦ σπόρου παραβολή.
καὶ λέγει αὐτ. ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμ.] ι΄. περὶ τῆς ἐπιτιμήσεως τῶν ὑδάτων.
καὶ ἦλθον εἰς τὸ πέρας τῆς θαλ.] ια΄. περὶ τοῦ λεγεῶνος.
καὶ ἰδοὺ ἔρχ. εἷς τῶν ἀρχ.] ιβ΄. περὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ ἀρχισυναγώγου.
καὶ γυνή τις οὖσα.] ιγ΄. περὶ τῆς αἱμοῤῥοούσης.
καὶ προσκαλ. τοὺς δώδ.] ιδ΄. περὶ τῆς τῶν ἀποστόλων διαταγῆς.
ἀκούσας δὲ ἡρώδης.] ιε΄. περὶ ἰωάννου καὶ ἡρώδου.
πόσους ἄρτ. ἔχετε;] ιϛ΄. περὶ τῶν πέντε ἄρτων καὶ δύο ἰχθύων.
καὶ ὀψίας γενομ.] ιζ΄. περὶ τοῦ ἐν θαλάσσῃ περιπάτου.
ὁ δὲ ἀποκριθ. εἶπεν αὐτοῖς.] ιη΄. περὶ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ.
ἀκούσασα γὰρ γυνή.] ιθ΄. περὶ τῆς φοινικίσσης.
καὶ φέρουσιν αὐτῷ κωφ.] κ΄. περὶ τοῦ μογιλάλου.
καὶ ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ μαθ.] κα΄. περὶ τῶν ἑπτὰ ἄρτων.
καὶ διεστέλλ. αὐτ. λέγ.] κβ΄. περὶ τῆς ζύμης τῶν φαρισαίων.
καὶ ἔρχ. εἰς βηθσ.] κγ΄. περὶ τοῦ τυφλοῦ.
καὶ ἐξῆλθ. Ἰησ. καὶ οἱ μαθ.] κδ΄. περὶ τῆς ἐν καισαρείᾳ ἐπερωτήσεως.
καὶ μεθ. ἡμ. ἓξ.] κε΄. περὶ τῆς μεταμορφώσεως.
καὶ ἀποκρ. εἷς ἐκ τοῦ ὄχ.] κϛ΄. περὶ τοῦ σεληνιαζομένου.
καὶ ἦλθεν εἰς καπ.] κζ΄. περὶ τῶν διαλογιζομένων, τίς μείζων.
καὶ προσελθ. φαρ.] κη΄. περὶ τῶν ἐπερωτησάντων εἰ ἔξεστιν ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα.
καὶ ἐκπορευομένου αὐ.] κθ΄. περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος πλουσίου τὸν Ἰησοῦν.
καὶ προσπορ. αὐ. ἰακ.] λ΄. περὶ τῶν υἱῶν ζεβεδαίου.
καὶ ἔρχονται εἰς ἱερ.] λα΄. περὶ βαρτιμαίου τυφλοῦ.
ὑπάγετε εἰς τὴν κώμ.] λβ΄. περὶ τοῦ πώλου.

καὶ

καὶ τῇ ἐπαύριον.] λγ΄. περὶ τῆς ξηρανθείσης συκῆς.
καὶ ὅταν στήκ.] λδ΄. περὶ τῆς ἀμνησικακίας.
καὶ ἔρχ. πάλ. εἰς ἱερ.] λε΄. περὶ τῶν ἐπερωτησάντων τὸν κύριον ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων.
καὶ ἤρξατο αὐτοῖς.] λϛ΄. περὶ τοῦ ἀμπελῶνος.
καὶ ἀποστέλλ. πρὸς αὐ.] λζ΄. περὶ τῶν ἐπερωτησάντων διὰ τὸν κῆνσον.
καὶ ἔρχ. σαδδ.] λη΄. περὶ τῶν σαδδουκαίων.
καὶ προσελ. εἷς τῶν γραμ.] λθ΄. περὶ τοῦ γραμματέως.
πῶς λέγ. οἱ γραμματεῖς.] μ΄. περὶ τῆς τοῦ κυρίου ἐπερωτήσεως.
καὶ καθ. ὁ Ἰησ. κατ.] μα΄. περὶ τῆς τὰ δύο λεπτὰ βαλλούσης.
ὁ δὲ Ἰησ. ἀποκρ.] μβ΄. περὶ συντελείας.
περὶ δὲ τῆς ἡμ.] μγ΄. περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ ὥρας.
καὶ ὄντ. αὐτ. ἐν βηθ.] μδ΄. περὶ τῆς ἀλειψάσης τὸν κύριον μύρῳ.
καὶ τῇ πρώ. ἡμ.] με΄. περὶ τοῦ πάσχα.
καὶ ὀψίας γεν.] μϛ΄. περὶ τῆς παραδόσεως καὶ τοῦ μυστικοῦ δείπνου.
καὶ ὄντ. τοῦ πέτρου.] μζ΄. ἄρνησις πέτρου.
καὶ ἤδη ὀψίας γεν.] μη΄. περὶ τῆς ἐξαιτήσεως τοῦ σώματος τοῦ Ἰησοῦ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

DANIELIS HEINSII

EXERCITATIONES SACRÆ AD MARCVM.

SIVE

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

Caput Marci primum & ſecundum percurritur. Initium ejus, Ἀρχὴ τοῦ εὐαγγε-
λίου, *&c. quomodo accipiendum. Loci diſtinctio, & quomodo ordinandus.* ὡς
γέγραπται, *quod ſequitur, quo ſpectet.* ὁ ἱμὰς τῶν ὑποδημάτων. σφαιρωτήρ. σφυρωτήρ.
ἕως σφυρητὴρ ὑποδήματος: ὑποδήματα, *& quibus non vſus fuerit Dominus.*
Interpres vetus, recentior. calceamentum. ſolea. & quibus propria. Solea &
ſandalium idem. Sandalia fœminarum. Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός. ἀγαπη-
τὸς, *quis.* καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων. θηρία *quæ.* ἰνδάλματα *apud Helleniſtas.* ἄνθρωπος
ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ, *& quomodo recentior id intellexerit interpres. homo*
in ſpiritu impuro. cum ſpiritu impuro. παραδίδοσθαι, *& quomodo in hac hiſto-*
ria & ſimili accipiendum. Locus non recte intellectus. εἰ μὴ ἢ αἴρει τὸ πλήρωμα
αὐτοῦ τὸ καινόν. αἴρει *Hebræorum more.* συνάγουσι, βάλλουσι, *eodem modo dicta.*
οὐδεὶς βάλλει. οὐδὲ βάλλουσι.

VIdetur initio Euangeliſtæ hujus, vel non ſatis intellecta vel Cap. I.
corrupta vera diſtinctio, nonnullas & antiquis & recentio- vſ. 1.
ribus difficultates objeciſſe. Vbi primo omnium quod di- & dein-
citur, Ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, non minus ab- ceps.
ſolute quam illud Herodoti accipiendum, Ἡροδότου Ἁλικαρ-
νασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε. Ita hoc in loco, Ἀρχὴ ἥδε. *Initium*
Euangelicæ narrationis, hoc eſt. Quod autem illud? Ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων. vt illa,
ὡς γέγραπται, &c. nihil aliud quam narrationis ex prædictis præparatio quædam
ſint, & quaſi confirmatio: vtque illud, quod jam dixi, de iis quæ ſequuntur,
nihil aliud ſit quam, κατὰ τὸ γεγραμμένον. *ſecundum illud quod à prophetis ſcriptum,*
κατὰ τὸ γεγραμμένον ὑπὸ τῶν προφητῶν. quod eſt autem illud? Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω &c. Se-
quitur, Ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων. Quod narrationis eſt initium: quo nihil ſim-
plicius. Quanuis ne hæc quidem bene diſtinguantur, imo & ab ipſa narratio-
ne ſeparentur. Mens hæc eſt, *Initium Euangelii Ieſu Chriſti, Filii Dei, hoc eſt:*
Quemadmodum ante à prophetis ſcriptum fuit, ecce ego mitto nuncium meum ante
faciem tuam qui præparabit viam tuam coram te, item, vox clamantis in deſerto,
præparate viam Domini, complanate ſemitas ejus; ita & reuera euênit. Fuit enim
in deſerto ac baptizauit Iohannes. Vt ordo talis, *Venit Iohannes & in deſerto ba-*
ptizauit, ſicut à prophetis de eo ſcriptum eſt, Ecce ego mitto, ſimulque elegans ὑστερο-
λογία ſit. Initium enim Euangelii à Iohanne deducturum ſe promittit: quem
Euangelii, vt præcurſorem, ita quaſi initium fuiſſe. Quemadmodum prædi-
ctum jam de eo eſſet: iis nempe locis quos adducit. Iohannem autem teſti-
monium & Euangelio exhibuiſſe & Chriſto, quis neſcit? Qua occaſione à
Iohanne, ac ſic Euangelicam hiſtoriam orditur. Ordo igitur, Ἀρχὴ τοῦ εὐαγγε-
λίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ κηρύσσων βάπτισμα
μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· ὡς γέγραπται ἐν τοῖς προφήταις, ἰδοὺ ἀποστέλλω. &c. item
Φωνὴ βοῶντος. &c. deinde καὶ ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν πᾶσα ἡ Ἰουδαία χώρα. &c. Ipſe
autem locus ita diſtinguatur, Ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· ὡς γέ-
γραπται ἐν τοῖς προφήταις, ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατα-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

σκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου, φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυ-
In σκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου, φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυ-
Marc. ρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. Ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ. ad quam
mentem ac ſimplicitatem proxime Roberti Stephani editiones accedunt.
℣ſ. 7. Non ita multo poſt ab eodem Iohanne dicitur, ἔρχεται ὁ ἰσχυρότερός μου ὀπίσω μου,
οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς κύψας λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ. Vbi ὁ ἱμὰς, de quo agit,
idem qui σφαιρωτὴρ, vt vulgo credunt. Gregorius Εἰς τὰ ἅγια φῶτα, Τί δὲ ὁ σφαι-
ρωτὴρ τοῦ ὑποδήματος, ὃν οὐ λύει ὁ βαπτίζων τὸν Ἰησοῦν, ὁ τῆς ἐρημίας καὶ ἄτροφος; Cæte-
rum, vix dubito, quin σφυρωτὴρ legendum ſit, aut ſaltem hoc nunc velit. vt ſit
שרוך. Notum illud, εἰ ἀπὸ σπαρτίου ἕως σφυρωτῆρος ὑποδήματος λήψομαι ἀπὸ πάντων
σῶν, in Abrahami verbis. Geneſ. 14. 23. cum σφαιρωτὴρ, quod paſſim כפתר,
nihil aliud quam ſphæra: vt in candelabro de quo Exodi 25. & alibi. Quis
autem ſolea vſum credat aut ſandalio Dominum: aut de eo, cum περὶ ὑπο-
δήματος hic agitur, Iohannem egiſſe? Et tamen, vt *calceamentum*, vetus, ita
ſoleam, recentior interpres dixit. Quam non Romanorum modo dome-
ſticum vel tegumentum vel inuolucrum pedis, ſed & delicatorum fuiſſe
inſuper ac fœminarum, quis neſcit, niſi qui idem ſoleam fuiſſe & ſandalium
ignorat? Eruditiſſimum Stephani Gloſſarium, *Solea*, σανδάλιον. Et quis neſcit,
Satyricum dixiſſe, *ſolea puer objurgabere rubra*? Ad quem locum antiquus
ſcholiaſtes, *calceamentum muliebre ſignificat*. Neq; aliud quam Comicus dixit,
qui, *Vtinam tibi commitigari videam ſandalio caput*. quod, ὑπόδημα γυναικεῖον,
muliebre itidem *calceamentum* Heſychio. Et ne quis dubitet, Gloſſarium ve-
tus, *Solea*, σανδάλιον. Adde, quod ὑπόδημα, *caliga* plerunque: certe vbi de
Romanis ſermo. Gloſſarium, Ὑπόδημα, *caliga*, *calceamentum*, *calceus*. Ὑποδη-
ματάριος, *calceamentarius*, *caligarius*. Gregarii autem militis fuiſſe caligam,
quis neſcit, niſi qui Romanos nunquam inſpexit autores? à qua dictum Ca-
ligulam jam ſciunt, qui hos ipſos viderunt. quod ὑπόδημα Græci. Vnde cum
Tacitus ita dictum ait, *quod in contubernio legionum eductus, quem militari
vocabulo Caligulam appellabant, quia plerunque ad concilianda vulgi ſtudia, eo
tegmine pedum vtebatur*, Dio, ὅτι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τὸ πλεῖστον τραφεὶς, τοῖς στρατιωτι-
κοῖς ὑποδήμασιν ἀντὶ τῶν ἀστικῶν ἐχρῆτο. vnde, quid Romanis ὑπόδημα ſit, planum
eſt. Solea autem vſum non magis veriſimile, quam aut ſandalium geſtaſſe, aut
caligatum, militis Romani more ac ritu, obambulaſſe Dominum. quare,
cum ὑποδήματα Euangeliſta dixit, mihi qui ſimplicitatem amo, hic & ali-
bi, calceos aut calceamenta, cum antiquo interprete dixiſſe ſufficiat. pro
℣ſ. 11. quo vbique ſoleas recentior ſubſtituit. Cum dicitur, Σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπη-
τὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα, non eſt dubitandum, quin illuſtre ac eximium fuerit illud
teſtimonium, quod è cœlo Deus exhibuit Filio. Quare mirum eſt, non magis
ſollicite de eo cogitaſſe etiam antiquos. Et Tertullianus quidem, *Hic eſt Filius
meus dilectus*. quem cæteri ſequuntur. Cyprianus, *Hic eſt Filius meus dilectiſſi-
mus*. qui & ipſe, quanquam plus, minus tamen dixit. Vt enim magnum qui-
dem ſit, quod Seruator noſter Dei Filius dicatur; huic tamen additur in Sym-
bolo, quod vnigenitus ſit inſuper ac vnicus. Ἀγαπητὸς autem, ſeu paganos vi-
deas ſiue Helleniſtas, idem quod μονογενὴς eſt: *vnicus* ſiue *vnigenitus*. Ita Ho-
mero Aſtyanax, ἀγαπητὸς dicitur: non enim alium habebat Hector. Iliad. 2. de
Andromacha: Παῖδ' ἐπὶ κόλπον ἔχουσ' ἀταλόφρονα, νήπιον αὔτως, Ἑκτορίδην ἀγαπητόν.
Interpres, ἀγαπητὸν, μονογενῆ. Heſychius, Ἀγαπητὸν, μονογενῆ. Abrahamo filius fuit
vnicus: cui Deus dixit, καὶ οὐκ ἐφείσω τοῦ υἱοῦ σου τοῦ ἀγαπητοῦ δι' ἐμέ. Geneſ. 22. 12. &
ibid. 16. Eodem cap. ℣ſ. 2. λάβε τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητόν. Ne quis autem dubitet, vox
quam expreſſit eſt יחיד, *vnicus*. Qualis Iephtæ fuit, de qua dicitur, καὶ αὕτη μονο-
γενὴς αὐτῷ· καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῷ πλὴν αὐτῆς, υἱὸς ἢ θυγάτηρ. *non erat filius alius, vel filia.*
Iud. 11. 34. Vnde & prouerbium, πένθος ἀγαπητοῦ, אבל יחיד. Sed & cum Rex Sa-
lomo Prouerb. 4. 3. honeſte de ſe gloriatur ac pronunciat, *Nam & ego filius
fui patri meo tenellus, & vnigenitus inter filios matris meæ*, eandem vocem
habes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

habes. Helleniſtæ autem, Υἱὸς γὰρ κἀγὼ ἐγενόμην πατρὶ ὑπήκοος, καὶ ἀγαπώμενος ἐν
προσώπῳ μητρός. Vbi ἀγαπώμενος, ἀγαπητὸς, *vnicus*. Zacharias poſtquam illu- In Marc.
ſtrem & propheticum illum effudit locum, *Aſpicient ad me quem confixerunt;*
addit, *plangentque planctum ſuper eum, vt qui ſit ſuper vnigenitum.* vbi iterum
Helleniſtæ, καὶ κόψονται ἐφ' ἑαυτοὺς κοπετὸν, ὡς ἐπ' ἀγαπητῷ. Ita ergo Filius hic Dei,
etiam ἀγαπητὸς, quod vnicus ſit, dicitur. *Vnus enim de vno*, inquit ad Symbo-
lum Rufinus, *naſcitur: quia & ſplendor vnus eſt lucis, & vnum eſt verbum cor-
dis. Nec in numerum pluralem defluit incorporea generatio nec in diuiſionem
cadit, vbi qui naſcitur nequaquam à generante ſeparatur. Vnicus eſt, vt menti
ſenſus, vt ſapientia ſapienti, vt cordi verbum, vt forti virtus. Nam ſicut ſolus ſa-
piens Pater ab Apoſtolo dicitur, ita & ſolus Filius ſapientia nominatur. Vnicus ergo
Filius eſt: & cum ſit gloria, ſempiternitate, virtute, regno, poteſtate, hoc quod
Pater eſt, omnia tamen hæc non ſine autore, ſicut Pater, ſed ex Patre, tanquam
Filius, ſine initio & æqualis, habet. & cum ipſe ſit omnium caput, ipſius tamen ca-
put eſt Pater.* Parum igitur dixerunt, qui & hic & Matthæo, *dilecti* voce
vſi ſunt. Ἀγαπητὸς enim, præter quem alius non datur. vt cum philoſopho-
rum princeps, oculum monoculi, ἀγαπητὸν dixit. Sequitur de Domino, cum
in deſerto verſaretur, καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων. Qua voce τὸ ציים, quod Helleni- ṽ ſ. 13.
ſtæ, nunc θηρία, nunc δαιμόνια in Eſaia, in Ieremia ἰνδάλματα interpretan-
tur, reddidiſſe videtur. quæ & φαντάσματα nonnullis: hoc eſt, imagines, vel
ſpectra. cujuſmodi in locis ſolis terrere aut occurrere videntur. Eodem capi-
te legitur, καὶ ἦν ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ, καὶ ἀνέκραξε. ṽ ſ. 23.
Vbi cogitandum quid recentior voluerit interpres, qui & eo loco & capi-
te 5. ṽ ſ. 2. ἄνθρωπον ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ, ita notat dici, vt cum τινὰ εἶναι ἐν ἐγκλή-
ματι, de reo, aut ſimili, qui culpæ ſit affinis vel delicto, dicimus. quod *in
culpa eſſe*, Latini. Ita vt ſit idem, ἐν ἀκαθάρτῳ εἶναι πνεύματι, cum eo quod
Lucas, ἀκάθαρτον ἔχειν πνεῦμα, dixit. quomodo Galli eum eſſe in febri di-
cunt, qui tenetur febri aut laborat. Cum tamen ipſe, verſa vice, *in quo
erat Spiritus impurus*, reddiderit: neque veteri ignoſcat, qui, *homo in ſpi-
ritu immundo*, dixerat. Ego ita hominem ἐν ἀκαθάρτῳ πνεύματι hic dici reor,
vt cum Helleniſtæ, Hebræorum more, quod & ipſe, de quo agimus, in-
terpres, aliquoties notauit, τὸ ἐν καὶ τὸ σὺν, in his libris confundunt. *Homo in
ſpiritu impuro, cum ſpiritu impuro.* qui impurum, ſcilicet, haberet ſpiritum, vt
Lucas loquitur. niſi forte, ἐνεργούμενον ἐν δαιμονίῳ εἶναι, dicas, vt eum qui à ſpi-
ritu maligno occupatur, deſignes. Aliquot poſt verſiculis legitur, καὶ σπα-
ράξαν αὐτὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον, καὶ κράξαν φωνῇ μεγάλῃ. Quo loco, vt & aliis ṽ ſ. 26.
nonnullis, in hiſtoria eorum qui à ſpiritu impuro agitantur, τὸ σπαράσσεσθαι
vſurpari, non ſemel admiratus ſum: inprimis autem iſto, cum de morte aut
reſtitutione ejuſdem, cui hoc tribuitur ac aſſignatur, quam oportuit mira-
culoſam eſſe, nihil extet: neque quiſquam neſciat, de iis, quorum nihil
præter fragmina & partes extant, vulgo vſurpari. quale eſt, quod de Pen-
theo poëtæ ac Hippolyto commemorant. Notum illud è Tragœdia, *Omniſ-
que truncus corporis partem tulit.* Item, *Quæ pars tui ſit dubito, ſed pars eſt tui.*
quale hic nihil. Quid quod Lucas ſpiritum impurum, projeciſſe obſeſſum,
neque tamen nocuiſſe illi, dixit? Quare ad Helleniſtas recurrendum, qui τὸ
געש & τὸ הטה iſta voce interpretantur. vt cum σπαράσσεται ἡ καρδία μου, hoc eſt,
πάλλεται, κινεῖται, σείεται, *vibratur, mouetur, aut quatitur*, Ierem. 4.19. dicitur.
Quid quod apud Eſaiam Symmachus תרעלה σπαραγμὸν interpretatur. quem-
admodum & medicorum filii σπαράττειν στόμαχον cum jubent, nihil quod no-
ceat, præſcribunt. Adde quod σπαράττειν Critici exponunt. vt nihil præ-
ter vehementem intelligas concuſſionem, ſiue motum. Porro cæteris &
illud, quod non longe ante finem capitis ſubſequitur, accedat, καὶ ἐμ- ṽ ſ. 43.
βριμησάμενος αὐτῷ, εὐθέως ἐξέβαλεν αὐτόν. Vbi quantæ efficaciæ hoc loco ſit
τὸ ἐμ-

In Marc. τὸ ἐμβριμᾶσθαι, vel ex eo, niſi fallor, præter cætera apparet, quod καὶ ἐξέβαλεν αὐτὸν, mox dicitur. Magis tamen, etiam ex eo, quod eâdem voce vtrunque denotent Hebræi. vnde & Helleniſtæ, cum τὸ גער apud Eſaiam inueniſſent, alii, cum Aquila, ἐπιτιμᾶν, alii, vt Symmachus, cum ſuis, ἐμβριμᾶσθαι, Septuaginta autem, cum efficacia ingenti, ἀποσκορακίζειν, quod eſt idem quod ἐς κόρακας ἐκβάλλειν, *perdere ac exterminare*, reddiderunt. Locus eſt, καὶ ἦχος ἐθνῶν πολλῶν, ὡς ὕδωρ ἠχήσει, ὡς ὕδωρ πολὺ ἔθνη πολλὰ, ὡς ὕδατος πολλοῦ βίᾳ φερομένου, καὶ ἀποσκορακιεῖ αὐτοὺς, καὶ πόῤῥω αὐτοὺς διώξεται. Ad quem Euſebius Catena in Prophetam illum nondum edita, cujus vſum Reuerendo ac raræ eruditionis viro Antonio Thyſio, amicorum antiquiſſimo, debemus, κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, καὶ ἐπιτιμήσει ἐν αὐτῷ καὶ φεύξεται μακράν· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, καὶ ἐμβριμήσεται αὐτῷ, καὶ φεύξεται πόῤῥω: vt ſic vim vocis oſtendat. & fortaſſe Marcus, ſi Hebraice ſcripſiſſet, vtrunque ſola voce גער expreſſiſſet. Addatur locus non

Cap. II. vſ. 21. ignobilis è capite ſecundo, Καὶ οὐδεὶς ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπιῤῥάπτει ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· εἰ δὲ μὴ, αἴρει τὸ πλήρωμα αὐτοῦ τὸ καινὸν ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ, καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται. quem non ſatis penetraſſe interpretes exiſtimamus. Omnium autem primo notandus fuit Hebraiſmus, αἴρει τὸ καινὸν, quod eſt, vel *tollere cogitur*, vel *tollitur*. quomodo καὶ συνάγουσιν αὐτὰ, καὶ εἰς πῦρ βάλλουσι, hoc eſt, συνάγονται καὶ εἰς πῦρ βάλλονται, 15. 6. Iohanni dicitur. ſenſu ſane alio quam vulgo. Volunt enim, eam ſupplementi ejus vim eſſe, vt rupturam faciat, partemque attritæ veteriſque veſtis ad ſe trahat. cum hoc referendum ſit ad eum, qui particulam, quæ adhuc ἄγναφος & noua, veſti veteri ac ruptæ aſſuit. Quippe hoc qui facit, ſimul ac, quam male illud ἄγναφον ac nouum, veſti veteri conueniat, aduertit, tollere illud cogitur. quod fieri non poteſt, quin ruptura major fiat: vix enim diſſui tollique poteſt, quin hoc fiat. Vnde & Matthæus, αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα ἀπὸ τοῦ ἱματίου. Quis autem dicat, τὸ πλήρωμα τὸ ἄγναφον αἴρει ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ, caſu primo? Illud enim quod ſequitur, εἰ δὲ μὴ, ῥήσσει ὁ οἶνος ὁ νέος τοὺς ἀσκοὺς, decepiſſe eos videtur. quod Matthæus, ῥήγνυνται δὲ ὁ ἀσκός: ne quis hic cauilletur. Iam vero, quod οὐδεὶς βάλλει, Marco dicitur, eodem Hebraiſmo, οὐδὲ βάλλουσι Matthæus dixit. Eodem autem modo, αἴρει, βάλλουσι, ῥήσσει, aliaque ejuſdem generis dicuntur. vt ſic, τὸ πλήρωμα, non primo caſu, quod exiſtimant, ſed quarto, ponatur. Neque αἴρει ἀπὸ τοῦ ἱματίου τὸ πλήρωμα, ſed αἴρεται. multo autem minus, τὸ αἴρειν, ad τὸ ἱμάτιον hic referendum: vt αἴρει τὸ ἱμάτιον dicatur. Reddendum ergo, *tollit enim ſupplementum ſuum*, non *ipſius*, vt interpres vetus: multo autem minus, vt recentior. qui nonnulla pro arbitrio, ut vocem *aliquid*, &, *veſtimenti*, addidit. Ita enim ille, *Alioquin illud ipſius ſupplementum nouum, tollit* aliquid *ex vetere* veſtimento. quæ ſunt totidem πληρώματα quæ aſſuuntur. Ego autem, vt nullum accuratius vtiliuſque commentandi genus quam paraphraſin exiſtimo; ſi præſertim mens & ἀκολουθία, cum breuiter tum accurate exprimatur, quorum vtrunque antiqui, quanquam pauca in hoc genere extent, ſpectarunt; ita magno cum periculo conjunctum exiſtimo, ſi quis interpretationis loco paraphraſin concinnet. Nam quemadmodum in Græco contextu aut Hebræo, aliquid mutari nefas ac piaculare eſt, ita nihil magis interpreti ſpectandum, quam vt repræſentet quod conuertit. qui interdum quoque, quamuis cum obſcuritatis periculo, prudentius in talibus à verbis non recedit, quam vt mentem mutet de qua dubitat, & in qua falli poteſt. Solus enim falli non poteſt, cujus mens ac verba ab interprete exhibentur. quæ ſemper religioſe exhibenda. Sed & Latine minus, quam vel incommode, vel vere minus, loqui nonnunquam malim. de mente enim maximi Monarchæ & oraculis hic agitur. Neque αὐτοῦ, ſed αὑτοῦ, legendum. Et præceſſerat, οὐδεὶς ἐπιῤῥάπτει. cui opponitur αἴρει τὸ πλήρωμα.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Cap. II.

In Marc.

Caput tertium cum quarto percurritur. Locus, ἔλεγον γὰρ, ὅτι ἐξέστη. *& quomodo intelligendus.* ἐξέστη *de Propheta. alienari.* ὁ ἐπίληπτος οὗτος. ἔκστασις *prophetica, Hebræorum Magiſtris quomodo definita. Elegans Epiphanii, de prophetis veteribus & eorum æmulatoribus Montaniſtis, locus.* οὐκ ἐῤῥωμένης διανοίας καὶ παρακολουθούσης. τοῦ προκειμένου ἐκστῆναι. τὸ ἐξέστη, *quomodo de Domino vſurpetur. Thargumiſtis & Rabbinis* οἱ ἐξεστηκότες *ejuſmodi, quomodo dicantur. Caput quartum. Nobilis locus,* οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ᾽ ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ. *Interpretis antiqui & recentioris interpretatio. vtraque notata. Mens loci vera & interpretatio.* τὸ ἀλλά, *vt* τὸ אלא, *Syris ac magiſtris in vſu.* ἀλλ᾽ ἵνα, εἰ μὴ ἵνα. ἀλλὰ τοῦ Ἰησοῦ μόνον. ἐν παραβολαῖς λαλεῖν. *Orienti id quam vſitatum. Locus Theognidis,* ταῦτά μοι ἠνίχθω. *Hebræorum ænigmata.*

CApite tertio hæſiſſe ad illum locum videntur eruditi, καὶ ἀκούσαντες οἱ Cap.
παρ᾽ αὐτοῦ, ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτόν· ἔλεγον γὰρ, ὅτι ἐξέστη. Prophetarum olim III.
credebatur proprium, dum Spiritu corriperentur, extra ſe ac pa- ℣ſ. 21.
rum ſui compotes vt eſſent. qui & παραφρονεῖν, aut, mitiori voce, ἐξίστασθαι,
tum dicebantur. *Alienari* Latine dicas. quod quibus euenit, etiam aliena
loquuntur. Seneca lib. De conſtantia Sapientis, *Cum Sapientem negatis inſa-
nire, non negatis & alienari, & parum ſana verba emittere.* Exemplum 2 Reg.
9. 11. habes: vbi Prophetæ puer, qui miſſus dicitur, ἐπίληπτος à cæteris vo-
catur. Verba ſunt, Τί ὅτι εἰσῆλθεν ὁ ἐπίληπτος οὗτος πρός σε; quæ conſtitutio
animi, ſiue ἔκστασιν, ſiue ἐπίληψιν dicas, *ſenſuum atque animæ virium priua-
tio,* Magiſtris Hebræorum definitur. Quo nomine ac prætextu, amici Do-
mini hoc loco, vt furenti eum turbæ eriperent, ac ſic, quod veriſimile eſt,
ſeruarent, ſuæ eum poteſtatis eſſe negant. Simile eſt quod de Saule dicitur,
ὅτι ἐφήλατο ἐπ᾽ αὐτὸν πνεῦμα Θεοῦ, καὶ προεφήτευσεν ἐν μέσῳ αὐτῶν. *& inſiluit ſuper
eum Spiritus Dei, & prophetauit in medio eorum.* ſui impos nempe, & in pote-
ſtate Spiritus. quod iſti volunt. Vnde prouerbium, *Num etiam Saul inter
prophetas?* 1 Sam. 11. & deinceps. ita iſti, οὐκ ἐῤῥωμένης οὐδὲ παρακολουθούσης δια-
νοίας, vt eleganter alibi de talibus locutus eſt Epiphanius, ajebant Do-
minum. Quomodo Montaniſtas, ibidem eruditus ſcriptor vocat: qui, vt ſe
prophetas ſimularent, Λοξὰ ῥήματα καὶ οὐδεμιᾶς ὀρθότητος ἔχοντα, *verba ambigua, &
quæ nihil ſani præ ſe ferrent,* effundebant. Ἐκστῆναι igitur ſic dicitur, non διὰ τὸ
ἐκστῆναι τοῦ τόπου, quod mutaſſet, vt nonnulli volunt, locum, ſed διὰ τὸ ὡς τοῦ προ-
κειμένου τότε ἐκστῆναι: quod in re præſenti alieno eſſet animo, nec conſtaret
ſibi, vt idem eleganter loquitur. quod mente motis euenire ſolet. Eſt autem
ſimul & hypocoriſmus. Alias enim per contemptum משגע dicebant. quomo-
do & loco Regum quem adduximus. Vbi Thargumiſtis ὁ ἐξεστηκὼς שטיא. Ma-
giſtris שוטה, *ſote.* vnde & fortaſſe Galli ſuum *ſot*, vt ab illo noſtrum nos forma-
mus. Capite quarto fere medio occurrit locus ille, Οὐ γάρ ἐστί τι κρυπτὸν ὃ ἐὰν μὴ Cap.
φανερωθῇ· οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ᾽ ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ. *Neque quicquam eſt recondi-* IV.
tum, quod non manifeſtum ſit futurum: neq; quicquam occultum, quod non in aper- ℣ſ. 22.
tum ſit venturum. Quem locum ita reddidit interpres vetus, *Non eſt enim ali-
quid abſconditum quod non manifeſtetur, nec factum eſt occultum, ſed vt in palam
veniat.* Mirifice, nec Latine. Recentior, *Non eſt enim quicquam occultum, quod
non futurum ſit vt manifeſtetur: neque quod abſcondatur, ſed oportet vt palam pro-
feratur.* nihil minus quam recte. Mens eſt, *Nihil enim eſt abſconditum, quod non
aliquando futurum ſit palam: neque quicquam eſt occultum, niſi vt in apertum ve-
niat.* hoc eſt, *niſi ea lege, vt in apertum veniat.* Eo autem magis mirum, deuiaſ-
ſe hic interpretes, quod διαυγέστατα ac manifeſte mentem ſuam ac ſententiam
Euangeliſtæ expreſſerunt cæteri. Quid enim illo Matthæi planius, οὐδὲν γάρ ἐστι

 κεκαλυμμένον ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται· καὶ κρυπτὸν ὃ οὐ γνωσθήσεται. Lucas, Οὐ γάρ ἐστι κρυπτὸν, ὃ οὐ φανερὸν γενήσεται· οὐδὲ ἀπόκρυφον ὃ οὐ γνωσθήσεται καὶ εἰς φανερὸν ἔλθῃ. Item, Οὐδὲν γὰρ συγκεκαλυμμένον ἐστὶν ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται· καὶ κρυπτὸν ὃ οὐ γνωσθήσεται. Vt abſoluamus eruditos, τὸ אלא ſine dubio expreſſit, quod pro *niſi* etiam Rabbinis, nedum Syris, vſurpatur. Ita, ἀλλ᾽ ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ, hoc eſt, εἰ μὴ ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ, Euangeliſta dixit. plane eodem modo, quo non ſemel idem aliique. Tale eſt illud c. 9. vſ. 8. καὶ ἐξάπινα περιβλεψάμενοι, οὐκέτι εἶδον ἀλλὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον μεθ᾽ ἑαυτῶν. *non viderunt, ſed Ieſum ſolum.* Vbi quis dubitat, quin ἀλλὰ ſit, εἰ μὴ Ἰησοῦν μόνον, *niſi Ieſum ſolum?* quod non ignorauit Syrus, qui ſuo אלא, hoc eſt, ἀλλὰ, ibi vſus eſt. Eodem capite habemus illud, καὶ τοιαύταις

vſ. 33. παραβολαῖς πολλαῖς ἐλάλει αὐτοῖς τὸν λόγον, καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν· χωρὶς δὲ παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς. Ait parabolas vbique Dominum adhibuiſſe, ac ſine iis nihil dixiſſe. More quidem in Oriente vſitato, quod eorum gnomæ quoque & ſententiæ euincunt. Adeo, vt hac ipſa tempeſtate, qui parabolis vtuntur, voce Græca, aut ab ea leuiter detorta, ſophi dicantur. niſi hoc ad צפים eorum referatur: de quo ſupra. Non tamen vt ab eo Græci abhorruerint. Cujus rei teſtes inter primos Pythagorici, vt & poëtarum antiquiſſimi. quod vel illa Theognidis euincant, Φορτηγοὶ δ᾽ ἄρχουσι, κακοὶ δ᾽ ἀγαθῶν καθύπερθε· Δειμαίνω, μή πως ναῦν κατὰ κῦμα πίῃ. Addit autem, Ταῦτά μοι ἠνίχθω κεκρυμμένα τοῖς ἀγαθοῖσι· Γινώσκοι δ᾽ ἄν τις καὶ κακὸν, ἂν σοφὸς ᾖ. Ac ſi Latine dicas,

Bajulus imperitat; ſummique reguntur ab imis:
Ne pereat metuo fluctibus hauſta ratis.
Iſta ſed, vt ſcirpum, melioribus abdita, dixi:
Quanquam hoc jam ſapiens ſcitque videtque malum.

Quis enim non αἰνίγματα Hebræorum, hoc eſt חידות alluſiſſe dicat, cum αἰνίσσεσθαι ſe dixit? idque de Republica, quam cum naui confert. Qualis eſt tota Flacci Ode 14. lib. 1. qua Romanorum, qualis eo tempore erat, tanquam nauis, allegorice deſcribitur. Cujus initium,

O nauis referent in mare te noui
Fluctus. O, quid agis? fortiter occupa
Portum, &c.

Et certe, quo antiquior eſt è Græcis quiſque, eo propius ad τὸ αἰνιγματῶδες & parabolicum Hebræorum veterum, inprimis ad poëſin eorum & dicendi genus, accedit.

Cap. III.

Caput quintum & ſextum. διὰ τὸ, *quomodo in hiſtoria energumeni accipiendum.* λεγεὼν ὄνομά μοι, *& quare.* ῥύσις αἵματος. *Secretum cauſæ fœminarum, Optato.* αἰτία, *cauſa, pro malo aut noxa.* ἔλεγε, διενοεῖτο. *Fingendi vocabulum & ſimilia, an religioſe ſatis à Patribus de Filio Dei vſurpata.* σχῆμα. σχηματισμός. σχῆμα, οὐ πρᾶγμα, *de gladio Angeli.* κατ᾽ οἰκονομίαν, *à Filio Dei, quæ interdum fieri dicantur.* οἰκονομεῖ ὁ υἱός. *Theophylacti opinio notata.* οὐκ ἠδύνατο ἐκεῖ οὐδεμίαν δύναμιν ποιῆσαι, οὐκ ἐποίησε. τοῦ ἀδυνάτου *in Sacris literis modi varii.* οὐκ ἠδύνατο, *Hebraiſmus. Locus diu agitatus,* εἰ μὴ ῥάβδον μόνον. *B. Auguſtini ſententia, qui Marcum cum duobus aliis conciliare nititur. Oſiandri ſententia. Ordo loci, & ex eo mens.* εἰ, μὴ ῥάβδον μόνον, ἐπεὶ μὴ ῥάβδον μόνον. εἰ *pro* μὴ *in Sacris.* καὶ συνετήρει αὐτὸν, *de Herode & Iohanne.* ἐτηρεῖτο ἐν τῇ φυλακῇ. καὶ ἀκούσας αὐτοῦ πολλὰ ἐποίει, *locus qui obſcurior videri poſſet.* ἀκοῦσαι αὐτοῦ πολλὰ ἐποίει. ἀκοῦσαι, χάριν τοῦ ἀκοῦσαι. φάντασμα.

Cap. V. vſ. 3. 4. De abreptitio aut energumeno capite quinto non procul ab initio dicitur, καὶ οὔτε ἁλύσεσιν οὐδεὶς ἠδύνατο αὐτὸν δῆσαι, διὰ τὸ αὐτὸν πολλάκις πέδαις καὶ ἁλύσεσι δεδέσθαι. Vbi illud, διὰ τὸ αὐτὸν δεδέσθαι, recte *ſiquidem* dicas, non, *propterea quod. Siquidem ſæpe pedicis vinctus & catenis fuerat.* Recentior inter-

interpres, *& ne catenis quidem quiſquam poterat eum vincire. Propterea quod* IN
ſæpe pedicis & catenis vinctus fuerat, ſed diſcerptæ fuerant ab eo catenæ. &c. Pau- MARC.
lo poſt, καὶ ἐπηρώτα αὐτὸν, τί σοι ὄνομα; καὶ ἀπεκρίθη λέγων, λεγεὼν ὄνομά μοι· ὅτι πολ- ℣ſ. 9.
λοί ἐσμεν. vbi aduerſarius ſpiritus ſe ac comitatum ſuum ita dixit, quemad-
modum Plinius à numero, *mancipiorum legeones* dixit. Eodem capite legi-
tur, καὶ γυνή τις οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος ἔτη δώδεκα &c. Quam ῥύσιν, *ſecretum cauſæ* ℣ſ. 25.
fœminarum, eleganter Optatus lib. 5. aduerſus Donatiſtas dixit. *Quid vobis*
videtur & illa mulier, quæ de ſecreto cauſæ fœminarum, cum per annos duodecim
laboraret, & omnem ſubſtantiam ſuam in medicos erogaſſet, cum videret à Filio
Dei, &c. *pudor impediebat, ne cauſam ſuam coram maſculis indicaret.* Vbi αἰτία,
cauſa, malum, morbus, ſiue noxa. Gloſſæ veteres, Αἰτία, *cauſa, materia, ſeu, ma-*
teries, titulus, querimonia, querela, culpa, noxa. Paulo poſt, ἔλεγε γὰρ, ὅτι κἂν τῶν ℣ſ. 28.
ἱματίων αὐτοῦ ἅψωμαι. Vbi, vt alias ſæpe, ἔλεγε, διενοεῖτο. Ἔλεγε. *ſecum,* nempe, *aut*
in corde, Hebræorum more. *cogitabat, perſuadebat ſibi.* In eadem τῆς αἱμορροούσης
hiſtoria, à Domino dicitur, τίς μου ἥψατο τῶν ἱματίων; De quo loco ac ſimilibus cum
agunt, metuo ne non ſatis religioſe S S. Patres, *fingendi*, vocabulo vtantur.
quemadmodum B. Auguſtinus, *Sic quippe interrogauit*, inquit, *quaſi neſciens*
quod vtique ſciebat. Ac per hoc neſcire ſe finxit, vt aliquid aliud illa velut igno-
rantia ſua ſignificaret. Quæ ſignificatio quoniam verax erat, mendacium profecto
non erat. qui cum ignorantiam non ponat, quaſi ignorantiam admittit.
Nam B. Hieronymo quid facias, qui ad Rufinum de judicio Salomonis,
Simulat, inquit de Domino, *ignorantiam, & humanos pro diſpenſatione carnis*
mentitur affectus. Sicut alio in loco, Vbi poſuiſtis Lazarum? Et ad mulierem fluen-
tem ſanguine, Quis me tetigit? Reuerentius Theologi Græci, σχηματισμὸν, aut
σχῆμα, etiam de Angelis, cum aliud aſſumunt aut exhibent, quam per ſe ha-
bent, vocare ſolent. Procopius ad Numeros, de Angelo, qui Bileamo cum
gladio occurrit: Σχῆμα γὰρ οὐ πρᾶγμα τὸ θεωρούμενον· οὐ γὰρ μάχαιρα παρ᾽ ἀγγέλοις, ἢ
σίδηρος ἐν οὐρανῷ. *Species, non res fuit quod videbatur: neque enim machæram*
geſtant Angeli, aut ferrum in cœlo eſt. Quanquam κατ᾽ οἰκονομίαν hoc factum di-
cas. vt ſic cunctis exhiberet mulieris fidem quæ latebat. Quemadmodum
nonnunquam & ſimpliciter οἰκονομεῖν τὸν υἱὸν, dicunt Patres, cum vt homo ne-
ſcit, quod vt Deus non ignorat, atque id profitetur: quomodo Græcorum
Theologi, & inter eos Magnus Baſilius, loquuntur. Quod nonnulli autem,
inter quos Theophylactus, noluiſſe ſcire dicunt Dominum, quis tange-
ret, & hoc impoſuiſſe Petro, non jam σχῆμα eſt, ſed frigus. Non longe à CAP.
ſexti capitis initio, inter cæteros, qui hic notari merentur, locus ille occur- VI.
rit, Καὶ οὐκ ἠδύνατο ἐκεῖ οὐδεμίαν δύναμιν ποιῆσαι. Ita enim hic Euangeliſta dixit, ℣ſ. 5.
quod Matthæus alibi, καὶ οὐκ ἐποίησεν ἐκεῖ δυνάμεις πολλάς. Sed quomodo non
potuit? Gregorius Homilia 2. De Filio, vbi accurate περὶ τοῦ ἀδυνάτου in Sacris
varioque ejus vſu agit, ad τὸ εὔλογον, ſiue, quod æquum, aut rationi conue-
niens eſt, nonnunquam vult referri. Vt cum dicitur, οὐ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος
πενθεῖν, ἐφ᾽ ὅσον μετ᾽ αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος. *non poſſunt, ſiue, æquum non eſt, vt lugeant.*
Interdum ad τὸ ἀβούλητον. hoc eſt, ipſum ejus nolle à quo fiunt miracula: ob
fidei, videlicet, in quibus fiunt, defectum. Verba ejus ſunt: τὸ δὲ, ὡς ἀβούλητον,
ὡς τὸ μὴ δύνασθαι ἐκεῖ σημεῖα ποιῆσαι, διὰ τὴν ἀπιστίαν τῶν δεχομένων. ἐπειδὴ γὰρ τοῦ συναμ-
φοτέρου χρεία πρὸς τὰς ἰάσεις, καὶ τῆς τῶν θεραπευομένων πίστεως, καὶ τῆς τοῦ θεραπεύοντος δυνά-
μεως, οὐκ ἐνεδέχετο τὸ ἕτερον, τοῦ συζύγου ἐλλείποντος. Cum ſimpliciſſimus ſit Hebraiſ-
mus: quo & paſſim Helleniſtæ vtuntur. Quale eſt, *Non poteris intra portas tuas*
decimam comedere frumenti. Οὐ δυνήσῃ φαγεῖν. *non comedes.* Deut. 12. 17. Siue
affirmes enim, ſiue neges, non obſtat τὸ יכל. Ita de ſe Deus, *Num potero celare*
Abraham? num celabo? id eſt, Gen. 18. 17. quanquam, τὸ ἀβούλητον, etiam hic deſi-
gnari, non negarim. Et exempla adſunt. Non vt iis interim aſſentiar, qui po-
teſtatem Domini conſtrictam infidelitate incredulorum, ac vinctam quaſi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In hoc loco volunt. cæterum, non pauca, quæ in eam rem notata nobis, vide
Marc. ad S. Iohannis caput 5. Pergamus. Non exiſtimo quenquam eſſe qui igno-
ret, quantum omnis prope æui animas illuſtres excitarit locus ille ac defa-
ṽſ. 8. tigarit qui non ita multo poſt extat, καὶ παρήγγειλεν αὐτοῖς, ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς
ὁδὸν, εἰ μὴ ῥάβδον μόνον. Quo pacto enim virgam tolli jubet Marcus, cum ne
virgam quidem, vt diſerte admodum Matthæus pariter & Lucas docet, Do-
minus permittat? Quod vt expeditum nobis daret, mira ſubtilitate libro
De conſenſu Euangeliſtarum B. Auguſtinus vſus eſt, cum ſcripſit: *Solet item*
quæri, Quomodo Matthæus & Lucas commemorauerint, dixiſſe Dominum diſci-
pulis, vt nec virgam ferrent, cum dicat Marcus, Et præcepit eis, ne quid tollant in
via, niſi virgam tantum? &c. *Quod ita ſoluitur, vt intelligamus, ſub alia ſignifica-*
tione dictam virgam, quæ ſecundum Marcum ferenda eſt, & ſub alia illam, quæ, ſe-
cundum Matthæum & Lucam, non eſt ferenda. &c. *Potuit enim etiam ſic breuiter*
dici, Nihil neceſſariorum vobiſcum feratis, nec virgam, niſi virgam tantum. vt
illud quod dictum, eſt, nec virgam, nec minimas quidem res. Quod vero adjunctum
eſt, niſi virgam tantum, intelligatur, quia, per poteſtatem à Domino acceptam,
quæ virgæ nomine ſignificata eſt, etiam quæ non portantur non deerunt. Vtrumque
ergo Dominus dixit, ſed quia non vtrumque vnus Euangeliſta commemorauit, pu-
tatur ille qui virgam ſub alia ſignificatione poſitam, tollendam dixit, ei qui virgam
rurſus aliud ſignificantem non tollendam dixit, eſſe contrarius. Sed jam reddita ra-
tione non putetur. Quæ tamen nodum ſecant potius quam tollunt. Oſian-
der, cum à Luca, nulla circuitione ac plane dicatur, μηδὲν αἴρετε εἰς τὴν ὁδὸν,
μήτε ῥάβδους, μήτε πήραν, pro μήτε, εἰ μὴ, reponendum arbitratur. Cujus conje-
cturæ ne audaciam nunc tangam, quid Matthæo fiet, qui diſerte, μήτε ὑπο-
δήματα, μήτε ῥάβδον, dixit? Neque plus efficiunt fortaſſe, qui in ipſa vocis
ſignificatione argutantur, & ad τὸ שבט ſe conuertunt. Veniam eruditi nobis
dabunt, ſi ad tribus hic Grammaticorum recurramus, quod & ipſi facien-
dum ſibi judicarunt. Quid ſi τὸ μὴ, non ad τὸ εἰ, ſed ad τὸ μόνον referendum
dicamus? ſi quidem non fruſtra obſeruarunt eruditi, τὸ, εἰ μὴ, nonnunquam
apud veteres autores disjungendum. Exemplo ſit Thucydideum illud, καὶ
συγγνώμη, εἰ μὴ μετὰ κακίας, δόξης δὲ μᾶλλον ἁμαρτία, τῇ πρότερον ἀπραγμοσύνῃ ἐναντία
τολμῶμεν. vt ſit, non, εἰ μὴ μετὰ κακίας, ſed, εἰ τολμῶμεν μὴ μετὰ κακίας. Quomodo
Euangeliſtæ mens erit, καὶ παρήγγειλεν αὐτοῖς, ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς ὁδὸν, εἰ μὴ ῥάβδον
μόνον, μὴ πήραν, μὴ ἄρτον, μὴ εἰς τὴν ζώνην χαλκόν. *Iuſſitque eis, ne quid ſecum aſſu-*
merent: ſiquidem (vel, *imo*) *ne virgam quidem, non peram, non panem, non æs in*
zona. εἰ μὴ ῥάβδον μόνον. *ſiquidem, ne virgam quidem.* Ac ſi dicat, Ἐπεὶ μὴ ῥάβδον
μόνον. Τὸ εἰ autem, ἀντὶ τοῦ ἐπεὶ, paſſim in Sacris vſurpari ab Helleniſtis, quis ne-
ſcit? Certe ſi dixiſſet autor, καὶ παρήγγειλεν αὐτοῖς, ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς ὁδὸν, ἐπεὶ μὴ
ῥάβδον μόνον, μὴ πήραν &c. nemo dubitaret quid vellet. nunc autem idem di-
xit. Cæterum τὸ εἰ ſic & alias vſurpari, etiam, cum μὴ non accedit (pro ἐπεὶ
nempe) aliquot exemplis eruditiſſimus Peluſiota probauit. qui ex hac ipſa
particula, aliquot in Sacris literis locorum, mentem pendere docet. Capi-
ṽſ. 15. te eodem ſexto cum dicitur, ἄλλοι ἔλεγον, ὅτι Ἠλίας ἐστὶν, ἄλλοι δὲ ἔλεγον, ὅτι προ-
φήτης ἐστὶν, ἢ ὡς εἷς τῶν προφητῶν, mirum non eſt hæſiſſe interpretes, cum docen-
dum eſſet, quid inter hæc duo, προφήτης, ἢ ὡς εἷς τῶν προφητῶν, intereſſet. Lo-
cum ergo eruditus interpres ſic conuertit, *propheta eſt, vel vnus ex prophetis*
illis. Vetus, *quia propheta eſt, quaſi vnus ex prophetis.* Notat autem noſter.
Hic locus varias recipit interpretationes. Sic enim vulgata, quaſi vnus ex prophe-
tis, omiſſa particula ἤ: *quam etiam in ſex vetuſtis exemplaribus non legimus, ne-*
que vertit Syrus interpres. Vt ſit hic ſenſus, quoſdam habuiſſe Ieſum pro propheta,
eoque minime vulgari, ſed qui cum excellentiſſimo quouis veterum illorum jure
conferri potuerit. Eraſmus autem conuertit, vel tanquam vnus ex prophetis. Vt
ſit hæc ſententia, Alios dixiſſe, Eliam eſſe, alios prophetam in genere, alios, neque
pro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

pro Iohanne neque pro Elia habuiſſe, ſed admiratos ipſius facta, cunctabundos pronunciaſſe, ipſum videri poſſe aliquem ex veteribus illis prophetis qui reſurrexiſſent. Addit deinde, ne quis dubitet quin difficultatem viderit: *Cæterum apparuit ex collatione hujus loci cum* Lucæ 9. 7. & 8. *quadruplicem de Chriſto fuiſſe opinionem, ſed tres tantum opinantium fuiſſe ordines. Nam Herodes quidem, conſcientia ipſum pungente, ſuſpicabatur, Chriſtum eſſe rediuiuum Iohannem: alii dicebant, Eliam eſſe: alii denique, eſſe prophetam, vel vnum ex veteribus illis, quorum, videlicet, libri legebantur: vel illis veteribus nihilo inferiorem.* Hæc ille. Videtur autem qui propheta eſt, plus eſſe quam qui quaſi propheta, aut quaſi vnus ex prophetis: & qui quaſi unus ex prophetis, minus quam qui propheta. De quo Iuriſconſulti non dubitant, qui ſuos quaſi contractus, ſuum quaſi caſtrenſe peculium, cum de ſacerdotibus & aduocatis agunt, quaſi delictum denique, quaſi dotem, quaſi maritum, quaſi poſſeſſionem, quaſi pignus, quaſi patrimonium, cum agitur de fœmina, quaſi poſſeſſores, quaſi emptores, quaſi vſucapiones, quaſi vſusfructus, aliaque generis ejuſdem cum reſtrictione habent aut conſiderant. de quibus ipſi videantur. Quid igitur? Abſoluemus eruditos. Duo erant inter cætera quæ Domino tum tribui ſolebant: vel, quod propheta eſſet, vel, quod Propheta ille, qui & Meſſias eſſet. quanuis id plerique tum neſcirent. Quod cum dicitur, Propheta ille intelligitur de quo Moſes ſcripſerat. qui & ἐξόχως καὶ ἀναφορικῶς, ὁ προφήτης dicitur. quomodo ſcripſiſſe nec aliud hic voluiſſe Euangeliſtam exiſtimamus. Iohannes diſerte, nec ſemel, Καὶ ἠρώτησαν αὐτόν, τί οὖν; Ἠλίας εἶ σύ; καὶ λέγει, οὐκ εἰμί. Ὁ προφήτης εἶ σύ; καὶ ἀπεκρίθη, οὔ. c. 1. ℣ſ. 21. Item, Καὶ ἠρώτησαν αὐτόν, &c. τί οὖν βαπτίζεις, εἰ σὺ οὐκ εἶ ὁ Χριστὸς, οὔτε ὁ προφήτης. ibid. 25. Item, οἱ οὖν ἄνθρωποι ἰδόντες ὃ ἐποίησε σημεῖον ὁ Ἰησοῦς, ἔλεγον, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ προφήτης ὁ ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσμον. 6. 14. Item, πολλοὶ οὖν ἐκ τοῦ ὄχλου ἀκούσαντες ἔλεγον, οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ προφήτης. 7. 40. quem recte alium à prophetis cæteris, non recte alium volebant à Chriſto. Quo errore contactos tum fuiſſe, ex aliquot ejuſdem Iohannis apparet locis. Ipſe autem locus Deuter. 18. 15. 18. extat. vbi de Propheta illo agitur, qui ὁ προφήτης dicitur. Quare, ne dubitandum quidem nobis videtur, quin, quemadmodum interpres Syrus articulum paſſim non expreſſit quem non inuênit, ita hic articulus deſit, qui exprimendus eſt. Vt ſit, ἄλλοι δὲ ἔλεγον, ὅτι Ἠλίας ἐστὶν, ἄλλοι δὲ ἔλεγον, ὅτι ὁ προφήτης ἐστὶν, ἢ ὡς εἷς τῶν προφητῶν. Neque magis mirum ſane, quod articulus, quam quod τὸ ἢ in codicibus nonnullis (cujus rei fidem tum antiquus interpres noſter tum & Syrus abunde faciunt) prætermiſſum fuerit: quod & de ſex exemplaribus ſuis recentior teſtatur. Hæc ſcripſeram, cum forte Euthymium inſpexi. in quo hæc cum admiratione inueni: *In quodam autem exemplari dictio propheta habet articulum. Vt ſit, propheta ille eſt, aut, tanquam vnus prophetarum. Intelligebant autem illum Prophetam, de quo ipſis Moſes vaticinatus fuerat: & is erat Chriſtus.* Græce dicas (nam Latinum nunc exemplar habemus:) Ἔν τινι τῶν ἀντιγράφων, τὸ προφήτης, μετ᾽ ἄρθρου γράφεται· ὁ νοῦς δὲ, ὅτι ὁ προφήτης, ἤγουν, ἐκεῖνος ὁ προφήτης ἐστί. λέγει δὲ ἐκεῖνον τὸν προφήτην περὶ οὗ προεφήτευσεν αὐτοῖς ὁ Μωσῆς· οὗτος δὲ ὁ Χριστός. Quibus verbis ſingula quæ dicta ſunt à nobis, manifeſte confirmantur. quod à ſcriptore & Græco, & antiquo ſatis, quique antiqua Patrum ſcripta contulit, examinauit, tum & accurato, factum gaudeo: ne vltra dubitandi locus ſit. Capite eodem de Herode & Iohanne legitur, ὁ γὰρ Ἡρώδης ℣ſ. 20. ἐφοβεῖτο τὸν Ἰωάννην, εἰδὼς αὐτὸν ἄνδρα δίκαιον καὶ ἅγιον· καὶ συνετήρει αὐτὸν, καὶ ἀκούσας αὐτοῦ πολλὰ ἐποίει. Vbi, vt τὸ συντηρεῖν de cultu & obſeruantia dicatur, quomodo hic eam vocem recentior interpres accepit, non admittent, niſi fallor, qui intelligunt quid Græce ſit loqui. Vetus *cuſtodiendi* verbo vſus eſt. longe melius, ni fallor. Seruabat eum ac cuſtodiebat, vel aduerſus Herodiaden ſceleſtam, quæ ἐνεῖχεν αὐτῷ, *malum illi clam ſtruebat, imminebat illi*, vt Euan-

gelista

In Marc. geliſta loquitur. Vbi? In ipſo carcere, nimirum: ne euaderet, nec tamen ſupplicium ſubiret. in quem conjectum tandem, & Matthæus & hic autor dixit. τηρεῖσθαι autem etiam autoribus his dici ſolent, qui in carcere ſeruantur. Ita Actorum 12. ѵſ. 5. de Petro, ὁ μὲν οὖν Πέτρος ἐτηρεῖτο ἐν τῇ φυλακῇ. Al-
Ibid. terum autem (hoc enim jungitur ſuperiori) ita ſcribitur: καὶ ἀκούσας αὐτοῦ, πολλὰ ἐποίει, καὶ ἡδέως αὐτοῦ ἤκουε. Interpres vetus, *& audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat*. Recentior, *auditoque eo multa faciebat, & libenter eum audiebat*. cui hic Eraſmus placuit. Mihi omnibus hæſiſſe aqua videtur. Quid enim illud, πολλὰ ἐποίει, abſolute poſitum? Aut quid Herodes fecit? Syrus, *multa audiebat ab eo & faciebat*. Quod interpretes ejus ita accipiunt, ac ſi vellet, plurima in gratiam Iohannis feciſſe Regem. Ego autem vulpem illam (ita enim dicitur à Domino) tantum tribuiſſe viro ſanctiſſimo, vt multa in gratiam ejus faceret, haud facile adducar vt credam. Et quare? Non arbitror, quod aulicus Baptiſta eſſet. de quo Seruator, *qui mollibus induti veſtimentis incedunt, in aulis Regum ſunt*. vbi nullus incola deſerti: nemo qui agreſti melle ac locuſtis ſuſtentare vitam poteſt. An quia, vt Herodi placeret operam vir ſanctus dabat? Atqui ſummæ libertati ejus teſtimonium Euangeliſtæ exhibent: neque quiſquam, quare Herodiadi inuiſus eſſet, ignorare poteſt. Quid, quod ſublatum ab Herode hac de cauſa docet Ioſephus, quod πάντα τῇ συμβουλῇ αὐτοῦ, *omnia ex conſilio ejus agere*, videretur populus. quod, & plura quæ huc ſpectant, Antiq. Iudaic. lib. 18. cap. 7. habes. An ergo veriſimile eſt, vt, qui metueret ne alii è conſilio illius quicquam agerent, multa in gratiam illius ipſe ageret? Recentior interpres aliique, in codicibus nonnullis, pro ἐποίει, ἠπόρει, legi annotarunt. vt fluctuaſſe Heroden cum Iohannem audiuiſſet, aut commotum animo fuiſſe, dicat. In aliis codicibus ἀκούων, pro ἀκούσας, repperiſſe ſe alii teſtantur. Quid ſi & aliam lectionem in quibuſdam extitiſſe ſuſpicemur, quæ & minus longe abeat, ac Euangeliſtæ mentem exhibeat? καὶ συνετήρει αὐτὸν, καὶ ἀκοῦσαι αὐτοῦ πολλὰ ἐποίει. *& ſeruabat eum, vtque audiret eum, omnem dabat operam*. In quo nulla ſane difficultas: ſumma autem perſpicuitas ſimplicitaſque, quam vulgaris lectio non præſtat. quæ ἀκούσας pro ἀκοῦσαι habet. Cui geminum eſt illud de Regina Saba, veniſſe eam ἐκ τῶν περά-
ѵſ. 49. των τῆς γῆς, ἀκοῦσαι τὴν σοφίαν τοῦ Σολομῶντος. Nihil ſimilius. Capite eodem, οἱ δὲ ἰδόντες αὐτὸν περιπατοῦντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ἔδοξαν φάντασμα εἶναι. Et notum quidem, nonnunquam φάντασμα id eſſe, quod in imaginatione eſt aut verſatur, re autem ipſa non exiſtit: cujuſmodi imagines, οἱ κορυβαντιῶντες, quos *imaginoſos* dicunt, patiuntur. Quod & Syro perſuaſit, vt hoc loco, דגלא, hoc eſt, *falſam*, ſeu, *ſuſpectam*, redderet *imaginem*. quomodo & דגלין, *mendaces*. Et hoc eſt cur eruditum Stephani Gloſſarium, τὸ φάντασμα, *laruam*, *viſionem*, *vanum oſtentum*, interpretetur. Vnde, quas Pœnas Diraſque poëtæ dicunt, quales male ſibi conſciorum animo plerunque obuerſantur, τέρατα φαντασμάτων, autor Sapientiæ dixit. τὰ μὲν τέρασιν ἠλαύνοντο φαντασμάτων, τὰ δὲ τῆς ψυχῆς παρελύοντο προδοσίᾳ. Hic vero, ſpectrum, quale Regius Propheta פחד לילה, Helleniſtæ φόβον νυκτερινὸν dixerunt, innui videtur. Vbi erudite Chaldæus, *Non timebis à timore dæmonum, qui nocte ambulant*. de nocturnis enim agit geniis, qui nocent. Atque hinc fortaſſe etiam hic noctis fit mentio. καὶ περὶ τετάρτην φυλακὴν τῆς νυκτός. Sed & additur, ἔκραξαν. *exclamaſſe* territos.

Cap. IV.

Caput ſeptimum cum octauo examinatur. Locus nobilis, ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται. *Vetus interpres & recentior, eorumque interpretatio. Pugno lauare. quid ſit pugno lauare.* πυγμῇ *certare. & quale id certamen.* πυγμῇ παίειν, *crebro, certatim ferire.* Πυγμαῖοι. πυγμῇ, *in certamen. Syrus interpres, ejuſque interpretatio* τοῦ πυγμῇ. ἀπὸ ἀγορᾶς. ἀγορὰ *quid in Sacris.* שוק. κάθηνται ἐν ἀγορᾷ.

παῖδες

παῖδες ἐν ἀγορᾷ καθήμενοι. ἀπὸ ἀγορᾶς βαπτίζεσθαι. κοινῶν. μογιλάλος. ἀγκυλόγλωσσοι. ἐστέναξε. περισσεύματα κλασμάτων, & quis eorum vſus. μερίδες. ἀποστέλλειν μερίδας, Helleniſtis. ἐπλήσθη καὶ κατέλιπεν. Analecta Romanorum, & quæ in cœnis colligerent. τὰ καταλοιπα Helleniſtarum. Cæcitas, ἡ παραλλάττουσα τῆς αἰσθήσεως σημεῖα, Platoni. Τί γὰρ ὠφελήσει ἀνθρώπῳ; τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπος; & ita legendum. quod ex Helleniſtis, & Hebræa, quam interpretantur, voce, probatur. In Marc.

AD caput, quod eſt ſeptimum Euangeliſtæ noſtri, ordine peruenimus. Cap.
In quo locus ille eruditos fatigauit, οἱ γὰρ Φαρισαῖοι καὶ πάντες οἱ Ἰουδαῖοι, VII.
ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας, οὐκ ἐσθίουσι, κρατοῦντες τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυ- ℽſ. 3.
τέρων. Vbi, quomodo accipiendum τὸ πυγμῇ, non recentior interpres modo, ſed & alii ætatis hujus primi, quæſiuere. Vetus *crebro*, alter *pugno* reddidit. *Nam Phariſæi & omnes Iudæi, niſi pugno lauerint manus, non edunt.* Quid autem ſit *lauare pugno manus*, ne tum quidem aſſecutum me fateor, poſtquam ea quæ prolixe notauit, ſerio percurri atque expendi. Hic enim quæritur, vtrumne, *qui manum manui affricant, & pugnum alterius inſerunt palmæ*, quæ recentioris verba ſunt, vt vt hoc Iudæis tribuamus, Græce πυγμῇ νίπτεσθαι τὰς χεῖρας, Latine, *pugno lauare manus*, dicantur. Quare locum propius inſpiciamus. Olim πυγμῇ qui certabant, pugnis primum ſolis nudiſque, quod ex antiquitate notum, inter ſe certabant. *Arma antiqua, manus, vngues, denteſque fuerunt*, inquit Lucretius. Pugnis deinde alia addita: vt lora, & quos ceſtus dicebant. In hoc certamine, qui crebrius alterum feriret, ad palmam contendebat. *Crebro ferire* eſt, πυγμῇ παίειν. Quod *certatim* dicas. Quid ſit autem illud, nemo melius quam poëta, lib. Æneid. 5. deſcripſit.

Tum pudor incendit vires, & conſcia virtus:
Præcipitemque Daren ardens agit æquore toto,
Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille ſiniſtra.
Nec mora nec requies. quam multa grandine nymbi
Culminibus crepitant, ſic denſis ictibus heros
Creber vtraque manu pulſat verſatque Dareta.

Πυγμὴ, certamen, quale dixi. πυγμῇ, *crebro, certatim*. B. Hieronymus ad Ezechielis 27. *Siue pygmæi ſunt, hoc eſt, bellatores, & ad bella prompti*, ἀπὸ τῆς πυγμῆς, *quæ Græco ſermone in* certamen *vertitur*. Plane, vt in prognoſticis Virgilianis volucres, quas

Certatim largos humeris infundere rores,
Et ſtudio in caſſum videas geſtire lauandi.

Nam illud πυκνῇ, vt & cætera quæ hic excogitarunt eruditi, imaginaria, nec hujus loci ſunt. Syrus cum intelligeret, quid eſſet πυγμῇ λούειν, בטולאית, quod eſt *frequenter*, aut, vt alii, μετὰ σπουδῆς, καὶ ἐπιμελῶς, erudite reddidit. Sequitur
proxime, καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι. vbi, quod Hebræi שוק ℽſ. 4.
dicunt, ἀγορὰν Euangeliſta dixit. Quiſquis foras & in publicum procedit, לשוקא prodit, vt Chaldæi loquuntur. quomodo & paſſim Helleniſtis, è publico qui domum redit, ἀπὸ ἀγορᾶς redire dicitur. Syrus metaphraſtes מן שוקא. quod Hebræi מחוץ vulgo dicerent. Chaldæi Thargumiſtæ בשוק. ita capite ſuperiori, οἱ ἀσθενοῦντες ἐν ταῖς ἀγοραῖς τίθεσθαι, dicuntur. In libro Tobit ex editione Fagii: *egreſſus eſt in forum, vt quæreret hominem qui ſecum proficiſceretur.* in Hebræo לשוק, *in publicum, aut plateam*. Eccleſiaſtis 12. καὶ κλείσουσι θύραν ἐν ἀγορᾷ. *foris*, ſiue, *extrinſecus*. Et ibid. ℽſ. 5. *qui in publico ac in plateis plangunt*, κόπτεσθαι ἐν ἀγορᾷ, dicuntur. καὶ κυκλώσουσιν ἐν ἀγορᾷ οἱ κοπτόμενοι. quomodo in ſimilibus locis accipiendum. Ita παῖδες ἐν ἀγορᾷ καθήμενοι, *qui in publico aut in plateis ſedent*. Lucæ 7. 32. neque Phariſæi aliter ἀσπασμοὺς ἐν ἀγορᾷ φιλεῖν dicuntur. Eo autem modo ἀπὸ ἀγορᾶς βαπτίζεσθαι dicuntur, vt cum ablui à ſordibus

quis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

quis dicitur. Nam contaminationem vulgi, qui ab illis עם הארץ dicebantur,
In Marc. ita ſe abluere credebant. ideoque ἀπὸ ἀγορᾶς, manus abluebant: hoc eſt,
cum è publico redirent; tanquam à contagione & pollutione vulgi. Si igitur τὸ, *redeuntes*, aut tale quid, intelligas, non è *foro*, quod nunc obtinet,
ſed è *publico*, vertendum. Sin, quod prius dixi, cum βαπτίζονται conjungas,
καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς ἐὰν μὴ βαπτίζωνται, hoc voluit, *& poſt congreſſum aut egreſſum in*
℣ſ. 15. *publicum, niſi ſe lauent.* Eodem capite habes, ἐκεῖνά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον.
vbi κοινοῦν טמא, de quo in Leuitico & alibi non ſemel. Eodem capite, καὶ φέρουσιν
℣ſ. 32. αὐτῷ κωφὸν μογιλάλον, καὶ παρακαλοῦσιν αὐτὸν, ἵνα ἐπιθῇ αὐτῷ τὴν χεῖρα. Vbi μογιλάλοι, tales fere, quales ſunt, qui ἀγκυλόγλωσσοι Medicis dicuntur. quorum
alii, ἐκ πάθους, alii ἐκ γενετῆς, à morbo, vel natura, tales dicuntur. vide Aëtium,
℣ſ. 34. & alios. Paulo poſt, καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐστέναξε, καὶ λέγει αὐτῷ, Ἐφφαθὰ,
ὅ ἐστι, διανοίχθητι. Vbi ἐστέναξε, ἐβόησε, *violentam emiſit vocem*, ſeu, clamauit. quomodo τὸ זעק Hebræorum exprimere Helleniſtæ ſolent. vt in illo, εἰ ἐπ' ἐμοί
ποτε ἡ γῆ ἐστέναξεν. Iobi 31. 38. Sed & τὸ שוע. vt in illo ψυχὴ δὲ νηπίων ἐστέναξε μέγα.
ibid. 24. 12. Memini me περὶ περισσευμάτων, & quis eorum vſus eſſet, nonnulla
Cap. ad Matthæum dixiſſe. de quibus capite ſequenti, hoc eſt octauo, rurſus di-
VIII. citur, ἔφαγον δὲ καὶ ἐχορτάσθησαν· καὶ ἦραν περισσεύματα κλασμάτων, ἑπτὰ σπυρίδας.
℣ſ. 8. Amplius autem quis eorum vſus fuerit ex Nehemiæ 8. 10. patet. Vbi, *Dixit
præterea illis, Ite, comedite pinguia, & bibite dulcia, & mittite partes,* (περισσεύματα, nempe, aut περισσεύματα κλασμάτων) *ei cui nihil eſt.* Vbi Helleniſtæ μερίδας,
hoc eſt, *partes*, dixêre. Καὶ ἀποστείλατε μερίδας τοῖς μὴ ἔχουσι. Deinde, *Abierunt
itaque vniuerſus populus, vt comederet & vt biberet, & vt mitteret partes.*
φαγεῖν, καὶ πιεῖν, καὶ ἀποστέλλειν μερίδας. quod de celebratione feſti dicitur. Ergo,
περισσεύματα, μερίδες, quæ diſtribui pauperibus ſolebant. Ita Ruth 2. ℣ſ. 14.
quæ comedit ad ſatietatem, & reliquum fecit. vbi venuſte ac vrbane Helleniſtæ,
καὶ ἐνεπλήσθη καὶ κατέλιπεν. Ea autem ratione ſemper pauperes conuiuas ditiores
habebant. hoc eſt, Deum. *Grande enim bonum, quod cum fit in pauperes, redundat in Deum*, inquit pius Eccleſiæ ac eruditus Doctor. quia fundamentum ejus charitas. *Deus autem charitas*, vt idem vere. *Igitur ex Deo quod procedit, in Deum*, inquit idem, *redundat: quod in Deum autem non redundat, ex charitate non procedit. Ex Deo igitur proceſſio & in Deum redundatio, Dei dona ſunt.*
Erant autem longe honeſtiora, hæc quam quæ analectæ, interdum ſordidi,
vel helluones, in Romanorum cœnis colligebant. vnde illud poëtæ Hiſpani, *Colligere longa turpe nec putat cæna, Analecta quicquid & canes reliquerunt.*
cum hæc, de quibus agimus, honeſtis quoque proximiſque ſeruarentur:
quemadmodum & Ruth, de qua diximus, reliquias ad ſocrum defert. *Protulit quoque ac dedit illi*, inquit Sacer contextus, *quod de ſaturitate ſua reliquerat.* ἔδωκεν αὐτῇ ἃ κατέλιπεν, ἐξ ὧν ἐνεπλήσθη. Hæc ſunt illa, ad quæ Pſalmo 17. reſpexit Propheta: *Saturantur filii, & dimittent reſiduum ſuis paruulis.*
℣ſ. 24. vbi Helleniſtis τὰ περισσεύματα, τὰ κατάλοιπα dicuntur. Eodem capite & illud
legitur, vbi de cæco, qui Bethſaidæ oblatus Domino, καὶ ἀναβλέψας ἔλεγε, βλέπω τοὺς ἀνθρώπους ὡς δένδρα περιπατοῦντας. quæ eſt elegans curatæ cæcitatis, quæ
τῆς αἰσθήσεως, vt Plato loquitur, σημεῖα παραλλάττει, deſcriptio, aut potius hypo-
℣ſ. 36. typoſis. Eodem capite, Τί γὰρ ὠφελήσει ἀνθρώπῳ, ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον, καὶ &c.
vbi recte Frobenii editio, & aliæ, ἄνθρωπος. Vt ſit, τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπος;
quod offendit eos qui de Helleniſtis non cogitabant. Notum eſt illud, vt
alia ejuſdem generis, οὐκ ὠφελήσει ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ. Pſalm. 88. 23. verbum enim
eſt נשא, quod hic litem dirimit.

Cap.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Marc.

Cap. V.

Caput nonum. Καὶ πῶς γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. *Locus quomodo intelligendus.* τὸ πῶς ἐγκλινόμενον. *loci diſtinctio, ſimulque interpretatio. Locus,* καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν. *De morte Præcurſoris, & an de eo locus intelligendus. loci diſtinctio in optimis codicibus, vt Stephanico.* Σύγχυσις *in Sacris literis, ejuſque nobile hic exemplum.* Παρενθήκη. *Totus locus quomodo legendus ac intelligendus.* ῥήσσει αὐτὸν, *de energumeno. Interpres vetus. Recentior. & an recte lacerandi verbo vſus ſit.* ῥήσσειν, ἐδαφίζειν. *voce* ῥήσσειν, *allidendi ad terram ſignificatione, vſos Helleniſtas.* καὶ ξηραίνεται, *de malo Spiritu aut energumeno. quid ſit* ξηραίνεσθαι. ἐξαίρειν. ἐξηρεύνησαν ὡς πρόβατα *apud Zachariam. exareſcit & areſcit, ab interpretibus hic adhibita.* ἐξηράνθη ἡ καρδία μου, *& ſimilia. Locus,* εἰ δύνασαι πιστεῦσαι. *Recentior interpres.* εἰ, ἐρωτηματικόν. *Locus,* ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν; ὅτι τί; ὅτι τί δή; ὅτι δὴ τί; ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας. *Salis vſus ac vis. amicitiæ coagulum.*

SEquitur caput Euangeliſtæ noſtri nonum. In quo loci, qui occurrit Cap.
nobis primo in eodem capite, difficultatem ſerio recentior interpres IX.
profitetur, neque quo ſe expediat ad manum habet. Verba ſunt, ὁ δὲ ℣ſ.12.
ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ἠλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον, ἀποκαθιστᾷ πάντα· καὶ πῶς γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πολλὰ πάθῃ καὶ ἐξουδενωθῇ. Et recentiori quidem ignoſcendum, cum antiquos quoque torſerit hæc difficultas. Adeo quidem, vt B. Chryſoſtomus, teſte Thoma, in Catena, καὶ ἐρώτων αὐτὸν, intelligendum judicarit. diſcipuli, videlicet. *Interrogabant*, inquit, *diſcipuli Ieſum, quo modo ſcriptum eſt, pati filium hominis?* Ac Theophylactus quidem & Euthymius, ſubtilem quæſtionem de reſtitutione per Eliam, deque aduentu vtroque Chriſti, non inuenerunt hic, ſed excogitarunt. Neque vllo modo ſatisfaciunt nobis eruditi, qui τὸ πῶς hic, vt in illo Euangeliſtæ ejuſdem & Matthæi, acceperunt, οὐδέποτε ἀνέγνωτε, τί ἐποίησε Δαβίδ; &c. καὶ πῶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, hoc eſt, ὅτι εἰσῆλθε. Quaſi, nempe, dicat, οὐκ ἀνέγνωτε, πῶς γέγραπται; Quare, mirum, non excogitaſſe potius, τὸ πῶς, tanquam ἐγκλινόμενον, accipiendum: vt in illo Apoſtoli, εἴ πως καταντήσω. ad Philipp. 3. 11. Εἴ πως καταντήσω εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν. Ita enim eſſet, καί πως γέγραπται. καί πως γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. hoc eſt, *& certe ſcriptum eſt.* abſolute ac definite. Atqui tanto molimine opus non erit, ſi diſtinguas, καὶ πῶς γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; ἵνα πολλὰ πάθῃ καὶ ἐξουδενωθῇ; *Et quomodo*, vel, *quid ſcriptum eſt de filio hominis? Fore vt multa patiatur ac ludibrio exponatur.* nihil ſimplicius. Πῶς γέγραπται, ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; quemadmodum poſtea, καθὼς γέγραπται ἐπ' αὐτόν. Sequitur, Ἀλλὰ λέγω ὑμῖν, ὅτι καὶ Ἠλίας ἐλήλυθε, καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν, καθὼς γέγραπται ℣ſ.13.
ἐπ' αὐτόν. Qui & ipſe locus mirum in modum viros maximos exercuit ac fatigauit. Nam cum hæc quæ ſequuntur, καθὼς γέγραπται ἐπ' αὐτὸν, de Iohanne dici viderentur, neceſſario probandum erat, Sacras literas, hoc eſt, Prophetas, cæteroſque Fœderis antiqui teſtes, περὶ τελειώσεως, ſiue, de morte, aut perſecutionibus Præcurſoris, aliquid dixiſſe. Quam difficultatem vt euaderet Euthymius, paucis verbis defunctum ſe exiſtimauit, cum ſcripſit, *Prædixit enim Eſaias de Iohannis etiam paſſione.* Caput interim Prophetæ quod in margine notatur, οὐδὲ χρὺ, de Iohanne aut ejus morte. Nonnulli igitur intercidiſſe hoc ſcriptum, aut quæ de Elia & Iezabel dicuntur, de Iohanne & Herodiade intelligenda, judicarunt. Alii, inter quos Robertus Stephanus, diligentiæ inprimis admirandæ, ita hæc expreſſerunt: Ἀλλὰ λέγω ὑμῖν, ὅτι καὶ Ἠλίας ἐλήλυθε (καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν) καθὼς γέγραπται ἐπ' αὐτόν. Vt ſit nobile συγχύσεως exemplum: cujus generis plurima ac ſimillima è Sacris literis ad Matthæum, etiam inter cætera, & hoc notauimus. Vt ordo ſit, Ἀλλὰ

IN MARC. λέγω ὑμῖν, ὅτι καὶ Ἠλίας ἐλήλυθε, καθὼς γέγραπται ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν. Venturum autem Eliam, cap.4. diſerte Malachias dixerat. *Ecce ego mitto vobis Eliam prophetam.* &c. *Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum.* Quem locum, de altero Elia, de Iohanne videlicet, ipſe Angelus Lucæ 1. ẏſ. 17. vſurpauit. Vt totus locus ita diſtinguatur, καὶ πῶς γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; ἵνα πολλὰ πάθῃ καὶ ἐξουδενωθῇ. Ἀλλὰ λέγω ὑμῖν, ὅτι καὶ Ἠλίας ἐλήλυθε (καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν) καθὼς γέγραπται ἐπ' αὐτόν. quomodo omnis difficultas tollitur. Nam ſi quis duriores iſtas parenthecas judicat, neceſſe eſt vt de S. Spiritu ſententiam ferat. cum id neque nouum neque inuſitatum eſſe, infinitis prope exemplis, quæ antiqui ſimul & recentiores diligenter annotarunt, confirmari poſſit, & jam alibi à nobis confir-

ẏſ. 17. 18. matum ſit. Eodem capite à parente energumeni hæc verba dicuntur, Καὶ ἀποκριθεὶς εἷς ἐκ τοῦ ὄχλου, εἶπε, Διδάσκαλε, ἤνεγκα τὸν υἱόν μου πρός σε, ἔχοντα πνεῦμα ἄλαλον· καὶ ὅπου ἂν αὐτὸν καταλάβῃ, ῥήσσει αὐτὸν, &c. Vbi recte quæri poteſt, quomodo diſcerpere eum, ſiue ῥήσσειν, dicatur; ſi poſt ea ſupereſſet. Interpres vetus *allidendi*, recens *lacerandi* verbo vſus eſt. Qui, vt euadat, ad internum id viſcerum dolorem refert: ſed & M. Tullium pro ſe adducit, qui, *mærore lacerari ſe*, dixit. quæ præſidia ne caſſa ſint, non parum metuo, nec hujus loci. In animo τὸ רטש quod eſt ἐδαφίζειν, habuit: qua voce Helleniſtæ (quos qui in eâdem linguâ non conſulit vel audit, fruſtra ſemper in his libris futurus eſt) ita nonnunquam vtuntur. Ἐδαφίζει autem qui allidit ſolo. Heſychius, Ἐδάφισαν, κατέβαλον. qui & προσκρούειν τῇ γῇ, interpretatur. Tale eſt, καὶ τὰ νήπια αὐτῆς ἐδαφιοῦσιν. Nahum. 3.10. atque ita paſſim. Et quid dubitamus? cum id ipſum diſerte, vt hic, ῥήσσειν dicant. καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν ῥήξουσιν ἐνώπιον αὐτῶν. Eſaiæ 13.16. Erudite igitur Euthymius, *in terram dejicit.* quod eſt, ἐδαφίζει. vide & quæ de voce σπαράττειν ſupra in ſimili hiſtoria notamus. Quid quod inter vocem quam diximus Hebræam, & τὸ שרט ita hujus linguæ periti diſtinguunt, vt alterum citra mortem (τὸ רטש nempe) alterum necandi cauſa cum inciſione ac continui ſolutione fiat. quod κατατέμνειν, vt alterum, de quo jam agebamus, ῥήσσειν reddiderunt. Sequitur de eodem, καὶ ἀφρίζει, καὶ τρίζει τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ, καὶ ξηραίνεται. E quibus veriſimile eſt, periodicum fuiſſe hoc malum: vt accederet ſubinde ſpiritus recederetque. Sed & cum ξηραίνεται, quæ vox mirifice turbauit interpretes torſitque, Euangeliſta dixit, τὸ נסע ſine dubio expreſſit. id autem ἐξαίρειν Helleniſtæ reddunt: quod, recedere aut abire, dicas. Ita, καὶ ἐξῆρεν Ἰσραὴλ ἐκ Σικίμων ויסעו *& profecti ſunt, abierunt,* Geneſ. 35. 5. Ἐξῆρε δὲ ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ, ὁ προπορευόμενος τῆς παρεμβολῆς. Exod. 9. 4. Idem (quod quis non miretur?) etiam ξηραίνειν dixerunt. Ita vt ξηραίνεσθαι dicantur, qui vel abeunt vel non apparent. Tale eſt Zach. 10. ẏſ. 2. Διὰ τοῦτο ἐξηράνθησαν ὡς πρόβατα καὶ ἐκακώθησαν, διότι οὐκ ἦν ἴασις. נסעו. Ita enim emendatiora habent exemplaria quæ eruditi vel dederunt vel ſecuti ſunt. Ξηραίνεται ergo, ſenſu illo, quo *euaneſcere* Latini, cum præſertim de ſpiritibus loquuntur. Καὶ ξηραίνεται. *& abit.* Nam τὸ *exareſcit,* aut *areſcit,* quibus hic interpretes vtuntur, quid ſibi vellent, ne ipſi quidem, vt arbitror, intellexerunt. Ergo ῥήσσει αὐτὸν, καὶ ἀφρίζει, καὶ τρίζει τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ, καὶ ξηραίνεται, *ſolo allidit illum, ſpumat, dentibus ſuis ſtridet, deinde abit.* vt poſtremum, ad τὸν ἐνεργοῦντα, ſiue Sathanam, non autem ad τὸν πάσχοντα, ſiue ἐνεργούμενον, ſic referatur. Quod ſi ad afflictum referas, non aliud quam יבש erit. quemadmodum paſſim in Pſalmis ἐξηράνθη ἡ καρδία μου, ἐξηράνθη ὡς ὄστρακον ἡ ἰσχύς μου, & ſimilia, dicuntur. Vbi ἐξηράνθη, *defecit.* vt λειποθυμίαν vel ἀναισθησίαν innuat ſic aut deſignet. Et hoc eſt, quod aliquanto poſt, καὶ ἐγένετο ὡσεὶ νεκρὸς, ὥστε πολλοὺς λέγειν, ὅτι ἀπέθανε. Euthymius, *areſcit, ſine ſenſu eſt.* In eadem legitur hiſtoria, Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, τὸ, εἰ δύνασαι πιστεῦσαι, πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι. Vbi mirum, reperiri potuiſſe, qui illud τὸ, nihil aliud quam τοῦτο eſſe hoc loco vellent. quaſi poëtice locutus ſcriptor

ſanctus

ſanctus eſſet. quo nihil alienum magis. Sed & ipſi, durum eſſe id, candide fatentur. Bene exemplaria in quibus deeſt, ſimpliciterque legitur, ὁ δὲ Ἰησοῦς In Marc. εἶπεν αὐτῷ, εἰ δύνασαι πιστεῦσαι. quod & vetus interpres ſecutus eſt. Quanto autem melius quam recens, qui, *ſi potes hoc credere*, reddendum exiſtimauit? Fieri tamen poteſt, vt τί, vera ſit lectio. Τί; εἰ δύνασαι πιστεῦσαι. *Quid? ſi potes credere.* aut, *Quid? an potes credere?* Vt, τί; εἰ δύνασαι πιστεῦσαι; cum interrogandi nota, ſeu ἐρωτηματικῶς efferatur. vt in illo, εἰ ἔξεστι τοῖς σάββασι θεραπεύειν; *An licet?* Τί; εἰ δύνασαι πιστεῦσαι; πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι. prius tamen malo. Paulo poſt legitur, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπηρώτων αὐτὸν κατ' ἰδίαν, ὅ,τι ἡμεῖς οὐκ ψ.28. ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό; cum vera lectio, ὅτι τί ἡμεῖς; vel τί ὅτι; quod in aliis extat exemplaribus, videatur. Ὅτι τί; quod vulgo, ὅτι τί δή; aut ὅτι δὴ τί; dicunt. Verba quibus caput hoc concluditur, hæc ſunt: Καλὸν τὸ ἅλας· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας ψ.50. ἄναλον γένηται, ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε; ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας, καὶ εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις. Locus elegans ac eruditus. Inter præcipuas ſalis facultates eſt, quod vnit, denſat, & quaſi coagulat. Quod in multis, loco acoris aut coaguli, præſtare ſolet. vnde & in fœderibus, tanquam vnionis teſſera, Hebræis vſitatum. ita Num. 18. 19. ברית מלח שלם, & pactum ſalis ſempiternum, quod διαθήκην ἁλὸς αἰωνίου, Helleniſtæ reddiderunt. Ergo, *habete inter vos ſalem*, qui inter cætera ἑνωτικὸς, coagulat, ſtipat, ac jungit. hoc eſt, εἰρηνεύετε, *pacem colite*. Pacis enim ſymbolum ſal ac vitæ: quo etiam latrones ad ſocietatem flectuntur. Peluſiota lib. Epiſt. 5. Λίαν θαυμάζω, ὅπως οἱ μὲν λῃσταὶ, οἱ ξίφη γυμνὰ ἐπισείοντες, καὶ κατὰ τῶν μηδὲν ἀδικούντων ὁπλιζόμενοι, ἁλῶν κοινωνήσαντες, οὐκέτι εἰσὶ λῃσταί. *miror admodum quo pacto qui nudos vibrant gladios latrones, quique etiam aduerſus eos à quibus nulla afficiuntur injuria armantur, ſale communicato, latrones eſſe deſinant.* Quid ſit ſimpliciter ἔχειν ἅλας, vel potius, εἶναι ἅλας, ex Matthæo & cæteris notum eſt. Hic vero ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς, pro quo mox ſequitur, ἐν ἀλλήλοις. vt hæc duo conjunxiſſe videatur.

Cap. VI.

Caput decimum examinatur. Locus, οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός. συγκαταβατικὸς *ſermo.* παράδοξον εἰσαγγελικόν. μετὰ διωγμῶν, *locus qui non recte ſcriptus videtur. ex eo perſecutionum neceſſitas, & an recte, probata.* μετὰ διωγμόν. *Locus vehementer exagitatus,* οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων. *Matthæi & Marci diſcordia. difficultas in Marco. Senſus literalis. vbi & quando euenerit, quod ab autore Sacro memoratur. Succulenta arbor, ficus. Ficus alibi ac alibi diuerſo tempore maturas reperiri. In Oriente quando. Ficus præcoces & ſeræ. Bethphage. & vnde dicta.* σύκου πρόδρομος. Πρόδρομα, τὰ ἀκμάζοντα σῦκα. *Domini ſecundum œconomiam dubitatio. Vera loci lectio, ex ſolo accentu & ſpiritu, quo difficultas tollitur.* ἄφιετε εἴ τι ἔχετε κατά τινος. *Septem verſus Orationis Dominicæ B. Hieronymo. Locus de remiſſione peccatorum. de quo etiam extra Dominicam Orationem Matthæus.*

PRimo omnium occurrit locus; de quo aliquid jam ante ad Matthæum diximus: nunquam autem ſine ſummo ſtupore ac veneratio- Cap. X. ne cogitamus. Vt vix ſatis de eo dici poſſit. nunquam enim deſunt, ψ.18. quæ, poſt alia jam dicta, dici poſſe videantur. Is eſt, Τί με λέγεις ἀγαθόν; Οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός. Artificioſus autem & συγκαταβατικὸς eſt ſermo; ad inſtitutionem rudioris, imo, vere rudis, comparatus. non vt Deum ſe negaret (nihil enim tale à Deo & ab ipſa veritate expectandum) ſed vt hoc, ex ejus, de quo agitur, eliceret confeſſione, eamque vlterius proueheret; nec plenam ſic probaret. Deum autem ſe, ſi negat, quia Deum ſolum, proprie ac per ſe bonum eſſe dicit, etiam ſe bonum negat. quod non ſine cauſa Arrianis Epiphanius objecit. Dominum autem ille, vt Doctorem, ita & Bonum dicit. Quam vocem ἐξῃρημένως Dominus excepit, cum

 addit,

In Marc. addit, οὐδεὶς ἀγαθὸς (κατὰ τὸ οὐσιῶδες ἀγαθὸν, nimirum) εἰ μὴ Θεός. quo cum ad vlteriora prouoçat, & ad doctrinam ſuam vocat. Mens eſt: *Quid me bonum, temere & cum vulgo dicis?* (nam & vulgo homines ac temere dicuntur boni.) nemo bonus, niſi Deus. E doctrina autem Dei, optime de Deo judicatur. Doctrina Moſis, eſt doctrina Dei, quam profeſſus es, quam didiciſti. Cujus obſeruationem, vt ſolebant illi, cum & hic ſibi aliiſque ex Lege vindicaret, ad παράδοξον, vt vocant, εἰσωτερικὸν, præfractum ducit. vbi miſere naufragium poſt hanc confeſſionem facit, cum ſic imbecillitatem propriam traducit. Eodem capite ait Dominus, ℣ſ. 29. 30. οὐδείς ἐστιν ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν &c. ἐὰν μὴ λάβῃ ἑκατονταπλασίονα. &c. μετὰ διωγμῶν, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ ζωὴν αἰώνιον. Quo loco ineptiſſime abutebantur, qui neceſſitatem ex eo perſecutionum ſtatuebant. Adeo, vt inter Dominica eas ponerent promiſſa: quod ἐνθουσιασμὸς eſt. cujuſmodi, religionis ſpecie, nonnulli conſectantur. Mirum autem, viris eruditis ac interpretibus, qui ad codices veteres, à lectione dubia nonnunquam confugiunt, in mentem non veniſſe, difficultatem hanc tolli poſſe, ſi literulæ mutatione, μετὰ διωγμὸν legatur. Vt benedictionem ſuam, μετὰ τὸν διωγμὸν, hoc eſt, poſt perſecutionem, promittat, quæ benedictionem antecedat. ac ſi dicat, qui in perſecutione, vel domum, vel fratres, vel ſorores, vel matres, liberos aut agros, amiſſurus eſt, poſt perſecutionem, benedictionem meam, quæ hæc & ſimilia cum fœnore reſtituet, abunde ſentiet ac conſequetur. admodum ſimpliciter. Non eſſe autem cum Theophylacto, poſt ἑκατονταπλασίονα diſtinguendum, quod cum eo eruditi volunt, Lucas docet. apud quem diſerte ſcribitur, ὃς οὐ μὴ ἀπολάβῃ ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ. &c. c. 18. 30. Capite vndecimo Cap. XI. ℣ſ. 13. illuſtris extat locus, ſed ad quem intelligendum, vt oportet, expectandum eſſe Eliæ, vt nonnunquam loquuntur veteres de locis obſcuriſſimis, aduentum, ex illis quidam pronunciat. Is eſt, καὶ ἰδὼν συκῆν μακρόθεν, ἔχουσαν φύλλα, ἦλθεν, εἰ ἄρα εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ· καὶ ἐλθὼν ἐπ' αὐτὴν, οὐδὲν εὗρεν εἰ μὴ φύλλα· οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων. *non enim erat tempus ficuum.* Et collegit quidem aliquot difficultates hic, aut ἄτοπα, vt ipſe loquitur, Theophylactus: quæ legentibus occurrunt. Quorum potiſſima, quod, cum tempus ficuum non eſſet, ficus ex arbore petiit Dominus. Et Chryſoſtomus in eâdem ad Matthæum hiſtoriâ, grauiſſimam hanc notat: quod, cum Marcus dicat, tempus non fuiſſe ficuum, veniſſe tamen Dominus, vt ficus quæreret in arbore, dicatur. Tandem vero ſic defungitur, vt, ex mente ac ſententia diſcipulorum, dictum illud velit: qui exiſtimarent, ideo damnatam ficum, quod non ferret fructus: habuiſſe autem cauſas alias, quas pluribus exponit. quæ profecto tales ſunt, vt augeat difficultatem potius quam tollat. Nos Euangeliſtam, in quo jam verſamur, videamus. qui, vidiſſe ficum ait Dominum, quæ folia haberet: acceſſiſſe autem, vt videret, vtrum fructus ferret. nihil vero reperiſſe, præter folia; quod tempus ficuum non eſſet. ac ſic perpetuæ ſterilitatis arborem damnaſſe. Quomodo damnauit autem, ſi non tulit, quæ nec ferre potuit? aut, quomodo Euangeliſta dicit, ideo damnaſſe, quod nihil, præter folia in ea reperiret, cum nec cæteræ tum ficus ferrent, imo, ne tum quidem ferre poſſent? Quis non expectaret potius, vt diceret, οὐδὲν εὗρεν, εἰ μὴ φύλλα· ἦν γὰρ καιρὸς τότε σύκων. Videtur enim tale, ac ſi quis dicat, Extirpaſſe ſe arborem fructiferam, quod nullos ferret fructus, nullos in ea inueniſſet: neque enim tempus fructuum fuiſſe. aut, neque enim adhuc fructus ferre potuiſſe. Vt non mirum ſit, nonnullos veterum fateri, ἄλυτον ἄτοπον, *abſurditatem, quæ ne ſolui quidem poſſit*, videri. imo mentem ac judicium hic ſuſpendendum. Itaque, ad figuram, neſcio quam, confugerunt. Calide Auguſtinus lib. Sermonum De tempore. *Hoc factum, niſi figuratum accipiatur, ſtultum inuenitur. Primo, quæſiſſe poma in illa arbore, quando tempus non erat vt eſſent in illa arbore, Deinde, ſi pomorum jam tempus eſſet, non habere poma, quæ culpa arboris eſſet?*

eſſet? Poſt quæ, ne nodum quidem ſoluit quem nectit. Nam, quod allegorias quidam neſcio quas fabricant, ita, vt alia de ficu, alia de ſynagoga eſſe accipienda dicant; vellem iſta parcius. nihil enim vſquam extat, quod non ea ratione exponi poſſit: nulla difficultas, quæ non ex arbitrio cujuſque ita expediri poſſit. De ficu quippe ſi quid dicitur, quod cæteris, quæ dicta hactenus de ficu ſunt, non conuenit, quis literalem ſenſum nobis integrum præſtabit? qui cum nutat, fieri non poteſt vt narratio ſubſiſtat? vt hic alio acumine ac præſidio ſit opus. Quare, primo videamus, vbi, tum, &, quando hæc euenerint quæ ab autore memorantur. Eueniſſe ad Bethaniam à Bethphage non procul conſtat: paulo ante paſſionis, vt videtur, tempus: ipſo menſe primo, quo & celebratum paſcha. Arbor, de qua agitur, eſt ficus. De qua veteres Eccleſiæ Doctores cum agunt, inter prima miraculi hoc ponunt, adeo ſucculentam, & quidem ſubito, exaruiſſe arborem. quod nihil tamen hic nos juuat. De aliis agendum iſto quidem loco. De maturitate, ſcilicet, aut tempore, quo matureſcunt. quæ diuerſa, neque vbique eadem. In Oriente, primo menſe, qui Hebræis Niſan, Martius Romanis, naſci Plinius teſtatur. neque paulo certior majorque autor, Solomo, in Cantu nuptiali, inter argumenta veris ac indicia, ficorum groſſos ponit. *Ficus protulit groſſos ſuos.* Et præceſſit, *hyems enim tranſiit.* Conſtat autem, præcoces nonnullas, alias fuiſſe ſeras. Ab iſtis Betphage, ad quam tum verſabatur Dominus, videtur dicta. Hebræis enim פגים, *groſſi.* quod non modo plures ibi, ſed maturius & præcoces, aut citius quam alibi in Oriente prouenirent. Vbi nihil gratius quam σύκου πρόδρομος. ita autem præcocem, & ante tempus ſolitum maturam, Helleniſtæ dicunt. Quam repertam quiuis auidiſſime vorabat: neque quicquam minus quam fruſtrari ſpem atque expectationem in hoc fructu ſuam Orientis filii ferebant. Eſaiæ 28. Καὶ ἔσαι τὸ ἄνθος τὸ ἐκπεσὸν τῆς ἐλπίδος τῆς δόξης ἐπ᾽ ἄκρου τοῦ ὑψηλοῦ, ὡς πρόδρομος σύκου· ὁ ἰδὼν αὐτὸ, πρὶν εἰς τὴν χεῖρα αὐτὸ λαβεῖν, θελήσει αὐτὸ καταπιεῖν. Heſychio πρόδρομον dicitur. qui, Πρόδρομα, τὰ ἀκμάζοντα σῦκα, inquit. quæ alias, æſtiuos inter fructus, aut qui proxime æſtatem præcedunt, ac prænunciant, in ipſo nonnunquam Oriente ponuntur. Ita Matthæi 24. ℣ſ. 32. *A ficu autem diſcite parabolam. Cum jam ramus ejus tener fit & folia producit, ſcitis prope eſſe æſtatem.* Marci item 13. 28. Quæ vel ideo in deliciis ac gratæ: vt quas commendare ſola raritas ſoleret. quales, vbi Dominus tum verſabatur, naſcebantur: juxta vrbem Sacram, & ad montem Olïueti, nempe. Quis ergo dubitat, quin, vbi Dominus tum fuit, maturas fuiſſe ficus Euangeliſta dicat? iſtam autem ficum, ideo damnatam, quod diſſimilis tum cæteris, ſpem dubitantis ac eſurientis, ſecundum œconomiam, Domini eluderet aut fruſtraretur. Quem ſenſum ſine vlla vocum vel leuiſſima mutatione inuenies, ſi legas, οὗ γὰρ ἦν, καιρὸς σύκων. *Vbi enim erat, tempus erat ficuum.* vel, *tempeſtiuæ ac maturæ erant ficus.* Accentus enim ſpiritusque, quos, vt & diſtinctiones, omittebant veteres plerunque (quod antiqua docent exemplaria) aut negligebant, ſæpius mutatos, non eſt cur miretur quiſquam. minime autem qui antiquos codices vel obiter inſpexit. Eodem capite vndecimo & illud legitur, καὶ ὅταν στήκητε προσευχόμενοι, ἀφίετε ℣ſ. 25. εἴ τι ἔχετε κατά τινος. De quo loco B. Hieronymus, *Septem verſus Orationis Dominicæ Marcus ſuo more in vna oratione comprehendit. Is namque cui dimiſſa ſunt omnia, quid amplius rogabit, niſi vt perſeueret in eo quod obtinuit?* Quaſi hoc Dominicæ Orationis compendium aut ſumma eſſet. cum ipſe Dominus, poſtquam ſeptem illos ex ſupputatione B. Hieronymi verſus apud Matthæum abſoluit, vnum ex illis repetat, qui de remiſſione peccatorum eſt. Ἐὰν γὰρ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀφήσει καὶ ὑμῖν ὁ πατὴρ ὑμῶν, ὁ οὐράνιος. Tum vt ſeptem obtineat verſus, neceſſe eſt, vt procemium quoque cum epilogo in cenſum veniat ac ſubducatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Marc.

Cap. VII.

Caput duodecimum, atque aliquot in eo inſigniora loca examinantur. κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν. κεφαλαιοῦν. κεφαλὴ, *pœna capitalis. facinus capitale.* κεφαλικά. *Res capitalis. indicium capitale. capitalis fraus.* ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς σου. *lapidatione in quos animaduerſum.* λιθόβλητος, λιθόλευστος *de eodem.* ἠτιμωμένος, ἠφανισμένος. ἀφανίζειν, *Helleniſtis. dedecoratum recentioris interpretis.* κληρονόμος. ἀγαπητὸς *quis. Locus illuſtris,* Ἄκουε Ἰσραήλ. *lex contracta, manibus vel capiti appenſa. tephillin, ſectiones quatuor locorum. Primæ initium. Secundæ. Tertiæ. Quartæ. Cauſæ, quare hæc appenderentur. De primogenito aſini. Aſinus ac bos ſeruatus ſabbatho, quo nefas hominem curari ſeruariue ſuperſtitioſi indicabant.* τὰ φυλακτήρια πλατύνειν. *totaphot. Diliges proximum tuum ſicut te ipſum, cæteris conjunctum. Cur* τὸ *Audi Iſraël præmittatur. Phylacteria,* δελτία μικρά. *Peluſiotæ locus.* ὠδίνοντα τὸν νόμον. ὠδίνειν νοῦν. ἐνεγκτία *Aquilæ.*

Cap. XII. ỷſ. 4.

CApite ejuſdem Euangeliſtæ duodecimo, verſu quarto legitur, καὶ πάλιν ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς ἄλλον δοῦλον· κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν, καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον. Vbi videndum an procedat, quod nonnulli, τὸ κεφαλαιοῦν, τραυματίζειν à Luca dici volunt. cum nec eundem ordinem Euangeliſtæ ſeruarint, & de tertio, non de ſecundo, ea voce vtatur Lucas. De eo autem qui hunc ſequitur, diſerte addit Marcus, κἀκεῖνον ἀπέκτειναν. quæ ſuperioris verbi κεφαλαιοῦν interpretatio videtur, quia, κἀκεῖνον, dixit. Certe κεφαλὴ, pœna capitalis. Peluſiota, οὐ γὰρ δέχεται τὴν αἰτίαν τῆς αἰσχροκερδείας ἡ μεγαλοψυχία τοῦ ῥήτορος, οὐδὲ ὁ τοῖς ἐπιτρόποις ἀπορῶν ἀφεὶς τὰ πατρῷα μετὰ τὴν νίκην, οὗτος ἔλαβεν αἰσχρῶς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς. *in cauſa capitis.* Optime Gloſſarium ab Henrico Stephano editum, Κεφαλὴ, τιμωρία, *capitale.* Et quis κεφαλαιοῦν de vulnere hac in parte vſurpauit? An non ergo κεφαλαιοῖ, qui multat capite, hoc eſt, vita? quemadmodum quid capitale ſit Iuriſconſultis nemo neſcit. vt, *facinus capitale, capitalis pœna:* mors, videlicet, aut deportatio. Quæ κεφαλικὰ Iuriſconſultis Græcis. vnde in Baſilicis, τὰ κεφαλικὰ θάνατον δηλοῦσι καὶ πολιτείας ἔκπτωσιν. Ita *res capitalis, indicium capitale, capitalis fraus,* & ſimilia. à morte: qua qui afficitur, anima & capite priuatur. Vnde τὸ נפש, *animam,* κεφαλὴν interpretantur Helleniſtæ. vt in illo Eſaiæ, καὶ δώσω ἀνθρώπους ὑπὲρ σου, καὶ ἀνθρώπους ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς σου. *pro vita tua, ne in bello cadas.* Adde, quod lapidatio, de qua hic agitur, pœna capitalis, & quam ipſa mors ſubſequitur: qua in horrendi criminis conuictos, vt inceſtuoſos, pæderaſtas, ſeductores, idololatras, blaſphemos, ſimileſque, aduerti ſolebat. Sed nec Hector, cum Paridi tertio Iliados minaretur,

> ἦτέ κεν ἤδη
> λάϊνον ἕσσο χιτῶνα, κακῶν ἕνεκ', ὅσσα ἔοργας,

aliud quam capitale ſupplicium intelligebat. Neque aliter interpretes, qui paucis, λιθόλευστος γεγονὼς, λίθοις βληθεὶς ὑπὸ πάντων ἀπωλώλεις. niſi quis dicat, aliud eſſe λιθόβλητον, aliud λιθόλευστον γενέσθαι: cum vtrunque in exponendis poëtarum locis Critici confundant. & de Stephano quid dicent, quem, teſte Luca, ἐκβαλόντες ἔξω τῆς πόλεως, ἐλιθοβόλουν? Cogitandum autem. nam ἀπέστειλαν ſequitur. Ἠτιμωμένον autem addit. quod Heſychio ἠφανισμένον. qui ſi ad Helleniſtas, vt alibi, aut ipſum hunc reſpexit locum, cum nonnunquam ex Nouo quoque Fœdere interpretetur nonnullos, nihil commodius adferri potuit. Ἀφανίζειν enim Helleniſtis ἀπολλύειν. quod & ipſe hunc in modum alibi interpretatur. & ſic ὁ ἠτιμωμένος, ὁ ἀπολλύμενος erit. hoc eſt, qui ſublatus eſt. Recentior interpres, *dedecoratum* dixit. Quo ſenſu, *contumeliis affectum,* malim. vt dicatur, multis ante mortem, aut λιθοβολίαν ignominioſam, contumeliis

fuiſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

fuiſſe affectum. Aliud ſane dedecus, aliud hoc ſenſu ἀτιμία. Sequitur, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος. de quo ad Matthæum diximus. Et præceſſit, ἔτι οὖν ἕνα υἱὸν ἔχων, ἀγαπητὸν αὐτοῦ quod interpretatur locum: oſtenditque, quis ſit ἀγαπητός. B. Hieronymus, *Filius cariſſimus, & nouiſſimus, vnigenitus eſt.* Κληρονόμος ergo, *hæres omnium:* vnicus autem ἀγαπητός. Quo nomine & is dicitur, qui myſtice ſignificatur. de quo illud, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου, ὁ ἀγαπητός. vbi minus efficaciter interpretes, *dilectus:* de quo multa alibi, ac ſuo loco. Eodem capite illuſtris plane extat locus ille, Ἄκουε Ἰσραήλ, Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, Κύριος εἷς ἐστι. Qui ſane preſſius, ſi alius, expendi atque examinari merebatur. Quare enim Dominus, cum Legem contraxit, iis verbis vſus eſt, *Audi Iſraël?* Tum autem, cur præceptum, ea verba dixit? cum præceptum potius contineant ſequentia, quæ à Moſe & Luca ponuntur, Καὶ ἀγαπήσεις τὸν Κύριον τὸν Θεόν σου. quæ nihil habent commune, niſi quod in Moſis contextu conjunguntur, cum à cæteris Euangeliſtis prætermittantur. Porro, qui, aut Iudæorum libros legerunt, aut iis qui ad illos commentati ſunt olim, operam dederunt, non tantum contraxiſſe Legem Iudæos, ſed & membranas quoque è quibus tephillin ſolebant confici; cum locis maxime ex Lege neceſſariis, & ſic contracta quaſi Lege, appendiſſe manibus vel capiti Iudæos ſciunt. Locus qui primo omnium in hac contractione ponebatur, quem & maxime hic requiri, ſuperſtitioſi illi judicabant, erat, quem Euangeliſta nunc ponit, *Audi Iſraël.* &c. Deut. 6. 4. Iam vero tephillin, vt alii notarunt, nos diſtinctius ad illuſtrandum pulcherrimum hunc locum dicemus, ſectiones continebant quatuor. Primæ ex ſexto capite Deuteronomii initium erat, quod Marcus hic poſuit. E quo patet, qua occaſione de contractione hac Legis egerit tum Dominus. vt, videlicet, doceret, verba illa, quæ ſuperſtitioſis iſtis tephillin continebantur, nec contracta, vt oportuit, fuiſſe, neque omnia, quæ Lex contracta continere debuit, repræſentaſſe. Primæ ergo ea quæ ex Moſe Marcus poſuit hic, prima erant verba: quæ, à quarto, nempe, vſque ad decimum. qui verſus ſex ſunt. Secundæ initium, Εἶπε δὲ Κύριος πρὸς Μωϋσῆν, λέγων, Ἁγίασόν μοι πᾶν πρωτότοκον, πρωτογενές. ex decimo & tertio, nimirum, Exodi, à primo verſu ad vndecimum. qui verſus decem. Tertiæ, ab ejuſdem capitis vndecimo, ad verſum decimum & ſeptimum. cujus initium, καὶ ἔσται, ὡς ἂν εἰσαγάγῃ σε ὁ Κύριος, ὁ Θεός σου. qui verſus ſex ſunt. Quartæ, ex capite vndecimo Deuteronomii à verſu decimo & tertio, vſque ad vigeſimum & primum. Cujus initium, Ἐὰν δὲ ἀκοῇ ἀκούσητε πάσας τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. Quæ autem cauſa, quare hos potiſſimum ſeligerent appenderentque locos? In prima dicitur, *Ligabiſque ea in ſignum in manu tua: & erunt in frontalia inter oculos tuos. Scribes quoque illa in poſtibus domus tuæ, & in portis tuis.* In ſecunda dicitur, *Et erit tibi in ſignum & in memoriale inter oculos tuos, vt ſit Lex Iehouæ in ore tuo, quia manu forti eduxit te Iehoua ex Ægypto.* In tertia dicitur, *Et erit in ſignum in manum tuam, & in frontalia inter oculos tuos.* In quarta dicitur, *Sed ponite verba mea hæc in corde veſtro, atque ea ligate in ſignum in manu veſtra, ſintque in frontalia inter oculos veſtros.* Hæ cauſæ igitur, cur ſectiones hæ, vt neceſſariæ præ cæteris, vel capiti vel manibus ſiniſtris, ſuperſtitioſe appenderentur. Iam in tertia de primogenito cum aſini agatur, in omnibus de proximi amore nihil agitur, præcipiturue. Quam ſuperſtitionem Doctor cœleſtis rejicit, vt debuit: qui Lucæ decimo & quarto hos eoſdem arguit magiſtros doctoreſque, quod cum aſinum bouemque, ſi in puteum forte incidiſſent, Sabbatho educerent, vt ſic ſeruarent, curari eo hominem indigne ferrent. Diuiſionem ergo hanc, quæ phylacteriorum erat argumentum, ſuperſtitioſam potius fuiſſe quam legitimam veramque oſtendit. Inprimis autem & prolixam. vnde à Matthæo alibi τὰ φυλακτήρια πλατύνειν, vere pariter & eleganter dicuntur; quod tot verba, nempe, ac paraſchot congererentur: cum & breuius lex poſſet

In Marc. vſ. 6.

con-

IN MARC. contrahi, quodque inprimis neceſſarium, in tephillin omitteretur. πλατύνουσι γὰρ τὰ φυλακτήρια αὐτῶν, καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν. Vt de voce totaphot non dicam: è qua numerum hunc, quaternarium nimirum, ſuperſtitioſe deriuabant. Iure ergo Dei ſapientia, præcepto de amando Deo, quod ad priorem ſpectat Legis partem, verba de amando proximo, quæ ad ſecundam ſpectant, vt ſic tota contrahatur, jungit atque annectit. Ea verba ſunt, *Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum.* quæ in Leuitico leguntur: quæque cum amore Dei juncta, ſummam neceſſariæ doctrinæ repræſentant. Vnde & Matthæi illud, *A duobus mandatis iſtis tota Lex & prophetæ pendent.* Vt ad tephillin reſpiciatur: quæ, *appenſa*, recte dicas; vt à veteri interprete dicuntur. Locus præclariſſimus. neque alia hic cauſa, cur, τὸ *Audi Iſraël nunc præmittatur.* De phylacteriis autem quia egimus, etiam illud ſcire nobis operæ videtur, quid Peluſiota, vt doctiſſimus ita antiquiſſimus, voluerit, qui, poſtquam phylacteria, δελτία μικρὰ, ſiue (exiguos libellos) dixit, addit, τὸν νόμον ὠδίνοντα, ἅπερ ἐφόρουν τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ, ὥσπερ νῦν αἱ γυναῖκες τὰ εὐαγγέλια. lib. 2. Epiſt. 150. Quid eſt igitur ὠδίνοντα τὸν νόμον? Ejus æui, more, ſcilicet, locutus eſt. & quemadmodum eodem libro, τοιοῦτόν τινα νοῦν τῶν προκειμένων ἡ δύναμις ὠδίνει, idem eruditus autor dixit (hoc eſt, *ejuſmodi vel mentem continent quæ propoſuimus, vel ſenſum*) ita ὠδίνοντα τὸν νόμον, *quæ legem continebant*, eleganter dixit. Lex enim, phylacteriis, vt diximus contracta, ex opinione eorum ac ſententia continebatur. quæ circumferri geſtarique ſic ſolebant: vnde & ἐνεγκτέα Aquilæ dicuntur: à geſtando nempe. Quam contractionem Dominus rejecit.

CAP. VIII.

Caput decimum & tertium cum ſequenti percurritur. Τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως. *Deus* μαωζείμ, Θεὸς ῥώμης. Ζεὺς Μαζεὺς *in Phrygia cultus. Roma,* ἀπὸ τῆς ῥώμης. *Hymnus Erinnes* εἰς ἀνδρείαν*, ad vrbem Romam translatus. Roma* θυγάτηρ Ἄρηος*, dicta.* Ἄρης*, Deus Romanorum.* ὅπου οὐ δεῖ. *Aquila Romana, diuino cultu affecta. Aquilæ, propria legionum numina.* ὁ ἐπὶ δώματος*, qui eſt in tuto. Mos confugiendi in doma.* τὸ δῶμα, τῇ οἰκίᾳ *oppoſitum. Locus,* οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατήρ. *Quædam alibi* ἁπλῶς *dici, quæ aliis in locis* ἐντελῶς *dicuntur.* υἱὸς ἀνθρώπου. *Ieſus, filius Mariæ & Dei. Ambroſii interpretatio. &, caute accipiendam. Caput decimum & quartum. Locus,* ὅτι ἐκείνη οὐ μὴ πίω. *&c. Diuerſi veterum tituli, in quos quæ hoc capite dicuntur, ab iis diuiduntur.* τὸ πάθος τὸ σωτήριον *proprie ſic dictum, in diuiſione eorum prætermiſſum. Locus,* πρὶν ἢ δὶς ἀλέκτορα φωνῆσαι. *B. Auguſtini ſententia. totum* ἀλεκτοροφωνίας *tempus circumſcriptum. non vno modo ab Euangeliſtis accepta.* Οὐ μὴ φωνήσει*, hoc eſt,* τὸ δεύτερον. πρὶν ἢ δὶς ἀλέκτορα φωνῆσαι. *Sub cantum Galli, ad cantum Galli ſecundi.* τὸ πρωῒ *Marci. conticinium. B. Auguſtinus quantopere in hoc loco ſe torſerit.* πρὶν ἢ φωνῆσαι*, non,* φωνεῖν. Ἀββᾶ, ὁ πατήρ. *&,* Ἀββᾶ, ὦ πατήρ. *quomodo & legendum videri.* θερμαίνεσθαι πρὸς τὸ φῶς. φῶς καὶ πῦρ. ἐσχάρα. *Heſychius emendatus.* καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε. *Recentior interpres, ejuſque interpretatio. Caſaubonus, ejuſque ſententia.* ἐπιβαλὼν, ἐννοήσας. ἐπιβολὴ ἔννοια. ἐγκαλυψάμενος ἔκλαιε. ἐπιβάλλει κλαίειν*, quid, & quomodo accipiendum. Theophylacti interpretatio. Matthæi interpretatio. Interpretibus quid impoſuerit.*

CAP. XIII. ✝ſ.14. CApite ſequenti, in quo de funeſtiſſima deſtructione templi, vrbiſque Sacræ, de calamitatibus piorum ac ſupremo agitur judicio, vt ante apud Matthæum, τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως prædicitur. Ὅταν δὲ ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, ἑστὼς ὅπου οὐ δεῖ. Ad quem locum nullis opus eſſe ambagibus, ne quidem illis quibus vſi ſunt non-

nonnulli, arbitramur. Propheta Daniel c.11.38. Deum Romanorum, Deum In
μαωζείμ, משים, ex interpretatione Helleniſtarum, hoc eſt Θεὸν ῥώμης, dixit. Marc.
Vnde & Μαζεὺς, vt videtur, dictus Iupiter: quem Phryges, vt in his perpetuo
ingenioſe luſit Diabolus, jam olim coluerunt. Μαζεὺς, ὁ Ζεὺς παρὰ Φρυξὶ, in-
quit Græcæ eruditionis princeps Heſychius. Vt vt autem Romæ nomen
nominiſque originem à conditore deduxerunt veteres, non defuerunt ta-
men, qui ἀπὸ ῥώμης, à virtute aut robore, ſic dictam crederent. quemadmo-
dum hac tempeſtate Hymnum poëtriæ Erinnes εἰς ῥώμην, quem titulo ἀν-
δρείας Stobæus dedit, ad vrbem Romam, ejuſque commendationem, eruditi
tranſtulere. Præcipuo, ni fallor, argumento, quod θυγάτηρ Ἄρηος dicatur.
quaſi id περὶ ἀνδρείας dici non poſſit: cum non aliter loquantur poëtæ. Quid
quod τὸ חרם ἄρας, vel ἄρας, vt hæc nonnunquam mutantur, vocibus συντρίβειν,
καταστρέφειν, καθαιρεῖν, βιάζειν, καταβάλλειν, κατασκάπτειν, hoc eſt, ἐρημοῦν, interpretan-
tur Helleniſtæ? Vnde Ἄρης, Deus Romanorum μαωζείμ. qui, & vrbis parens.
Id de quo agimus Propheta idem שקוץ שמם, *abominationem ſtuporis*, dixit. Quem
locum, capitis, nimirum, duodecimi, ꝟſ.11. vt vt proprie hic videatur reſpe-
xiſſe, vbi dicitur, καὶ ἀπὸ καιροῦ, καὶ τοῦ δοθῆναι τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, nihil obſtat
tamen, quo minus & alterum in animo habuerit. Iam quod Matthæus, ἑστὼς
ἐν τόπῳ ἁγίῳ, Marcus litoteti ſuauiſſima, ὅπου οὐ δεῖ, dixit. Quo locus Sacer, hoc
eſt, templum, deſignatur. in quo poſitam Cæſaris imaginem B. Hierony-
mus, & alii, volunt: quos refutant alii. Quanquam autem βδέλυγμα, de
quo nunc ſermo, ἐρημώσεως, idolum, quod altari impoſuerat Antiochus,
1 Machab. dici non ignorem, non minus tamen aquilam Romanam, vere
idolum fuiſſe ſcimus: quæ in caſtris, exquiſita & primaria religione culta
ſemper fuit. Vnde &, *numina legionum* aquilæ Tacito Annal. 2. dicuntur. *In-
terea pulcherrimum augurium, octo aquilæ petere ſiluas & intrare viſæ, imperato-
rem aduertêre. Exclamat, Irent, ſequerentur Romanas aues, propria legionum
numina.* Quæ vel eo nomine abominatio ac βδέλυγμα non ſine cauſa dici po-
teſt, quod vel vrbem Sanctam, vel ſanctiſſimum in eo locum, templum Dei
viui occuparet. quam majori portæ templi, vt nonnulli volunt, macta-
tor puerorum impoſuerat Herodes. Sequitur, ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβαι- ꝟſ.17.
νέτω. Hoc eſt, *qui in tuto jam eſt*. B. Hieronymus, *in tecto & in domate. Qui
autem hoſtem fugiunt*, inquit, *in domos excelſas, hoc eſt, tecta ſe recipiunt. quæ,
more Hebræorum, plana.* Ergo ὁ ἐπὶ δώματος, *qui eſt in tuto*. aut qui multo ante
periculum vitat. Eſaiæ 22. *Et quid tibi nunc, quod aſcendiſti vniuerſa in tecta?*
Sequitur, *Clamoris plena vrbs frequens, ſpiritus exultans.* Manifeſte igitur τὸ
δῶμα τῇ οἰκίᾳ opponit Euangeliſta: vt receptum τῆς οἰκίας, & aſylum quaſi.
Eodem capite extat illud, περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας, οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι ꝟſ.32.
οἱ ἐν τῷ οὐρανῷ, οὐδὲ ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατήρ. Locus, in quo mirifice, ſed ante victo-
riam, triumpharunt Arriani. Quod antiqui Critici in paganorum ſcriptis
recte annotarunt, multa ἁπλῶς efferri ſolent, quæ aliis in locis ἐνπλῶς dicun-
tur. Dominus, quoties œconomicam humiliationem ſuam, aut œcono-
miam ſuam, vt loquuntur Græci, commendat, υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, quod Syris
ברה דאנשא ſe vocat. Iam autem qui υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου paſſim ἐνπλῶς, hic ὁ υἱὸς di-
citur. Nec repugnat nomen Patris, cum idem filius hominis, patrem quo-
que habeat Deum: ſed & Dei filius, etiam qui hominis, quanuis ex homi-
ne. Illuſtris in hanc rem Iohannis extat locus cap. 6. ꝟſ. 27. vbi Seruator,
poſtquam cibo dare juſſit operam, qui in vitam manet æternam, addit, ἣν ὁ
υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου δώσει ὑμῖν. ac deinde, τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεός. Vbi filio ho-
minis, qui hic ἁπλῶς, ὁ υἱὸς, patrem dat Deum. quemadmodum antiquis paſſim
Μαρίας καὶ Θεοῦ, Μαρίας καὶ τοῦ ὑψίστου filius idem dicitur. Quod ſimplicius quam
quod Theophylactus & alii, qui ironiam, aut neſcio quem ὑποκορισμὸν hic
ponunt. Ambroſius, *Ergo & horam nouit. ſed nouit ſibi, mihi autem neſcit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

quod ſi aliter accipias, ac ſi dicat; *qua Deus nouit, qua indutus carne mea, non nouit*, inuſitate, ac fortaſſis παρακεκινδυνευμένως, dictum videbitur. Sequenti capite occurrit illud, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐκέτι οὐ μὴ πίω ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου, &c. Porro omnia quæ hic dicuntur, ad τὸ σωτήριον πάθος, ſiue paſſionem, retuliſſe veteres, vel ex illo B. Hieronymi ad Eſaiæ ſexageſimum ſecundum apparet: *Hoc eſt autem triticum & hoc vinum, quod non comedent niſi laudantes Dominum, & non bibent niſi in atriis ſanctis ejus. De quo Dominus in paſſione dicebat, Amen amen dico vobis, non bibam de genimine vitis hujus, donec illud bibam nouum in regno patris mei.* ita tamen vt in genere potius ad paſſionis hiſtoriam, quam ad titulos ex conſtitutione veterum, videatur referendum. Qui, cum plures hic ponant, quales ſunt Περὶ τῆς ἀλειψάσης τὸν κύριον μύρῳ, quod initio hujus capitis habemus, Περὶ τοῦ Πάσχα, Περὶ τῆς παραδόσεως καὶ τοῦ μυστικοῦ δείπνου, Ἄρνησις Πέτρου, cui τὴν ἐξαίτησιν τοῦ σώματος τοῦ Ἰησοῦ mirifice ſubjungunt; Τὸ πάθος τὸ σωτήριον, proprie ſic dictum, ſiue, Paſſionem, prætermittunt. quemadmodum de iis potius quæ anteceſſerunt quam de
vſ.29. ipſa hic agitur. Non ita multo poſt illuſtris ille locus legitur, Ὁ δὲ Πέτρος ἔφη
30. αὐτῷ, καὶ εἰ πάντες σκανδαλισθήσονται, ἀλλ᾽ οὐκ ἐγώ. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν λέγω
σοὶ, ὅτι σὺ σήμερον ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, πρὶν ἢ δὶς ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. In quo loco, vt & aliis nonnullis, cum nonnunquam euenire video, vt qui anxie nimium in ſacrorum librorum difficultatibus ſe torquent, nec aliis ac vix ſibi ſatisfaciant, non poſſum, quin ſimpliciſſimam Theologiam, hoc eſt, quæ quam minime à litera recedit, cæteris, vt commodiorem, præferam. à qua quoties etiam antiqui recedunt, toties eam aliis, inprimis autem poſteris, commendant. Exemplum ſi quis petit, conciliationem Auguſtini, eorum quæ de trina Petri negatione ab Euangeliſtis dicuntur, examinet: veriſſimum videbit quod à nobis dicitur. Legatur totus locus libro De conſenſu Euangeliſtarum tertio. Vbi, inter alia, *Sed quia ante primum galli cantum cœpta eſt illa trina negatio, attenderunt illi tres, non quando eam completurus eſſet Petrus, ſed quando futura eſſet, & quando cœptura, id eſt, quia trina, & ante galli cantum: quanquam in animo ejus, & ante primum galli cantum, tota poſſit intelligi. Quanuis enim verbis negantis ante primum cœpta, ante ſecundum autem galli cantum peracta ſit tota illa trina negatio, tamen affectione animi & timore Petri, ante primum tota cœpta eſt.* quæ, vt argutiora, omittamus. Ac primum, de Matthæo nulla eſſe difficultas poteſt, à quo cap. 26. 34. dicitur, πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι τρὶς ἀπαρνήσῃ με. *priuſquam gallus cecinerit, ter me negabis.* non, *antequam canat*, ſed, *antequam cecinerit*, vt verba habent. Quo totum ἀλεκτοροφωνίας, ſiue gallicinii, circumſcriptum eſt tempus. quam Euangeliſta Marcus, ante illud tempus ponit, quod τὸ πρωῒ, ſiue, *mane*, vocat. οὐκ οἴδατε γὰρ πότε ὁ κύριος τῆς οἰκίας ἔρχεται, ὀψὲ, ἢ μεσονυκτίου, ἢ ἀλεκτοροφωνίας, ἢ πρωΐ. Vbi ἀλεκτοροφωνία, vel vtrunque vel ſecundum cantum notat. Quod ſecuti cæteri Euangeliſtæ, Lucas quidem, οὐ μὴ φωνήσει σήμερον ἀλέκτωρ, πρὶν ἢ τρὶς ἀπαρνήσῃ μὴ εἰδέναι με. cap. 22. 34. Iohannes, οὐ μὴ ἀλέκτωρ φωνήσει, ἕως οὗ ἀπαρνήσῃ με τρίς. Vt οὐ μὴ φωνήσει, ſit, οὐ μὴ τὸ δεύτερον φωνήσει. quod Marcus perſpicue ac definite, ne quis de interprete aut interpretatione dubitet, πρὶν ἢ δὶς ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. *priuſquam bis gallus cecinerit, ter me negabis.* hoc eſt, πρὶν τὸ δεύτερον φωνῆσαι, *antequam ſecundo cecinerit*, vt dixi. Et ſic intelligendum, cum dicunt, καὶ ἐφώνησεν ἀλέκτωρ, *& cecinit gallus.* Secundo, ſcilicet. quia ἡ δευτέρα φωνὴ, ſiue, ſecundus cantus, conticinium, quod Marco dicitur τὸ πρωῒ, vt jam dixi, antecedit. Quare & non magis pugnant illi, quam Horatius & Iuuenalis. quorum alter dixit, *ſub cantum galli*, alter, *ad cantum galli ſecundi.* Alter, *Sub cantum galli conſultor vbi oſtia pulſat.* hoc eſt, *ante conticinium.* Alter, *Quod tamen ad galli cantum facit ille ſecundi.* itidem ante conticinium. Quod & ſecundus galli cantus antecedit: vt τὸ πρωῒ, quod apud Marcum, reſpondere

dere

dere conticinio videtur. Cenſorinus, *Incipiam à nocte media, quod tempus principium & poſtremum diei Romani. Tempus, quod huic proximum eſt, vocatur de media nocte. Sequitur gallicinium, cum galli canere incipiunt. Deinde conticinium, cum conticuerunt. Tunc, ante lucem: & ſic diluculum, cum, Sole nondum orto, jam lucet. Secundum diluculum vocatur mane, cum lux videtur Solis.* quanquam Gloſſæ veteres, *Conticinium*, ὁ μεταξὺ ἀλεκτρυοφωνίας χρόνος, quaſi inter galli cantum eſſet. Græci tempus, quod πρώτην ἕω, & ἡλίου ἀνίσχοντος, ſiue, *auroram primam, & ortum Solis* dicunt, ante τὸ πρωῒ, ſiue πρωῒ τῆς ἡμέρας, ponunt. Quare igitur Euangeliſta Marcus, πρὶν ἢ δὶς ἀλέκτορα φωνῆσαι, dixit? Quia magis definite partim, partim more veterum locutus eſt. qui, cum noctem terminant, plerunque τῆς δευτέρας ἀλεκτοροφωνίας meminerunt. Notus eſt Græcorum verſiculus, cum matutinum tempus innuunt, Πρὶν ἢ τὸ δεύτερον ἀλέκτωρ ἐφθέγγετο. Et Ἐκκλησιαζούσαις Ariſtophanes, Οὐδ' εἰ μὰ Δία τότ' ἦλθες, ὅτε τὸ δεύτερον Ἀλεκτρύων ἐφθέγγετο. Dixiſſe enim poterat, ὅτ' ἀλεκτρύων ἐφθέγγετο. Idem enim, quanuis minus definite, dixiſſet. vt & autor Moreti, *Excubitorque diem cantu prædixerat ales.* quod de ſecundo commode exponi poteſt. Marcus autem cauſam, vt jam dixi, propter trinam habuit negationem: quia magis definite loqui voluit, cum mentem Domini expreſſit. In quo nulla difficultas. cui ſe mirifice intricauit magnus Auguſtinus: qui tres Euangeliſtas vult dixiſſe (quod recte eruditus in eo Theologus notauit) trinam Petri negationem ante galli cantum futuram, quia ante illum & cœpta fuit, & in ipſo etiam animo conſummata. Vt ita ſit dictum, *ter me negabis*, quomodo, ſi alicui diceretur, *Antequam cantet gallus, ad me ſcribes epiſtolam, in qua ter conuiciaberis. Id enim vere quis dixerit, etiam ſi epiſtola non fuerit abſoluta ante omnem cantum galli; ſed ante cantum galli incœpta, ante eum finiatur.* Quod vt de Matthæo ac Marco verum non eſt, qui πρὶν ἢ φωνῆσαι, non, φωνεῖν, dixerunt, ita magis omnes implicat quam inter ſe conciliat. vt omittam, quam hæc longe fuerint petita.
Paulo poſt ſequitur, καὶ ἔλεγεν, Ἀββᾶ ὁ πατήρ. Vbi forte ſcriptum fuiſſe dicas, vſ. 36.
Ἀββᾶ, ὁ πατήρ. vt ſit, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, πατήρ. *quod eſt, ſi interpreteris, Pater.* Mirum enim illud B. Hieronymi, *Hebraice & Græce loquitur: quia non eſt diſtinctio Iudæi & Græci.* Quod autem dicebamus, in veteri etiam Fœdere vſitatum. In Eſtheræ hiſtoria, *jecit pur, hoc eſt, ſortem.* Græce dicas ἔβαλε φοὺρ, ὁ κλῆρος. Et ita fere in Hebræo. ac ſi dicas, ἔβαλε φοὺρ, τοῦτο κλῆρος. Nam alterum Perſicum, alterum Græcum. Sequitur aliquanto poſt de Petro, ὅτι ἦν vſ. 72.
συγκαθήμενος μετὰ τῶν ὑπηρετῶν, καὶ θερμαινόμενος πρὸς τὸ φῶς: cum πρὸς τὸ πῦρ dicendum eſſet. Et hoc Helleniſtis ſuis debuit, vt cætera: qui cum τὸ אור καὶ τὸ אור confundant, vix potuit, quin & hic confunderent. B. Hieronymus ad Eſaiæ 31. *Ignis & lumen Hebraice iiſdem ſcribuntur literis*, אור. *quod ſi legatur* אור, *ignem ſonat, ſi* אור, *lucem. Hoc ideo dictum eſt, quia pro igne, quem ſolus interpretatus eſt Symmachus, Aquila & Theodotio, lumen tranſtulerunt.* Pro eo enim, quod Symmachus habuit, ἔχει πῦρ ἐν Σιὼν, καὶ κλίβανον ἐν Ἱερουσαλὴμ, alii, φῶς αὐτῷ ἐν Σιὼν, καὶ κλίβανος αὐτῷ ἐν Ἱερουσαλήμ. Quare nec diſſentiam, ſi quis *focum*, hic interpretur. quem & vox Hebraica admittit. Fundus eruditionis Heſychius, φῶς, τὸ ὁρώμενον, τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ δημιουργηθὲν, καὶ τὸ πῦρ, καὶ ἡ χαρά, καὶ ἡ ἐσχάρα. id eſt, *focus.* quanquam non ignorem, ex tranſlatione aliter ſumi. Scribe, Sequuntur verba, quibus concluditur hoc caput, καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε. In quibus aqua, vt videtur, eruditis hæſit. Recentior interpres, καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε. *& quum ſe proripuiſſet, fleuit.* A quo diuerſus eruditionis ſummæ vir Iſaacus Caſaubonus, τὸ ἐπιβαλὼν, pro ἐννοήσας, eo ſenſu accipiendum monet, quo ἐπιβολὴ interdum ἀντὶ τῆς ἐννοίας vſurpatur: vel pro eo quod autores Græci ἐγκαλυψάμενος nonnunquam dicunt. Quorum poſterius Theophylacto debet: cum reuera neutrum vllo modo ad Euangeliſtæ mentem, meo quidem animo, accedat. Ἐπιβάλλει κλαίειν, qui hoc, vehementer, In Marc.

ſiue,

IN MARC. ſiue, μετὰ σφοδρότητος, agere incipit. Ergo, ἐπιβαλὼν ἔκλαιε, vt ἀρξάμενος ἔλεγε, pro eo quod eſt, λέγειν ἤρξατο. Doctiſſime Theophylactus idem, quod mirum viros non vidiſſe maximos, ἐπιβαλὼν, ἀρξάμενος μετὰ σφοδρότητος, *cœpit cum vehementia*, interpretatur. quo nihil verius. Ἐπιβαλὼν γὰρ, inquit, ἔκλαιε· τουτέστιν ἐπικαλυψάμενος τὴν κεφαλήν. deinde autem recte, ἢ, ἀντὶ τοῦ ἀρξάμενος μετὰ σφοδρότητος. Matthæus, καὶ ἔκλαυσε πικρῶς. quæ, vera loci eſt interpretatio. Forte autem quia in eodem Euangeliſta præcedit, καὶ ἐξελθὼν ἔκλαυσε πικρῶς, illud ἐπιβαλὼν, ἐξελθὼν, interpretati ſunt. Erudite vetus interpres, *& cœpit flere.* Mens tamen eſt, *& vehementer cœpit flere.*

CAP. IX.

Decimum & quintum caput. Σὺ λέγεις, *Pilato dictum. Locus* ὁ ὄχλος ἤρξατο αἰτεῖσθαι, καθὼς ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς, *interpretibus quomodo redditus.* καθὼς, *relatiuo* ἰσοδυνάμον, *& quomodo nonnunquam reddendum.* ἀνασείειν τὸν ὄχλον. σεῖσαι, συκοφαντῆσαι. *Locus nobiliſſimus,* ἦν δὲ ὥρα τρίτη, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν: *& quantum interpretes torſerit. B. Auguſtini ſententia. Diei in quadrantes diuiſio. ejus qui Commentarios in Pſalmos B. Hieronymo aſſcriptos dedit, de eodem opinio. Epiſemon Græcum. Diuiſio veſtium, quando euenerit. Copula, quæ non diuidit, ſed jungit. Locus Ioſuæ. B. Auguſtini interpretatio.* καὶ ἐλιθοβόλησαν αὐτόν. *poſtquam lapidarunt eum.* καὶ ἐσταύρωσαν αὐτὸν, ἐξ οὗ ἐσταύρωσαν. *ex quo crucifixerunt. Thargumiſtæ interpretatio. Locus Iobi,* ἀνὴρ ᾤχετο καὶ ἠσθένησε, τελευτήσας ᾤχετο, *Helleniſtis.* παρασκευή, *&* προσάββατον. *dies veſperæ. dies veſperæ Sabbathi.*

CAP. XV. ℣ſ. 2. NOn procul ab initio decimi & quinti capitis occurrit illud, de quo aliquoties jam egimus, καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ Πιλάτος, Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ, Σὺ λέγεις. Quod mihi hoc quidem in loco, contemnentis, nec ad animum reuocantis, ſemper viſum eſt. Quanquam in Hebræo ambiguitas ſit, cum dicunt, אתה אומר. vel, *dicis*, vel, *cogitas.* Ita Dominus, cum interrogaret Iudas, vtrum ipſe eſſet, quem deſignaret, nihil aliud, præter illud, Σὺ εἶπας, reſpondit. Syriace אנת אמרת. quomodo & quod Iudæ dixit, Syrus expreſſit. Græci, rem fortaſſe magis quam indolem dicti expreſſerunt, cum notarunt, ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Σὺ λέγεις, ἀπόκρισιν δοὺς αὐτῷ σοφωτάτην. Οὔτε γὰρ εἶπεν, ὅτι οὐκ εἰμὶ, Οὔτε πάλιν, ὅτι εἰμί· ἀλλὰ μέσως πως ἔφη, Σὺ λέγεις. Τοῦτο γὰρ δύναται καὶ οὕτω νοηθῆναι, Ὅτι εἰμὶ, καθὼς λέγεις. καὶ οὕτως, Ὅτι ἐγὼ μὲν τοῦτο οὐ λέγω, σὺ δὲ λέγεις. *Ieſus autem dixit illi, Tu dicis. quod ſapienter reſpondit. Neque enim eſſe ſe, neque non eſſe, dixit. Medium igitur, quod dixit, Tu dicis. Quod ita accipi poteſt, vel vt dicat, Ego ſum,* vel, *Ego id non dico: tu dicis.* Sequitur, καὶ ἀναβοήσας ὁ ὄχλος, ἤρξατο αἰτεῖσθαι, καθὼς ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς. Recentior interpres, *Et vociferans turba cœpit petere, vt faceret, prout ſemper ipſis fecerat.* quomodo fere & Eraſmus. Ac ſi hunc in modum ſupplenda ellipſis eſſet, καὶ ἀναβοήσας ὁ ὄχλος, ἤρξατο αἰτεῖσθαι, ποιεῖν αὐτὸν, καθὼς ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς. *Turba interim clamore ingenti petere ab eo cœpit, vt faceret, quod ante iis facere conſueuerat.* Interpres vetus, *Et quum aſcendiſſet turba*, (quod ex diuerſa lectione ortum,) *cœpit rogare, ſicut ſemper faciebat illis.* obſcure in primis. Cæterum, vt alias nonnunquam, res exigua caliginem ac tenebras objecit. Quod τὸ καθὼς, videlicet, nonnunquam loco relatiui vſurpatur. cujus rei paſſim inuenias exempla. Ita 2 Paral. 24. 9. Καὶ κηρυξάτωσαν ἐν Ἰούδα καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ, εἰσενεγκεῖν τῷ Κυρίῳ, καθὼς εἶπε Μωυσῆς. Interpres vetus, *vt deferrent Domino, quod conſtituit Moſes.* Optime. Nec aliter in Nouo Fœdere nonnunquam. Ita Lucæ 5. ℣ſ. 14. Καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν· ἀλλ' ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου, καθὼς προσέταξε Μωσῆς, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. Hoc eſt, *Oſtende te ipſum ſacerdoti, & pro purgatione tua offer, quæ præcepit Moſes.* in hiſtoria leproſi. Quæ autem Moſes præcepit, ab ipſo diſerte exprimuntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

muntur. Duo paſſeres viui, nempe,lignum cedrinum, coccus vermiculi, &
hyſſopus. de quibus,non de modo offerendi,agitur,cum καθὼς dixit.Ita cum In Marc.
Lucas c.1. ℣ſ.1. Ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν περὶ τῶν πεπληροφορη-
μένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων, καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενό-
μενοι τοῦ λόγου, non omnino aberrauerit qui reddat, *quæ tradiderunt nobis*. hoc
eſt, ἃ παρέδοσαν ἡμῖν. Hic autem, vide quanta lux accedat, ſi dicas, *Et clamore*
ſublata turba cœpit petere, vt faceret quod ſemper ipſis fecerat. Cum ſcribitur,
οἱ δὲ ἀρχιερεῖς ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον, ἵνα μᾶλλον τὸν Βαρραβᾶν ἀπολύσῃ αὐτοῖς, nihil equi- ℣ſ. 11.
dem mutare hic ex eorum codicibus auſim, qui extare in iis notant, ἔπεισαν
τῷ ὄχλῳ. ac ne ἀνέπεισαν quidem ſcribam. Notum quid Matthæo ſit, ἐσείσθη
πᾶσα ἡ πόλις. Sed & σεισταὶ οἱ συκοφαντοῦντες dicebantur, tranſlatione ab iis ſumpta,
qui concutere arbores, vt fructus ex iis legerent, ſolebant. Heſychius, Σεῖσαι,
συκοφαντῆσαι, ἀπὸ τῶν τὰ ἀκρόδρυα σειόντων. Et an non Lucas dixit, Domino obje-
ctum fuiſſe, ὅτι ἀνασείει τὸν λαόν? Quod cum illi verum eſſe perſuaderent popu-
lo, non potuit, quin aduerſus innocentem concitarent. Pergamus. Cæte-
rum,priuſquam alia agamus,videndum erit, ne prætermittatur locus ille, ἦν ℣ſ. 25.
δὲ ὥρα τρίτη, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν. In quo quantopere inuoluat ſe B. Auguſtinus,
vt Iohannis locum, qui horam ſextam ponit, cum Marci tertia conciliet,
norunt, qui prolixe expoſitam ejus de hac re ſententiam lib. 3. De conſenſu
Euangeliſtarum legerunt. Vbi inter cætera, *Erat autem hora tertia. Vt quid*
adjunxit, & crucifixerunt eum: niſi quia voluit aliquid recapitulando ſignificare,
quod quæſitum inueniretur, cum ſcriptura ipſa illis temporibus legeretur, quibus
vniuerſæ Eccleſiæ notum erat, qua hora Dominus ligno ſuſpenſus ſit? vnde poſſet
vel hujuſmodi error corrigi, vel mendacium refutari. Sed, quia ſciebat, à militibus
ſuſpenſum Dominum, non à Iudæis, ſicut Iohannes apertiſſime dicit, occulte oſten-
dere voluit, eos magis crucifixiſſe, qui clamauerunt vt crucifigeretur, quam illos,
qui miniſterium Principi ſuo ſecundum ſuum officium præbuerunt. Intelligitur
ergo fuiſſe hora tertia, cum clamauerunt Iudæi vt Dominus crucifigeretur, & ve-
raciſſime demonſtratur, tunc eos crucifixiſſe, quando clamauerunt, maxime quia
nolebant videri ſe hoc feciſſe: & propterea eum Pilato tradiderant, quod eorum
verba ſatis indicant ſecundum Iohannem. Id autem quale ſit, ipſe vidit, cum
addidit, *Atque vtinam plures etiam ab aliis inueniantur hujus exitus quæſtionis.*
Quod donec fiat, vtere mecum iſto, ſi placet. Si enim nullus alius exitus potuerit
inueniri, ſolus iſte ſufficiet. Si autem potuerit, cum demonſtratus fuerit, eligemus.
Eruditi igitur, cum nihil hic probarent, ad diei in quadrantes diuiſionem
confugerunt: è quibus horas quatuor complecterentur ſinguli. Cui confir-
mando, locum Matthæi viceſimo adhibuerunt, vbi dies in quadrantes iſtos,
ex recepta tum, vt volunt, conſuetudine ſecatur. ita vt τῆς τρίτης, τῆς ἕκτης, τῆς ἐν-
νάτης, καὶ τῆς ἑνδεκάτης, hoc eſt, tertiæ, ſextæ, nonæ, & vndecimæ, fiat mentio.
Quaſi neceſſario ex eo ſequatur,eandem quam,ex Hebræorum more,Iohan-
nes horam dixit ſextam, tertiam à Marco dici.aut quod, vt Iohannem con-
cilient cum Marco, horæ tertiæ, quartam, quintam, ſextam, includi vo-
lunt. Quibus argutiis opus eſſe non exiſtimo. Autor Commentariorum in
Pſalmos, qui B. Hieronymo aſſcribuntur, ſimpliciter corruptum numerum
volebat. *Rurſum*, inquit, *ſcriptum eſt in Marco, quia hora tertia crucifixus ſit.*
Hoc videtur eſſe diuerſum. Error ſcriptorum fuit. Et in Marco, hora ſexta ſcriptum
fuit. Sed multi epiſemon Græcum ς', *putarunt eſſe* γ̄. *Scimus enim, quia prima eccle-*
ſia de imperitis congregata fuit gentibus. Quæ in Marco locum hunc præce-
dunt, poſt affixum cruci eueniſſe Dominum, etiam cæteri tradunt: neq; tem-
pus addunt. Diuiſionis veſtium inprimis. Matthæus, Σταυρώσαντες αὐτὸν, διεμε-
ρίσαντο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, βάλλοντες κλῆρον. Iohannes, οἱ οὖν στρατιῶται, ὅτε ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν,
ἔλαβον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἐποίησαν τέσσαρα μέρη, ἑκάστῳ στρατιώτῃ μέρος, καὶ τὸν χιτῶνα, &c.
Marcus, καὶ σταυρώσαντες αὐτὸν, διεμέριζον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, βάλλοντες κλῆρον ἐπ' αὐτὰ,

 τίς

τίς τί ἄρῃ. Cui addit, ἦν δὲ ὥρα τρίτη, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν. *quod euênit*, inquit, *hora tertia, & jam cruci affixerant eum.* Hebraiſmus planus. in quo copula non diuidit, ſed jungit. quo nihil vſitatius frequentiuſque. Vt in illo, *Dimitte filium meum, & ſeruiet mihi.* quod, ἵνα μοι λατρεύσῃ, Helleniſtæ. Exodi 4. 23. Quanquam non eodem plane modo. hic enim ordinem eorum quæ narrantur, notat. Cujus illuſtre exemplum Ioſuæ ſeptimo habemus. Vbi pronunciat Deus, verſu, nempe, decimo & quinto, *Qui deprehenſus fuerit in anathemate, comburetur igni; ipſe, & omnia quæ ejus ſunt.* Poſtea autem de Achane ejuſque jam conuicti ſupplicio, verſu 25. ſequitur, *Et obruerunt eum vniuerſus Iſraël lapidibus, combuſſeruntque igni, ac lapidauerunt lapidibus.* Καὶ ἐλιθοβόλησαν αὐτὸν πᾶς Ἰσραὴλ λίθοις, καὶ κατέκαυσαν αὐτὰ ἐν πυρὶ, καὶ ἐλιθοβόλησαν αὐτοὺς ἐν λίθοις. Qui Hebraiſmus mirifice, vt iſte, Sanctum virum Auguſtinum torſit. Quærit enim, quomodo, cum Deus combuſtionem præcepiſſet, lapidatione de Achane ſumptum ſit ſupplicium. Vult autem, Ioſuam, vt recte ſummus vir Andreas Maſius notauit, Dei ſpiritu afflatum, vt vatem, quæ de igne à Deo dicta erant, vel ad illam quæ Achanem poſt hanc vitam manebat, retuliſſe pœnam, vel vocem ignis, de lapidatione accepiſſe, tanquam de igne, quia hoc ſupplicio expurgaretur omni culpa, tanquam igni. quo & vaſorum expiationem, de quo Leuitico & Numeris, ſpectare. Cum ſimpliciter ſignificetur, combuſtum quidem ex præſcripto Dei, prius vero à frementi atque indignante turba, quæ à ſe hac ratione iram numinis, per impatientiam atque odium delicti, auertebat, lapidibus petitum. Quod facillime ac nullo negotio Hebræi ſolvunt, qui יסקלו, καὶ ἐλιθοβόλησαν, pro אחרי אשר יסקלו, id eſt, *poſtquam lapidauerant*, poni annotarunt. De quo ne dubitemus, facile à nobis Thargumiſta impetrat, qui difficultatem tollit, cum eodem interpretatur modo, בתר דרגמו יתהון באבניא. *poſtquam lapidauerunt eos ſaxis.* Quemadmodum igitur ibi, καὶ ἐλιθοβόλησαν αὐτοὺς, nihil aliud eſt, quam poſtquam lapidaſſent, ita hic καὶ ἐσταύρωσαν αὐτὸν, idem quod ἐξ οὗ ἐσταύρωσαν. *ex quo, ſiue, poſtquam crucifixiſſent eum.* hoc eſt, καὶ ἦν ὥρα τρίτη τῆς σταυρώσεως αὐτοῦ. *Et erat hora tertia, ex quo crucifigi cœpit.* ſiue, *Et tertia jam agebatur hora, ex quo actus fuerat in crucem.* Quomodo & illud Iobi, nonnulli dictum volunt, ἀνὴρ ᾤχετο, καὶ ἠσθένησε. Helleniſtæ πλουτήσας ᾤχετο. cum mens ſit, vt recte docti Hebraice annotarunt, ἀσθενήσας, ſiue, μετὰ τὸ ἀσθενῆσαι αὐτὸν, *poſtquam infirmus fuit.* Itaque cum dixit, ἦν δὲ ὥρα τρίτη καὶ ἐσταύρωσαν αὐτὸν, tertiam ex quo affixus cruci fuit, hoc eſt, tertiam τοῦ σωτηρίου πάθους, ſiue paſſionis, notat horam. Vt ſi dicas, τρίτη δὲ μετὰ τὸ σταυρωθῆναι αὐτὸν, ſiue, τρίτη τῆς σταυρώσεως αὐτοῦ ὥρα ἦν. *tertia poſt crucifixionem ejus*, aut, *crucifixionis ejus, hora erat.* quomodo optime Hebraiſmus exprimatur. vt non de tempore quo pati cœpit, ſed de paſſionis continuatione agatur. Atque ita verum erit, quod recentior tantopere vrget: horas aliquot ludibriis expoſitum fuiſſe ac pœnæ. Cum quo, abſit, vt vel ὡσεὶ τρίτης, apud Iohannem reponamus, aut in Marco aliquid mutemus. Quanquam ipſe, quam non ſibi ſatisfecerit hoc loco, candide fatetur, cum judicium de eo aliis relinquit. Neque pugnant quæ ſequuntur. cum præſertim, quæ de inſcriptione, de latronibus, etiam de veſtium diuiſione, vt dixi, aliiſque quæ paſſionis tempore euenerunt, ab autore adduntur, non ad certum aſtringantur tempus, nec vbique ordo idem in narrandis ſingulis ſeruetur. Interpres vetus, ſaluo de quo dixi Hebraiſmo, *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.* Vt quemadmodum ἐλιθοβόλησαν ἐν πυρὶ, eo loco dicitur, de quo jam egimus, pro eo, quod eſt, *poſtquam lapidarunt*, ita καὶ ἐσταύρωσαν, *poſtquam cruci affixerunt.* non autem, *quando cruci fixerunt.* Neque enim ἐσταύρωσαν de conſummatione pœnæ, ſed de ipſa, aut initio ejus Euangeliſtæ vſurpant. quemadmodum ex iis patet, quæ ex omnibus quatuor ſupra adduximus. Et Matthæus poſtquam dixit, σταυρώσαντες δὲ αὐτὸν,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

αὐτὸν, toto fere eo capite perſequitur, quæ in paſſione ejus euenerunt. Ali- In Marc.
quanto poſt, ἐπεὶ ἦν παρασκευὴ, ὅ ἐστι προσάββατον. qui eſt dies ille, quem ele-
ganter κατ᾽ ὀξύμωρον, יום ערב *diem veſperæ*, ſiue potius, *veſperæ Sabbathi*, יום ערב שבת
etiam Gemariſtæ dicunt.

Cap. X.

Caput decimum & ſextum. Locus, qui hoc capite non parum difficultatis mouit, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, excutitur. Quomodo τὸ λίαν πρωῒ conueniat. mira opinio de Sole ante lucem orto. Aliorum lectio, οὐκέτι ἀνατείλαντος. σύγχυσις, ſiue ordinis confuſio. Lectio Euangeliſtæ ſollicitata à quibuſdam. ἀνατέλλοντος, vel ἀνατελοῦντος ἡλίου, ſiue, ἀνατέλλειν μέλλοντος. tempus, ante lucem, dictum. Iuuencus.

Reſtat locus in Euangeliſta noſter vnus, qui non parum moleſtiæ ne- Cap.
gotiique eruditis exhibuiſſe videtur. Is eſt, Καὶ λίαν πρωῒ τῆς μιᾶς σαββά- XVI.
των ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου. Quomodo enim λίαν ℣ſ. 2.
πρωῒ ἔρχονται, quod Iohannes, σκοτίας ἔτι οὔσης exponit, ſi poſt ortum Solem, quod
eodem commate ſubjungit Marcus? Nam vt demus, abiiſſe λίαν πρωῒ, ad ſe-
pulchrum autem ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου veniſſe, ſatisfaciendum erat Marco,
qui hæc non diſtinguit. Sed & quæ ſequuntur, geſta ad ſepulchrum illa ſa-
tis probant, καὶ ἔλεγον πρὸς ἑαυτὰς, τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας τοῦ μνημείου;
Quæ res adeo difficilis è Patribus quibuſdam viſa eſt, vt ſubtilitate mira, ſed
quæ plane eſſet ἄγραφος, ſe expedirent. quaſi Sol, qui patiente Domino
abſceſſerat, tum ante lucem oriretur. Chryſologus, Hom. 82. *Si valde ma-*
ne, quomodo, orto jam Sole? Sic neſcit Euangeliſta quid dicat? Euangeliſta quid di-
cat ſcit, ſed, quid audiat, qui non didicerit, neſcit. Non eſt erroris iſta relatio. Ve-
ritatis eſt. Nec lapſum patitur ſermonis humani, ſed rei geſtæ cælitus aperit veri-
tatem. Dixerat, Ab hora ſexta, vſque ad horam nonam, tenebræ factæ ſunt. Ergo
Sol, qui præter horam, vt Domino compateretur, abſceſſerat, claritate, cum reſur-
geret Dominus, ante tempus, occurrit. Et qui, vt ſuo commoreretur autori, ipſam
meridianam ſuam mortificauerat claritatem, vt conſurgeret autori ſuo, euictis te-
nebris antelucanus erupit. Nec magis eos audio, qui, οὐκέτι ἀνατείλαντος, le-
gunt: cum licentiam excuſent ipſi. Noui qui σύγχυσιν mederi poſſe exiſti-
maret: qui Euangeliſtæ menti diſtinctione ſuccurreret. Ἠγόρασαν ἀρώμα-
τα, ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσιν αὐτὸν (καὶ λίαν πρωῒ τῆς μιᾶς σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνη-
μεῖον) ἀνατείλαντος ἡλίου. Vt ordo ſit, ἠγόρασαν ἀρώματα, ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσιν
αὐτὸν, ἀνατείλαντος ἡλίου. *vt, cum receſſiſſent tenebræ, & ortus Sol eſſet, eum vnge-*
rent. quod ante ortum Solem, fieri vix poterat. Ego ſane medicinam hic
talem admittere vix auſim. Videndum ergo quid in aliis codicibus extare
eruditi notent. In quibus, vel, ἔτι ἀνατείλαντος, vel ἀνατέλλοντος, reperiſſe ſe
affirmant. vt & recentior interpres. qui ſi ἀνατελοῦντος reperiſſet, planior
fortaſſe res eſſet. Quanquam nihil vſitatius, & Græcis & Hebræis, quam vt
futurum præſenti deſignetur. quemadmodum cum ἔρχεσθαι dicitur, qui ven-
turus eſt, *naſci*, qui naſciturus: cum ab eo nec Romani, multo minus ab-
horreant Hebræi. vt cum de Meſſia, tanquam præſenti, Prophetæ loquun-
tur. Atque ita, ἀνατέλλοντος ἡλίου, tempus erit, quod περὶ ἐπιτολὰς, à Græcis di-
citur. quod τὸ πρωῒ, ſiue πρωῒ τῆς ἡμέρας, ſequitur, λίαν πρωῒ autem antecedit.
vt proximum diluculo ſignificetur tempus, quod, *ante lucem*, Romani di-
xerunt. Aut, *vbi nox abiit, nec tamen orta dies*, vt cum poëta loquar. quod
Euangeliſtarum interpres Iuuencus,

Sidera jam noctis vicino cedere Sole
Incipiunt: tumuli matres tum viſere ſeptum.

Cap. XI.

Quædam hactenus prætermiſſa in recentiori interprete examinantur. τὰ πρὸς τὴν θύραν. *Veſtibula,* πρόθυρα. *intimæ admiſſionis amici.* διάθυρα. *atria.* αὐλαί. τὸ ἔξω, τὸ ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, καὶ τὸ τοῦ ἀμφόδου. *aliud* ἄμφοδος, *aliud* ἄμφοδον. ἄμφοδον, *quid.* δίοδοι. *tramites. Syri interpretatio.* τὸ ἐκβάλλειν *Syrorum vſu quomodo in Nouo Fœdere vſurpari plerunque ſoleat.* τὸ καθαρίζον τὰ βρώματα. κάθαρμα. πλεονεξίαι. πονηρίαι, *an ſcelera.* ἀφροσύνη. παραπορευόμενοι. *adambulantes ficum.* ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς. *abundare aliquo. redundare.* ἀρχαὶ ὠδίνων. *& an recte, dolorum partus.* ἀπελθόντες ἑτοιμάσωμεν. *profecti paremus.* μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων. μάχαιραι. παραζώνη. παραμήριον. ἀπὸ μακρόθεν.

NVnc nonnulla obiter, quæ prætermiſſa ſunt, vt ante ad Matthæum, in recentiori interprete præſertim, expendenda reſtant. Cap. 2. v. 2. cum legitur, καὶ εὐθέως συνήχθησαν πολλοὶ, ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν, videndum an non τὰ πρὸς τὴν θύραν, ea ſint, quæ Græcis Criticis, τὰ παρὰ τὴν θύραν μέρη dicuntur. Vetus, *ita vt non caperet neque ad januam.* Fortaſſe vt τὸ *locus* intelligatur. ac ſi velit, *ne eum quidem qui ad januam eſſet locus, eos cepiſſe.* Recentior, *vt jam non caperent eos ne ea quidem loca quæ erant ad oſtium.* Moleſte ſatis. Dubitari tamen poteſt, vtrum quod exterius an quod interius intelligatur. Nam exterius veſtibula ſua Romani (quæ προπύλαια vulgo) πρόθυρα habebant Græci. Vitruuius l. 6. c. 10. *Item prothyra Græce dicuntur, quæ ſunt ante in januis veſtibula. Nos autem appellamus prothyra, quæ Græce dicuntur* διάθυρα. cum interius ea eſſent, quæ atria Romanis, αὐλαὶ Græcis dicebantur. Intelligi autem quod extra januam, vt omittam cætera, vel locus ille primi capitis, καὶ ἡ πόλις ὅλη ἐπισυνηγμένη ἦν πρὸς τὴν θύραν, *omniſque ciuitas ad oſtium conuenerat,* euincere videtur. In veſtibulis, apud Romanos ſalutatorum vndæ, vt poëta loquitur, cæterique, qui, nondum admiſſi, obambulabant. quemadmodum qui vlterius & ſponte admittebantur, *interioris* aut *intimæ admiſſionis* dicti: quod non ſemel apud Tacitum. ante ædes enim veſtibulum, vt prothyron. Comicus: *Vide veſtibulum ante ædeis hoc & ambulacrum quale.* Vbi veſtibulum recte, quod ante ædes. idem, quod, τὸ ἔξω, τὸ ἐπὶ τῆς ὁδοῦ aut ἀμφόδου, vt & τὸ ἐπὶ τὴν θύραν dici poteſt. Ita cap. 11. ℣ſ. 4. Ἀπῆλθον δὲ καὶ εὗρον τὸν πῶλον δεδεμένον πρὸς τὴν θύραν ἔξω ἐπὶ τοῦ ἀμφόδου. Vbi recentior interpres, *Abierunt igitur & inuenerunt pullum ligatum ad oſtium foris in biuio, & ſoluerunt eum.* eodemque modo fere vetus, *ante januam foris, in biuio.* quod & Eraſmo placuit. quaſi idem ἄμφοδον & ἄμφοδος: cum ἄμφοδον, ſit ῥύμη, *via publica, aut tranſitus.* Eruditiſſimus Heſychius, Ἄμφοδα, αἱ ῥύμαι, ἀγυιαὶ, δίοδοι. quemadmodum, & δίοδοι, *tranſitus*, aut *tramites* plerunque exponuntur. Quid autem ſit ἄμφοδος in via, nemo neſcit. Ἄμφοδα autem ab ædibus nec remota, & interdum pars earum: cum tranſitu ad eas, vt videtur. idque vel ex eo veriſimile, quod non ſemel ἄμφοδα ab Helleniſtis, quæ Hebræis ארמנות, hoc eſt, *palatia*, dicuntur. Nec audiendus hic Theophylactus, qui ἐν τῇ ἀμφόδῳ dixit, quaſi de biuio agatur. Quanto melius interpres Syrus, qui בשוקא *in platea*, reddidit. Idem, qui hoc loco, de quo agimus, *adeo vt non poſſet capere eos,* לא קדם תרעא, *ne quidem ante portam*, ſiue, *ne locus quidem ante januam.* quod *veſtibulum* interpretantur quidam. Non ſemel hæſiſſe video interpretes, cum τὸ ἐκβάλλειν ſignificatione τοῦ אפק, vt eo vtuntur Syri, Helleniſtis vſurpatur. Ita cum Marci 5. 40. ὁ δὲ ἐκβαλὼν ἅπαντας, παραλαμβάνει τὸν πατέρα τοῦ παιδίου, recentior interpres, *Ipſe vero ejectis omnibus, aſſumit patrem &c. puellæ &c.* Capite item 1. ℣ſ. 43. καὶ ἐμβριμησάμενος αὐτῷ, εὐθέως ἐξέβαλεν αὐτόν. Recentior interpres, *Et grauiter minatus ei. ſtatim ablegauit eum.* de leproſo ſanitati reddito, quem hac lege Dominus dimiſit, vt cum nemine id *communicaret.* Vetus, *ejecit illum.* De quo recentior, *Ejiciendi verbum quo vſus eſt*

vetus

vetus interpres non quadrat: & tamen videtur aliquid amplius ſignificare Euan- In
geliſta quam declarat verbum emittere: quod vſurpat Eraſmus, quia additur in- Marc.
terminatio. qui tamen Matthæi 9. ℣ſ. 25. cum ſine vllis minis dicitur, ὅτι δὲ
ἐξεβλήθη ὁ ὄχλος, *quum autem ejecta fuiſſet turba*, interpretatur. neque aliter
Lucæ 8. ℣ſ. 54. cum dicitur, αὐτὸς δὲ ἐκβαλὼν ἔξω πάντας, καὶ κρατήσας τῆς χειρὸς αὐ-
τῆς, ἐφώνησε λέγων, Ἡ παῖς ἐγείρου. *ipſe vero, ejectis foras omnibus, & prehenſa ma-*
nu ejus. &c. Cæterum, vt abſoluamus eruditos, nihil aliud, quam aut dimit-
tere aut jubere vt quis exeat, hac voce notant Syri. Ita ad hujus de quo agi-
mus Euangeliſtæ locum eruditiſſimus interpres, אפק לכלהון quod interpretes
Latini, *exire fecit*, ſiue, *juſſit*, *omnes*. licet non recte quidam voce *ejiciendi*
hic vſi ſunt. Notum enim quid ſit נפק: *exire* aut *prodire*, ſcilicet. Quod
qui petit imperatue alii vt fiat, exire imperat aut monet: vel ſimpliciter
dimittit. Capite ſeptimo ℣ſ. 19. cum dicitur, Ὅτι οὐκ εἰσπορεύεται εἰς τὴν καρ-
δίαν αὐτοῦ, ἀλλ' εἰς τὴν κοιλίαν· καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται, καθαρίζον πάντα τὰ
βρώματα, recentior interpres, *Non enim ingreditur in cor ejus, ſed in ventrem:*
& in latrinam abit, purgans omnes eſcas. Vbi τὸ καθαρίζον τὰ βρώματα, τὸ κάθαρμα
τῶν βρωμάτων, mihi quidem dici videtur. quemadmodum eadem voce & me-
dici vtuntur. Vt cum quis πολὺ κάθαρμα καθαίρεσθαι, *purgationem multam, ſiue re-*
crementum, purgari dicitur. Syrus, qui referre ad ſeceſſum mauult, aliud, vt ar-
bitror, agebat. Ibid. ℣ſ. 22. cum dicitur κλοπαὶ, πλεονεξίαι, vetus interpres, *furta,*
auaritiæ. hoc eſt, *furta, auaritia.* Neque cauſæ quicquam video, cur, *augendæ*
rei artes, recentior reddiderit. Veteres πλεονεξίαν, τὸ πλέον τοῦ δέοντος ἔκ τινος
λαμβάνειν, hoc eſt, ejus eſſe, *qui plus quam oportet è re aliqua lucratur*, definire
ſolent. nam quid Apoſtolo πλεονεξία, ſuo, vt oportet, loco dicetur. Ibid. ℣ſ. 23.
πάντα ταῦτα τὰ πονηρὰ ἔσωθεν ἐκπορεύεται. *omnia hæc ſcelera intus exeunt*, vt inter-
pretatur recentior interpres. Vbi adhuc quæro, quomodo ἀφροσύνη, quo-
modo οἱ διαλογισμοὶ πονηροὶ, ſeu, *cogitationes malæ*, (à quibus quis omni tempore
immunis eſt?) inter ſcelera ponantur? Neque ἀφροσύνη, vel *amentia* ſemper vel
dementia, ſed & *inſipientia*, plerunque antiquis. quomodo & redditur ab iis.
Capite vndecimo ℣ſ. 20. cum dicitur, καὶ πρωῒ παραπορευόμενοι, εἶδον τὴν συκῆν
ἐξηραμμένην ἐκ ῥιζῶν (quod eſt, *& mane cum præterirent, exaruiſſe ficum radici-*
tus viderunt) mirifice recentior, *& mane adambulantes ficum, viderunt eam*
exaruiſſe radicitus. Vetus, *Et cum mane tranſirent.* quod, meo quidem animo,
tam moleſte mutandum non fuit. Capite duodecimo, ℣ſ. 44. πάντες γὰρ ἐκ
τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς ἔβαλον. Vetus interpres; *omnes enim ex eo quod abunda-*
bat illis, miſerunt. Imo, *Omnes enim ex eo quo abundabant, injecerunt.* quem-
admodum Tacito alibi *abundantia* opes ipſæ aut facultates dicuntur: vt &
copiæ. Recentior, *Nam omnes ex eo quod ipſis redundat, injecerunt.* cum τὸ *redun-*
dare, ambiguum ſit, & plerunque, etiam Iuriſconſultis, χρηστικῶς ponatur. vt
cum, *redundare aliquid in aliquem*, dicunt. Capite 13. 9. ἀρχαὶ ὠδίνων ταῦτα. Vbi
interpres recentior, vt alias, *principia erunt dolorum partus iſta.* cum ſimplici-
ter poſſet, *initia dolorum iſta.* Quis enim dubitat, quin ὀδύνην & ὠδῖνα, etiam
Helleniſtæ confundant: cæteri autem πόνους καὶ ἀλγηδόνας, *labores ac dolores*, ſim-
pliciter exponant? Vetus, *initium dolorum hæc.* De ſynedriis, de quibus ſequi-
tur, jam dixi. Capite decimoquarto, ℣ſ. 10. Καὶ ὁ Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης, εἷς τῶν δώ-
δεκα. vbi recentior, ſuo more, *vnus ex illis duodecim.* Vetus, *vnus de duodecim.*
Ibid. 12. ποῦ θέλεις ἀπελθόντες ἑτοιμάσωμεν ἵνα φάγῃς τὸ πάσχα; Recentior, *vbi vis*
vt profecti paremus vt edas paſcha? Vetus, *quo vis eamus & paremus tibi vt*
manduces paſcha? Vbi non video, cur *eundi* verbum mutarit noſter. quamuis
enim non ignorem, quid ſit *proficiſci* veteribus nonnunquam, in primis vero
Comicis, non video tamen cur ſimplicitas hæc ſit contemnenda. Capite 14.
℣ſ. 43. Καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων. Recentior, *cum gladiis*,
vt & vetus. cum *machæra*, nihil aliud quam pugio, aut gladiolus, qui femori

In Marc. accingebatur. vulgo, παραζώνη. Incomparabile Gloſſarium, Μάχαιρα, τὸ παραμήριον, *ſica*. Μαχαιροφόρος, *ſicarius*. Sequitur, ꝟſ. 54. Καὶ ὁ Πέτρος ἀπὸ μακρόθεν ἠκολούθησεν αὐτῷ &c. Vetus, *à longe*. Recentior, *longinquo interuallo*. Cur autem, non, *eminus*, aut, *procul?* Nec, *longinquum interuallum*, ſed *longum*, dicam. Notum illud, *longo ſed proximus interuallo*. Tacitus enim agros longinquos cum dixit, longe diſſitos intellexit. interuallum autem ipſa diſtantia, non locus qui diſtat. judicio enim hic opus eſt: quo ne ſemper quidem ſa-
ꝟſ. 64. tisfaciunt antiqui. Eodem capite, οἱ δὲ πάντες κατέκριναν αὐτὸν εἶναι ἔνοχον θανάτου. *qui omnes judicarunt eum eſſe reum mortis*. Iudicandi enim vox media eſt: & quod ſequitur, τὸ κατακρίνειν confirmat. Sane, qui judicat damnandum aliquem, aut reum mortis, hoc ipſo condemnat. Niſi quis malit, *illi autem omnes condemnarunt eum, reumque mortis judicarunt:* quo non opus tamen. Neque dicam, *condemnare aliquem reum mortis*, ſed, *pronunciare*, aut, *judicare*. Vetus, *qui omnes condemnarunt eum eſſe reum mortis*. Recentior, *illi vero omnes contra eum judicarunt, ipſum teneri mortis pœna*. Cui κατακρίνειν, *contra judicare*. Et κατακρίνειν αὐτὸν εἶναι ἔνοχον θανάτου, *contra eum judicare, ipſum teneri mortis pœna*. Quæ & mira & moleſta nobis videntur.

Tituli Euangeliſtæ Lucae ex diſtinctione veterum.

Ἐγένετο δ' ἐν ἡμέραις ἐκ.] α΄. περὶ τῆς ἀπογραφῆς.
καὶ ποιμένες ἦσαν ἐν τῇ χώ.] β΄. περὶ τῶν ποιμένων.
καὶ ἰδοὺ ἦν ἄνθρωπος.] γ΄. περὶ τοῦ σιμεών.
καὶ ἦν Ἄννα προφ.] δ΄. περὶ ἄννης τῆς προφήτιδος.
ἐγένετο ῥῆμα θεοῦ ἐπὶ ἰωάν.] ε΄. περὶ τοῦ γενομένου ῥήματος πρὸς ἰωάννην.
καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ ὄχλοι.] ς΄. περὶ τῶν ἐπερωτησάντων τὸν ἰωάννην.
Ἰησοῦς δὲ πνεύμ. ἁγίου πλή.] ζ΄. περὶ τοῦ πειρασμοῦ τοῦ σωτῆρος.
καὶ ἐν τῇ συναγ. ἦν ἄνθρ.] η΄. περὶ τοῦ ἔχοντος πνεῦμα δαιμονίου.
ἀναστὰς δὲ ἐκ τῆς συναγ.] θ΄. περὶ τῆς πενθερᾶς πέτρου.
δύνοντος δὲ τοῦ ἡλ.] ι΄. περὶ τῶν ἰαθέντων ἀπὸ ποικίλων νόσων.
ὡς δὲ ἐπαύσατο λαλῶν.] ια΄. περὶ τῆς ἄγρας τῶν ἰχθύων.
καὶ ἐγέν. ἐν τῷ εἶναι αὐτ.] ιβ΄. περὶ τοῦ λεπροῦ.
καὶ ἰδοὺ ἄνδρ. φέρ. ἐπὶ κλίν.] ιγ΄. περὶ τοῦ παραλυτικοῦ.
καὶ μετὰ ταῦτα ἐξῆλθε.] ιδ΄. περὶ λευΐ, τοῦ τελώνου.
καὶ ἦν ἐκεῖ ἄνθρ. καὶ ἡ χείρ.] ιε΄. περὶ τοῦ ξηρὰν ἔχοντος τὴν χεῖρα.
καὶ ὅτε ἐγέν. ἡμέ. προσεφ.] ις΄. περὶ τῆς τῶν ἀποστόλων διαταγῆς.
καὶ αὐτὸς ἐπάρας τοὺς ὀφθαλ.] ιζ΄. περὶ τῶν μακαρισμῶν.
ἐπεὶ δὲ ἐπλήρ. πάντα τὰ ῥήμ.] ιη΄. περὶ τοῦ ἑκατοντάρχου.
καὶ ἐγένετο ἐν τῇ ἑξῆς.] ιθ΄. περὶ τοῦ τῆς χήρας υἱοῦ.
καὶ ἀπήγγειλ. ἰωάν. οἱ μαθ.] κ΄. περὶ τῶν ἀποσταλέντων μαθητῶν ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ πρὸς Ἰησοῦν.

ἠρώτα

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ἠρώτα δέ τις αὐτ. τῶν φαρ.] κα΄. περὶ τῆς ἀλειψάσης τὸν κύριον.
ἐξῆλθεν ὁ σπείρ.] κβ΄. παραβολὴ περὶ τοῦ σπόρου.
καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμ.] κγ΄. ἐπιτίμησις τῷ ἀνέμῳ καὶ κλύδωνι.
ἐξελθ. δὲ αὐτῷ ἐπὶ τὴν γῆν.] κδ΄. περὶ τοῦ ἔχοντος λεγεῶνα.
καὶ ἰδοὺ ἦλθεν ἀν. ᾧ ὄνομα ἰάειρ.] κε΄. περὶ τῆς τοῦ ἀρχισυναγώγου θυγατρός.
καὶ γυνὴ οὖσα ἐν ῥύ.] κϛ΄. περὶ τῆς αἱμοῤῥοούσης.
συγκαλεσ. δὲ τοὺς δώδεκα.] κζ΄. περὶ τῆς ἀποστολῆς τῶν δώδεκα.
ἡ δὲ ἡμέρα ἤρξατο.] κη΄. περὶ τῶν πέντε ἄρτων, καὶ τῶν δύο ἰχθύων.
καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτ. προσευ.] κθ΄. περὶ τῆς τῶν μαθητῶν ἐπερωτήσεως.
καὶ παραλαβὼν ὁ Ἰησοῦς πέτρον.] λ΄. περὶ τῆς μεταμορφώσεως Ἰησοῦ.
ἐγένετο δὲ ἐν τῇ ἑξῆς ἡμ.] λα΄. περὶ τοῦ σεληνιαζομένου.
εἰσῆλθε δὲ διαλογ. ἐν αὐτ.] λβ΄. περὶ τῶν διαλογιζομένων τίς μείζων.
ἐγένετο δὲ πορευομ. αὐτῶν.] λγ΄. περὶ τοῦ μὴ ἐπιτρεπομένου ἀκολουθεῖν.
μετὰ δὲ ταῦτα ἀνέδειξεν ὁ κύρ.] λδ΄. περὶ τῶν ἀναδειχθέντων ἑβδομήκοντα.
καὶ ἰδοὺ νομικός τις.] λε΄. περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος νομικοῦ.
ἄνθρωπός τις κατέβαινε.] λϛ΄. περὶ τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστάς.
γυνὴ δέ τις ὀνόμ. μάρθα.] λζ΄. περὶ μάρθας καὶ μαρίας.
καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτόν.] λη΄. περὶ τῆς προσευχῆς.
καὶ ἦν ἐκβάλ. δαιμ.] λθ΄. περὶ τοῦ ἔχοντος δαιμόνιον κωφόν.
ἐγένετο δὲ ἐν τῷ λέγ.] μ΄. περὶ τῆς ἐκ τοῦ ὄχλου ἐπαράσης φωνήν.
τῶν δὲ ὄχλ. ἐπαθροιζομ.] μα΄. περὶ τῶν αἰτούντων σημεῖον.
ἐν δὲ τῷ λαλῆσαι, ἠρώτ.] μβ΄. περὶ τοῦ φαρισαίου τοῦ καλέσαντος τὸν ἰησοῦν.
καὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς.] μγ΄. περὶ τοῦ ταλανισμοῦ τῶν νομικῶν.
προσέχ. ἑαυτοῖς ἀπὸ τῆς ζύμ.] μδ΄. περὶ τῆς ζύμης τῶν φαρισαίων.
εἶπε δέ τις αὐτῷ ἐκ.] με΄. περὶ τοῦ θέλοντος μερίσασθαι τὴν κληρονομίαν.
εἶπε δὲ παραβολὴν πρὸς αὐτ.] μϛ΄. περὶ τοῦ οὗ εὐφόρησεν ἡ χώρα πλουσίου.
παρῆσαν δέ τινες ἐν αὐ.] μζ΄. περὶ τῶν γαλιλαίων, καὶ τῶν ἐν τῷ σιλωάμ.
ἦν δὲ διδ. ἐν μιᾷ τῶν συναγ.] μη΄. περὶ τῆς ἐχούσης πνεῦμα ἀσθενείας.
τίνι ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλ.] μθ΄. περὶ παραβολῶν.
εἶπε δέ τις αὐτ.] ν΄. περὶ τοῦ εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι.
ἐν αὐτῇ τῇ ἡμ.] να΄. περὶ τῶν εἰπόντων τῷ Ἰησοῦ διὰ ἡρώδην.
ἄνθρωπός τις ἦν ὑδρ.] νβ΄. περὶ τοῦ ὑδρωπικοῦ.
ἔλεγε δὲ πρὸς τοὺς κεκλ.] νγ΄. περὶ τοῦ μὴ ἀγαπᾶν τὰς πρωτοκλισίας.

ἄνθρωπ. τις ἐποίησε δεῖπ.] νδʹ. περὶ τῶν καλουμένων ἐν τῷ δείπνῳ.
τίς γὰρ ἐξ ὑμ.] νεʹ. περὶ οἰκοδομῆς πύργου παραβολή.
εἶπε δὲ πρὸς αὐτ.] νςʹ. περὶ τῶν ἑκατὸν προβάτων παραβολή.
ἄνθρ. τις εἶχε δύο υἱ.] νζʹ. περὶ τοῦ ἀποδημήσαντος εἰς χώραν μακράν.
ἄνθρ. τις ἦν πλουσ.] νηʹ. περὶ τοῦ οἰκονόμου τῆς ἀδικίας.
ἄνθρ. δέ τις ἦν πλουσ.] νθʹ. περὶ τοῦ πλουσίου, καὶ τοῦ λαζάρου.
καὶ ἐγένετο ἐν τῷ πορ.] ξʹ. περὶ τῶν δέκα λεπρῶν.
ἔλεγε δὲ καὶ παραβολήν.] ξαʹ. περὶ τοῦ κριτοῦ τῆς ἀδικίας.
εἶπε δὲ πρός τινας τοὺς πεποιθ.] ξβʹ. περὶ τοῦ φαρισαίου καὶ τοῦ τελώνου.
καὶ ἐπηρώτ. τις αὐτὸν.] ξγʹ. περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος πλουσίου τὸν Ἰησοῦν.
ἐγέν. δὲ ἐν τῷ ἐγγίζειν αὐτ.] ξδʹ. περὶ τοῦ τυφλοῦ.
καὶ εἰσελθὼν διήρχετο.] ξεʹ. περὶ τοῦ ζακχαίου.
ἄνθρ. τις εὐγενής.] ξςʹ. περὶ τοῦ πορευθέντος λαβεῖν αὐτῷ βασιλείαν.
καὶ ἐγέν. ἐν τῷ ἐπαν.] ξζʹ. περὶ τῶν λαβόντων τὰς δέκα μνᾶς.
καὶ ἐγέν. ὡς ἤγγισεν.] ξηʹ. περὶ τοῦ πώλου.
καὶ ἐγέν. ἐν μιᾷ τῶν ἡμ.] ξθʹ. περὶ τῶν ἐπερωτησάντων τὸν Ἰησοῦν ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων.
ἤρξατο δὲ πρὸς τὸν λαὸν λέγειν.] οʹ. περὶ τοῦ ἀμπελῶνος παραβολή.
καὶ παρατηρήσαντες ἀπές.] οαʹ. περὶ τῶν ἐγκαθέτων διὰ τὸν κῆνσον.
προσελθ. δέ τινες τῶν σαδδ.] οβʹ. περὶ τῶν σαδδουκαίων.
εἶπε δὲ πρὸς αὐτοὺς, πῶς.] ογʹ. ἐρώτησις πρὸς τοὺς φαρισαίους, πῶς ἐστιν υἱὸς δαβὶδ ὁ Χριστός.
ἀναβλέψας δὲ εἶδε.] οδʹ. περὶ τῆς χήρας βαλλούσης δύο λεπτά.
ἐπηρώτησαν δὲ αὐτ.] οεʹ. ἐρώτησις περὶ συντελείας.
ἦλθε δὲ ἡμ. τῶν ἀζ.] οςʹ. περὶ τοῦ πάσχα.
ἐγέν. δὲ καὶ φιλονεικ.] οζʹ. περὶ τῶν φιλονεικησάντων, τίς μείζων.
εἶπε δὲ ὁ κύρ. σίμ.] οηʹ. περὶ τῆς ἐξαιτήσεως τοῦ σατανᾶ, καὶ ἀρνήσεως πέτρου.
ἐξουθενήσας δὲ αὐτὸν ὁ ἡρώδ.] οθʹ. ἐξουθένησις ἡρώδου.
ἠκολούθει δὲ αὐτῷ πο.] πʹ. περὶ τῶν κοπτομένων γυναικῶν.
εἷς δὲ τῶν κρεμ. κακ.] παʹ. περὶ τῶν συσταυρωθέντων λῃστῶν.
καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ὀνόμ. ἰωσ.] πβʹ. περὶ τῆς αἰτήσεως τοῦ κυριακοῦ σώματος.
καὶ ἰδοὺ δύο ἐξ αὐτ.] πγʹ. περὶ τῶν δύο τῶν πορευομένων εἰς ἐμμαοῦς.

DANIE-

DANIELIS HEINSII

EXERCITATIONES SACRÆ AD LVCAM.

SIVE

LIBER TERTIVS.

CAPVT I.

Caput primum examinatur. ἐπεχείρησαν. *De Pſeudeuangeliſtis id acceptum. etiam veteribus, inter quos B. Ambroſius.* ἐπιχειρεῖν, *conari nec implere. Epiphanii ſententia. Recentior interpres, ejuſque interpretatio.* παρηκολουθηκότι πᾶσιν. παρακολουθεῖν. πᾶσιν παρακολουθεῖν τοῖς πράγμασι. κράτιστε Θεόφιλε. τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων. *Interpres recentior, ejuſque interpretatio, vt & antiqui.* Ἐν ἡμῖν, *& quomodo antiquis Græcis id vſitatum. Omnia alte repetita penitus aſſequuto, quod recentiori placuit. de eo quid ſtatuendum. quæ mens Euangeliſtæ. Eraſmi interpretatio.* περὶ ὧν κατηχήθης λόγων. κατηχεῖσθαι. *Recentior interpres id quomodo reddiderit. Vetus interpres ejuſque interpretatio.* δικαιώματα, *conſtitutiones.* δικαιοῦν. δικαιοῦν τὸ ὀρείζειν *in Canonibus.* ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων. *Loci partem, non integrum, adducere, etiam Euangeliſtis, more Hebræorum, vſitatum eſſe.* καὶ αὐτὸς ἦν διανεύων. διανεύων διετέλει, *Græcis.* ἡ δὲ ἰδοῦσα διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ: *ibique* ἀκούσασα, *pro* ἰδοῦσα *in quibuſdam codicibus expreſſum.* דבר, ῥῆμα, λόγος: *& quomodo accipiantur nonnunquam.* διατηρεῖν ῥήματα. παρεκτὸς λόγου πορνείας. ἐπὶ τῷ λόγῳ τῆς ἐπιφανείας τοῦ ἀγγέλου. χαῖρε κεχαριτωμένη. κεχαριτωμένη ἐκ Θεοῦ. Πῶς ἔσται τοῦτο; *& quomodo à S. Virgine ſit dubitatum.* ἐπισκιάσει σοι. σκιάζειν, χρωματουργεῖν. שבינה, *Spiritus Sancti præſentia: ipſe Spiritus Sanctus Hebræorum Magiſtris.* ἐπισκιάσει ἐπ᾽ αὐτὴν ἡ νεφέλη. δόξη κυρίου. οἴκησις *Apoſtolis, & de quo vſurpetur.* τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. *Neſtorii error de conceptionis myſterio.* σκήνωσις. σκηνώσει ἐπ᾽ αὐτόν. *Interpres recentior, ejuſque* τοῦ ἐπισκιάσει *interpretatio. Vetus, ejuſque interpretatio.* Τὸ βρέφος ἐσκίρτησεν ἐν τῇ κοιλίᾳ, *de Præcurſore.* ἀσκαρίζειν. ἅλμα. ἐσκίρτησεν ἐν ἀγαλλιάσει. πινακίδιον *Zachariæ, cera Tertulliano.* ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, *Oriens ex alto. An germen,* ἀνατολή. *Quo reſpexerit Euangeliſta, cum* ἀνατολῆς *voce vſus eſt.* ἀνατολή, ὁ ἀνατέλλων ἥλιος. Ὁ ἥλιος, *Dominus dictus. vtrique id ejus naturæ conuenire ſecundum Chryſoſtomum.* ἥλιος καταδύων. ἀναδεικνύειν ἥλιον. ἀνατολὴ *Dominus SS. Patribus dictus. Recentior interpres, &, an recte vocem Orientis non expreſſerit.*

IN Euangeliſtæ hujus principio, quod eſt, Ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων, fieri poteſt, vt plus negotii ſibi quam neceſſe erat, etiam è veteribus nonnulli, crearint, qui ἐπιχείρησιν ἄνευ τελειώσεως, conatum abſque ſucceſſu, ab Euangeliſta notari voluerunt. Vnde nata opinio, & quidem vetus, Pſeudeuangeliſtas hic tangi. De quibus ad hunc locum Ambroſius: *Sic & nunc in Nouo Teſtamento multi Euangelia ſcribere conati ſunt, quæ boni nummularii non probauerunt. Vnum autem tantummodo in quatuor libros digeſtum, ex omnibus arbitrati ſunt eligendum. Et aliud quidem fertur Euangelium, quod duodecim ſcripſiſſe dicuntur. Auſus eſt etiam Baſilides Euangelium ſcribere, quod dicitur ſecundum Baſiliden. Fertur etiam Euangelium, quod ſcri-*

CAP. I. ℣. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Lvc. *bitur ſecundum Thomam. nam aliud ſcriptum, ſecundum Matthiam. Legimus*
aliqua, ne legantur: legimus, ne ignoremus: legimus, non vt teneamus, ſed ne re-
pudiemus, &, vt ſciamus, in quibus magnifici iſti cor exaltant ſuum. Et paulo
poſt, *Quoniam multi*, inquit, *conati ſunt. Conati vtique illi ſunt, qui implere*
nequiuerunt. Ergo, multos cœpiſſe nec impleſſe, etiam Sanctus Lucas teſtimonio
locupletiore teſtatur, dicens, plurimos eſſe conatos. Qui enim conatus eſt ordinare,
ſuo labore conatus eſt, nec impleuit. &c. quod an perpetuum ſit, ſciunt qui
Græce non ignorant. Certe, quemadmodum apud hiſtoricos non raro
perficit qui ἐπιχειρεῖ, ita apud rhetores qui ἐπιχειρεῖ, non raro efficit quod
vult ac concludit. Neque aliter tamen & Epiphanius accepit, qui Cerin-
thum ac Merinthum alioſque vult intelligi. Aduerſus Alogos: Ἐπειδήπερ πολ-
λοὶ ἐπεχείρησαν, ἵνα τινὰς μὲν ἐπιχειρητὰς δείξῃ, φημὶ δὲ τοὺς περὶ Κήρινθον καὶ Μήρινθον,
καὶ τοὺς ἄλλους. Εἶτα, τί φησιν; Ἔδοξε κἀμοὶ καθεξῆς παρηκολουθηκότι ἄνωθεν τοῖς αὐτόπταις
καὶ ὑπηρέταις τοῦ λόγου γενομένοις, γράψαι σοι, κράτιστε Θεόφιλε· εἴτ' οὖν τινὶ Θεοφίλῳ
τότε γράφων, τοῦτο ἔλεγεν, ἢ παντὶ ἀνθρώπῳ, θεὸν ἀγαπῶντι, ἵνα περὶ ὧν φησὶ κατηχήθης
λόγων ἐπιγνῷς τὴν ἀσφάλειαν. καὶ τὴν μὲν κατήχησιν προτεταγμένην ἔφασκεν, ὡς ἤδη
ὑπὸ ἄλλων μὲν κατηχηθέντος, οὐκ ἀσφαλῶς δὲ παρ' αὐτῶν μεμαθηκέναι· εἶτα κατὰ τὴν ἀκρίβειάν
φησιν, Ἐγένετο ἐν ἡμέραις Ἡρώδου. *Siquidem multi ſunt conati. Vt eos qui idem ten-*
tarunt, Cerinthum & Merinthum, puta, alioſque, ſignificet. Quid autem addit? Vi-
ſum & mihi, vt ordine ſecutus eos, qui inſpectores ipſi & miniſtri doctrinæ fuerunt,
eadem exprimerem, atque ad te, præſtantiſſime Theophile, ſcriberem. Siue autem,
quod ad quendam tum ſcriberet Theophilum, ita loquitur, ſiue quemuis, qui Deum
amat, eo nomine deſignet, vt ejus, inquit, *qua imbutus es, doctrinæ, veritatem agno-*
ſcas. Et inſtitutionem præmiſſam quidem dixit: vt qui ab aliis jam quidem eam
accepiſſet, neque tamen, vt debebat, hauſiſſet. Deinde, ſecundum id, quod accurate ab
eo præſtitum, narrare incipit: Fuit in diebus Herodis. Cum potius metuendum
ſit, ne, ſi nimium in voce ἐπιχειρεῖν & κατηχεῖν argutemur, Lucas, quem ordi-
ne in ſcribendo fuiſſe volunt tertium, prioribus detrahere nonnihil videa-
tur: quod nec fecit, nec voluit, nec debuit. Neque minus in Epiphanio
notandum, quod, τὸ πᾶσι, non ad res ſed ad homines, referre videtur: cum
Euangeliſta, ſcilicet, dixit, παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς. Quaſi πάντες illi
ſint, quos αὐτόπτας fuiſſe à principio καὶ ὑπηρέτας dixit. cum ea vox ad mate-
riem, καὶ τὴν διήγησιν τῶν γεγονότων, ſiue eorum quæ facta ſunt narrationem, refe-
ratur. quemadmodum & eos, vt dixi, fugit ratio, qui aſſequendi verbo hic
vtuntur. *Viſum eſt etiam mihi, omnia alte repetita penitus aſſequuto, ordine illa*
ad te ſcribere. Quæ Lucæ mentem magis, ſi quid judico, inuoluunt. nam πα-
ρακολουθεῖ τοῖς πράγμασι, qui nihil prætermittit, & veſtigia ſic quaſi rerum le-
git. Iam quod Epiphanius Theophilum, cui Euangelicam hiſtoriam inſcri-
bit Lucas, πάντα ἄνθρωπον, τὸν ἀγαπῶντα τὸν θεὸν, omnem qui Deum amat, poſſe
intelligi exiſtimat, vel ſolum attributum diluit. Quid enim opus dici κράτιστον,
quem attributo jam alio à cæteris diſtinxeris? quod eſt θεόφιλος. Sequitur,
Ibid. περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων. Recentior, *earum rerum, quarum ple-*
na nobis fides facta eſt. Idem enim eſſe voluit, τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν, &, τῶν
πεπληροφορημένων ἡμῖν. credo, vt ſic Lucas αὐτόπτην ſe fuiſſe neget: imo, acce-
piſſe ab aliis dicat, quæ ſcribit. Vetus interpres, qui meminerat, Paulum ad
Timotheum, τῷ, πληροφορεῖν, ἀντὶ τοῦ ἀναπληροῦν, vſum eſſe, *quæ in nobis completa*
ſunt, reddidit. In illo, nempe, τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον, 2 ad Timoth. 4. 5. vt
& iterum eodem capite: vbi interpres vetus, *miniſterium tuum imple*, hoc eſt,
penitus perfice. Magnus Chryſoſtomus, τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον, τουτέστι πλή-
ρωσον. Doctiſſima veterum Theologorum ſcholia, πλήρωσον οὖν, ὃ ἐνήρξω, φησὶν,
καὶ κατάστρεφον αὐτοῖς, ἕως ὑγιαίνουσι, τὸ κήρυγμα. Recens interpres, *miniſterii tui ple-*
nam fidem facito. aliene, ſi quid judico, quia de recepta in ſcholis πληροφο-
ρίας definitione cogitabat. Eodem capite verſ. 17. Ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληρο-
φορηθῇ.

φορηθῇ. Chryſoſtomus, τουτέστιν, πληρωθῇ. Scholia, ἵνα τῷ πληρωθῆναι εἰς πέρας IN LVC.
ἔλθῃ. Eruditiſſime. Cæterum, cum τὸ ἐν ἡμῖν, *in nobis*, vetus reddidit inter-
pres, more ſuô ſeruauit quod inuênit. Qua religione ex inſtituto vſus eſt.
Præſtat enim in reddendo Dei verbo, exhibere verba quæ leguntur, quam
interpretari mentem, in qua hæreas aut de qua dubites. quod ad commenta-
tionem aut paraphraſin accedit. Cæterum, τὸ ἐν ἡμῖν, vix dubitandum, quin
Græciſmus ſit & elegans & vetus, neq; ex ſequiori Helleniſmo, qui Hebraiſ-
mo reſpondet. Bene Critici antiqui notant, τὸ ἐν, χρόνου δηλωτικὸν εἶναι. hoc eſt, ἐν,
denotare tempus. Vt cum ἐν πολέμῳ dicunt, *belli tempore, dum bellum geritur.* at-
que alia ejuſdem generis. Sic ἐν ἡμῖν, *noſtro tempore.* De eo enim tempore agit
quod *nouiſſimum plerunque dicitur.* quo etſi vixerat Euangeliſta noſter, quod
& de S. Paulo dici poteſt, neceſſe tamen fuit, vt αὐτόπτας ſequeretur καὶ τοῦ
λόγου ὑπηρέτας. Eodem fere loco cum legitur, ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνω- ℣ſ. 3.
θεν πᾶσιν ἀκριβῶς, recentior interpres, *omnia alte repetita penitus aſſequuto.*
& eodem fere modo vetus. Quod, vt verum dicam, durum nobis ac mole-
ſtum videtur. eoque ſenſu expeditius, ni fallor, dicas, *poſtquam in omnia ordine*
ac diligenter inquiſiuimus: vt ſic ad cognitionem, quæ præceſſit ſcriptionem,
referatur; quod & voluiſſe illi videntur: vel, *accurata omnium ab initio ratione*
habita: vt ad modum ſcribendi. Ad priorem mentem Eraſmus, moleſte qui-
dem ſatis, *cunctis ab initio exacta diligentia perueſtigatis.* Paulo poſt cum addi- ℣ſ. 4.
tur, ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν, interpres recens, *vt agnoſcas*
earum rerum veritatem quas auditione accepiſti. Moleſte, nec tamen plene. vt ad
ipſam, credo, vocis originem alluderet ac fontem. Ego autem ne κατηχήσεις
quidem, *auditiones*, hoc eſt, ἀκροάματα, hic dicam. Quam vocem etiam feſtiue
vſurpari ſcimus. quanquam inter catechumenos Græcorum, æuo poſteriori
fuiſſe non ignorem, quos ἀκροωμένους dicebant: qui, τοῖς γόνυ κλίνουσι, ſiue iis, *qui*
genu tantum flecterent, eodem tempore opponebantur. quod & Canoniſtæ
& interpretes eorum docent. Neque interpres noſter, κατηχημένον τὴν ὁδὸν
τοῦ Κυρίου, Actor. 18. 25. *qui viam Domini auditione accepit*, ſed *initiatum*, vt &,
ἐκ τοῦ νόμου κατηχούμενον, *ex lege inſtitutum*, Rom. 2. 18. dixit. qui &, cum idem
Apoſtolus, ἵνα καὶ ἄλλους κατηχήσω, *vt & alios inſtituam.* 1 Corinth. 14. ℣ſ. 19.
itemque ad Galatas, κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι, *com-*
municet autem qui inſtituitur in ſermone cum eo qui ſe inſtituit, omnia bona,
dixiſſe maluit. Heſychius Κατηχούμενος, παιδευόμενος, *qui inſtituitur.* Qua
voce quam initiandi, à qua nec Chriſtiani abhorruerunt, vti malim: qui &
Græcam, ob receptos eo tempore ordines, vt plurimum, ſeruarunt: quem-
admodum cum Tertullianus De Corona Militis, *Omnes ita obſeruant, a cate-*
chumenis, vſque ad confeſſores & martyres, vel negatores. cum ſimplicitatis
tantum hic habenda ſit ratio. De Zacharia & Eliſabetha dicitur, ὅτι ἦσαν δί- ℣ſ. 6.
καιοι ἀμφότεροι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ Κυ-
ρίου ἄμεμπτοι. Vbi δικαιώματα, non male forſan *conſtitutiones*, recentior inter-
pres dixit. quanquam metuo, ne, quod de ritibus & ceremoniali Lege ad-
fert, acutum magis ac ſubtile ſit quam verum. Quis enim neſcit, quæ ſint
δικαιώματα in Sacris? quorum paſſim quoque in Canonibus fit mentio: in
quibus δικαιοῦν καὶ ὁρίζειν, promiſcue vſurpantur. Tale illud quod occurrit paſ-
ſim, ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου δεδικαίωται. vt in Epheſina, Canone quarto. Eadem
Synodo, Ἐδικαιώσαμεν καὶ ὡρίσαμεν δίχα πάσης ἀντιλογίας, ἔχειν αὐτὸν τό, τε τοῦ ἐπισκο-
πῆς ὄνομα καὶ τὴν τιμήν. Δικαιώματα igitur מצות, præcepta, tam quæ vetant quam
quæ jubent. quod & aliquanto ſeſe latius quam τὸ ἐντολαὶ extendit. Capite
eodem legitur, καὶ αὐτὸς προελεύσεται ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου, ἐπι- ℣ſ. 17.
στρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα. Ad quem locum bene obſeruarunt eruditi,
apud Malachiam ἀποκαταστήσει, non autem ἐπιστρέψει legi. E quo ſtatuunt, de-
cernunt, alio contextu, non eodem qui nunc extat, vſos hujus Fœderis
ſcri-

IN LVC. ſcriptores. quod profectò quanti ſit, non dicam: neque tamen libertatem
eam vel Euangeliſtis vel Apoſtolis negatam reor, vt à verbo vnico inter-
pretum abirent: cum tot locis ad originem Hebræam ab his ipſis ſe con-
uertant. Vellem interim Sirachiden conſuluiſſent: apud quem cap. 48. v. 10.
ἐπιστρέψαι καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱὸν, καὶ καταστῆσαι φυλὰς Ἰακώβ, etiam nunc legitur.
Nam quod loci partem, neque integrum, adduxit, more Magiſtrorum, quod
non vno loco diximus ab eo factum: qui, cum partem prætermittunt, τὸ
'וגו, aut ſimile, in defectu, vt Græci ſuum καὶ τὰ ἑξῆς, vel addunt, vel intelli-
gunt. Quemadmodum quod è Prophetæ verbis per ſe intelligitur hic præ-
termiſſum. totum enim eſſet, ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, καὶ τέκνων ἐπὶ
℣ſ. 19. πατέρας: quod quiuis ſupplere poteſt. Zacharias cum de iis quæ nunciaret
Angelus humano more dubitaret, quæſierat, quo argumento vera eſſe ea ſci-
ret, cum natura ipſa repugnare videretur. Confirmandæ autoritati reſpon-
det Angelus, Ἐγώ εἰμι Γαβριὴλ, ὁ παρεστηκὼς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. quod cum dixit, An-
gelum ſe *faciei*, vt eleganter cap. 63. ℣ſ. 9. Eſaias loquitur, aut, *faciei Domi-
ni*, ſignificauit. *In omni anguſtia eorum*, inquit Propheta, *fuit ei anguſtia, &
Angelus faciei ejus ſaluos faciet eos.* מלאך פניו. quod Helleniſtæ, οὐδὲ ἄγγελος, ἀλλ' αὐ-
τὸς ὁ Κύριος. *non Angelus, ſed ipſe Dominus.* credo, ut de Meſſia dictum. Quæ in-
terim ab Angelo faciei dicuntur, à Domino dicuntur. Et hoc voluit Gabriel,
non ſe loqui, ſed Deum: mandata enim Dei eſſe, quæ adferret. Eſſe enim
faciei ſe Angelum. Legatus autem quæ loquitur, illius ſunt à quo mittitur:
quia cum mandato ac præſcripto mittitur. Aliquanto poſt, de Zacharia,
℣ſ. 22. καὶ αὐτὸς ἦν διανεύων αὐτοῖς, καὶ διέμενε κωφός. Quo loco illud, καὶ αὐτὸς ἦν διανεύων
αὐτοῖς, quidam ita acceperunt, quaſi viſionem illam ſibi oblatam nutu illo
deſignaſſet. Theophylactus, Διένευε δὲ τῷ λαῷ Ζαχαρίας, ἴσως ἐρωτῶντι τὴν αἰτίαν
τῆς σιωπῆς· μὴ δυνάμενος γὰρ λαλῆσαι, διὰ νεύματος ἐδήλου ταύτην. Idemque & Iu-
uencus Preſbyter volebat, *Egreſſus trepide, numen vidiſſe ſupernum Nutibus
edocuit, miſeræ & diſpendia vocis.* Et certe præceſſit, καὶ ἐπέγνωσαν, ὅτι ὀπτασίαν
ἑώρακεν ἐν τῷ ναῷ. Quo ſenſu, τοῦτο, aſſumendum, vel, vt vulgo dicunt, ἔξωθεν
intelligendum. vt ſit, καὶ αὐτὸς ἦν τοῦτο διανεύων: quod tamen non omnino
admittendum puto. Videtur enim, ἦν διανεύων, cum dixit, temporis continua-
tionem, quo defectum linguæ nutibus ſuppleuit, deſignaſſe Euangeliſta:
quod Græci, καὶ διανεύων διετέλει; eleganter dicunt. & hoc verum. Eodem
℣ſ. 29. capite hoc, cum legitur, ἡ δὲ ἰδοῦσα διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ, quærunt erudi-
ti, quare dixerit ἰδοῦσα, ac deinde, ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ. Quod nonnullis, vt in re
exigua nonnunquam more hominum hæremus, adeo moleſtum fuit, vt non
ἰδοῦσα, ſed, ἀκούσασα, legendum judicarent: vt videlicet hæc duo, ἀκούσασα καὶ
διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ, conuenirent. Atqui, ne pueri quidem, Hebraiſ-
mi vtcunque non imperiti, neſcire poſſunt, τὸ דבר, quod plerunque ῥῆμα,
nonnunquam λόγος hoc ſenſu redditur, paſſim pro ipſa re poni quæ euênit.
Vt cum virgo Sanctiſſima ac mater, διατηρῆσαι πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα ἐν τῇ καρ-
δίᾳ αὐτῆς dicitur. quæ non verba ſunt, ſed facta. Quemadmodum Geneſ. 37. 11.
de Ioſephi patre, ὅτι שמר את הדבר, *ſeruaſſe verbum*, ſiue, *verba*, hoc eſt, *facta ejus*,
dicitur. Interpres vetus, *pater vero rem tacitus conſiderabat.* Recentior, *at
pater ejus obſeruabat rem ipſam.* Helleniſtæ, ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ διετήρησε τὸ ῥῆμα.
Etiam λόγον dicunt: quo tamen cum vtuntur, aliquid intelligunt plerunque
aut addunt. Vt cum παρεκτὸς λόγου πορνείας. לולי על ארות תזנות. Matthæi 5. 32. dicitur.
Eodem modo hic ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ, quod tantopere nonnullos mouet, ἐπὶ
τῷ λόγῳ τῆς ἐπιφανείας τοῦ ἀγγέλου. *quod Angelum videret.* Apparitionem quippe
intelligit. quod ipſum, λόγος, ſiue ῥῆμα, τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ, dicitur. Tale eſt,
Et clamauit Moſes, על דבר הצפרדעים, ἐπὶ λόγῳ τῶν βατράχων, *ad verbum ranarum*: non
quod ranæ loquerentur, ſed quod tantus eſſet numerus earum. Ita hic Beata
virgo ad conſpectum Angeli hac ipſa de cauſa, hoc eſt, *quod vidiſſet illum*,
turbata

turbata dicitur. intelligunt quid velim, qui Hebraice, vt dixi, vel leuiſſime In Lvc.
intelligunt aut ſciunt. Adde quod & ita minime redundat id quod ſequi-
tur, καὶ διελογίζετο ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος. vt ad apparitionem, quod prius
eſt, quod autem ſubſequitur, ad verba, quæ præcedunt, referatur. Pene vſ. 28.
interim omiſeram, quod proxime in ſalutatione Angelica præcedit, Χαῖρε
κεχαριτωμένη. hoc eſt, *gratia donata*. Vt dicatur, κεχαριτωμένη, ἐκ Θεοῦ ſcilicet, *à*
Deo. quomodo & paſſim SS. Patres loquuntur. Epiphanius aduerſus Arrium,
ὁ δὲ Μωυσῆς συνέστη ἐκ Θεοῦ κεχαριτωμένος, ἥρωτε, οὐ τοῦτε, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔτι ἀνώτατον. Eſt
ergo ἀτελὲς, quod ex antiquitate erudita ſupplendum. quomodo τὸ χαριτοῦν
Deo tribuit Apoſtolus: qui, ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ. Quo præ-
eunte, & interpretibus antiquis Patribus, τὴν κεχαριτωμένην, τὴν ἐκ Θεοῦ κεχα-
ριτωμένην, dicas. neque interpretationi ipſe deeſt Angelus, qui addit, εὗρες
γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ. In eodem Angeli & Virginis colloquio mox ſequitur,
εἶπε δὲ Μαριὰμ πρὸς τὸν ἄγγελον, Πῶς ἔσται τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; Quæ ſunt du-
bitantis quidem verba, ſed hoc modo, quo fidelium progenitor parenſque, vſ. 34.
poſt promiſſam ſobolem quæ cœli ſigna adæquaret, ſic interrogat de modo
vt non dubitet de facto: qui, *Domine Iehoua, quomodo cognoſcam illud?* Vbi ele-
ganter veteres Theologi, Ἐπίστευσε τῷ Θεῷ. τὸ δὲ πότε καὶ πῶς ἐζήτει· οὐ περὶ τῶν ῥηθέντων
ἀμφισβητῶν, ἀλλὰ περὶ τῶν μὴ ῥηθέντων. *Credebat Deo, quando autem & quomodo, quæ-*
rebat: non quod de iis quæ jam dicta eſſent, ſed quod de iis potius quæ dicta non eſſent,
dubitaret. Vnde & diſcit ab Angelo quod quærit. B. Ambroſius ad hunc lo-
cum, *Cum dixit, quomodo fiet iſtud, non de effectu dubitauit, ſed qualitatem ipſius*
quæſiuit effectus. Item, *Bene quæſiuit, quomodo fieret. Legerat enim, quod virgo*
generaret, non legerat, quomodo generaret. Reſpondetur autem mox ab Angelo
quod ſequitur, Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπί σε, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. In quo vſ. 35.
verbo nondum ſatis expediſſe ſe videntur veteres. Et ab auibus deſumptum
quidem, vult Theophylactus. Ὡς γὰρ ὄρνις, inquit, ἐπισκιάζει τὰ νόσσια αὐτῆς,
ὅλα ταῖς πτέρυξιν αὐτῆς περιλαμβάνουσα, οὕτω καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις, ὅλην περιέλαβε τὴν
παρθένον· καὶ τοῦτό ἐστιν ἐπισκιάσαι. *vt enim auis*, inquit, *pullos obumbrat ſuos, quæ to-*
tis alis circundat eos, ita virtus Dei totam circundedit virginem: quod obum-
brare *dicitur*. Opiniones autem aliorum ipſe explodit. qualis inter cæteras
eorum, quibus deſumptum à pictoribus videtur: qui σκιάζειν primo, cum
colores autem addunt, χρωματουργεῖν dicuntur. Titus Boſtrorum Epiſcopus,
Ἐπισκιάσει σοι, περιβαλεῖ σε, καὶ ἐνδύσει σε, καὶ περιχαρακώσει σε. Cum τῷ שכן potius reſpon-
deat: vt, diuinam operationem ſic includat ac præſentiam, quam שכינה dixê-
re: qua voce vim præſentiamque Spiritus ipſius Sancti exprimunt Magiſtri.
vt omittam pro רוח הקדש, id eſt, Spiritu Sancto, vſurpari iis, atque ſic exponi.
Ad illud, *neque poterat Moſes ingredi tabernaculum Eccleſiæ, quia habitabat ſuper*
illud nubes, & gloria Iehouæ repleuit tabernaculum, Helleniſtæ, ὅτι ἐπεσκίασεν ἐπ᾽
αὐτὴν ἡ νεφέλη, καὶ δόξης Κυρίου ἐπλήσθη ἡ σκηνή. Nam & δόξα Κυρίου שכינה. quem-
admodum Rabbini, cum de vſu ejus agunt, proprie ad tollendum quicquid
corporale, à Deo, vſurpari notant. Quid quod voce οἰκήσεως, quæ exprimit
Hebræam, de præſentia, quam dixi, Spiritus, Apoſtoli vtuntur? quemad-
modum non ſemel Paulus. Vt cum τὸ πνεῦμα οἰκεῖν dixit. εἴπερ πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ
ἐν ὑμῖν. ad Rom. 8.9. item, οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν
ὑμῖν. 1 ad Corinth. 3.16. Quid quod Neſtorium, vbi de hoc ipſo conceptio-
nis agitur myſterio, accuſant S S. Patres, quod negarit, ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἐν τῇ
μήτρᾳ τῆς παρθένου οἰκήσας, ἐσαρκώθη? cum diſerte hic dicatur, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον
ἐπελεύσεται ἐπί σε, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Quæ eſt illa οἴκησις τοῦ πνεύματος,
è qua conceptus Dei Filius: cui ipſa vox Hebræa conuenit quam diceba-
mus. vnde & σκηνῶσιν hoc ipſum Helleniſtæ dicunt. Apocalypſeos autor,
καὶ ὁ καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου, σκηνώσει ἐπ᾽ αὐτούς. vbi, *vmbraculo proteget eos*, recen-
tior interpres. Minus commode, nec pro ſenſu, ſi quid judico. Quanto autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Lvc. melius, *habitabit ſuper illos*, interpres vetus? qui τὸ שכן, hoc eſt, magnam illam
οἴκησιν, expreſſit. quemadmodum hac ipſa voce de conceptione hac vtuntur
S S. Patres. inter quos Damaſcenus lib. De Orthodoxa fide 4. Ἡμεῖς δὲ Χρι-
στὸν γεγεννῆσθαί τε καὶ κεκλῆσθαι φαμὲν τὸν υἱὸν καὶ λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀφ' οὗ ἐν γαστρὶ τῆς ἁγίας
ἀειπαρθένου ἐσκήνωσε. De Eliſabetha, poſtquam ſalutaſſet eam virgo beatiſſima,
v. 41. mox additur, καὶ ἐγένετο ὡς ἤκουσεν ἡ Ἐλισάβετ τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας, ἐσκίρτησε τὸ
βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς: quemadmodum & ipſa mox addit, Ἰδοὺ γὰρ ὡς ἐγένετο
ἡ φωνὴ τοῦ ἀσπασμοῦ σου εἰς τὰ ὦτά μου, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν ἀγαλλιάσει ἐν τῇ κοιλίᾳ μου.
Vbi quærat aliquis fortaſſe, quomodo, cum menſem ſextum, quod jam ante
dictum eſt, Eliſabetha concepiſſet, inter cætera miracula, ſiue μεγαλεῖα τοῦ
Θεοῦ, vt Scriptura loquitur, reponat, quod Baptiſta exultaret: cum plerunque
fœtus, ex quo jam formatus perfectuſque eſt, moueatur aut exultet? Quod vt
ἀσκαρίζειν dicunt Medici, ita motum ipſum, ἅλμα, hoc eſt, σκίρτημα, eorum
Princeps dixit. quod vel tertio fit menſe. Caute igitur ac prouide, ἐν ἀγαλ-
λιάσει addit: in quo vis miraculi quod memoratur. Eleganter B. Auguſtinus:
*Ideo hæc exultatio, & tanquam matri Domini reddita reſalutatio, tanquam ſo-
lent miracula fieri, facta eſt diuinitus in infante, non humanitus ab infante.* Ad-
ditque, *miraculum fuiſſe in fide ac conſenſu, quæ in illo intra viſcera materna
ætatem præuenerunt quam non expectauit.* Sed & eleganter B. Ambroſius,
Nondum erat ille ſpiritus vitæ, ſed ſpiritus gratiæ. De parente Præcurſoris
v. 63. capite eodem dicitur, καὶ αἰτήσας πινακίδιον, ἔγραψε, λέγων, Ἰωάννης ἐστὶ τὸ ὄνομα
αὐτοῦ. vbi πινακίδιον Tertullianus *ceram* interpretatus, eleganter dixit, *At enim
Zacharias, temporali vocis orbatione mulctatus, cum animo collocutus, linguam
irritam tranſit, manibus ſuis à corde dictat, & nomen filii ſine ore pronunciat:
loquitur in ſtylo, auditur in cera manus omni ſono clarior, litera omni ore voca-*
v. 78. *lior*. lib. De Idololatria. Sub finem capitis ejuſdem locus ille occurrit, διὰ
σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν, ἐν οἷς ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους. vbi interpres
vetus, *Oriens ex alto.* Porro, qui ἀνατολὴν hoc loco germen eſſe volunt, vi-
deant, quid Euangeliſtæ reſponſuri ſint, cum addit, ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει καὶ
σκιᾷ θανάτου καθημένοις. quibus verbis notiſſimum Eſaiæ alluſit locum, ὁ λαὸς ὁ
καθήμενος ἐν σκότει, εἶδε φῶς μέγα· οἱ κατοικοῦντες ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς λάμψει
ἐφ' ὑμᾶς. pro quo Matthæus, φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς: qui & ipſe eundem inter-
pretatur locum. Quis autem dicet, germen ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου
καθημένοις, quod eſt Solis? Neque video, cur ἀνατολὴ ἡλίου, non poſſit eſſe,
ὁ ἀνατέλλων ἥλιος, *ſol ipſe oriens.* cum de eo loquatur, de quo Eſaias 60. 20.
Οὐ γὰρ δύσεται ὁ ἥλιός σοι. quod Chryſoſtomus, citante Photio, vtrique na-
turæ Seruatoris conuenire docet. Αὕτη γοῦν ἡ ἀνατολὴ, ἐξ ὕψους ἀνέτειλε, καὶ ἀπὸ γῆς·
ἐξ ὕψους μὲν κατὰ τὴν θεότητα· ἀπὸ γῆς δὲ κατὰ τὴν οἰκονομίαν. *Hic igitur Oriens ex alto
ortus eſt, & è terra. ex alto, quod ad diuinitatem: è terra, quod ad humanam na-
turam.* Quemadmodum ſpem & expectationem, etiam οἱ ἔξω, voce ἡλίου
deſignant. vt cum καταδύειν ἥλιον, & ſimilia, dicunt. Daphnis apud Theo-
critum,

Ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ' ἅλιον ἄμμι δεδύκειν.

Sol enim occidere iis, aut jam occidiſſe, dicitur, qui infelices aut extra ſpem
ſunt (quomodo & Prophetæ alibi loquuntur:) quemadmodum ἀναδεικνύειν ἥλιον
monſtrare Solem, contra à Longo in Pœmenicis dicitur. Sed & S S. Patribus,
ipſe Dominus paſſim ἀνατολὴ nuncupatur. vt Thaumaturgo, cum dixit, ἀστὴρ
διαδουχῶν, κατεμήνυεν τοὺς ἐκ γῆς πόρρωθεν ἐλθόντας πρὸς τὴν ὄντως ἀνατολήν. *ſtella quæ
prælucebat, eos qui è terra longinqua ad verum venerunt Orientem, ſignificabat.*
Vt jam addam, in diuina illa Eſaiæ prophetia cap. 60. qua illuſtrior de Meſ-
ſia non extat, ter, totidem verſiculis, vt nunc diſtinguitur contextus, vo-
cem זרח repeti. In Hebræo enim paulo aliter, quam apud Helleniſtas, legi-
tur. vbi, Ἐγείρου, φωτίζου (Ἱερουσαλὴμ) ἥκει γάρ σου τὸ φῶς, καὶ ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ ἀνατέταλκε.

Ἰδοὺ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ἰδοὺ σκότος καλύψει γῆν, καὶ γνόφος ἐπ᾽ ἔθνη. Ἐπὶ σὲ δὲ ἀναφανεῖ Κύριος, καὶ ἡ δόξα αὐτοῦ ἐπὶ σὲ ὀφθήσεται. Καὶ πορεύσονται ἔθνη ἐν τῷ φωτί σου, καὶ βασιλεῖς ἐν τῇ λαμπρότητι τῆς ἀνατολῆς σου. Igitur ἀνατολὴ, ὁ ἀνατείλας. Ac vix dubium quin eo reſpexerit Lucas. Quid quod apud Prophetam, Zachariæ cognominem, etiam τὸ צמח, quod aliquoties occurrit, ἀνατολὴν Helleniſtæ reddunt? B. Hieronymus ad eundem: *qui idcirco Oriens, id eſt,* ἀνατολὴ, *vel* ἀναφύη, *ſiue* βλάστημα *nuncupatur, id eſt, germen: quod recentiores ibi prætulere. Vnde idem hic quibuſdam placuit.* Quo loco etiam à Cabaliſtis intelligi Meſſiam vel è ſubtili eorum Gematria apparet: qui τὸ צמח, quod eſt *Oriens*, eundem efficere docent numerum, quem מנחם, ſeu, *conſolator*: quod iis inter nomina Meſſiæ. vnde & Meſſiæ nomine, Chaldæo redditur. Quare autem recentiores noſtri vocem Orientis hic declinarunt? Abſit enim vt tanti ſint dubia, quæ ab illis hic mouentur. IN LVC.

CAP. II.

Caput ſecundum examinatur. ἀπογραφή. λογογραφία. οἰκετικὴ διάθεσις. ἀρίθμησις. ἡ γινομένη μείωσις. *profeſſio. venire ad profeſſionem.* φάτνη. ἐν τῇ φάτνῃ, καὶ ἐν φάτνῃ, *an differant.* βοοστάσιον. *Hebræis Rabbiniſque quomodo dicatur.* φάτνη *&* *præſepe quid. Canticum Angelorum.* ἐπὶ γῆς γὰρ εἰρήνη, *ex ſententia veterum.* εἰρήνη, *Hebræorum more de ſalute. In Cantico Angelico diſtinctio notata.* Εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις. ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, *& vnde ſumptum.* διελθεῖν. *Recentior interpres.* τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ γεγονός. *B. Ambroſii* πάρεργα. ῥῆμα, *&* ῥήματα, *iterum, quomodo ex Hebræorum ratione Lucæ vſurpentur.* ἐὰν μὴ εὑρίσκῃ ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἱκανὸν εἰς ἀμνόν. *Abrupti contextus exemplum, idque Hebræorum more.* Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλον, *& vnde deſumptum.* ἀποθανοῦμαι νῦν. ἀπολύεσθαι. *Simeon,* θεοδόχος, *ſuſceptor Dei, antiquis dictus.* σημεῖον ἀντιλεγόμενον, *Seruator ab eo dictus, & vnde id petitum.* ἱερεὺς ἀντιλεγόμενος. ῥομφαία ψυχοδιάβατος. ἐν τῇ συνοδίᾳ εἶναι. συνοδία *quid. fuſe id probatum, & quot modis vſurpetur:* συνουσία. περιοδίαι. περιοδεύειν. *Loci vera interpretatio.* συνοδία שיר, *ejuſdem proſapiæ amici. Liber* συνοδίας.

STatim capite ſecundo illud occurrit, Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου. Vbi ἀπογραφὴ, quæ λογογραφία aliis in locis ab Helleniſtis, & quia ſeruitutis erat nota, οἰκετικὴ διάθεσις dicitur. CAP. II. vſ. 2.
Autor Machabæorum, Πάντας δὲ τοὺς Ἰουδαίους, εἰς λογογραφίαν καὶ οἰκετικὴν διάθεσιν ἀχθῆναι. Addit, τούς τε ἀπογραφομένους χαράττεσθαι. vbi tria hæc jungit. Heſychius, Ἀπογραφὴ, ἀρίθμησις, ἢ, ἡ γινομένη μείωσις. quo loco μείωσις, *profeſſio.* Doctiſſimus Gloſſator Græco-latinus, quem Henrico Stephano debemus, Ἀπογραφὴ, *cenſus, profeſſus, profeſſio.* Ἀπογράφομαι, *cenſeor, profiteor.* quæ eſt illa μείωσις Heſychii. Ioſephus paulo poſt dicitur veniſſe ἀπογράψασθαι. quod recte, *ad profeſſionem*, dicas. Sequitur poſt aliquanto, καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ· διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι. Certe ſi verum eſt quod pictores pingunt, & nunc eruditi ex opinione antiquorum credunt, in præſepi Dominum repoſuiſſe Virginem Sanctiſſimam & matrem, non ἐν τῇ φάτνῃ, ſed ἐν φάτνῃ, dicendum fuiſſet. Quod qui negat, quid ſit Græce loqui, neſcio an ſatis intelligat. vt &, quid ſit φάτνη, cum τῷ καταλύματι opponitur, quod hic fit. Quare & non ſine cauſa Helleniſtæ vocem Hebræam βοοστάσιον interpretantur: τὸ אבוס, nimirum, aut τὸ רפת, quo Rabbini ſolent vti. Qua voce locus, in quo aut conſiſtunt jumenta aut aluntur, ab iis deſignatur: ſtabulum, videlicet, aut pars ejuſdem. Quemadmodum, cum Salomoni millia præſepiorum quatuor fuiſſe dicuntur: ita vt equis decem ſingula ſufficerent. Quanquam ibi voce alia, ejuſdem tamen notæ, Hebræi vtantur. vt in illo, καὶ οὐκ εἰσὶ βόες ἐν ταῖς φάτναις, Habac. 3. 17. Quomodo autem in præſepi ſunt boues, vſ. 5. vſ. 7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Lvc. ſi ex eo aluntur? nec aliter Latini loquuntur. Poëta lib. Æneid. 7. *Setigerique ſues atque in præſepibus vrſi Sæuire.* Quomodo autem vrſi ſæuire ibi, aut pertingere ad præſepe poſſunt? Libro eodem de equis, *Stabant ter centum nitidi in præſepibus altis.* Equi, ſcilicet. Qui quomodo in præſepibus ſtabant? Varro De re ruſtica lib. 1. *Illic laudabatur villa, ſi habebat culinam ruſticam bonam, præſepias laxas.* vbi *præſepiæ*, βοοστάσια, καὶ ἱπποστάσια. Nonius, *Præſepia, non tantum quibus veterina pabulantur animalia, ſed & loca*, inquit, *tecta & clauſa.* ab animalium præſepibus, nimirum. Sicut igitur Varro in villa præſepiam, ita in hoſpitio Lucas conſiderat τὴν φάτνην. in qua, quod locus in hoſpitio non eſſet, repoſitus eſt Dominus. Quid autem præſepia? loca in ſtabulo tecta & clauſa. Græci σανιδώματα dicunt, quod ſeparata tabulis eſſent ac diſtincta. vnde & φατνώματα, dicta. Heſychius, φατνώματα, σανιδώματα. φατνωτῶν, σανιδωτῶν. Sed & qui recte hiſtoriam conſiderabit, facile videbit, non quod locus non eſſet in ſtabulo, in præſepi repoſitum fuiſſe Dominum, ſed alibi in ſtabulo, quod non eſſet locus in hoſpitio. Nunc illuſtre Angelorum carmen audiamus.

℣ſ. 14. Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη. Vbi priuſquam ad cætera venio, haud diſſimulandum puto, quod nonnulli ex antiquis notant, illud, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, pro, ἐπὶ γῆς γὰρ εἰρήνη dictum eſſe. Vt mens ſit, *quia ſalus aut pax in terra.* Zonaras ad Canonem Concilii in Trullo 74. Εὑρίσκομεν γὰρ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ, τὸ καὶ, μὴ ὡς σύνδεσμον συμπλεκτικὸν παραλαμβανόμενον, ἀλλ᾽ ὡς αἰτιολογικὸν, ἀντὶ τοῦ γὰρ δεχόμενον· ὡς ὅταν λέγῃ, Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη· αἰτίαν τοῦ δοξάζεσθαι τὸν Θεὸν τιθείσης τῆς γραφῆς, ὅτι ἐπὶ γῆς εἰρήνη· τοῦ καὶ, ἀντὶ τοῦ γὰρ, τεθέντος. *In Sacris enim reperitur literis, copulatiuam,* &, *interdum non vt copulatiuam vſurpari conjunctionem, ſed vt cauſalem: nam pro* enim *vſurpatur. Vt cum dicitur, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax. quia cauſam cur laudandus ſit Deus, hoc ſcriptura ponit, quod in terris pax ſit. cum* τὸ &, *pro eo quod eſt* enim, *ſit poſitum.* Qua tamen mente τὸ εἰρήνη, Hebræorum more, vt ſæpius, recte de ſalute, ac melius fortaſſe, accipiatur. vt hoc dicant ſpiritus cœleſtes, *Gloria in excelſis Deo: quia ſalus collata hominibus in terra.* Quomodo, quod fatendum eſt, haud parum ponderis initium δοξολογίας habebit. in quo mirum quam fluctuarint etiam antiqui. Noui, qui cum de diſtinctione in qua tantum ſategerunt alii, mecum aliquando ageret, omnibus hanc præferendam judicaret, Δόξα ἐν ὑψίστοις· Θεῷ καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη. noto Hebraiſmo. Quare laudatur Deus? Quia inter Deum hominemque facta pax eſt. Neque enim hoc velle, Deo tribuendam gloriam, hominibus optandam in terris pacem. Sed vero, gloriam Deo tribuendam, quod inter eum & homines, jam pax eſſet: quod pax, ejuſque autor Silo, diu expectatum illud nomen, veniſſet. Ex quo neceſſario ſequitur ἡ ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. quæ vt nonniſi pacato Deo euenire potuit, ita per Filium parta, tota ei debetur. Videntur autem in δοξολογίᾳ hac ad verba Pſalmi 29. alluſiſſe Angeli, Ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ δόξαν, τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. vt vulgo nunc Helleniſtæ. Vbi & illud, εὐλογήσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν εἰρήνῃ. Quem Pſalmum in Theophaniis ſuis ideo fortaſſe ponunt Græci. quemadmodum & vſitata erat qua laudabant Deum formula, Εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις.

Ibid. quo ſpectat & illud, ὡσαννὰ ἐν ὑψίστοις. Sequitur, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. Vbiquemadmodum vbique in cantico tam exiguo Angeli, ad Fœderis antiqui dicta aut formulas alludunt, ita alluſiſſe hic ad formulam videntur, qua ſacerdotes nonnunquam, cum pro populo preces ſuas inchoarent, vtebantur, Εἴη εὐδοκία ἐναντίον σου Κύριε. hominibus nimirum. Εὐδοκία ἀνθρώποις, aut quemadmodum hic, εὐδοκία ἐν ἀνθρώποις.

℣ſ. 15. Paulo poſt paſtores cum dicunt, διέλθωμεν δὴ ἕως Βηθλεέμ, obiter notandum, Græcis διελθεῖν nonnunquam dici, qui ſuſceptum iter vel perficiunt, vel vltra ſe conferre pergunt. Heſychius, Διέλθωμεν, διαπεράσωμεν. dicas, de hoc loco tum cogitaſſe. Vetus, *tranſeamus vſque Bethlehem.* Pro quo recentior, *eamus.* quod dilutius, ni fallor. Vt omittam, *tranſire hinc domum,* Lati-

Latiniſſime dici, & ſic principes ſermonis loqui. Comicus Hecyra, *Nam eſt* In Lvc.
quod me tranſire ad forum jam oportet. Iidem addunt, καὶ ἴδωμεν τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ Ibid.
γεγονός. Quanquam relligionem veteris interpretis laudare cogor ſæpius,
negari tamen non poteſt, quin nonnunquam, & quidem grauiſſime, Sanctis
impoſuerit Patribus. Quemadmodum B. Ambroſio, cum notat, *Vide quam*
ſignanter ſcriptura ſingulorum libret momenta verborum. Feſtinant, inquit,
verbum videre. Etenim, cum caro Domini videtur, verbum videtur, quod eſt Fi-
lius. Quaſi ſcriptum eſſet, καὶ ἴδωμεν τὸν λόγον τὸν ἐνανθρωπήσαντα. cum τὸ ῥῆμα, ſit
myſterium, res ipſa, quam tum eueniſſe toto capite hoc Euangeliſta narrat:
quomodo Hebræis, & inprimis noſtro, paſſim vſurpari, jam ante notaba-
mus. vt in illo, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ διετήρει πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα: item paulo ante.
ἡ δὲ Μαριὰμ πάντα συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα, συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. Quo
ſenſu ῥήματα ποιεῖσθαι Helleniſtis dicuntur. Elegans locus Geneſ. 24. 66. Καὶ
διηγήσατο ὁ παῖς πάντα τὰ ῥήματα ἃ ἐποίησεν כל הדברים אשר עשה, *omnia verba quæ geſſerat.*
id eſt, *res à ſe geſtas.* Quod Chaldæi ית כל פתגמיא: eodem modo; πάντα τὰ ῥήματα. Ita-
que ῥῆμα ἡ ἐνανθρώπησις, non ὁ ἐνανθρωπήσας λόγος. hoc autem eſt, quod ante au-
diuimus, ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον σωτὴρ, ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος ἐν πόλει Δαβίδ. Cum di-
citur, καὶ τοῦ δοῦναι θυσίαν, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν νόμῳ Κυρίου, ζεῦγος τρυγόνων, ἢ δύο νεοσσοὺς ✠ſ. 24.
περιστερῶν, compendium citati textus annotari velim, quale obſeruauimus
jam ſæpe. non enim hoc tantum lex jubebat, vt duo turtures, aut duo
columbarum pulli offerrentur, ſed vt offerretur agnus: ſi quis autem, propter
egeſtatem, agnum non haberet, quod eleganti Hebraiſmo, ἐὰν δὲ μὴ εὑρίσκῃ
ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἱκανὸν εἰς ἀμνὸν, Helleniſtæ dixerunt, tum demum, δύο τρυγόνες, ἢ
δύο νεοσσοὶ περιστερῶν, *par turturum, aut duo columbarum pulli*, offerrentur.
Itaque, vt non raro, Magiſtrorum Hebræorum more, qui id vſitata no-
ta, de qua ſæpe dixi, indicare ſolent, finem textus, qui adducitur, ſcripto-
res hi abrumpunt, ita hic initium omiſit. quo Sanctiſſimæ Virginis ſta-
tus & egeſtas, οὐκ ἐχούσης ἱκανὸν εἰς ἀμνὸν, elegantiſſime notatur. Verba Si-
meonis ſunt, Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλον σου δέσποτα. Quibus efficaciſſimis ſane, & ✠ſ. 29.
quæ vere ἐν ἤθει, à ſene, qui totum hic ſe effundit, dicuntur, vſitatam reſpe-
xit formulam, quam adhibebant, cum diu expectatum amplecterentur aut
viderent amicum: ἀποθανοῦμαι νῦν, ἐπεὶ ἑώρακα τὸ πρόσωπόν σου. Interpres vetus,
jam lætus moriar, quia vidi faciem tuam. Quibus verbis ſenex pater conſpe-
cto vtitur Ioſepho. niſi quod hic τῷ פטר, ſiue τοῦ ἀπολύειν voce vſus eſt: quem-
admodum in Hiſtoria Tobiæ, ἵνα ἀπολυθῶ. *vt dimittar, & terra fiam.* Cum ab
eodem Simeone dicitur, ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου, non male in- ✠ſ. 30.
terpres vetus, qui τὸ σωτήριον & τὴν σωτηρίαν hic diſtinxit. Quo nomine θυσίαν
σωτηρίου, ſacrificium proſperitatis, dicebant: quam ingenti beneficio affecti
aut periculo erepti mactabant. Quale hoc σωτήριον, ſeu ſalutare: quod &
mactandum erat. Operæ tamen cogitare eſt, cum nihil fruſtra hic dicatur,
quem locum reſpexerit vir Sanctus. Apud Eſaiam cap. 38. nobilis Ezechiæ
inſeritur hiſtoria: cui cum mors à propheta eſſet nunciata, ac deinde iterum
dilata, impos ſui gaudioque plenus, in hæc verba inter cætera erumpit:
Εἶπα, οὐκ ἔτι οὐ μὴ ἴδω τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ ἐπὶ γῆς ζώντων. vbi in Hebræo, *Dixi, non*
videbo Iah Iah in terra viuentium. quod tetragrammato reſpondet nomini.
Quem locum feliciſſime inuertiſſe ac reſpexiſſe hic dicas: cum de hoc gloria-
tur, quod negatum ſibi ille querebatur. nihil elegantius. Et Meſſias paſſim τὸ
σωτήριον Θεοῦ dicitur. quare nec mutarim *ſalutare*, veteribus receptum. Nihil
interim vrbanius in Sacris, quam cum diuerſi Prophetarum vel autorum Fœ-
deris antiqui ſimul alluduntur loci. Quod ab eodem Sancto ſene Simeone,
quem θεοδόχον, ſiue, ſuſceptorem Dei, veteres dixerunt, ſæpius hic factum
& ſuauiſſime videtur: etiam cum Seruatorem, inter alia, quem amplexus,
quaſi jam abiturus, tenebat, σημεῖον ἀντιλεγόμενον dixit. Verba ejus ſunt, Ἰδοὺ οὗτος ✠ſ. 34.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

 κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον. Et σημεῖον
quidem ex hiſtoria Achazi Eſaiæ 7. ỳ ſ. 11. ac deinceps, eum dixit. Vbi, Αἴτη-
σαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου Θεοῦ σου. Ac deinde 14. Διὰ τοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς
ὑμῖν σημεῖον. quemadmodum ipſi Meſſiæ σημεῖον tribuitur ab eodem Propheta
alibi: vbi, καὶ ἀρεῖ σημεῖον εἰς τὰ ἔθνη. Alterum, è quarto Oſeæ, ſecundum Helle-
niſtas, petitum videtur: vbi verſu 4. dicitur, ὅπως μηθεὶς μήτε δικάζῃ, μήτε ἐλέγχῃ
μηθείς· ὁ δὲ λαός μου ὡς ἱερεὺς ἀντιλεγόμενος. vbi ſequitur, Καὶ ἀσθενήσεις ἡμέρας, καὶ
ἀσθενήσει ὁ προφήτης μετὰ σοῦ in Hebræo, *Corrues igitur hoc tempore, corruet & pro-
pheta tecum.* Quem locum accepiſſe Sanctos, de deſerta domo Iſraëlis, ſeu,
de Rege ac Propheta è Dauidis ſtirpe, donec ille, de quo agitur nunc, ad-
ueniret, veteres Chaldæi teſtantur. qui ad c. 3. ỳ ſ. 4. 5. *Quia diebus multis
manebunt filii Iſraëlis abſque Rege de domo Dauid, & abſque eo qui dominium in
Iſraële capeſſat: nec erit qui ſacrificet in beneplacitum in Ieruſalem, neque erit in
Samaria excelſum, nec ephod, nec qui reſponſum reddat. Poſtea pœnitentia ducetur
Iſraël, & quærent cultum Domini ſui, & obedient Chriſto, filio Dauid, regi ſuo.* vbi
diſerte למשיחא, hoc eſt, vocem *Meſſiæ* habes. Cujuſmodi locos, conquiſiuiſſe,
etiam ex interpretibus, Sanctos illos viros, vix dubitandum. Neque aliud eſt
τὸ ἀντιλεγόμενον, quam quod δικαζόμενον καὶ διακρινόμενον, apud Ieremiam c. 15. 10.
Helleniſtæ dixerunt. Οἴμοι μῆτερ, ὡς τίνα ἔτεκές με ἄνδρα δικαζόμενον καὶ διακρινόμενον
ἐν πάσῃ τῇ γῇ. איש ריב ואיש מדון. Vbi, *vir rixæ*, ἀνὴρ ἀντιλογίας, hoc eſt, ἀντιλεγόμενος.
Ita σημεῖον ἀντιλεγόμενον, ἀντιλογίας σημεῖον. Quemadmodum, ἱερεὺς ἀντιλεγόμενος,
cui contradicitur. Nam *ſacerdotis erat docere & increpare populum, nunc populus
increpat ſacerdotem*, inquit Kimchius. Quod ſacerdoti ſacerdotum, prophetæ
prophetarum euênit: de quo tamen dictum erat, *Ipſum audite.* Quanquam
hoc ipſum, nec male, ad τὸ σωτήριον πάθος, ſiue, paſſionem, aut potius quæ in
ea pertulit ludibria ac contentiones, referetur. quemadmodum in illo Apo-
ſtoli ad Hebræos, Ἀναλογίσασθε γὰρ τὸν τοιαύτην ὑπομεμενηκότα ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν
ỳ ſ. 35. εἰς αὐτὸν ἀντιλογίαν. Ibidem, καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία. Quam
ῥομφαίαν, ψυχοδιάβατον eleganter Theophilus Preſbyter, Sermone de Simeo-
ne, Dei ſuſceptore, dixit. quemadmodum perfunctorium eſt ac dilutum,
quod dolorem hunc, ad eum, quem ex amiſſo mox filio Sanctiſſima perſen-
ỳ ſ. 44. ſit virgo, reſtringit. Eodem capite, cum Euangeliſta, ex opinione Ioſephi ac
Sanctiſſimæ matris, ἐν τῇ συνοδίᾳ fuiſſe dixit Dominum, qui *in comitatu* reddi-
derunt, nihil minus quam vt oportet autoris expendiſſe mentem videntur.
Fallitur & Epiphanius, qui, non vno loco, vt aduerſus Ebionitas, & Anti-
dicomarianitas, ἐν τῇ ὁδοιπορίᾳ, reddit. Quemadmodum nec recte mentem Sy-
rus expreſſit, qui Hebraiſmo defunctus eſt. quanquam eam vocem ne Græci
quidem ignorarunt. Teſtis ſit Simplicius in Epictetum, qui conuentum, qua-
lis conuiuarum eſſe ſolét, συνοδίαν dixit. Συμποσίῳ δὲ ἀπείκασε τὴν εἰς ταὐτὸ συνοδίαν τῶν
ὑπὸ Θεοῦ συναγομένων, ὡς ἑστιάτορας. Nec multo aliter Heſychius, qui, Συνόδος, πολ-
λῶν παρουσία, ἢ συνοιδοπόρος. Recte συνοιδοπόρος. Vnde συνοδία, in Eccleſia antiqua,
viæ comites, ad Synodum proficiſcentibus additi Epiſcopis, dicti. Nyſſenus
Epiſtola ad Flauianum, Βάδην τὸν μεταξὺ διήλθομεν τόπον, ἐκ ποδός τε προϊόντες, ἐγώ,
καὶ ἡ μετ' ἐμοῦ συνοδία. *ego & viæ meæ comites.* Gloſſæ Stephani, Συνοδία, *comi-
tatus.* Qui & συνουσία dicti. vt & eâdem Epiſtolâ non ſemel ab eodem. Vnde
& iidem S.S. Patres, conuentum quoque ἀσκουμένων, quales monachorum ea
tempeſtate erant, συνοδίας dixerunt. Aſceticorum autor, quæ Magno Baſilio
vulgo aſſcribuntur, ὥστε μὴ ἐξεῖναι μηδενὶ τῶν κατὰ τὴν συνοδίαν ἀντιβαίνειν τῷ βουλήματι αὐ-
τοῦ: de Præfecto τοῦ τάγματος quem vocant. hoc eſt, *vt nemini qui ad conuentum
ſpectat, ejus voluntati non obtemperare liceat.* Item, ἐπεὶ οὖν προσήκει παντὶ τρό-
πῳ τῷ προεστῶτι ὑπήκοον καὶ ὑποχείριον εἶναι τὴν συνοδίαν. *Si quidem igitur par eſt,
vt omni ratione Præfecto ſubditus ſubjectuſque ſit conuentus.* Item, ὥστε πᾶν τὸ παρ'
αὐτοῦ λεγόμενόν τε καὶ γινόμενον, ἀντὶ νόμου καὶ κανόνος τῇ συνοδίᾳ εἶναι. *Vt omne quod ab
illo*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

illo dicitur ac fit, pro lege regulaque ſit conuentui. Item in Collectaneis Simeonis Magiſtri, qui vult, τὴν μὲν συμπαθῆ διάθεσιν, καὶ τὴν ἀγαπητικὴν σχέσιν, ἴσην ἐπὶ πάντων τῶν ἐν τῇ συνοδίᾳ ζώντων εἶναι. *Vt affectio mutua, & amoris quaſi reciprocatio, inter omnes qui in conuentu viuunt, par ſit.* qui locus, ad hunc, quanquam minus forte etiam ab ipſo intellectum, aut alludere, aut ex eo deſumptus videtur. Vt omittam, fori turbam, ἀγορᾶς συνοδίαν Gregorio Homilia De Sancto Baptiſmo, dici. qui, φεύγετε τὴν ἀγορὰν μετὰ τῆς καλῆς συνοδίας, *fugite forum, cum præclara ejus turba.* Aliud S S. Patribus περιοδίαι erant. Qui tum περιοδεύειν dicebantur, cum Eccleſiarum viſendarum cauſa, locum cum loco commutabant. Athanaſius Apologia De fuga ſua: Ταῦτα μὲν οὖν ὅτι μὴ λόγος ἀλλ' ἔργον, μάρτυρες μὲν οἱ τοῦ Μαρεώτου πρεσβύτεροι πάντες, οἱ ἀεὶ συνόντες ἐν ταῖς περιοδίαις τῷ ἐπισκόπῳ. *Hæc non verba eſſe ſed rem ipſam, teſtes Mareotæ presbyteri omnes, qui, ſemper in comitatu epiſcopi, illi adfuerunt.* Qui iidem teſtantur, ὅτι σὺν αὐτῷ ἐσμὲν, ὅταν περιοδεύῃ τὴν Μαρεώτην, καὶ οὐδέποτε μόνος περιέρχεται, ἀλλὰ μετὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν διακόνων, καὶ λαῶν ἱκανῶν. Διὸ καὶ ὡς συμπαρόντες αὐτῷ ἐν πάσῃ περιοδίᾳ, ἣ πεποίηται πρὸς ὑμᾶς, ταῦτα λέγομεν καὶ μαρτυροῦμεν· Mens eſt, *Se cum eo eſſe, quoties Mareoten perambulat, neque vnquam ſolum, ſed cum presbyteris, diaconis, multiſque aliis id facere. Ideo ſe, quod in omni comitatu adeſſent ei, dicere hæc & teſtari.* Nunc ad τὴν συνοδίαν reuertamur. Aliud egiſſe viros ſummos eo magis admirandum, quod Euangeliſta mentem propriam interpretatus eſt, cum dixit, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν ἐν τοῖς συγγενέσι καὶ ἐν τοῖς γνωστοῖς. *& requirebant inter cognatos eum notoſque.* quare? quia ἐν τῇ συνοδίᾳ, *inter cognatos, propinquos, aut notos*, agere eum ac verſari exiſtimabant. Quæ res ipſi quoque Epiphanio veritatem expreſſit. cum enim contra Ebionitas dixiſſet, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν ἐν τῇ ὁδοιπορίᾳ, addidit, καὶ ἐν τοῖς συγγενέσι, καὶ οὐχ εὕρισκον. Εἶχε γὰρ Μαρία συγγενεῖαν. Reuera συνοδία hic συγγενεῖα. quomodo qui in cœnobiis viuebant olim, vnius συγγενείας, quæ eſt κατὰ τὴν ἄνω πολιτείαν, participes dici poterant. vnde συνοδία monachorum, ſiue ἀσκουμένων, de qua ante. Porro inter tria illa feſta, quæ רגלים dicebantur, etiam fuiſſe Paſcha, cujus hic meminit Euangeliſta, nemo eſt qui neſcit. Præceſſit autem, καὶ ἐπορεύοντο οἱ γονεῖς αὐτοῦ κατ' ἔτος εἰς Ἱερουσαλὴμ, τῇ ἑορτῇ τοῦ Πάσχα. In quo feſto, cum amicis ac propinquis ſinguli vrbem petebant. Συνοδία autem eſt, quod Hebræis יחש, proſapia, aut ejuſdem familiæ amici. Vnde liber היחש, ordo proſapiæ ſiue familiæ. ac ſi Græce βίβλον τῶν συγγενῶν, vel, τῆς συγγενείας, dicam. Idem autem, βιβλίον τῆς συνοδίας, Helleniſtis. vt in illo, καὶ εὗρον βιβλίον τῆς συνοδίας. Nehe. 7. 5. & præcedit, συνῆξα τοὺς ἐντίμους καὶ τοὺς ἄρχοντας καὶ τὸν λαὸν εἰς συνοδίαν. Et apud eundem, γραφὴ τῆς συνοδίας, quam genealogiam dicimus. Itaque συνοδία, vt dixi, ſunt propinqui, qui vna proficiſcebantur: qui vna ad eandem ſtirpis ſeriem in genealogiæ libro referebantur. qui & ἐπιγονή, & eodem fere ſenſu σύστεμμα, quo συνοδία, dicuntur. Dominum ergo, cum propinquis amiciſque, qui vna ad feſtum ſe contulerant, adhuc verſari ac hærere exiſtimabant. vnde, vt verum hominem fuiſſe, ita ſuam quoque in terris συνοδίαν habuiſſe eundem apparet. De quo recte admonemur, vt ſic quoque noſtrum eſſe & è noſtris, eodemque modo natum, licet aliter conceptum, cogitemus. Interim autem, & ex ſemine Dauidis, quo promiſſio tot ante ætates de Meſſia nitebatur. Quis autem non cum admiratione ac ſtupore, γραφὴν συνοδίας, ſiue genealogiam Domini, inprimis autem quam exhibuit Euangeliſta hic, examinare poteſt? Si præſertim cogitet, eundem ortum ab Adamo nobiſcum, qui è Deo Patre, Deus ipſe ab æterno, natus eſt: cum quo nos per Adamum & in eo perditos, benigne ac efficaciter conjunxit. Qui vt originem peccati à priore hauſimus Adamo, ita in ſecundo ab eo liberati, eandem cum eodem vt naturam ita patrem habemus. Quam naturam Deus induit, vt Deo hominem conjungeret. idem, qui cum Deus eſſet, homo eſſe voluit: cum Seruator noſter eſſet, frater eſſe voluit: cum extra genealogiam hominis &

ſupra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Lvc. ſupra omnem eſſet, propinquus eſſe voluit: Deus cum eſſet, homo, cauſa hominis, & prope infra hominem, in terra factus eſt: quem, vt recte quidam dixit, è puluere formauit, aqua regenerauit, Spiritu auxit, verbo inſtituit: cujus denique naturam, in cœlum ſupra ipſos Angelos, ipſe homo pariter & Deus, euexit. Ego autem, licet aliter fortaſſe ſentiant, qui veram eruditionem, inprimis autem literarum linguarumque ſtudia oderunt, nondum video, quo pacto, vel Theologiæ veræ, vel doctrinæ pariter ac pietatis, quæ ex ſingulis nonnunquam verbis ſenſibuſque hauritur, ratio procedat, ſi nec verba neque dialectus, quæ hic verbis Græcis phraſi peregrina conſtat, recte intelligatur. Quod non poſſunt, niſi fallor, qui non didicerunt: quanuis nihilominus contemnere iſta poſſint qui ignorant, ideoque & contemnant quia nunquam didicerunt. Sub finem ejuſdem capitis ait Dominus; τί ὅτι ἐζητεῖτέ με; οὐκ ᾔδειτε, ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ εἶναί με; ſignificans, inquit in Decretalibus Epiſtolis Leo Primus, *ejus ſe eſſe filium, cujus erat & templum.*

Cap. III.

Caput tertium examinatur. στρατευόμενοι. κουστωδία. οἱ ἀποστρατευσάμενοι, veterani. στρατευόμενοι & οἱ στρατευόμενοι. Locus, Προσδοκῶντος δὲ τοῦ λαοῦ. expectandi vox qua recentior interpres vſus. exiſtimandi, qua vetus. Mira codicum veterum in his libris diſcrepantia. Locus ex Pſalmo 2. huc tranſlatus, Υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Locus illuſtris, καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὤν, ὡς ἐνομίζετο, &c. Ioſephus Chriſti ſecundum Legem pater. Meſſias etiam filius Ioſephi creditus Iudæis, & vnde. Profeſſio ſui ac parentum nominis, quando fieri apud Iudæos ſolita. Pater naturalis Domini, & ex Lege. Genealogia cur Ioſephi meminerit. De diſtinctione loci. ὡσεὶ ἀρχόμενος an dicatur. ἀρχόμενος ὤν, ὡς ἐνομίζετο. Quare Ioſephum profiteri debuerit Dominus. ἡ ἀνάδειξις ſingulorum, ac tum maxime in parentes inquiri ſolere. τὸ ἐνομίζετο, quo referendum. Ex educatione adoptionem proceſſiſſe. nati ad genua Ioſeph. ἀδελφόθεος, Ioſephi filius. An Ioſephus tantum ἐν τάξει πατρὸς in Genealogia ponatur, vt vult Epiphanius. Educatio loco naturæ ſecundum B. Hieronymum. Gignere, pro educare. Dei quare in Genealogia mentio. ἡ ἀναποδίζουσα τοῦ Λουκᾶ γενεά.

Cap. III. ꝟſ. 14. CApite tertio in hiſtoria Baptiſtæ ejuſque baptiſmi, legitur, Ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν καὶ στρατευόμενοι, λέγοντες, Καὶ ἡμεῖς τί ποιήσομεν; vbi non neceſſe erat, vt vel τοὺς στρατευομένους, quorum hic mentio, aut vocis rationem, ex Hebræo eruditi peterent. Στρατευόμενοι, ordinarii ſunt ac præſidiarii, & plerunque qui diu in eodem loco ſubſiſtunt. quales ii, quorum præfectus, ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ in Actis, ipſi milites, κουστωδία, Matthæo dicuntur. Ἔφη δὲ αὐτοῖς ὁ Πιλάτος, ἔχετε κουστωδίαν, in paſſionis hiſtoria. Κουστωδία enim, vnde ea vox deſumpta, ii proprie, qui carceri cuſtodiendo adhibebantur. Erudite, vt omnia, Heſychius, Κουστωδία, βοήθεια στρατιωτική. Deinde, Κουστωδίας, τοῦ τῷ δεσμωτηρίῳ ἐπικειμένου στρατεύματος ἢ συναγωγῆς. Sed & nonnunquam veteranos, ſiue emeritos, hoc eſt, τοὺς ἀποστρατευσαμένους, ita dicebant. Eruditiſſimum Stephani Gloſſarium, Στρατεύομαι, *milito, emereor*. Item, *Emeritus*, ἀπολειτουργήσας, ἢ ἀποστρατευσάμενος. inprimis erudite. Quod ſi certos milites, quales erant de quibus diximus, intellexiſſet, cauſæ nihil erat, cur non οἱ στρατευόμενοι dicerentur. Nam στρατευόμενοι ſunt qui tales ſunt quales dixi; præſidiarii, nempe, aut emeriti, vel ex iis quidam: οἱ στρατευόμενοι, plerunque certi qui deſignantur. quod intelligunt qui Græce ſciunt.
ꝟſ. 15. In eadem hiſtoria ſequitur, Προσδοκῶντος δὲ τοῦ λαοῦ. Quod cum dixit, vocem שבר, quæ ſiniſtro apice notatur, expreſſit: quam τῷ προσδοκᾶν expreſſerunt Helleniſtæ. Alibi & cum aliter notatur. Pſal. 69. 21. ὀνειδισμὸν προσεδόκησεν ἡ ψυχή μου. quaſi ſit, *ſollicite de afflictione ac calamitate cogitaui.* quanuis

locum

locum illum aliter interpretentur alii. Προσδοκῶν ὁ λαὸς, qui defixa in Iohan- In Lvc.
nem cogitatione ſtaret, more Helleniſtarum ac Hebræorum, dicitur. Προσδο-
κῶντος τοῦ λαοῦ, *cogitante ſecum populo*. cogitante ac conſiderante, quæ à Iohan-
ne dicebantur. vt apud Nehemiam שבר בחומה de eo qui murum intuetur. Eſt
ergo ἀπλὲς Helleniſticum, cujus ἐντελὲς eſſet, προσδοκῶντος δὲ τοῦ λαοῦ τὸν Ἰωάννην.
cum in Iohannem intueretur, hoc eſt, *de ſingulis quæ ab eo fierent aut dicerentur,*
cogitaret populus, ideoque animis defixis ſtaret. ac ſi Græce, διαλογιζομένου τοῦ
λαοῦ, dicas. Neque aliter exponit ipſe quod dixit, cum addit, καὶ διαλογιζομένων
ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. Et quomodo Iohannem expectabat populus, qui jam diu
eum audierat, atque in eo erat? Difficultatem recte mouet recentior inter-
pres, neque tamen expedit quod mouet. quemadmodum nec *expectandi*
vox, quod contextus poſtulat, expreſſit. Vetus, cum aliquid latere exiſti-
maret, voce *exiſtimandi* vſus eſt. *Exiſtimante autem populo, & cogitantibus*
omnibus in corde ſuo de Iohanne. ſine vllo effectu. Vult enim perpendiſſe po-
pulum, quæ dicta à Iohanne fuerant, ac ſecum agitaſſe. Reddendum erat,
intento igitur populo. Quanta olim veterum in his libris codicum; inprimis
autem Latinorum, diſcrepantia fuerit, aut potius licentia, vel ex eo pa-
tet loco, qui nunc ſequitur: Σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν σοὶ εὐδόκησα. Pro quo ℣ſ.22.
olim verba Pſalmi ſecundi, quemadmodum in Prolegomenis monuimus,
in quibuſdam exemplaribus repræſentabantur: Υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέν-
νηκά σε. Et hoc B. Auguſtinus lib. De Euangeliſtarum conſenſu voluit, cum
ſcripſit, *Illud vero, quod nonnulli codices habent, ſecundum Lucam, hoc illa voce*
ſonuiſſe, quod in Pſalmo ſcriptum eſt, Filius meus es tu, ego hodie genui te; quan-
quam in antiquioribus codicibus Græcis non inueniri perhibeatur; tamen, ſi ali-
quibus fide dignis exemplaribus confirmari poſſit, quid aliud quam vtrunque in-
telligendum eſt, quolibet verborum ordine de cælo ſonuiſſe? Idem, Hilarius, Me-
thodius, Lactantiuſque, teſtantur. qui pro his verbis, quæ & apud alios
Euangeliſtas leguntur, illa, Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, adducunt. In-
ter quos & Iuſtinus Martyr, ex antiquiſſimis Græcorum. ne quis variare
nunc haud ſemel codices miretur. Paulo poſt ſequitur, καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰη-
σοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὤν, ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσὴφ τοῦ Ἡλί. In quo loco ℣ſ.23.
multa eſſe animaduerſione digna, ne eos quidem latuit, qui ſingula non ex-
penderunt. magnæ autem eis curæ fuit, vt, inter cætera, de diſtinctione
ejus recta diſputarent. Neque verum eſt ſimpliciter quod arbitrantur, &
quod loci hujus fundamentum eſſe etiam ex antiquis nonnulli voluerunt:
Ioſephum nihil aliud quam hominum opinione patrem Domini fuiſſe. cum
ſecundum Legem, vt eruditiſſime ante annos aliquot Cornelius Bertra-
mus probauit, pater eſſet. Nec ſi aliter judicaſſet Lucas, ὢν dixiſſet, ac dein-
de, ὡς ἐνομίζετο ſubjunxiſſet. cum ſimpliciter νομιζόμενος υἱὸς Ἰωσὴφ dicendum
eſſet. quod & ſatis eſſet. Et ſi aliter judicauit, cur Genealogiæ initium à
patre ducit, cum quo nihil commune Chriſto eſſet? Imo, quid Ioſephi Ge-
nealogia opus, ſi ad Chriſtum nihil Ioſephus? quanuis ſciam, quid de com-
muni cum Maria ſtirpe, alii reſpondeant. Vt non fruſtra olim quæſtionem
eam mouerint Theologi. qui, τίνος ἕνεκεν ὁ Ἰωσὴφ γενεαλογεῖται, οὐκ ὢν τοῦ Χριστοῦ
πατήρ; *Quare Genealogia ſcribitur Ioſephi, cum non ſit Chriſti pater?* Neque
cogitant qui ita ſentiunt, quam ſollicite, nec ſine cauſa, filium Ioſephi Do-
minum fuiſſe ex Lege, qui & Dei in æternum benedicti eſſet, Lucas hic pro-
bauit. Adde, quod facillime id vt crederent, à Iudæis obtineri poſſet, cum
Meſſiam Ioſephi fore filium jam pridem crediſſent: quem ſtolide recen-
tiores alium fore exiſtimarunt. Quemadmodum multis jam olim probauit
Galatinus. qui ex Bereſchith Rabba opinionem eam primo natam arbitra-
tur. Cum verius videatur, antiquiſſimos Iudæos, locum Geneſeos 49. 24.
huc traxiſſe. Vbi Iacobus de Ioſepho, משם רעה אבן ישראל. quod Græci, ἐκεῖθεν

IN LVC. ὁ καλεχύσας Ἰσραὴλ, παρὰ Θεοῦ τοῦ πατρός σου. Vetus interpretatio, *inde paſtor egreſſus eſt, lapis Iſraël.* S. Lucas, antequam Ioſephi Genealogiam ponit, præter cætera, verbis pauciſſimis hæc docet. Primo, quando baptizatus fuerit Dominus. II, cujus fuerit filius: nimirum Ioſephi. III, in quo Iudæi fallebantur, quomodo filius Ioſephi fuerit. ſecundum Legem, nempe: quemadmodum in ipſa mox Genealogia, eundem Dauidis & Ioſephi filium fuiſſe oſtendet. Cæterum, cum Hebræorum legibus tum obtineret, vt adoptionem educatio præcederet plerunque, eo autem anno, quo ſe quiſque muneri accingeret, vt nomen ſuum ita & parentum deferret, idem factum & à Domino. qui ex eo tempore Ioſephi haberi cœpit filius. Vnde idem hic Euangeliſta in concione Domini, quæ quarto capite exponitur, exclamaſſe vulgum ait, *Nonne hic eſt filius Ioſephi?* Et Iohannis 6. 42. poſt concionem aliam, *Nonne hic eſt Ieſus, filius Ioſephi, cujus nos patrem nouimus & matrem?* Quod ex Lege etiam Philippus primo ejuſdem capite probauit. *De quo in Lege Moſes & Prophetæ, Ieſum Ioſephi filium ex Nazareth, inuenimus.* Quemadmodum & parentes eo anno profiteri, etiam Leuitis, cum accingerent ſe muneri, mandatum fuit. Num. 4. 2. *Cape ſummam filiorum Cohat è medio filiorum Leui, per familias ſuas, & per domos patrum ſuorum.* cui rei accuratæ Genealogiæ, qualem Lucas hac occaſione poſuit, aſſeruabantur. Vbi ſequitur: *Ab eo qui natus eſt triginta annos & ſupra, vſque ad eum qui natus eſt quinquaginta annos, quotquot ingrediuntur in congregationem, vt faciant opus in tabernaculo Eccleſiæ.* Dominum igitur Euangeliſta, ne quis ex alio quam è Spiritu Sancto, quod & manifeſte ab eo dictum fuerat, conceptum putaret, poſtquam Dei voce declaratum ejus filium ſignificauit, quomodo Ioſephi eſſet, oſtendit: ſed nec aliud parentis nomen profeſſum, cum ad prædicationem ſeſe ac miracula accingeret: qui vt patrem vere ſuum, in omnia ſæcula benedictum, in cœlo, ita adoptiuum, qui ex Lege pater eſſet, hic in terris haberet. cum non minus pater verus ex Lege haberetur quem Lex daret, quanuis eſſet aliter pater, quam qui natura hoc eſſet: ad Genealogiam certe ſufficeret. Hunc Ioſephum fuiſſe. quem vt Mariam, matrem, ita patrem hic in terris haberet: quo & cenſeretur. Quod cum quidam Græculus non cogitaret, non minus impudenter apud Suidam quam facete, Dominum in Leuitarum ordinem receptum, Dei ac Mariæ filium, inſcriptum ait. quaſi falſum eſſet quod à S. Luca dicitur: eum qui venerat vt Legem impleret, patrem ex Lege, hoc eſt, ὡς ἐνομίζετο, aſſumpſiſſe. Cujus Genealogiam, quæ à matre non deducebatur, ex præſcripto Legis commemorauit Lucas: qui Dominum, ex eo tempore quo nomen dedit, & adoptionis jure patrem ex Lege profeſſus eſt, Ioſephi filium, qui Dei eſſet, & fuiſſe, & cœpiſſe haberi ab hominibus, non ſine cauſa annotauit. Nam ſi Dei filium dixiſſet, quis Genealogiæ locus erat? Satis enim fuerat dixiſſe, patrem ejus eſſe Deum. Patrem ἀγενεαλόγητον: patrem ſine patre. in quo Genealogia Lucæ, ſed per homines deducta, deſinit. Et quis hoc Iudæis perſuaſiſſet? Quare, neque qui hoc modo, καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς, ὡς ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὤν, diſtinxerunt, Euangeliſtæ aut nobis ſatisfaciunt. (quis enim, ἦν ἀρχόμενος ὤν, hoc eſt, *erat*, pro, ἦν ἀρχόμενος, vel, ἤρξατο εἶναι, Græce dicat?) neque qui, καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς, ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα, ἀρχόμενος ὤν, ὡς ἐνομίζετο, υἱὸς Ἰωσὴφ, τοῦ Ἡλὶ, vt oportet ſe expediunt. Nam & fuiſſe, & tantum fuiſſe habitum, quemadmodum reuera pugnat; ita, alterum, & Legi, & adoptioni, quæ Lege nitebatur, manifeſte detrahit. Vt, ſi quis Auguſtum, cum natura C. Octauii eſſet filius, à Iulio autem adoptatus, Iulii Cæſaris, in cujus familiam ac nomen adoptatus erat, filium opinione tantum fuiſſe dicat: ex quo, ipſa quoque vis imperii pendebat. cum adoptio, non minus juris, ex Lege Moſis, inter Iudæos, quam ex Romanorum jure, apud hos haberet. Et quomodo ſola ad legitimam admiſſionem ſuffeciſſet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ciſſet opinio? Quanquam neque qui cum ipſo, de quo egimus, Bertramo diſtinxerit, rem aſſecutus nobis videatur. Cui hæc placet: καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς. ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὤν, ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσὴφ, τοῦ Ἠλί. *atque ipſe erat Ieſus incipiens eſſe quaſi annorum triginta; vt conſuetudine receptum erat, filius Ioſeph, qui fuit Eli.* Nam ſi ἀρχόμενος, hoc eſt, *incipiens*, dixit, quare ὡσεὶ, hoc eſt, *quaſi*, addidit? Quis enim dicat, *cum annorum triginta eſſe quaſi inciperet?* cum alterum, vt conſuetudine receptum, numerum rotundum pariter ac definitum ponat, alterum excludat. Nos Euangeliſtæ mentem fuiſſe exiſtimamus, καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς, ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα, ἀρχόμενος ὤν, ὡς ἐνομίζετο, υἱὸς Ἰωσὴφ, τοῦ Ἠλί. *ac ipſe Ieſus annorum circiter triginta fuit, cum ex Lege* (aut, *vt receptum Lege*) *eſſe cœpit filius Ioſephi.* Adde his, fieri non potuiſſe, vt prædicandi munus cum autoritate plena inchoaret Dominus: fieri non potuiſſe, vt ad hanc autoritatem perueniret, quin de parente ejus omnibus conſtaret. quod ex ſtirpis ſerie, ſiue, ἐκ τῆς γραφῆς τῆς συνωδίας, vt loquuntur Helleniſtæ, de qua ſupra egimus, petendum erat; quam Euangeliſta exhibuit. Porro, cum τὴν συνωδίαν, ſiue ſtirpem ac familiam, deduci, eamque profiteri ante functionem mos eſſet, quid reſtabat, niſi vt Ioſephum ſibi patrem vindicaret? tum, ne ex adulterio, vt loquitur Theophylactus, vulgo prognatus videretur: tum, vt ipſa generis, quod agebatur, ſeries procederet. quia, cum ad τὴν ἀνάδειξιν, hoc eſt, vocationis functionem, ventum eſſet, maxime in genus ac proſapiam inquirebatur. Hoc igitur nunc dicit Lucas: vna cum vocatione, qua ſe manifeſtum reddit Dominus, Ioſephi eſſe filium cœpiſſe. Mens igitur, ὅτι ἅμα τῇ ἀναδείξει ἤρξατο ὤν, ὡς ἐνομίζετο, υἱὸς τοῦ Ἰωσήφ. *Simul cum profeſſione inſtituti ſui, cœpiſſe ex Legis receptæ conſuetudine, Ioſephi eſſe filium.* ita, vt τὸ ἐνομίζετο, ad Legem, quod & alii jam eruditi monuerunt, non ad opinionem, referatur. Et ne quis dubitet ita loqui & Græcos, Heſychius, Νομιζόμενα, ἔννομα: vt alii paſſim. De adoptione autem agit, quam ponebat educatio: qua conſummata, cum ad τὴν ἀνάδειξιν, hoc eſt, profeſſionem vitæ, veniretur, qui à patre aliquo nutritus, atque in filii educatus erat locum, ejus eſſe incipiebat à quo educatus fuerat. de quo adoptionis genere videnda, quæ præclare ac vere à Bertramo annotata ſunt. Cujus ea vis fuit, quod naturam maxime referre videretur. Vnde & Chaldæus paraphraſtes eo Geneſeos loco, *Etiam filii Machir, filii Manaſſe, nati ſunt ad genua Ioſeph*, ורבי יוסף, *& educauit, eos*, inquit, *Ioſeph.* hoc eſt, *per educationem adoptauit.* Quod & aliis exemplis probatur. quale eſt, quod Zorobabel filius Pedaiæ, Salathielis dicitur. Vt igitur Salathielis ille, ita filius Ioſephi Dominus: qui communem ideo proſapiam habebat. Vnde & Euangeliſta noſter, ſimul ac prædicare cœpit omneſque in admirationem ſui rapuit, hæc addit, καὶ πάντες ἐμαρτύρουν αὐτῷ, καὶ ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος, τοῖς ἐκπορευομένοις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἔλεγον, οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Ἰωσήφ; quemadmodum quoties in originem genuſque ejus ob eximiam donorum excellentiam inquireretur, ejus de quo agimus, propter Legem & educationem, filius vocatur. Sed & fratres habuiſſe creditur Ioſephi filios. qui, ἀδελφόθεοι, hoc eſt, *fratres Dei*, nonnunquam ab antiquis dicuntur. cum non minus vere legitimeque filius Ioſephi & eſſet Dominus & haberetur, quam alteri Ioſephi, quos diximus. Cum igitur, & educationem ipſam, quam & muneris profeſſio & inſtitutum ſequebatur, legitima adoptio ſubſequeretur, quæ ex educatione vim haberet, neque quiſquam, quos parentes quiſque haberet, ignorare tum poſſet, bene Euangeliſta dixit, ὅτι, ὡς ἐνομίζετο, ὁ Ἰησοῦς ἤρξατο υἱὸς εἶναι τοῦ Ἰωσήφ. quemadmodum & nemo dubitare poteſt, quin ad eum referatur Domini origo. Quare nec ſatis dixit Epiphanius, qui Ioſephum, ἐν τάξει πατρὸς κατ' οἰκονομίαν λογίζεσθαι, hoc eſt, *loco patris, ex diſpoſitione diuina*, à Luca *recenſeri*, dixit. Quanto autem melius ad locum hunc B. Hieronymus, qui educa-

In Lvc. tionem loco naturæ fuiſſe dixit: vt interdum genuiſſe in Sacris dicantur, qui educatione patres ſunt. Ita enim Quæſt. Heb. in Paralipomena: *In ſequentibus vero dicitur, Ner genuit Cis. non quod eum genuerit, ſed quod educauerit, genuiſſe eum dicitur.* Item, *quod vero in Paralipomenon Ioel, frater Nathan, & in Regum, filius Nathan ſcribitur, hæc cauſa eſt: illic ponitur pro educatione pater, hic pro natura frater.* Idem caput ſimul & Genealogia concluditur his verbis, τοῦ Ἐνὼς, τοῦ Σὴθ, τοῦ Ἀδὰμ, τοῦ Θεοῦ. Vbi, quanam de cauſa adjungatur Adam, qui & Dei dicitur, quæri à quibuſdam video. Quia, vt cum de re longe alia agit, B. Auguſtinus loquitur, *non indicatur ſubſtantia ſed origo. id eſt, non quid ſit quiſque vel non ſit. Neque enim Seth aut quiſquis præceſſit, & Adam, ideo non vnius naturæ ac ſubſtantiæ ſunt, quia iſte fuit homo de homine illo, ille de nullo. Si ergo vtriuſque natura quæritur, homo Seth, homo Adam. Si autem origo, primus homo ex quo Seth, nullus homo ex quo Adam.* Et ita illa Lucæ Genealogia abſoluitur. quam eleganter Gregorius Theologus, ab inuerſo ordine, τὴν ἀναποδίζουσαν τοῦ Λουκᾶ γενεὰν, dixit.

Cap. IV.

Caput quartum. ὑπέστρεψεν ἐν τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος. ἀνέστη ἀναγνῶναι. τὸ ἀνάγνωσμα *de textu qui prælegebatur.* ἀνάγνωσις. τὸ ἀναγνωσθὲν ῥητόν. ἀναγνῶσται. ἀναγνωσθέντες. παραγνωσθέντες. ὑπόθεσις. *Locus,* ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει, *à quibuſdam ex Patribus prætermiſſus, an locum hic habeat. quem apud Prophetam eundem, ſed loco alio, extare.* θραῦσμα, λέπρα. ἀφή. *Ridicula Thalmudiſtarum de Meſſia opinio.* ἐνιαυτὸς δεκτός. *& quis, ex Epiphanii ſententia.* ἐνιαυτὸς ἀντιλεγόμενος. ἐν διωγμῷ ὤν. ἐγκοπτόμενος. *Theodoreti de loco, de quo agitur, ſententia.* σήμερον πεπλήρωται ἡ γραφὴ ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν. *& quomodo intelligendum. Nonnulla prætermittendi, vſitata in Sacris ratio. Multa ibidem* ἐξ ἀκολουθίας *ſupplenda. hypophora, ad quam reſpondetur. Medice, cura te ipſum.* πάντες ἐμαρτύρουν αὐτῷ, *&c.* καὶ ἔλεγον. *& id quomodo accipiendum.*

Cap. Capite quarto, poſt certamen cum Sathana, rediiſſe ἐν τῇ δυνάμει τοῦ
IV. πνεύματος in Galilæam dicitur Dominus. Καὶ ὑπέστρεψεν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ δυ-
vſ. 14. νάμει τοῦ πνεύματος εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Quod quomodo factum ſit, aut quid
Euangeliſta voluerit, quærunt eruditi. Et Theophylactus quidem, ἐνθουσιῶν,
exponit. quod nolim. Recentiores ad nouam quaſi trahunt virtutem, quæ,
ſuperato Sathana, cum ante quaſi latuiſſet, magis ſeſe exerebat. Ego, rediiſſe,
vt venerat, exiſtimo (venerat autem ὑπὸ πνεύματος ἀναχθεὶς, vt loquitur Mat-
thæus, ἐν τῷ πνεύματι ἀχθεὶς, vt Lucas) neque aliud ſignificari. Non ita multo
poſt Euangeliſta addit, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Ναζαρὲτ, οὗ ἦν τεθραμμένος· καὶ εἰσῆλθε κατὰ τὸ
εἰωθὸς αὐτῷ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων εἰς τὴν συναγωγὴν, καὶ ἀνέστη ἀναγνῶναι. Vbi proprie
locutus eſt. atque hinc contextus, qui prælegebatur, ἀνάγνωσμα in antiqua,
niſi fallor, Eccleſia dicebatur. Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 10. οὗ-
τος τοίνυν ἐστὶν ὁ εἷς Κύριος Ἰησοῦς, περὶ οὗ καὶ νῦν τὸ ἀνάγνωσμα λέγει. *Hic igitur eſt*
vſ. 17. *vnus ille Dominus Ieſus, de quo nunc contextus loquitur.* Quod paſſim ἀνάγνωσιν
S S. Patres dicunt. Ita, ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους, ἀνάγνωσις ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους, & ſimilia, in ſingulis prope Catecheſibus. quemadmodum nonnunquam & contextus, qui inſtituto ſeruit, ἀνάγνωσμα ab illis dicitur. Athanaſius lib. contra Arrianos 3. καὶ περὶ τούτου τὸ ἀνάγνωσμα τυγχάνει. Idem Compendio aduerſus eoſdem, πῶς γὰρ, εἰ τοῦτο φρονοῦσιν, οὐχὶ κατ' αὐτῶν ἐστι τὸ ἀνάγνωσμα; Sed &, alias τὸ ἀναγνωσθὲν ῥητὸν, quem nunc textum, dicunt. Vt cum idem, In Paſſionem & Crucem Domini, τὸ μὲν ἀναγνωσθὲν ῥητὸν εὐαγγελικόν ἐστι, dixit. Sed & forte locus, de quo nunc agitur, ἐξ ἀκολουθίας, vt loquuntur veteres, τοῦ ἀναγνώσματος, hoc eſt, ex ipſa lectionis ſerie, rei de qua agitur accommodatus, prout ſingu-

ſingulis tum ſabbathis deſtinatæ ſuæ parſchioth fuerunt, ita ſeſe obtulit. Quo IN LVC.
magis admiranda hæc œconomia fuit, magiſque ejus in docendo, vt Prophe-
tæ ſummi, confirmatur munus. Atque ita, quod ſequitur, εὗρε τὸν τόπον, eſſet, εὗρε
τὸν τόπον, τὸν ἐξ ἀκολουθίας, ἐκεῖνον δηλαδὴ, οὗ ἦν γεγραμμένον. *inuenit eum, qui ordine
tum ſequebatur, locum. illum*, inquam, *vbi ſcriptum erat* &c. Quod Chriſtiana
poſtea ſecuta eſt Eccleſia. quemadmodum & in pleriſque nunc obtinet, in
quibus, certa ſerie, καὶ ἐξ ἀκολουθίας, certus legitur exponiturque contextus.
Vnde idem autor Catecheſeon ſuis alibi promittit, fore vt ex ratione τῆς τῶν
ἀναγνωσμάτων ἀκολουθίας, *ordinis eorum quæ ſequerentur*, τὰ περὶ τῆς εἰς οὐρανὸν ἀνό-
δου τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, *doctrinam de Aſcenſione Domini in cælum*, audirent. Vn-
de & paulatim factum, vt locus Scripturæ quilibet, quemadmodum ῥητὸν,
ita ἀνάγνωσμα diceretur. Athanaſius cum interpretatur ῥητὸν illud, ὃς ἂν εἴπῃ
λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, addit, τάχα πως ἐξ αὐτῆς (τῆς οἰκονομίας, nempe,) τὸ ἐν τῷ
ἀναγνώσματι λαβεῖν τις δυνηθῇ. Vbi, *quod prælegitur*, recte exponas. ibidem,
καὶ αὕτη γὰρ ἡ τοῦ ἀναγνώσματος παράληψις, τοιαύτην ἔμφασιν τινὰ παρέχειν μοι δοκεῖ.
Vnde, quemadmodum ἀναγνῶσται, qui contextum legerent, ita ἀναγνωσθέντες
dicebantur, quorum mentio in contextu qui prælegebatur. Quos προαναγνω-
σθέντας dixiſſe Theophilus Preſbyter, Sermone de Simeone, Dei ſuſceptore,
videtur. καὶ τίς ὁ πολύτιμος δίκαιος; ὁ ἀρτίως ἡμῖν προαναγνωσθεὶς ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν
εὐαγγελίῳ, τοὔνομα Σιμεών. *qui nuper in contextu Lucæ prælectus, nomine Simeon.*
Idem paulo poſt, Χριστιανὸς τῇ γνώσει, ἄγγελος τῇ γλώσσῃ, Σιμεὼν, ὁ ἀρτίως ἡμῖν
προαναγνωσθείς. *Chriſtianus ſcientia, angelus lingua, Simeon, qui nuper in contextu
nobis prælectus eſt.* Cæteri Patres, τὸ ἀνάγνωσμα, ὑπόθεσιν nonnunquam dicunt.
Chryſoſtomus ad Matthæum, Ἀνάσχεσθε μικρὸν διαλεγομένων ἡμῶν περὶ τῆς ὑπο-
θέσεως. de particula enim loquitur, quam interpretatur. Sequitur, ἀποστεῖλαι ℽſ. 18.
τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει. Quæ verba nec extare in Propheta, nec citari, imo
prætermitti, cum ab aliis quibuſdam Patribus, tum & ab Euſebio aliquoties,
cum cura & prolixe eruditi annotarunt. Qui ne locum quidem hic habere
contenderunt. quaſi, ſcilicet, diuerſa aliqua ejuſdem loci ex margine in con-
textum interpretatio tranſlata eſſet. De quo nobis nunc videndum. Eſaiæ
locus ita habet: Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς· ἀπέ-
σταλκέ με ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τῇ καρδίᾳ, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυ-
φλοῖς ἀνάβλεψιν· καὶ καλέσαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν. cap. 61. ℽſ. 1. 2. Non extare
ergo ibi certum. Neque ideo tamen, non extare in Propheta, verum. quem-
admodum nihil magis, quod alibi probauimus, in his libris vſitatum, quam
vt vel vnius vel diuerſorum aut ſcriptorum aut Prophetarum connectantur
loci. Quod qui non obſeruant, fieri non poteſt quin impingant. Alio autem
loco idem Propheta, Οὐχὶ τοιαύτην ἐγὼ ἐξελεξάμην νηστείαν, λέγει Κύριος· ἀλλὰ λύε
σύνδεσμον ἀδικίας, διάλυε στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων, ἀπόστελλε τεθραυσμένους
ἐν ἀφέσει, καὶ πᾶσαν συγγραφὴν ἄδικον διάσπα. c. 58. ℽſ. 6. Vbi verba ipſa, quæ hoc
loco. vt non videam cur tantopere ab aliis tranſlata huc contendant. Nam vt
relegentur, abſit. idem enim fere etiam hic dixit, quod de cœcitate accepe-
runt Helleniſtæ. Quibus & θραῦσμα, idem ſubinde, quod נתק: cum τὸ נתק idem
ſit quod θραύειν, de lepra Helleniſtis vſurpatum. Exempli gratia, Leuit. 13. 30.
Θραῦσμά ἐστιν, λέπρα τῆς κεφαλῆς, ἢ λέπρα τοῦ πώγωνός ἐστιν. Doctiſſimus Heſychius,
Θραῦσμα, λύπη, πληγή. Forte, λέπρας πληγή. Porro πληγὴ eſt נגע. Græci ἁφὴν in-
terpretantur. Vnde ἁφὴ λέπρας, & abſolute paſſim ἁφὴ, de eadem. quemad-
modum &, quia Meſſias ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν, Eſaiæ inter cætera dicitur, Meſ-
ſiam Romæ in porta, inter ægros leproſoſque, hoc eſt, τοὺς τεθραυσμένους, jacere,
dictum Thalmudiſtis. Sequitur, Κηρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν. quod mirifice ad ℽſ. 19.
primum prædicationis Dominicæ annum refert Epiphanius: quem paca-
tiſſimum atque omnibus gratiſſimum fuiſſe. Καὶ οὔτε Ἰουδαῖοι, inquit, ἀντέλε-
γον, οὔτε ἔθνη, οὔτε Σαμαρεῖται, ἀλλὰ πάντες ἡδέως ἤκουον αὐτοῦ. hoc eſt, *nec Iudæi ſe oppo-*

 nebant,

IN LVC. *nebant, nec gentes, nec Samaritani, ſed omnes libenter eum audiebant.* Cui annum ſequentem, quem ἀντιλεγόμενον, & ἐν διωγμῷ ὄντα, & ἐγκαλούμενον vocat, vt diſſimilem, opponit. Quaſi non primaria ex ipſo Eſaiæ loco petenda eſſet interpretatio. De quo, quanto melius Theodoretus, qui hunc, de quo hic agitur, annum, ad priorem Domini aduentum, quemadmodum diem retributionis, ſiue ἀνταποδόσεως, vt interpres loquitur, ad ſecundum refert. Verba ejus ad Eſaiam ſunt: Ἐνιαυτὸν δὲ δεκτὸν, τὴν προτέραν αὐτοῦ παρουσίαν οἶμαι σχηματίζεσθαι· ἡμέραν δὲ ἀποδόσεως, τῆς κρίσεως τὴν ἡμέραν. *Annum acceptum, priorem dici arbitror præſentiam: diem vero retributionis, diem judicii.* Iam vero, vbi mentem Epiphanius habebat, ſi eundem annum, quo hæc dixit Dominus, intelligit, eumque acceptum omnibus fuiſſe ac gratum ait? quaſi paulo poſt non ſequatur, cum indignatione ſumma, quæ ab eo dicerentur, in ſynagoga fuiſſe excepta, ipſumque extra vrbem ejectum. vide quæ hoc ipſo capite, ℣ſ. 28. & 29.
℣ſ. 21. leguntur. Haud multo poſt ſequitur, ἤρξατο δὲ λέγειν πρὸς αὐτοὺς, ὅτι σήμερον πεπλήρωται ἡ γραφὴ αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν. Quo loco, niſi obſeruetur, quod ſæpe dictum ſæpe dicendum erit, fruſtra erit lector. Sumpſerat in manum Dei filius nobiliſſimam Prophetæ Eſaiæ haphtaram, quæ capite extat ſexageſimo & primo: Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμέ· οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με. quæ verba, cum inprimis muneri accommodata ſuo explicaret, nihil præter prima, hoc eſt, initium expreſſit Lucas: ita vt cætera intelligantur. Dixiſſet ergo, ſi Hebraice ſcripſiſſet, כי היום נמלא הכתב הזה באזניכם וגו'. Græce, ὅτι σήμερον πεπλήρωται ἡ γραφὴ αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν, καὶ ἑξῆς. Hoc enim vult: initio exordii hoc egiſſe multis rationibus Dominum, vt in perſona Meſſiæ locutum ibi Prophetam probaret. qui, non certa menſura, ſed tanta copia accepturus eſſet Dei Spiritum, vt omnibus electis ſufficeret. De hac vnctione, quæ in plenitudine conſiſtit gratiæ, hic agi: de eo agi, non qui Legem, ſed qui Euangelium annunciaret: non ſuperbis, aut præfractis, ſed humilibus ac ſpiritu abjectis. qui afflictis denique ac contritis corde, mederetur. Verum enim eſſe medicum Meſſiam: qui & libertatem captis & ſolatium annunciaret mœſtis. Quo tempore ac loco, nihil dici potuit commodius. quia vt cæci Iudæi, ita & magna pars eorum, de quibus loquitur Propheta, ad Prophetam ipſum, quaſi de eo ageretur, ea referebant. Hæc autem ac ſimilia, quæ initio ad locum illum dici poterant ac dicta ſunt, Euangeliſta prætermiſit, nec expreſſit. Quæ tamen ita ab ipſa Dei ſapientia, à ſummo legis ac Prophetarum interprete, dicta innuit, ὥστε πάντας μαρτυρεῖν αὐτῷ, καὶ θαυμάζειν ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος, τοῖς ἐκπορευομένοις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Cum autem inter cætera nihil magis mirarentur, quam ita humilem, ita abjectum, tum, quem omnes noſſent filium Ioſephi, ita loqui, pergit in ſequentibus Dominus. Et quia id quod de Meſſia inter alia Propheta dixerat, munus ejus eſſe afflictis mederi, ſibi quoque applicarat; per hypophoram illi ſimilem quam animo conceperant Iudæi, non ſe dubitare ait, quin dicturi eſſent, *Medice, te ipſum cura. Qui tam multa admiratione digna, in ciuitate aliena Capernaum geſſiſſe diceris, quare tuorum rationem non habes? Fac, & credemus.* Prouerbium, quo vtitur, Græco ſenario ſic efferas:

Θεράπευσον, ὦ ἰατρὲ, τὴν σαυτοῦ νόσον.

Cui fere geminum illud:

Ἰατρὸς ἄλλων, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων.

Qui verſus cum ſermoni libero ſic inſeruntur ac ſoluto, κατὰ κόλλησιν, cum aliter ac paulum immutati vel non toti, vel vt pars in ſolutam deſinat orationem, κατὰ παρῳδίαν Græcis inſeri dicuntur. Ad quod ita reſpondet, vt à contextu, qui præceſſit, nihil alienum dicat. *Nullus*, inquit, *propheta magni fit in patria. Neque vbi naſcitur propheta, ibi propheta tantum eſſe cogitur. latius extendit ſe hoc munus. De Elia cogitate, quem miramini. Quis dubitat, quin illius* tem-

tempore non paucæ eſſent in Iſraële viduæ? Et tamen, eo tempore, quo clauſum fuit In Lvc.
cœlum, ad Sidoniam ſe contulit: apud quam præclara illa ac ſtupenda edidit miracula. Eliſæum admiramini. Atqui is, cum nemo dubitare poſſet, quin leproſi in Iſraële multi eo tempore eſſent, Naamani tamen, non Iſraëlitæ, ſed Syro, non Iudæo, ſed idololatræ, valetudinem reſtituit. Fidem enim extra Dei populum inuenit. Neque hæſerunt, vbi nati erant, tanquam ciues, ſed quo vocabantur, contulerunt ſe prophetæ. Itaque & poſteriora ab interpretatione loci Eſaiæ non recedunt: priora autem non expreſſit autor noſter, ſed contraxit. Quod cum in Epiſtolis Paulinis tum alibi non ſemel obſeruabimus. vbi in citatione ea contrahuntur, aut intelligenda relinquuntur, quæ ad rem præſentem ſpectant. Notandum inſuper, continuanda eſſe quæ à Domino dicuntur. Tum autem illa, καὶ πάντες ἐμαρτύρουν αὐτῷ, & deinde quod ſequitur, καὶ ἔλεγον, Hebræorum more, & inprimis hic paſſim vſitato, ad auditorum judicia ac cogitationes referendum. Ergo, καὶ ἔλεγον, *in animo*, nimirum. *Dicebant ſecum:* hoc eſt, *cogitabant*. quemadmodum quiſque λέγειν בלבו dicitur. Vt illa Marci, quæ dicebat, *ſi veſtimenta ejus atttigero:* cum tantum id in animo haberet. Quem & interim, vt omniſcium, perſpexiſſe notat Dominum. E quibus omnibus nihil hoc loco negligendum.

Cap. V.

Caput quintum Lucæ percurritur. ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν. ζωγρεῖν *quid.* ζωγρεῖσθαι *Helleniſtis. Aliud viuos capere, aliud ad vitam. Interpres recentior. & an recte locum vocemque, de qua agitur, interpretatus ſit. Syrus interpres ejuſque interpretatio commendata. Locus,* καὶ δύναμις Κυρίου ἦν εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς. *Mira* σύγχυσις. *Ordo & mens loci. Recentioris interpretatio.* δῶμα, גג *Hebræorum. Tectum. & an recte ſolarium recentior interpres reddiderit. Hebræorum tecta & ſolaria. quid intereſſet.* διὰ τῶν κεράμων. κέραμος *quid: etiam Atticis. Teſtaceum pauimentum recentioris interpretis. pauimentum, & ejus vſus. an in tectis, quæ æſtiuantium. pauimentum ſubtegulaneum. Tecta in Oriente qualia: etiam templi.* τέγος, στέγη, ὀροφή. διελεῖν τὴν ὀροφήν. ἐπὶ κεράμων ἄγειν, *aut* διάγειν. *ſectari in tegulis. venire per tegulas. Recentior interpres. Locus,* εἶπε τῷ παραλελυμένῳ. οἶνος χρηστότερος. *vinum vetus quale. Recentior interpres, ejuſque interpretatio.* χρηστοφάγοι. *Prima à Marcione propoſita quæſtio. Ejus* κατὰ πρόφασιν τοῦ ἐντυγχάνοντος *explicatio.*

CApite quinto legitur, καὶ εἶπε πρὸς τὸν Σίμωνα ὁ Ἰησοῦς, Μὴ φοβοῦ· ἀπὸ τοῦ Cap.V.
νῦν ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν. Vbi interpres vetus, *Noli timere: ex hoc jam* vſ. 16.
homines eris capiens. Eraſmus, *Ne metuas: poſthac homines capies.* Atqui vere ζωγρεῖ, qui capit, vt ſeruet, non vt perimat ac tollat. B. Ambroſius, *Bene Apoſtolica inſtrumenta piſcandi retia ſunt: quæ non captos perimunt ſed reſeruant, & de profundo ad lumen trahunt: fluctuantes ad ſuperna traducunt.* Sed & Helleniſtis paſſim ζωγρεῖσθαι, quibus parcitur in bello poſt captiuitatem, dicuntur: quemadmodum Rachabam Ioſua cum vniuerſa familia ζωγρῆσαι dicitur. quod non eſt viuos capere, vt nonnulli reddunt, ſed ſeruare vitam, aut donare. In Hebræo, *fecit viuere.* id eſt, *vitam eis conſeruauit.* החיה. Aliud eſt, viuos capere, aut adhuc ſuperſtites & viuos: qui plerunque non ad vitam capiuntur ſed ad mortem. Exemplo ſit locus nobilis, 2 Paralip. 25.12. *Et alia decem virorum viua ceperunt filii Iuda,* חיים שבו. Helleniſtæ, καὶ δέκα χιλιάδας ἐζώγρησαν οἱ υἱοὶ Ἰούδα. Quid autem ſequitur? *quos ad præruptum cujuſdam petræ adduxerunt, ac præcipitarunt.* &c. Viuos igitur ceperunt, ſed ad mortem: cum Euangelica ſagena viuos & ad vitam capiat. Aliud igitur, aut non ſatis, recentior interpres dixit, cum reddidit, *Ne metue: ab hoc tempore viuos capies homi-*

IN LVC. *homines.* Syrus, *capies ad vitam.* optime, & ad mentem. Eodem capite le-
℣ſ.17. gitur, καὶ δύναμις Κυρίου ἦν εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς. mirifica ſane σύγχυσις, cujus ἀκολουθία eſſet, Διήρχετο δὲ μᾶλλον ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ, καὶ συνήρχοντο ὄχλοι πολλοὶ ἀκούειν καὶ θεραπεύεσθαι ὑπ' αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἀσθενειῶν αὐτῶν· καὶ δύναμις Κυρίου ἦν εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς. Αὐτὸς δὲ ἦν ὑποχωρῶν ἐν ταῖς ἐρήμοις καὶ προσευχόμενος. Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, καὶ αὐτὸς ἦν διδάσκων· καὶ ἦσαν καθήμενοι Φαρισαῖοι καὶ νομοδιδάσκαλοι, οἳ ἦσαν ἐληλυθότες ἐκ πάσης κώμης τῆς Γαλιλαίας καὶ Ἰουδαίας, καὶ Ἱερουσαλήμ. καὶ ἰδοὺ, ἄνδρες φέροντες. &c. Quæ cauſa quod nonnulli codices ἰᾶσθαι αὐτὸν repræſentarent: ne ad Phariſæos καὶ νομοδιδασκάλους, de quibus ſermo proxime, referri poſſet. Sed eſt σύγχυσις, vt dixi. cui ſimile illud Rom. 5. ℣ſ. 12. Διὰ τοῦτο, ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον. Ordo eſt, Διὰ τοῦτο, ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον, ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε. cujus generis & multa paſſim occurrunt, & nos aliquot jam ante exempla dedimus. Porro cum dicitur, ὅτι δύναμις Κυρίου ἦν εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτοὺς, τὸ ἦν, pro Hebræorum ש accipio. ne quis cum Euthymio atque aliis exiſtimet, Deum tempore illo & ad tempus, τὸ χάρισμα ſanandi conceſſiſſe: cum perpetua, vt recte monent Patres, ea virtus Domino adeſſet, non autem vt Prophetis: qui nec ſemper futura præuidebant, ſed à Domino de iis monebantur. quod ſingulis propemodum vel monitis vel viſionibus, quas acceperunt cœlitus, teſtantur. Quemadmodum ergo Helleniſtæ paſſim, δύναμιν Θεοῦ, hoc aut illo loco fuiſſe ajunt, ita nunc Euangeliſta, καὶ δύναμις Κυρίου ἦν εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς. Recentior interpres ſuſpendit quod extulit: qui, *Et factum eſt quodam die, quum ipſe doceret, eſſentque Phariſæi ſedentes ac Legis doctores, qui venerant ex omnibus vicis Galilææ & Iudææ, & ex Hieruſalem, & potentia Domini adeſſet ei ad ſanandum illos, Tunc ecce adfuerunt quidam, ferentes.* &c. ſed eſt σύγχυσις, vt monui: neque ſuſpendenda erat oratio. Καὶ δύναμις Κυρίου ἦν εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς. *&, potentia diuina, ad præſtandam atque conferendam ſanitatem, præſto ibi erat.* Ἦν, hoc eſt, παρῆν. tum vt vox Κυρίου ſit hic nomen ἀνεκφώνητον. Sequi-
℣ſ.18. tur, καὶ μὴ εὑρόντες διὰ ποίας εἰσενέγκωσιν αὐτὸν διὰ τὸν ὄχλον, ἀναβάντες ἐπὶ τὸ δῶμα, διὰ τῶν κεράμων καθῆκαν αὐτὸν σὺν τῷ κλινιδίῳ εἰς τὸ μέσον ἔμπροσθεν τοῦ Ἰησοῦ. Vbi δῶμα ꝟ, *tectum:* quam tutiſſimam fuiſſe ædium partem diximus. Adeo vt ibi ſe conderent qui periculum, aut ab hoſte, aut impetum alterius timerent. contra quam in ſolariis, quæ ſic peruia, vt ad ædes vicinas tranſitum ac commeatum darent. Quod nemo è Comico Milite Glorioſo ignorat. qui,

PA. *Scin tu nullum commeatum hinc eſſe à nobis?* SC. *Scio.*
PA. *Neque ſolarium, neque hortum, niſi per impluuium?* SC. *Scio.*

Tecta autem contra, vt excelſa nec accedentibus ideo expoſita, ita & imperuia, tum autem, ne quis decideret, vndique munita. quod munimentum præcipitur in Lege, cum dicitur, *Cum ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum: ne effundatur ſanguis in domo tua, & ſis reus labente alio, & in præceps ruente.* quare nec recentiori acceſſerim, qui *ſolarii* voce vſus eſt,
Ibid. cum *tecti* poſſet. Cum ſequitur, διὰ τῶν κεράμων καθῆκαν αὐτὸν, ne hic quidem ſatis eruditionem ſuam in conſilium adhibuiſſe, præſtantiſſimos viros arbitror. Poterat dixiſſe Euangeliſta, ἀναβάντες ἐπὶ τὸ δῶμα, διὰ τοῦ δώματος, vel δι' αὐτοῦ, καθῆκαν αὐτὸν σὺν τῷ κλινιδίῳ. Nam vt δῶμα ꝟ, ita κέραμος, ſuprema ædium pars ipſis quoque Græcis. Eruditionis Græcæ fons Heſychius, Κέραμος, πίθος, καὶ πᾶν ὄστρακον, καὶ δεσμωτήριον, καὶ ὀχύρωμα, καὶ πόλις Καρίας, ἤδη δὲ ἐπὶ χρώματος. Scribe, ἤδη δὲ ἐπὶ δώματος. Pollux lib. 4. ποτὲ δὲ κέραμος, ἀφ' οὗ καὶ βάλλουσι τῷ κεράμῳ. ex Thucydide, apud quem qui tectum conſcenderunt, è ſumma ejus parte tegulis rem gerunt. Κέραμος ergo, τὸ τέγος, ἡ στέγη, *tectum.* Idem Pollux libro 7. diſerte, καὶ αὐτὸ δὲ τὸ τέγος, οὐ μόνον οἱ νῦν κέραμον ὀνομάζουσι, ἀλλὰ καὶ Ἀριστοφάνης ἔοικε καλεῖν, εἰπὼν ἐν Κωκάλῳ, κοφίνους δὲ λίθων ἐκέλευον ἡμᾶς ἐπὶ τὸν

κέραμον

κέραμον φορεῖν. Quemadmodum Attici paſſim, κέραμον ἑνικῶς, ſeu ſingulariter, In Lvc.
& κεράμους, quibus pars ea tegitur, vocare ſolent. Qui ergo διὰ τῶν κεράμων ali-
quem demittit, διὰ τοῦ τέγους, διὰ τῆς στέγης, ſiue, per tegulas, demittit. Hoc inter-
pres vetus voluit, cum dixit, *& per tegulas ſummiſerunt*, ſiue, *demiſerunt, ipſum.*
Pro quo *teſtaceum pauimentum* recentior ſuppoſuit. quod quid ſit hoc loco,
miror equidem ſi eruditi ſciunt. Primo enim, quid tegulis cum pauimento?
tum quid cum teſtaceo? Non quod teſtaceum Romanorum ignoremus pa-
uimentum, cujus & Palladius meminit: ſed quod in Oriente verſari nos, nec
conuenire omnibus eadem, exiſtimemus. Erit ergo ſubdiale hoc pauimen-
tum. *Subdialia*, inquit Plinius, *Græci inuenere, talibus domos contegentes*, hoc
eſt, *ſternentes*. nam qui aliter accipiunt, nihil agunt. Vt *contegere domos*, apud
eos ſit, *pauire ſolum*. vnde *pauimentum*. Vbi enim ſubdiale pauimentum, ibi &
ſub dio agebatur. quemadmodum in Græcia, cum maxime caleret. Id autem
tecti loco. domus enim tales, aërem ſuperne admittebant. Neque tecta pro-
prie ſic dicta, pauimentis ſtrata, inprimis vbi nulla eſſent. nam ὑπαίθριοι age-
bant iſti. qui ſub dio autem viuit, proprie in tecto non viuit. Vnde & paui-
mentum quod diuerſum ac contrarium, *ſubtegulaneum*, dicebant. Quod ad
Orientem nihil: vbi plana tecta, etiam in templo, tegulis plerunque æneis
contecta. Tectum ipſum, τέγος, στέγη, ὀροφὴ, etiam Græcis. Thucydides ἀναβάν-
τες δὲ ἐπὶ τὸ τέγος τοῦ οἰκήματος, καὶ διελόντες τὴν ὀροφὴν, ἔβαλλον τῷ κεράμῳ. Vbi διελεῖν
τὴν ὀροφὴν, eſt, *tegulas eximere*, vt hic factum, cum paralyticus demitteretur.
Quod & Lucas intellexit, cum, καθῆκαν αὐτὸν τῷ κλινιδίῳ, hic dixit: quemad-
modum qui in ſumma domus parte verſaretur, ἐπὶ κεράμων εἶναι, aut δῶμα ἄγειν, di-
cebatur. Marcus, omni teſte major, ἀπεστέγασαν τὴν στέγην, dixit. qui hunc locum
ſic interpretatur vt nullius commentario ſit opus. Verba ejus ſunt, Καὶ μὴ
δυνάμενοι προσεγγίσαι αὐτῷ, διὰ τὸν ὄχλον, ἀπεστέγασαν τὴν στέγην ὅπου ἦν, καὶ ἐξορύξαντες χα-
λῶσι τὸν κράββατον, ἐφ᾽ ᾧ ὁ παραλυτικὸς κατέκειτο. Vnde & Syrus apud Mar-
cum, vt τὴν στέγην, ita τοὺς κεράμους apud Lucam, ejuſdem ſignificationis voce
interpretatur. Bene igitur interpres vetus, qui per tegulas demiſſum ait.
Quippe cum ἐπὶ κεράμου, ἢ κεράμων, ἄγειν, ſit in tegulis, hoc eſt in tecto verſari,
διελεῖν autem τὴν ὀροφὴν, ſiue τοὺς κεράμους, aut τὸν κέραμον, dicatur, qui hoc tollit,
quid ſit, διὰ κεράμων καθῆκαν αὐτὸν, ignorari non poteſt. quod fiebat, vt dimit-
teretur æger. Antonium per tegulas, cogente libidine, demiſſum, Philippica
ſecunda ait M. Tullius. quod eſt, διὰ τῶν κεράμων, στέγης, ὀροφῆς: vt Romani pa-
riter ac Græci loquuntur, quos expreſſit Lucas. Quemadmodum apud Plau-
tum Milite, *ſectari ſimiam in tegulis*, quid ſit, ignorat nemo: non magis quam
quid apud alterum Comicum, quod *Iupiter per tegulas, vt fucum mulieri fa-
ceret, veniſſe* dicitur. Si quis certe in illis locis, quod hic factum à doctiſſi-
mo interprete, *teſtaceum* interpretur *pauimentum*, quid dicturos credimus
qui hæc intelligunt? Bene igitur Eraſmus, qui hic nihil immutandum cen-
ſuit. Eodem capite legitur, ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς v. 24.
ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἶπε τῷ παραλελυμένῳ, Σοὶ λέγω ἔγειραι. Quod non ſine cauſa
mirifice videtur dictum, cum non ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου, de nunc quo agi-
tur, ſed, Σοὶ λέγω, ἔγειραι, dixiſſe conſtet Dominum. Quid igitur? τὸ εἶπε ite-
rum eſt Hebræorum אמר. vt non ἔλεγε, ſed λέγει dicat: quod ex Marco, vt &
Matthæo, patet: qui, τότε λέγει τῷ παραλυτικῷ, hoc eſt, ἁπλῶς λέγει, *ſimpliciter di-
cit, ac ſemel*, vt jam ibi notauimus. Niſi malis, νῦν λέγει, *nunc dicit:* vt in illo,
Ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε. Nam præteritum præſentis loco illis. quemadmodum
hic præſens Græcis extra vſum. Ante, remiſſa illi peccata eſſe dixit: nunc
diſerte, Ἔγειραι, hoc eſt, *ſurge* dicit: vt quid poſſit, cum ſimpliciter ſalutem
infert corporis, intelligas, qui ante & peccata remiſit. Res exigua, mo-
menti tamen non exigui ad veram mentem. Cum dicitur, ὅτι εἴδομεν παρά- v. 26.
δοξα σήμερον, de miraculo ſanati paralytici ac reſtituti; παράδοξα, *inopinata*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN LVC. recentior interpres reddidit. Ejuſque rei autorem adducit Fabium. quaſi hic de Stoicorum inopinatis ageretur. Ego vt Eraſmo non accedo, qui *incredibilia* dixit, ita non video cur reprehendendus ſit antiquus, qui *mirabilia* dixiſſe maluit. Et quid ſi *miracula* dixiſſet? quæ qui efficit, παραδοξάζειν Helleniſtis dicitur. Exempli cauſa, ὅπως εἰδῇς ὅσα παραδοξάσει Κύριος ἀναμέσον τῶν Αἰγυπτίων καὶ τοῦ Ἰσραήλ. Exodi 9.4. Item Καὶ παραδοξάσω ἐγὼ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀναμέσον τῶν κτηνῶν τῶν Αἰγυπτίων καὶ ἀναμέσον τῶν κτηνῶν τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Vetus interpres, *Et faciet*
vſ. 39. *Dominus mirabile:* licet aliter Hebræus. Poſtrema capitis ejuſdem verba ſunt, λέγει γάρ, ὁ παλαιὸς χρηστότερός ἐστιν. In parabola enim, quæ partim à panno vetere ac nouo, partim ab vtribus deſumpta, ſiue illis Legem Euangeliumque, vt nonnulli arbitrantur, ſeu diuerſos auditores, è quibus nonnulli magis nonnulli minus ſunt capaces, inter ſe contendit, tandem addit Dominus, Καὶ οὐδεὶς πιὼν παλαιὸν, εὐθέως θέλει νέον· λέγει γάρ, ὁ παλαιὸς χρηστότερός ἐστιν. Quæ verba, ita reddidit interpres vetus, *Et nemo bibens vetus, ſtatim vult nouum. Dicit enim, vetus melius eſt.* Pro quo recens, *dicit enim, vetus vtilius eſt:* quod interpretatur, *ſalubrius.* Fruſtra haud dubio. quanuis enim de ſalubritate veteris nemo dubitat, quia, vt loquuntur periti, πέττει τε μᾶλλον τὰ σιτία, καὶ λεπτομερὴς ὢν εὐανάδοτός ἐστι, δύναμίν τε τοῖς σώμασιν ἐμποιεῖ, τὸ αἷμά τε εὐερθὲς καὶ εὐανάδοτον κατασκευάζει, καὶ τοὺς ὕπνους ἀταράχους παρέχει, quis tamen neſcit, nihil opus ea incruſtatione hic eſſe? nihil enim de ſalubritate Pindarus, cum dixit, αἴνει δὲ παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων. Et ſimpliciter Horatius, *Si meliora dies, vt vina, poëmata reddit, Scire velim precium chartis quotus arroget annus.* Ergo, *meliora,* χρηστότερα. quemadmodum cibos exquiſitiores, χρηστοὺς dicebant: vnde χρηστοφάγοι, qui his delectantur. Ita in Conſtitutionibus Apoſtolicis quæ Clementi vulgo aſſcribuntur, de Epiſcopo, ἔστω δὲ μὴ δάπανος, μὴ τρυφητής, μὴ ἡδύβιος, μὴ χρηστοφάγος. *ne ſit ſumptuoſus, ne luxurioſus, ne voluptati aut delicatis cibis deditus.* Notat porro aduerſus Marcionis hæreſin Epiphanius, primam quæſtionem, quam preſbyteris cæteriſque orthodoxis propoſuit Marcion, hanc fuiſſe, quid ſignificauerit Dominus, cum dixit, οὐ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιοὺς, οὐδὲ ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· εἰ δὲ μήγε, καὶ πλήρωμα αἴρει, καὶ τῷ παλαιῷ οὐ συμφωνήσει· μεῖζον γὰρ γενήσεται σχίσμα. Ex quo apparet, quomodo Euangeliſtæ locum, quem ſolum admittebat ὁ ἀγύρτης, vt recte dicitur ab Epiphanio, truncauerit. Addit autem, viros Sanctos & orthodoxos, τὸν τῆς ἀκολουθίας καὶ ἁρμονίας ἀποδιδόντας λόγον, id eſt, ſequelæ ratione habita ac cohærentiæ, ſic reſpondiſſe: Τέκνον, τοῦτό ἐστιν ἀσκοὶ παλαιοὶ, αἱ τῶν Φαρισαίων καρδίαι καὶ γραμματέων, παλαιωθεῖσαι ἐν ἁμαρτήμασι καὶ μὴ δεξάμεναι τὸ κήρυγμα τοῦ εὐαγγελίου. καὶ τὸ ἱμάτιον τὸ παλαιὸν, ὡς ὁ Ἰούδας παλαιωθεὶς ἐν φιλαργυρίᾳ, οὐκ ἐδέξατο τὸ τοῦ καινοῦ καὶ ἁγίου καὶ ἐπουρανίου μυστηρίου κήρυγμα, τὸ τῆς ἐλπίδος· καί τοι συναφθεὶς τοῖς ἕνδεκα Ἀποστόλοις, καὶ κληθεὶς ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου, περισσότερον σχίσμα ἔσχε δι' ἑαυτοῦ, μηδενὸς αὐτῷ αἰτίου γενομένου· ἐπειδὴ ἡ διάνοια αὐτοῦ οὐ συμπεφώνηκε τῇ ἄνω ἐλπίδι καὶ ἐπουρανίῳ κλήσει τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, ἀντὶ τῶν ἐνταῦθα χρημάτων τε καὶ κόμπου, καὶ φιλίας παρερχομένης ἐλπίδος καὶ ἡδονῆς. Quæ interpretatio, ne quis decipiatur, non κατὰ τὸ ῥητὸν, ſed κατὰ πρόφασιν τοῦ ἐντυγχάνοντος, magis ex occaſione, quam ex ipſo contextu, ejuſque verbis, inſtituta fuit. Qualia nonnulla in Elencticis cum judicio legenda. quod vel Iudæ exemplum oſtendit. Et ſimplicior Theophylacti interpretatio, qui κατ' ἀκολουθίαν τῶν ἄνω, ex ſerie eorum quæ præcedunt, de Apoſtolis ac Phariſæis Scribiſque id interpretatur.

Cap. VI.

Caput ſextum, & quæ in eo notanda. Locus, οὓς καὶ Ἀποστόλους ὠνόμασε. *Athenienſium* ἀποστολεῖς, *qui &* ἀπόστολοι. *Iudæorum Apoſtoli, & quis eorum vſus ſecundum Euſebium. Iudæorum Apoſtolus Paulus, cum adhuc Saulus dictus. Diuerſa Marcionis lectio notata. linguæ Helleniſticæ affectatio. Copulas non raro abundare Hebræis.*

Hebræis.ejus rei exemplum.Interpres vetus. Interpres recens,ejuſque interpre- IN LVC.
tatio. Elegans Lactantii locus. Δίδοτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. *Duo elegantiſſimi de*
eleemoſynis loci Leonis Primi.Locus, κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος
αὐτοῦ. *Mens & ordo. Vetus interpres, ejuſque interpretatio. Nouus interpres,*
ejuſque interpretatio. Διαβλέψειν: *& quomodo recentiori, veteri item inter-*
terpreti, reddatur. Diſpicere. perſpicere. perſpicies, quomodo ejicias. τὴν δοκὸν οὐ
βλέπων: *& an recte reſpiciendi verbo vſus ſit recentior interpres.*

QVinam fuerint Athenienſibus ἀποστολεῖς, qui & ἀπόστολοι dicuntur, CAP.
ſciunt, qui Demoſthenem, qui Harpocrationem, alioſque legerunt, VI.
qui hoc nomine eos qui expeditioni præerant triremium, indigita- ℣ſ. 13.
re ſolent. ita tamen vt pleriſque ἀπόστολος ſit ipſe ἔκπλους, ſeu, naualis expe-
ditio, ἀποστολεὺς qui ei præeſt. Harpocration, Ἀποστολεῖς, οἱ ἐπὶ τῆς ἐκπομπῆς τῶν
τριηρῶν ἀποδεδειγμένοι· ἀπόστολοι δέ εἰσιν, αἱ τῶν νεῶν ἐκπομπαί. Pollux, Ἀποστολεῖς, οἱ
προνοούμενοι τοῦ ἀποστόλου καὶ τοῦ ἔκπλου τῶν τριηρῶν. Heſychio tamen ſimpliciter ἀπόστο-
λος, præfectus ipſe. Ἀπόστολος, στρατηγὸς, κατὰ πλοῦν πεμπόμενος. Apoſtolos etiam
Iudæis tribuit Euſebius, qui ad Eſaiæ 18. ℣ſ. 2. Catena nondum edita, à Iu-
dæis, qui Hieroſolymæ agebant, ad cæteros fuiſſe miſſos ἀποστόλους obſeruat,
qui doctrinam Domini, vt nouam ac erroneam, traducerent. Vbi inter alia,
Ἀποστόλους δὲ εἰσέτι καὶ νῦν ἔθος ἐστὶ Ἰουδαίους ὀνομάζειν, τοὺς ἐγκύκλια γράμματα παρὰ τῶν
ἀρχόντων αὐτῶν ἀνακομιζομένους. Qualis Apoſtolus, antequam Apoſtolus eſſet,
fuit Saulus.qui,vt eſt Actorum 9. ἠτήσατο παρὰ τοῦ ἀρχιερέως ἐπιστολὰς εἰς Δαμασκὸν
πρὸς τὰς συναγωγάς, ὅπως ἐάν τινας εὕρῃ τῆς ὁδοῦ ὄντας, ἄνδράς τε καὶ γυναῖκας, δεδεμένους
ἀγάγῃ εἰς Ἱερουσαλήμ. *à principe ſacerdotum epiſtolas Damaſcum perferendas petiit*
ad ſynagogas: vt ſi quos inueniſſet ejus ſectæ viros ac mulieres, vinctos Hieroſoly-
mam abduceret. Ita Iuriſconſultis, inter cæteros Modeſtino De Verb. ſignif.
dimiſſoriæ literæ, ἀπόστολοι dicuntur. Eodem capite, καὶ καταβὰς μετ' αὐτῶν, ἔστη ℣ſ. 17.
ἐπὶ τόπου πεδινοῦ. Quo in loco κατέβη ἐν αὐτοῖς, pro κατέβη μετ' αὐτῶν, legebat
Marcio. Ex quo patet, Helleniſticum dicendi genus affectaſſe agyrtam, vt
hoc modo rudioribus imponeret. Paulo poſt, οἳ ἦλθον ἀκοῦσαι αὐτοῦ, καὶ ἰαθῆναι ℣ſ. 18.
ἀπὸ τῶν νόσων αὐτῶν· καὶ οἱ ὀχλούμενοι ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων, καὶ ἐθεραπεύοντο. 19.
Nihil vſitatius Hebræis quam vt in medio ſermone copulam interſerant,
quod nec pueri ignorant. Leuitici 7.16. *Sequenti die, & quod ſuperfuerit ex eo,*
comedetur. quod eſt, καὶ τῇ αὔριον καὶ τὸ λειπόμενον ἐξ αὐτοῦ βρωθήσεται. Idem hic factum
vel articulus monere eruditos poterat.nam cum ante dixiſſet, καὶ ὄχλος μα-
θητῶν αὐτοῦ, καὶ πλῆθος πολὺ τοῦ λαοῦ, infert, καὶ οἱ ὀχλούμενοι ὑπὸ πνευμάτων, καὶ ἐθε-
ραπεύοντο. Interpres vetus, *& qui vexabantur à Spiritibus immundis, curaban-*
tur. Optime. Recens, *& qui torquebantur à ſpiritibus impuris: & ſanabantur.*
quaſi proxima alio ſpectarent, & diſtinctio recepta, ferri non poſſet. Nec
ſane dicit, veniſſe diſcipulos vt ſanarentur, ac ne turbam quidem omnem,
quam & audiendi cauſa veniſſe dixit. *Subſtitit in depreſſo* aut *campeſtri*, in-
quit, *loco ipſe, & cum eo diſcipuli ac turba ingens, quæ audiendi cauſa venerat,*
& vt ſanarentur. Deinde ſequitur, καὶ οἱ ὀχλούμενοι ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων,
καὶ ἐθεραπεύοντο. Aliquanto inferius, Οὐαὶ, ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσι πάντες οἱ ἄνθρω- ℣ſ. 26.
ποι. Vbi cum τὸ πάντες prætermittant alii, alii pro eo πάντα repræſentent codi-
ces, inprimis ea nobis placeat lectio, quam & nonnullos è Patribus ſecutos
video. cum præſertim τῆς ἀνθρωπαρεσκείας πέρι agatur: cujus proprium eſt
πάντα πρὸς τὸ ἀρέσκειν τοῖς ἀνθρώποις ποιεῖν τε καὶ λέγειν. Qui in tales autem incidunt,
miſeros pronunciat Dominus. Marcus Eremita Ἀντιβολῇ, Διὸ καὶ ὁ Κύριος τοῦτο
φανεροποιῶν, ἐν τοῖς εὐαγγελίοις φησὶν, οὐαὶ ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσι πάντα οἱ ἄνθρωποι.
quanquam τὸ ἀνθρωπαρέσκειν, etiam παθητικῶς ſumatur. quomodo non modo
οἱ κολακεύοντες, ſed & οἱ κολακευόμενοι, & quibus cæteri placere ſtudent, dicun-
tur. Eodem capite dicitur, πλὴν ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ ἀγαθοποιεῖτε, καὶ δανεί- ℣ſ. 35.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Lvc. ζετε, μηδὲν ἀπελπίζοντες. Vt, videlicet, integrum ſit beneficium, ac Deo commendetur. quod, vt eleganter Doctor Chriſtianus ait, *ſi refertur, interit atque finitur. Nec enim poſſumus id habere integrum, cujus precium nobis perſolutum eſt.*
vſ. 38. Sequitur paulo poſt, Δίδοτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. hoc eſt, ὑπὸ τοῦ πλησίον ἀντιδοθήσεται ὑμῖν. *à proximo idem fiet vobis*, vel, *à Deo.* quam mentem diuinis verbis Leo Primus expreſſit: qui, *Conſtans eſto Chriſtiane largitor: da quod accipias:* inquit, *ſere quod metas: ſparge quod colligas. Noli metuere diſpendium: noli de dubio ſuſpirare prouentu. Subſtantia tua cum bene erogatur, augetur: & concupiſcere juſtum miſericordiæ lucrum, æterni quæſtus eſt ſectari commercium. Munerator tuus vult te eſſe munificum: & qui dat vt habeas, mandat vt tribuas. Dicens, Date, & dabitur vobis. Amplectenda eſt tibi promiſſionis iſtius gratulanda conditio. Quanuis enim non habeas niſi quod acceperis, non potes tamen non habere quod dederis.* quia, vt idem alibi loquitur, *nunquam apud Deum perire poteſt quod fidelis benignitas erogarit: quæ, quodcunque tribuit ad ſubſidium, id ſibi recondit ad præmium.*
vſ. 40. Paulo poſt, οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ· κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται, ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ. Mens eſt & ordo, πᾶς δὲ ὢν ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, κατηρτισμένος ἔσται. *Omnis autem qui magiſtro erit ſimilis, perfectus erit*, aut, vt recte interpres vetus, *Perfectus omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter ejus.* Aliter, & moleſtius recentior, *Sed quiſquis erit perfectus diſcipulus, erit vt magiſter.* Paſſim ad Matthæum notauimus, nihil vſitatius fuiſſe Domino, quam vt prouerbiolis ſuis aduerſarios confoderet ac Magiſtros. Quo ſpectat locus ille
vſ. 42. qui ſequitur, ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου. de quo vide quæ ibi ex
Ibid. Elia aliiſque annotamus. Cum autem ſequitur, καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, quid ſit διαβλέπειν, non ſatis expreſſiſſe recentior interpres videtur, qui reddit, *& tum diſpicies vt ejicias feſtucam quæ eſt in oculo fratris tui.* cum velit, tum de ratione ac modo ejiciendi cogitabis: aut, *quomodo ejicias, videbis.* Interpres vetus, *& tunc perſpicies, vt educas feſtucam de oculo fratris tui.* Melius, imo recte dixiſſet, *& tunc perſpicies, quomodo ejicias* &c. quod ſine viſus, de qua agitur, reſtitutione, & niſi ſublato, de quo agitur, impedimento, fieri non poteſt. Neque ſane, cum dicitur ibidem,
Ibid. αὐτὸς τὴν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου δοκὸν οὐ βλέπων, *cum ipſe trabem quæ eſt in oculo tuo non reſpicias*, quod recentiori placuit interpreti, dicam: ſed, *non videas.* Interpres vetus, *ipſe in oculo tuo trabem non videas.* Matthæus, τὴν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δοκὸν οὐ κατανοεῖς. Vbi melius idem, *trabem vero, quæ eſt in oculo tuo, non animaduertis.* quanquam alterum hic malim.

Cap. VII.

Caput ſeptimum & octauum examinatur. Ἐπεὶ δὲ ἐπλήρωσε πάντα τὰ ῥήματα αὐτοῦ. *implendi vox, & ea deceptos veteres. Procopii* παρόραμα. *Latini contextus in quibuſdam olim diſcrepantia. Locus,* Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἄλλον προσδοκῶμεν; *Diſtinctio B. Ambroſii, non fide ſed pietate dubitaſſe Iohannem. Loci mens, & interpretatio.* προσδοκώμενοι, *& quomodo vſurpatum.* τὸ προσδέχεσθαι, *nouo ſenſu.* ἤδη. ἀφύπνωσεν. ἔκστασις. *profundus ſomnus.* καὶ συνεπληροῦντο, καὶ ἐκινδύνευον. συμπληροῦσθαι. *compleri. & de eo diſputatum. compleri, Hebræorum more, de violento obitu aut morte.* πρὸ ὥρας φθαρήσεται. συμπληροῦσθαι, ἀντὶ τοῦ συμπληροῦσθαι φόβου, ἁπλῶς. *Perire pro periclitari.* ἀπολλύμεθα. ἐπιστάτα. *è quo vulgarium linguarum voces.* ἐπιστάται, *operum præfecti Helleniſtis. Opus, cujus* ἐπιστάτης *fuit Dei Filius. atque id, quod, & quantum.*

Cap. VII. vſ. 1. INitio capitis ſeptimi cum legitur, Ἐπεὶ δὲ ἐπλήρωσε πάντα τὰ ῥήματα αὐτοῦ, vetus interpres, non omnino male fortaſſis, & religionis ſuæ memor, *implendi* voce vſus eſſet: niſi etiam ſermonis Græci ambiguitas, ipſis Græcis hic impoſuiſſet. Vt Procopio, qui ad Deuteronomium, Οὐ δέχονται

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

γὰρ περιθήκην οἱ λόγοι Κυρίου, πλήρεις ὑπάρχοντες. Εἴρηται γοῦν περὶ τοῦ Χριστοῦ, Ἐπειδὴ In Lvc.
ἐπλήρωσε τὰ ῥήματα αὐτοῦ εἰς τὰς ἀκοὰς αὐτῶν. *Supplementum verba Domini, quæ plena*
ſunt, non recipiunt. De Chriſto enim dictum, Poſtquam verba ſua in eorum auribus
impleuit. quaſi, περὶ αὐταρκείας verbi θεοπνεύστου καὶ ἐγγεγράφου, ſiue, *verbi ſcripti*, non
de fine ſermonis inſtituti, cui finem impoſuit, hoc diceretur. Eodem capite,
nec multo poſt, legitur, λέγω ὑμῖν, οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον. Qui lo- ℣ſ. 9.
cus, in quibuſdam olim, non à Græco tantum ſed & à Latino, quem habe-
mus, Latinum abiiſſe contextum, argumento eſſe poteſt. Pro quo, *in nullo*
tantam fidem in Iſraël inueni, olim legebatur: ac ſi ſcriptum eſſet, ἐν οὐδενὶ το-
σαύτην πίστιν ἐν τῷ Ἰσραὴλ εὗρον. Quæ duo B. Ambroſius diſtinguit. Verba ejus
ſunt: *Ideoque Dominus in vno iſto fidem gentium præfert. Et quidem ſi ſic legas,*
In nullo tantam fidem inueni in Iſraël, ſimplex intellectus & facilis eſt. Sin vero,
juxta Græcos, Nec in Iſraël tantam fidem inueni, fides hujus etiam electioribus &
Deum videntibus antefertur. vt poſteriori modo de vero Iſraële loquatur,
ſimulque & vocis, de qua agit, originem alludat. Pergamus. Eodem capite
occurrit illud, Καὶ προσκαλεσάμενος δύο τινὰς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ Ἰωάννης, ἔπεμψε πρὸς ℣ſ. 18.
τὸν Ἰησοῦν, λέγων, Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἄλλον προσδοκῶμεν; Ad quem locum B. Am- 19.
broſius, *Vnde ergo fieri poſſet, vt ſic propheta tantus erraret, vt de quo dixerat,*
Ecce qui tollit peccatum mundi, adhuc eum Dei Filium eſſe non crederet? Aut enim
inſolentiæ eſt ei tribuere diuina quem neſcias, aut de Dei Filio dubitaſſe, perfidia
eſt. Non cadit igitur, non cadit in talem prophetam tanti erroris ſuſpicio. Dein-
de, *Nonnulli etiam de ipſo Iohanne ſic intelligunt: magnum quidem prophetam,*
vt Chriſtum agnoſceret, annunciaret remiſſionem peccatorum, futurum, ſed ta-
men, non tanquam dubium, ſed tanquam pium vatem, quem venturum credi-
derat, non credidiſſe moriturum. Non igitur fide ſed pietate dubitauit. Dubita-
uit & Petrus, dicens, Propitius tibi eſto Domine, non fiet tibi hoc. Quaſi vero Io-
hannes potius de eo dubitaſſet quod ipſe ſciret, quam pie diſcipulos miſiſ-
ſet, ne ignorarent quod ſciebat. vt ex iis quæ viderent, plene diſcerent quæ-
cunque initio legationis dixerat, docuerat, teſtatus erat: quod ante mor-
tem plene ſuis voluit perſuaſum, qui ad ſalutem eos pariter & Seruatorem
miſit. Miſit, igitur ne dubitarent: interrogare juſſit, ne neſcirent quod ne-
ſcire non debebant. Miſit, vt crederent, quod niſi ipſe credidiſſet, nunquam
teſtimonium de fide ſua pariter & magnitudine ejus tam excelſum tam
illuſtre exhibuiſſet. Quare melius Cyrillus, *Vel ex diſpenſatione interrogat.*
Nouerat enim, vt Præcurſor Chriſti, paſſionis myſterium. ſed vt diſcipulis conſta-
ret, quanta ſit excellentia Saluatoris, ex propriis diſcipulis prudentiores miſit, quos
præcepit ſciſcitari, & vina Saluatoris voce conjicere, vtrum ipſe eſſet qui expecta-
batur. Sciens autem, vt Deus (Dei, nempe, Filius) *quo animo miſiſſet eos Iohan-*
nes, & cauſam aduentus eorum, vberiora fecit miracula. Quanquam etiam me-
lius ipſe B. Ambroſius, cum dixit, *Mittit ergo diſcipulos ſuos ad Chriſtum Io-*
hannes, vt ſupplementum ſcientiæ conſequantur. Ex diſpenſatione ergo, quaſi
dubitat, ne dubitarent quos mittebat ac docebat: ne dubitarent, & ex
factis ea crederent dictiſque, quæ jam factis ipſe aſtruxerat ac dictis. Cum
hic pauciora quam exiſtimauimus monenda videantur, ad octauum tranſea-
mus caput. Vbi inter cætera occurrit illud, Τὸ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας πεσὸν, οὗτοί εἰσιν οἱ Cap.
ἀκούσαντες, καὶ ὑπὸ μεριμνῶν, καὶ πλούτου, καὶ ἡδονῶν τοῦ βίου, πορευόμενοι συμπνίγονται. Vbi fru- VIII.
ſtra ab Eraſmo recentior interpres diſſentit, cum de loco neuter, vt opor- ℣ſ. 14.
tet, cogitarit. Πορεύειν, *impellere eſt, & agitare.* Ergo πορευόμενοι, *qui impelluntur.*
vnde πορεύεσθαι, ἀλλάσσεσθαι, *mutari:* vt ii, qui derepente diteſcunt. Ita Iobi 29.
καὶ τὸ τόξον μου ἐν χειρὶ αὐτοῦ πορεύεται, dixit Græcus, qui ſic τὸ חלף expreſſit. Eodem
capite, πλεόντων δὲ αὐτῶν ἀφύπνωσε. Quo loco ἀφύπνωσε, eſt נרדם. vt intelligatur ℣ſ. 23.
ſomnus profundiſſimus. ſiue τὸ תרדמה, quod à lethargo non procul abeſt, qui
priori Adamo tribuitur, cum ex ejus coſta, creata eſt fœmina, vt altera ab eo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Lvc. Ibid. & ex eo. vbi & ἔκστασις dicitur. Mirifice dictum videtur quod ſequitur, καὶ κατέβη λαῖλαψ ἀνέμου εἰς τὴν λίμνην, καὶ συνεπληροῦντο, καὶ ἐκινδύνευον. Interpres recentior, *& complebantur*, quemadmodum & vetus: eo ſenſu, vt nauem aqua plenam fuiſſe ſignificet. quod potius eſſet *implebantur*. Iam vero τὸ מלא imperfecte interdum vſurpari certum eſt. vt cum Eſaiæ 2. 6. *præ Oriente repleti Iſraëlitæ dicuntur:* ſuperſtitione, aut idololatria, nempe. Helleniſtæ, ὅτι ἐνεπλήσθη, ὡς τὸ ἀπαρχῆς ἡ χώρα αὐτῶν κληδονισμῶν. quemadmodum nonnunquam qui violenter pereunt, impleri aut συμπληροῦσθαι dicuntur. Iobi 15. vſ. 32. *in non die ſuo*, hoc eſt, *die non ſuo*, ſiue, *ante diem ſuum, complebitur*. תמלא. Helleniſtæ, πρὸ ὥρας φθαρήσεται. vt ſit, ἐδόκουν δὲ συμπληροῦσθαι, hoc eſt, φθείρεσθαι: quemadmodum Latine qui periclitantur, perire ſe dicunt. Συμπληροῦσθαι, enim ea lingua, quam reſpexit, *perire eſt*. Καὶ συνεπληροῦντο, *& vicini erant morti*. quemadmodum alias ejus, cui mors inſtat, συμπληροῦσθαι ἡμέραι dicuntur. Sequitur autem, καὶ ἐκινδύνευον. quod in metu plerunque fit, cum nulla ſupereſſe ſpes videtur. Notum illud:

Præſentemque viris intentant omnia mortem.

vbi de ſimili periculo Poëta loquitur. nec aliud loquuntur, qui hic dicunt, ἀπολλύμεθα. Poteſt & eſſe ἁπλῶς, ſed vſitatum magis, vt συμπληροῦσθαι vel πληροῦσθαι φόβου, hoc eſt, pleni metus fuiſſe dicantur. Vt ſi poëta dicat,

οἱ δὲ συνεπληροῦντο φόβου· δέος εἶχεν ἅπαντας.

vſ. 24. Sequitur, Ἐπιστάτα, ἐπιστάτα, ἀπολλύμεθα. Vbi quæritur, aut quæri certe poteſt, cur non Rabbi, aut ſimili ſit vſus nomine, vt alias non ſemel, ſed ἐπιστάτην dicat. quod nomen ex iis fuiſſe poteſt, quæ de Meſſia vſurpata fuerunt. Ita vt τὸ שר, aut ſimile, exprimatur. è quo vulgares linguæ, Britannica inprimis & Gallica, nomina vicina expreſſerunt. Satisfaciunt tamen ſibi, qui διδάσκαλε, interpretantur. Plerunque autem Helleniſtæ operum præfectos ita dicunt. Nemo autem tanto vnquam præfuit. Quod enim majus quam annunciationem promouere Euangelii & regnum Dei?

Cap. VIII.

Nonum caput percurritur. ἐπισιτισμὸς quid, & an recte ab interpretibus expreſſum. ἐφοδιασμός. commeatus. frumentatio. Locus, οἱ ὀφθέντες, ἔλεγον τὴν ἔξοδον αὐτοῦ. ἔξοδος κατ' εὐφημισμόν. ἔξοδος ἐνιαυτοῦ. λέγειν τὴν ἔξοδον. ἡ ἀνάληψις. quid ea deſignetur, cum συμπληροῦσθαι αἱ τῆς ἀναλήψεως ἡμέραι dicuntur. ὑψοῦν ἀναλαμβάνειν. ὕψωσις crucifixio, ex vſu Syrorum. זקף *Syris. ὑψωθῆναι Iohanni. τελειωθῆναι. τελείωσις πλήρωσις. ἀνάλημμα. Locus, τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήριξε τοῦ πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλήμ. στηρίζειν τὸ πρόσωπον. διδόναι τὸ πρόσωπον. πρόσωπον, inſtitutum. τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον. τάττειν τὸ πρόσωπον. οὐκ οἴδατε οἵου πνεύματός ἐστε ὑμεῖς. θάψαι τὸν πατέρα, quomodo acceptum Theophylacto. Sepultura Iudæorum, quam late ſe extendat. mors pro peccatis reconciliatio Iudæis. altare expiationis pro peccatis. Quomodo locus de ſepeliendo patre intellectus quibuſdam è Græcis. τάφος funebre epulum. ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκον. τοῖς ὑπάρχουσι. ἀποχαιρετίζειν. συντάσσεσθαι. curam negotiorum mandare. manica aratri.*

Cap. IX. vſ. 12. NOno capite cum dicitur, προσελθόντες δὲ οἱ δώδεκα, εἶπον αὐτῷ, ἀπόλυσον τὸν ὄχλον, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τὰς κύκλῳ κώμας καὶ τοὺς ἀγροὺς, καταλύσωσι, καὶ εὕρωσιν ἐπισιτισμὸν, neſcio an ſatis efficaciter expreſſerint, imo nec expreſſiſſe vt debebant, vel recentem, vel veterem, quod ordine poſtremum eſt, exiſtimo. quorum alter *eſcas*, alter *cibaria*, hic dixit. Quid ſit צידה, indicarunt Helleniſtæ, qui λάβετε ἑαυτοῖς ἐπισιτισμὸν εἰς τὴν ὁδὸν, hoc eſt, ἐφοδιασμὸν, Ioſuæ 9. 11. jam olim reddiderunt. Latine, non *cibaria*, hoc quidem ſenſu, neque frumentationem (abſit vero) quanquam hoc nonnunquam notet, ſed pro eo recte commeatum dicas, & ad cibum referas, quo profecturi,

ēturi, aut qui in itinere, vtuntur. Eodem capite elegans inprimis euphemiſ- IN LVC.
mus eſt, cum dicitur, οἳ ὀφθέντες ἐν δόξῃ, ἔλεγον τὴν ἔξοδον αὐτοῦ, ἣν ἔμελλε πληροῦν ἐν ✠ſ. 31.
Ἱερουσαλήμ. Eo nempe vſu, quo ἐνιαυτοῦ ἔξοδος, de fine anni Exodi 23. 16. dici-
tur. vbi, ἑορτὴ συντελείας ἐπ' ἐξόδου τοῦ ἐνιαυτοῦ. Cum autem dixit ἔλεγον, non hoc
vult, prædixiſſe, quod non diſſimularat ſed prædixerat Dominus, etiam hoc
capite, & quidem diſerte, εἰπὼν, ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκι-
μασθῆναι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων καὶ ἀρχιερέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερ-
θῆναι. Quid igitur? ἔλεγον τὴν ἔξοδον, hoc eſt, *de morte ejus, quæ in vrbe San-
cta eſſet euentura, agebant.* Eodem capite cum ſequitur, Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ συμπλη- ✠ſ. 51.
ροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ, habent eruditi quod mirentur, cur aſcen-
ſionis potius quam paſſionis fiat mentio: cum & hæc non paulo ante mor-
tem, καὶ τὸ πάθος τὸ σωτήριον, ſint dicta: ſed &, quod nemo neſcit, dies quadra-
ginta inter reſurrectionem & aſcenſionem interceſſerint. Quod cum vide-
rent, ita acceperunt hanc difficultatem Patres, vt & paſſionem pariter in-
cluderent. Theophylactus, Τουτέστιν, ὅτι ἐνέστηκεν ὁ καιρὸς, καθ' ὃν ἔδει λοιπὸν τὸ σωτή-
ριον ὑπὲρ ἡμῶν ὑπομείναντα πάθος, ἀναληφθῆναι εἰς οὐρανὸν, καὶ συνεδρεῦσαι τῷ Θεῷ καὶ
πατρί. *Hoc eſt, cum inſtaret tempus, quo, poſt ſalutarem quam pro nobis ſuſcepit
paſſionem, ſuſcipi in cœlum Deoque aſſidere eum oportuit.* Idem fere ad verbum
Titus Boſtrorum Epiſcopus: vterque è Chryſoſtomo, quemadmodum vi-
detur. Alii, συμπληροῦσθαι, non συμπληρωθῆναι, ab Euangeliſta dici obſeruarunt:
quaſi ita demum ſatis fiat, cum de mente ſatis conſtet. Voluiſſe, ſcilicet,
adeſſe tempus illud de quo agit: totum, nempe, illud, quo exceſſit terris:
quod humiliationis ſummæ alias & exaltationis dicitur. Quid ſi autem re-
ceptus Syris euphemiſmus ſit', nec aliud, quam ipſa mors, ſeu, mortis
ſpecies, intelligatur? Quod enim vel ὑψοῦν vel ἀναλαμβάνειν ſua lingua He-
bræi, de pœna intelligitur à Syris. quemadmodum Iohannes, de quo nos ad
ipſum, crucifixionem ὕψωσιν vocauit. Καὶ πῶς σὺ λέγεις, ὅτι δεῖ ὑψωθῆναι τὸν υἱὸν τοῦ
ἀνθρώπου; Certe ἀναλαμβάνειν eſt ὑψοῦν. Heſychius, Ἀνάλημμα, ὕψωμα. Quod eſt
זקף Syris. qui ἀνάληψιν in cœlum cum deſignant, verbo סלק, cum eam quæ
præceſſit intelligunt, eo, quod jam dixi, vtuntur: quod ὑψοῦν & ἀναλαμβάνειν,
recte dicas. Quod Matthæus itaque ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς τὸ σταυρω-
θῆναι, dixit, εἰς τὸ ὑψωθῆναι diceret Iohannes. Vt cum cap. 8. ✠ſ. 8. ὅταν ὑψώσητε
τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. quanquam non eodem modo ſemper Syrus. Cæterum, vix
dubitandum, quin quod Lucas alibi τελειωθῆναι, de morte dixit, ἀναλήψεως hic
voce intelligatur. τελείωσις eſt πλήρωσις: quod ἀνάλημμα dixerunt Helleniſtæ.
Igitur ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως, idem quod τῆς τελειώσεως. quo
& τὸ συμπληροῦσθαι alludere videtur. Eodem capite ſequitur, καὶ αὐτὸς τὸ πρόσω- Ibid.
πον αὐτοῦ ἐστήριξε τοῦ πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλήμ. Eleganter autem Helleniſtæ, cum in
Sacris, ἔθηκε, ſiue, ἐστήριξε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, legiſſent, τῷ ὥρμησεν id interpretati
ſunt. vt in illo, *& poſuit faciem ſuam ad montem Gilad.* καὶ ὥρμησεν εἰς τὸ ὄρος Γα-
λαάδ. Geneſ. 31. 21. Neque aliter, διδόναι τὸ πρόσωπον, dixerunt. vt cum de Ioſa-
phat, ὅτι ἔδωκε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἐκζητῆσαι τὸν Κύριον. 2 Paralip. 20. 3. dicitur: quod
Lucas, στηρίζειν τὸ πρόσωπον, dixit. Nullis opus eſt argutiis. Στηρίζειν, τιθέναι, διδόναι
πρόσωπον, cum vehementia τὸ פנה exprimunt. hoc autem, idem quod ἐπιστρέφειν,
conuertere. Quia vero, vt plurimum ad animum refertur, hinc fit, vt πρόσωπον,
nihil aliud quam ὁρμὴν, hoc eſt, voluntatem denotet atque inſtitutum. quod
non ignorarunt Helleniſtæ. Ex quo patet, quomodo intelligendum quod
ſequitur, ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον εἰς Ἱερουσαλήμ. quod Helleniſtæ vſi- ✠ſ. 53.
tatius dicunt, ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν τοῦ πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλήμ. *quia inſtitutum
ejus, propoſitum ejus, eo proficiſci.* id autem, idem quod, τάττειν τὸ πρόσωπον, alibi
in Daniele ab iis dicitur: quemadmodum apud Ieremiam, δοῦναι τὸ πρόσωπον
εἰς Αἴγυπτον: quod apud hunc alias, θεῖναι τὸ πρόσωπον τοῦ εἰσελθεῖν εἰς Αἴγυπτον. Tale
eſt, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν τοῦ πολεμῆσαι ἐπὶ Ἱερουσαλήμ. hoc eſt, ὥρμησεν εἰς τὸν
πόλεμον.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Lvc. πόλεμον. *belloſe accinxit, de bello cogitauit.* Ita Ben Gorion de Herode, qui Edo-
mum cogitabat, וישם פניו ארץ ארום, τὸ πρόσωπον αὐτοῦ εἰς Ἐδὼμ ἔστρεψε. Quare, nihil
opus, vt cum eruditis, ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευομένου legatur. neque vt te-
mere aliquid in Sacris mutetur, relligio mea permittit. Samaritani igitur
non receperant eum, quod inſtitutum certum ejus eſſe, in vrbem Sacram ſe
℣. 55. conferre, viderent. hæc mens eſt. Eodem capite ſequitur, Στραφεὶς δὲ ἐπετίμη-
σεν αὐτοῖς, καὶ εἶπεν, οὐκ οἴδατε οἵου πνεύματός ἐστε ὑμεῖς. Locus obſcurior. Quid ſit
ambulare poſt ſpiritum ſuum, norunt qui in Ezechiele legerunt, *væ prophe-
tis, qui ambulant poſt ſpiritum ſuum.* vbi, *ſpiritus, voluntas, cogitatio.* Igitur,
neſcitis cujus ſpiritus eſtis, neſcitis ipſi quid velitis aut petatis. quemadmodum
eo, quo jam dixi, loco, ſpiritum de voluntate Magiſtri interpretantur. Ita
filiis Zebedæi, quorum mater incongrua petebat, recte dici potuit, οὐκ οἴδα-
τε οἵου πνεύματός ἐστε: quibus dicitur, οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε. Chaldæus, *cogitationem,*
aut, *imaginationem,* apud Ezechielem reddit. quo ſenſu eſſet, *ipſi non intelli-
gitis quæ imaginamini.* ſed ſimpliciſſimum quod dixi. Aliter Eraſmus. qui
ſecutus veteres, Theophylactum inprimis, *neſcitis, cujus ſpiritus vos eſſe opor-
℣. 59. teat.* Eodem capite nono & illud legitur, ὁ δὲ εἶπε, Κύριε, ἐπίτρεψόν μοι ἀπελ-
θόντι, θάψαι τὸν πατέρα μου. Vbi Theophylactus, cum exiſtimaret, nimis eſſe ἀπό-
τομον καὶ σκληρὸν, quod hoc loco vetat Dominus, ingenioſe excogitauit, θάψαι
nihil aliud eſſe quam ad mortem vſque curam gerere aut nutrire. Cui con-
firmando addit, ἐπεὶ καὶ ἐν τῇ κοινῇ ὁμιλίᾳ, οὕτως εἰώθαμεν λέγειν, ὁ δεῖνα υἱὸς ἔθαψε τὸν πα-
τέρα αὐτοῦ· οὐ τοῦτο λέγοντες, ὅτι μόνον ἔθαψεν αὐτὸν, ἄλλο δὲ οὐδὲν ἀγαθὸν ἐποίησεν, ἀλλ᾽ ὅτι ἐπε-
μελήσατο αὐτοῦ ἄχρι καὶ τῆς τελευτῆς καὶ τῆς ταφῆς. *Quemadmodum & vulgo ita dicere ſole-
mus, ille aut ille patrem ſuum ſepeliit. non quod tantum ſepeliit eum, neque plus boni
præſtitit, ſed quod ad mortem atque ſepulturam vſque, curam ejus geſſit.* Et certe,
nihil magis vſitatum, quam vt ſepulturam ab eo petamus, cui poſtremum vi-
tæ commendamus. neque aliter Epiſt. 1. B. Hieronymus locutus eſt, cum di-
xit, *Nam & gerula quondam, jam & anus, & nutricius, ſecundus poſt naturalem
pietatem pater, clamitat, morituros expecta paululum, & ſepeli.* quanquam hoc
acumine opus hic non erat. Quanto tempore Iudæis ad ſepeliendos opus ſit
amicos, ſciunt, qui non plane ignorant, etiam quæ hodie ab iis fiunt: inpri-
mis autem cuncta quæ poſt mortem fiunt, ſepulturæ nomine cenſeri. tum &
ritus plane ineptos quoſdam, qui cum lege Dei prorſus pugnant, quibus in
hac functione vtuntur. Vt opiniones ſtolidiſſimas omittam. qualis eſt, quod
profitentur, mortem, quam obimus, reconciliationem pro peccatis eſſe: ita
vt ob eam ipſam omnibus ignoſcere cogatur Deus. quemadmodum ple-
runque expiationem, imo ſatisfactionem peccatorum, hominum calami-
tatibus aſſcribunt: quas, altare expiationis pro peccatis Iſraëlis, Paraphra-
ſtes Danielis vocat. Quo nihil magis cum doctrina vitæ, quæ vnius Serua-
toris morte nititur, qua omnis vita & ſpes noſtra continetur, pugnat aut
aduerſatur. ne de pollicis curuatione, juxta formam nominis Schaddai,
aliiſque infinitis dicam: ne ſtultiſſimam opinionem, quam de Angelo,
quem mortis vocant, ac de ritu חבוט הקבר conceperunt, hic tangam. Siue ergo
tempus ipſum videas, quo ante ſepulturam lugent (ſeptem nempe dies) ſiue,
quo mœrorem filii in patris funere teſtantur, ad quem anno opus habent,
quæ, ac ſimilia, ταφῆς nomine intelliguntur; nullo hic acumine opus eſſe qui-
uis videt. Quis miratur autem νεκροὺς dici, etiam dum viuunt? nec tuliſſe Do-
minum, vt iis ſeſe ritibus miſceret, qui nomen ei dederat, vtque tam alte in
ſuperſtitionum ſeſe gurgitem immergeret, qui Chriſtum ſequeretur? Super-
ſtitioſos autem minus tum fuiſſe, quam ſunt hodie, quis credat? Fruſtra er-
go inter Græcos Patres ſunt, qui τῷ σώματι τοῦ πατρὸς τεθνεῶτος γῆν ἐπαμήσασθαι,
ne filius parenti jam defuncto terram infunderet, ſic vetuiſſe Dominum exiſti-
mant. Aſceticorum autor, Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Κύριος, τὴν τοιαύτην σχέσιν καὶ συνήθειαν
ἀπηγό-

ἀπηγόρευσεν· ἑνὶ μὲν τῶν μαθητῶν οὐκ ἐπιτρέψας, οὐδὲ αὐτὸ μόνον τοῖς οἰκείοις συντάξασθαι·
ἑτέρῳ δὲ, οὐδὲ τῷ σώματι τοῦ πατρὸς τεθνεῶτος γῆν ἐπαμήσασθαι. *Ipſe enim Dominus ritum* In Lvc.
ejuſmodi ac conſuetudinem vetuit: cum cuidam è diſcipulis ne amicis quidem quæ
poſt mortem vellet fieri mandare, cuidam ne terram quidem cadaueri infundere pa-
terno, permitteret. Neque enim pietatem, ſed impietatem vetat: ſed & inſuper,
ne tanto tempore vel retro abeat, vel cedat, qui ad prædicationem regni Dei
ſe admicti poſtulauit. Manifeſtum autem ſignum animi, non ſatis in propo-
ſito diuino confirmati, &, vt Græci melius, ἐστηριγμένου καὶ ἑδραίου, neque, ἀκίνητον
ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ πολιτείᾳ φρόνημα καὶ νοῦν, prodebat. quare & merito, quod poſtulat,
vetatur. Cæterum, τῷ θάψαι omnia includi, quæ ad ſepulturam pertinent,
non magis mirum eſt, quam quod Græci funebre epulum, vel cœnam, τάφον
dicunt. Itaque ſi ritus ſpectentur Iudæorum, vere hic locum illud B. Hiero-
nymi ad Euſtochium De cuſtodia virginitatis, habet, *Frater eſt mortuus, ſoro-*
ris eſt corpuſculum deducendum. Caue, ne dum hoc ſæpius facias, ipſa moriaris. quod
cum infidelibus, ne ſemel quidem fieri, cur Dominus voluerit, jam ſatis, niſi
fallimur, apparet. Circa finem capitis ejuſdem legitur, Εἶπε δὲ ἕτερος, ἀκολου-
θήσω σοι Κύριε· ἐπίτρεψόν μοι ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου. Vbi recens interpres, ℣ſ. 61.
ſatis ſe defunctum, ſi valedicendi verbo vteretur, arbitratus eſt. quod ἀποχαι-
ρετίζειν Theophylactus dixit. Dilute nimis, ſi quid judico. Vetus, *Sed permit-*
te mihi primum renunciare iis qui domi ſunt. Duriuſcule. niſi forte, *quæ domi*
ſunt, ab eo ſcriptum ſit. vt τὰ εἰς οἶκον, non τοὺς, intelligat. Quod ἀποτάξασθαι
τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν Euangeliſta cap. 14. ℣ſ. 33. dixit. Οὕτως οὖν πᾶς ἐξ ὑμῶν, ὃς
οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής. Vbi vetus
interpres, *Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciat omnibus quæ poſſidet, non*
poteſt meus eſſe diſcipulus. optime, ad ejus quidem loci mentem: neque ibi du-
bitandum. Eadem autem voce hic ſi vtimur, vetare videatur, quod ibi ſua-
det, Dominus. B. Hieronymus ad Paulam, ſuper obitu Blaſillæ: *Nonne aliis*
verbis id ipſum in Euangelio præcipit, vt non renunciet domui diſcipulus? nec
propterea audiendus recens, qui *valedicendi* verbo vti maluit. Theophy-
lactus, ὅτι οὐ δύναται Χριστοῦ εἶναι μαθητὴς ὁ μὴ ἀποτασσόμενος πᾶσιν. *qui non omni-*
bus renunciat: non enim ἀποχαιρετίζειν, vt noſter, dixit. Quanquam ne hic
quidem loci mentem ſic expreſſero: renunciandi nempe verbo. hoc enim
poterat, vel abſens. Nunc autem veniam ad ſuos abeundi petit. Quid er-
go? Ἀποτάσσεσθαι hoc loco, idem quod συντάσσεσθαι: idem quod Iuriſcon-
ſulti dicerent, *mandata ſuis dare.* hoc eſt, quæ de ſuis velint fieri injungere
& mandare. quod vel morituri, vel qui iter longum aliquod ſuſcipiunt, ple-
runque ſolent. Notum eſt illud poëtæ, *Et mandare ſuis aliqua, & ſperare ſe-*
pulchrum. C. Iuriſconſultus, *curam negotiorum mandare* dixit. quod non mi-
nus ſæculo valedicenti conuenit, quam morituro: ſibi enim moritur ac ſuis
qui hoc inſtitutum ſuſcipit ac profitetur. Vnde hoc ἀποταγὴν antiqui di-
cunt. Et præclare mentem practici Theologi viderunt. Eruditiſſimus Aſce-
ticorum autor, loco, cujus jam meminimus, οὐδὲ αὐτὸ μόνον τοῖς οἰκείοις συντάξα-
σθαι, dixit. Et deinde, τῷ μὲν γὰρ συντάξασθαι βουλομένῳ τοῖς οἰκείοις, φησὶν, οὐδεὶς
ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ᾽ ἄροτρον. Quæ vera hujus loci mens eſt. Quan-
quam & συντάξασθαι, ἀσπάσασθαι Heſychius exponit. Mens igitur, *Permitte*
mihi, vt de meis ſtatuam, aut, ſuprema meis dem mandata. Paulo poſt, εἶπε δὲ πρὸς
αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ᾽ ἄροτρον, καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω,
εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Quod mirifice Optatus Mileuitanus aduer-
ſus Donatiſtas, *Nemo tenens manicam aratri, poſt ſe attendens, intrabit regna*
cælorum.

CAP. IX.

Caput decimum. καὶ μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε. *& quomodo intelligendum.* ἐσθίειν τὰ παρατιθέμενα. *Parata. Locus,* ἐθεώρουν τὸν σατανᾶν. *&c.* πῶς ἀναγινώσκεις; *& quomodo intelligendum.* καὶ τὸν πλησίον ὡς σεαυτόν. *qui locus aliter diſtinctus, & diſtinctio probata.* ἐξ ἑαυτοῦ λαβεῖν, ἀναμιμνήσκεσθαι. *Amor Dei ac proximi diuulſus ab Hebræis ac ſeparatus. Via Maledamim.* Πυῤῥῶν ἀνάβασις. οἰνέλαιον. πανδοχεῖον, *ſtabulum. paſſim ea voce vſos veteres. dedit ſtabulario. ſtabularius. ſtabulum, diuerſorium. ſtabularius ille Paulus Apoſtolus, apud Optatum. Quæ veteribus diu vſurpata, haud temere mutanda.* ἐκβάλλειν δηνάρια, *Syrorum more & vſu.*

CAP. X. INter cætera mandata quæ Legatis ſuis capite decimo præſcribit
Dominus, illud quoque legitur, καὶ μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε: quo
vſ. 4. minimum notatur vel tempus vel ſpatium. Quemadmodum in jure
Hebræorum, minimum temporis id dicitur, quo quis alterum affari vel ſalutare poteſt. quod & in homicidio conſideratur. Præcipit igitur, ne vel tantillum temporis in via aut itinere morentur. Paulo poſt ſequitur, Καὶ εἰς ἣν
vſ. 8. δ' ἂν πόλιν εἰσέρχησθε, καὶ δέχωνται ὑμᾶς, ἐσθίετε τὰ παρατιθέμενα ὑμῖν. Cujus loci, ſi Theophylacto credimus, mens eſt, ἐσθίετε τὰ παρ' αὐτῶν, τουτέστιν, ἃ προσάγουσιν ὑμῖν, κἂν μικρὰ ὦσιν κἂν εὐτελῆ, μηδὲν πλέον ἐπιζητοῦντες· ἀντὶ μισθοῦ γὰρ ἔχετε τὴν τροφὴν· καὶ μὴ ζητεῖτε, καὶ τρέφεσθαι, καὶ μισθὸν πάλιν παρὰ μέρος λαμβάνειν. *Edite, quæ ibi ſunt, hoc eſt quæ vobis offerunt, etiamſi ſint exigua, viliaque: nihilque amplius quærentes, loco mercedis accipite cibum: nec date operam vt nutramini, & mercedem ſimul accipiatis.* Et certe Euangeliſta, quæ ſint τὰ παρατιθέμενα expreſſit, cum dixit, τὰ παρ' αὐτῶν. Præceſſit enim, ἐσθίοντες καὶ πίνοντες τὰ παρ' αὐτῶν: quod ambiguum tamen. Mihi, τὰ ἐν χερσὶ, καὶ τὰ τυχόντα, videtur dixiſſe: quæ poëta Latinus eleganter *parata* dixit. *Frui paratis & valido mihi Latoe dones, & precor integra Cum mente.* &c. Quod magis quam illud Eulogii contra Nouatianos placet, qui hunc locum ex illo Apoſtoli interpretatur, Εἰ δέ τις καλεῖ ὑμᾶς τῶν ἀπίστων, καὶ θέλετε πορεύεσθαι, πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε· μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν. Vtrunque enim locum, σύνδρομον eſſe vult, ſeu, παράλληλον. id autem vt perſuadeat, addit, μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν. Ac ſi Lucas ſcripſiſſet, εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰσέρχησθε καὶ δέχωνται ὑμᾶς, τὰ παρατιθέμενα ὑμῖν ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες. de qua vete-
vſ. 18. rum licentia ac more, alibi. Eodem capite legitur, Εἶπε δὲ αὐτοῖς, ἐθεώρουν τὸν σατανᾶν, ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα. Vbi fateor aſſentiri Eraſmo me non poſſe, qui in doctiſſima Paraphraſi hanc mentem ex his elicit: *Ieſus autem, quo muniret ſuorum animos aduerſus morbum inanis gloriæ, qui ſanctis etiam ſolet obrepere, proponit illis exemplum Luciferi, qui ob ſuperbiam à tanta felicitate ſubito dejectus eſt.* & quæ ſequuntur. Mihi ſanctus ardor, ſeu, diuina ἔκστασις, videtur, cujuſmodi apud Iohannem paſſim, cum ex abrupto Dei Sapientia θεολογεῖ. Quale eſt illud, *Antequam Abraham eſſet, ego eram.* Ac ſi dicat, *Mirum non eſt, quod de aduerſario immani illo triumphetis, quem è cælo cadentem vidi. Ipſe, qui ſemper ſum, huic interfui ſpectaculo. E parentis ſinu, dirum illud monſtrum proturbari cælo, atque ad inſtar fulguris labentem ipſe vidi.* Eleganter ſuo more Theophylactus, μὴ θαυμάζετε εἰ δαίμονες ὑμῖν ὑποτάσσονται· ὁ γὰρ ἄρχων αὐτῶν, πάλαι κατέπεσεν ἀπ' οὐρανοῦ, καὶ οὐδεμίαν ἰσχὺν ἔχει. εἰ γὰρ τοῖς ἀνθρώποις οὐχ ἑωρᾶτο τοῦτο, ἀλλ' οὖν ἐμοὶ ἐθεωρεῖτο, τῷ τῶν ἀοράτων θεωρῷ. *Ne mirum vobis videatur, ſi dæmones vobis ſubjiciuntur: eorum quippe princeps, jam pridem è cælo cecidit, neque vim vllam relliquam jam habet. quod etiamſi non viderunt homines, vidi ego, qui & ea quæ non videntur video.* Quin & manifeſte ſententiam refutat, quam jam dixi. Ὅρα δὲ πῶς οὐχ ὑψηλοφρονοῦσι· φασὶ γὰρ, ὅτι ἐν τῷ ὀνόματί σου ὑποτάσσονται ἡμῖν οἱ δαίμονες· ἐν τῇ σῇ χάριτι, οὐ τῇ ἡμετέρᾳ ἰσχύϊ. *Vide autem quam non magna de ſe opinentur.*

Dicunt

Dicunt enim fere, vt in tuo nomine tuoque fauore, non noſtra potentia, ſubjician- In Lvc.
tur nobis dæmones. nec recentioribus aſſentior, qui hoc factum ab Apoſto-
lis volunt. Paulo poſt ſequitur, ἐν τῷ νόμῳ τί γέγραπται; πῶς ἀναγινώσκεις; Quare ṽ. 26.
autem, πῶς ἀναγινώσκεις; quia, cum pars Legis altera, *Diliges Dominum Deum*
ex toto corde tuo, Deuteron. 6.5. contracta legatur (quam ſolam agnoſcebant
eo tempore Iudæi: adeo, vt illud ipſum, ſummam Legis, quod ex Rabbinis
apparet, vulgo dicerent) altera autem pars, quæ Leuitici 19.18. extaret, *Di-*
liges, nempe, *proximum tuum, vt teipſum*, ab illis negligeretur; non ſine cauſa
ex hoc quærit, Πῶς ἀναγινώσκεις; hoc eſt, *An totius Legis compendium conjungis,*
an vero, vt plerique, partem ejus tantum alteram agnoſcis? Bene autem ἀναγι-
νώσκεις, quia recitationem Legis קריאת שמע, ἀνάγνωσιν τοῦ ἄκουε, hoc eſt, τοῦ, ἄκουε
Ἰσραήλ, vulgo dicebant. quæ verba immediate ea, Ἀγαπήσεις κύριον τὸν Θεόν σου,
præcedebant: à quibus phylacteria ſua inchoabant. Non multo poſt, καὶ τὸν ṽ. 27.
πλησίον σου, ὡς σεαυτόν. Iam ſupra ad Marcum probauimus, leguleios ac Legis
interpretes, in phylacteriis ſuis, quibus ſummam Legis contineri exiſtima-
bant, totum, quod eſt de amore proximi, prætermiſiſſe. Quo nomine & ca-
ſtigatos fuiſſe à Domino, idem Euangeliſta innuit. quod ex ipſis etiam Ma-
giſtris, vt ante diximus, apparet. Quare mirum eſt, hominem, quem hic
deſcribit Euangeliſta, ſiue idem ſit ſiue alius quem alii deſcribunt, vanum
acglorioſum, per ſe, quod tum maxime negligebatur, de amore proximi,
ſuperiori junxiſſe. Id autem vel propterea mirum, quia idem quis ſit proxi-
mus, τίς ἐστί μου ὁ πλησίον, mox quærit. Et fortaſſe hæc diligentius cum Iudæo-
rum conſuetudine ac vſu contendenti, diſtinguendus aliter videbitur hic
locus. Hoc videlicet modo, vt poſt hæc καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου, ſit integra
diſtinctio. Deinde, καὶ τὸν πλησίον σου; ὡς σεαυτόν. vt, καὶ τὸν πλησίον σου; verba ſint
interrogantis Domini: quæ ſequuntur autem, reſpondentis leguleii. qui, ad-
monitus à Domino, illud de proximo ſubjungit: cum extaret quidem, ſed ab
ipſis, vulgo prætermitteretur: quo Legis interim pars altera, ſeu, tabula ſecun-
da, continetur. Admonendo enim de eo quod omiſerat, in mentem ei reuo-
cat, quod ipſe mox ex Moſe adjungit. verba nempe, quæ in Leuitico legun-
tur. Vt totus ita diſtinguatur locus, Καὶ ἰδού, νομικός τις ἀνέστη, ἐκπειράζων αὐτὸν, καὶ λέ-
γων, Διδάσκαλε, τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτὸν, ἐν τῷ νόμῳ τί
γέγραπται; πῶς ἀναγινώσκεις; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς
καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου.
Καὶ τὸν πλησίον σου; ὡς σεαυτόν. Εἶπε δὲ αὐτῷ, ὀρθῶς ἀπεκρίθης· τοῦτο ποίει, καὶ ζήσῃ. Ita effi-
citur, quod in Menone à Socrate, vt, non doctus, ſed interrogatus, aut po-
tius, eo ipſo doctus quod interrogatus, ἐξ ἑαυτοῦ ἀναλάβῃ, id eſt, per ſe ſuppleat,
quod deeſt. hoc eſt autem quod ἀναμιμνήσκεσθαι Platoni dicitur. De ipſo enim
admonetur loco: quem vt forte legerat, non in hunc tamen vſum legerat,
vt per ſe, eum, altero cum loco de amore Dei jungeret: quod poſtea inter-
rogatus fecit. Atque ita accuratiſſimum vtriuſque tabulæ compendium, ſe-
cus quam in phylacteriis ſuis vulgo, verbis pauciſſimis, quæ ſiue in hac, ſiue
in ſimili hiſtoria, Domino à cæteris attribuuntur, expreſſit. Eodem capite
in viatoris, qui in latrones, dum ex vrbe Sacra proficiſcitur, inciderat, hiſto-
ria, occurrit illud, κατὰ συγκυρίαν δὲ ἱερεύς τις κατέβαινεν ἐν τῇ ὁδῷ ἐκείνῃ, καὶ ἰδὼν αὐτὸν, ṽ. 31.
ἀντιπαρῆλθεν. *Forte in eum incidit*, inquit. Vbi? In famoſa illa via, quam Male-
damim, Iudæi, Græci autem, ſi antiquis credimus, à ſanguine, quod & B. Hie-
ronymus notat, qui illic crebro effundi à latronibus ſolebat, Πυῤῥῶν ἀνάβα-
σιν, dixerunt: vbi & caſtellum cum præſidio, ad auxilia viatorum, poſitum
fuiſſe docent. Sequitur, Σαμαρείτης δέ τις ὁδεύων, ἦλθε κατ᾽ αὐτόν. Vere παρ᾽ ὑπό-
νοιαν, quod Græci. quippe cum ne loco quidem hominis ſuperbus leguleius,
de quo agitur, Samaritanos duceret, Samaritanum præſtitiſſe ait, quod nec
Chriſtianus quilibet intelligit, nedum vt ſuperbus leguleius id videret,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Lvc. ὅτι δεῖ τὸν μὲν ἐν νόμῳ μὴ παριδεῖν τὸν ἀδελφόν, τὸν δὲ ἐν πνεύματι μηδὲ ἄνθρωπον. *Ei qui ſecundum legem viuit, non fratrem, qui ſecundum ſpiritum, ne hominem quidem, negligendum.* Ibidem, καὶ προσελθὼν κατέδησε τὰ τραύματα αὐτοῦ, ἐπιχέων ἔλαιον καὶ οἶνον. Ait vinum infudiſſe ac oleum: & quidem mixtum, vt nonnulli veterum exiſtimarunt, qui οἰνέλαιον huc trahunt. Aſceticorum autor, δοθείσης δὲ ἡμῖν τῆς ἰάσεως τὴν χάριν, ἢ διὰ τοῦ οἰνελαίου, ὡς ἐπὶ τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστάς, ἢ διὰ τῶν σύκων, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἐζεκίου, εὐχαρίστως ὑποδεχόμεθα. quod vt dari phtiſicis libro Περὶ εὐπορίστων vetat, ita eo calefacto ſtomachum foueri, præcipit Galenus.

℣ſ. 43. Non ita multo poſt in eâdem ſequitur hiſtoria, ἐπιβιβάσας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος, ἤγαγεν εἰς πανδοχεῖον, καὶ ἐπεμελήθη αὐτοῦ. Vbi τὸ ἤγαγεν εἰς πανδοχεῖον, vetus interpres erudite, *duxit in ſtabulum.* qui & deinde cum dicitur, ἐκβαλὼν δύο δηνάρια ἔδωκε τῷ πανδοχεῖ, *dedit ſtabulario*, interpretatur. Eruditiſſimum Stephani Gloſſarium, *Stabulum*, ἱπποστάσιον, ὀνοστάσιον, πανδοχεῖον. Idem, Πανδοχεῖον, *cauponium, diuerſorium.* Πανδοχεὺς, *diuerſoriarius, cauponarius, ſtabularius.* Gloſſarium Noui Teſtamenti non editum, *Stabulum dicitur domus illa quæ omnes intrare volentes ſuſcipit. Græce pandochium dicitur.* Torſit nos aliquando, fateor, Optati ille contra Donatiſtas locus: *Denique ſtabularius ille Paulus Apoſtolus, cui confoſſus peccatorum vulneribus populus commendatus, duos denarios, quos erogaret, acceperat: duo, ſcilicet, teſtamenta. Hæc per doctrinam quaſi ſumptus impendit. Docuit, quomodo conjugales Chriſti debeant viuere. A quo cum quæreretur, quid de virginibus præciperet, reſpondit, ſibi de virginibus nihil eſſe mandatum. Confeſſus eſt, ſe duo teſtamenta, hoc eſt, duos denarios, erogaſſe. Explicati erant quodammodo ſumptus. Sed quia qui ſaucium commendauerat, promiſerat ſe redditurum quicquid in curam amplius erogaſſet, poſt impenſos duos denarios, non præcepta ſed conſilium erogat Paulus ad virginitatem: nec impedimento eſt voluntati, nec nolentes impellit aut cogit.* Vbi, quæ de denariis dicuntur, ad duos hos denarios, quæ de ſauciis ac confoſſis peccatorum vulneribus, ad Samaritanum referenda ſunt. Neque amplius dubitari poteſt, cur ſtabularius, hoc eſt, πανδοχεὺς, dicatur Paulus. Totam quippe, quam habemus hic, parabolam alluſit. Fulgentius Epiſtola ad Venantium: *Samaritanus noſter, nunquam vulneratum ad ſtabulum, miſericorditer impoſitum jumento, perduceret, ſi aliquod in eo vulnus inſanabile judicaret. Nunquam, duobus denariis datis, redditurum ſe quicquid ſupererogaret, ſtabulario ſpopondiſſet, ſi ſupererogationem illam non plene ſanitati prænoſceret profuturam. Vt quid enim ſtabularius?* &c. Neque aliter vnquam de parabola eadem B. Hieronymus loquitur. Aduerſus Ruffinum Apolog. 3. *Siccine te docuit ille Samarites, ſeminecem ad ſtabulum reportare, & oleum plagis infundere, mercedem ſtabulario polliceri?* Epitaphio Paulæ matris: *Commendat clementiam Samaritæ, id eſt, cuſtodis, qui ſeminecem, ſuo jumento impoſitum, ad ſtabulum Eccleſiæ deportauit.* Et ad Pammachium aduerſus errores Iohannis Hieroſolymitani: *Vulneratus ille itineris Hiericho, totus refertur ad ſtabulum, & delictorum plagæ immortalitate ſanantur.* vt & alias. Quare videndum, vtrum hæc aliaque ejus generis, recepta ab antiquitate, fuerint mutanda. Paulo poſt, cum dicitur

℣ſ. 35. ἐκβαλὼν δύο δηνάρια, τὸ ἐκβάλλειν, nihil aliud quam *ſoluere* aut *proferre*; Syriaſmo, de quo alias.

Cap. X.

Caput vndecimum. Ἐλθέτω τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐφ' ἡμᾶς, *pro vſitato illo*, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. *Nyſſeni locus. Locus* ἀνακόλουθος *mirifice viſus interpretibus*, τίνα δὲ ὑμῶν τὸν πατέρα. *&c.* μὴ ἐπιδώσει αὐτῷ σκορπίον: *& an non* σκορπίου, ὠὸν, *nempe, ſcripſerit Euangeliſta. Similis veterum* παροιμία, Ἂν οἶνον αἰτῇ. *&c.* ἐπιδώσει, ἀντιδώσει, *ſecus quam interpretibus viſum.* ὁ ἰσχυρὸς καθωπλισμένος. *quis* ὁ ἰσχυρός. *Locus Amoſi parallelus.* τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. *Rabbinorum ſententia.*

ἔργον

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ἔργον σημείου. Ἄνδρες νινευΐ: eademque de iis à Rabbinis dici. ὡς τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα. Mos in recitandis hiſtoriis, Euangeliſtis vſurpatus. μνημεῖον quid, & quot modis expreſſum Helleniſtis. τάφος ἀνεῳγμένος καὶ μνημεῖον. Ἄσημον Iudæorum Magiſtris ἄσημον. φορτία δυσβάστακτα quæ. Locus, ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ εἶπε, & quomodo intelligendus. εἶπε, quomodo intelligendum, & quæ mens loci. Locus ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἄβελ. &c. Locus, ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως, & quomodo dictum. Tres Iudæorum claues. συνέχειν. ἐνέχειν. ἀποστοματίζειν αὐτόν. & an recte id reddiderint interpretes. ἀποστηθίζειν. ἀποστηθισμοί. — In Lvc.

NOn procul ab vndecimi capitis initio, Precatio, quam ſuis Dominus præſcripſit, ſequitur. In qua pleraque quæ obſeruanda videbantur, ſupra notauimus. Cæterum Magiſtri cum contracte א״ש ſcribunt, τὸ אלהינו שבשמים, *Deus noſter, qui in cælis es*, intelligunt: formulam in precibus eorum vſitatam. Pro quo אבינו שבשמים, *Pater noſter, qui in cælis*, legi poteſt. Quam in exordio Precationis ſuæ formulam hic Dominus expreſſit. qui vbique hoc egiſſe videtur, vt ad receptas vel parœmias, vel axiomata, vel formulas reſpiceret. Atque ita initium eſſet, א״ש יתקדש שמך. Vt ſic Pater præmittatur. quo nomine nec dulcius nec efficacius quicquam. *Homo* enim *nouus ac renatus*, (vt præclare ad hæc verba Cyprianus) *& Deo ſuo per ejus gratiam reſtitutus, Pater primo in loco dicit, quia filius eſſe jam cæpit.* Deinde additur &, *noſter*, inquit: *id eſt, eorum qui credunt: eorum, qui per eum ſanctificati, & gratiæ ſpiritalis natiuitate reparati, filii Dei eſſe cæperunt. quæ vox Iudæos etiam perſtringit & percutit.* &c. Quos à Patre noſtro ſeparamus, quamdiu in Filium non credunt. vt & à Deo: quia Deus eſt illorum quorum & pater: qui eundem cum Filio, ſed & per Filium, nunc patrem habent. In Precatione eadem cum legitut, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, miretur aliquis, quid in mentem venerit Nyſſeno, qui Homilia ad hanc Orationem tertia, pro eo quod Matthæus habet, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, apud Lucam aliud extare obſeruat. Hoc nimirum: Ἐλθέτω τὸ ἅγιον πνεῦμά σου ἐφ᾽ ἡμᾶς. Verba ejus ſunt: Ἢ καθὼς ἡμῖν ὑπὸ τοῦ Λουκᾶ τὸ αὐτὸ νόημα σαφέστερον ἑρμηνεύεται, ὁ τὴν βασιλείαν ἐλθεῖν ἀξιῶν, τὴν τοῦ πνεύματος συμμαχίαν ἐπιβοᾶται. Οὕτως γὰρ ἐν τῷ ἐκείνου εὐαγγελίῳ, ἀντὶ τοῦ ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, ἐλθέτω, φησὶ, τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐφ᾽ ἡμᾶς. *Vel quemadmodum nobis à Luca eadem exponitur ſententia, apud quem qui regnum venire vult, Spiritus Sancti auxilium implorat. Ita enim in ejus dicitur Euangelio, in quo, pro illo, veniat regnum tuum, veniat Spiritus Sanctus ſuper nos, dicitur.* An ergo παραλλήλως alibi hoc modo locutus eſt Euangeliſta, vnde interpretationem hanc deſumpſit? Videtur voluiſſe id interpres: qui bis in Lucæ Euangelio, pro eo quod eſt, *veniat regnum tuum, adueniat Sanctus ſpiritus tuus ſuper nos, & purificet nos,* citat. de quo cogitandum. Eodem capite vndecimo occurrit locus ille, τίνα δὲ ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; εἰ καὶ ἰχθὺν, μὴ ἀντὶ ἰχθύος ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ· ἢ καὶ ἐὰν αἰτήσῃ ᾠὸν, μὴ ἐπιδώσει αὐτῷ σκορπίον; Vbi à quibuſdam quæritur, cur ſcorpionem, & quid ouo, de quo loquitur, cum eo commune? Noui, qui exiſtimaret, σκορπίου, ab Euangeliſta ſcriptum. Atqui Plinius, *Similiter his & ſcorpiones terreſtres vermiculum ouorum ſpecie pariunt, ſimiliterque pereunt.* vt dicat, *num ſi ouum poſcat, ſcorpionis fœtum illi dabit?* Neque locum habent quæ recentior interpres hic adducit. minime autem illud, *Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera.* Quanto rectius illud Græcorum adduxiſſet, Ἂν οἶνον αἰτῇ κονδύλους αὐτῷ δίδου. quod ἐπὶ τῶν δεινὰ μὲν λαμβανόντων, ἀγαθὰ δὲ αἰτούντων, vt loquitur Zenobius, vel ἐπὶ τῶν ἀγαθὰ μὲν αἰτούντων, κακὰ δὲ ἀντιλαμβανόντων, vt Diogenianus, quod idem eſt, ab illis vſurpatur. De barbaris enim καὶ ἀστόργοις loquitur, quales negat hic parentes eſſe: vt ad ſummam benignitatem ac clementiam communis ac ſupremi omnium parentis, tanquam manu, ſuos ducat. Neque tantum ſane eſt ἀνάκολουθον in

Cap. XI. Vſ. 2. — Ibid. — Vſ. 11.

In Lvc. illis, quæ præcedunt, τίνα δὲ ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐ-
τῷ; quantum volunt eſſe interpretes. Vbi antiquus, *Quis autem ex vobis pa-
trem petit panem, nunquid lapidem dabit illi?* Ac ſi mens eſſet, τίς δὲ ὑμῶν τὸν
πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον; Recentior, *Ecquis autem ex vobis pater, ſi filius ab eo
petierit panem, lapidem ei dabit?* Ac ſi ſcriptum eſſet, τίς δὲ ὑμῶν πατὴρ, ἐὰν αἰτή-
σῃ ὁ υἱὸς ἄρτον, λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; quod longe à recepta lectione abit. Eraſmus,
Quis autem ex vobis pater, à quo ſi filius petierit panem, num lapidem dabit illi?
eodem fere modo. Cum ellipſi facile ſuccurri poſſit. vt dicat, εἴ τινα δὲ ὑμῶν
πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; *Si quem è vobis patrem, filius ejus
panem popoſcerit.* Neque ἐπιδοῦναι eſt dare, ſed, loco alterius, aut pro alio,
conferre. Vt ſi quis pro ea parœmia de qua jam egimus, Ἂν οἶνον αἰτῇ τις, κον-
℣ſ. 21. δύλους ἀντιδίδου dicat. Eodem capite & illud legitur, ὅταν ὁ ἰσχυρὸς καθωπλισμένος,
φυλάσσῃ τὴν ἑαυτοῦ αὐλήν. vbi ex Hebræorum χρήσει locutus eſt, qui cum ſic
loquuntur τὸ שד τῷ עז, *vaſtatorem robuſto*, ſiue, τῷ ἰσχυρῷ, opponunt. Itaque
ex Amoſi 5. 9. interpretandus erat locus. *Qui roborat vaſtatorem ſuper robu-
ſtum, & vaſtator in munitionem veniet.* vide Matth. 12. 29. Tum autem vo-
ce עז non ἰσχυρὸν modo, ſed & βοηθὸν, eum qui auxilium fert aut ſuccurrit,
nonnunquam deſignari, ſcire debent, qui Helleniſtas legerunt. Vt ſit is non-
nunquam, qui ſibi aut aliis auxiliatur: qui ſe, illatæ ſibi vi aut aliis, opponit.
℣ſ. 29. Eodem capite cum dixit, τῶν δὲ ὄχλων ἐπαθροιζομένων, ἤρξατο λέγειν, Ἡ γενεὰ αὕτη πο-
νηρά ἐστι· σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου,
plane Magiſtrorum more locutus eſt, qui illud Ionæ miraculum, מעשה נס, ἔργον
σημείου vocant. cum potuiſſe negant fieri, vt vnico momento Ionas, nedum
tribus diebus, in ventre piſcis viueret, niſi במעשה נס, εἰ μὴ ἐν ἔργῳ σημείου: quemad-
modum fieri non potuit, vt totidem diebus in ſepulchro, ἄνευ σημείου, ſine mi-
raculo eſſet, moxque reſurgeret, Dominus. Sed & iidem Magiſtri, Ionam
במעי הדג in viſceribus piſcis, tanquam in ſepulchro, clamaſſe ajunt. inter quos
Selomo Iarchi. Quo quid aliud quam typum Seruatoris, quod hic dicitur,
fuiſſe Ionam, & cum eo reſurrectionem ejus quem oderunt, inſcii fatentur?
℣ſ. 32. Paulo poſt, Ἄνδρες Νινευῒ ἀναστήσονται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης. hoc eſt, inco-
læ vrbis, quæ, vt iidem Magiſtri loquuntur, inter gentes terræ erat. Ideoque
quærunt, cur in prophetia Ionæ, quæ inter Sacra & authentica recepta eſt,
nulla Iſraëlis, ſed profanæ tantum gentis, fiat mentio. Reſpondent autem,
factum id, vt exemplo Iſraëli eſſet Niniue. quæ à Propheta vix monita, ad
accuratam ſe conuertit pœnitentiam: cum iſti à tot continue prophetis
moniti, de pœnitentia non cogitarent. idem prorſus quod hic dixit Domi-
℣ſ. 44. nus. Cum capite hoc ipſo dicitur, Οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ,
ὅτι ἐστὲ ὡς τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα, notandum vel inprimis, nihil vſitatius Euange-
liſtis eſſe, quod tot locis etiam antiqui notarunt Theologi, quam vt ſermo-
nes Domini de re eadem partiantur. hoc eſt, vt vni omiſſa alius commemo-
ret. Hoc loco idem dici plerique exiſtimant, quod à Matthæo dicitur. Vtrun-
que autem locum ita vir doctiſſimus conciliat: *Apud Matthæum comparantur
ſepulchris apparentibus: hic vero, ſepulchris non apparentibus. Proinde apud Mat-
thæum apertius notatur ſanctitatis externa ſimulatio, præter interiorem immun-
ditiem. quanquam vtrunque hic ſatis etiam ſignificatur; parabola quidem ſimili,
ſed non eâdem. Erit tamen eadem parabola, ſed expreſſius apud Matthæum poſita,
ſi locus hic Lucæ ſic intelligatur: Eſtis monumenta quæ non apparent, hoc eſt, quo-
rum interior pars non eſt conſpicua: & homines ſupra ambulantes neſciunt, quid
illa intus habeant. Atque hunc in modum magis eſſe intelligendum puto, quod ve-
riſimile ſit, Lucam eadem cum Matthæo dicere voluiſſe.* & ſic plerique. Mihi ali-
ter de loco videtur. Μνημεῖον nihil eſſe Helleniſtis aliud quam קבר infinita loca
teſtantur. quod modo τάφον, modo ταφὴν, modo μνήμην, modo μνημεῖον, red-
diderunt. Dici ergo: nihil aliud hypocritas eos eſſe, quam ſepulchra ἄδηλα,

hoc

hoc eſt, aperta ac fallacia: quæ cum damno ſuo homines calcarent. quod IN LVC.
qui propius accederent teterrimo odore affligerentur. Notum, quid Da-
uidi τάφος ἀνεῳγμένος, vel, μνημεῖον ἀνεῳγμένον, Pſalmo 5.10. *intimum eorum*
prauitates: ſepulchrum patens guttur eorum: lingua ſua blandiuntur. Vt idem
veris illis hic hypocritis objiciatur: fallacia ſepulchra eſſe ac aperta, quæ
prætereuntes vel haurirent, vel fœdiſſimo odore enecarent. quos eſſe, אסון מיד,
hoc eſt, *ſubitam perniciem*, vt Aben Ezra loquitur, hac ratione oſtendit.
Ne dicam interim, priorem vocem, idem quod אסימון *aſimon*, Magiſtris deſi-
gnare: quod eſt ἄσημον Græcorum. ſepulchra autem clauſa, lapide obuo-
luto ſignabantur. Sequitur, ὁ δὲ εἶπε, καὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς οὐαί· ὅτι φορτίζετε τοὺς ἀν- vſ.46.
θρώπους φορτία δυσβάστακτα. vbi cæremonialia intellige præcepta, & ſimilia,
quæ החמורות שהן קשין כגידין, φορτία χαλεπὰ, ὡς νεῦρα, à Selomone Iarchi, teſte auto-
re Sepher Amana, dicuntur. Paulo poſt, Διὰ τοῦτο καὶ ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ εἶπεν. Vbi ni- vſ.49.
hil agunt, qui ῥῆσιν Teſtamenti veteris adduci volunt. Quomodo enim, cum,
quod de Apoſtolis dicitur, ad Noui Fœderis œconomiam referendum ſit?
Multo autem magis frigent, qui, vt hoc euadant, *Ego, qui ſum Dei ſapientia,*
quæ hoc vobis dico, interpretantur. Neque plus efficiunt, qui mentem eſſe
volunt, Deum pridem Spiritu prophetico, quod euenturum illis eſſet, præ-
dixiſſe, neque tamen certum deſignari locum. Sed nec tanto molimine erat
opus. Εἶπε, ſine dubio, Hebræorum more, vt τὸ ἔλεγε, quod ſæpe jam mo-
nuimus, hoc eſt, τὸ אמר, accipiendum: pro quo, λέγειν ἐν τῇ καρδίᾳ, ſiue, ἐν
ἑαυτῷ, plene dici. Εἶπε δὲ ἐν ἑαυτῷ ὁ οἰκονόμος. Lucæ 16. 3. item καὶ μὴ δόξητε λέγειν
ἐν ἑαυτοῖς, alibi. Vt ſententia ſit, *ideo Sapientia Dei ſtatuit, voluit*. quod διανοεῖν,
vel θέλειν, Helleniſtæ interpretantur. Ideo dixit, ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ εἶπε. quod
tantundem valet, atque, *Deus in ſapientia ſua dixit*: vel ſimpliciter, *Dei ſa-*
pientia propoſuit ſibi. Quid autem? partim Prophetas mittere, partim Apo-
ſtolos. Eodem capite cum legitur, ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἄβελ, ἕως τοῦ αἵματος Ζαχα- vſ.51.
ρίου τοῦ ἀπολομένου μεταξὺ τοῦ θυσιαστηρίου, mihi ſane, tum ad hunc, tum & Matthæi
locum, attuliſſe tenebras, non inueniſſe, eruditi videntur. De quo plura, vt
ſtatueram dicturus eram, niſi quæ dicta ſunt, ad explorandam aliorum ſen-
tentiam, cui locum ſemper damus ac relinquimus, ſufficere arbitrarer. Ele-
gantem autem ſtatuit periodum, à primo, ſcilicet, juſtorum, ad poſtremum
fere prophetarum: qui crudeliter ſublatus eſt. Quemadmodum Abelus in-
ter πρωτεύοντας Sanctorum ab autore ad Hebræos ponitur. Eodem capite, vſ.52.
Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς, ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως. Vbi recte Eraſmus annota-
rat, τὸ ἤρατε ad leguleios referendum: qui clauem, de qua agitur hoc loco,
ſibi vindicaſſent. quod qui Græce dici non exiſtimant, judicio falluntur.
Heſychius, ἤρατο, ἔλαβεν, ἀπενέγκατο. Quemadmodum autem in Gemara ad
Sanhedrin, tres dicuntur eſſe claues, quæ miniſtro non ſunt datæ (parturien-
tis nempe, imbris, ac reſuſcitationis mortuorum) ita & cognitionis clauem ac
ſcientiæ, οἱ νομικοὶ, per arrogantiam tum ſibi vindicabant. Sequitur, Λέγοντος vſ.53.
δὲ αὐτοῦ ταῦτα πρὸς αὐτοὺς, ἤρξαντο οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι δεινῶς ἐνέχειν καὶ ἀποστομα-
τίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων. Vbi vereor, ne minus recte in aliis συνέχειν legatur. He-
ſychius, Ἐνέχει, μνησικακεῖ, ἔγκειται. Hic vero ἐνέχειν, μνησικακῶς ἐνέχειν: vindictæ
ſtudio vrgere. Nemo enim neſcit, quæ de Scribis, Phariſæis, ac Leguleis
dicta jam erant. quæ autem ita & ex vero dicuntur, acrem, vt ille ait, ac diu-
turnam plerunque poſt ſe memoriam relinquunt. Cum autem ſequitur, καὶ
ἀποστοματίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων, quid voluerit interpres vetus, qui, *os ejus oppri-* Ibid.
mere de multis, dixit, nondum ſatis aſſequor. Melius recentior, *allicere eum*
ad loquendum. Quare? quod quærerent θηρεῦσαί τι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, ἵνα κατηγο-
ρήσωσιν αὐτοῦ. *quod elicere aliquid ex ore ejus cogitarent, quo circumuenirent eum:*
quemadmodum ipſe ſequenti verſu loquitur Euangeliſta. Alias, quod ἀπο-
στοματίζειν vulgo, ἀποστηθίζειν vetus Eccleſia dicebat. Vnde ψαλμῶν ἀποστηθισμοὶ,
quos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN LVC. quos recitabant, non legebant. Quemadmodum Gallis hodie *par cœur* pronunciari illa dicunt, quæ memoriter dicuntur. quibus ἀπὸ μνήμης, ἀπὸ στόματος λέγειν, *raconter & dire par cœur*. Antiquus Eccleſiæ Doctor, Ἐν ψαλμῳδίαις γὰρ οἱ πλείους καὶ εὐχαῖς διημερεύουσιν, ἀναγνώσεσί τε γραφῶν ἁγίων καὶ ἀποστηθισμοῖς ἀσκοῦνται.

CAP. XI.

Caput duodecimum examinatur. Blaſphemia in Spiritum Sanctum. Totam, ſecundum quoſdam, Trinitatem eo deſignatam nomine. Iobius monachus, ejuſque ſententia. Peccatum id quale: tum quam varie de eo judicarint S S. Patres, inprimis Auguſtinus. Locus intricatus, ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ *&c. Mens verborum & ordo.* πλεονεξία, ἰσότητι *oppoſita.* Μὴ μετεωρίζεσθε. μετεωρίζεσθαι, *quid.* μετέωρος, *vagus.* ἀστατοῦντες. ῥιπιζόμενοι. νοῦς μετεωριζόμενος. τὸ ἀμετεώριστον ἐν τῇ προσευχῇ κατορθοῦν. *Suſpenſo animo eſſe. & an ita recte* τὸ μετεωρίζεσθαι *expreſſum. Recitatio* τοῦ שמע, *Iudæis vſitata.* ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι. *Paſcha Iudæorum, & ritus.* λυχνίον *Iudæorum.* διχοτομεῖν, *& quid B. Hieronymo.* πῦρ ἦλθον βαλεῖν. πῦρ καθαρτήριον, *& quo ſenſu. baptiſmus de paſſione. paſſio, purgatio, ſeu* καθαίρεσις. *Locus,* καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη; *quod,* εἴτε γὰρ ἐκεῖ *Origini.* οὐ ἤδη ἀνῆφθαι. καὶ πῶς συνέχομαι; *&* τὸ *conſtringens an hoc exprimat.* δὸς ἐργασίαν, *& quomodo intelligendum.* ἐργασία, *quæſtus.* ἀπηλλάχθαι ἀπ᾽ αὐτοῦ. *Iudæi, vt Athenienſes,* φιλόδικοι. *Formula, qua, qui diſſentientes conciliabant, vtebantur.*

CAP. XII. ℣ſ. 10. DVodecimo capite, non ita procul ab initio, occurrit illud, Καὶ πᾶς, ὃς ἐρεῖ λόγον εἰς τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· τῷ δὲ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα βλασφημήσαντι, οὐκ ἀφεθήσεται. Quod cum lego, ſæpius mirari ſubit, in quot partes, cum de hoc peccato agitur, ſeceſſerint antiqui. Inter cæteros inuenias, qui ὅλην τὴν τριάδα τῇ τοῦ πνεύματος φωνῇ, ἐξονομάζεσθαι, *totam Trinitatem Spiritus ſignificari voce*, exiſtimarunt: neque aliter hic quam in illo Iohannis accipiendum, *Spiritus Deus eſt*. &c. Inter quos Iobius Monachus in Oeconomia ſua, ſiue, De myſterio redemptionis, olim fuiſſe dicitur. de quo videndus Photius: cui τῶν θείων μαθημάτων διάπυρος ἐραστὴς, καὶ φιλοθεάμων, *diuinarum diſciplinarum candidatus ardens, diligenſque ſcrutator*, nuncupatur. cum plura πάρεργα, nec magnæ rei fuiſſe in illo ſcripto, & res ipſa doceat, nec ipſe ſummus Criticus negare videatur. Ita peccatum hoc eſſet, quod aduerſus totam committitur, vt illi volunt, Trinitatem. quaſi, peccatum ſit vllum quo non offendatur Deus, hoc eſt, peccatum ſit aliquod, quo non offendatur Pater, Filius, ac Spiritus. Aut, quaſi potius, quis offendatur hic, quærendum ſit, quam quale ſit peccatum: quaſi denique Spiritus, ſemper ſit Deus, ac tota Trinitas: cum hic non S. Spiritus hypoſtaſis, ſed vis ejus ac ἐνέργεια, cum interiore cordis ſenſu, intelligatur. Inprimis autem & B. Auguſtinus hic luctatur ſecum: qui in definitione aut deſcriptione ejus quantum ſeſe torſerit, vel ex confeſſione propria, apparet. *Eſt autem magnum* (ipſe libro De verbis Domini in monte inquit) *quæſtionis hujus ſecretum. Lumen ergo expoſitionis à Domino quæratur. Dico autem charitati veſtræ, forte in omnibus Scripturis Sanctis nulla major quæſtio, nulla difficilior.* Et ſane, ne de cæteris nunc Patribus, Fulgentio in primis, Ambroſio, Hieronymo, Scholaſticiſque, dicam, quis non merito miretur, quam & dubie & varie de eo ipſe ſcripſerit quem dixi? Qui alibi, Enchiridio nempe ad Laurentium, ejus eſſe vult, qui peccatorum dari in Eccleſia veniam negat, atque ad ſummum vitæ diem ita ſentit, aut, vt ipſe loquitur, extremum ita claudit. Alibi, duritiem vult eſſe cordis vſque ad vitæ finem: Epiſtola, ad Bonifacium, nimirum. Alibi, ejus, qui per inuidiam opera blaſphemat Dei: Expoſitione ad Rom. nempe. Eorum alibi, qui donis S. Spiritus, quale lin-

guarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

guarum fuit, cum malignitate obtrectant: In Pſalmum ſeptuageſimum vi-
delicet. Libro denique De verbis Domini, cujus jam meminimus, in Mon-
te; illius,qui, poſt agnitionem Dei per gratiam Chriſti,fraternitatem oppu-
gnat, aduerſuſque ipſam, qua reconciliatus eſt Deo, gratiam, inuidiæ faci-
bus agitatur. quemadmodum alibi, non verbis tantum, ſed & factis, com-
mitti docet. Plerique improbitatem ei primam ac malignitatem aſſigna-
runt. inter quos & illi, qui peccatum in Patrem, in Filium, in S. Spiritum,
ſcholaſtice jam diſtinxerunt. Vt primum ſit, quod ex infirmitate, ſecun-
dum, quod ex ignorantia, poſtremum, quod ex certa committitur impro-
bitate ac malitia. Cæterum ab his, de quibus plura ex Scholaſticis atque
aliis afferri poterant, ad alia nunc abeamus. Eodem capite dicitur, Εἶπε δὲ ℣ſ. 15.
πρὸς αὐτοὺς, ὁρᾶτε καὶ φυλάσσεσθε ἀπὸ τῆς πλεονεξίας, ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ
αὐτοῦ ἐστιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ. Quem locum qui ita reddiderunt, *Nec enim
cujuſquam vita, ex iis quæ ipſi ſuppetunt, in eo ſita eſt, vt redundet*, vellem inter-
pretationis ſuæ interpretationem nobis reliquiſſent. Duo expendenda hic
erant. Primo, mens Domini, quam ſequens parabola expreſſit: qua doce-
tur, Non qui opes plurimas in poteſtate habet, ideo vitam habere in pote-
ſtate: ſine qua tamen opes in poteſtate ejus eſſe deſinunt. Mens & ordo eſt,
ὅτι ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ, ἡ ζωὴ αὐτοῦ οὐκ ἐστι: *nulli in abundan-
tia opum, vitam ſuam ſitam eſſe.* Non vt dicat, ideo in vſu ſitam, ſed, nemi-
nem qui opibus abundat, ideo in poteſtate habere quam diu viuat. quod
parabola, vt dixi, probat. Quanquam & alterum quoque verum eſt, *non in
abundantia opum, ſitam eſſe vitam.* cum non ex eo quod ſupereſt, ſed ex eo
viuatur quod ſatis eſt. Theophylactus, cum mentem videret, quomodo ver-
ba conſtitueret non inuenit; certe non docuit. qui forte & poſteriora, ἐκ τῶν
ὑπαρχόντων αὐτῷ, non legit. Omnes tranſpoſitio decepit, quibus paſſim vti-
tur ſcriptura: quemadmodum nihil familiarius ejuſmodi tranſpoſitioni-
bus Ariſtoteli vbique eſſe, alibi prolixe probauimus. Nam in Epiſtolis Pau-
linis, hæc ejuſque generis, vbique, ὅση κόνις. Meminerit lector, περὶ πλεονεξίας
agi. quam non ſatis efficaciter ac recte, auaritiam, interpretes dixerunt.
Philoſophus, τῇ ἰσότητι opponit. & περὶ πλεονεκτοῦντος in ſequentibus agetur.
Operæ facturos interim exiſtimamus, qui, quantopere in conſtituenda hic
verborum ſerie Theologi recentiores æſtuarint, recte cogitauerint. Sequi- ℣ſ. 20.
tur, Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Θεὸς, Ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ· ἃ δὲ
ἡτοίμασας, τίνι ἔσται; Vel idcirco demens, *quod cum non ſit noſtrum quod ſu-
mus, multo minus noſtrum eſſe poteſt quod habemus*, vt eleganter loquitur Va-
lerianus. Sequitur, καὶ ὑμεῖς μὴ ζητεῖτε τί φάγητε, ἢ τί πίητε, καὶ μὴ μετεωρίζεσθε. Vbi ℣ſ. 29.
vellem aliquanto magis ſatisfacerent interpretes. Quid ſit μετεωρίζεσθαι, &
hic, & Matthæi 6. ſatis ipſe Dominus oſtendit: qui ἐν τοῖς βιωτικοῖς, iiſque
quibus ad hanc vitam opus eſt, animum, non vagum, ſed de cura Domini ac
prouidentia ſecurum, ſuis præcipit, præſcribit. Μετεωρίζεσθαι eſt, ῥέμβεσθαι,
vagari. nunc de hoc nunc de illo cogitare, nec conſiſtere animo. Incom-
parabiles Stephani Gloſſæ, Μετέωρος, ὁ μὴ στερεὸς τὸν νοῦν. *Iactans, vacuus.* Scri-
be, *Iactans animum, vagus.* Ne igitur vagamini, aut cogitationibus diuerſis
ac ineptis, animum diſtrahite ac diuidite, inquit. Quare? Cauſa ſequitur.
Ὑμῶν δὲ ὁ πατὴρ οἶδεν, ὅτι χρῄζετε τούτων. Ergo, μὴ οὖν μετεωρίζεσθε, ἀλλὰ στερεὸν νοῦν
ἔχετε. *ne vagamini animo, ſed præſentem ac attentum habete.* Fidite, ac figite in
eo animum, qui cæteris, qui ipſis quoque plantis proſpicit. Μετεωρίζεσθαι ergo
dicuntur, quos ἀστατοῦντας, quos ἄλλοτε πρὸς ἄλλα μεταβαίνοντας τῷ νῷ, quos οὐδὲν
βέβαιον οὐδ' ἱδρυμένον πρὸς τὸν Θεὸν ἔχοντας, quos ῥιπιζομένους Theologi vocare ſolent.
Μὴ μετεωρίζεσθε ergo, illo ſenſu, quo iidem Theologi, νοῦν μὴ μεριζόμενον εἰς τὰ
βιωτικὰ, habere præcipiunt. Quod optime practici inter eos exprimunt, cum
quærunt, πῶς κατορθοῖ ἐν τῇ προσευχῇ τις τὸ ἀμετεώριστον, *quomodo præſtare quis recte*

IN LVC. *inter precandum poſſit, ne mens vagetur, & affixa Deo maneat*, deinde reſpondent, πληροφορηθεὶς, πρὸ ὀφθαλμῶν εἶναι τὸν Θεόν. Εἰ γὰρ ἄρχοντά τις ἢ προεστῶτα θεωρῶν, καὶ διαλεγόμενος αὐτῷ, ἀμετεώριστον ἔχει τὸ ὄμμα, πόσῳ μᾶλλον ὁ προσευχόμενος Θεῷ, ἀμετεώριστον ἕξει τὸν νοῦν ἀπὸ τοῦ ἐτάζοντος καρδίας καὶ νεφρούς. *Quod certo credat, ante oculos ac præſentem eſſe Deum. Si enim qui Principem videt aut Præfectum cum quo loquitur, vagum non habet oculum, quanto magis qui Deo ſuas offert preces, vagum non habebit animum, nec ab eo diuiſum qui corda ſcrutatur & renes.* In quibus qui intelligit, quid ſit ὄμμα quid ſit νοῦς ἀμετεώριστος, idem quid ſit τὸ μετεωρίζειν, facile videbit. Quod & Magnus Baſilius alibi expleuit, cum eos, qui terrenæ aut perituræ rei intentum habent animum, ἐπί τι τῶν κατὰ βίον μετεωρίζεσθαι, dixit. Tales ergo ſunt, qui, cum de Deo cogitandum eſt, ad aliena, hoc eſt, quæ hanc vitam ſpectant, dilabuntur: vt inani cura de cibo victuque ac ſimilibus, cogitationem, quam defixam habere in Deo debent, ita interrumpant. De quibus eleganter B. Hieronymus, *Cogitatio victus, ſpinæ ſunt fidei. Radix auaritiæ, cura gentilium.* Vnde & veteres Doctores, cum attentionem auditoribus præcipiunt aut ſuadent, voce hac, vt plurimum, vtuntur. Nyſſenus Homilia in 14. Martyres: Διό μοι τὴν ἀκρόασιν γαληνιῶσαν καὶ ἀμετεώριστον παρέσχετε. Atque hæc cauſa, quare, cum de vſu dicti hujus agunt, locum huc Prophetæ trahant, ὅτι οἱ ὀφθαλμοί μου, διαπαντὸς πρὸς τὸν Κύριον. Item, ὡς οἱ ὀφθαλμοὶ δούλων, εἰς χεῖρας τῶν κυρίων αὐτῶν: verba notiſſima, ac ſæpe in vſu. Optime ergo ſe mentemque loci exprimunt, qui, precari eum qui hoc agit, ἀμετεώριστον τὸ ἔξωθεν ὄμμα καὶ τὸ ψυχῆς ἔνδοθεν ἔχοντα, item, μὴ πλανώμενον τὸν νοῦν ὧδε κἀκεῖσε, item, ὅλον τὸν νοῦν τετραμμένον πρὸς Θεὸν μόνον, καὶ ἀλλαχοῦ μηδαμοῦ ἔχοντα, præcipiunt. Quæ vt παράλληλα, aut eadem, in praxi ſua jungunt. à quibus aliud expreſſit, qui, *non ſuſpenſo animo*, interpretatur. *Et ne ſuſpenſo animo eſtote.* Sed & vetus aliud vel nihil dixit, qui, *& nolite in ſublime tolli*, interpretatur: cum in altum attollendus cœloque affigendus ſit precantis animus ac Deo. cui μετεωρισμὸν opponunt S S. Patres: quem οὐδὲν ἐπὶ τὸ ὕψος τὸ πνευματικὸν προκόπτειν, *nihil minus quam attolli ſurſum*, dicunt. Cum quo pugnat illud hodie in Sacris à quibuſdam vſurpatum, *Surſum corda*: idem quod & Græcis paſſim in Liturgiis vſitatum. vbi cum Sacerdos aut Epiſcopus, ἌΝΩ ΤᾺϹ ΚΑΡΔΊΑϹ dicit, populus ΣΧΩ͂ΜΕΝ ΠΡΟ`Ϲ ΤΟ`Ν ΚΎΡΙΟΝ, cum Epiſcopus ἌΝΩ ΣΧΩ͂ΜΕΝ ΤᾺϹ ΚΑΡΔΊΑϹ ἩΜΩ͂Ν dicit, populus ἜΧΟΜΕΝ ΠΡΟ`Ϲ ΤΟ`Ν ΚΎΡΙΟΝ, reſpondet. attentione enim ſumma ac erecto ſpiritu in Sacris audiendis opus eſt. Quod mimice ac ridicule, vt omnia, Iudæi exprimunt, cum ſuum ſchma, ſiue, *Audi Iſraël*, ſic recitant pronunciantque, vt nec nutu vllo moueatur oculus, nec ocioſe labia aut digiti vagentur. quaſi
✠. 35. ſuperſtitioni non affixus interim ſit animus. Sequitur, ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι. Dubium autem non eſt, quin præcincti lumbis, quod ab Helleniſtis, ὀσφύας περιεζωσμένοι dicitur, Iſraëlitæ, tum & calceati, ac cum baculis, conuiuium Paſchale in Ægypto celebrarent: vt ſic feſtinare, ac occaſione qualibet ad fugam ſe parare viderentur. ſed &, quod in ipſa inſtitutione Exodi cap. 12. nocte faciendum id præcipiatur, accenſos λύχνους, (de quibus & in ſequentibus hic agitur) quemadmodum & hodie Iudæi, haberent. quale eſt λυχνίον illud, quo iidem hiſtriones in hoc feſto, panem fermentatum, expurgandæ domus cauſa, quærunt. Quemadmodum iis ergo in hoc epulo, ita nobis in hoc ſæculo, quod plane tranſitorium, ac breue, vt feſtinandum, ita vigilandum monet. Feſtinandum, quia omnibus ſpiritualis eſt Ægyptus deſerenda: vigilandum, ne bruteſcant animi, ac tantum ſaginentur. quales ſunt eorum, qui terrenis curis opibuſque immerſi jacent. Vt ſignificetur, quod & ibi dicitur: vitam hanc nihil aliud quam Peſach eſſe, id eſt tranſitum. Ibi enim habes: οὕτως δὲ φάγεσθε αὐτό· αἱ ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμέναι, καὶ τὰ ὑποδήματα ἐν τοῖς ποσὶν ὑμῶν, καὶ αἱ βακτηρίαι

ειαι

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ρίαι ὑμῶν ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν, καὶ ἔδεσθε αὐτοῦ μετὰ προθυμίας. Πάσχα ἐστὶ κυρίου. Ad locum In Lvc.
illum capite eodem, διχοτομήσει αὐτὸν, quanuis ſciam quidem à B. Hierony- ℣ſ.46.
mo ad 33. Ezechielis notatum, *Et ſeruus, qui ſe luxuriæ tradit & ocio, diuide-*
tur, id eſt, mucrone ferietur, & pars ejus ponetur cum infidelibus; quid ſit tamen
בתר, non ignoro: quod de victimis in fœdere conciſis, aliiſque id genus, vſur-
patur. Eodem capite cum legitur, Πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, qui ignem, de ℣ſ.49.
quo agitur, πῦρ καθαρτήριον interpretantur, inter quos Gregorius Theologus
Hom. in S. Baptiſmum, ad ipſum reſpexiſſe baptiſmum videntur: de quo
paulo poſt ſequitur, βάπτισμα δὲ ἔχω βαπτισθῆναι. qui & τὸ σωτήριον πάθος, ſiue
paſſionem, repræſentat (cui proprie purgatio tribuitur) vt peractam ſan-
guine, nimirum, ac ſic ratam. Vnde illud, ὃς καθαριεῖ τὴν συνείδησιν ἡμῶν ἀπὸ
νεκρῶν ἔργων, εἰς τὸ λατρεύειν Θεῷ ζῶντι, vt autor ad Hebræos loquitur. Ibidem
ſequitur, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη; Vbi mirum quantopere varient antiqui: de Ibid.
quo videndi in Notis ſuis eruditi. Mirifice Origenes Philocalia, τοῦ μὲν Σω-
τῆρος λέγοντος, Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ εἴθε δὲ ἐκάη: hoc eſt, καὶ εἴθε δὲ
ἐκάη. & *vtinam accenſus ſit!* quod nihil aliud tamen quam gloſſema videtur,
neque minus à recepta lectione abhorret quam quod vulgaris ſequitur in-
terpretatio: quod eſt, καὶ τί θέλω ἢ ἀνῆφθαι; quomodo plerunque Græci. Apud
Macarium Homil. 25. Πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ τί θέλω ἢ ἤδη ἀνήφθη;
Scripſerat, vt veriſimile eſt, ἢ ἤδη ἀνῆφθαι; B. Hieronymus ad Micheæ 1.
Ignem veni mittere ſuper terram, & quam volo vt ardeat! Chryſoſtomus ad
Matthæum, καὶ τί ἤθελον, εἰ ἤδη ἀνήφθη? Cyrillus vero ad Eſaiam Catena non-
dum edita, cujus vſum Reuerendo ac ſummæ eruditionis Theologo, Anto-
nio Thyſio debere me fateor, καὶ ἤθελον εἰ ἤδη ἀνήφθη. Verba ejus ſunt, καθ' ἃ
καὶ ὁ κύριος ὑποφαίνεται λέγων, Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἤθελον εἰ ἤδη ἀνή-
φθη. In eo quod ſequitur, καὶ πῶς συνέχομαι ἕως οὗ τελεσθῇ, ſatis ambigue, *con-*
ſtringendi voce vſi ſunt recentiores. Optimum Henrici Stephani Gloſſa-
rium, Συνέχομαι, *opprimor*. cum ἡ ἀγωνία notetur, quæ, propinqua morte,
ex ejus metu, κατ' οἰκονομίαν, Dominum circumſtetit ac preſſit. Erit igitur,
καὶ πῶς συνέχομαι, & *quomodo*, aut, *quantopere premor, donec perfecero quod in-*
ſtat! Quantopere angor! cujuſmodi πάθος, autor ad Hebræos εὐλάβειαν dixit:
quæ, ante mortem inprimis, afflixit Dominum. Καὶ εἰσακουσθεὶς, inquit, ἀπὸ τῆς εὐ-
λαβείας. cap. 5. Sub finem capitis legitur, Ὡς γὰρ ὑπάγεις μετὰ τοῦ ἀντιδίκου σου ἐπ' ℣ſ.58.
ἄρχοντα, ἐν τῇ ὁδῷ, δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ. qui locus non ſatis excuſſus.
Nam ſi hoc dicitur quod volunt interpretes, purus putus Latiniſmus eſt quo
vtitur Euangeliſta. cum vero ſit ſimilius, ex Græcorum aut Helleniſtarum,
niſi fallor, ſcriptis, quod diceret, hauſiſſe Lucam. Qui nec ſemel ἐργασίας
voce vſus eſt. quemadmodum Actorum decimo & ſexto, ℣ſ. 16. de ancilla
quæ Pythonis ſpiritu correpta erat, ὅτι ἐργασίαν πολλὴν παρεῖχε τοῖς κυρίοις αὐτῆς,
dicitur. Ibidem ℣ſ. decimo & nono, ἰδόντες δὲ οἱ κύριοι αὐτῆς, ὅτι ἐξῆλθεν ἡ ἐλπὶς τῆς
ἐργασίας αὐτῶν. Ita cap. 19. 24. de Demetrio, qui ædiculas argenteas, Epheſi-
næ cudebat Dianæ, ὅτι παρείχετο τοῖς τεχνίταις ἐργασίαν οὐκ ὀλίγην: *quæſtum non*
exiguum. Ita ſequenti verſu ipſe Demetrius, Ἄνδρες, inquit, ἐπίστασθε, ὅτι ἐκ
ταύτης ἐργασίας ἡ εὐπορία ἡμῶν ἐστι: *ex hoc quæſtu nos diteſcere*. nec aliter Græci,
quos pluſquam cæteri expreſſiſſe Lucas creditur. Neque quiſquam neſcit,
ipſum Ariſtotelem & alios ſic loqui. Nicarchus Anthologiæ Epig. lib. vi.

Εἶπε δὲ, παντός σοι δεκάτην ἀπὸ λήμματος οἴσω,
Κύπρι· σὺ δ' ἐργασίην καὶ λάβε καὶ μετάδος.

Vbi, δὸς, vel μετάδος ἐργασίην, habes, non multo aliter. Hoc dixiſſe igitur vi-
detur Lucas: ſi ad Præfectum cum aduerſario te conferes, etiam cum quæ-
ſtu ejus, tuo damno, vide vt ab eo libereris. Tale aliquid latere viderat
Theophylactus, quem fruſtra reprehendunt eruditi, cum dixit, Κἂν μηδὲν ἔχῃς,
δανείσθητι, καὶ δὸς ἐργασίαν, τουτέστι τόκον, ὑπὲρ τοῦ ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ. *Si nihil,*

In Lvc. inquit, *habeas, vel fænori ſumas, ac da illi* ἐργασίαν. hoc eſt, *fænus, lucrum.* Quis enim melius videre potuit, δὸς ἐργασίαν, eo ſenſu Græce non dici, quo id dici volunt eruditi, quam, qui & Græce ſcripſit, & Chryſoſtomum libenter ſequebatur? *Si ergo illi hoc lucelli*, inquit Dominus, *concedas, plus lucri ipſe facies.* Quod illud? non enim mille moleſtias ſubibis: non ad judicem trahêris: neque judex exactori te tradet, is in carcerem te dabit: vbi quadrans perſoluendus erit vltimus. Quanquam aliter accepiſſe Marcus Eremita videtur, Περὶ βαπτισμοῦ, cum dixit, Σὺ οὖν, ὦ ἄνθρωπε, ὁ ἐν Χριστῷ βεβαπτισμένος, μόνον δὸς τὴν ἐργασίαν, εἰς ἣν τὴν δύναμιν εἴληφας, καί σε πρὸς τὴν ἐμφάνειαν τοῦ ἐνοικοῦντος εὐτρέπισον. Niſi forte purus Hebraiſmus eſt. nam cum בצע ſit *lucrum*, בצע in Piel *perficere* eſt iiſdem. Δὸς ἐργασίαν, *perfice, effice, vt libereris.* vel, *lucrare liberari.* Cum additur, ἀπηλλάχθαι ἀπ᾽ αὐτοῦ, dubitandum non eſt, quin Dominus, quemadmodum & finis & interpres fuit Legis, ita operam vbique dederit, vt receptos tum in judiciis, tum paſſim, morbos, quibus obnoxii inprimis, non tam cœci, quam cœcorum erant judices ac duces, tangeret aut emendaret. Et notum quidem, quantopere φιλόδικοι Athenienſes eſſent. quo nomine & à Comicis (vt notiſſimus ille in Veſpis) acerbe ac feſtiue perſtringuntur. Sed quid hoc ad quoſdam, ac non paucos quidem, ejus temporis Magiſtros? quibus adeo inuiſa tum tranſactio, vt palam dicerent, litem componere inter partes, haud fas eſſe: paci qui ſtuderet, peccare: imo, quod vt nefas dictu ita in placitis illorum legitur, qui benediceret ei qui tranſactioni ſtuderet, blaſphemare: quod diſerte apud Gemariſtas habes. Quæ res ne autore maximo careret, Deum pariter & Moſen huc trahebant. Dici enim, *Sicut paruum ſic & magnum audietis: non timebitis à facie cujuſquam, quia judicium Dei eſt.* Deut. 1. 17. Moſen autem ita rigidum fuiſſe hac in parte, vt diceret, *jus perrumpat montes.* Quæ eſt cauſa, cur hic omnes monuerit Dominus, vt vel inter ſe tranſigerent, ne eo peruenirent, vbi ad pacem hortari eos qui judicio ſe ſiſterent, poſtquam ſemel id profeſſi eſſent, nefas erat. ideo, quod impendendum liti erat, lucrifacerent. Ad receptam ergo formulam, qua qui diſſentientes tum conciliabant vtebantur, alluſiſſe videtur. quæ erat, *ite & è re veſtra tranſigite.* δότε ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι, vel, δότε ἐργασίαν καὶ ἀπαλλάχθητε. Qua ratione & illud Prou. 17. 14. vſurpabant, *Qui aperit viam aquis, eſt principium contentionis. antequam igitur miſceantur, litem dirimite.* Quod mirifice, & tamen ad hunc locum accommodate Helleniſtæ, προηγεῖται δὲ ἐνδείας στάσις καὶ μάχη.

Cap. XII.

Caput decimum & tertium examinatur. Locus, ὧν τὸ αἷμα Πιλάτος ἔμιξε μετὰ τῶν θυσιῶν, *& quomodo intelligendus. Opinio Cyrilli. Galilæi, qui Iudæ Galilæi opinionem ſecuti. nefas iis* κυριολογεῖν *quenquam, præter Deum. miſcere cibos cum idolothytorum ſanguine.* κόλυβα. *quæ illa. Galilæi quos crudeliter exceperat Pilatus, peccatores habiti præ cæteris, & quare. nemini aduerſa euenire, niſi qui peccarit. Siloam.* ἐν τῷ πυλῶνι Σιλωάμ. πυλών, πύλη. *Fortuita credere, Lege prohibitum. Locus,* ἵνα τί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ; *vel* καταργῇ. *quid ſit* καταργεῖν. περιλαμβάνειν. πνεῦμα ἀσθενείας *quod energumenæ tribuitur, quale. quid* ἀσθένεια *ex Helleniſtarum vſu. ſcandalum. ſpiritus* σκόλοπος, πνεῦμα ἀσθενείας, *per euteliſmum.* ἦν συγκύπτουσα. *mulier incumbens B. Hieronymo.* ἀποκριθεὶς ἔλεγε. τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ, *an ad Phariſæos referendum. morſus vulpis.* τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι. τελειοῦσθαι *quomodo vſurpetur.* πληροῦν τὴν οἰκονομίαν. τελειοῦσθαι *de martyribus.* πλήν. πορεύεσθαι *Hebræorum more vſurpatum.* ἀπολύεσθαι. αὔριον, καὶ σήμερον, καὶ τῇ ἐχομένῃ. οὐκ ἐνδέχεται. *non capit. non eſt. Quis? pro raro.*

Cap. XIII. ỷſ. 1.

INitio capitis decimi & tertii ita legitur, Παρῆσαν δέ τινες ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ ἀπαγγέλλοντες αὐτῷ περὶ τῶν Γαλιλαίων, ὧν τὸ αἷμα Πιλάτος ἔμιξε μετὰ τῶν θυσιῶν αὐτῶν.

Cujus

Cujus loci, ſi Cyrilli ſequimur ſententiam, mens erit, οὓς ἔσφαξε Πιλάτος μεταξὺ θυόντων. *quos ſacrificantes mactauit Pilatus.* Quod ſi verum eſt, Hebraiſmus non diſſimilis illi erit qui 23. Exod. vſ. 19. legitur, *Non coques hædum in lacte matris ſuæ.* hoc eſt, *quam diu matris adhuc lac ſugit.* Quod, licet alii aliter interpretentur, nec Procopius prætermiſit: qui in Commentariis ad Exodum, nondum Græce editis, ἐν ὅσῳ γαλουχεῖ, οὐ θύσεις ἢ ἑψήσεις. Alii ſimpliciter exiſtimant, cum victimarum ſanguine, quas immolabant, ſanguinem eorum miſcuiſſe Præſidem. Euthymius, *Cum ergo quodam tempore eſſent congregati ac ſacrificarent, audiuit hoc Pilatus, iraque feruens milites in eos miſit: ipſiſque mactatis, ſanguinem eorum ſacrificiis eorum miſcuit.* Quod alio modo imitati poſtea Chriſtianorum hoſtes, cibos neceſſarios ad vitam, victimarum profanarum ſanguine miſceri, ac ſic publice exponi juſſerunt: vt coacti ita ſe fœdarent. Vnde apud Nectarium Homilia in Theodorum Martyrem, Tyrannus juſſurum ſe ait, μηδὲν ἕτερον προβληθῆναι, πλὴν βρωμάτων καὶ πομάτων αἵματι τῶν θυσιῶν μεμιγμένων: *præter cibos potuſque, victimarum mixtos ſanguine.* de quo deinde Theodorus queritur: qui, ὁ γὰρ δυσσεβέστατος Ἰουλιανὸς μιαρῷ τῷ τῶν εἰδώλων θυσίας αἵματι πάντα κατεμίανεν. *vere impius ille Iulianus, fœdo victimarum, quæ idolis conſecratæ ſunt, ſanguine, omnia fœdauit.* qui & pauperibus, ne ſic polluerentur, κόλυβα præberi juſſit: qua voce, fruges, vt interpretatur ipſe, coctas, quibus vitam illi ſuſtentarent, deſignabat. Cum ſequitur, Περὶ τῶν Γαλιλαίων, nemo quidem neſcit, Galilæos, qui Iudæ Galilæi opinionem ſequebantur, nefas habuiſſe τὸ κυριολογεῖν quenquam, præter eum cui nomen conuenit, quod ἀνεκφώνητον vocabant. Non quod metuerent, ne cuiquam nomen hoc tribueretur, cum efferre id Iudæi quoque nefas haberent, ſed ne proximum quidem: quod ab Helleniſtis quoque Deo tribuitur. Vt cum Abraham dixit, Δέσποτα τί μοι δώσεις; Gen. 15. 2. vbi in Hebræo ארני יהוה, hoc eſt, etiam nomen tetragrammaton additur. Neque alia voce de hac ſecta vſus eſt Ioſephus, cum dixit, δυσκίνητος δὲ τῆς ἐλευθερίας ἔρως ἐστὶν αὐτοῖς, μόνον ἡγεμόνα καὶ δεσπότην τὸν Θεὸν ὑπειληφόσι. Cogitare hic interim debebant eruditi, vtrumne hic ſectarii, de quibus diximus, intelligantur. Nam ſi quoties Galilæorum fit mentio, toties Iudas Galilæus intelligendus erit, ſequitur omnes Galilæos, Iudæ ſectarios fuiſſe: aut, Galilæos, non ante quam populum turbauit Iudas, inuiſos Iudæis fuiſſe. Et tamen in opinione hac Theophylactus, Euthymius, Titus Boſtrorum Epiſcopus, alii, fuerunt. vt, videlicet, huic illud quod hic περὶ ἀνθρωποθυσίας Pilati commemorant, aptarent. valde enim hoc placebat iſtis: inprimis autem immanitate hac vſum in eos Pilatum, quod docerent, παρὰ τὰ διατεταγμένα τῷ Μωυσεῖ, οὐ δεῖν, οὐδὲ ὑπὲρ τοῦ Καίσαρος καὶ τοῦ Ῥωμαίων ἔθνους, θυσίας ἀναφέρεσθαι: *ne quidem pro ſalute Cæſaris aut populi Romani, offerendas eſſe victimas.* Sed ridiculum eſt, neſcire Galilæos, inprimis autem, quos ἀλλοφύλους dicebant, præ cæteris inuiſos peccatoreſque à Iudæis habitos: quos λαὸν τὸν ἐν σκότει καθήμενον, Eſaias dixerat, vt alios omittam. Quare potius quærendum hic erat, cur eos Galilæos, quos crudeliter excepérat Pilatus, peccatores præ cæteris exiſtimarent qui hoc nunciabant Domino. Vetuerat ante omnia ſuis Dominus, ne coram ſe בקרי, ſeu קרי obambularent. hoc eſt, ne quæ euenirent ſibi, caſui aſſcriberent aut ſorti. Quod vt cætera, ad ſuperſtitionem ſuperſtitioni nata gens deinde traxit: adeo vt vſque ad Domini aduentum, qui has nebulas vel illuſtrauit vel diſcuſſit, nihil præter corticem verborum ſtudioſe ſeruaret. Adeo vt ipſi diſcipuli Iohan. 9. cum cœcum ita natum, ſiue, ἐκ γενετῆς, viderent, ſtatim quærant, τίς ἥμαρτεν; οὗτος ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ; Quibus Dominus, οὔτε οὗτος ἥμαρτεν, οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ. non quod non peccaſſent, ſed vt hanc opinionem tolleret, *Nemini aduerſa euenire, niſi qui præ cæteris peccaſſet:* quo hic totus ſpectat locus. Cum ſequitur, ἢ ἐκεῖνοι δέκα καὶ ὀκτὼ, ἐφ' οὓς ἔπεσεν ὁ πύργος ἐν τῷ Σιλωὰμ, non dubito, quin fruſtra eruditi ſint,

In Lvc.

Ibid.

vſ. 4.

In Lvc. qui Σιλωὰμ, aquæ ductum intelligunt, ad quam turrim fuiſſe ſtructam, volunt. cum, ἐν τῷ Σιλωὰμ, pro ἐν τῷ πυλῶνι τοῦ Σιλωὰμ, more Helleniſtarum (quibus πυλὼν, πύλη, *porta*) dictum ſit. Portas autem vrbis Sanctæ turribus fuiſſe inſtructas, etiam hanc ipſam, vel ex delineatione ejus patet. Quid autem facilius euenire potuit, quam vt vrbe hac exeuntes aut intrantes, turris ruinoſa opprimeret, deleret? Quod eueniſſe his hominibus קרי, forte, hoc eſt, ſine peccato aliquo, & quidem ſummo, vt ſibi perſuaderent, nefas ex Lege credebant. Non

vſ. 7. ita procul ab hoc loco ſequitur, Ἵνα τί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ; quomodo vulgo. nec male. Efficacius tamen, quod apud Baſilium & alios legitur, καταργῇ. Porro, quid ſit καταργεῖν, non ſatis expenderunt eruditi. Καταργεῖν Helleniſtis, quod Chaldæis בטל. Erudite vetus, *occupat:* quod eſt περιλαμβάνει. Occupabat enim locum ficus, quæ & ſic impediebat vitem, ideoque & male occupabat terram: quod nunc voluit. Nec plane interim rejecerim, quod recentior, *Quorſum etiam terram inutilem reddit?* hoc eſt, *efficit vt talis eſſet:* quomodo τὸ καταργεῖν

vſ. 11. Eſdræ 4. 23. & alibi, Helleniſtis vſurpatur. Sequitur aliquanto poſt, Καὶ ἰδοὺ, γυνὴ ἦν πνεῦμα ἔχουσα ἀσθενείας ἔτη δέκα καὶ ὀκτώ. Vbi quærunt eruditi, quomodo in nobiliſſima τῆς ἐνεργουμένης hiſtoria, πνεῦμα ἀσθενείας ille ſpiritus dicatur, quo obſeſſam fuiſſe eam rettulit Euangeliſta. Ego quidem parum abeſt, quin ἀσθένειαν hic מכשול dici exiſtimem: quod modo σκάνδαλον, modo σκῶλον, modo βάσανον, modo ἀσθένειαν, Helleniſtæ reddiderunt. quemadmodum peccata, Græcorum Theologi, ἀσθενείας, etiam non raro σκάνδαλα dicunt. vt cum in precibus ſuis Cathemerinis poſteriores Græci, ἀσκανδάλιστον, noctem veſperamque, quæ ſine manifeſto tranſigitur peccato, nuncupare ſolent. Exempli cauſa, cum precantur, Ἑσπέραν αἰτοῦμαι σὺν τῇ νυκτὶ ἀσκανδάλιστον παράσχου μοι, Σῶτερ. *Veſperam, precor, noctemque vt ſine ſcandalo mihi largiaris, Seruator.* Hic majus efficaciuſque. & fortaſſe idem quod σκόλοπα dixit Paulus: vt ſpiritus σκόλοπος, is ſit, qui hic τῆς ἀσθενείας dicitur. nam σκόλοψ מכשול. Ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ ἄγγελος Σατᾶν. Ita Ieremiæ 6. 21. *Ecce ego do populo huic ruinas* מכשלים. vbi lingua ſua Helleniſtæ, vt alias, ἰδοὺ ἐγὼ δίδωμι ἐπὶ τὸν λαὸν τοῦτον ἀσθένειαν. vt & 18. 23. γενέσθω ἡ ἀσθένεια αὐτῶν ἐναντίον σου. in Hebræo, *qui impingunt:* ea voce, de qua dixi. Quales ſunt, quibus impurus ille imperare ſolet Spiritus: de quo accipiendum, ipſa docet hiſtoria. Aliquantum enim poſt ipſe Dominus, ταύτην δὲ θυγατέρα Ἀβραὰμ οὖσαν, ἣν ἔδησεν ὁ Σατανᾶς ἰδοὺ δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη, οὐκ ἔδει λυθῆναι ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ τούτου τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου; Eſt ergo euteliſmus Helleniſtis proprius, vt πνεῦμα ἀπωλείας, πνεῦμα ἀσθενείας, dicatur: quemadmodum à Prophetis, quibus hæc ἀσθένεια immittitur, perire dicuntur. Loco priori Ieremias, Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος, ἰδοὺ ἐγὼ δίδωμι ἐπὶ τὸν λαὸν, ἐπὶ τὸν λαὸν τοῦτον, ἀσθένειαν, καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν αὐτῇ πατέρες καὶ υἱοὶ, ἅμα ὁ γείτων καὶ ὁ πλησίον αὐτοῦ, ἀπολοῦνται. Poſteriori autem petit, ne propitius ſit iis quibus ἀσθένειαν immiſit. quemadmodum hæc miſera, quæ ſine ſpe τοῦ ἀνακύπτειν annos tot vixit, ſpeciem eorum, quos conſtrictos vinctoſque tenet Satanas, ad viuum exhibebat. Ibidem de eadem ſe-

Ibid. quitur, καὶ ἦν συγκύπτουσα. Hæc eſt ergo illa, quam B. Hieronymus, *incumbentem* ad 8. Amos dixit. *Sed cum Euangelica illa muliere, quæ habebat ſpiritum infirmitatis, ſemper incumberent.* quod eſt ἀεὶ συγκύπτωσι. Cum non ita multo

vſ. 14. poſt hunc locum legitur, ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος, ἀγανακτῶν ὅτι τῷ σαββάτῳ ἐθεράπευσεν ὁ Ἰησοῦς, ἔλεγε τῷ ὄχλῳ, notandum quod alias dixiſſe memini, violentiam notari dicentis, neque aliud eſſe, ἀποκριθεὶς ἔλεγε, quam ſi Hebræorum more, λέγων ἔλεγε dixiſſet: quod & τὸ ἀγανακτῶν confirmat. Paulo

vſ. 32. poſt legitur, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, πορευθέντες εἴπατε τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ. Vbi Theophylactum non raro admirati ſumus, qui ad Phariſæos hoc trahit. Καὶ δοκεῖ μὲν ἀλώπεκα τὸν Ἡρώδην ὀνομάζειν, οὐ τοὺς Φαρισαίους δὲ μᾶλλον, εἴ τις ἀκριβῶς σκοποίη. Οὐ γὰρ εἶπε, τῇ ἀλώπεκι ἐκείνῃ, ἀλλὰ ταύτῃ, μέσῃ τινὶ χρώμενος φωνῇ· καί γε εὐφυῶς· διὰ μὲν γὰρ τοῦ ἑνικῶς εἰπεῖν τῇ ἀλώπεκι, τὸν Ἡρώδην δέδωκε ἐκείνοις ὑπολαβεῖν, διὰ δὲ τοῦ δείκτι-

δεξιτικῶς φάναι ταύτῃ, αὐτοὺς ἐκείνους σὺν δολεροὺς ἠνίξατο. Dicas in Magiſtrorum In Lvc.
Hebræorum ſcriptis verſatum: qui ἐκ παραδόσεως in ore tum habebant, *Ad*
ignem ſapientum, calefaciendum: cauendum tamen ab eorum prunis, ne aduramur:
ſiue, *ne malum conciliemus nobis.* שנשיכתן נשיכת שועל, *quia morſus eorum, vt mor-*
ſus vulpis. quod & magnatibus principibuſque conuenit: cum quibus, ὡς
ἥδιστα, vt ille ajebat, vel ὡς ἥδιστα, agendum eſt. Ibidem ſequitur, Ἰδοὺ ἐκβάλλω Ibid.
δαιμόνια, καὶ ἰάσεις ἐπιτελῶ σήμερον καὶ αὔριον, καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι. Vbi τὸ τελειοῦμαι (in
quo miror diſſentire interpretes, cum de paſſione ſæpius, vt hic, accipia-
tur) idem quod, πληροῦν τὴν οἰκονομίαν, Græci Patres dicunt. Baſilius Seleuciæ
Epiſcopus, Τῷ δὲ ιη´ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, πληρώσας τὴν οἰκονομίαν ὁ Σωτὴρ, σταυρωθεὶς
καὶ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, ἀνελήφθη. &c. *Decimo octauo regni, ejus anno, cum œconomiam*
ſuam Dominus impleuit, poſt paſſionem reſurrectionemque è mortuis, in cœlum
aſſumptus eſt. Magnus Baſilius in Epiſtolis, μέλλων συμπληροῦν τὴν ἐν σαρκὶ οἰκο-
νομίαν. Quemadmodum & τελειοῦσθαι paſſim S S. Patribus dicuntur marty-
res: neque quicquam in Græcorum Menologiis frequentius. Vt cum ſtatim
menſe Iulio, Coſmus atque Damianus, ἐν Ῥώμῃ τελειωθέντες, dicuntur. Photius
in Excerptis è vita Pauli Epiſcopi, Conſtantinopolitani martyris: Καὶ ὑπερο-
ρίζεται Παῦλος ἐν Κουκουσῷ τῆς Ἀρμενίας, ὁ τῆς εὐσεβείας ὑπέρμαχος, καὶ τῷ δι᾽ ἀγχόνης, τῶν
δυσσεβῶν νύκτωρ εἰσπεσόντων, τελειοῦται μαρτυρίῳ. *Paulus Cucuzum relegatur Arme-*
niæ, magnus ille pietatis vindex, ſuſpendioque ab impiis, qui noctu irruebant, vi-
tam finit martyrio. vnde ἡ διὰ πυρὸς τελείωσις, & ſimilia. quomodo, ὁρμῶν ἤδη
πρὸς τὴν διὰ πυρὸς τελείωσιν, Magnus Baſilius lib. De Spiritu Sancto dixit. Quod
cum vbique obuium, ne quidem dubitandum, quænam veterum de hoc loco
fuerit opinio: cum præſertim Sanctorum mortem Latini quoque reuerenter
finem dicant. Vt cum Leo Epiſtola Decret. 80. *aliter honorandum eſſe finem* ait
martyrum, quam Dominicæ paſſionis diem. Interim, ne dubitandum quidem,
quin origo ſit è Sacris. Ita enim τελείωσις & ab Helleniſtis vſurpatur. Forte &
cum τῷ מלאים reſpondet. vt cum κριὸς τελειώσεως, המלאים in Lege dicitur. Nec
aliter autori ad Hebræos vſurpatum. vt cum Deus Pater, pro hominum
ſalute, æternam illam victimam, de qua hic agitur, διὰ παθημάτων τελειῶσαι di-
citur: &, cum ipſemet τελειωθεὶς, omnibus qui vere obtemperant, æternæ cau-
ſa dicitur ſalutis. ibid. 5. 9. Τελειοῦσθαι igitur, προσφέρεσθαι, *offerri.* Recentior in-
terpres, modo *conſecrandi*, modo *conſummandi* voce, vt hoc loco, vſus eſt,
quemadmodum & vetus: nec inepte, vt reor. Sequitur, Πλὴν δεῖ με σήμερον,
καὶ αὔριον, καὶ τῇ ἐχομένῃ πορεύεσθαι. Vbi multis modis ſategerunt & decepti viden-
tur eruditi. Inprimis autem vel τὸ πλὴν, quod *interim* recte hic reddas, id, quod
jam præceſſerat, confirmat, à quo & dependet: vt ſit idem fere quod τὸ אבל
Hebræorum. Vt cum 2 Paral. 33. 17. Πλὴν ἔτι ὁ λαὸς ἐπὶ τῶν ὑψηλῶν ἐθυσίαζε. præ-
ceſſit autem, καὶ εἶπε τῷ Ἰούδα τοῦ δουλεύειν Κυρίῳ. ita paſſim Euangeliſtis. vt Luc. 10.
v. 14. πλὴν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται ἐν τῇ κρίσει ἢ ὑμῖν. Ne omittam, τὸ πορεύεσθαι,
more Hebræorum idem eſſe hic quod ἀπολύεσθαι: Δεῖ με πορεύεσθαι. *mori me opor-*
tet. vt ſit Hebræorum הלך, οἴχεσθαι Græcorum. quomodo Geneſ. 15. 2. הולך ערירי.
πορεύομαι ἄτεκνος, hoc eſt, ἀπολύομαι, vt ibi Helleniſtæ. Lucæ item 22. 22. καὶ ὁ
μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου πορεύεται, κατὰ τὸ ὡρισμένον: quod τελειοῦσθαι ante dixit. Illud autem
σήμερον, καὶ αὔριον, καὶ τῇ ἐχομένῃ, vt recte expoſuit Theophylactus, τὸ συντόμως γενή-
σεσθαι τὸν θάνατον, inſtare mortem breui, nec differri, ex vſitata Hebræorum ra-
tione, deſignat. Vt τὸ σήμερον καὶ αὔριον, יומים, *biduum*, breuiſſimum ſit tempus:
quemadmodum & dies tertius, pro poſt futuro, vt Magiſtri notant. Quare
nihil hic de tempore argutandum. Sequitur, ὅτι οὐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπο-
λέσθαι ἔξω Ἱερουσαλήμ. Vbi vetus, οὐκ ἐνδέχεται, *non capit:* nec Latine, nec ex- ψ. 33.
preſſe ſatis. Quod nolim. cum ſit hyperbole potius. Et ita Syrus. quemad-
dum Euthymius, qui, *impoſſibile eſt*, ſiue, *inſuetum. Nam, tot prophetæ*, inquit,
ibi jam mactati ſunt, vt hoc proprium vrbi videatur, neque aliud ſit expectan-
dum.

In Lvc. *dum.* Et, *quemadmodum, via quæ obſeſſa eſt à latronibus, fieri vix poteſt vt à ſanguine ſit pura*, inquit Theophylactus, *ita & vrbs Sancta, quam tum Phariſæi inſidebant, vix à ſanguine immunis eſſe poterat. qui cædibus ſeruorum inſueti, ipſum cæteris mox addituri erant Dominum.* Mens eſt, *non cadit in te, vt propheta extra te pereat.* Qua mente Latini eleganter, *non eſt*, dicunt. *Quia non eſt vt propheta extra Hieroſolymam pereat.* vix poteſt fieri, ob aſſiduas prophetarum cædes. Hòc eſt ergo, quod prophetæ dicerent, *Quis enim propheta extra Hieroſolymam moritur?* Nullus, nempe, aut rarus. B. Hieronymus ad illud Amoſi, *Dominus Deus locutus eſt, & quis non prophetabit?* Quis *in hoc loco, non pro impoſſibili*, inquit, *ſed pro, raro, accipitur.* Vt ſit hyperbole, quod dixi. Idem ad Eccleſiaſtæ 3. Τὸ quis *in Scripturis, non pro impoſſibili, ſed pro difficili. Vt ibi*, inquit, *Generationem ejus quis enarrabit? Et in Pſalmo quarto decimo, Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo?*

Cap. XIII.

Caput decimum & quartum percurritur. καὶ ἐπιλαβόμενος ἰάσατο αὐτὸν, *in hydropici hiſtoria.* ἐπιλαβόμενος, ἁπτόμενος. *Interpretes aliter, & eorum interpretatio.* πρὸς τοὺς κεκλημένους. οἱ κεκλημένοι *qui. inuitati. eorum* πρωτοκλισία. ἐπέχων πῶς τὰς πρωτοκλισίας ἐξελέγοντο. ἐπέχων *quid, & an recte expreſſum ab interpretibus. an* ἐπάγων *pro* ἐπέχων, *legendum, & qua mente. Confirmata ex antiquis ea lectio.* ἐπάγων παραβολήν. πλατεῖαι, ῥύμαι, ὁδοὶ, φραγμοί. *ſepes, quibus priuata diſtinguebantur.* περιτιθέναι φραγμόν. φραγμὸς, *villa. Locus,* εἴ τις ἔρχεται πρός με, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα αὐτοῦ. *&c.* μισεῖν, ἐν δευτέρῳ ἔχειν, *ſecundo habere loco. Lea* μισεῖται. ἡ ἠγαπημένη καὶ μισουμένη, *de qua in Lege.* ϛυγεῖν *&* ἐχθαίρειν, *eodem modo Euripidi vſurpatum. Locus,* καὶ ὅϛις οὐ βαϛάζει τὸν ϛαυρὸν αὐτοῦ, *in quo diuerſa lectio notata.* ὁ θέλων πύργον οἰκοδομῆσαι, *& quid* πύργος. מגדל *cum magnitudinis nota. Locus,* καλὸν τὸ ἅλας. *&c.* οὔτε εἰς κοπρίαν οὔτε εἰς γῆν εὔθετόν ἐϛι. *& quomodo intelligendum. Duo ſterquilinia. Subtilis Theophylacti interpretatio.* εὔθετον εἰς γῆν.

Cap. XIV. ℣ſ. 4. NOn ita procul ab initio capitis decimi & quarti, in hydropici hiſtoria legitur, οἱ δὲ ἡσύχασαν· καὶ ἐπιλαβόμενος ἰάσατο αὐτὸν καὶ ἀπέλυσε. Vbi recentior interpres, *tum ipſe prehenſum eum curauit & dimiſit.* Vetus, *ipſe vero apprehenſum ſanauit eum ac dimiſit.* Vtrunque operoſius, ni fallor, quam vt mentem autoris repræſentet: qui oſtendit, quam leuiter, quam nullo quaſi negocio, in tam præclaro miraculo defunctus ſit Dominus. nam, ὁ μόνον ἁπτόμενος, qui aliud agendo quaſi tangit, ἐπιλαμβάνεσθαι dicitur: quo non ſemel tres Euangeliſtæ vtuntur. Quanquam ſubtilius fortaſſe B. Ambroſius ad hunc ipſum Euangeliſtam, *Vnde & tangit, non indignatus, & imperat, non diffiſus. Hoc eſt enim indicium poteſtatis. quia, quaſi habens poteſtatem ſanandi, & jubendi autoritatem, teſtimonium non refugit. Volo ergo dicit propter Photinum, imperat propter Arrium, tangit propter Manichæum.* Eodem

℣ſ. 7. capite mox ſequitur, Ἔλεγε δὲ πρὸς τοὺς κεκλημένους παραβολήν. Vbi recentior interpres, *Dixit autem parabolam iis qui vocati fuerant.* Ambigue. *Vocati* enim plerunque ſunt, οἱ κλητοὶ, qui τοῖς ἐκλεκτοῖς, ſiue *electis*, opponuntur. vt in illo Matthæi, *multi enim ſunt vocati, pauci vero electi.* 20.16. & alibi. Recte vetus, *inuitatis.* quibus eo ipſo primus locus, ſiue πρωτοκλισία debebatur. Hi enim ſunt, quos קרואים Hebræi dicunt. quibus quod præponeretur Saul, regni omen fuit ac denunciatio. De quo, iiſque qui cum eo, dicitur, καὶ ἔταξεν αὐτοῖς τόπον ἐν τοῖς πρώτοις τῶν κεκλημένων. Quemadmodum eadem voce primi, ſiue, οἱ πρῶτοι, dicebantur. nam Hebræa vox vtroſque notat. Quibus autem hæc dicebat Dominus? Leguleis, nempe, ac Phariſæis: quos, vt ſequitur, quod primos accubitus in menſis ſectarentur, perſtringit. Vix abeſt ergo quin eoſdem

nunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

nunc κεκλημένους eleganter ac ſignificanter dicat. vt qui primum occuparent locum. IN LVC. Ne in eo quidem, quod ſequitur, ἐπέχων πῶς τὰς πρωτοκλισίας ἐξελέγοντο, ỷſ. 7. nobis ſatisfaciunt interpretes. Quem enim locum hic illud habet, *attendens quomodo primos accubitus eligerent?* Nam antiquus qui *intendens* dixit, propius ad mentem quidem: Græco autem interim quid fiet? Syrus enim ſe expediit, vt potuit forte magis quam vt debuit: qui videndi verbo vſus eſt. Scio interim aliquoties vſum ea voce Sirachidem. vt, cum dixit, ἔπεχε ἐπὶ τὸ πλῆθος αὐτῶν. Nec tamen poſſum, quin veterem lectionem annotem: quæ eſt, ἐπάγων. quomodo & Canone 7. Concilii in Trullo ſexti, ex antiquo codice haud dubio, legitur. vbi diſerte, ἔλεγε δὲ πρὸς τοὺς κεκλημένους, παραβολὴν ἐπάγων. Alia diſtinctione. Quid autem, παραβολὴν ἐπάγων? Παραβολὴν ἐπάγειν, eſt, *adjicere*, aut *commemorare parabolam.* Eodem capite occurrit illud, Καὶ εἶπεν ὁ κύριος πρὸς ỷſ. 23. τὸν δοῦλον, ἔξελθε εἰς τὰς ὁδοὺς καὶ φραγμούς. Vbi ordinem notari velim. In vrbe ῥύμας καὶ πλατείας ponit: præceſſit enim, ἔξελθε ταχέως εἰς τὰς πλατείας καὶ ῥύμας. Deinde, καὶ εἰς τὰς ὁδοὺς καὶ φραγμούς. quos extra vrbem ponit. Quippe φραγμοὺς cum dixit, hortos & vineas ſic intellexit: in quibus operarii, plerunque infimæ conditionis homines, mercede operam locabant. quales nunc vocari jubet. Eo modo quo Latinus Poëta, *Sepibus in noſtris*, hoc eſt, φραγμοῖς, dixit. Nam obſcure Syrus vocem, vt inuenerat, interpretatus eſt. Recte Kimchius: *Sepes vinearum & agrorum, ſentibus diſtinguebantur.* Seps enim משוכה. quæ, priuata diſtinguebat. Et apud Eſaiam cap. 5. ỷſ. 2. Dominus, vbi de vinea agit, quæ eſt domus Iſraëlis, καὶ περιέθηκα φραγμόν, *& ſepem circumpoſui*, inquit: tanquam poſſeſſioni propriæ ac ſuæ. Et deinde, καὶ ἀφελῶ φραγμὸν αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς διαρπαγήν. *diruamque ſepem ejus, & diripietur.* ita enim Helleniſtæ. Sublata autem ſepe, omnium fiebat in direptionem, quod vnius ante fuerat, & poſſeſſoris proprium. Idque Sirachides voluit, cum dixit, οὗ οὐκ ἔστι φραγμός, διαρπαγήσεται κτῆμα. *qui ſepem non habet, ne poſſeſſionem quidem tuebitur.* Φραγμοὶ ergo villæ: quales eæ, quas Romani ruſticas dicebant. quas, ab eo quo diſtinguebantur, dixiſſe videntur. Pergamus. Εἴ τις ἔρχεται πρός με, καὶ οὐ μισεῖ τὸν ỷſ. 26. πατέρα ἑαυτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὰ τέκνα, καὶ τοὺς ἀδελφούς, καὶ τὰς ἀδελφάς, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, οὐ δύναταί μου μαθητὴς εἶναι. Vbi τὸ μισεῖν, vero Hebraiſmo, eſt, ἐν δευτέρῳ ἔχειν. quod ab iis fit, qui aliquem ſecundo loco habent, aut poſtponunt alteri. Et ita plerunque. Tale eſt illud, Οὐδεὶς οἰκέτης δύναται δύο κυρίοις δουλεύειν· ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει, apud Matthæum & Lucam. Μισήσει, ἐν δευτέρῳ ἕξει. *alteri poſtponet: loco ſecundo habebit.* Ἀγαπήσει, autem, μᾶλλον ἀγαπήσει. Neque aliter interpretatus eſt Matthæus, qui, ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμέ. Ita, Lea μισεῖσθαι dicitur, cui altera præfertur. Geneſ. 29. 31. Ἰδὼν δὲ Κύριος, ὅτι μισεῖται Λεία. Neque aliter locum Deut. 21. 15. περὶ τῆς ἠγαπημένης καὶ μισουμένης γυναικός, acceperim. quod Latine, *de dilecta & poſthabita uxore*, dicas. Ἐὰν δὲ γένωνται ἀνθρώπῳ δύο γυναῖκες· μία αὐτῶν ἠγαπημένη, καὶ μία αὐτῶν μισουμένη. Vbi μισουμένη, ἐν δευτέρῳ οὖσα: vt & deinceps. Hic autem recte, *& non poſtponit*, dicas. Quid quod Euripides ad eundem fere modum Alceſtide locutus eſt?

Οἴσω δὲ πένθος οὐκ ἐτήσιον τόδε·
Ἀλλ' ἔστ' ἂν αἰὼν οὑμὸς ἀντέχῃ γύναι,
Στυγῶν μὲν ἥ μ' ἔτικτεν, ἐχθαίρων δ' ἐμὸν
Πατέρα· λόγῳ γὰρ ἦσαν, οὐκ ἔργῳ, φίλοι.
Annum nec hic nos vnicum affliget dolor:
Quin hanc ſuperſtes quamdiu lucem traham,
Ipſam parentem, lucis autorem, ac patrem
Exoſus, vt quos diligam verbo tenus.

Vbi στυγεῖν, minus amare quam alium. quomodo μισεῖν parentes dicitur, qui minus amat, aut qui alium, vt Chriſtum, præfert. Quod Tertulliano ſcrupulum injecit, effecitque, vt locum illum, ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, &c. *quia alterum*

 offendi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN LVC. *offendi ſit neceſſe, alterum defendi*, redderet. Paulo poſt, καὶ ὅστις οὐ βαστάζει τὸν σταυρὸν
℣ſ. 27. αὐτοῦ, καὶ ἔρχεται ὀπίσω μου, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής. B. Hieronymus Epitaphio
Marcellæ, *Et Dominus, juxta antiqua exemplaria, Niſi quis tulerit crucem ſuam*
quotidie. Legit ergo, ὅστις οὐ βαστάζει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ ὁσημέραι. Sed & Eraſmus, *In*
hoc loco nulla varietas eſt in exemplaribus, niſi quod Lucas addit, quotidie. Sequi-
℣ſ. 28. tur, τίς γὰρ ἐξ ὑμῶν, ὁ θέλων πύργον οἰκοδομῆσαι; &c. Vbi πύργος מגדל. in quo nota
magnitudinis: vt hic *palatium* & quidem non vulgare deſignet. quemad-
modum ſuum μέγαρον ἀπὸ τοῦ μεγάλου Græci quoque deduxerunt. cui τὸ μεγαίρειν
℣ſ. 33. conuenit aut ſequitur plerunque. Eodem capite ſequitur, Οὕτως οὖν, πᾶς ἐξ
ὑμῶν, ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής. Quod
interpres vetus, *Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciat omnibus quæ poſſidet,*
non poteſt meus eſſe diſcipulus. & eodem fere modo Eraſmus: qui & *renunciare*
dixit. Nec male & efficaciter. notum enim quid *renunciare* ſit Iuriſconſul-
tis: qui ad ceſſionem juris acquiſiti, factam vltro ab aliquo, referre ſolent. à
quo τὸ *repudiare* diſtinguunt. Recte ergo Chriſtianus, cui bona omnia præ
Chriſto ſordent, aut pauperibus largitur quæ habet, ἀποτάσσεσθαι τοῖς ἑαυτοῦ
ὑπάρχουσιν, hic dicitur. Neque aliter, ἀποτάσσεσθαι Diabolo dicuntur Chri-
ſtiani. vt cum Theologi Græci τὴν ἀπόταξιν τοῦ διαβόλου dicunt: cui τὴν σύνταξιν,
vt ſupra diximus, opponunt. Chriſti, nempe. Exempli cauſa, cum in pre-
cibus Græcorum Cathemerinis de ſe pronunciant dolentque Chriſtiani,
quod vixerint, μὴ εἰς νοῦν λαμβάνοντες ἢ λογιζόμενοι τὴν σύνταξιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν ἀπό-
ταξιν τοῦ διαβόλου. Vbi Chriſto συντάσσεται, qui, vt debet, Chriſtum profitetur:
Diabolo ἀποτάσσεται, qui plane renunciat. Vt adhuc ignorem, quare *valedi-*
cendi voce, minus certe efficaci, etiam hoc loco, vſus ſit recentior interpres.
Qui, *Sic ergo quiſquis veſtrum non valedicit omnibus bonis ſuis, non poteſt meus*
eſſe diſcipulus. Certe nec poëta, qui de ſe, *Sæpe valedicto rurſus ſum multa lo-*
cutus, dixit, amicis ſuis ἀπέταξεν, nec Senatui Auguſtus: qui, quoties excede-
ret, *ſingulis ſedentibus*, teſte Tranquillo, *valedicebat*. Nec aliter loquuntur
SS. Patres. Cyprianus Precationis Dominicæ interpretatione, *Conteſtetur*
quoque inter prima ſtatim natiuitatis ſuæ verba, renunciaſſe ſe terreno & carnali
℣ſ. 34. *patri*. vbi minus eſſet *valedixiſſe*. Sub finem capitis ejuſdem illud habes, Καλὸν
τὸ ἅλας· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἀρτυθήσεται; οὔτε εἰς γῆν οὔτε εἰς κοπρίαν εὔθετόν
ἐστιν. ἔξω βάλλουσιν αὐτό. Vbi non ignoro, ad agriculturam, aut lætamen ter-
ræ, vulgo referri. In quo an nulla difficultas? Primo enim, quomodo inuti-
lis ad terram ſal dicetur, cum corruptus eſt aut vitiatus, qui, ne quidem in-
teger, conducit, ſed ſterilitatem infert: eoque magis, quo integrior minuſ-
que vitiatus? Deinde, cum, οὔτε εἰς κοπρίαν dixit, ſi hoc voluit quod dixi, bis
dixiſſe idem videtur. Siquidem, quæ εἰς κοπρίαν, ſiue ſterquilinium conji-
ciuntur, lætamini ſeruantur. Vnde Columella, ſterquilinia vult eſſe duo:
Vnum, quod noua purgamenta recipiat, & in annum conſeruet: alterum, ex quo
vetera vehantur. Vtrunque autem terræ ſeruari ac lætamini, quis neſcit?
Quid igitur Theophylactus voluit, cum ad hunc locum, αἰνίττεται μὲν διὰ τῆς
γῆς, τὸ ὠφελούμενον, διὰ δὲ τῆς κοπρίας τὸ ὠφελοῦν. *cum terram dicit, id, cui conducit,*
cum ſterquilinium, id quod conducit, ſignificat. Quomodo autem terra eſt, cui
conducit, quam nec integer nec vitiatus juuat? Tum vero, quam vtilitatem
afferet, repoſitus in ſterquilinio? E quo, ſiue integer adhibeatur, quod vix po-
teſt (conſeneſcit enim ibi atque fatuatur) vt ſic noceat neceſſe eſt: ſiue vitia-
tus, ne ſic quidem, niſi fallor, admodum conducit. Quid igitur? An terram
poni pro hominibus, quod vſitatum Hebræis, dicemus? quemadmodum,
cum Dauid percuſſiſſe terram dicitur. 1 Sam. 27. 9. quod Helleniſtæ, καὶ
ἔτυπτε τὴν γῆν. id eſt, *homines*. Quod videndum an procedat: quanuis Mat-
thæus 5. ℣ſ. 13. Ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται;
Vt mens ſit, οὔτε εἰς γῆν εὔθετόν ἐστι. *neque hominibus conducit*: vel, *neque ad vſum*
homini

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

homini accommodatum eſt. Quam ſententiam optime Eraſmus expreſſiſſe vi- In Lvc.
detur, cum in Paraphraſi dixit, *Sal vero magnæ quidem rei, ſed vni natus, ſi*
factus fuerit inſipidus, nulli hominum vſui accommodatus eſt. adeo, vt ne in ſter-
quilinium quidem ſit vtilis.

Cap. XIV.

Caput decimum quintum & ſextum. τὴν ϛολὴν τὴν πρώτην, τὴν πρoτέραν. *ſtola,*
quam ante peccatum geſſimus, apud Patres. δακτύλιος *datus filio, & qualis.*
inter σφραγίδιον *&* δακτύλιον, *diſcrimen.* μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας, *& quomodo di-*
catur. ἄδικον, ἄπιϛον *Helleniſtis. falſum & injuſtum ab iis confundi.* μάρτυς
ἄδικος. *Sententia Auguſtini. Thomæ interpretatio.* ὅταν ἐκλίπητε. ἐκλιπεῖν
eodem euphemiſmo, quo οἴχεσθαι, *vſurpatum. Syri error. Lazari nomen* ἐπώνυ-
μον, *ſiue rei accommodatum.* ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ. *Sinus Abrahæ, locus ita dictus.*
accumbere cum Patriarchis. μετὰ Θεῶν ἑϛιᾶσθαι, *Stoicis.* ἡ Εὐφροσύνη ἐπιτραπέζιος καὶ
πατριάρχου κόλπος. ἀνακλίνεσθαι ἐν τῷ κόλπῳ, *de iis qui in menſa ſunt proximi,*
& ita Sacras loqui literas. ὁ ἐγκόλπιος κυρίου. *Aqua quid deſignet. ejus in*
menſa vſus. Angeli ordinis rectique moris autores. Locum in conuiuio aſſignan-
di mos. ϛήριγμα. *Alia nonnulla.*

Capite decimo & quinto, de quo acturi nunc ſumus, inter cæteros oc-
currit locus ille, οὕτω λέγω ὑμῖν, χαρὰ γίνεται ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ ἐπὶ Cap.
ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι. Vbi interpres antiquus, *ſuper vno peccatore pæ-* XV.
nitentiam agente. Eraſmus vero ac recentior, *reſipiſcendi* voce vſi ſunt. Haud ✝ſ. 10.
temere, ni fallor. Nemo eſt qui nunquam peccet, inquit alibi B. Hierony-
mus. excepto vno, qui & non peccaſſe dicitur: in cujus ore dolus non re-
pertus. Cum autem nemo ſit qui non delinquat, nemo eſt, quem non &
pœnitere debeat. quem autem minimorum quoque pœnitet, majora non
admittet: quem autem vere pœnitet, jam reſipiſcit. Eleganter Gennadius,
Pœnitentia vera eſt, pœnitenda non admittere, & admiſſa deflere. Satisfactio pæ-
nitentiæ eſt, cauſas peccatorum excidere, nec earum ſuggeſtionibus aditum indul-
gere. Quam, *reſipiſcentiam*, non male dicas. quemadmodum nec gaudent
vere Angeli, cum peccatorem tantum pœnitet, quod & peccantis eſſe &
peccaturi, poteſt: ſed cum reſipiſcit. hoc eſt, emendationem vitæ ſeriam
conjungit. Quod vt ſummum Dei donum eſt, qui veræ pœnitentiæ reſi-
piſcentiam adjungit, ita veram perfectamque efficit. vt recte alibi κατάνυ-
ξις, ac μεταμέλεια, à μετανοίᾳ, ab interprete eodem diſtinguantur. In Acolaſti hi-
ſtoria, ne ſingula nunc perſequar, & illud legitur: Εἶπε δὲ ὁ πατὴρ πρὸς τοὺς δού-
λους αὐτοῦ, ἐξενέγκατε τὴν ϛολὴν τὴν πρώτην, καὶ ἐνδύσατε αὐτόν· καὶ δότε δακτύλιον εἰς ✝ſ. 22.
τὴν χεῖρα αὐτοῦ. Vbi τὴν ϛολὴν τὴν πρώτην, vt apud eundem Euangeliſtam, τὸν
πρῶτον λόγον, accipio. Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην. hoc eſt, τὸν πρότερον. quod
his ſcriptoribus nouum non eſt. Interpres vetus, *Cito proferte ſtolam primam,*
hoc eſt, *priorem.* Recentior interpres, qui libenter à vocibus recedit, *Afferte*
ſtolam illam præcipuam. Rectius meo animo Theophylactus, cum τὴν ἀρχαίαν
exponit. *Paterna enim pietas*, vt eleganter loquitur Chryſologus, *non con-*
tenta innocentiam reparare ſolam, niſi & priſtinum reſtituat honorem. Et hæc
cauſa, cur iidem veteres Theologi, qui ad ſtatum peccatoris hæc referunt,
ἣν ἐφοροῦμεν πρὶν ἁμαρτεῖν, *quam ante peccatum geſſimus*, interpretentur. Sed &
ϛολὴ מעיל, quæ cæteris, honoris cauſa, inducebatur. Sine qua, vt nobis ſine
pallio, in publicum prodire, ingenuo indignum. Primam ergo, hoc eſt, qua-
lem ante geſſerat, decoxeratque, ὁ πάντας δαπανήσας. Titus Boſtrorum Epiſco-
pus, Ἐνέγκατε τὴν πρώτην ϛολὴν, ἣν ἀπώλεσε, δηλονότι, τοῦ πατρὸς ἀναχωρήσας, τὴν πίϛιν,
τὴν γνῶσιν τῆς ἀληθείας, καὶ ἐνδύσατε αὐτὸν τὸν ἀποδύσαντα. *Adferte primam ſtolam, quam*
perdidit, nimirum, cum à patre diſceſſit, hoc eſt, fidem, cum cognitione veritatis: ac

In Lvc. *induite eum illa, qui eam exuit.* Alcimus Auitus lib. 3. *Pallia prima pater redeun-
ti porrige proli.* Quod paulo ante, *Nam reduci ornatus veſtis dat prima ſecun-
dos.* Additur, καὶ δότε δακτύλιον εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ. vbi, *& date annulum in manum
ejus*, interpres vetus. cum patris nota, nempe, & ſigillo: vt ſic verus filius ac
proprius agnoſceretur. quemadmodum Hebræis plane vicino vocabulo na-
tura annuluſque deſignatur. Ita Iohannis 6.27. de Filio Dei, τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ
ἐσφράγισεν ὁ Θεός. *hunc enim Pater ſigillo ſuo confirmauit Deus.* Vt δακτύλιον quod
Attici σφραγίδιον nunc dicat. Ita enim ſculptum, quemadmodum non ſcul-
ptum, δακτύλιον aut δακτυλίδιον dicebant. Heſychius: Δακτύλιος. Ἀττικῶς δακ-
τύλιον· καὶ τὸ μὲν ἁπλοῦν δακτυλίδιον ἐκάλουν· τὸ δὲ γλυφὴν ἔχον, σφραγίδιον. Capite
Cap. XVI. decimo & ſexto dicitur, καὶ ἐπῄνεσεν ὁ Κύριος τὸν οἰκονόμον τῆς ἀδικίας, ὅτι φρονίμως
℣ſ. 8. ἐποίησεν· ὅτι οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου φρονιμώτεροι ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς εἰς τὴν γενεὰν τὴν
ἑαυτῶν εἰσι. Vbi illud, εἰς τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτοῦ, quod vulgo, *inter ſui ſimiles*, ſiue, *ejuſdem
generis* dicimus. Vt cum Magiſtri dicunt, ſpernendum ſæculum, hoc eſt, דור,
eos, ſcilicet, qui aliud, quam debent, neque aliud quam lucrum ſpectant. Pau-
℣ſ. 9. lo poſt ſequitur, κἀγὼ ὑμῖν λέγω, ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας,
ἵνα, ὅταν ἐκλίπητε, δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς. Vbi nemo non fatebitur,
nihil minus voluiſſe Dominum, quam vt quis opibus male partis amicos ſibi
paret. Quod vt incruſtarent eruditi, dici injuſtas voluerunt, quod plerunque
ſic parentur. Beatus Hieronymus Quæſtione ad Hedibiam prima: *Pulchre
dixit de iniquo. Omnes enim diuitiæ de iniquitate deſcendunt: & niſi alter perdide-
rit, alter non poteſt inuenire. Vnde & illa vulgata ſententia mihi videtur eſſe veriſ-
ſima, Diues aut iniquus, aut iniqui hæres.* Videamus mentem. Quod eſt falſum,
ſeu, non verum, ἄδικον ab Helleniſtis, vſu Hebræorum, dicitur. Nam ἄδικον
hac dialecto ἄπιστον. Ita vt ממון דשקר, quo ad Eſaiam Targumiſtæ vtuntur, idem
ſit, quod μαμωνᾶ τῆς ἀπιστίας, ſiue, ἄπιστον. hoc autem, *falſum.* quo epitheti per-
petui vtuntur loco: idemque vox Hebræa notat. Verum Helleniſtæ, vt di-
cebam, falſum & injuſtum confundunt. Sic, exempli cauſa, Deut. 19. 18.
falſus teſtis, μάρτυς ἄδικος dicitur. Καὶ ἰδοὺ μάρτυς ἄδικος ἐμαρτύρησεν ἄδικα. hoc
eſt, ψευδὴς ἐμαρτύρησε ψευδῆ. ita Exodi 23. 7. mendacium, ῥῆμα ἄδικον dici-
tur. vide Pſal. 26. 8. & paſſim. quemadmodum ἄδικον hoc ipſo loco μαμω-
νᾶ, τῷ ἀληθεῖ ſiue ἀληθινῷ, opponitur. Εἰ οὖν ἐν τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ
ἀληθινὸν τίς ὑμῖν πιστεύσει; Τὸ אמת enim, modo πιστὸν, modo ἀληθὲς eſt Helleniſtis.
Adde, quod Magiſtri ממון שקר, *mammonam falſum*, ſiue, *injuſtum*, hoc eſt, μα-
μωνᾶ ἄδικον, & הון העלם, ſiue, οὐσίαν τοῦ αἰῶνος τούτου, *ſubſtantiam hujus ſæculi*, con-
jungunt. Vt cum dicunt כי ממון השקר והון העולם בא במהרה וחולף במהרה. *Falſas diuitias*,
non autem *injuſtas* (quanuis illud quoque verum ſit) *& opes mundi, venire
celeriter, celeriterque tranſire.* Magnus Auguſtinus, poſtquam aliquamdiu
obhæſit hic, de vero tandem ſenſu cogitat, cum inquit: *Eſt quidem & alius
intellectus, nec ipſum tacebo. Mammona iniquitatis, diuitiæ ſunt ſæculi omnes,
vndecunque ſint. Vndecunque congregentur, mammona iniquitatis eſt, id eſt, di-
uitiæ ſunt iniquitatis. Quid eſt, diuitiæ ſunt iniquitatis? Pecunia eſt, quam nomi-
ne diuitiarum appellat iniquitas. Si enim veras diuitias quæris, aliæ ſunt.* Serm.
De verbis Domini in Euang. ſecundum Lucam. Ergo diuitiæ falſæ ſunt, de
quibus agit Seruator. & hæc mens loci. Fruſtra igitur, qui ex profeſſo Quæ-
ſtione 12. locum hunc tractauit Anaſtaſius Sinaita, μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας, τὸν ἐκτὸς τῆς
χρείας ἡμῶν ἀποκείμενον, *qui excedit vſum*, ſiue, *ſuperfluam pecuniarum copiam*, in
terpretatur. Sed & aliud agebat acutiſſimus vir Thomas, qui de pecunia ſub-
repta furto intellexit: occaſione, ſcilicet, vexatæ inter Auguſtinum & Scho-
laſticos hic quæſtionis, vtrum diuiti erepta eo animo pecunia vt confe-
Ibid. ratur pauperi, & cui deeſt vnde viuat, furto aſſignanda ſit. Sequitur, ἵνα,
ὅταν ἐκλίπητε: qui euphemiſmus Helleniſtis vſitatus. quale Græcorum οἴχε-
σθαι, Romanorum *abire*, & ſimilia, cum de poſtremo vitæ termino ac fine
agunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

agunt. Ieremiæ 42.17. Ἐκλείψουσιν ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ λιμῷ, καὶ λοιμῷ. Apud eun- In Lvc.
dem, καὶ ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ ἐν λιμῷ, καὶ λοιμῷ, ἐκλείψουσιν ἐν τῷ τόπῳ. Geneſ. 49.33. καὶ
ἐξάρας τοὺς πόδας ἐπὶ τὴν κλίνην ἐξέπεσε. de Iacobo. Vbi גוע habes: de facili ni-
mirum morte & expedita: vt alias de qualibet. Ex quo patet, peſſime ἐκλίπῃ
legiſſe Syrum, neque ad mammona tranſtuliſſe. Sequitur eodem capite in
parabola vbique decantata, πτωχὸς δέ τις ἦν ὀνόματι Λάζαρος, ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν ℣ſ. 20.
πυλῶνα αὐτοῦ ἡλκωμένος. Vbi nomen Lazari haud dubio ἐπώνυμον, hoc eſt para-
bolæ accommodatum, ſeu imagini, vt vocant. Inprimis enim Dei ope egent
ac auxilio, qui hominum deſtituuntur. Quo & illud B. Ambroſii referri τη-
ρησείδιον poteſt, qui de hac parabola, *Narratio magis quam parabola videtur:*
quando etiam nomen exprimitur. Quanquam vere Titus Boſtrorum Epiſco-
pus, αἱ εἰκόνες πλάττονται πρὸς τὸ ἀληθὲς, οὐχ αὗται δὲ πάντως εἰσὶν ἡ ἀλήθεια. *Ad ve-*
rum parabolæ formantur & imagines, quanuis non ipſæ ſemper ſint veræ. Quare,
nec neceſſe eſt, quod ab ipſo tamen dicitur, certum intelligi Lazarum aut
verum: Hieroſolymitanum, videlicet, aut qui ageret in ea vrbe, ad ex-
tremam reductus paupertatem; τὴν ἐσχάτην πτωχείαν καὶ ἀῤῥωστίαν νοσῶν, vt ipſe
loquitur: quem in exemplum aſſumpſerit hic Dominus. Sequitur de di-
uite, jam omnium egeno, καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, ὑπάρχων
ἐν βασάνοις, ὁρᾷ τὸν Ἀβραὰμ ἀπὸ μακρόθεν, καὶ Λάζαρον ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ. Hoc eſt,
בחיקו ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ. quod eſt, *proximum illi:* quo eximia defuncti probitas
felicitaſque denotatur. Neque quicquam vſitatius Hebræis. Quemadmo-
dum בחיקי, *in ſinu meo*, ſimpliciter לותי interpretantur Thargumiſtæ. & ita fere
ſemper. Qui ad locum ita dictum referunt, miram curioſis hominibus argu-
tandi materiam ſuppeditarunt. Auguſtinus lib. 4. De anima: *Sed non jocaris,*
& errare pueriliter non vis; ſinum Abrahæ intellige remotam ſedem quietis atque
ſecretam, vbi eſt Abraham. Et ideo Abrahæ dictum, non quod ipſius tantum ſit,
ſed quod ipſe, pater multarum gentium ſit poſitus: quibus eſt ad imitandum fidei
principatum propoſitus. Nota quæ opponuntur. Ipſe Abrahamum vidit, ſed
ἀπὸ μακρόθεν: in ejus autem ſinu, hoc eſt, *proximum junctumque illi Lazarum.*
Cui illuſtrando adde, quod qui feliciter defuncti, &, vt loquuntur Græci,
τῆς αἰωνίου καὶ μακαρίας τυχόντες λήξεως, accumbere cum Patriarchis, ſiue ἀνακλί-
νεσθαι Matthæi 8.11. dicuntur: quemadmodum ſapientem ſuum Stoici, μετὰ
Θεῶν ἑστιᾶσθαι, *cum Diis conuiuari*, dicunt. Quale eſt, quod Apoſtolis, Lucæ
22. ℣ſ. 30. promittitur, ἵνα ἐσθίητε καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου ἐν τῇ βασιλείᾳ
μου. quod ejuſdem gloriæ, ejuſdem λήξεως, vt loquuntur illi, ſiue exitus,
communionem notat. Huc inprimis facit, quod Nyſſenus libro De vita
Moſis, inter cætera nonnulla, quibus vitam Sanctis deſtinatam, denotari
ait, εὐφροσύνην ἐπιτραπέζιον, καὶ πατριάρχου κόλπον, *hilaritatem menſæ, & patriar-*
chæ ſinum, ponit. Qui autem proximi in menſa accumbunt, ἐν τῷ κόλπῳ ἀνα-
κλίνεσθαι, *recumbere in ſinu*, etiam in Sacris dici, nemo neſcit. Vnde Euange-
liſta, quartus ordine, argumenti ac dicendi ſublimitate maximus, ἐγκόλπιος
Κυρίου dicitur. Eſt igitur ellipſis, quales Sacræ literæ inprimis amant: ὁρᾷ τὸν
Ἀβραὰμ, καὶ Λάζαρον ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ: nempe ἀνακλινόμενον. Epulo, qui epu-
lari perpetuo ſolebat, mendicum epulantem, & quidem proximum in
regno Dei Abrahamo, hoc eſt, in ſinu ejus, videt: ipſe jam mendicus, &
egenus aquæ, qua rigari ſeſe poſcit. Qua aqua, vt allegorice, quod ex com-
pluribus Iohannis aliorumque locis notum eſt, immenſa Dei charitas ac
beneficia, quæ liberaliter in ſuos ac benigne confert, ſpirituſque dona no-
tantur, ita & in epulis ſolere adhiberi, ex eodem diſcimus. Iam vero Angeli,
vt ordinis omniſque recti moris autores, locum aſſignaſſe ei ex præſcripto
Dei dicuntur. quod & in epulis, interdum à conuiuatore, vt Lucæ 12.37.
interdum à miniſtris fiebat. Omnia κατὰ ῥῆσιν καὶ ἀλληγορίαν conueniunt: vt de
ſenſu dubitandum non ſit. tantum abeſt, vt nonnullis ex Patribus, inter

In Lvc. cæteros Nyſſeno ipſi hic aſſentiamur: qui libello, quem De anima & reſurre-
ctione ſcripſit, à marino ſinu, dici voluit hunc ſinum, in quem beatorum ani-
mæ, non ſecus ac in portum, deferantur. Quæ amœnitates aut ſubtilitates,
℣ſ. 26. magnis illis viris nonnunquam placuerunt. Sequitur, Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις, μεταξὺ
ἡμῶν καὶ ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται. Vbi Helleniſtis στήριγμα, idem quod פחת, ὄρυγμα,
cauitas, aut *foſſa*. quod Magiſtri תהום רבא, & contracte, תה *abyſſus magna*. Sed &
στηρίζειν, ἐκτείνειν, στηρίζεσθαι, eſt ἐκτείνεσθαι. Alcimus Auitus Græcam vocem χάσμα-
τος ſeruauit: *Tunc cum ſinceros paſtor diſcreuerit agnos, Hædis diſparibus diuerſa*
℣ſ. 28. *in parte locatis, Chaſmate diuiſa medio.* Sequitur eodem capite, Ἔχω γὰρ πέντε ἀδελ-
φούς· ὅπως διαμαρτύρηται αὐτοῖς. &c. Vbi τὸ διαμαρτύρεσθαι, ſignificatione τοῦ העיד,
vt paſſim Helleniſtis, hoc eſt, ἀντὶ τοῦ δηλοῦν, vel γνωρίζειν, accipiendum, res ipſa
& vſus docet. Ezech. 16. 2. Υἱὲ ἀνθρώπου, διαμάρτυραι τῇ Ἱερουσαλὴμ τὰς ἀνομίας
αὐτῆς. *indica, ſignifica, prædica*. Ibid. 20. 4. Abominationes patrum eorum, δια-
μάρτυραι αὐτοῖς. Recentior, *vt hæc teſtificetur eis.* qui, *Habeo enim quinque fra-
tres: vt hæc teſtificetur eis, ne & ipſi veniant.* &c. Obſcure. Vetus, *vt teſtetur illis,*
℣ſ. 29. *ne & ipſi veniant:* ad verbum. Sub finem capitis, Λέγει αὐτῷ Ἀβραάμ, ἔχουσι Μω-
σέα καὶ τοὺς προφήτας· ἀκουσάτωσαν αὐτῶν. Quare non dixit, audite eum, de quo
dictum erat, *ipſum audite*, & cui Moſes hoc defert? Quia, nempe, pater indu-
citur credentium, decori habenda fuit ratio: ne vtriuſque Fœderis œcono-
mia confundatur. Tum, quia Moſes & Prophetæ vbique hunc loquuntur,
vbique, haud ſecus quam ſublato digito, demonſtrant. Notum illud, *Si enim
crederetis Moſi, crederetis mihi: de me enim ille ſcripſit.*

Cap. XV.

Caput decimum & ſeptimum percurritur. δοῦλοι ἀχρεῖοι. *quis* ἀχρεῖος δοῦλος. λέ-
γετε, κατανοεῖτε, *Hebræorum more. An recte id reddiderint interpretes. ſerui
humiles.* ἀχρεῖος, *nequam.* ὅτι ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ μετὰ παρατηρήσεως οὐκ ἔρχεται.
παρατήρησις *quid.* παρατηρῆσαι. ἀπαντᾷν. *aduerſitores ſeruuli.* παρατηρεῖν ἡμέ-
ρας. μετὰ παρατηρήσεως ἁμαρτάνειν. μετὰ παρατηρήσεως, *cum obſeruatione, ita vt obſer-
uari poſſit.* μετὰ παρατηρήσεως, μετὰ πολλῆς φαντασίας. παρατηρήσεις, *futurorum ſigna
ac judicia.* ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν. *vxor Loti. ſalis ſtatua. ſtatua conſilii.* στήλη ἁλός, *pro*
ὡς στήλη: *neque ejuſmodi argutiis opus eſſe. vxor Loti, quod reſpiceret,* ὀπισθοτόνῳ
ex ſententia B. Hieronymi afflicta. ὀπισθότονος *quid. raptus poſterganeus.* ἐμ-
προσθοτονία. *Locus,* ὅπου τὸ σῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί. *& quomodo intel-
ligendum, quod de aquilis dicitur. Locus Iobi, è quo hic deſumptus. Subtilis
veterum & allegorica interpretatio.*

Cap. XVII. DEcimo & ſeptimo capite prætermittendum non eſt illud, Οὕτω καὶ
℣ſ. 10. ὑμεῖς, ὅταν ποιήσητε πάντα τὰ διαταχθέντα ὑμῖν, λέγετε, ὅτι δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν·
ὅτι ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν. Quod ita dictum, non quod ſeruus
ſit ἀχρεῖος qui miniſtrat Domino, qui præſtat quod mandatur ac injungi-
tur, qui dat effectum id quod debet. Nam quod aliud eſt ſerui munus, non
inutilis, ac qualem eſſe oportet? Eſt enim ὄργανον, vt ſapientes dicunt, πρὸ
ὀργάνων: primum inſtrumentum, neque alii quam huic rei deſtinatum. Quid
igitur? Ἀχρεῖος, ſine dubio, de quo hic agitur, eſt שפל, *humilis, abjectus,* ταπει-
νός. Hac mente ac ſententia, qua à Dauide dicitur, καὶ ἔσομαι ἀχρεῖος ἐν ὀφθαλ-
μοῖς μου. *Humilius me geram, humilior videbor mihi, vt ſic placeam Iehouæ.*
2 Reg. 6. 22. Et τὸ λέγετε, Hebræorum more, κατανοεῖτε, *cogitate. Cum omnia
feceritis, eſtote tamen humiles, nec aliud quam ſeruos eſſe vos cogitate.* Cauen-
dum igitur, ne Prophetæ illud cum hoc loco confundatur, πάντες ἐξέκλιναν,
ἅμα ἠχρειώθησαν. quod non præcipit hic Dominus, & tota Domini Lex ve-
tat. Non igitur, *inutiles*, cum interpretibus, *ſed ſerui humiles.* hoc eſt, non
aliud quam ſerui, & abjecti quidem, ſumus. Longe autem aliud in ſcriptis
quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

quoque profanorum τὸ ἀχρεῖος, cum ad vitium refertur. Gloſſæ Stephani, In Lvc.
Ἀχρεῖος, *nequus, ſpurcus, nugator, nequam, nugax.* Quod hic locum equidem
non magis habet, quam *inutilis*, quod eruditis placet. Verum igitur quod
dixi. Seruos ſedulos & vtiles requirit, ea lege, vt qui placent ſibi, non admit-
tat: quales non ſunt, qui deberi ſciunt quicquid præſtant, neque tamen
præſtitiſſe ſe quantum debent. Capite eodem locus nobiliſſimus occurrit,
Ἐπερωτηθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν Φαρισαίων, πότε ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἀπεκρίθη αὐτοῖς, καὶ ℣ſ. 20.
εἶπεν, οὐκ ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ μετὰ παρατηρήσεως. Obſeruant autem veteres,
quæ περὶ βασιλείας Θεοῦ, hic à Phariſæis vel dicuntur vel quæruntur, Satyrice καὶ
διασυρτικῶς proponi: quia toties τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν τοῦ Θεοῦ meminerat Serua-
tor noſter. Quod nec nobis plane alienum videatur: nec fortaſſe aliter re-
ſpondet Dominus. Sed & poteſt fieri, vt aliud ſit παρατήρησις, quam vulgo
nunc exiſtimatur. Vt mens ſit, *Non venit præſtolando aut expectando regnum*
Domini. Notum quanto ſtudio ac cura, καὶ παρατηρήσει, Meſſiæ ſui regnum at-
que aduentum expectauerint Iudæi: quæ & quanta animo conciperent, ac
ſibi perſuaderent. Reſpondet Dominus, non aduenturum expectantibus;
qui jam veniſſet. Etiam dicturos fruſtra, quod interpretationis cauſa addit,
hunc aut illum eſſe: vt qui inter eos verſaretur. Eædem Gloſſæ, quas ad
cœlum laudibus non ſine cauſa eruditi tollunt, in quibus plurima recentioris
Fœderis vocabula, vel ex interprete antiquo, vel ab autore expoſita inue-
nio, Παρατηρῶ, *obſeruo, præſtolo, præſtolor.* nam poſtrema, ſi quid judico, ad
mentem. Ita ſenes illi apud Helleniſtas in hiſtoria Suſannæ παρατηρῆσαι eam,
hoc eſt, anxie occurſum ejus aut aduentum, expectaſſe dicuntur. Et παρατη-
ρήσεις, ἀπαντήσεις, Suidæ aliiſque. Quomodo parati in occurſum Domini ejuſque
aduentum vnice intenti ſeruuli, παρατηρεῖν καὶ ἀπαντᾶν dicuntur. quos *aduerſito-*
res dicebant. Quod vnice Iudæis conuenit, qui in aduentum ejus, de quo agi-
mus, parati intentique ſemper erant. Quemadmodum & ad ſuperſtitionem
ea vox transfertur. quomodo locutus eſt Apoſtolus, cum dixit, ἡμέρας παρατη-
ρεῖσθε καὶ μῆνας. Aliter accipitur veteribus, qui caſus, vt nunc vocant, conſcien-
tiæ, examinant, cum quoſdam μετὰ παρατηρήσεως peccare dicunt: tales autem
ſunt, qui metu peccant, nec effuſe ſe peccatis dedunt. quibus οἱ ἀναισχύν-
τως ἁμαρτάνοντες, ab illis opponuntur. Autor Quæſtionum ad Antiochum,
quæ Athanaſio nunc aſcribuntur, Καὶ ἄλλο πάλιν κρίμα τοῦ μετὰ παρατηρήσεως ἁμαρ-
τάνοντος, παρὰ τὸν ἀναισχύντως ἑαυτὸν τῇ ἁμαρτίᾳ ἐκδώσαντα. Obſcure vetus, *Non*
veniet regnum Dei cum obſeruatione. Recentior, *Non veniet regnum Dei, ita*
vt obſeruari poſſit. ſollicite ac parum plane. Quod ſi eruditis credimus, qui
Syrum hic interpretati ſunt, μετὰ παρατηρήσεως erit, quod à Luca, μετὰ πολλῆς φαν-
τασίας Actor. 25. ℣ſ. 23. dicitur. & certe μετὰ πολλῆς φαντασίας aduenturum, ii,
de quibus agitur, credebant. Neque ignoramus interim, παρατηρήσεις ſigna
præuia nonnunquam dici, quæ futura nunciant ſignificantque. Vt cum
παρατηρήματα καὶ παρατηρήσεις, κληδωνισμοὶ, μαντεῖαι, & ſimilia veteribus dicuntur,
& ſic Critici exponunt. quemadmodum de ſignis quæ aduentum Regis ſui
ac Meſſiæ anteirent, perpetuo ſollicitos fuiſſe Phariſæos cæteroſque ſcimus.
Vt hoc dicat; ſine ſignis præuiis ac tacite venturum: imo jam veniſſe. Ad-
dit enim, ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν. *Iam vobiſcum eſt: jam vobis adeſt.* Sed & ſequentia,
clam, καὶ ἄνευ παρατηρήσεων, venturum oſtendunt. atque hoc modo, *non veniet*
cum ſignis, ſiue, *ſignis præuiis*, reddendum eſſet. Eodem capite & illud habes,
Μνημονεύετε τῆς γυναικὸς Λώτ. Vbi nihil de ſalis ſtatua adjecit: quam nonnulli ℣ſ. 32.
monumentum, ſeu μνημόσυνον, aut, *ſtatuam conſilii*, interpretantur. Propter
τὸ מלח *melah*, & τὸ מלך, *melach*, vt exiſtimo: quorum altero ſal, altero conſilium
deſignatur. Quos autor Sapientiæ haud dubio firmauit, cum dixit, οἷς ἔτι
μαρτύριον καπνιζομένη καθέστηκε χέρσος, καὶ ἀτελέσιν ὥραις καρποφοροῦντα φυτὰ, ἀπιστού-
σης ψυχῆς μνημεῖον, ἑστηκυῖα στήλη ἁλός. Σοφίαν γὰρ παροδεύσαντες, οὐ μόνον ἐβλάβησαν τοῦ
μὴ

IN LVC. μὴ γνῶναι τὰ καλὰ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀφροσύνης, ἀπέλιπον τῷ βίῳ μνημόσυνον, ἵνα ἐν οἷς ἐσφάλησαν μηδὲ λαθεῖν δυνηθῶσι. Mirum vero defuiſſe, qui, cum vxor Loti facta ἁλὸς στήλη dicitur, ad notum Hebraiſmum confugerent. vt στήλη ἁλὸς, ſit, ὡς στήλη ἁλός. Quemadmodum in Cantico, cum ὀφθαλμοί σου περιστερᾶς, ὡς περιστερᾶς, & alibi infinita talia: vt nihil aliud quam diriguiſſe ſignificetur. quibus argutiis, ipſa ἐπροίωσις, ſeu, μεταμόρφωσις, tolletur. Et tale aliquid fortaſſis B. Hieronymo in mentem venit, cum hanc ipſam, quod reſpiceret, ὀπισθοτόνῳ affectam, ad Ezechielis cap. 1. ſignificat. *Qui aratri ſtiuam tenet, non debet reſpicere poſt tergum*, inquit, *nec imitari vxorem Lot, ne incidat in plagam Deuteronomii, & pereat ὀπισθοτόνῳ inſanabili: quo cecidit & Eli; quia vitio filiorum offenderat Deum.* Quod de ea dici, magis mirum non eſt, quam de Eli. de quo cum Helleniſtæ, καὶ συνετρίβη ὁ νῶτος αὐτοῦ, *confractum eſt tergum ejus*, in Hebræo, *confractum eſſe ejus occiput*, dicitur. Cum ὀπισθοτόνου, de quo magnus ille autor agit, Deuteronomii 32.24. fiat mentio. Τηκόμενοι λιμῷ καὶ βρώσει ὀρνέων, καὶ ὀπισθότονος ἀνίατος. in Hebræo autem, קטב מרירי. quod ad Spiritus malos retulerunt Thargumiſtæ: quia tales meridie graſſari putabantur. Qui nihil ſane ad ὀπισθότονον; quod non aliud quam πάθος, *raptus poſterganeus*, Aureliano dictum. *Raptus vero poſterganeus, quem ὀπισθότονον Græci vocant*, inquit ille, *eſt inuoluntaria colli refractio, ob nimiam ſtricturam, ſiue tumorem.* cui ἐμπροσθοτονία ab eodem opponitur. Quo idem B. Hieronymus reſpexit, cum Helleniſtas, de Eli diſſerentes verius quam interpretantes locum, accommodat. Heſychius, Ὀπισθότονον, ἐναντίον κύρτωμα. Quid autem hoc ad ſalis ſtatuam? niſi quod ὀπισθοτονίαν, reſpectanti, ideoque infideli,
℣ſ. 37. aptat. Poſtrema capitis ejuſdem verba ſunt, Καὶ ἀποκριθέντες λέγουσιν αὐτῷ, ποῦ Κύριε; ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, ὅπου τὸ σῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί. Hoc eſt, *res opinione citius celeriuſque fiet. citius quam ad cadauer jam conſpectum aquilæ volare ſolent.* Quemadmodum Iobi 9.26. de velocitate ſumma dicitur, *ſicut aquila, quæ volat ad eſcam.* ita vt nauium velocitas & aquilarum ab eo comparetur. *Præterea dies mei*, inquit, *velociores fuerunt curſore: fugerunt nec viderunt bonum. Præterierunt cum nauibus Ebeh, ſicut aquila quæ volat ad eſcam.* vbi mirifice Helleniſtæ, Εἰ καί ἐστι ναυσὶν ἴχνος ὁδοῦ, ἢ ἀετοῦ πετομένου, ζητοῦντος βοράν. Hanc eſſe veram loci mentem Matthæus probat: qui, vt Iobus nauigii, ita fulguris celeritatem cum velocitate aquilæ volantis ad ſanguinem, conjungit. ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν· οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. Ὅπου γὰρ ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί. Quare, quanquam eſſe ſciam, qui hæc aliter interpretantur, atque vt procedat quod volunt, quod de fulgure hic dicitur, ad verſum referunt vigeſimum & ſextum, mihi nondum diſplicet quod dixi. ac ne locus quidem Iobi vnde hoc deſumptum, cum hac mente pugnat. *In petra habitat aquila: in rupe habitat & commoratur. Illinc explorat eſcam: eminus oculi ejus contemplantur. Pulli quoque ejus abſorbent ſanguinem: &, vbi cadauera, illic eſt.* Quid enim obſtat, quominus velocitas illius denotetur, cum quo, vt cum fulgure, aduentus Chriſti confertur? Vt antiquos mirer, qui ſollicite ad hunc locum philoſophantur. Exempli ergo: cum juſtos eſſe dicunt aquilas, quod virtutibus ſint ſublimes: corpus vero eſſe Dominum, qui ad ſe vocet aquilas. vt Euthymius, nec fere aliter Theophylactus. Paulo autem plus etiam B. Ambroſius indulſit ſibi, cum vſque ad fœminas ac cæteros ſe confert, qui ad ſepulturam conuenerunt Domini. *Nonne tibi videntur*, inquit, *aquilæ circa corpus, Maria Cleopæ, & Maria Magdalene, & Maria mater Domini, Apoſtolorumque conuentus circa Domini ſepulturam?*

Cap. XVI.

Caput decimum octauum. Parabola de judice improbo. Impia illorum allegoria,
qui ad Deum retulerunt. Autor Interpretationum Scripturæ : & an Atha-
naſio aſſcribendæ. μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς : *& quæ mens loci. an recte id con-*
uerſum à recentiori interprete. μακροθυμεῖν, ἐλεεῖν. μακρόθυμος, οἰκτίρμων,
ἐλεήμων. σταθεὶς πρὸς ἑαυτόν. σταθῶμεν ἐκ ποδῶν. δέχεσθαι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ὡς
παιδίον. παιδίον *quis, & an de ætate.* Οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός. *mens loci.*
Antiqua Patrum de œconomia Moſis, prophetarum, ac Noui Fœderis, ſen-
tentia. Quæ de Deo quæ de Vno dicerentur, ad Meſſiam referri poſſe, Iudæos
ignoraſſe. Ἔτι ἕν σοι λείπει. *Soli nihil deeſſe, cui deſunt omnia: qui alibi quod ha-*
bet, non hic poſſidet.

NOn procul à capitis initio, quod ſequitur, occurrit locus ille, Κριτής Cap.
τις ἦν ἔν τινι πόλει, τὸν Θεὸν μὴ φοβούμενος, καὶ ἄνθρωπον μὴ ἐντρεπόμενος. vbi, quis XVIII.
credat, tantum τῶν ἀλληγορούντας ſibi permiſiſſe, vt ex homine impio, Vſ. 2.
quem πάσης κακίας πεπληρωμένον, καὶ πρὸς Θεὸν, πρὸς ἀνθρώπους ἀπηναισχυντημένον, non
ſine cauſa Theophylactus dixit, Deum ipſum facerent? Autor interpretatio-
num S. Scripturæ, quæ Athanaſio nunc aſſcribuntur, Τίς ἐστιν ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας,
ὁ μήτε τὸν Θεὸν φοβούμενος, μήτε ἄνθρωπον ἐντρεπόμενος; Et reſpondet, ὁ Θεός. Οὔτε
γὰρ Θεὸν ἔχει ὃν φοβηθήσεται, οὔτε ἄνθρωπον ἐντραπήσεται. quod tale eſt, ac ſi quis,
cum Nabal, qui nec Dei, neque hominum, vt, inter cæteros, Dauidis,
rationem habet, talis deſcribitur, Deum, (abſit blaſphemia) repræſentari
dicat. Hæc qui in antiquitate legunt, miror, ni jam diſcunt, quomodo le-
gendi ſint antiqui, & quam merito diuino illi viro aſſcribatur hæc ſenten-
tia. Vt non ſine cauſa hanc παρερμηνείαν, tanquam rem ſtupore dignam,
Titus Boſtrorum Epiſcopus notarit. Πῶς οὖν μετὰ τοιαύτας ἐμφανεῖς ἀποδείξεις οὐ
φρίττουσί τινες, κἂν ὅλως εἰς ἔννοιαν λαμβάνειν, μήτι γε καὶ παῤῥησίᾳ λαλεῖν, αὐτὸν τὸν Θεὸν
εἶναι κριτὴν τῆς ἀδικίας. ἐκπλήττεσθαι χρή. *Quomodo autem poſt tam manifeſtas de-*
monſtrationes, non horreant quidam, vel in animum admittere, ne jam dicam pro-
fiteri palam, ipſum Deum injuſtum eſſe judicem. ſtupore dignum eſt. Capite eo-
dem cum dicitur, ὁ δὲ Θεὸς οὐ μὴ ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ, τῶν βοώντων πρὸς Vſ. 7.
αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς; quis non miretur, ita ſe in hoc
loco torſiſſe eruditos, vt doctiſſimus interpres, *etiamſi iram ſuper ipſis diffe-*
rat, reddendum hic exiſtimarit? Aliene, & obſcure: ne de periculo, quod
ex ambiguo, nunc dicam. quaſi ſuis ſuccenſere videatur Deus, qui illorum
cauſa impiis ſuccenſet, atque aduerſus illos iram, ex ſententia interpretis, ad
tempus differt. Mentem enim eſſe vult, *quantumuis tardus in vlciſcendis eo-*
rum videatur injuriis. Porro, verum quidem eſt, ab Hebræis, tanquam mid-
doth, ſeu proprietates Exodi 34. 6. τὸ ארך אפים & τὸ רחום, poni: quorum alterum
μακρόθυμος, ſeu longanimis, alterum οἰκτίρμων, ſeu miſericors, ab Helleniſtis
redditur. quæ tamen ab iiſdem non ſemel confunduntur. Tale eſt, Διὰ τοῦτο
μακροθυμεῖ Κύριος ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ἐξέχεε τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐπ' αὐτούς. Sirachides 18. 9.
Sed & inſignis locus Danielis 4. 24. *Peccata tua juſtitia redime, & iniquitates*
tuas miſeratione pauperum. Sequitur, ἴσως ἔσται μακρόθυμος τοῖς παραπτώμασί σου.
vbi vulgaris interpres, *forſitan ignoſcet delictis tuis:* ſiue, *peccatoris miſerebitur,*
τὸν ἁμαρτάνοντα ἐλεήσει. Adde &, quod in contextu, *remoue peccata*, quidam, inter
quos Onckelos, interpretantur. vt μακροθυμία, quomodo accipiatur hic, pla-
num ſit. Mens eſt, *An ergo Deus, electos non vindicabit ſuos, qui die ac nocte ad eum*
clamant, cum præſertim erga eos ſit miſericors? Μακρόθυμος quippe, idem quod
οἰκτίρμων, idem quod ἐλεήμων, hac dialecto. Nihil ergo opus ſubtili illa τοῦ καὶ,
pro, καίπερ, aut κἂν, obſeruatione, vt nec cæteris quæ ab illuſtribus ingeniis
dicuntur: cum καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς, ſimpliciter, καὶ ἐλεῶν αὐτοὺς, hoc quidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Lvc. loco ſit. & hoc verum. Eodem capite non ita multo poſt, ὁ Φαρισαῖος, σταθεὶς πρὸς ἑαυτὸν, inquit, ταῦτα προσηύχετο. vbi τὸ σταθεὶς πρὸς ἑαυτὸν, ita dictum videatur, vt cum σταθῶμεν ἐκ ποδῶν, hoc eſt, *ſoli, ac ſeorſim, conſiſtamus*, dixit Æſchylus: quomodo ſubauſcultantes ſolent. Πυλάδη σταθῶμεν ἐκ ποδῶν, ὡς ἂν σαφῶς μάθω, γυναικῶν ἥτις ἥδε προστροπή. initio Choephoris. Bene igitur, σταθεὶς
✠ſ. 11.
πρὸς ἑαυτὸν, non πρὸς ἑαυτὸν ταῦτα προσηύχετο. Eodem capite, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὃς ἐὰν μὴ δέξηται τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ὡς παιδίον, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτήν. hoc eſt, *qui regnum Dei non receperit vt puer:* quanuis non puer, & ætate major. Præceſſit autem, τῶν γὰρ τοιούτων, ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. quod ſane patet latius quam τούτων. *Non enim ætas*, inquit B. Ambroſius, *præfertur ætati: alioquin obeſſet adoleſcere.* Et quanuis puer ſit de quo agitur, *non tam pueritia quam æmula puerilis ſimplicitatis bonitas deſignatur. Non enim virtutis eſt, non poſſe peccare, ſed nolle: atque ita tenere perſeuerantiam voluntatis, vt voluntas infantiam, vſus*
✠ſ.17.
imitetur naturam, inquit idem. Sequitur non multo poſt, Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. De quo vide quæ jam ſupra notauimus. Eleganter certe ac ſuccincte Dominus τὴν δοκησισοφίαν glorioſo objecit: qui, cum aliquid præ cæteris, aut ſcire ſe, aut eſſe exiſtimaret, nondum tum didicerat, quod Dei Filius docebat: Ab eo ſcilicet qui Deum dicit, non excludi Filium: ſiquidem εἷς Θεὸς & εἷς ἀγαθὸς, non minus eſt Filius quam Pater. Ita qui profitebatur Moſen, nondum Noui Fœderis, ac regni ejus, de quo agitur, œconomiam, imo nec initium intelligebat. quo antiqua illa Patrum ſpectat obſeruatio: Θεότης μία, μάλιστα ἐν Μωϋσεῖ καταγγέλλεται, δυὰς ἐν Προφήταις σφόδρα κηρύσσεται, τριὰς δὲ ἐν Εὐαγγελίοις φανεροῦται. Quanquam obſeruatiunculæ ejuſmodi, fortaſſe magis ſpecie quam re inſtruunt. veræ hactenus, quod regnum Dei, ac credendum illud omnibus arcanum, ſuo tempore, & quidem definito, clarius proponitur: nec adumbratur ſed docetur. Interim Seruator, nec intelligi ab eo Moſen nec Prophetas docet. tantum abeſſe, vt ad arcanum Trinitatis aſpiraret ac myſterium. Et vbique hoc agit, idem ille, qui à cœcis, ſed ſcientia inflatis, tum expectabatur, vt oſtendat, eos, qui non aliud, quam eum, quem præceperant, Meſſiam, & ſcientiam inanem loquebantur, nihil minus, quam quæ vel ſcienda vel credenda eſſent, penetrare aut aſſequi: ita, vt nec Deum hunc, nec vnum crederent cum vno: ideoque quæ de vno dicerentur, minime aliena eſſe ab hoc neſcirent. cætera, vt dixi, quæ huc ſpectant, ſupra exſecuti ſumus. Vnius autem nomen quam Deo conueniat, & Magiſtri innuunt, cum dicunt יהוה א׳ ושמו א׳.
✠ſ.19.
Dominus vnus eſt, & nomen ejus vnum. Sequitur, Ἔτι ἕν σοι λείπει. Paradoxum Sapientia æterna dignum. Vnum tibi deeſt, vt quæ habes amplius non habeas: vt deſint tibi quæ hic habes: vt hic pauper, alibi ſis diues: ita conferas in pauperes quæ habes, vt diteſcas. Theſaurum enim tales habent, ſed certiſſimum ac inexhauſtum. non qui curam Euangelii ac miniſterium hic impedit, aut interuertit, ſed qui promouet ſalutem: præ qua nihil poſſidetur, quod non perit. Interim, quemadmodum opinione propria ſapientiſſimum, neque rei vllius ignarum, docuerat, ne quidem adhuc ſcire, quod præcipuum primumque eſſet: quid, nimirum eſſet Deus; cum adhuc neſciret, verum Dei Filium cum Patre, verum eſſe Deum: ita nunc docet, vnum illi, cui omnia ſupererant, deeſſe. Charitatem proximi, nimirum: quam à charitate Dei ſeparabant. *Grande* autem *bonum* inquit B. Auguſtinus, *quod, cum ſit in pauperes, redundat in Deum.* Deinde, *Diſtributio facultatum tuarum in pauperes, niſi ex radice charitatis procedat, in Deum non redundat. Quod in Deum non redundat, ex charitate non procedit.* Ergo; vt idem ait, *Totius boni ſumma eſt charitas.* Dei autem charitas, ſeu amor, ab amore proximi, aut charitate, ſeparandus non eſt: quia hæc cohærent.

Cap.

Cap. XVII.

Caput decimum nonum & vigeſimum percurritur. Locus, εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα. עשק συκοφαντεῖν. גזל: *& quomodo hæc differant.* ἁρπαγὴ δικαιοσύνης, *ſeu* κρίματος. αὐτὸς, *& quomodo accipiendum eo loco,* καθότι καὶ αὐτὸς υἱὸς Ἀβραάμ ἐστι. *recentioris interpretis opinio.* εἰρήνη, *non pro pace, ſed ex conſuetudine Hebræorum, pro ſalute.* ἀνθ' ὧν οὐκ ἔγνως τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου. ἐπισκοπὴ *quid eo loco: & an ad* τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν *referendum.* ἐπισκοπὴ *quid Helleniſtis, & hoc loco.* ἀπέστειλαν ἐγκαθέτους. ἐγκάθετοι, *qui.* παρατηρεῖν. *Herodiani qui.* ἐγκάθετος στρατιώτης, *ſedulus. Quæſtio quæ majeſtatem tangebat, verſute Domino propoſita. Lex, vbi Princeps non eſt, loco ejus. Majeſtatis proprium nummus ac moneta.* οὐ γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται. *colloquium* ἐπὶ βάτου. *De alia loci diſtinctione.*

PRæclarus locus eſt, qui inter cæteros hoc capite occurrit: ſed & talis, Cap.
vt de eo poſt eximios claroſque viros cogitandum videatur. Σταθεὶς δὲ XIX.
Ζακχαῖος, εἶπε πρὸς τὸν Κύριον, ἰδοὺ τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μου, Κύριε, δίδωμι
τοῖς πτωχοῖς· καὶ εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, ἀποδίδωμι τετραπλοῦν. Vbi ἐσυκοφάντησα cum ℣ſ. 8.
dixit, Hebræorum עשק procul dubio reſpexit: quod interdum nihil præter τὸ
ἀποστερεῖν, *eripere aut priuare*, notat. pro quo locis aliquot, συκοφαντεῖν, ab Helle-
niſtis redditur. Non negarim tamen propius accedere ad Hebræos, qui τὸ עשק,
teſtibus Magiſtris, inter quos & Rabbi Dauid, καὶ τὸ גזל, inter ſe opponunt.
Prius autem, ejus eſſe volunt, qui injuſte aliena ſibi vindicat: quales, qui de-
poſitum, qui mutuum, qui denique mercedem mercenario non reddunt. de
quibus in Catholica Iacobus, Ἰδοὺ ὁ μισθὸς τῶν ἐργατῶν, τῶν ἀμησάντων τὰς χώρας ὑμῶν,
ὁ ἀπεστερημένος ἀφ' ὑμῶν, κράζει· καὶ αἱ βοαὶ τῶν θερισάντων εἰς τὰ ὦτα τοῦ Κυρίου σαβαὼθ
εἰσεληλύθασιν. quod συκοφαντία Helleniſtis, עשק dicitur Hebræis. Eccleſia-
ſtæ 4. 1. Καὶ ἐπέστρεψα ἐγὼ, καὶ εἶδον σύμπασας τὰς συκοφαντίας, τὰς γινομένας ὑπὸ τὸν
ἥλιον. καὶ ἰδοὺ δάκρυον τῶν συκοφαντουμένων, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ὁ παρακαλῶν. Si quis vero
judicem aduerſus pauperem vi cogeret, ad eam ſpeciem referebatur, quam
τῷ גזל expreſſerunt. quod crimen ἁρπαγὴ δικαιοσύνης, ſiue κρίματος, eidem dici-
tur Eccleſiaſtæ: qui συκοφαντίαν dixit alterum. Ἐὰν συκοφαντίαν, inquit, πένητος,
καὶ ἁρπαγὴν κρίματος καὶ δικαιοσύνης ἴδῃς ἐν χώρᾳ, μὴ θαυμάσῃς ἐπὶ τῷ πράγματι.
c. 5. ℣ſ. 7. Bene igitur Tertullianus, & qui hunc ſecuti illud, *eripere per calu-
mniam*, interpretati ſunt. Sequitur, Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, ὅτι σήμερον σωτη-
ρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο, καθότι καὶ αὐτὸς υἱὸς Ἀβραάμ ἐστι. vbi quod Eraſmus *filiam* ℣ſ. 9.
conuertit, vt ad domum referatur, equidem probare non poſſum. *Eo quod
& ipſa*, inquit, *filia ſit Abrahæ.* Nec recentioris interim interpretationem
probo, qui τὸ αὐτὸς, enallage Hebræa dictum exiſtimat: vt ſit mutatio perſo-
næ. ac ſi dixiſſet, *quia tu quoque filius es Abraham:* quod ſane duriſſimum.
Quid autem familiarius, quam vt τὸ αὐτὸς dignitatis ſit, aut pro dignitatis no-
mine ponatur, ac de patre familias ſic vſurpetur? Notum illud, αὐτὸς ἔφα: tum
& quomodo paſſim eo Græci vtantur. Αὐτὸς ergo eſt Zacchæus. Vt mens ſit,
ὅτι σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο· καθότι καὶ αὐτὸς ὁ οἰκοδεσπότης, υἱὸς τοῦ Ἀβραάμ
ἐστι. quid ſimplicius? Eodem capite, ὅτι εἰ ἔγνως καὶ σὺ, καίγε ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύ- ℣ſ. 42.
τῃ, τὰ πρὸς εἰρήνην σου. Alias monui, quod ſuo loco alibi facturus ſum, τὸ εἰρήνη,
ex Helleniſtarum atque Hebræorum vſu, non recte *pacem* reddi, cum *ſalutem*
notat. Quod & hic notandum. *Vtinam & tu, hoc ſaltem*, inquit, *die noſſes, quæ
ad ſalutem tuam faciunt, aut ſpectant.* Exempla paſſim occurrunt, neque alias
diſſimulantur. Paulo poſt, καὶ ἐδαφιοῦσί σε, καὶ τὰ τέκνα σου ἐν σοί· καὶ οὐκ ἀφήσουσιν ἐν σοὶ ℣ſ. 44.
λίθον ἐπὶ λίθῳ· ἀνθ' ὧν οὐκ ἔγνως τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου. Quemadmodum autem
mirum, eo loco qui jam præceſſerat ante, ὅτι εἰ ἔγνως καὶ σὺ καίγε ἐν τῇ ἡμέρᾳ
σου ταύτῃ, τὰ πρὸς εἰρήνην σου, de pace cum Deo, argutari veteres, cum τὸ שלום,

In Lvc. non ſalutem minus, de qua ibi agitur, quam pacem, ratione Helleniſtis vſitata, notet, ita nihil opus erat, vt ἐπισκοπὴν hic de aduentu Domini in carne, ſiue τῆς ἐνσάρκου παρουσίας πέρι, acciperent: vt in illo Euangeliſtæ noſtri cap. I. ✱ſ. 68. Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι ἐπεσκέψατο, καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ. Vbi interpres recentior ac commentator, *quod ſe memorem eſſe declarauerit populi ſui. adeo quidem, vt filium miſerit qui præſens eos inuiſeret, & infinito pretio redimeret.* Idem tamen & veteribus hic viſum. Theophylactus, ἀνθ' ὧν οὐκ ἔγνως τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου, τουτέστι τῆς ἐμῆς παρουσίας, ὅτε ἦλθον ἐπισκέψασθαί σε καὶ σῶσαι. *quod non noſti tempus viſitationis tuæ, ſiue, aduentus mei: cum veni, vt viderem te ac ſeruarem.* quemadmodum quod περὶ εἰρήνης dicitur, ad pacem cum Romanis, aut, vt ipſe loqui amat, à Romanis, mirifice hic aptauit. Ἔδει οὖν γνῶναί σε τὰ πρὸς εἰρήνην σου, καὶ πιστεῦσαι εἰς ἐμὲ, καὶ εἶχες ἂν εἰρήνην ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων, καὶ πάσης κακώσεως ἀπαλλαγήν. *Oportebat ergo noſſe te quæ ad ſalutem tuam, ſed & credere in me. pacem enim cum Romanis habuiſſes, ac ab omni malo immunis ſic fuiſſes.* Titus Boſtrorum Epiſcopus, καιρὸν δὲ λέγει τῆς ἐπισκοπῆς σου, ἣν αὐτὸς ἐποιήσατο, κατελθὼν καὶ ἐπισκεψάμενος αὐτήν· θεῖά τε ἐντάλματα αὐτῇ ἐντειλάμενος καὶ πλεῖστα θαυματουργήσας. Cum nemo ita peregrinus in Helleniſtarum ſcriptis ſit, qui neſciat, quid ſibi Eſaias velit, cum dixit, καὶ τί ποιήσουσιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἐπισκοπῆς; ſtatim enim additur, ἡ γὰρ θλῖψις ὑμῶν πόῤῥωθεν ἥξει. Tale eſt, quod non ſemel apud Ieremiam, καὶ ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς αὐτῶν ἀπολοῦνται. Et quis dubitat, quin idem hoc, ἐκδίκησιν, ſiue, vltionem, paſſim dicant? vt & de calamitate, vltione, ſiue pœna hic, ſumatur. Et, an non de horrenda vrbis Sanctæ calamitate & obſidione agit? Et an non præceſſit, Ὅτι ἥξουσιν ἡμέραι ἐπί σε, καὶ περιβαλοῦσιν οἱ ἐχθροί σου χάρακά σοι, καὶ περικυκλώσουσί σε, καὶ συνέξουσί σε πάντοθεν. Καὶ ἐδαφιοῦσί σε, καὶ τὰ τέκνα σου ἐν σοί· καὶ οὐκ ἀφήσουσιν ἐν σοὶ λίθον ἐπὶ λίθῳ. quæcunque autem περὶ Ἁλώσεως ejus vrbis & quæ eam præceſſerunt, Ioſephus ſcripſit, nomen hoc non excedunt.

Cap. XX. ✱ſ. 20. Capite vigeſimo ſequitur, καὶ παρατηρήσαντες ἀπέστειλαν ἐγκαθέτους, ὑποκρινομένους ἑαυτοὺς δικαίους εἶναι, ἵνα ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ παραδοῦναι αὐτὸν τῇ ἀρχῇ καὶ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ ἡγεμόνος. Vbi, quos ἐγκαθέτους dicat, tum quos hic intelligat Euangeliſta, vellem plenius nos docuiſſent eruditi: neque enim obſeruatio eorum locum hic habet, qui ſolliciti de Atticiſmo, parum eleganter locutum volunt Hyperiden, cum eos, quos θετοὺς, vel ὑποποιήτους, vel ὑποβλήτους alii, (Menander ὑποβολιμαίους, Latini *ſubditicios*, vel *ſuppoſiticios*) dixêre, ἐγκαθέτους dixit. vocem quippe ἀπεῤῥιμμένην, ſiue abjectam, eſſe volunt. Quare ad Helleniſtas abeundum. Helleniſtæ enim, etiam Euangeliſtæ ſunt, neque alia vtuntur lingua: quod de omnibus autoribus his verum. Ἐγκαθέτων mentio fit apud Iobum. Locus eſt, Ὁμοθυμαδὸν δὲ αὐτοῦ ἦλθον τὰ πειρατήρια ἐπ' ἐμοί· ταῖς ὁδοῖς μου ἐκύκλωσάν με ἐγκάθετοι. c. 19. ✱ſ. 12. Item, εἰ δὲ ἐξηκολούθησεν ἡ καρδία μου γυναικὶ ἀνδρὸς ἑτέρου, εἰ καὶ ἐγκάθετος ἐγενόμην ἐπὶ θύραις αὐτῆς. c. 31. ✱ſ. 9. Vbi ἐγκάθετος eſt ארב, qui inſidiatur callide: qui παρατηρεῖν Helleniſtis dicitur. vnde & hæc duo hic junguntur. καὶ παρατηρήσαντες, inquit, ἀπέστειλαν ἐγκαθέτους. quo ſignificat, cum ipſi callide diu admodum captaſſent eum, alios, qui idem agerent, clam immiſiſſe. Quod ſi quærimus, qui fuerint, Matthæus dicet. Phariſæorum diſcipuli, nimirum, & Herodiani. *Tunc abeuntes*, inquit, *Phariſæi conſilium ceperunt, vt illaquearent eum in ſermone. Itaque mittunt ad eum diſcipulos ſuos cum Herodianis.* cap. 22. ✱ſ. 15. 16. Marcus, è Phariſæis quoſdam & Herodianis fuiſſe ait. *Et miſerunt ad eum quoſdam è Phariſæis & Herodianis, vt eum irretirent captum ſermone.* cap. 12. ✱ſ. 13. Qui Phariſæi fuerint, notum: qui Herodiani, quærunt eruditi. Inter quos nonnulli, θεραπείᾳ ac religione propria (vel quod Heroden Magnum pro Meſſia colerent: inter quos ad Perſium vir ſummus Iſaacus Caſaubonus: vel quod ex Paganiſmo & Iudaiſmo mixtam haberent) ſeparatos à cæteris, atque ita dictos volunt: nos alibi βασιλικοὺς, ſiue aulicos, & prætorianos quaſi milites, videri nobis diximus. quemadmodum &

πειρα-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

πρατήρια, ſeu milites, in Iobi loco; καὶ ἐγκαθέτους, Helleniſtæ jungunt. Gloſſæ In Lvc.
veteres, ἐγκάθετος ϛρατιώτης, *ſedulus*. quales qui cuſtodiæ prætorii ſunt deſti-
nati. Melius tamen ad vtroſque referetur: vt ab inſidiis ac delatione ſic di-
cantur. vtriſque enim conuenit hoc nomen. Illi ergo, ὑποκρινόμενοι δικαίους
ἑαυτοὺς εἶναι, ne quid Deo, ſcilicet, decederet, aut juri ejus Cæſar derogaret,
quæſtionem hanc, quæ ſine majeſtatis crimine vix ſolui poſſe videbatur,
callide proponunt. Idque eo tempore, quo non, vt olim, facta tantum, ſed &
dicta, teſte Tacito, arguebantur. quod & in prouinciis, Tiberio, qui legem
Majeſtatis ſic interpretatus erat, imperante, vſitatum tum fuiſſe, à vero non
abit. Ideoque addit, εἰς τὸ παραδοῦναι αὐτὸν τῇ ἀρχῇ καὶ τῇ ἐξουσίᾳ Ἡγεμόνος. *vt juriſdi-*
ctioni eum Præſidis ac poteſtati traderent. Quærunt ergo quid? ἔξεστιν ἡμῖν Καίσαρι vſ. 22.
φόρον δοῦναι, ἢ οὔ; Ad quod præter expectationem omnium reſpondet ipſa Sa-
pientia. Quid vero? Quæ Cæſaris ſunt Cæſari, quæ Dei, Deo reddenda.
Nemo enim neſcit, ejus eſſe nummum, cujus eſt ὁ νόμος: qui, vbi Princeps
non eſt, loco Principis eſt aut Monarchæ, teſte in Politicis philoſophorum
primo. Cum ergo majeſtatis proprium ſit nummus ac moneta, ejus autem
penes quem majeſtas erat, vultum ac imaginem præferret nummus, ex hoc
ipſo fert ſententiam ac rem decidit. Notiſſimum vulgare illud, *Rege figurato,*
regis patet eſſe monetam: Cæſaris &, domino ſub Cæſare, fulget imago. Videtur au-
tem nummus, de quo agit, cenſus capitis fuiſſe. Forte is de quo Matthæus,
Cum autem veniſſent Capernaum, venerunt ad Petrum qui didrachma accipiunt,
dixeruntque, Præceptor veſter annon ſoluit didrachma? 17.24. Quem nummum,
eo ipſo, quod non aliam quam Cæſaris imaginem præferret, vindicabat ſibi
Cæſar: vt & illos, qui hoc ipſo Cæſaris jus admittebant. quod jus, & ad alia ſe
extendebat. Eodem capite, οὔτε γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται. quod aliter Auguſti- vſ. 36.
nus, *Non enim incipient mori*. lib. 5. de verbis Apoſt. *Quid enim aliud nobis pro-*
mittit in reſurrectione, vbi ait, In reſurrectione mortuorum, neque nubent neque
vxores ducent: non enim incipient mori, ſed erunt æquales angelis Dei? ac ſi ſcri-
ptum eſſet, οὐ γὰρ ἀποθανεῖν ἄρχονται. Cum Hebraiſmus ſit, de quo prolixe ali-
bi, præſertim ad Iohannem, agimus. οὐ γὰρ ἀποθανεῖν δύνανται, οὐ γὰρ ἀποθνήσκουσι.
Paulo poſt, ὅτι δὲ ἐγείρονται οἱ νεκροὶ, καὶ Μωσῆς ἐμήνυσεν ἐπὶ τῆς βάτου, ὡς λέγει, Κύριον vſ. 37.
τὸν Θεὸν Ἀβραὰμ, καὶ τὸν Θεὸν Ἰσαὰκ, καὶ τὸν Θεὸν Ἰακώβ. vbi non hoc voluit Euange-
liſta, ni fallor, Dominum in illo cum Moſe ἐπὶ τῆς βάτου colloquio, de mor-
tuorum reſurrectione primario egiſſe (vt alibi probauimus) ſed ex illo cum
Moſe ἐπὶ τῆς βάτου colloquio, iiſque verbis, quibus ibi vſus eſt Deus, mortuo-
rum probari reſurrectionem poſſe: imo & debere. Sed & videndum, an non
melius hoc ſenſu diſtinguatur: καὶ Μωσῆς ἐμήνυσεν, ἐπὶ τῆς βάτου ὡς λέγει. vult
enim, etiam Moſen id, de quo agitur, indicaſſe apud rubum, *cum dicit,*
Dominum Deum Abraam, & Deum Iſaac, & Deum Iacob. Vt mens ſit, *etiam*
Moſen, id, de quo agitur, in illo apud rubum indicaſſe colloquio, cum dicit, Domi-
num, Deum Abraami eſſe, & Iſaaci. &c. Quanquam τὸ λέγει, vt ſæpe alias, ἀπε-
λῶς fortaſſe dictum, vt intelligatur Deus. Deus enim eſt qui hæc dicit. ne-
que quicquam in his libris frequentius, quam vt Scripturam Sacram intel-
ligant, vel Deum, qui ſic loquuntur. de quo alias. Locus integer eſſet, καὶ Μω-
σῆς ἐμήνυσεν, ἐπὶ τῆς βάτου ὡς λέγει ὁ Θεὸς, ἑαυτὸν Κύριον τὸν Θεὸν Ἀβραάμ. &c. Quod,
vt & diſtinctionem, Marcus confirmat. Apud Moſen autem, καὶ εἶπεν αὐτῷ·
(quis? Angelus ille qui mox ibidem Deus appellatur) Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς τοῦ πα-
τρός σου, ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ. Et bene dixit, Κύριον,
quod Chriſto paſſim hic tribuitur: cum magni conſilii intelligatur Ange-
lus, de quo Moſes. Auguſtinus lib. De Trinitate 2. *Et hic primo Ange-*
lus Domini dictus eſt, deinde Deus. Nunquid ergo Angelus eſt, Deus Abraam, &
Deus Iſaac, & Deus Iacob? Poteſt ergo recte intelligi ipſe Saluator, de quo dicit
Apoſtolus, quorum patres, & ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper

In Lvc. *omnia Deus benedictus in ſæcula. Qui ergo ſuper omnia eſt Deus benedictus in ſæcula, non abſurde etiam hic ipſe intelligitur Deus Abraam, & Deus Iſaac, & Deus Iacob.*

Cap. XVIII.

Caput vigeſimum & primum. vidua paupercula. ἐκ τοῦ ὑστερήματος αὐτῆς, *ex illo quod deeſt.* ἀκαταστασίαι: *& quid hoc loco.* ἀκαταστασία שׁד. *opiniones prœliorum: & vnde id B. Ambroſius deſumpſerit.* παραδότης, προδότης. *prodere, tradere.* ὑπομονή, *expectatio.* ὅτι ἡ γραφὴ πολλάκις τὴν ὑπομονὴν ἀντὶ τῆς προσδοκίας λέγει. φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη. ἠχούσης θαλάσσης καὶ σάλου, *reſonante mari & ſalo: id quomodo intelligendum. vnguentum, paſſer, vt vnguentum, vt paſſer.* ἠχούσης θαλάσσης, ὡς ἠχούσης θαλάσσης. σάλος, φροντίς. *Interpretis veteris diſtinctio. Mira Euſebii interpretatio.* ἀποψύχειν, λειποθυμεῖν. συνοχὴ ἐν ἀπορίᾳ. *Interpres recentior examinatus. Locus è Tertulliano quomodo diſtinguendus.*

Cap. XXI. Statim ſub vigeſimi & primi capitis initium nobiliſſima illa de paupercula vidua occurrit hiſtoria, de qua præclariſſimum effatum illud
ṽſ. 3. Dominus pronunciat, ὅτι ἡ χήρα ἡ πτωχὴ αὕτη πλεῖον πάντων ἔβαλεν. Quia, vt elegantiſſime à Leone Primo dictum eſt, *Inter magna eorum dona, quibus multa reſidebant, illius quod fuit exiguum, fuit totum.* Serm. VI. De Quadrageſ. quod optime conuenit cum eo quod ſequitur, αὕτη ἐκ τοῦ ὑστερήματος αὐτῆς ἅπαντα τὸν βίον ὃν εἶχεν ἔβαλεν. vbi ὑστέρημα, *ex eo quod deeſt illi*, eleganter vetus reddidit interpres: neque aliud vel vox Hebræa denotat, vel Helleniſtica, quæ exprimit Hebræam. Notum illud, ὅτι οὐκ ἔστιν ὑστέρημα τοῖς φοβουμένοις αὐτόν. vbi מחסור habes. In eo igitur quod dedit, non tam id quod dedit, quam id, quod non habuit, ſpectauit Dominus: ideoque & quod dedit. quia enim totum de-
ṽſ. 9. dit, plus quam cæteri dediſſe judicatur. Paulo poſt cum dicitur, ὅταν δὲ ἀκούσητε πολέμους καὶ ἀκαταστασίας, μὴ πτοηθῆτε, quid ſint ἀκαταστασίαι, nemo ſe neſcire arbitratur. An igitur ſeditiones, quod hic placet interpretibus, intelligantur, viderint qui hæc intelligunt. Naſci quidem è ſeditione bella, & hæc ſæpius conjungi, nemo neſcit. Sed videndum, quomodo hæc ipſa, quæ prædicit, Dominus diſtinguat. Quid ſi igitur, quemadmodum quod primo ponitur, ἐγερθήσεται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν, ad bellum manifeſte refertur, ita alterum, quod ſequitur, σεισμοί τε μεγάλοι κατὰ τόπους, ad ſeditiones referatur? Vt non aliud, nimirum, quam τὸ סער exprimatur: quod ingentes tempeſtates turbineſque notat: forte & terræ motus, quæ vox ipſa hic occurrit. idem, quod vt σεισμὸς, ita συσσεισμὸς, ab Helleniſtis dicitur. Et quid hæremus? Eſaiæ 54. 11. cum dicitur, ταπεινὴ καὶ ἀκατάστατος οὐ παρεκλήθης, interpres vetus, *tempeſtate conuulſa*, recentior, *in turbine verſans*, dixit. Nam τὸ סערה interpretantur: quod ad eam quoque tempeſtatem, qua terrarum orbis vi aquarum hauſtus fuit, niſi fallor, ab interpretibus refertur: quemadmodum Noachi ante facta mentio. B. Ambroſius *opiniones prœliorum*, dixit. *Cum audieritis prœlia, & opiniones prœliorum.* Quid autem ad ἀκαταστασίαν prœliorum expectatio? an quia bellum, quod dicebam jam, ſeditio præcedit? Verius, hoc è Matthæo deſumpſiſſe virum Sanctum: apud quem interpres vetus, ἀκοὰς πολέμων, *opiniones prœliorum*, reddidit. Μελλήσετε δὲ ἀκούειν πολέμους, καὶ ἀκοὰς πολέμων. *Audituri enim eſtis prœlia, & opiniones prœliorum.* Et hoc verum, vt jam
ṽſ. 16. dixi: ad ἀκαταστασίαν tamen nihil. Eodem capite & illud habes, Παραδοθήσεσθε δὲ καὶ ὑπὸ γονέων, καὶ ἀδελφῶν, καὶ συγγενῶν, καὶ φίλων· καὶ θανατώσουσιν ἐξ ὑμῶν. Vbi non ſatis video, quid recentiori perſuaſerit interpreti, vt *prodendi* voce in contextu vteretur, qui præſertim jam *tradendi* rejeciſſet. Aliud profecto παραδότης, aliud προδότης eſt. Ac Latinis quidem *prodit*, etiam qui deſerit ac derelinquit. Ita Dominum ac Seruatorem Petrus prodit. Vnde inter lemmata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

mata Ambroſiana, vnum, De proditione Petri, vbi de negatione agitur. Iudas In Lvc.
vero prius prodidit quem tradidit: imo & clam prodidit, quem palam tradi-
dit. Marcus denique ac Matthæus, παραδιδόναι εἰς θάνατον dixerunt, quod hic
paulo aliter effertur: neque omnes enim qui εἰς θάνατον traduntur, θανατοῦνται.
hic autem ſequitur, καὶ θανατώσουσιν ἐξ ὑμῶν. Plus interim quam proditur, qui
hoſti traditur. infra, Ἰούδα, φιλήματι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδίδως; vbi recentior,
prodis, vetus, *tradis*. Recte B. Ambroſius, qui proditionem ac traditionem di-
ſtinguit. *Et conſilium proditionis aperitur, & adhuc patientia non negatur. Oſten-
diſti, Domine, quem proderet, dum occulta manifeſtas. Oſtendiſti etiam quem trade-
ret, dum dicis, filium hominis.* Sequitur, ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν, κτήσασθε τὰς ψυχὰς ℣ſ. 19.
ὑμῶν. Vbi recentior interpres, *per tolerantiam veſtram:* vetus, *in patientia:* non
ſatis memores illius τηρησέως, quod apud Criticos antiquos extat, ὅτι ἡ γραφὴ
φὴ πολλάκις, τὴν ὑπομονὴν ἀντὶ τῆς προσδοκίας λέγει. hoc eſt, *a Sacris literis voce* ὑπο-
μονῆς, *ſæpe expectationem deſignari:* quod locis plurimis confirmat vſus. Vide
Adriani Iſagogen Græcam in Scripturam Sacram: quam, vt multa alia, Hœ-
ſchelio debemus. Paulo poſt, Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη. Vide ℣ſ. 21.
quæ alibi notamus. Et certiſſimum eſt, montes eos, qui inprimis vrbi San-
ctæ maxime vicini eſſent, pro aſylo habitos; præſertim iis, qui ab hoſte vrge-
rentur. Vnde Selomo Iarhi, ad locum illum, quem & alibi alludit Domi-
nus, Oſeæ cap. 10. ℣ſ. 8. *Et dicent montibus, operite nos, & collibus, cadite ſuper
nos. Dicent*, inquit, *Iſraëlitæ, montibus, tegite nos, ne videant nos hoſtes in con-
fuſione noſtra.* montibus vicinis, nempe. Eodem capite & illud legitur, Καὶ ℣ſ. 25.
ἔσται σημεῖα ἐν ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ, καὶ ἄστροις, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς συνοχὴ ἐθνῶν ἐν ἀπορίᾳ, ἠχούσης
θαλάσσης καὶ σάλου. Vbi mirum eſt, quam difficultatem res exigua nonnunquam
pariat. Recentiores interpretes, *reſonante mari & ſalo*, reddiderunt. quaſi
inter ſigna hoc ponatur. Nec aliter Theophylactus, ἥτε θάλασσα ἤχους φρι-
κώδεις μυκήσεται, καὶ σάλος ἔσται καὶ ταραχὴ, ὥστε τοὺς ἀνθρώπους ἀποψύχειν ἐκ μόνου τοῦ
φόβου καὶ προσδοκίας τῶν ἐπερχομένων τῇ οἰκουμένῃ. Atqui, nec Matthæus tale ali-
quid, qui σεισμοὺς κατὰ τόπους ponit, neque Marcus. Vt omittam, ſingulis id eue-
nire tempeſtatibus (vt mare mugiat, videlicet, ac ſonum edat) neque inter
hæc prognoſtica habere locum. Quid ergo? Nihil vſitatius Hebræis, quam
vt ſuum כ diſſimulent. *Vnguentum effuſum eſt nomen tuum. Transmigra in mon-
tem paſſer.* In quibus τὸ ὡς intelligunt: *vt vnguentum, vt paſſer.* quod paſſim
videas. Ita hic, ἠχούσης θαλάσσης καὶ σάλου, ὡς ἠχούσης θαλάσσης καὶ σάλου. Vt mens
ſit, ἀπορίαν illam & calamitatem, mari fore ſimilem, quoties horrendum to-
nat atque commouetur. Quod Tertullianus viderat, cum reddidit, *Et in
terra anguſtiæ nationum, obſtupeſcentium, veluti à ſonitu maris fluctuantis, præ
expectatione imminentium malorum.* aduerſus Marcionem lib. 4. Optime: ſiue
ita legit, ſiue, quod deſideratur, intellexit. Et confirmat Ieremias cap. 51. 55.
qui, vbi de vaſtatione Babel agit, *Sonabunt fluctus eorum: tanquam aquæ mul-
tæ edetur ſonitus vocis eorum.* quod eſſet, ἠχήσει τὰ κύματα αὐτῶν, ὡς σάλος πολλοῦ
ὕδατος ἠχήσει φωνὴ αὐτῶν. Vt omittam, σάλον, etiam φροντίδα exponi. Heſy-
chius, Σάλος, φροντὶς, ταραχὴ, καὶ ἡ τῆς θαλάσσης κλύδωνος κίνησις. Nihil certe
melius calamitatem illam, &, vt autor loquitur, συνοχὴν καὶ ἀπορίαν repræſen-
tat, quam commotum mare. Notum illud Sirachidæ, καὶ ἐσάλευσεν αὐτοὺς, ὡς
κῦμα θαλάσσης. cap. 29. ℣ſ. 24. item, θυμὸς, καὶ ζῆλος, καὶ ταραχὴ, καὶ σάλος, καὶ
φόβος θανάτου. cap. 40. ℣ſ. 5. Lucæ hanc fuiſſe mentem, ne dubitandum qui-
dem. Aliam diſtinctionem ſecutus eſt interpres vetus, quaſi ſcribendum
eſſet, καὶ ἐπὶ γῆς συνοχὴ ἐθνῶν, ἐν ἀπορίᾳ ἠχούσης θαλάσσης, καὶ σάλου. Vnde mirificam
interpretationem Euſebius excogitauit. *quaſi exordium ex ſiccitatibus furoris*
(ita enim loquitur) *ſumerent proœmia: vt nec tempeſtas maris vltra audiretur.*
Cui par eſt ac conueniens, quod ἀποψυχόντων, *areſcentibus*, interpretatur.
cum ἀποψύχειν, ὁ λειποθυμῶν, qui præ anxietate animo vel linquitur, vel deficit,
non

In Lvc. non qui expirat, dicatur. Iam autem συνοχὴ ἐν ἀπορίᾳ, *cum conſilii defectu anxietas:* vſitato in his libris Hebraiſmo. ex anxietate enim inopia conſilii ac deſperatio. Melius recentior *exanimatis:* quanquam ambigue. E Tertulliano autem, & accuratiſſimo & antiquiſſimo autore, ita diſtinguendus eſſet locus: καὶ ἔσται σημεῖα ἐν ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ, καὶ ἄστροις. Deinde nouus verſus conſtituendus, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς συνοχὴ ἐθνῶν, ἐν ἀπορίᾳ ἠχούσης θαλάσσης καὶ σάλου ἀποψυχόντων ἀνθρώπων, ἀπὸ φόβου καὶ προσδοκίας τῶν ἐπερχομένων ἐν τῇ οἰκουμένῃ. Mirifice vero idem lib. De reſurrectione carnis: *Inde jam in orbem & in ſæculum prædicat, ſecundum Ioelem & Danielem & vniuerſum concilium prophetarum, futura ſigna in ſole, & in luna, & in ſtellis: concluſionem nationum, cum ſtupore ſonitus maris, & motus refrigereſcentium hominum, præ metu & expectatione eorum quæ immineant orbi terræ.*

Cap. XIX.

Caput vigeſimum ſecundum percurritur. τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. *difficultas loci an tanta quanta videtur: & quomodo ſupplendus. Locus cum Matthæo & Marco collatus.* ἐσθίειν καὶ πίνειν ἐπὶ τῆς τραπέζης τοῦ Θεοῦ. *Epiphanii ſententia de eo.* Θεῶν συμπότης *Stoicis.* ἐξῃτήσατο ὑμᾶς τοῦ σινιάσαι: *vbi vox cribrandi an conueniat.* οὐ περὶ σύστρεμμα ἐπὶ τὴν γῆν. σινιάσαι. σινιατήριον. ἐξῃτήσατο αὐτὸν, εἰς πειρασμὸν *nimirum.* ἱκανόν ἐστιν, *& quomodo intelligendum.* ἐχέτω ὑμῖν *Helleniſtis, vt & alia eodem ſenſu.* ἱκανούσθω. ἀρκείτω. πολὺ ὑμῖν. παυσάσθω τοῦ γογγυνηθῆναι. ἐνισχύων αὐτόν. *Mira alterius loci apud Epiphanium applicatio. Alterum ejuſdem* παρόραμα. *Locus,* προφήτευσον ἡμῖν, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε. μύινδα. ἐὰν δὲ καὶ ἐρωτήσω. *interrogare, munus judicis.* ἐρωτᾷν, λέγειν, *Hebræa conſuetudine.*

Cap. XXII. ℣ſ.20. INter locos cæteros & ille vigeſimo ſecundo Euangeliſtæ hujus capite occurrit, Τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. Vbi, cum ſummam eſſe exiſtiment nonnulli, exigua nobis difficultas videtur. Mens & integra oratio eſſet, Τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου· τοῦτο, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. vt τὸ τοῦτο repetatur. Neque enim magis mirum eſt, poculum, aut quod in eo, dici ſanguinem, quam nouum fœdus, & quidem in ſanguine. Et quid, an aliter Marcus loquitur, καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, εἶπεν αὐτοῖς, Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου? & deinde, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον. quomodo fere ad verbum Matthæus. Hoc ſane malo, quam vt vel ejicienda, vel aliunde hic inſerta quædam exiſtimem. Singulos enim Sacræ ſcripturæ apices, quantum poteſt fieri, & niſi aliud vel libri præſcribunt vel neceſſitas, tuendos arbitror. Sed nec inter eos ſum, qui temere vel σόλοικα vel ὑποσόλοικα in Sacris admittam. quod, ſi vel conciſi Hebraiſmi, vel in quibus deeſt aliquid, eo loco habendi, quid in his jam excuſari poterit? Eo-
℣ſ.30. dem capite occurrit & illud, ἵνα ἐσθίητε καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου. Quod de cibo qualicunque ac potu, ſed tamen cibo ac potu, Epiphanius accepit: qui in Manete, *An non,* inquit, *putamus, cibum illo quoque tempore futurum?* Ac deinde addit, καὶ περὶ μὲν βρώσεως, σαφές ἐστιν, ὅτι μακάριος, ὃς φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· καὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡ ὑπόσχεσις, ὅτι ἔσεσθε καθήμενοι ἐπὶ τῆς τραπέζης τοῦ πατρός μου, ἐσθίοντες καὶ πίνοντες. quaſi noua ſit de vltima felicitate hæc loquendi ratio: de qua & ſupra. cum nec Stoici, vt dicebamus, aliter felicitatem ſummam, aut κοινωνίαν τῆς μετὰ ταῦτα λήξεως, deſignent. Epictetus, vbi docet, in hac vita tanquam in conuiuio agendum (expectandum enim eſſe, donec ſingula ſe nobis offerant ac præbeant) καὶ ἔσῃ ποτὲ ἄξιος τῶν Θεῶν συμπότης, *& aliquando dignus Deorum,* inquit, *conuiua eris.* Ac deinde, ἂν δὲ καὶ παρατεθέντων σοι μὴ λάβῃς, ἀλλὰ καὶ ὑπερίδῃς, τότε οὐ μόνον συμπότης τῶν Θεῶν ἔσῃ, ἀλλὰ καὶ συνάρχων· οὕτω γὰρ ποιῶν Διογένης, καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι, ἄξιοι Θεῶν τε ἦσαν καὶ ἐλέγοντο. *Quod ſi etiam appoſita quæ fuerint, non ſumas ſed contemnas, tum non*

con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

conuiua Deorum modo eris, ſed & principatus eorum particeps. Ita enim Dioge- In Lvc.
nes & Heraclitus ſimileſque cum facerent, Diis erant digni ac dicebantur. No-
tum eſt poëtæ illud, *Quos inter Auguſtus recumbens Purpureo bibit ore nectar.*
de Auguſto jam Diuis per honores addito: quemadmodum in ſinu Abra-
hami, & ad menſam, ſupra recumbit Lazarus. de quo ibi. Sequitur, Εἶπε δὲ ℣ſ. 31.
ὁ Κύριος, Σίμων, Σίμων, ἰδοὺ ὁ σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς, τοῦ σινιάσαι ὡς τὸν σῖτον. Vbi nimis
ſe torquent, ſi quid judico, qui *cribrandi* vocem hic rejiciunt. Locus paral-
lelus, de quo cogitaſſe oportuit, Amoſi cap. 9. ℣ſ. 9. extat. *Ecce enim ego præ-*
cipio, & vagari faciam in omnibus gentibus domum Iſraëlis, vt vagatur triticum
in cribro, nec cadit lapillus in terram, aut, vt elegantius Helleniſtæ, καὶ οὐ πεσεῖ σύ-
ντριμμα ἐπὶ τὴν γῆν. In Hebræo בכברה. quod & Chaldæi voce quæ hoc ipſum no-
tat, expreſſerunt. *in cribro*, ſeu, σινίῳ. Heſychius, Σινιάσαι, σεῖσαι, κοσκινῆσαι· καὶ τὸ
κόσκινον δὲ, σινιατήριον. Item, Σινιατήριον, κόσκινον. Σινίον, κόσκινον. vt ita ἐξ ἀκολουθίας
ſuperiorum, de tentationibus agatur. Mirum autem, quod, cum non ſim- Ibid.
pliciter dixerit ἐξῃτήσατο, ἤγουν ἐπείρασεν, tentauit, ſed ἐξῃτήσατο τοῦ σινιάσαι, priori
voce ἁπλῶς & imperfecte nonnulli è Patribus vtantur. Macarius Homil. 26.
πλὴν τὸ περὶ τοῦ Ἰὼβ γεγραμμένον οὐκ ἔστιν ἁπλῶς, πῶς ἐξῃτήσατο αὐτὸν ὁ σατανᾶς. Ibi-
dem ἐξαιτεῖται αὐτὸν ὁ σατανᾶς, καὶ λέγει τῷ Κυρίῳ, ἐπειδὴ βοηθεῖς. &c. Item, καὶ γὰρ
ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ, εἰ ᾔδει, ὅτι εἰς τοὺς πειρασμοὺς ἐμπεσὼν μέλλει ὑπομένειν καὶ μὴ ἡττᾶσθαι, οὐκ ἂν
ἐξῃτήσατο αὐτὸν, ἵνα μὴ καταισχυνθῇ. nam quemadmodum Græci ἐξαιτεῖσθαι cum
dicunt, *ad pœnam* intelligunt; ita illi εἰς πειρασμὸν intellexiſſe videntur. Non
ita multo poſt cum ſequitur, ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, ἱκανόν ἐστι, non ſatis aſſecuti ſunt ℣ſ. 38.
quid Dominus hic vellet, ſi quid judicare poſſum, eruditi. Nec dubitandum,
quin de gladiis quæ dicta eſſent, alia mente dicta eſſent, quam qua Apo-
ſtoli vellent: cum nihil præter calamitates quæ imminerent, ac diſcrimi-
na, prænunciaret. Tempus eſſe ergo, vt ſpiritualibus armis opus ſibi eſſe
cogitarent. quo cum longe aliter intellecto duos gladios monſtrarent, id
auerſatus, ἱκανόν ἐστι reſpondit. Hoc autem, quod Hebræi vulgo, רב לכם. *ſat*
vobis. quod interdum Helleniſtæ ἐχέτω ὑμῖν. vt Num. 16. ℣ſ. 3. Συνέστησαν ἐπὶ
Μωσῆν καὶ Ἀαρὼν, καὶ εἶπαν πρὸς αὐτοὺς, ἐχέτω ὑμῖν: interdum ἱκανούσθω, aut ἱκανὸν
ἔστω. Deuteron. 16. ἱκανούσθω ὑμῖν κατοικεῖν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ. nonnunquam ἀρκεί-
τω: vt eodem loco alii. interdum, πολὺ ὑμῖν, vt Theodotio & Aquila, ad ver-
bum. Interdum eleganter τῷ παύειν vtuntur: vt cum Exodi 9. ℣ſ. 28. dicitur,
Orate Iehouam, vt ſufficiat illi, neque poſthac ſint tonitrua. καὶ παυσάσθω τοῦ γενη-
θῆναι φωνὰς Θεοῦ. *ſatis ſit illi*, ſcilicet, *tonuiſſe hactenus*, ac deſinat. Ita hic,
ἱκανόν ἐστιν, imponentis ſilentium hoc loco, ac abitum parantis. ita vt & rudita-
tem ac ſimplicitatem pariter eorum auerſantis ſit. Cum ſequitur, ὤφθη δὲ αὐτῷ ℣ſ. 43.
ἄγγελος ἀπ᾽ οὐρανοῦ ἐνισχύων αὐτὸν, mirum eſt, quo nonnunquam Helleniſtarum
interpretatio Patres abducat. Exemplo ſit Epiphanius: qui, cum hoc ad
veritatem, καὶ τὸ ἀφαντασίαστον humanæ referat naturæ in Domino, locum
Deuteronomii 32. 43. huc trahit: *Laudate gentes populum ejus: quia ſangui-*
nem ſeruorum ſuorum vlciſcetur. ita enim ex Hebræo etiam interpres vetus.
Pro quo ille, προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ Θεοῦ, καὶ ἐνισχυσάτωσαν αὐτὸν ἄγγελοι
Θεοῦ, etiam aliter quam apud Helleniſtas legitur. Apud quos ἐνισχυσάτωσαν
αὐτῷ, vt cætera omittam. de quo, vt & de Angelis, Hebræus nihil. Ex eo
autem loco, cum humanitatem veram ſic probare in Chriſto, ac imagina-
riam rejicere cœpiſſet, nihilominus τὸ ἐνισχύειν, idem eſſe quod τὸ προσκυνεῖν
vult, & ad Angelorum adorationem referendum. Sed & Moſen, qui omni-
no nihil tale dixit, idem prædixiſſe vult quod Euangeliſta noſter dixit: fu-
turum nempe, vt Dominum in ſumma hac humilitate ac anxietate confir-
maret Angelus. Simile eſt, quod, καὶ ἐδάκρυσε, in quibuſdam exemplaribus
fuiſſe notat, idque ab iis ſublatum, quos & orthodoxos vocat: cum tamen
eo loco ita vſum dicat Irenæum. Quod ſi adeo hoc tolli neceſſarium hic fuit,

IN LVC. vt δὴ καὶ ὀρθῶς fuit, διορθωθέντα, hoc eſt, vere ac recte emendata ea dicat exemplaria, in quibus hoc ſublatum, cur non idem è Iohannis textu ſuſtulerunt veteres, cum dicitur, ἐδάκρυσε δὲ ὁ Ἰησοῦς. cap. 11. 35. Quod & ipſum ex antiquis nonnulli, tollere ibi, vel emollire ſaltem, improuide conati ſunt. Inter quos & Nonnus. quaſi humiliationis ac calamitatis Domini puderet eos, quorum vel præcipue interfuit vt talis eſſet. vide prolixum ſatis in Ancuroto locum:
vſ. 64. tum, quæ ad Iohannem nos notauimus. Cum dicitur, καὶ περικαλύψαντες αὐτὸν, ἔτυπτον αὐτοῦ τὸ πρόσωπον, καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες, προφήτευσον, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε, idem fecerunt, quod in luſu puerili fieri ſolebat, qui μυΐνδα dicebatur. in quo, clauſis oculis, de eo quod quærebatur, reſpondebat aliquis, nec priuſquam verum diceret, dimittebatur. notum ex Polluce, Heſychio, atque
vſ. 68. aliis. Quod eodem capite dicitur, ἐὰν δὲ καὶ ἐρωτήσω, οὐ μὴ ἀποκριθῆτέ μοι, ἢ ἀπολύσητε, non facile ita intelligendum credam, vt Dominus, in tanta judicum iniquitate, interrogandi ſibi partes ſumeret, aut id negari ſibi quereretur. adde, quod interrogandi munus proprium eſt judicis: qui, vt loquuntur Iuriſconſulti, ſcopum intentionis, vel defenſionis ſtatum, interrogando attingit. Quare videndum, an ex Hebræorum vſu ſumendum: quibus τὸ שאל, agere cum aliquo, vel aliqua de re conferre notet. vt, Exod. 18. 7. *& interrogarunt alter alterum de pace, egerunt pacifice.* quod tamen potius, *bene alter alteri precati ſunt, aut ſalutarunt.* Vel ſimpliciter, ἐὰν δὲ καὶ λέξω τι: vt τὸ εἴπω, quod præceſſit, & τὸ ἐρωτήσω, ταυτοδυναμοῦντα ſint, & eâdem, quod in Sacris paſſim vſitatum, ſignificationis repetitione, rem intendant. Locus integer eſt, λέγοντες, εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, εἰπὲ ἡμῖν. εἶπε δὲ αὐτοῖς, ἐὰν ὑμῖν εἴπω, οὐ μὴ πιστεύσητε· ἐὰν δὲ καὶ ἐρωτήσω, οὐ μὴ ἀποκριθῆτέ μοι ἢ ἀπολύσητε. *Dicentes, Si tu es Chriſtus, dic nobis. Dixit autem illis, ſi vobis dixero, non credetis: ſi vobiſcum egero, non reſpondebitis aut me abſoluetis.* Niſi quis mentem eſſe velit, *ac ſi viciſſim aliquid & ego vos interrogaro, non reſpondebitis.* Vt in illo, *Reſpondens vero Ieſus dixit illis, Interrogabo vos & ego rem quandam: quam ſi dixeritis mihi, dicam & ego vobis, in qua poteſtate hæc faciam.* Matth. 21. 24. quod ἐρωτηματίζειν εἰς τὸ ἀποστοματίζειν, *interrogare, ne reſpondeatur*, dicas: vſitatum illis, qui interrogando, ad abſurda aut ἀδύνατα compellunt: quod & Plato docet. Id autem in judicio, vt dicebamus, tali, quomodo ſperare, aut vſurpare, vel negatum ſibi, queri potuit? nullus enim ibi, vt cum Phariſæis antea ac Scribis, ſiue diſputandi ſiue arguendi locus fuit. Scio paſſim obſeruari à veteribus, Euthymio præſertim, τὸ ἐρωτᾶν, in his libris, vel *petendi* vel *ſupplicandi* ſignificatione vſurpari. An igitur hoc voluit, *Etiam ſi vobis dicam quod quæritis; Chriſtum, videlicet, me eſſe, non credetis. Quod ſi etiam vel ſupplicem, vel petam, vt me dimittatis, nunquam reſpondebitis, aut ſupplicem exaudietis.* Τὸ שאל autem ita paſſim vſurpari, nemo eſt, vt arbitror, qui neſcit. Quod rogandi voce Papinius expreſſit. qui Syluarum lib. 4. Sylua 1.

Reſtant Bactra nouis, reſtat Babylona tributis
Frænari. nondum gremio Iouis Indica laurus:
Nondum Arabes Sereſque rogant.

Rogant, ſupplicant, ἱκετεύουσι. Cui τὸ ענה reſpondet. quoniam id, non reſpondere modo, ſed admittere, ſed exaudire, quod rogatur. vt cum Samuel rogaſſe Dominum aut exclamaſſe ad eum dicitur: cui additur deinde, ויענהו καὶ ἀπεκρίθη αὐτῷ. Helleniſtæ, καὶ ἐπήκουσεν αὐτοῦ. Thargumiſtæ, *& accipiebat precationem ejus.* quod minime alienum. In his eram, cum in manum pariter ac mentem Eſaiæ locus venit. Vbi Propheta, cum aduerſus idolorum ageret cultores, quorum defendi cauſam ac abominationem non poſſe videret, tandem addit, *nemo ex iis conſilium adhibuit: & ſi interrogabo, non reſpondebunt.* καὶ ἐὰν ἐρωτήσω αὐτοὺς, οὐ μὴ ἀποκριθῶσί μοι. tandemque concludit, *Ecce omnes iniqui,* aut, *iniquitas.* Ac ſi dicat, *Quod ſi quæram ex vobis, cur hoc modo me excipiatis, nihil reſpondebitis. Totum enim hoc vobis malignitas præſcribit mera ac iniqui-*

iniquitas. quod commode intelligetur. Nihil autem elegantius in Nouo
Fœdere, quam loci qui è Vetere alluduntur opportune aut tanguntur. In Lvc.
Paulo poſt ſequitur, Εἶπον δὲ πάντες, σὺ οὖν εἶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ; ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔφη,
ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἐγώ εἰμι. Οἱ δὲ εἶπον, τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτυρίας; αὐτοὶ γὰρ ἠκούσα- ỳ. 70.
μεν ἀπὸ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Recentior interpres, *Dixerunt autem omnes, tu ergo es*
filius ille Dei? Ipſe vero dixit eis, vos dicitis: nam ego ſum &c. Cur non autem,
Ipſe vero dixit eis, vos dicitis me eſſe? Quo ſenſu Tertullianus, *Vos dicitis, quia ego*
ſum, vt & vetus interpres. Obſtat Marcus, inquit, apud quem legitur, ὁ δὲ Ἰη-
σοῦς εἶπεν, ἐγώ εἰμι. *Ieſus autem dixit, ego ſum.* 14.62. Cum Pontifex ibi maximus,
hic interrogaſſe omnes, dicantur: neque enim ſemel, vt nec vni, id reſpondit.
quemadmodum nec apud alios Euangeliſtas, eodem ſemper modo, vt exiſti-
mo, reſpondit, σὺ λέγεις: forte, ne cum rogat quidem. interdum enim abſolute,
interdum vt interrogaret, extuliſſe id videtur: de quo alias. Sed ponamus, ni-
hil affirmari, nemo tamen dubitabit, quin & fateretur, & blaſphemiam exi-
ſtimarent, non negare ἀποτόμως ac ſimpliciter, quod quærebatur. cum ad
mentionem talium, & clamor excitari, & diſcerpi veſtes, vel ab audienti-
bus vel circumſtantibus, ſolerent. Quid, quod jam præceſſit, *fore vt ad*
dextram potentiæ Dei, filius ſederet hominis? cum qui abſolute hoc diceret,
Dei ſeſe filium profiteretur. Ex Matthæo enim, de blaſphemia pronunciaſſe,
veſteſque ob ea diſcerpſiſſe Pontificem, didicimus. cum præcedat ibi, Σὺ
εἶπας, hic ſequatur, Ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἐγώ εἰμι. Quod eſt, ſi credimus, interpreti,
vos dicitis, nam ego ſum: non autem, *vos dicitis, quod ego ſum.*

Cap. XX.

Caput vigeſimum tertium quartumque percurritur. ἐσθὴς λαμπρὰ, *qua indutus*
Dominus: & qualis. Veſtis alba, ejuſque vſus in eccleſia. λαμπροφορεῖν. λαμ-
προφορία. *alba veſte induti baptizati. etiam pueri. in albis mori. Alba veſtis*
etiam Hebræis innocentiæ nota: & magnatum propria. λαμπρότης, *candor.*
Παιδεύειν. παιδεία. τὸ παιδευτικὸν *in Deo.* ξύλον ὑγρὸν καὶ χλωρόν. *vetus Hebræorum*
de iis dictum. Duo latrones crucifixi cum Domino, ac diſſimillimi. Cruciario-
rum quorundam Romanorum deplorata in ipſo ſupplicio improbitas. Stupen-
dum in conuerſione alterius latronis miraculum. κρίμα. οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξε.
Ἄτοπον. *indecens. indecens morbus. indecens ſpectator. Verſus ac locus aliter*
diſtinctus. Futurum pro initio præſentis. τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει. *Locus,* οὐχὶ ἡ
καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν; *Quid ſit* καίεσθαι*: de hebetudine aut ſtupore,*
ex Hebræa conſuetudine, vſurpatum: quod ſimilibus probatur locis.

INter alia quæ patienti ac afflicto euenerunt Domino, & illud memo- Cap.
ratur, Ἐξουθενήσας δὲ αὐτὸν ὁ Ἡρώδης σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ καὶ ἐμπαίξας, πε- XXIII.
ριβαλὼν αὐτὸν ἐσθῆτα λαμπρὰν, ἀνέπεμψεν αὐτὸν τῷ Πιλάτῳ. Vbi recentior ỳ. 11.
interpres, *Herodes autem cum militibus ſuis quum eum pro nihilo habuiſſet, &*
illuſiſſet ei, amictum veſte ſplendida remiſit ad Pilatum. Hoc autem vult, *He-*
rodem, cum militibus, & contempſiſſe eum, atque illuſiſſe, tandemque indutum ve-
ſte tali, ad Pilatum remiſiſſe. Quali autem? *Splendidam* interpres noſter, *albam,*
antiquus, ex Eccleſiæ antiquæ conſuetudine ac praxi, dixit. In qua veſtem
albam, ſiue candidam, geſtabant baptizati. quod λαμπροφορεῖν, ſeu, λαμπρο-
φορίαν, dicebant. Photius, διὰ τοῦτο, φησὶν, οἱ φωτιζόμενοι ἑπτὰ ἡμέρας λαμπροφο-
ροῦσι. *ideo qui baptizantur, ſeptem dies, albis veſtibus induti incedunt.* Quod
jam quomodo intelligendum ſit, videbimus. Addit: τὸ μέν τοι λαμπροφορεῖν,
φησὶ, τοὺς βαπτιζομένους, τοῦ τῶν ἀγγέλων ἐστὶ σύμβολον λαμπρότητος· τὸ καθαρὸν ἐκείνοις
τοῦ νοῦ καὶ ἀμιγὲς τῆς ὕλης καὶ τῶν παθῶν διατυποῦσης. *Ejuſmodi geſtare autem habitum, quod*
qui baptizantur, ſolent, angelici candoris eſſe imaginem ait: quæ in illis puritatem
mentis, nulla materiæ, nulla affectuum impuritate mixtam aut pollutam, notat.

 Reſtat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN LVC. Reſtat jam, vt quomodo id veteres interpretentur, videamus. B. Ambroſius libro De iis qui myſteriis initiantur cap. 4. *Accepiſti poſt hæc veſtimenta candida, vt eſſet indicium, quod exueris inuolucrum peccatorum, indueris innocentiæ caſta velamina, de quibus dixit Propheta, Aſperges me hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Qui enim baptizatur, & ſecundum Legem & ſecundum Euangelium videtur eſſe mundus. Secundum Legem, quia hyſſopi faſciculo Moſes aſpergebat ſanguinem agni. Secundum Euangelium, quia Chriſti erant candida veſtimenta ſicut nix, cum reſurrectionis ſuæ gloriam in Euangelio demonſtraret. Supra niuem dealbatur, cui culpa dimittitur. Vnde & per Eſaiam Dominus ait, Si fuerint peccata veſtra ſicut phœnicium, vt niuem dealbabo.* &c. Vnde baptizatos, *niueum Eccleſiæ exercitum*, incertus autor Carminis De reſurrectione, quod Lactantio inſcribitur, vocauit. *Candidus egreditur nitidis exercitus vndis.* Vbi *exercitus candidus*, ὁ λαμπροφορῶν. Idem, *Fulgentes animas veſtis quoque candida ſignat, Et grege de niueo gaudia paſtor habet.* Fortunatus, *Lacteus huic veſti color eſt.* ne infinita prope alia adducam, quæ fortaſſe hanc in rem alii. Hæc eſt illa veſtis, quæ & veſtis Chriſti dicta: quæ & pueris, vel baptizatis, vel jam baptizandis, indui ſolebat. Vnde, qui in hac extincti, *mori in albis*, dicebantur. quemadmodum in Principum baptiſmis, ſerui quoque albis, aulæiſque ejuſmodi, templa indui ſolebant. Vt & hic, quod paulo ante diximus, œconomiæ ratio appareat. quippe, vt corona purpuraque indutus fuit verus Rex ac Princeps, & in ipſo Crucis titulo Rex Iudæorum dicitur qui erat, ita veſte innocentiæ indutus per contemptum fuit, vere innocens: haud ſecus ac magnatum veſte, qui magnatum erat maximus. Veſtis autem alba, ſiue candida, præterquam quod eorum, apud Hebræos quoque eſſet, qui חורים, hoc eſt, primores, dicebantur, non minus innocentiam notabat. Adeo vt ſapientes dicerent, verecundum neminem ac probum eſſe, אם לא יהיו בגדיו לבנים, *niſi albæ ejus veſtes eſſent.* Τὸ λαμπρὸν autem ita vſurpari, neque quiſquam neſcit, & jam etiam Grammatici notarunt. Gloſſæ Stephani, Λαμπρότης, *claritas, claritudo, ſplendor, candor.* Λαμπρύνομαι, *clareſco, candico.* Quis autem ſciet quæ ſit veſtis λαμπρὰ, niſi qui intelliget, quis albæ olim vſus eſſet in Eccleſia? quo reſpexit vetus ſine dubio, cum albam reddidit.
vſ. 16. Quo ſenſu paulo poſt dicatur à Pilato, παιδεύσας οὖν αὐτὸν ἀπολύσω, forte tanti eſt, vt obiter de eo cogitetur. Eo quo Macarius, videlicet, Hom. 42. λώροις βασανίσαι: deinde autem ipſum hoc, παιδείαν dixit. Παιδεύειν, enim dicitur qui cædit. quanquam & à S S. Patribus, de diſciplina, ſiue pœna quauis, id nonnunquam vſurpatur. Quod & aliter non multo, licet latius fortaſſe, ſumitur, cum Deum agere omnia, ἢ δημιουργοῦντα, ἢ προνοούμενον, ἢ παιδεύοντα, dicunt: & cum τὸ παιδευτικὸν in Deo, reſpondere volunt illi, quod in nobis θυμικὸν vulgo. vt cum Anaſtaſius Preſbyter, poſtquam de ſingulis humanæ animæ partibus egit, eaſq; ſingulis quæ Deo poſſunt tribui accommodauit, tandem addit, ἀντὶ παιδευτικοῦ, τὸ θυμικὸν καθέστηκε σύστημον. id eſt, quod θυμικὸν *in homine vocamus, illi, quod* παιδευτικὸν *in Deo dicitur, reſpondet.* Quo ſenſu, pœnam, qua à Deo affectus eſt Adamus, παιδείαν, οὐ τυχοῦσαν, dixit Epiphanius. Quod in animo autorem forte ad Hebræos tum haberet, qui, εἰ παιδείαν ὑπομένετε, ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ Θεός, dixit. Cum haud dubio de flagris hic accipiendum: vt τὸ μαστιγοῦν Iohannis ita exprimatur. Obſcure vetus, *emendatum ergo illum dimit-*
vſ. 31. *tam: caſtigatum* recentior. Eodem capite & illud occurrit, Ὅτι εἰ ἐν τῷ ὑγρῷ ξύλῳ ταῦτα ποιοῦσιν, ἐν τῷ ξηρῷ τί γένηται; Quod adeo verum eſt, vt prouerbialiter Magiſtri Hebræorum, duobus lignis aridis ad vnum viride exurendum, opus eſſe dicant. Sed & ὑγρὸν, non χλωρὸν, hoc eſt, *madidum*, non, *viride*, hic
vſ. 39. dixit. De latronibus in ipſo σωτηρίῳ πάθει dicitur, de altero quidem, ὅτι ἐβλασ-
40. φήμει αὐτόν. quod commune illi, cum quibuſdam Romanorum cruciariis, qui lubidine, aut doloris, vel cruciatuum potius impatientia, ſcurrando atque

atque cauillando expirabant: vt & ſpectatores conſpuerent nonnunquam. IN LVC.
Seneca De vita beata, *Qui in ſe ipſos animaduertunt, quot cupiditatibus tot*
crucibus diſtrahuntur. Et maledici, in alienam contumeliam venuſti ſunt. Crede-
rem illis, niſi quidam ex patibulo ſpectatores ſuos conſpuerent. Quanto autem fœ-
dius traducere συμπάσχοντα, qui eadem ſubiret: quanto fœdius ſceleſtiuſque,
innocentem, imo ipſam innocentiam, ac veræ innocentiæ, dum vixerat, ex-
emplum? De altero hic additur, ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἕτερος ἐπετίμα αὐτῷ, λέγων, οὐδὲ φοβῇ ỷ.40.
σὺ τὸν Θεόν; hoc eſt, *Etiamne Deum non times? etiamne contemnis quem ſentis? pu-*
nientem ſentis, neque times? qui (quod omnia exſuperat miracula) præſentem
& ſentiret & profiteretur Dominum: vt, qui latro hactenus, confeſſor ſubito
ac martyr ejus eſſet qui latronibus accenſebatur. Mihi quidem tale hoc mi-
raculum videtur, vt illuſtrius majuſque nullum alibi extare exiſtimem: nul-
lum, quod afflictos peccatorum mole animos attollat magis. Vt Theophi-
lum Alexandrinum ſæpe admirer, qui in eleganti Diſſertatione, ſiue Homi-
lia, cujus inſcriptio, *Cui ſimilis ſit homo*, duos ſe in primis ſerio conſideraſſe
ait: hinc Adamum, generis autorem, qui à Deo tot tantiſque priuilegiis do-
natus pariter ac bonis, ſemel cecidit ac omnibus repente excidit. Quod
cum cogito, à deſperatione parum intereſt quin, inquit, obrui me ſentiam.
Ὅταν δὲ εἰς τὰ κατὰ τὸν λῃστὴν τὸν νοῦν ἐπανάγω, καὶ γνῶ, ὅτι δι' ἑνὸς λόγου σέσωσται, ἐξαλειφθέν-
των αὐτοῦ πάντων τῶν ἁμαρτημάτων, ἀναψύχω τῇ ἐλπίδι, καὶ προστρέχω τῇ μετανοίᾳ· ἐπειδὴ
ἐκεῖνος τῷ ἔργῳ πέπτωκε, καὶ οὗτος δι' ἑνὸς λόγου σέσωσται· ἐκεῖνος θαύματα ἐξαίσια
εἶδε, καὶ παρήκουσεν· οὗτος οὐδὲν οἶδεν, εἰ μὴ τὸν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον καὶ ἠτιμωμένον,
καὶ ἐπίστευσε. *Cum ad ea autem quæ latroni euenerunt, animum conuerto, videoque,*
verbo vnico, deletis omnibus criminibus, ſeruatum, ſpe jam recreor reficiorque:
quin & ad reſipiſcentiam accurro. Si quidem re alter, ſiue, agendo, cecidit: alter
verbo vnico ſeruatus eſt. Alter ſtupenda viderat miracula, & non obediit. Hic
nihil, præter Chriſtum, eumque crucifixum, atque ignominia affectum, nouerat,
& credidit. Atque hic ille, quem latronem quidem, ſed εὐγνώμονα, in pre-
cibus quotidianis, ſiue Cathemerinis, poſteriores Græci dicunt. Summa
rei hæc eſt: Adamus, generis humani primogenitus, qui vere ac ſolus ante
lapſum feliciſſimus in terris fuit, ſimulac pro ſe & omnibus peccauit, Para-
diſo, cum in eo eſſet, ſubito ejectus eſt. Latro, generis humani peſtis, Para-
diſo redditur in cruce. nec differtur quod promittitur, & hodie futurus ibi
dicitur, ac verbo vnico ſeruatur. Idem ergo vitæ reſtituitur ab eo cum quo
moriturus erat: & in morte. Merito ad hoc exemplum igitur, quod recte
veteres Doctores ſuadent, animos peccator erigat, ac deſperare deſinat. hac
lege interim, vt & peccare deſinat: neque, quod clementia diuina, & vis mor-
tis ejus qui pro omnibus hanc tulit & qui eam ſic probauit, peccatori contu-
lit, licentiam peccandi aut ſecuritatem cæteris perſuadeat. quod à quo-
vis, cui prima pietatis cura eſſe debet, in ſimilibus notari locis velim. A
peccato enim maxime alienus fuit, qui hic peccatorem ſeruat: idem, nem-
pe, qui pro omnibus peccatum factus eſt. Quis autem in eodem non miretur
quæ hic pariter concurrunt? Primo, latrocinium ac pœnam latrocinii, de
qua hic autor agit: in qua ſimul ab hominibus ac Deo, hominum judicio,
damnatus, pœnitentiam, conuerſionem, fidem ſubito conſequitur, & vitam:
idque ab eo, qui omnipotentiam, & morituro, & in morte ſua, moriturus
ipſe, probat. Idem addit, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ. vbi κρίμα non tam damna- Ibid.
tio, vt arbitror, quam pœna aut vindicta. Appoſite Heſychius, Κρίμα, ἀνταπό-
δοσις Θεοῦ. Sequitur, καὶ ἡμεῖς μὲν δικαίως· ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν ἀπολαμβάνομεν· οὗτος ỷ.41.
δὲ οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξε. Vbi non recte, meo quidem animo, interpres recens, *nihil*
indecens fecit. Non enim περὶ πρέποντος tum agebatur: neque latro indecenter
agit cum mortales tollit, ſed facinoroſus ac ſceleſtus eſt. Bene autem vetus
& Eraſmus, *nihil mali*, id eſt, nullum facinus admiſit. Doctiſſimus Heſychius,

In Lvc. Ἄτοπα, πονηρὰ, αἰσχρά. qui &, ἄτοπον, ἔκθεσμον, πονηρὸν, αἰσχρὸν, & Ἀτοπίαν, αἰσχρό-
τητα καὶ πονηρίαν interpretatur. Eruditiſſimæ Gloſſæ, Ἄτοπος, *facinoroſus*, *fla-*
gitioſus. Eædem, *Indecens*, ἀπρεπές. Neque aliter Latini, niſi cum improprie
loquuntur. Itaque aliud eſt Martiali *indecens morbus*: eſt enim ἄῤῥητος, *de-*
teſtandus. Aliud, Maneius *indecens ſpectator*. lib. 5. *Illic cucullo proſpicit caput*
tectus, *Oculoque ludos ſpectat indecens vno*. Vtrunque ἄτοπος: diuerſa autem
ratione & modo. Video B. Hieronymum nulla de re magis, quam de ne-
gligentia ſcribarum, in his libris queri. Cui vt nonnullis in locis, & olim &
exorta literarum ac linguarum luce, obuiam itum eſt, ita, quod non ſemel
nobis dictum eſt, quædam inuexit, quædam confirmauit, inuecta nuper ver-
ſuum diſtinctio. Exemplo ſint quæ hic occurrunt. Quinquageſimus nimi-
℣ſ. 50. rum cum ſequenti. qui nunc ſic concipiuntur: 50. Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ὀνόματι Ἰωσὴφ,
51. βουλευτὴς ὑπάρχων, ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος· 51. Οὗτος οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος τῇ
βουλῇ καὶ τῇ πράξει αὐτῶν, ἀπὸ Ἀριμαθαίας πόλεως τῶν Ἰουδαίων· ὃς καὶ προσεδέχετο καὶ αὐ-
τὸς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Cum, vt in genere dicendi libero, & quod cohæret,
omnia continuanda ac ſic diſtinguenda ſint: Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ὀνόματι Ἰωσὴφ, βου-
λευτὴς ὑπάρχων, ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος (οὗτος οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος τῇ βουλῇ καὶ
τῇ πράξει αὐτῶν) ἀπὸ Ἀριμαθαίας πόλεως τῶν Ἰουδαίων. &c. Quis non videt enim,
& παρενθήκη eſſe opus, ne ſejungantur illa, ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος, ἀπὸ Ἀριμα-
θαίας πόλεως: cum cætera connexionem interrumpant, ideoque & includen-
da ſint. Recentior interpres: 50. *Tum ecce vir nomine Ioſeph, Senator, vir bo-*
nus ac juſtus: 51. *Qui non aſſenſus fuerat conſilio ac facto eorum, ortus Arima-*
thæa ciuitate Iudæorum. cum hæc cohæreant, nec ſeparanda ſint, *Ioſeph, Se-*
nator, vir bonus ac juſtus, ortus Arimathæa ciuitate Iudæorum. Neque enim
ideo aſſenſus facto conſilioque eorum non fuit, quod Arimathæus, ſed
quod bonus juſtuſque eſſet. Neque aliter antiquus quoque nunc diſtin-
guitur: qui tamen nec de noſtra verſuum diſtinctione cogitauit, & diſtin-
Cap. ctione recta veram expreſſiſſe mentem potuit. Capite vigeſimo quarto inter
XXIV. alia & illud legitur, Ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ.
℣ſ. 21. Vbi B. Ambroſius, futurum, vt initium præſentis, accepit. Ac ſi ſcriptum
eſſet, ὁ ἀρχόμενος λυτροῦσθαι. *Nos putabamus*, inquit, *quia ipſe erat, qui incipiebat*
Ibid. *liberare Iſrael.* vt in illo, Τότε ἄρξονται λέγειν τοῖς ὄρεσι. Sequitur, Ἀλλά γε σὺν πᾶσι
τούτοις τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον. Vbi illud, σὺν πᾶσι τούτοις, recentior in-
terpres, *præter hæc omnia*: vetus, *ſuper hæc omnia*, vt & Eraſmus. Mens eſt,
Hæc omnia cum ita ſint. Quod vulgo efficacius, *non obſtantibus his omnibus.* In
altero, intelligere non dubitem ὁ Θεός. quod ominis ac reuerentiæ cauſa
in talibus intelligunt Hebræi: qui quatuor literarum nomen animo aſſu-
munt. Vt τρίτην ταύτην τὴν ἡμέραν ἄγει, ſit, τρίτη ἄγεται ἡμέρα. ac ſi Græce dicas, ὕει,
βροντᾷ, aliaque id genus. Quod expleuit Theocritus, cum dixit, οὔπω μῆνας
ἄγων ἔκαμ' οὐρανὸς, οὐδ' ἐνιαυτούς: non raro enim Syris cœlum pro Deo. Ego,
vt de mortuo accipiatur, durum judico inprimis. idemque & recentiori vi-
ſum interpreti: qui id ſecutus tamen. Ab iiſdem Domini diſcipulis, quos
Cleopan fuiſſe & Nathanaëlem Epiphanius exiſtimat, poſt apparitionem
℣ſ. 32. Domini atque exhibitionem dicitur, καὶ εἶπον πρὸς ἀλλήλους, οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν
καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν; qui elegantiſſimus ſane locus, neque parum nos torſit.
cum interpretes nonnulli, ne libenter quidem, quod tamen facillimum,
dubitent. Quare igitur, arſiſſe ſibi cor dicunt, cum ſtultitiam aut hebetu-
dinem accuſant propriam? Alluſit ad τὸ בער, καίεσθαι. quod & fatuitatem no-
tat, vt & בער nomen: a quo *bardum* Latini fecerunt. Καιομένη ἦν ἡ καρδία ἡμῶν:
hebetes & bardi eramus. quomodo viri Sancti, quoties caliginem ſuam & hu-
manas tenebras cum Deo ejuſque myſteriis ac ſapientia contendunt, loqui
conſueuêre. Vt cum Regius Propheta Pſal. 73. ℣ſ. 22. *Ego brutus, & non*
cognoui: vt beſtiæ coram te fui. Quo reſpexiſſe potuit Sanctiſſimus Euange-
liſta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

liſta. Igitur, καιομένη ἦν ἡ καρδία ἡμῶν, eſt, quod, ἐμωράνθη ἡ καρδία ἡμῶν, Helleniſtæ dicerent: vt Eſaiæ 19. 11. ἡ βουλὴ αὐτῶν μωρανθήσεται. Ieremiæ 10. 14. Καὶ ἐμωράνθη πᾶς ἄνθρωπος ἀπὸ γνώσεως: quod eſt, נבער. & poſt ibidem aliquoties. Vulgo, *fit vt brutum:* hoc eſt, *bruteſcit.* Nam τὸ בער *brutum.* vnde & forte noſtrum *beer*, *vrſus.* brutum, quo nullum magis *brutum.* Cui ſimile eſt quod Flaccus Damaſippo dixit:

quiſquis
Ambitione mala, aut argenti pallet amore:
Quiſquis luxuria triſtique ſuperſtitione,
Aut alio mentis morbo calet.

Adde, quod pro hac ſententia, κεκαλυμμένη in optimis codicibus legitur.

Cap. XIX.

Euangeliſta Lucas, an Hebræos nonnunquam & Orientem expreſſerit. Mira recentioris interpretis in exprimendo articulo mos ac ratio. τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας. εὗρες χάριν, *es in gratia.* πᾶν ῥῆμα. ῥῆμα, *res, non verbum, ſed factum. Reſpexit humilitatem ancillæ. reſpexit humilem ancillam.* προέκοπτεν σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ. ἡλικία, ὁ τῆς ἡλικίας χρόνος, *non ſtatura, vt interpres.* ἐπιστὰς ἐπάνω αὐτῆς. ἀπέχετε τὴν παράκλησιν, *perceptum habere ſolatium.* ἀνέδειξεν, *& an recte, deſignauit.* τὰ ἐνόντα. τὰ ἐνόντα δότε. ἄπιστοι, *infidi, & an recte.* ἀνωρθώθη, *ſurrecta eſt.* τὰ πρὸς εἰρήνην. *pax.* πορευθεὶς ἐκολλήθη. κολλᾶσθαι, *Helleniſtis quomodo vſurpatum.* οὐ δυνήσῃ ἔτι οἰκονομεῖν. λυσιτελεῖ αὐτῷ, εἰ περίκειται. *Alia nonnulla in eodem recentiori interprete notata.* ὁ ἀγαπητός. ἐπιλαβέσθαι αὐτοῦ ῥήματος. ἀσπασμοὶ ἐν ἀγοραῖς. ἀγορὰ, *quod foris, platea.* Ἀνακόλουθον *recentiori non recte expreſſum.* Χριστὸν βασιλέα. *illi eorum libidini.* σκυθρωποί ἐστε. παρεβιάσαντο αὐτὸν, *adegerunt eum.*

PErſuaſum pleriſque, aut nonnullis ſaltem, video, ita Græce hunc Euangeliſtam locutum, vt de charactere, vel Hebræo, vel Syro, qui à cæteris exprimitur, vix cogitarit. Non enim velle hoc arbitror, vt Attice ſcripſiſſe dicant, aut ad Luciani, (abſit vero!) Phrynichi, aut Thomæ denique Magiſtri, normam exploranda hæc judicent. De quo parum equidem ſollicitum fuiſſe, haud pauca ſunt, ni fallor, quæ euincunt. Neque hoc vel promouendæ veritatis ratio ac Euangelii tum poſtulabat, vel ſtupenda Dei prouidentia, quæ lingua vti voluit peculiari, quam & Græci intelligerent, qui voces proprias agnoſcerent, Orientales autem, propter phraſes ac idiotiſmos ſuos, facile addiſcerent, tum admittebat. Inter eos igitur fuiſſe Lucam, qui ad Orientem in ſcribendo oculos conuerteret, ne ſim prolixior, vel pauca facile euincent. In Salutatione Angelica, cap. 1. ỿſ. 28. cum Χαῖρε κεχαριτωμένη dicitur, præter ea quæ de voce hac notamus, ad τὸ חנה (*Hanna*, ſcilicet) quo nomine vxor Elcanæ, ac Samuelis mater, dicta fuit, alluſiſſe, ſed vrbane ac occulte, Angelus videtur. Qui, *Salue, ô miſericordia donata*, inquit, *vera Hanna*, ſiue מוחנה *muhanna*, ad verbum. Quemadmodum & Sancta Virgo, (atque id non ſine cauſa & ſuauiſſima alluſione factum) ſuo, quod ſequetur, Cantico, diuinum Hannæ contraxiſſe ac reſpexiſſe Canticum videtur: quod in re ſimillima, iiſdem pene verbis, expreſſit. Cum altera earum, ſterilis, hæc autem virgo; illa Samuelem typicum, hæc ipſum nobis dederit. de quo τὸ שמו אל *nomen illi Deus*, vere vſurpari poteſt. Ibi,

Arcus & fortes confracti ſunt, & debiles accincti ſunt robore.
Saturi pro panibus operam locarunt, & famelici ceſſarunt: adeo vt ſterilis
pepererit ſeptem, & quæ multiplicabat liberos, infirmata ſit.

Hic,

Forte facinus fecit brachio ſuo. diſſipauit ſuperbos cogitatione cordis eorum.
Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles.

quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN LVC. quæ, vt & cætera pene omnia, ejuſdem argumenti, & ſic parallela ſunt. Idem cum addit, εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, compellationem illam, Magiſtris quoque vſitatam, מנשים באהל תבורך: *præ mulieribus in tentorio tuo benedicta ſis*, quod contracte, מבת ſcribunt, alluſiſſe dicas. Sed & Eliſabetha capite eodem cum dicit, Καὶ πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου πρός με; illud, πόθεν μοι τοῦτο, manifeſte formulam ab illis vſitatam מנא לן, *vnde hoc nobis*, πόθεν ἡμῖν τοῦτο, reſpexit. quod contracte illi מ״ל. Senex Simeon ſecundo capite, Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, *Nunc dimittis ſeruum tuum, Domine*, cum dixit, ad illorum נא, hoc eſt, נָא אֲדֹנָי, *Nunc Domine*, ſiue, *Quæſo Domine*, quo & τὸ נָא אֲדֹנָי, ſi de Deo loquantur, exprimunt, reſpexit. quem & hic Δεσπότην, non Κύριον compellat. Quod è Theologis antiquis adeo quibuſdam placuit, vt τριδέσποτον, ipſam SS. Trinitatem dicerent. A quo libentius abſtineam: vt nec ſingulas perſonas δεσποτολογεῖσθαι, ſed vſitatius, κυριολογεῖσθαι, dicam. Nunc ad rem. Δέομαί σου Δέσποτα τὸν δοῦλόν σου ἀπόλυε, *quæſo*, inquit, *Domine ſeruum tuum nunc dimitte*. Quod ſupplicantis pariter ac blandientis eſt. qualia quin plurima vbique occurrant, vix dubitandum. Vno interim nunc defungemur. In parabolis cum, τίνι ὅμοιον τοῦτο, ἢ τίνι ὁμοιώσω τοῦτο; item τίνι ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ τίνι ὁμοιώσω αὐτήν; τίνι ὁμοιώσω τοὺς ἀνθρώπους τῆς γενεᾶς ταύτης; καὶ τίνι εἰσὶν ὅμοιοι; à noſtro aliiſque dicitur, quis dubitat, quin formulam illorum in re ſimili, quæ eſt, למה הדבר דומה, τίνι τοῦτο ὅμοιον, *cui hæc res ſimilis*, reſpexerit? Atque hæc hactenus. Porro, cum recentior interpres hoc vbique egerit, vt in antiquo, licet ab antiquitate admiſſo ac probato, quæ mutanda viderentur, immutaret, nec contentus eo, nouam ipſe interpretationem daret (ne nunc de Eraſmo dicam, à quo paſſim ac liberrime recedit) quis vertendum vitio exiſtimabit mihi, ſi, quod ab aliis jam factum, veritatis ſtudio hoc tribuam, vt ingenue ac candide in ea quæ occurrunt, inquiram: ab ambitione omni, omni ſugillatione, quarum cauſas procul habeo, ſi quiſquam, alienus. Quare, etiam hoc loco, ſi quæ ſupra forte prætermiſſa ſunt, in quibus proprium ſecutus eſt judicium, quod euenire ſolet omnibus, in aliorum gratiam notabimus. Capite I. ℣ſ. 5. *Fuit diebus Herodis illius Regis Iudææ.* Quod Euangeliſta, Ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου, τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας. Primo non exiſtimem peccari, *ſi in diebus*, dicatur. Deinde, quomodo *illius Regis Iudææ?* Vt à tetrarcha, inquit, Galilææ diſtinguatur. Quod ſi voluit Euangeliſta, bis ab eo diſtinguitur, ni fallor. qui & Rex, cum alter proprie non eſſet, tum & τῆς Ἰουδαίας dicitur: quo iterum diſtinguitur ab eo, qui tetrarcha tantum Galilææ primo fuit. Quare igitur *illius Regis* dixit? cum vel ideo, articulo non opus, quia aliter diſtinguitur ac ſeparatur. qui non magis forte hic exprimendus, quam ſi quis pro τῆς Ἰουδαίας, *illius Iudææ*, dicat. Cæterum de exprimendi ratione articuli ac conſuetudine, qua hic interpres vtitur, cum alibi, tum ad Iohannis primum dicturi ſumus. Sed & hoc miramur, quod cum nonnunquam Hebraiſmos, licet minus obuios, ſollicite ac ſtudioſe exprimat aut repræſentet, eodem capite, cum dicitur, καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος αὐτῇ, μὴ φοβοῦ Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ, metuiſſe videtur, ne ſi, *inueniſti gratiam*, cum Sancto Spiritu dicatur, aliud, non idem, dicatur. quaſi aut periculoſi nobis Hebraiſmi ſint quos ille approbauit, aut non apud Regem inuenire gratiam dicatur, qui benignitatem ejus ac fauorem experitur: cum & Græce & Latine id facillime intelligatur: neque aut nouitatem præ ſe vllam aut aſperitatem ferat. Vetus ergo cum dixiſſet, *inueniſti enim gratiam apud Deum*, recentior, *es in gratia apud Deum*, ibi reponendum judicauit. quod haud facile præ altero admittam, qui libenter cum ſcriptura loquor. Porro è veteribus Noachus, niſi fallor, primus gratiam, in oculis Iehouæ inueniſſe dicitur: nec aliter interpretes Latini: ne vel plus vel minus ibi dicerent, quam Hebraiſmus præſcripſiſſet. Eodem capite cum legitur, Ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ

Θεῷ

Θεῷ πᾶν ῥῆμα, recentior interpres, *Quia apud Deum non erit impoſſibile vllum verbum.* Imo, *res vlla.* Quis non enim hic exponi Hebraiſmum malit? de quo alias non ſemel. Neque id ipſe interpres ignorauit, de quo agimus, qui cap. 2. ℣ſ. 15. cum legitur διέλθωμεν δὴ ἕως Βηθλεὲμ, καὶ ἴδωμεν τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ γεγονὸς, non, *verbum*, reddidit, ſed *factum. Et videamus factum iſtud.* vbi vetus, *& videamus hoc verbum quod factum eſt.* Ita ejuſdem Euangeliſtæ 20.3. cum dicitur, Ἐρωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ ἕνα λόγον, recentior, *Interrogabo vos & ego rem quandam.* vetus, *vnum verbum.* Saltem cogitaſſet, cum Latinitatis ſtudioſum alibi non male ſe profiteatur, de loco Samuelis, vbi de Ioabo dicitur, *miſitque Ioab, & renunciauit Dauid,* את כל דברי המלחמה, *omnia verba prælii:* ad verbum, aut *ſermones.* cum intelligantur, omnia quæ geſta in prœlio. Vbi Targumiſtæ עסקי קרבא *belli negocia.* Eruditi interpretes Latini, *geſta prælii.* quanuis Helleniſtæ, πάντα τὰ ῥήματα τοῦ πολέμου. Quod non magis Græcus intelligat, quam Romanus, ſi ad verbum *belli ſermones*, cum quibuſdam dicas. licet in Hebraiſmo, ne Magiſtris quidem quicquam vſitatius, quam ita loqui. Quid autem eſt torquere imperitos Hebraiſmi, ſi hoc non eſt? Sed & quam pleriſque locis id interpretem non deceat, exemplo vno alteroque videamus. Exodi 18. populus, è conſilio Ithronis, ſoceri Moſis, negotia quæcunque grauiora eſſent, ad Moſen, quæ leuiora, ad eos quos ex omni Iſraële deligebat Moſes, retuliſſe dicitur. Redde, vt legitur, *verbum omne durum referebant ad Moſen, & omne verbum paruum judicabant ipſi*, quis non aliena dici exiſtimabit? Vt & minus gloſſa dicat ordinaria, cum *quæſtionem* reddit: quaſi non de controuerſiis negotiiſque ageretur. Ita, ſi quis, quoties τὸ דבר, etiam in Magiſtrorum ſcriptis eo ſenſu occurrit, *verbum*, aut, *ſermonem* interpretur, parum judicio conſtare videatur. Vt cum, exempli cauſa, dicunt, אין לך דבר שאין לו גדר, *nihil ne habes, quod non habet ſepem?* Vbi quis ferat, *nullum ne verbum tibi, quod non habet ſepem?* Eodem loco, cum quærunt, *quæ ſit ſeps fidei*, reſpondetur autem, שלא תירא דבר, *ſi nihil*, aut, *rem nullam, metuas*; redde, *ſi verbum nullum metuas*, quis interpretationem aſſequetur? Iidem, cæteris cum fidem præferunt, dicuntque אין דבר גדול מן האמונה, quis dicat, *nullum verbum eſſe majus fide?* Quid quod ipſe Syrus qui, ex vſu linguæ, ſuo מלא, aut ſimili hic vti poterat, ſimpliciter, *nihil quicquam difficile eſſe Deo*, dixit? Quod ſi autem ſolus non cum Oriente, vt ante dicebamus, loquitur hic ſcriptor, vnde hæc generiſque ejuſdem alia? in quibus lectoris intereſſe arbitror, vt intelligatur interpres. Neque Eraſmum ſane aut antiquum deliquiſſe quicquam arbitror, quod ℣ſ. 48. ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ, *quia reſpexit ad humilitatem ancillæ ſuæ*, ad verbum reddiderunt. Pro quo noſter, *humilem ancillam*, maluit. Quo non opus, niſi fallor. Et nonne ſi humilitas meretur aliquid vt virtus, qualis ענוה Hebræis, etiam ancilla humilis, nonnihil merebitur, vt talis? manebit ergo ambiguitas. Quæ autem ſit ταπείνωσις, ſequentia oſtendunt. Nam Theophylactus, qui ἐπ᾽ ἐμὲ τὴν ταπεινὴν hic dixit, non interpretationem, ſed, quod nemo neſcit, Commentarium ſcribebat. Capite ſecundo ℣ſ. 52. cum de Seruatore dicitur, ὅτι προέκοπτε σοφίᾳ, καὶ ἡλικίᾳ, καὶ χάριτι, παρὰ Θεῷ, καὶ ἀνθρώποις, non video, cur dici non poſſit, profeciſſe, vt ætate, ita ſapientia. hoc eſt, quantum annis ac ætate, tantum profeciſſe ſapientia. Nec aliter veteres. Titus Boſtrorum Epiſcopus, è Chryſoſtomo haud dubio; vt ſolet, συμπροσάγων τῷ χρόνῳ τῆς ἡλικίας τὴν ἔκλαμψιν τῆς θεότητος. Vbi certe ὁ τῆς ἡλικίας χρόνος, ætas, non ſtatura eſt. Recens tamen, *Ieſus vero proficiebat ſapientia & ſtatura.* quia alibi Euangeliſtæ ſic loquuntur, quod ignorat nemo: vt & qui ſint μεσήλικες, cum ad corpus refertur. Neque ex eo tamen ſequitur, hoc loco ſic accipiendum: cum baptiſmi præſertim hiſtoria ſequatur: vbi accurate ætas Domini ab hoc Euangeliſta exprimitur. Quam ἀνάδειξις & prædicatio mox ſequitur: quæ ætatem & ipſa juſtam requirebat. Quid vero

IN LVC. idem voluit, cum capite 4. vſ. 39. dicitur, καὶ ἐπιστὰς ἐπάνω αὐτῆς, de Domino ac ſocru Petri? An, non more medicorum, adſtitiſſe ad caput ejus? Quod, *à capite ægri ſtare* medicorum Latinorum elegantiſſimus Cornelius Celſus diceret. qui lib. 3. cap. 6. *Ob quam cauſam medicus, neque in tenebris, neque à capite ægri debet reſidere, ſed illuſtri loco aduerſus eum. vt omnes notas ex vultu quoque cubantis perſpiciat.* Recentior, *Tunc ipſe adſtans ſupra eam.* Capite ſexto, vſ. 24. ὅτι ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν. Idem recentior, *nam perceptum habetis ſolatium veſtrum.* Cur vero non ſimpliciter, *nam ſolatium veſtrum jam percepiſtis?* Eodem capite illud, vſ. 46. Τί δέ με καλεῖτε, Κύριε, Κύριε; quanuis ex Hebraiſmo, plane tamen ſimile illi, *non ego, quem vocas Dilecte, Mecœnas obibo.* Capite decimo, vſ. 1. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀνέδειξεν ὁ Κύριος καὶ ἑτέρους ἑβδομήκοντα, καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς ἀνὰ δύο πρὸ προσώπου αὐτοῦ εἰς πᾶσαν πόλιν καὶ τόπον, οὗ ἔμελλεν αὐτὸς ἔρχεσθαι. Recentior interpres, *Poſt hæc autem deſignauit Dominus etiam alios ſeptuaginta, miſitque eos binos ante faciem ſuam in omnem vrbem & locum, quo futurum erat vt ipſe veniret.* Quomodo deſignauit, ſi ſtatim miſit? Certe nec conſul deſignatus, ideo fiebat ſtatim conſul: nec legatus, quod hic euênit, qui ſtatim aliquo mittitur, legatus deſignatur, ſed fit. Quod Budæus, *creandi* verbo exprimendum nonnunquam monuit: & ex Helleniſtis obſeruatum oportuit. apud quos, in libris Eſdræ ac Maccabæorum præſertim, βασιλέα ἀναδείξασθαι, aut alium, cum dignitate dicitur, qui creauit. Οὗτος γὰρ παραλαβὼν τὴν βασιλείαν, ἀνέδειξεν ἐπὶ τῶν πραγμάτων Λυσίαν τινά. *Hic accepto quippe regno, Lyſiam quendam rebus præfecit.* 2 Maccab. 10. 11. Vbi *conſtituendi* verbo recte vſus eſt interpres vetus. Et quid ſi ſimpliciter dicamus, *Poſt hæc autem conſtituit Dominus etiam ſeptuaginta alios?* Vbi enim, ſi non hic, etiam Latine cum loquimur, proprie loquendum eſt? quod in veteri interprete, tanquam pro jure ſuo, etiam in minimis, recentior interpres exegit. Capite vndecimo, vſ. 41. Πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην. Recentior, *Imo, ea quæ penes vos ſunt date in eleemoſynam.* Cur non autem, *Imo, pro eo quod vobis eſt,* aut, *in poteſtate veſtra eſt,* aut, *quantum poteſtis.* quod, τὸν ἐνόντα τρόπον, dicunt Attici. Capite 12. vſ. 46. Καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων θήσει. Recentior interpres, *partemque cum infidis ei aſſignabit.* Cur non cum *infidelibus?* An quia minus Romanum hac ſignificatione eſt? quaſi vero Romanum hac ſignificatione ſit *infidus.* Quid autem S S. Patribus aliiſque fiet, quibus ἄπιστοι ſunt *infideles?* neque Auguſtinus diſputat, an infidorum, ſed an infidelium opera, peccata ſint. Capite decimotertio, vſ. 13. καὶ παραχρῆμα ἀνωρθώθη. quod, *& illico ſurrecta eſt,* moleſte recentior interpres. Capite decimoquarto, vſ. 32. Εἰ δὲ μή γε, ἔτι αὐτοῦ πόῤῥω ὄντος, πρεσβείαν ἀποστείλας, ἐρωτᾷ τὰ πρὸς εἰρήνην. Recentior, *Alioqui, cum adhuc illic procul eſt, rogat ea quæ ad pacem ſpectant.* Moleſte inprimis. Τὰ πρὸς ἐμὲ, mea ſunt: τὰ πρὸς εἰρήνην, etiam ipſa pax: non minus quam οἱ περὶ τὸν Πέτρον, Petrus dicitur. quemadmodum τὰ πρὸς τὸ παρὸν, non ſemper ea quæ ad præſens tempus ſpectant, ſed ipſum præſens tempus denotat. Capite decimoquinto, vſ. 15. Καὶ πορευθεὶς ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας ἐκείνης. Recentior, *Abiit igitur & adhæſit vni ex ciuibus regionis illius.* Imo, *Abiit igitur acceſſitque quendam ex ciuibus,* &c. Ita cum alibi, tum in Actis: vbi προσελθεῖν & κολλᾶσθαι ταυτοδυναμοῦντα ſunt idemque valent. Ita, Πρόσελθε καὶ κολλήθητι τῷ ἅρματι τούτῳ. *Accede, currumque iſtum pete.* Ita, κολλᾶσθαι καὶ προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ. quemadmodum eandem vocem נגש, accedendi ſignificatione, modo προσπορεύεσθαι, modo κολλᾶσθαι, exponunt Helleniſtæ. Quorum conſuetudinem vſumque, cur non magis ad animum admiſerint eruditi, aſſequi non poſſum: cum hinc omnia in his accerſenda ac petenda ſint. Capite 16. vſ. 2. Οὐ γὰρ δυνήσῃ ἔτι οἰκονομεῖν. Recentior, *non enim amplius poteris eſſe diſpenſator.* Sufficere poterat, *eris.* Manifeſtus enim Hebraiſmus, de quo alibi. qui & mollius efferri poteſt. Eodem capite cum

dicitur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

dicitur, καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται, vide quæ ad eum locum à nobis annotata ſunt. In Lvc. Quis autem non miretur, vel Budæum, vel alios qui Budæum in Pandectas hic ſecuti ſunt, vocem *chaos*, qua antiquus vtitur interpres, corruptam, ac pro eo, *chaſma*, legendum arbitratos: quo & Alcuinum ſupra vſum diximus. Ac quod ad vocem quidem eam, neque commodam, nec dignam ſatis, cum ex recepto paganis vſu accipitur, Chriſtianis exiſtimamus: qui vt omnia ex nihilo facta credunt, ita, quod præceſſit illud nihil, nihil eſſe credunt: quemadmodum pagani, poſt creata omnia, non amplius id eſſe crediderunt. vnde & ex mutatione τοῦ χάους in omnia quæ facta ſunt, metamorphoſes ſuas ingenioſiſſimus poëta inchoauit. Sed quomodo aut quando corrupta ea vox eſt? qua, vt cæteros omittam, Ambroſius hoc loco, etiam Auguſtinus vſus eſt. qui, *chaos enim*, inquit, *magnum, quid eſt niſi quidam hiatus, multum ea ſeparans, inter quæ non ſolum eſt, verum etiam firmatus eſt?* Epiſtola ad Euodium 99. Nam Tertullianus *magnum profundum*, dixit: qui lib. aduerſus Marcionem 4. *magnum intercedere regiones iſtas profundum & tranſitum vtrinque prohibere*, dixit. Capite decimo ſeptimo, ỷſ. 2. Λυσιτελεῖ αὐτῷ, εἰ μύλος ὀνικὸς περίκειται περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ἔρριπται εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἵνα σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων. Recentior, *Expedit ei, ſi mola aſinaria circumponatur collo ejus, & abjectus fuerit in mare, potius quam vt offendiculum objiciat vni ex paruis iſtis.* Vetus, *Vtilius eſt illi, ſi lapis molaris imponatur circa collum ejus, & projiciatur in mare, quam vt ſcandalizet vnum de puſillis iſtis.* Rectius ſimpliciuſque dicas, *Vtilius illi eſſet molam aſinariam necti collo ejus atque in mare abjici, quam vt vni è paruis iſtis ſit offendiculo.* Et ita Latini loquuntur. notum illud, *Vtilius ſtarent etiam nunc mœnia Phœbi.* Et quod Lucas εἰ περίκειται, Matthæus, ἵνα κρεμασθῇ, dixit. *vt in collo, aut de collo ejus, ſuſpendatur.* quemadmodum & Geographis antiquis, περικείμενα, vicina, aut annexa, dicuntur. Ibidem ỷſ. 13. Καὶ αὐτοὶ ἦραν φωνήν. Recentior, *Et extulerunt vocem.* Imo, *ſuſtulerunt.* notum illud, *pars tollere vocem.* Sequitur, καὶ ἰδὼν, εἶπεν αὐτοῖς, πορευθέντες ἐπιδείξατε ἑαυτοὺς τοῖς ἱερεῦσι. Recentior, *profecti oſtendite vos ſacerdotibus.* Imo, *ite, & exhibete vos ſacerdotibus.* Ibid. ỷſ. 30. Κατὰ ταῦτα ἔσται ᾗ ἡμέρᾳ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀποκαλύπτεται. Recentior, *Secundum hæc erit dies, quo filius hominis detegetur.* Ac ſi ſcriptum eſſet, Κατὰ ταῦτα ἔσται ἡ ἡμέρα, ᾗ. &c. Vetus ad verbum, *Secundum hæc erit, qua die filius hominis reuelabitur.* Quis autem Ἀποκάλυψιν Iohannis, *Detectionem* dicat? Et cur ipſe, cum 2 Corinth. 12. 7. dicitur, Καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, *excellentiam reuelationum*, non, *detectionum*, reddidit? Neque video, cur rejiciendam eam vocem exiſtimauerit. Eruditiſſimæ Gloſſæ, Ἀποκάλυψις, *retectio, reuelatio.* Quid quod ne antiquis quidem Patribus ea vox diſplicuit. Nam de Auguſtino quid dicemus, qui cum de hoc loco, lib. 3. De doctrina Chriſtiana agit, pauciſſimas intra lineas, ſexies *reuelandi*, aut, *reuelationis*, voce vtitur? Adde, quod vt vſitata, ita efficacior *vox reuelandi.* adde, quod vt plurimum Latinis fraudes detegi ac ſcelera dicuntur. Vt vt ſit, inter eos me profiteor, qui à vocibus receptis ab Eccleſia, ac vſu quaſi conſecratis, non temere abeundum arbitrantur. Capite vigeſimo, ỷſ. 13. πέμψω τὸν υἱόν μου τὸν ἀγαπητόν. *mittam filium illum meum dilectum*, imo, *filium meum vnicum.* de quo ſupra. Quod & res ipſa docet. vide interim quæ prolixe alibi notamus. Ibid. ỷſ. 17. Λίθον, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. Vetus interpres, *Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli.* Atticiſmo vſitato, quem paſſim veteres affectant. Recentior, *quem lapidem.* quod neceſſe non erat. Ibidem, ỷſ. 26. Καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἐπιλαβέσθαι αὐτοῦ ῥήματος. Recentior, *Itaque non potuerunt ejus verba carpere.* cum efficaciter dictum videatur: pro, οὐδὲ μόνου ῥήματος, *ne in vno quidem verbo.* vt ſit, *ne in vno quidem verbo carpere eum potuerunt.* Eodem

IN LVC. capite, cum dicitur, ℣ſ. 46. καὶ φιλούντων ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, recentior, *& amant ſalutationes in foris*. Imo, *foris*, ſiue, in plateis & publico. quomodo τὸ ἀγορὰ paſſim accipi hic ſolet. Quod & Syrus vidit. nos de eo autem alibi. Capite vigeſimo primo, ℣ſ. 4. cum legitur, Ἅπαντες γὰρ οὗτοι ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς ἔβαλον εἰς τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ, eleganter, quanquam inuſitate, quæ in gazophylacio reponebantur, dona Dei dixit: quæ & ſimpliciter dona dicebantur. Vnde & arcæ Eleemoſynæ inſcriptum erat מביא. Quod eſt מתן בסתר יכפה אף. *Donum in abdito, auertit iram.* quod in abdito donatur Deo, Dei auertit iram. Ibidem, ℣ſ. 6. Ταῦτα ἃ θεωρεῖτε, ἐλεύσονται ἡμέραι, ἐν αἷς οὐκ ἀφεθήσεται λίθος ἐπὶ λίθῳ, ὃς οὐ καταλυθήσεται. Quod vetus interpres, *Hæc quæ videtis, venient dies in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.* Vt ſit, Τὸ μὲν περὶ ταῦτα, ἃ θεωρεῖτε. *Quod ad illa quæ videtis.* Recte. Recentior, *Hæccine ſpectatis?* Quis autem neſcit, etiam Atticis trita eſſe ἀνακόλουθα ac peruulgata? Capite vigeſimo ſecundo, ℣ſ. 37. cum dicitur, καὶ γὰρ τὰ περὶ ἐμοῦ τέλος ἔχει, recentior, *nam ea quæ ſcripta ſunt de me, finem habent;* memor loci illius Lucæ cap. 18. ℣ſ. 31. καὶ τελεσθήσεται πάντα τὰ γεγραμμένα διὰ τῶν προφητῶν περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. Qui locus ac ſimiles, efficiunt, vt, *impleta ſunt*, hoc eſt, ἐπλέσθη, ἐπληρώθη, hic malim. neque enim quiſquam ignorat, ita Iohannem loqui: qui, μετὰ τοῦτο εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι πάντα ἤδη τετέλεσται, ἵνα πληρωθῇ ἡ γραφὴ, λέγει, διψῶ. tum quam efficaciter, circa extrema Domini ab eo dictum ſit, Τετέλεσται, eodem capite. Vt ſic dicat, τὰ περὶ ἐμοῦ, τέλος ἔχει. quanuis & aliter Euangeliſtis vſurpari non ignorem. Capite vigeſimo tertio, ℣ſ. 2. Τοῦτον εὕρομεν διαστρέφοντα τὸ ἔθνος, καὶ κωλύοντα Καίσαρι φόρους διδόναι, λέγοντα ἑαυτὸν Χριστὸν βασιλέα εἶναι. Vbi, licet non ignorem Χριστὸν & βασιλέα, pro eodem alibi in his libris vſurpari, non poſſum ab antiquo diſſentire interprete: qui, *Chriſtum Regem*, non autem, *Chriſtum*, id eſt, *Regem*, conuertit. Recentior, *Comperimus iſtum peruertere gentem, & vetare tributa dare Cæſari, dicendo, ſe Chriſtum, id eſt, Regem eſſe.* Ibidem, ℣ſ. 25. Ἀπέλυσε δὲ αὐτοῖς τὸν διὰ στάσιν καὶ φόνον βεβλημένον εἰς τὴν φυλακὴν, τὸν δὲ Ἰησοῦν παρέδωκε τῷ θελήματι αὐτῶν. Sæpe dixi, ſatis admirari me non poſſe, quid in mentem recentiori venerit interpreti, qui, vel omnes, vel vbi minimum id decet, exprimendos exiſtimat articulos. Cujus rei illuſtriſſimum hoc loco exemplum habemus. ita enim hunc reddidit: *Dimiſit autem eis illum, qui propter ſeditionem & cædem conjectus fuerat in carcerem, quem petierant: Ieſum vero tradidit illi eorum libidini.* Quod quis intelligat? Vetus ſimpliciter, *Ieſum vero tradidit voluntati eorum.* non autem, *ei voluntati eorum*, vel, *libidini*. nec in ſacris *libidinem* hoc ſenſu dicam; *voluntate* contentus. Capite vigeſimo quarto, ℣ſ. 17. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτοὺς, τίνες οἱ λόγοι οὗτοι, οὓς ἀντιβάλλετε πρὸς ἀλλήλους περιπατοῦντες, καί ἐστε σκυθρωποί; Vbi vetus, *Qui ſunt hi ſermones, quos confertis ad inuicem ambulantes, & eſtis triſtes?* Recentior, *quos confertis inter vos ambulantes: & quid eſtis tetrico vultu?* quaſi non de mœrore hic loquatur Dominus, aut quaſi idem ſit, *tetricum*, & *triſtem eſſe*. Ab Helleniſtis quidem certe, qui vel inſpexit eos, de triſti, eam vſurpari vocem, neſcire nemo poteſt: cum Romanis longe aliud ſit, *eſſe tetricum*. Quidni enim? Niſi poëta forte, qui dixit, *Non tetrica nugas exigat aure meas*, mœſtam aurem, aut, qui *tetricas Sabinas* dicat, dolore afflictas ac mœrentes ſignificet? Non magis certe quam qui *tetricum lectorem* dicit, talem intelligit. Notum poëtæ Hiſpani illud, *Lectores tetrici ſalebroſum ediſcite Sanctram.* Vt concludam: Σκυθρωπὸν Helleniſtis eum quoque dici, qui mœrore affligitur ac languet, non negamus. Et illuſtre, vt cætera omittam, Geneſ. 40. de pincerna Pharaonis ac piſtore, exemplum habemus. qui, poſt ſomnia oblata ſibi, זעפים, hoc eſt, *mœrore afflicti*, cum eſſent, de cauſa quæſiuiſſe dicitur Ioſephus: quod, vt hic Helleniſtæ, τί ὅτι τὰ πρόσωπα ὑμῶν σκυθρωπὰ σήμερον; *cur mœrorem vultus veſtri præ ſe ferunt, hodie?* Hebræus רעים, Chaldæus בישין

mali

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

mali, ad verbum: quod iidem Chaldæi נסיסין plerunque, ac ſi, *mœrore perturba- ti*, dicas: id autem, quod ibidem paulo ante τεταραγμένοι, Helleniſtæ dixerunt. Vt ne dubitandum quidem ſit, quin mœſti quoque aut dolore afflicti, σκυ- θρωποὶ dicantur Helleniſtis. Sed, an ideo, qui mœſtus, *tetricus* Romanis? Abſit vero. Nec mœroris cauſa hic diſſimulatur. Ereptum Dominum ac Seruatorem ſibi, quem amabant, quem admirabantur, quanuis nondum, vt debebant, cum πληροφορίᾳ, ac perfecta fide, viderant: vt de reſurrectio- ne ejus, de qua aliquid intellexiſſe ſe dicunt, adhuc tamen dubitarent. Atque hinc mœror ille ac dolor, quod fatentur. *Nos autem ſperabamus, illum eſſe,* ajunt ipſi, *qui redempturus Iſraëlem eſſet. Atqui non obſtantibus his* (vt ita me ex- primam) *tertius hic dies hodie agitur, ex quo facta hæc ſunt*. Vt omittam σκυθρω- πότητα hypocritis quoque à Seruatore aſſcribi. Ὅταν δὲ νηστεύητε, inquit, μὴ γίνε- σθε, ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ, σκυθρωποί. Qui *accipere vultum*, eleganter à Syro dicun- tur: cum hic כמירין vt de mœrentibus dixerit. Ibidem, ℣ſ. 28. & 29. καὶ αὐτὸς προσεποιεῖτο πορρωτέρω πορεύεσθαι, καὶ παρεβιάσαντο αὐτὸν, λέγοντες, μεῖνον μεθ' ἡμῶν. Vbi vetus, *& coëgerunt eum, dicentes, mane nobiſcum*. Hoc vult, cum vlterius con- ferre ſe pararet, *vi ſtitiſſe*, aut, *manum injeciſſe illi*, ac ſic operam dediſſe, vt maneret. Recentior, *ſed ipſi adegerunt eum*. Quod ſane nolim abſolute ſic vſurpari. Et hoc ſciunt, qui Latine intelligunt. Nec in ſoluta oratione me- lius, *adegit manere*, quam, *coëgit*, dicam. Quanquam hæc forte tanti non eſſent, niſi mutanda ipſe interpres, de quo agimus, exiſtimaſſet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Tituli Euangeliſtæ IOHANNIS ex diſtinctione veterum.

Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρί.] α'. περὶ τοῦ ἐν κανᾷ γάμου.
καὶ ἐγγὺς ἦν τὸ πά.] β'. περὶ τῶν ἐκβληθέντων ἐκ τοῦ ἱεροῦ.
ἦν δὲ ἄνθρ. ἐκ τῶν φαρ.] γ'. περὶ τοῦ νικοδήμου.
ἐγέν. οὖν ζήτ. ἐκ τῶν μαθ.] δ'. ζήτησις περὶ καθαρισμοῦ.
ἔρχεται οὖν εἰς πόλ.] ε'. περὶ τῆς σαμαρείτιδος.
καὶ ἦν τις βασιλ.] ϛ'. περὶ τοῦ βασιλικοῦ.
μετὰ ταῦτα ἦν ἑορτή.] ζ'. περὶ τοῦ λη'. ἔτη ἔχοντος ἐν τῇ ἀσθενείᾳ.
ἐπάρας οὖν ὁ Ἰησοῦς τοὺς ὀφθ.] η'. περὶ τῶν πέντε ἄρτων, καὶ τῶν δύο ἰχθύων.
ὡς δὲ ὀψία ἐγέν.] θ'. περὶ τοῦ ἐν θαλάσσῃ περιπάτου.
καὶ παράγων εἶδε ἄνθρ.] ι'. περὶ τοῦ ἐκ γενετῆς τυφλοῦ.
ἦν δέ τις ἀσθενῶν λάζ.] ια'. περὶ τοῦ λαζάρου.
ἡ οὖν μαρία λαβ.] ιβ'. περὶ τῆς ἀλειψάσης τὸν κύριον μύρῳ.
λέγει οὖν εἷς ἐκ τῶν μαθ.] ιγ'. περὶ ὧν εἶπεν ἰούδας.
εὑρὼν δὲ ὁ Ἰησ. ὀνάρ.] ιδ'. περὶ τοῦ ὄνου.
ἦσαν δέ τινες ἕλληνες ἐκ τῶν ἀναβ.] ιε'. περὶ τῶν προσελθόντων ἑλλήνων.
εἰδὼς ὁ Ἰησ.] ιϛ'. περὶ τοῦ νιπτῆρος.
ὅταν δ' ἔλθῃ ὁ παράκλ.] ιζ'. περὶ τοῦ παρακλήτου.
μετὰ δὲ ταῦτα ἠρώτ.] ιη'. περὶ τῆς αἰτήσεως τοῦ κυριακοῦ σώματος.

DANIE-

DANIELIS HEINSII
EXERCITATIONES SACRÆ AD IOHANNEM.
SIVE
LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

Caput primum S. Iohannis percurritur. Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. ἡ σκοτία αὐτὸν οὐ κατέλαβε. קבל. *De loci nobiliſſimi non procul ab initio interpretatione & diſtinctione agitur.* ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν. *Interpres recentior, ejuſque ſententia. Vetus interpres. Eraſmus. Altera ejuſdem loci diſtinctio, qua tollitur obſcuritas. Locus,* ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. ἐξουσία, τιμὴ *Chryſoſtomo. poteſtas. dignitas. jus.* ἐξαίρετον. *prærogatiua. prærogatiua Iuriſconſultis quid.* τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. *recentioris interpretatio. quid ſit* ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, *de quo multis agitur: qua occaſione alia excutiuntur.* χάρις ἀντὶ χάριτος. χάρις ἐπὶ χάριτι. παρὰ τῶν χάριτος. ἱερεῖς καὶ λευῖται, ἱερεῖς λευῖται. καὶ ὡμολόγησε καὶ οὐκ ἠρνήσατο. *idem aliis exemplis confirmatum.* ὁ προφήτης εἶ σύ; παρὰ πρόσωπον ἐκλαβεῖν τὴν ἀνάγνωσιν. ὁ προφήτης, & προφήτης. ὃν ἔγραψε Μωσῆς. γράφειν, *definire.* οὐ γὰρ ἔστι γραφή. Ἴδε ἀληθῶς Ἰσραηλίτης, *de Nathanaële.* εἶδόν σε ὑποκάτω τῆς συκῆς. *Ficus, ſeceſſioni deſtinata. Alia non pauca.*

IN Euangeliſtam, ad quem ordine peruenimus, qui loco CAP. I.
quartus, cujus ſummam diuinamque in dicendo majeſta- ℣ſ. 1.
tem ac myſteriorum pondus, aquilæ imagine non fruſtra
expreſſerunt antiqui, eo pauciora annotauimus, quod ali-
quam in Ariſtarcho ejus partem, vel interpretati ſumus
olim, vel cum Nonno interprete contulimus. Illud ipſo ini-
tio notandum videtur, cum ἐν ἀρχῇ dicitur fuiſſe ὁ λόγος, ſol-
licitos fuiſſe ex antiquis quoſdam, quomodo & qua interpretatione hic de-
fungerentur. Credo, quod & Deus omnia feciſſe ἐν ἀρχῇ, & Diabolus fuiſſe
ἀπ' ἀρχῆς homicida dicitur. de quibus locis hic recentior interpres. Vt igitur
ſignificarent, nec ἐν ἀρχῇ, cum ad Moſis alluſiſſe principium hic videatur, fa-
ctum eſſe, vt cætera, ſed extitiſſe, τὸν λόγον, nec (quod autor voluit) cœpiſſe
cum cæteris, qui ſemper fuit, *ante principium*, ſollicite non tam reddiderunt
quam expoſuerunt. vt intelligatur principium, quo facta omnia quæ facta ac
creata ſunt. Marcialis Epiſtola ad Burdigalenſes: *Filius autem Dei ante prin-*
cipium fuit: &, quia Deus erat, diu in morte teneri non potuit. Quo non opus.
cum τὸ ἦν, id, de quo agitur, à cæteris diſtinguat. Quando enim non fuit,
qui tum fuit cum cœperunt omnia quæ facta ſunt? Auguſtinus Homi-
lia nuper edita: *In principio erat Verbum. In principio autem fecit Deus cœlum*
& terram. Agnoſcamus creatorem. Creator enim eſt qui fecit: creatura autem quod
fecit. Non enim erat creatura quæ facta, ſicut ſemper erat verbum Deus, per quem
facta eſt. Sequitur, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν. Vbi, ſi Chaldaice ſcripſiſſet ℣ſ. 5.
autor, ſuauiſſimam alluſionem, propter τὸ קבלא vel קבל, quod *tenebras* deſi-
gnat, &, קבל, haberemus, quod *percipere*, aut, *accipere* iiſdem: etiam aduenien-
tem, vt hoſpitem, exoſculari. Vnde & vulgo קבלה, *cabbala*, doctrina, quæ non
ſcripta, ſed à patribus tradita. hoc eſt, πατροπαράδοτος: aut, vt cum Chriſto-
nymo hic loquar, πατροπαπποπαράδοτος, à patribus auiſque tradita, ſic dici-
tur. Chaldæis autem quantum tribuerit Euangeliſta quem dilexit Domi-

nus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN IOH. nus, quem φίλον Κυρίου ἐπιστήθιον Græci dicunt, vel ex voce מימר, qua Sermo-
nem dixerunt illi, à quo hic principium deduxit, planum eſt. Apparet er-
go, linguam illi aliam in animo fuiſſe, quanuis id in Græco vix apparet. ne-
vſ. 6. que Syrus hic nos juuat. Non ita multo poſt ſequitur, Ἐγένετο ἄνθρωπος, ἀπε-
σταλμένος παρὰ Θεοῦ, ὄνομα αὐτῷ Ἰωάννης. Οὗτος ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν, ἵνα μαρτυρήσῃ
περὶ τοῦ φωτὸς, ἵνα πάντες πιστεύσωσι δι᾽ αὐτοῦ. Οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς, ἀλλ᾽ ἵνα μαρτυρή-
σῃ περὶ τοῦ φωτός· Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν
κόσμον. Plena quidem majeſtatis ſi ſic diſtinguamus oratio, Ἐγένετο ἄνθρωπος,
ἀπεσταλμένος παρὰ Θεοῦ. &c. οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς. &c. ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φω-
τίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. Hoc ſenſu, *Fuit homo, miſſus à Deo.* &c.
Non erat ille lumen illud. &c. *Verum lumen erat, quod illuſtrat omnem hominem
venientem in mundum.* Vt oſtendat quantum inter lumen verum, ſiue, per ſe
ita dictum, intereſſet, & luminis ipſius præcurſorem. Verum lumen omnem
hominem illuſtrat: quod de præcurſore, qui & ipſe illuſtratus fuit, dici non
poteſt. Non opus igitur τῷ οὗτος, quod hic intelligunt recentiores. Qui, *Hic
erat lux illa vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum.* Simpli-
citer ac more ſuo vetus, *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venien-
tem in mundum.* Quod interpretatur Eraſmus, qui reddit, *Erat lux illa lux
vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum.* In paraphraſi,
*Erat quidem Ioannes lux quædam, nimirum lucerna ardens & lucens: ardens pie-
tate, lucens vitæ ſanctimonia: ſed non erat lux illa quæ toti mundo vitam adfer-
ret, aut, potius, quæ vniuerſum illuſtraret mundum: verum, Sermo Dei, de
quo nobis in præſentia ſermo eſt.* Porro, quemadmodum nihil vſitatius codi-
cibus antiquis, quam, vt, vel omnino non, vel rariſſime diſtinguant, &
interdum, quæ cohærent, punctis importune interrumpant (quod in Græ-
co meo antiquiſſimo, factum perpetuo, non vno loco, obſeruaui, neque
quiſquam ignorare id poteſt, qui antiquos codices vel vidit vel tractauit)
ita quædam minus commode diſtincta, verſuum, quod ſæpe diximus, diſtin-
ctio, quæ noſtro tempore vſurpari cœpit, auxit aliquoties vel confirmauit.
vſ. 8. Mirum certe eruditis viſum eſt, quod cum de Iohanne dicatur, οὐκ ἦν ἐκεῖνος
τὸ φῶς, deinde de altero abrupte, ἦν τὸ φῶς, dicatur. Quid ſi ergo hæc olim di-
ſtinctio obtinuit? οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς, ἀλλ᾽ ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτὸς ἦν. Τὸ φῶς
τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον, ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ
κόσμος δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. Perſpicue ac plane. *Non erat
ille lumen illud: ſed vt teſtaretur de illo lumine, erat:* miſſus, nempe. *Verum lu-
men erat, quod illuminat omnem hominem venientem in mundum. Hoc in mundo
erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus ipſum non nouit.* Nihil ſimpli-
cius dici poteſt. quia vero tantum, vt debemus, ſententiam proponimus, ne-
que quiſquam nobis tanti eſt, vt in contextu quicquam emendemus, τὸ, ἦν
τὸ φῶς, ſalua lectione altera, quo pacto intelligendum ſit, jam diximus. In
vſ. 12. eo quod ſequitur, ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι,
Nonnus τὸ, ἐξουσίαν, τιμὴν interpretatus eſt. fortaſſe melius, quam ſi *jus* La-
tine dixero, quod hic recentioribus probatur. Quemadmodum nec ea voce
abſtinuit Chryſoſtomus, qui τῆς αὐτῆς ἀξιοῦνται τιμῆς, dixit. Nam *poteſtas* παρακε-
κινδυνευμένως redditur. quod norunt, qui nonnunquam orthodoxis quoque
Patribus impoſuiſſe id ſciunt. Neque deſunt, qui hic *dignitatis* voce vtantur,
vt ἐξαίρετον Cyrilli exprimatur. Quid ſi, *Dedit hanc prærogatiuam*, dicamus? vt
ſic accepiſſe conſtet. Cum Iuriſconſultis, τὸ *prærogatiua*, vel de *eminentia*, vel
jure ſpeciali, gratis quoque indulto, vſurpetur: à quo, *jus non indultum*, lon-
ge abeſt. Si *dedit poteſtatem* dicas, ergo aliquid ſic ipſi per ſe poſſunt, dicent
iſti, qui hoc agunt, vt hominibus ſic blandiantur. qui nihil tamen habent,
quod non datum fuit, nihil quod non acceperunt. Neque multo aliter, quam
dixi voce ἐξουσίας Helleniſtæ vſi videntur, cum Chaldæorum שלטן expreſſerunt.
Sequi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Sequitur, τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, quod ſimpliciter antiquus, *Dedit eis poteſtatem* IN IOH.
filios Dei fieri. Moleſtius recentior, *Dedit eis hoc jus, vt filii Dei facti ſint*. quaſi Ibid.
nouum ſit, τὸ γίνεσθαι, τὸ γενέσθαι, καὶ τὸ εἶναι, confundi. neque poſt υἱοθεσίαν jus υἱοθε-
σίας, ſed cum ipſa, confertur. Idem in Notis tamen addit, *vel, vt ſint*: licet in
contextu alterum prætulerit. Cum ſequitur, καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ℣. 14.
ἐν ἡμῖν, vellem diligentius, aut ſaltem pluſculum, de eo cogitaſſent eruditi.
Interim, venerandum eſſe hoc myſterium, quod carnem noſtram, non de-
poſiturus, ſermo induit, jam olim, monuerat Chryſoſtomus: quem pleri-
que è Græcis poſtea ſecuti ſunt. Ipſa verba, conſolationis plena, audiamus.
Καὶ θέα μοι τὸ φρικτὸν καὶ ἀπόρρητον τοῦ μυστηρίου· διαπαντὸς γὰρ κατοικεῖ τὴν σκηνήν·
τὴν γὰρ σάρκα τὴν ἡμετέραν περιεβάλλετο, οὐχ ὡς πάλιν αὐτὴν ἀφήσων, ἀλλ' ὡς διαπαν-
τὸς ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ· οὐ γὰρ ἂν, εἰ μὴ τοῦτο ἦν, καὶ τοῦ θρόνου κατηξίωσεν αὐτὴν τοῦ βασιλικοῦ,
καὶ φορῶν αὐτὴν προσεκυνεῖτο ὑπὸ πάσης τῆς ἄνω στρατιᾶς ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων, θρό-
νων, κυριοτήτων, ἀρχῶν, ἐξουσιῶν. vt cætera omittam quæ ſequuntur. *Vide*, in-
quit, *mihi tremendum hoc atque ineffabile myſterium. Semper habitat hoc taber-
naculum. Carnem enim noſtram, tanquam non depoſiturus, ſed vt ſemper ſecum
habiturus, induit. Non enim, niſi ita eſſet, regio dignatus eam eſſet ſolio: eaque
indutus, ab vniuerſo, qui in cœlo, adoraretur exercitu; ab angelis, archangelis,
thronis, dominationibus, imperiis, ac poteſtatibus*. Quomodo & hic locutus ex
ſententia antiquitatis, autor Sanctus: vt, nimirum, vera, nec confuſa interim,
naturæ noſtræ cum diuina, in perſonam eandem, deſignetur vnio: quod
σύνοδον εἰς μίαν ὑπόστασιν, non ſemel veteres Theologi dixerunt. ne moratus
tantum aut conſpectus hic in terris diceretur Dominus. Quam ſenten-
tiam grauiſſime ac ſeueriſſime refutat apud Photium B. Ephræmius. Eo-
rum, dico, qui exiſtimabant, dici illud, ἀντὶ τοῦ ὤφθη ἐπὶ γῆς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις
συνεστράφη· ἐν ἴσῳ τοῦτο νομίζοντες, τῷ, Λὼτ ἐσκήνωσεν ἐν πόλει περιχώρων· καὶ πάλιν,
ἐσκήνωσεν ἐν Σοδόμοις. hoc eſt, *non ſecus ac ſi viſus in terris modo aut verſatus
cum hominibus fuiſſet. Quod ita dictum crederent, vt, cum Lot, in vicinorum vr-
be, aut, cum idem, tentorium in Sodomis fixiſſe dicitur*. qui moratus ibi aliquod
ad tempus ita intelligitur. Quam ſententiam quantopere idem accuſauerit
ac flagellarit, ex illius verbis quæ apponere hic malo quam interpretari, anti-
quitatis eruditæ ſtudioſi videant. Ταῦτα εἰπὼν ὁ ἱερὸς Ἐφραίμιος, δυσσεβῶς ἑρμη-
νευόντων τῶν περὶ Δόμνον, τὸ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, ἐπιρραπίζει μὲν τούτους: qui ibidem ἄνοιαν
καὶ παράνοιαν hoc vocat. Quid igitur, ſi παροικῆσαι dixiſſet Domnus? Concludit
autem, illud ipſum, quod hic dicitur, ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, interpretari id quod
præcedit, ὅτι ὁ λόγος, hoc eſt, ὁ ἄνωθεν λόγος (ita enim Epiphanius in An-
curoto ante aſſumptam carnem dici Sermonem notat) σὰρξ ἐγένετο. ac ſic ipſe,
τήν τε εἰς μίαν ὑπόστασιν σύνοδον, καὶ τὸ ἀμετάβλητον τῆς ἑκατέρας φύσεως, vtroque no-
tari ait. Cujus ſententiæ autores, Chryſoſtomum, Cyrillum, Athanaſium,
Gregorium denique Theologum, adducit. Inprimis autem, idem, non
diuerſum dici vrget: atque ita viros illos maximos ſenſiſſe. De quo vi-
deatur ſummæ eruditionis, nec judicii minoris autor, Photius. Qui &
alibi, Eulogium Alexandrinum Patriarcham, eo loco vſum docet, vt ἕνα
μὲν υἱὸν, δύο δὲ φύσεις, *vnum Filium, naturas autem duas*, ſic probaret. Addit-
que, cum Euthymio, Theophylacto, Theodoreto in Ἀτρέπτῳ, aliiſque, ὅτι
ἄλλο μὲν σκηνὴ, ἄλλο δὲ τὸ σκηνοῦν: *alind eſſe tabernaculum, aliud, qui habitat in
eo*. Theophylactus, Ἐπειδὴ ἄνω εἶπεν, ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἵνα μή τις ὑπολά-
βῃ, ὅτι μία φύσις λοιπὸν ἐγένετο ὁ Χριστὸς, διὰ τοῦτο ἐπάγει, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· ἵνα δείξῃ
τὰς δύο φύσεις, τήν τε ἡμετέραν, καὶ τὴν τοῦ λόγου· ὥσπερ γὰρ ἄλλης φύσεώς ἐστιν ἡ σκηνὴ, καὶ
ἄλλης ὁ κατασκηνῶν ἐν αὐτῇ, οὕτως, καὶ ὁ λόγος ὁ σκηνῶσαι ἐν ἡμῖν λεγόμενος, τουτέστιν
ἐν τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, ἄλλης ἂν εἴη φύσεως παρὰ τὴν ἡμετέραν. *Quoniam ſupra dixit,
Sermo factus eſt caro, ne quis exiſtimet, vnam poſtea naturam fuiſſe Chriſti, ideo
adjungit, & habitauit in nobis: vt vtramque, & Sermonis, & noſtri, ita probaret*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN IOH. *naturam. Quemadmodum enim alterius naturæ eſt tabernaculum, alterius, qui habitat in eo; ita Sermo, qui tabernaculum in nobis, hoc eſt, in natura noſtra, habitaſſe dicitur, alterius naturæ quam noſtræ.* Quæ, vt & alia quæ ab aliis dicuntur, vel non inſpexiſſe ſatis, vel minus benigne interpretatus, eruditus interpres ac commentator videtur. quaſi, nempe, à Neſtorio periculum ſic immineret, aut occaſio ſic data illi eſſet. A cujus opinione ac veneno fuiſſe alienos qui hæc ſcriberent, non dubitamus. Neque, vt arbitror, qui naturas, etiam ſollicite, etiam ſubtiliter diſtinguit, ideo in plures verbum diuidit perſonas. Quid, quod & aduerſus Apollinariſtas eundem locum interpretati ſunt? qui, ἐκ τῆς παρθένου ἐσαρκώθη καὶ ἐνανθρώπησεν ὁ λόγος, ἑνωθεὶς σαρκὶ, ψυχὴν ἐχούσῃ τὴν λογικήν· τοῦτο γὰρ, τὸ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. *E virgine carnem aſſumpſit, ac homo factus eſt Sermo, vnitus carni, anima rationali præditæ. hoc enim eſt,* καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Cum tamen potius de aliis hic cogitarent. qui, vt ipſi hic monent, vnam, non vtramque agnoſcerent naturam. De iis autem vel inprimis, quod jam dixi, qui cum Loti longe alia σκηνώσει, imo diuerſiſſima, conferre hanc σκήνωσιν audebant. quem ad Sedom vſque tetendiſſe Targumiſta dixit (ופרס עד סדום). Quemadmodum *tendendi* voce in caſtris Romani hac notione vtebantur: qui τὸ σκηνοῦν ita exprimebant. vt cum Poëta, *legio latis tendebat in aruis,* dixit.

celſoque omnis de colle videri
Iam poterat legio, & latis tendebat in aruis.

Item, *hic ſæuus tendebat Achilles:* nec aliter imitator ejus Tacitus. Cum ad tempus, etiam exiguum ſubinde, in caſtris morarentur. vt & Patriarchæ: qui tendebant ea lege, vt nonnunquam ſubito migrarent: quod cum fieret, ἀποσκηνοῦν eleganter Helleniſtis dicuntur. Quorum & vita, cum vbique morarentur tantum (quod hic non admittunt Patres) גור, ſiue *peregrinatio*, ab ipſis dicitur. Filius autem, vt in ſua venit, quod hic dicitur, ita & hominem, *vt permaneat in æternum*, aſſumpſit, Auguſtino teſte. Ad quam mentem ac Chryſoſtomi, interpres vetus, *& habitauit in nobis*, hic dixit. Pro quo recentior, *& commoratus eſt in nobis.* quod Romanis, vbi proprie loquuntur, *hoſpitatus eſt*, aut, *obiter diuertit.* Quis enim illud Tullii ignorat, *commorandi enim natura nobis, non habitandi, locum dedit?* Quid quod doctiſſimus interpres, de quo agimus, Lucæ 24. 18. cum dicitur, Σὺ μόνος παροικεῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα ἐν αὐτῇ ταῖς ἡμέραις ταύταις, quod interpres vetus, *tu ſolus peregrinus in Ieruſalem*, reddidit, *tu ſolus commoraris in vrbe Ieruſalem*, dixit? quomodo ſi hic accipias, commorator tantum inter nos Dominus dicetur. Quis autem παροικῆσαι ἐν τῇ σαρκὶ Dominum, verſatus in antiquitate, libenter dicat: quæ vt recte, non ad tempus aſſumptam fuiſſe carnem docet; ita doctrinam conſolationis plenam hinc eruit. Cæterum, vt mentem Patrum aliquanto magis illuſtremus, de aſſumptione corporis ac habitatione, τὸ ἐσκήνωσεν hic acceperunt. Corpus enim σκῆνος antiquis. quo nihil vſitatius fuiſſe olim ſcimus. Democritus, νόσος οἴκου καὶ βίου γίνεται, ὅκωσπερ καὶ σκήνεος. vt & alii paſſim, de quibus ſuo loco. Heſychius, Σκῆνος, σῶμα. Quorum exemplo Apoſtolus, Οἴδαμεν γὰρ ὅτι ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ. 2 ad Cor. 1. Et eodem capite, καὶ γὰρ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει τούτῳ. quomodo & Apoſtolum Theodorus Mopueſtenus Catena Græca ad hunc Euangeliſtæ locum interpretatur. Σκῆνος δὲ, καὶ ἐπὶ ἀνθρώπων ὁ Ἀπόστολος τὸ σῶμα καλεῖ: ac deinde eoſdem Apoſtoli adducit locos. Sed & Helleniſtæ veteres: βρίθει τὸ γεῶδες σκῆνος νοῦν πολυφροντίδα, *corpus terrenum mentem cogitationibus intentam deprimit.* Vt ſic ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, nihil ſit aliud, quam, σκῆνος ἀνέλαβεν ἐν ἡμῖν, *corpus aſſumpſit in nobis.* quod alias veteres Theologi, inter quos Theodoretus, τὴν τοῦ λόγου ἐπὶ τὸ σῶμα ἐπίβασιν, dicunt. Præceſſit autem, καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. Sequitur vero, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. quod illis σῶμα ἀνέλαβεν,

vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

vel ἐσαρκώθη, *carnem aſſumpſit*. Non male: niſi forte, τὸ ἐν ὑμῖν, quod mouetur IN IOH.
inter alia, obſtaret. Non obſtabit autem, ſi commode intelligatur. In nobis enim, ſiue, inter nos, imo, & in nobis, in homine, inquam, & ex homine, aſſumpſit carnem. Iam, quod potius σκηνοῖ quam ἐσκήνωσε, dicendum ſic fuiſſe, iidem eruditi arbitrantur, quis hoc illis facile concedet, cum τὸ σὰρξ ἐγένετο, eodem detorqueri poſſit. E quo tamen non conſequitur, depoſuiſſe jam quod tum aſſumpſit. quid ſit enim ἀορίστως loqui, etiam cum de præſenti agitur, nec Grammatici, nec autores Romani, Græcorum imitatione, ignorant. Vt omittam veteres jam olim Theologos ad initium Euangeliſtæ hujus notaſſe, verba de ſubjectis, ac pro iis commode, hic accipienda. Exempli cauſa, cum dicitur, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, non hoc dici, nunc non eſſe qui tum erat. τῷ *erat* enim, cum de nobis vſurpatur, præteritum ac definitum tempus, cum de Deo, infinitum denotari. Cui & illud pro iiſdem adde: quemadmodum nec finem nec principium ὁ λόγος habuit, qui erat, ita finem, σκήνωσιν, de qua nunc agitur, non habituram. Eſſe enim σκήνωσιν τοῦ λόγου: qui aſſumpſit, quod aſſumptum non deponit. Quemadmodum nec vſus aut ſignificatio hic obſtat. Si enim σκήνωσις, aut τὸ σκηνοῦν, ad tempus aliquod, aut breue, reſtringendum ſemper, quid dicemus, cum de iis vſurpatur, quos æterno non tam tabernaculo quam habitaculo donatos ſcimus? Quales beatorum animæ: de quibus in Apocalypſi, Διὰ τοῦτο εὐφραίνεσθε οἱ οὐρανοὶ, καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς σκηνοῦντες. cap. 12. ℣ſ. 12. ſequitur autem, Οὐαὶ τοῖς κατοικοῦσι τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν. Vbi qui jam in æternum viuunt, σκηνοῦν, qui in terra commorantur aut mari, κατοικεῖν dicuntur, contra quam interpreti videtur. Qui & τὸ σκηνοῦν, παροικεῖν, *verſari ad tempus*, non κατοικεῖν, hic interpretatur: cum eo, quo jam dixi, loco, οἱ ἐν οὐρανῷ σκηνοῦντες, ciues cœli, dicantur: quos παροικεῖν nemo dicat. Quid quod Deus ipſe, σκηνοῦν ibi dicitur? Ἰδοὺ ἡ σκηνὴ τοῦ Θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ σκηνώσει μετ' αὐτῶν· καὶ αὐτοὶ λαὸς αὐτοῦ ἔσονται, καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς ἔσται μετ' αὐτῶν. *Ecce habitatio Dei cum hominibus, & habitabit cum eis: & ipſi populus ejus erunt, & ipſe Deus cum ipſis erit*. Atque hæc de Patrum ſententia. Meretur autem aliquanto accuratius examinari locus, niſi fallor. Quid ſit שכינה, alias jam diximus. Diuinitas, nimirum, aut præſentia illius. quomodo σκηνὴ, ſiue σκήνωσις, Dei, eo loco quo jam diximus, futura cum hominibus denunciatur. σκηνώσει μετ' αὐτῶν, inquit. Sed & illuſtris hanc in rem Ezechielis extat locus. Καὶ ἔσται ἡ κατασκήνωσίς μου ἐν αὐτοῖς, καὶ ἔσομαι αὐτοῖς Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός. è quo ſuum autor Apocalypſeos deprompſit. Vbi Chaldæus, *Et habitare faciam* שכינתי, *majeſtatem meam*, inter illos. quomodo & τὸ שכן efficaciter interdum vſurpatur. Ego autem tantum abeſſe exiſtimo, vt τὸ אהל, quod de illis vſurpatur qui tentorium in caſtris aut alibi ad tempus ponunt, expreſſerit Euangeliſta, vt hoc nunquam veniſſe in mentem illi arbitrer. Quin שכן & עמנו dicturum hic fuiſſe, affirmare auſim, ſi Hebraice ſcripſiſſet. Niſi ſuum eſſe interpretem, vt ſolet, ipſum negamus, cum addit, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ: *& gloriam ejus vidimus*. Qua voce eandem majeſtatem, vt inprimis efficaci, ab Hebræis, Helleniſtis, Patribuſque exprimi, non ſemel monuimus: quam & vbique, cum hac ipſa, de qua agimus, σκηνώσει conjungunt. Vt cum Regius propheta, Κύριε ἠγάπησα εὐπρέπειαν τοῦ οἴκου σου, καὶ τόπον σκηνώματος δόξης σου. ita enim Helleniſtæ. Nec male σκηνώματος, cum ipſa σκήνωσις ſit δόξα: σκήνωμα locus τῆς δόξης, vbi præſens Dei gloria, ſeu σκήνωσις. In Hebræo משכן כבודך: *habitationem gloriæ tuæ*. Ita Ezechielis 11. quam Hebræi *viſionem Dei*, Chaldæus, *viſionem gloriæ*, ſeu, *majeſtatis Dei*, δόξαν τῆς σκηνώσεως τοῦ Θεοῦ, dixit: idem quod Euangeliſta noſter, qui Chaldæos libentiſſime exprimit, hic dixit. Quæ majeſtas quæ gloria, vt Deo in antiquo Fœdere aſſignatur, ita Dei filium Iudæi Chriſtiani, השם הנכבד, *nomen illud glorioſum*, item בן הנכבד, *filium glorioſum*, dicunt. Cum igitur,

In Ioh. καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, dixit, idem, quod initio Epiſtolæ, quæ ordine prima, autor noſter dixit: ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς. Vbi eandem, vel σκήνωσιν, vel κατασκήνωσιν τοῦ λόγου, hoc eſt, quicquid diuinam ejus majeſtatem velut oculis ſubjecit hominum exhibuitque in terris, intellexit. Cujus generis miracula, ſimiliaque, quæ cum omnium ſtupore hic edidit, fuerunt: quæ τὸν ἐνυπόστατον in terris λόγον, vt Theologi loquuntur, ac Diuinitatem ejus, ſiue Deitatem (quemadmodum in libris De Trinitate potius loquendum docet Auguſtinus) ſic repræſentarent. Vnde, cum diſcipuli Iohannis, ne dubitarent amplius, à præceptore ad Dominum mittuntur, vt, quis eſſet, crederent ac ſcirent, ab eo reſpondetur: *Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, excitantur mortui.* Quibus verbis, quod hic dicitur, τὸν λόγον ἐν ἀνθρώποις σκηνοῦν, denunciauit, ac ſic quaſi publice, is ipſe de quo agimus, edixit: eo modo, quo Iehouam ſe Exodi 4. 11. cum de legatione ſua diſputaret Moſes, Deus efficaciter probat. vbi, *Dixit Dominus ad eum, quis fecit os hominis? aut, quis fecit mutum, vel ſurdum, vel videntem? nonne ego Iehoua?* Vt de Dei Filio, cum in terris ἐσκήνωσε, non male Alcuinus dixerit, *aſpexiſſe homines humanitatem miraculis fulgentem: vnde & intellexiſſe diuinitatem intus latentem.* Hoc eſt, aſpexiſſe majeſtatis ejus ac præſentiæ ſplendorem, quem זיו שכינה, αὐγὴν τῆς σκηνώσεως Rabbini, זיו יקרא, αὐγὴν τῆς δόξης (quæ duo ſemper, vt hic, conjunguntur,) Chaldæi dicunt. Si quis ergo quærat, quomodo σκηνῶσαι ἐν ἡμῖν, ὁ λόγος dicatur; cum Fulgentio reſpondeatur, *Sic in vna perſona, dum in terris ageret, vtriuſque naturæ permanentis* (non autem *commorantis*) *indicia demonſtraſſe Dei Filium, vt verus Deus, plenuſque veris diuiniſque virtutibus, in homine clareret aſſumpto, & veritas infirmitatis humanæ, verum plenumque hominem monſtraret in Deo.* Græci vt id exprimerent, dixerunt, ὅτι γε μὴν Χριστὸς, ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν, οὔτε τὰ τῆς θεότητος ἴδια, οὔτε τὰ ἴδια τῆς ἀνθρωπότητος διῃρημένως ἔπραττεν· ἑνώσει δὲ τῇ καθ' ὑπόστασιν ἅπαντα, ὁ εἷς ἐστι ὁ αὐτὸς, τά τε θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἐπετέλει. *Chriſtum, verum Deum noſtrum, neque quæ Deitatis, neque quæ humanitatis propria, vt diuiſæ, geſſiſſe: vnione autem hypoſtatica, vnum eundem, & diuina & humana feciſſe*, vt ex Ephræmo Syro Græci Theologi loquuntur. Tantum autem abeſt, vt cum hæc duo (σκήνωσις καὶ δόξα, inquam,) conjunguntur, *commorandi* voce veteres vterentur, vt circumſpecte B. Hieronymus Exodi 24. 16. cum gloria Dei ſex illos dies, quibus Moſen in eodem nubes operuit, σκηνῶσαι dicitur, *habitandi* voce, non *commorandi*, ſit vſus. Hebræus, וישכן כבוד יהוה על הר סיני. καὶ ἐσκήνωσεν (non κατέβη, vt vulgo Helleniſtæ,) ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τῷ ὄρει τῷ Σινᾶ. atque ita & Chaldæus. Quid quod illi ipſi, qui jam olim præiuiſſe noſtro in hoc loco interpreti videntur, nec *commoratum* Latine, nec παροικῆσαι Græce, ſed *habitaſſe*, quo & Eraſmus & antiquus interpres hic vſi ſunt, & κατοικῆσαι, dixerunt? Idem Alcuinus, citante Thoma, *vel, habitauit in nobis*, inquit, *id eſt, ſic inter homines conuerſatus eſt.* Apollinarius Catena in Euangeliſtam, de quo agimus, τὸ δὲ σκηνῶσαι αὐτὸν ἐν ἡμῖν, τὸ μετ' ἀνθρώπων ἐστὶ κατοικῆσαι. Hoc eſt, τὸ σκηνῶσαι, *habitaſſe inter homines, ſignificat.* neque enim refert, quomodo Latini interpretes loquantur. Mihi hic ſpectandum id potiſſimum videtur, ne dicendi vis atque efficacia tollatur in his talibus aut eneruetur. in primis autem, ne Phantaſiaſtis vel Docetis locus detur: & vt ſemper pio animo Theodoreti illud fixum maneat, εἰ φαντασία ἦν ἡ ἐνανθρώπησις, φάντασμα καὶ ἡ σωτηρία. *ſi opinio aut phantaſia fuit incarnatio, etiam opinio aut phantaſia, ſalus eſt.* Quod Chryſoſtomus cum hic metueret, prudenter, ὅτι γὰρ διὰ τοῦτο μόνον εἴρηται, τὸ ἐγένετο, ἵνα μὴ φαντασίαν ὑπολάβῃς, ἄκουσον, διὰ τῆς ἑξῆς πῶς ἐκκαθαίρει τὸν λόγον· τί γὰρ ἐπάγει; καὶ ἐγένετο· οὐ γὰρ τροπὴν εἶπον τῆς ἀτρέπτου φύσεως ἐκείνης, ἀλλὰ σκήνωσιν ἐστι κατοίκησιν. *Ideo autem dictum eſſe tantum, quod*

ſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ſit factus, ne figmentum ſuſpiceris, vt ſcias, audi quomodo omnem in iis quæ ſequun-
tur, auferat ſuſpicionem. Quid enim addit? Et habitauit in nobis. Quo tantum In Ioh.
non dicit, nihil abſurdi ex eo quod factus dicitur, ſic ſuſpiceris. non enim immu-
tabilis mutationem naturæ, ſed σκηνώσιν, *ſed habitationem dixi.* Quare, ne in
alteram peccemus partem, ex hoc loco, Verbum vel Sermonem Deum, *qui*
naturam hominis, vt Auguſtinus loquitur, *accepit, non perſonam*, eam ipſam
naturam, non ad tempus, aut permixtam (abſit enim mixtionis nomen,
quod nonnunquam ſibi indulſerunt Patres) neque ex opinione, ſed reuera,
in eandem aſſumpſiſſe credimus perſonam. neque commoratum in terris
tantum, ſed diuinam, quatenus videri potuit, repræſentaſſe in carne maje-
ſtatem. Cum qua, homo pariter & Deus, aſſidet nunc Deo. vt ſic homo,
qui à Deo hominem ſejunxerat, per hominem, qui ſimul Deus eſt, accedat
Deum. Idem enim qui creator carnis noſtræ fuit, vt redemptor ejus eſſet,
hanc aſſumpſit: idem, qui nunc eſt, qui futurus ſemper eſt, quod ſumus.
Vt jam ſimus quod non fuimus, &, quod amiſimus, in eo jam pleniſſime ac-
cipiamus. qui ſic homo factus eſt, vt Deus ſemper ſit & homo. Ego certe
commorandi vocem, non libenter hic admittam: multo autem minus πα-
ροικῆσαι dicam, quod σκηνῶσαι hic Euangeliſta dixit. ne proſelytum, aut quic-
quam ſimile, imaginemur. Syrus Metaphraſtes, de quo quærunt eruditi, אגן
cum dixit, vel ad ſingularem Domini conceptionem, de qua Lucas, δύναμις
ὑψίςου ἐπισκιάσει σοι, quæ eſt שכינה ſeu, σκηνώσις, vt & ibi monuimus, alluſit, cum
& ibi voce eâdem vſus ſit: Chaldæi autem טלל dicunt. Quam in rem illuſtris
Regii Prophetæ extat locus, qui, εἰς αἰῶνα ἀγαλλιάσονται, καὶ κατασκηνώσεις ἐν αὐτοῖς,
Pſalmo 5. 12. dixit. Targumiſtæ, *Et gaudebunt omnes qui ſperant in Verbo tuo,*
(במימרך) *& in æternum laudabunt te, & obumbrabis eos.* vbi ἐπισκιάσεις αὐτοῖς, Chal-
dæus, quod Propheta ipſe, κατασκηνώσεις ἐν αὐτοῖς, dixit: qui ἐπισκιασμὸν ſuum,
de quo agit, ad Sermonem, ſiue Verbum, refert, de quo & Iohannes agit, in
quo pii omnes tum ſperabant. De quo dicitur, *Abraham pater veſter geſtiit*
videre diem meum: τὴν ἐμοῦ σκηνώσιν, videlicet. Quod non commorationem nu-
dam, ſiue παροικίαν, ſed repræſentationem majeſtatis, eorumque quæ in carne
geſſit ὁ ἐν ἡμῖν σκηνώσας, deſignat: qui ſic ſuam hic exhibuit præſentiam. niſi
σκηνὴν Syrus thalamum interpretatus eſt, vt τὴν ἐνανθρώπησιν ſignificaret. Minus
certe dici quam à noſtro vix potuit. cum præſertim hic Euangeliſta ſit ille,
cujus verba ſingula, in hoc principio inprimis, tanquam in ſtatera, antiqui-
tas expendit: quem à rerum pariter ſublimitate ac verborum (quos ἀνηγμένους
λόγους hic Theologi dixerunt) βροντόφωνον in Menologiis ſuis Græci nuncu-
pare ſolent. οὗτος γὰρ ἐβρόντησεν, inquiunt, ὁ λόγος ἦν ἐν ἀρχῇ· ὅθεν βροντό-
φωνος ἐδείχθη. Eidem λόγῳ igitur hæc omnia, & quidem ordine, attribuun-
tur, σκηνώσις, δόξα, παρὰ πατρὸς ὁμογενεία. quæ Deitati ejus optime conueniunt,
qui caro factus dicitur. Quis eſt enim ὁ σκηνώσας ἐν ἡμῖν? Ὁ λόγος. ὁ Θεὸς,
nempe, λόγος, ὁ ἐν ἀρχῇ ὤν. Vnde Nonnus

Καὶ Θεὸς οἶκον ἔναιε σὺν ἀνδράσι,

hoc dixit. Neque alio è Patribus reſpexit, qui τὸ ἐν ἡμῖν ἐσκήνωσεν, Μεθ' ἡμῶν ὁ
Θεὸς, *Deus nobiſcum*, interpretatus eſt. Διὸ δὲ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, inquit antiquus
Doctor, καὶ ὄνομα ἔσχεν αὐτὸ δὴ τοῦτο, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. *Quare & habitauit in nobis,*
ac nomen illud accepit, Nobiſcum Deus. quod ſine ineffabili ac ſumma illa,
quam interpretatio hæc ponit, gloriæ ac majeſtatis repræſentatione fieri
non potuit. Hanc gloriam, hanc majeſtatem, in Immanuele, inquit, *cum*
nobiſcum eſſet Deus, vidimus. Neque obſtare poteſt, quod, ὡς μονογενοῦς, dica-
tur: cum non fruſtra, quem alii ſecuti ſunt, Chryſoſtomus, τὸ ὡς hic inten-
ſiue (vt nunc vulgo loquimur) accipiendum dixerit. qui, τὸ γὰρ ὡς ἐνταῦθα, οὐχ
ὁμοιώσεως, ἀλλὰ βεβαιώσεώς ἐστι, *non ſimilitudinem, ſed rei veritatem, ac intenſionem,*
denotare notat: quomodo Magiſtri Hebræorum, ſuum caph veritatis, לאמת הדבר,

IN IOH. *confirmandæ rei* vſurpari notant. vt cum Oſeæ 5.10. Principes Iuda, ὡς μεταθέντες ὅρια כמסיגי גבול dicuntur. cujus & alia ad eum locum adferunt exempla.
Adde quod ἐθεασάμεθα amplius hoc loco eſt quam εἴδομεν. *Et Verbum*, inquit,
ſiue, *Sermo, caro factus eſt, ſuamque inter nos exhibuit præſentiam: gloriamque
ejus contemplati ſumus; gloriam, vt vere vnigeniti à Patre.* qua voce & Epiſtola
vſ. 16. prima vſus idem autor eſt, vt jam vidimus. Non ita multo poſt, cum χάριν
ἀντὶ χάριτος dixit, idem quod Sirachides, χάρις ἐπὶ χάριτι, videtur dixiſſe.
Χάρις ἐπὶ χάριτι, γυνὴ αἰσχυντηρὰ καὶ πιστή. quare nec opus erat, vt tam ſollicite
τὸ ἀντὶ καὶ τὸ ἐπὶ nunquam confundi, notarent eruditi. De vtraque autem gratia, Lege, ſcilicet, & Euangelio, accipiendum id quis dubitet? quanquam
poſterior ſane etiam plenior. *Quos enim Lex adducit ad januam, gratia
intromittit ad templum*, vt antiquus quidam ſcriptor eleganter loquitur.
Sed & illud hic notari velim: à S S. Patribus nonnunquam, quemadmodum
quæ Fœdere Antiquo continentur, τὰ τῆς παλαιᾶς, ita quæ Nouo, τὰ τῆς χάριτος dici. Cum autem dicitur, ὅτε ἀπέστειλαν οἱ Ἰουδαῖοι ἱερεῖς καὶ Λευίτας, ἵνα ἐρωτήσωσιν αὐτόν, σὺ τίς εἶ; fortaſſe ita dictum, vt Ioſ. 3. 3. הכהנים הלוים, hoc eſt, ἱερεῖς
vſ. 19.
Λευῖται, *ſacerdotes Leuitæ*. (vbi Helleniſtæ, καὶ τοὺς ἱερεῖς καὶ τοὺς Λευίτας, quemadmodum & Chaldæus). vt ſacerdotes Leuitæ dicantur. Paulo poſt, καὶ ὡμολόγησε καὶ οὐκ ἠρνήσατο. quo loco, qui bis idem dici miratur, aut ſine exemplo ac
vſ. 20.
venuſtate dici contendit, quid dicturus eſt, cum idem apud præcipuos ſcriptores τῶν ἔξω occurrit? quale eſt illud Euripidis, μὴ κτυπεῖτε, μήδ' ἔστω κτύπος,
Oreſte. Σῖγα, σῖγα, λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης τιθεῖτε· μὴ κτυπεῖτε, μήδ' ἔστω κτύπος.
illud item dramate eodem, Μολὼν γὰρ εἰς ἔκκλητον Ἀργείων ὄχλον, Ἐκοῦσαν οὐκ
vſ. 21. ἄκουσαν ἐπισείσω πόλιν. Sequitur, Καὶ ἠρώτησαν αὐτόν, τί οὖν; Ἠλίας εἶ σύ; καὶ λέγει,
οὐκ εἰμί· ὁ Προφήτης εἶ σύ; Vbi Prophetam intellige, de quo infra, ὃν ἔγραψε Μωσῆς &c. Sed, quo pacto, ajunt eruditi, cum locus ille de Meſſia agat, quem
jam eſſe ſe negarat? Quia in hoc loco fecerant Iudæi, quod παρὰ πρόσωπον ἐκλαβεῖν τὴν ἀνάγνωσιν, nonnunquam dicunt S S. Patres: hoc eſt, vt
in perſona aberrarent, & quæ vni conuenirent, alio deflecterent. quod
& Iudæorum quaſi proprium fuiſſe libro contra Arrianos 2. B. Athanaſius notauit. Idque id vt probet, duos præcipue adducit locos: hunc videlicet, qui de Propheta apud Moſen extat, & notiſſimum, *Ecce virgo concipiet.* ne quis miretur, aliter hic, aliter mox à Philippo eundem vſurpari:
non enim alia ejus rei cauſa eſt. Eodem capite, non ita multo poſt, καὶ ἠρώτησαν αὐτόν, καὶ εἶπον αὐτῷ, τί οὖν βαπτίζεις, εἰ σὺ οὐκ εἶ ὁ Χριστός, οὔτε Ἠλίας, οὔτε ὁ
vſ. 25.
προφήτης; Vbi interpretem veterem ſine articulo οὔτε προφήτης legiſſe ſuſpicari quis poſſet, niſi & ante, non, *propheta ille*, ſed *propheta* dixiſſet. Quomodo ſi Græce, hoc eſt, οὔτε προφήτης, legas, mirifice ac mimice ad exprimendam eorum malignitatem, dictum videbitur. qui cum quæſiuiſſent,
vtrum ὁ Προφήτης eſſet, concludunt, ὅτι προφήτης οὐκ ἔστι. Quia negabat ſe Prophetam illum eſſe de quo Moſes, prophetam non eſſe concludunt. illum,
qui tamen, περισσότερος προφήτου, Matth. 11. 9. Lucæ 7. 26. dicitur. Verba
vſ. 46. Philippi eodem capite ſunt, ὃν ἔγραψε Μωσῆς ἐν τῷ νόμῳ καὶ οἱ προφῆται, εὑρήκαμεν,
Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ Ἰωσήφ, τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ. vbi, ὃν ἔγραψε Μωσῆς, *quem deſignauit Moſes.*
Et certe, quaſi δακτυλοδεικτῶς, & à Moſe & à prophetis deſcribitur nonnunquam is de quo agitur. Neque raro, eo verbo quod expreſſit, ſic Hebræi vtuntur. quemadmodum, cum id quod non definitur, οὗ οὐκ ἔστι γραφή, Helleniſtis
dicitur. Eſdræ 7.22. *Vſque ad batos vini centum, & vſque ad olei batos centum, &
ſal, quod non ſcriptum eſt*, καὶ ἅλας οὗ οὐκ ἔστι γραφή. vulgaris, *& ſal abſque menſura.*
Eodem modo, *ſcribi*, pro *definiri*. Solinus de Cilicia: *Mox ab Aſſyriis ſubacta, in
breuiorem modum ſcripta eſt.* Apoſtolus Rom. 10. 5. Μωσῆς γὰρ γράφει τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου, Ὅτι ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς. *definit*, *deſcri-*
vſ. 47. *bit*, vt hoc loco. Eodem capite legitur, εἶδεν ὁ Ἰησοῦς τὸν Ναθαναὴλ ἐρχόμενον πρὸς
αὐτόν,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

αὐτὸν, καὶ λέγει περὶ αὐτοῦ, ἴδε ἀληθῶς Ἰσραηλίτης ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι. Nullum genus hominum fraudulentius inter Iſraëlitas vixiſſe, quam Gibconitas, vel ex hiſtoria eorum quæ Ioſuæ nono extat, notum. Cujus pars Nathinæi, ναθινείμ, miniſteriis materiæ cædendæ atque hauriendæ aquæ, ob commiſſam fraudem, deſtinati. Quo poteſt alluſiſſe hic Dominus. vt Nathanaëlem nihil minus quam Nathinæum, contra autem verum Iſraëliten, ſimplicem ac candidum, dicat atque agnoſcat. Eſt enim quædam in ſcriptore hoc, ſed occulta, ex alluſionibus vrbanitas. in quo obſeruarunt veteres, proprium id ejus eſſe, vt, quemadmodum virginem dicebant, ita modeſte ac verecunde quædam innuat nonnunquam potius quam dicat. Exemplo ſit locus ille qui mox ſequitur, Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ, ὅτι εἶπόν σοι, εἶδόν σε ὑποκάτω τῆς συκῆς, πιστεύεις; quemadmodum & paulo ante dixit, πρὸ τοῦ σε Φίλιππον φωνῆσαι, ὄντα ὑπὸ τὴν συκῆν. vbi, præterquam, quod placidi ingenii Philippum fuiſſe innuit, qui meditandi vel vitandi æſtus cauſa ſub ficum tum ſeceſſerat (quale eſt nobile illud platani hoſpitium, de quo Plato) ficus enim, ſecuritati tribuitur atque innocentiæ (vnde ad Eſaiæ 66. B. Hieronymus, *ſub ficu autem requieſcit, & nullius inſidias reformidat, qui dulcedine S. Spiritus fruitur, & illius fructibus ſaturatur: charitate, gaudio, pace, fide, continentia, patientia)* longe tamen pluris eſt, quod Meſſiæ tempus jam adeſſe, aliud agendo, quaſi indicauit. Zacharias autem cap. 3. poſtquam dixerat, *ecce enim adduco ſeruum meum Germen,* quod plerumque Meſſias Chaldæo; deinde addit: *in die autem illa, dicit Iehoua exercituum, vocabitis quiſque ſodalem ſuum ſubter vitem, & ſubter ficum.* Vt ſic mitiſſimum illud ac vere pacificum tempus deſignetur. Ad quem locum alluſiſſe potuit.

In Ioh.

℣ſ.40.

Cap. II.

Caput ſecundum & tertium percurritur. Locus, οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου, *& an cum interrogatione legendum.* μεθύειν. ἀποκρίνεσθαι, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν. *templum ſiue* ναὸς, *de corpore Dominico.* ἥξει εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ, *apud Malachiam.* ἐπαπόρησις ῥυπαρὰ *Nicodemi: & cur ita rudis quæſtio dicatur.* περίψηφοι, ἀνελεύθεροι. ἄρτοι ῥυπαροὶ, *ſecundarii.* ἀναπόδοτον *nouum ac inuſitatum. verba* παρενθήκῃ *includenda. Locus,* ὁ δὲ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν. *dare operam veritati, facere veritatem, quæ interpretibus hic vſurpata.* τὸ ἀλήθεια, *quomodo accipiendum. opera veritatis. Fulgentii interpretatio. Veritatis opera, opera juſtitiæ.* ἀλήθεια καὶ δικαιοσύνη *promiſcue vſurpata.* ἐρρίφη χαμαὶ ἡ δικαιοσύνη.

CApite ſecundo non procul ab initio occurrit illud, λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, τί ἐμοὶ καὶ σοι γύναι; οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου. Vbi aliter haud dubio poſtrema acceperunt verba, qui cum interrogandi nota, οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου; *an nondum hora mea venit?* legerunt. qua, videlicet, maternam poteſtatem καὶ ὑποταγὴν, vel excedam vel exuam. Inter quos Nyſſenus ad locum illum, Τότε καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα. Vbi, τὴν, inquit, μητρῴαν συμβουλὴν, ὡς οὐκέτι κατὰ καιρὸν αὐτῷ προσαγομένην, ἀπεποιήσατο, εἰπὼν, τί ἐμοὶ καὶ σοι, γύναι; Μὴ γὰρ ταύτης μου τῆς ἡλικίας ἐπιστατεῖν ἐθέλεις; Οὔπω ἥκει μου ἡ ὥρα, ἢ τὸ αὐτοκρατὲς παρεχομένη τῇ ἡλικίᾳ καὶ αὐτεξούσιον; Quod non ſine vehementia, majori certe quam vulgata præfert lectio, videtur dici potuiſſe: neque nobis tanti eſt, vt, quæ recepta eſt, mutetur. Pergamus. Eodem capite dicitur, πᾶς ἄνθρωπος πρῶτον τὸν καλὸν οἶνον τίθησι, καὶ ὅταν μεθυσθῶσι. In quo nec nouum, nec tanti putamus, vt hic repetatur, quanuis verum ſit quod B. Hieronymus monet: *Idioma linguæ Hebraicæ eſt, vt ebrietatem pro ſatietate ponat: ſicut ibi, In ſtillicidiis ejus inebriabitur germinans: haud dubium quin terra pluuiis irrigata.* Quæſt. Hebr. in Geneſin. & certe τὸ שכר & τὸ μεθύειν etiam hoc vſu, apud Helleniſtas inter ſe reſpondere, vix ignorant pueri. Eodem capite legitur, ἀπεκρίθησαν

Cap. II. ℣ſ. 4.

℣ſ. 10.

℣ſ. 18.

οὖν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Ioh. οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ εἶπον αὐτῷ. Vbi, τὸ ἀπεκρίθησαν, vix eſt vt ſit aliud quam quod
ſequitur, καὶ εἶπον. Nemo enim, cujus quidem mentio hic fiat, ante locu-
tus eſt. & ita paſſim, in Iobo & Daniele præſertim. Τὸ ויען igitur expreſſit, ad-
eo familiariter hac ratione Hebræis vſurpatum, vt & oratores, cum dicunt,
reſpondere dicantur. Apud Gorioniden de Apione Ægyptio, qui oratio-
nem ad Caium habebat, lib. 5. ויען אפיון. καὶ ἀπεκρίθη Ἀπίων: vt & mox de Phi-
lone. Ne in eo quidem quod ſequitur, à Prophetarum verbis receſſit Do-
ibid. 19. minus, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. Nam
cum apud Malachiam cap. 3. diu expectando Meſſiam defatigatus quæreret
populus, vbi eſſet judicii Deus, capite ſequenti reſpondetur, Ἰδοὺ ἐγὼ ἐξαπο-
στέλλω τὸν ἄγγελόν μου, ὅστις ἑτοιμάσει ὁδὸν πρὸ προσώπου μου, καὶ ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ.
ſubito in templum ſuum veniet: hoc eſt, *corpus aſſumet*. Quanquam alii, ad
templum proprie dictum aſtruendæ Chriſti diuinitati hoc referunt. ibi enim
colitur ὁ Κύριος. vnde & abſolute templum, Κυριακόν, quidam è Græcis Pa-
Cap. III. tribus, inter quos Cyrillus Hieroſolymitanus, dixerunt. Capite tertio in
diuina illa Domini cum Nicodemo ὁμιλήσει, quæri, nec immerito, po-
vſ. 4. teſt, quare illam Nicodemi quæſtionem, Πῶς δύναται ἄνθρωπος γεννηθῆναι γέ-
ρων ὤν; μὴ δύναται εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ δεύτερον εἰσελθεῖν καὶ γεννηθῆναι; libro
aduerſus Eunomium primo, ἐπαπόρησιν ῥυπαρὰν, dixerit Nyſſenus. Neque enim
puto, ἀνελεύθερον, hoc eſt, *illi beralem*, voluit: quod neque hic locum habet,
& auaris tribuitur, qui ſemper numerant, nec vnquam expendunt. vnde
& tales περιψήφους eleganter Græci dixerunt. Heſychius, Ῥυπαρὸς, περίψηφος,
αἰσχροκερδής. Magis autem veroſimile eſt, ad ἄρτους ῥυπαροὺς, ſeu ſecundarios ac
viles medicorum, reſpexiſſe. Notum poëtæ illud, *viuit ſiliquis & pane ſecundo*.
Et oportet Nicodemum certe, adhuc ſiliquis & pane ſecundario in regno
Dei vixiſſe, cum hanc quæſtionem, infra omne tirocinium ac ruditatem fi-
vſ. 8. liorum Dei, Dei Filio proponeret. Eodem capite leguntur illa, Τὸ πνεῦμα ὅπου
θέλει πνεῖ, καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, ἀλλ' οὐκ οἶδας πόθεν ἔρχεται καὶ ποῦ ὑπάγει· οὕτως ἐστὶ
πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ πνεύματος. Nouum ſane ἀνταπόδοτον, pro eo quod dicen-
dum videbatur, οὕτω τὸ πνεῦμα ἐν τῇ ἀναγεννήσει ἐστί. *Ita in regeneratione habet ſe ſpiri-
tus. Quæ enim vult efficit, quæ autem efficit, apparent: nec apparet ipſe, cum efficiat
quæ vult.* hoc eſt, *vt qui natus fuerat ſæculo, renaſcatur ſpiritualiter Deo*; quem-
admodum antiquus Doctor loquitur. Non multo poſt quod eodem capite
vſ. 12. legitur, Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν καὶ οὐ πιστεύετε, πῶς, ἐὰν εἴπω ὑμῖν τὰ ἐπουράνια, πιστεύ-
σετε; quin παρενθήκη debeat includi, quod de aliis quibuſdam jam monuimus,
ne dubitandum quidem videtur. Nemo enim dubitare poteſt, quin illud,
καὶ τὴν μαρτυρίαν ἡμῶν οὐ λαμβάνετε, cum illo, καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, opti-
me cohæreat. vt mens ſit, *teſtamur, quod vidimus: nec teſtimonium recipitur
noſtrum. cum nemo vel aſcenderit in cælum vel deſcenderit è cælo, præter eum
vſ. 21. qui hæc teſtatur.* Paulo poſt cum dicitur, Ὁ δὲ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν, ἔρχεται πρὸς τὸ
φῶς, interpres recentior, *qui vero dat operam veritati*: vetus, *qui autem facit
veritatem*. Quorum illud operoſum, nec planum, vt & hoc: nec Latinum ſa-
tis. Quod Fulgentius vidit, cum *opera veritatis* interpretatur, Lib. De præde-
ſtinatione ad Monimum. qui, *Tale aliquid & in ipſius redemptoris noſtri ſermo-
nibus inuenimus: dum veritatem fieri dicit, pro opere veritatis*. & deinde hunc
adducit locum. Huic adde, veritatis opera ea Helleniſtis eſſe, quæ juſtitiæ
dicuntur. Paſſim enim illis אמת, quæ δικαιοσύνη aliis. Καὶ ἐρρίφη χαμαὶ ἡ δικαιοσύνη.
Dan. 8. 12. Vbi in contextu originali ἀλήθεια. verum de his plura alibi & ca-
vſ. 25. pite ſequenti. Cum eodem capite dixit, ortam περὶ καθαρισμοῦ fuiſſe quæſtio-
nem, mirum id ſane non fuit, & prudenter voce generali, quod voluit ex-
preſſit. Nam & Iudæi ſimilem καθαρισμὸν habebant, & Iohannes peccatorum
καθαρισμὸν prædicabat, ac baptiſmo ſuo præmittebat. quanuis inter hunc
& Chriſti, multum intereſſe, & Scholaſtici & Patres crediderunt: cum
alterum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

alterum non aliud quam præparationis, alterum perfectionis eſſe vellent, In Ioh.
vt Tertullianus loquitur. Quemadmodum alterum (Iohannis, nempe) τῆς με-
τανοίας, alterum (Chriſti, ſcilicet) τῆς υἱοθεσίας, ſiue, *adoptionis*; alterum item
εἰσαγωγικὸν, alterum τελειωτικὸν, Baſilius dixit. cum καθαρισμὸν etiam Iudæi
(de quibus hic agitur) vt dixi, ſpectarent.

Cap. III.

Caput quartum percurritur. Samaritanæ hiſtoria. τὸ κεράμεον σκεῦος, *quod illi tri-
buit Clemens, & vnde id deſumptum.* ἄντλημα, καδδίσκος, *inter fictilia.* דלי.
κάδος. *vrnæ mortuorum. teſtæ.* ὀστρακίναι. κάλπις. *Dictum antiquum Magi-
ſtrorum Hebræorum ſimillimum illi quod hic dicitur à Domino. Locus,* πέντε
γὰρ ἄνδρας ἔσχες, καὶ νῦν ὃν ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνὴρ, *quomodo intelligendus.* κρυπτό-
μενος & ἐγκρυπτόμενος *vir Samaritanæ. mulier altera Hebræis.* γυνὴ ἑτέρα.
Maximi Taurinenſis & Hieronymi de Samaritide viriſque ejus, ſententia.
προσκυνεῖν ἐν ἀληθείᾳ, *& quid ſit. Diuerſæ interpretum ſententiæ.* προσδέχεσθαι ἐν
ἀληθείᾳ. ὁδὸς ἀληθείας. νόμος ἀληθείας. *Locus,* οὐχ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἔτι τετρά-
μηνόν ἐστι. *&c.* λέγετε, νομίζετε. *Nonni interpretatio, & error in re leui.*

CApite quarto, in Samaritanæ hiſtoria non procul ab initio legitur, Cap.
Ἔρχεται γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας ἀντλῆσαι ὕδωρ. Vbi adhuc quæro nec inue- IV.
nio, quod Clemens Alexandrinus Pædagogi lib. 2. cap. 3. notat, καὶ ѵſ. 7.
τὴν Σαμαρεῖτιν ἤτει πιεῖν, σκεύους κεραμέου τοῦ φρέατος ἀνιμῶσαν. Vbi enim hic σκεῦος
κεράμεον, vas illud fictile, quod Samaritidi aſſignat? Puto, cum ſequitur, λέγει
αὐτῷ ἡ γυνὴ, Κύριε, οὔτε ἄντλημα ἔχεις; ita accepiſſe τὸ ἄντλημα, ac ſi καδδίσκον, aut
ſimile quid inueniſſet: quæ τοῖς κεραμοῖς veteres accenſent. Pollux, τοῖς δὲ
σκεύεσιν εἰ βούλοιο προσαριθμεῖν κάδδον, εἰπεῖν ἔξεστιν. quemadmodum ἄντλημα,
quod דלי Hebræis, κάδον Helleniſtæ dicunt. Vt in illo, εἰς πάντα τὰ ἔθνη, ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου. vbi τὸ דיל quo Chaldæi vtuntur, nonnulli *vrnam* interpretan-
tur: quemadmodum vrnas mortuorum, quanuis pro conditione ſingulorum
ex alia atque alia materia fierent, *teſtas* Romani, ὀστρακίνας Græci poëtæ di-
cunt. Nonno certe κάλπις dicitur. quomodo & vrnæ, de quibus jam diximus,
Græcis dicuntur. ille enim, Καί μιν ἄναξ ὑδάτων ἀπὸ κάλπιδος ᾔτεεν ὕδωρ. Eodem
capite ſequitur, Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῇ, πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου, διψήσει
πάλιν, ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα. Quod cum ѵſ. 13.
legerem, venit in mentem, quod ab Hebræorum dicitur Magiſtris: eum,
ſcilicet, qui rebus ſæculi vaniſſimis ac perituris intricatur, ſitienti, qui ſalſas
bibit aquas, eoque amplius ſitit, eſſe ſimilem. Quare autem? quia כל אשר ישתה
מהם יוסיף צמא. *quicunque è talibus bibit, non minuit, ſed auget ſitim.* qualia dicta,
quanuis à recentioribus edita, πατροπαράδοτα fuiſſe, paſſim alluſiones Domini
teſtantur. Eodem capite dicitur, Πέντε γὰρ ἄνδρας ἔσχες, καὶ νῦν ὃν ἔχεις οὐκ ἔστι σου
ἀνήρ. Eo ſenſu, vt poſt quinque viros quos habuerat, ſextum jam, non vi- ѵſ. 18.
rum, haberet. quem idcirco κρυπτόμενον & ἐγκρυπτόμενον, antiqui Theologi
dixerunt. Chryſoſtomus, Τοὺς τε γὰρ προτέρους ἅπαντας ἠρίθμησε, καὶ τὸν νῦν κρυπτόμε-
νον, ἤλεγξε. Manifeſte enim quinque viros, quos habuit, ab vno diſtinguit,
qui nec vir illi eſſet nec legitime haberetur. vt poſtremi ſic viri fuiſſe con-
cubinam clam ſignificet: quæ honeſto nomine אחרת, ſiue, *altera*, Hebræis
dicebatur. Qualis mater Iephtæ Iud. 11. ѵſ. 2. *Non accipies hæreditatem in
domo, quia filius mulieris alterius es.* Helleniſtæ, υἱὸς γυναικὸς ἑταίρας εἶ σύ. cum
nihil amplius quam ἑτέρας, dicatur: quanquam eadem & πόρνη dicitur, non
multo ante. concubinæ autem, vt vt cariſſimæ, in liberorum fraudem ha-
bebantur. Alio tamen Cyrillus inclinat. Etiam Maximus, quem Tauri-
nenſem dicunt, Homilia De eleemoſynis, cum, *mulierem, ſexto jam non
viro ſed adultero fornicantem,* dixit. Quid tamen planius? Πέντε ἄνδρας ἔσχες,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Ioh. καὶ νῦν, ὃν ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνήρ. Hoc eſt, πέντε ἄνδρας ἔσχες, ὃν δὲ νῦν ἔχεις, οὐκ ἀνήρ σου ἐστὶν, ὥσπερ οἱ πρότεροι. Nam B. Hieronymus, qui vt cauſæ ſuæ vela miniſtraret, aduerſus Iouinianum lib. 1. *Siquidem & illa in Euangelio Samaritana, ſextum ſe maritum habere dicens, arguitur à Domino, quaſi non ſit vir ejus: vbi enim numerus maritorum eſt, ibi vir qui proprie vnus eſt, eſſe deſiit;* ipſe viderit. Et quomodo ſextus, non maritus, cæteri autem qui poſt vnum mariti, ſi vir proprie vnus eſt? Reſtat igitur, vt vnum quem habuit, proprie fuiſſe virum dica-

℣ſ. 23. mus. Eodem capite, Ἀλλ᾽ ἔρχεται ὥρα καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσκυνήσουσι τῷ πατρὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ. Vbi quid ſit προσκυνεῖν ἐν πνεύματι, totidem ſciunt, quot ſunt, qui, quid ſit ſpiritualiter orare, non ore tenus tantum, intelligunt. Quid ſit autem ἐν ἀληθείᾳ, vtinam interpretes hic monuiſſent. Quid igitur? an ita hic ſumitur ἀλήθεια, vt cum veritati typus opponitur? dicuntur enim ἀληθῆ quæ typo denotantur. Quibus τὰ ξύλινα nonnunquam Græci Patres opponunt: quemadmodum cum Cyrillus Hieroſolymitanus τὸν ξύλινον θρόνον τοῦ Δαβὶδ, & τὴν ξυλίνην καθέδραν Μωϋσέως, dixit. Alii, vt hæretici & falſi doctores, aut falſis ſaltem imbuti opinionibus ſic excludantur. Theophylactus: Ἐπεὶ δὲ πολλοὶ δοκοῦσι μὲν αὐτὸν προσκυνεῖν, inquit, κατὰ ψυχὴν, οὐκ ὀρθὴν δὲ δόξαν περὶ αὐτοῦ ἔχουσιν, ὡς οἱ αἱρετικοὶ, διὰ τοῦτο προσέθηκε, τὸ, ἐν ἀληθείᾳ· δεῖ γὰρ καὶ κατὰ νοῦν προσκυνεῖν τῷ Θεῷ, ἀλλὰ καὶ ἀληθῆ δόξαν περὶ αὐτοῦ ἔχειν. quæ vt vera ſunt, ita locum hic non habent. Τὴν ἀλήθειαν & δικαιοσύνην paſſim confundi Hebræis, & eorum more, ab Helleniſtis, non ſemel diximus. Precantur, ſiue inuocant באמת, ἐν ἀληθείᾳ, quomodo paſſim Rabbini loquuntur, οἱ ἐν δικαιοσύνῃ προσκυνοῦντες, *qui juſte orant.* ita autem orant, qui manus puras ad cœlum tollunt. Notum illud Apoſtoli, qui vult, vt qui orant, *puras manus attollant.* 1 ad Timoth. 2. 8. hoc eſt, vitam puram adferant atque innocentem: quod non fruſtra dicitur Samaritanæ, in qua, quod hic docet, requirebat Dominus. vt quæ ſextum jam haberet maritum, neque ſuum. Et ita paſſim πορεύεσθαι ἐν ἀληθείᾳ, de virtute & juſtitia. Neque aliud Pſalmiſtæ ὁδὸς ἀληθείας: vt in illo 119. Pſalmo, 30. ὁδὸν ἀληθείας ᾑρετισάμην: quod paulo poſt eodem Pſalmo, ὁδὸν ἐντολῶν σου ἔδραμον. Quid quod vbi legitur ἀλήθεια, ſeu אמת, δικαιοσύνην reponunt Græciſtæ? quemadmodum in illo, de quo ſupra, ne nunc cætera adducam, καὶ ἐῤῥίφη χαμαὶ ἡ δικαιοσύνη. Dan. 8. 12. Vbi Rabbi Iachiades, *librum Legis, qui in templo erat, quique Lex veritatis nuncupatur,* הספר תורה שבהיכל הנקראת תורת אמת intelligi ait. De Lege autem veritatis habes Malach. 2. 6. Νόμος ἀληθείας ἦν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, καὶ ἀδικία οὐχ εὑρέθη ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ. Vbi νόμος ἀληθείας & ἀδικία opponuntur. quemadmodum & alias, Lex juſtitiæ magiſtra, νόμος ἀληθείας dicitur: vt & Chaldæis paſſim קושטא ἀλήθεια, quæ iiſdem צדקא, ſeu δικαιοσύνη. quare & Helleniſtas haud dubio reſpexit Heſychius, cum τὸ ἀληθὲς, δι-

℣ſ. 35. καια, δίκαιος, interpretatur. Eodem capite & illud occurrit, Οὐχ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἔτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται. qui locus aliquam ſemper obſcuritatis objecit nobis ſpeciem. Quo enim illud λέγετε? Λέγειν, ergo, ne quis erret, quod hic toties monemus, idem quod λέγειν ἐν τῇ καρδίᾳ, Helleniſtæ dicunt: & quod interdum ipſi autores ſupplent. quemadmodum, ne alios nunc locos adducam, Abdiæ c. 1. ℣ſ. 3. אמר בלבו. λέγων ἐν τῇ καρδίᾳ σου, τίς με κατάξει ἐπὶ τὴν γῆν; *qui cogitas futurum eſſe neminem, qui te in terram detrahat.* ita hoc loco, λέγετε, *cogitatis, perſuadetis vobis.* Mens igitur, *Nonne cogitatis, nonne arbitramini, poſt menſes quatuor futuram eſſe meſſem? Ego, jam adeſſe, ac præſentem eſſe, dico.* Quod cum Nonnus non videret, moleſtiſſime hoc extulit, nec dixit quod debebat.

Ὑμεῖς οὐ τόδε πάντες ἐνὶ ξυνώσατε μύθῳ
Ἴδμονες ἀρχαίων, ὅτι λείπεται εἰσέτι μήνη
Μηνῶν τετραέλικτος ἀελλήεσσα πορείη,
Καὶ θέρος ἀγλαόκαρπον ἐλεύσεται;

CAP.

CAP. IV.

In Ioh.

Caput quintum examinatur. Locus, ὁ γὰρ Ἰησοῦς ἐξένευσε. ἐκνεύειν, τῆς προκειμένης
ὁδοῦ ἐκκλίνειν. *Locus*, οὐ δύναται ὁ υἱὸς ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖν οὐδέν. οὐ δύναται ποιεῖν, οὐ ποιεῖ,
ſimplex Hebraiſmus. οὐ γὰρ δυνήσομαι ποιεῖν πρᾶγμα, *in hiſtoria Loti. Aliæ ve-
terum interpretationes.* οὐ δύναται, οὐ βούλεται, οὐκ ἐνδέχεται. *Locus*, οὐδὲ γὰρ ὁ
πατὴρ κρινεῖ οὐδένα. *Lectio veterum* κρινεῖ ἀντὶ τοῦ κρίνει, *mente alia. Lectio Cy-
priani*, ὅτι ὁ πατὴρ κρίνει οὐδέν. *Locus*, ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος. πρὸς
ὥραν. ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ, *& quis ille.* δύσκολος. *idem cum Antichriſto. & unde
vox* δύσκολος. *è philoſophia deſumptam videri.* δυσκολαίνειν. δυσκολία *Ari-
ſtotelis. Antichriſtus*, ἄλλος.

CApite ejuſdem Euangeliſtæ quinto, cum legitur, ὁ γὰρ Ἰησοῦς ἐξένευσεν Cap.V.
ὄχλου ὄντος ἐν τῷ τόπῳ, inuenio non multo aliter locutum Thucydi- vſ.13.
dem lib. 2. Ἄνδρας τε τῶν Ἀθηναίων ἀπέκτειναν, ὅσοι μὴ ἐξένευσαν αὐτῶν. Scho-
liaſtes, ἐξεκολύμβησαν, ἐξέκλιναν τῆς προκειμένης ὁδοῦ. Itaque ἐξένευσε, τῆς προκειμένης ὁδοῦ
ἐξέκλινε. *è via, quam inſtituerat, deflexit, aut declinauit.* Pindarus Olymp. 13.
Ἀλλὰ κούφοισιν ἐκνεῦσαι ποσὶ Ζεῦ τέλει', αἰδῶ διδοὺς, καὶ τύχαν τερπνῶν γλυκεῖαν. vbi inter-
pres eleganter, ἀποστῆναι. Quod vetus, *declinare*, dixit. qui, *Ieſus enim decli-
nauit*, vel, *declinauerat, à turba.* melius quam recens, *euaſerat.* Et, quod ma-
gis admiremur, qui è via ad aliquem diuertit, Helleniſtis ἐκνεύειν dicitur. Ita
Iahel Siſeræ, Ἔκνευσον, Κύριέ μου, ἔκνευσον πρός με, μὴ φοβοῦ. *Diuerte ad me, Domi-
ne, nec timeas.* Et ſequitur, καὶ ἐξένευσε πρὸς αὐτὴν εἰς τὴν σκηνήν. *& in taberna-
culum ad eam diuertit.* ויסר Iud. 4.18. Eodem capite, Ἀπεκρίνατο οὖν ὁ Ἰησοῦς καὶ vſ.19.
εἶπεν αὐτοῖς, ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μή τι βλέ-
πῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα. Ad quem locum, multis, quomodo nihil facere per ſe &
abſque Patre poſſit Filius, vtrum item, ad impotentiam hoc referendum ſit,
quod negant, tum & quatenus de Filio verum ſit, diſputant Theologi: cum
ante omnia, quod ſine vllo negotio fieri poterat, videndum eſſet, an non
ſimplex ſit Hebraiſmus. Οὐ δύναται ποιεῖν. οὐ ποιεῖ. Tale eſt, καὶ οὐκ ἠδύνατο ἐκεῖ
οὐδεμίαν δύναμιν ποιῆσαι. οὐκ ἐποίησε. Marci 6. 5. Tale eſt, οὐ γὰρ δυνήσῃ ἔτι οἰκονομεῖν.
hoc eſt, οὐκ ἔτι οἰκονομήσεις. de prodigo diſpenſatore. Lucæ 16. 2. Illuſtris locus
& huic ſimillimus Geneſ. 19. 22. vbi Angelus ad Lotum, Σπεῦσον οὖν σωθῆναι
ἐκεῖ· οὐ γὰρ δυνήσομαι ποιῆσαι πρᾶγμα, ἕως τοῦ ἐλθεῖν σε ἐκεῖ. *nihil facere potero, do-
nec eo te conferas.* quomodo autem non poterat, quod poterat? qui locus huic
ſimilis videtur. Tale eſt illud Ioan. 12. 39. Διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύναντο πιστεῦσαι. vt mi-
rum ſit tantopere ibi vocem eam à recenti interprete vrgeri. Et quid obſtat,
quo minus quod cap.12. vſ.37. οὐκ ἐπίστευσαν, dixit, ibi οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν, di-
xerit? Loco enim altero, Τοσαῦτα δὲ αὐτοῦ σημεῖα πεποιηκότος ἔμπροσθεν αὐτῶν, οὐκ
ἐπίστευον εἰς αὐτόν. Altero autem, Διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν, ὅτι πάλιν εἶπεν
Ἠσαΐας. Tale hoc eodem capite, οὐ δύναμαι ἐγὼ ποιεῖν ἀπ' ἐμοῦ οὐδέν. Quanquam
non ignorem, etiam ad voluntatem à quibuſdam referri. vt in illo Iobi 6.7.
οὐ δύναται παύσασθαί μου ἡ ψυχή. vbi Hebræus מאנה, *recuſat*, οὐ βούλεται, οὐ θέλει.
licet recte ibi, *non poteſt*, & reddi poſſit & intelligi. quare non neceſſe
eſt argutari. Sed & idem ad occaſionem quæ deeſt, nonnunquam referre
ſolent. vt cum Iobi 32. vſ. 3. οὐκ ἠδυνήθησαν ἀποκριθῆναι ἀντίθετα, *non inuenie-
bant quod reſponderent: quæ reſponderent contra, non inueniebant*, aliaque ejuſ-
dem generis. Peluſiota, poſt varias, quas, vt eſt diligentiſſimus, adducit ῥήσεις,
ſeu Scripturæ locos, tandem, τὸ οὐ δύναται, hoc loco, οὐκ ἐνδέχεται, exponit.
quemadmodum in illo Moſis, οὐ δυνήσῃ τὸ πάσχα ποιεῖν ἐν οὐδεμιᾷ τῶν πόλεων. item
in eo, Μὴ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος πενθεῖν, ἐφ' ὅσον μετ' αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος, idem
ἀντὶ τοῦ, inquit, οὐκ ἐγχωρεῖ, οὐ πρέπει, οὐ προσήκει, οὐκ ἐνδέχεται, οὐχ ἁρμόζει. Deinde
de hoc ipſo loco, ὁ σκοπὸς ὁ σωτήριος δῆλός ἐστι· τί γὰρ οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ'

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Ioh. ἑαυτοῦ οὐδὲν, οὐκ ἀσθένειαν αὐτοῦ κατηγορεῖ, ἀλλὰ τὴν μεγίστην ῥώμην, ὅτι ἀνεπίδεκτός ἐστιν τοῦ
ἐναντίον τι τῷ πατρὶ ποιεῖν. nos rem ipſam jam diximus. Eodem capite & illud
℣ſ. 22. legitur, οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ. Vbi nota
eſt Theologorum ſententia, qui hæc & ſimilia ſimpliciter negari negant,
ſed aduerſus eos tantum, qui, quod Patri tribuebant, Filio negabant, dici
exiſtimant. vt hic judicium, quod vtriuſque eſt. Simplicius veteres non-
nulli, qui τὸ κρίνει, ἀντὶ τοῦ κρινεῖ, accipiunt, atque ita ad nouiſſimum judi-
cium hoc referunt. Magnus Auguſtinus lib. 1. De Trinitate: *Pater non judi-
cat quenquam. ac ſi diceret, Patrem nemo videbit in judicio viuorum & mortuo-
rum, ſed omnis Filium, quia filius hominis eſt: vt poſſit & ab impiis videri, cum
& illi videbunt in quem pupugerunt.* &c. Item, *Pater non judicat quenquam,
ſed omne judicium dedit Filio: quia judex in forma filii hominis apparebit: quæ
forma non eſt Patris, ſed Filii.* Et certe, nihil hac enallage, in his præſertim
ſcriptis, vſitatius. Atque hoc modo maxime Cypriani lectio excluditur, quæ
eſt, οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδέν. Quod cur tantopere placuerit quibuſdam, non
video. neque enim, ſi ſimpliciter verum eſt, ὅτι ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ ὁ πατὴρ οὐδένα
κρινεῖ, πᾶσαν γὰρ κρίσιν δέδωκε τῷ υἱῷ, ideo ſimpliciter verum eſt, ὅτι ὁ πατὴρ κρίνει
℣ſ. 35. οὐδέν. Eodem capite & illud habes, ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος. Quod de
Regibus in veteri Fœdere vſurpatum, ad regnum ſuum tranſtuliſſe Domi-
nus videtur. cujus & præcurſor & præparator Iohannes fuit. Vnde & addi-
ditur, πρὸς ὥραν. ne illi tribuatur, quod ejus erat, quem monſtrabat. Ita
1 Reg. 15. *Attamen, propter Dauidem dedit Iehoua Deus ipſi lucernam Hieroſo-
lymæ, ſuſcitando filium ejus poſt eum.* & paſſim. Cum autem dixit πρὸς ὥραν,
tempus certum potius quam exiguum intelligit. noctis videlicet. Veſperi
enim ſacram, inquit ad libros Regum Procopius, lucernam accendebant:
nocte autem media oleum infundebant. ἐν ἑσπέρᾳ γὰρ τὸν ἱερὸν λύχνον ἅπτειν εἰώθη-
℣ſ. 43. σαν· περὶ μέσας δὲ νύκτας ἐπέβαλλον ἔλαιον. Eodem capite, ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι
τοῦ πατρός μου, καὶ οὐ λαμβάνετέ με· ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, &c. Vbi,
ἄλλος, *diuerſus aliquis.* quem ex antiquis nonnemo, vt & Iuuencus, δύσκολον
dixit. qui, *veniet ſed dyſcolos alter, Nomine quem fultum proprio gens veſtra ſe-
quetur.* Quis eſt autem ille dyſcolos? Antichriſtus haud dubio. de quo ele-
ganter ad hunc locum Alcuinus, *Quia enim Iudæi noluerunt recipere Chri-
ſtum; pœna peccati hujus congruet, vt recipiant Antichriſtum: vt, qui nolunt cre-
dere veritati, credant mendacio.* neque alio refert Auguſtinus. Nonnus ἀντί-
θεον, Apoſtolus etiam ἀντικείμενον dixit. Nec aliter Chryſoſtomus, & qui eum
ſequitur, Theophylactus. Sed vnde vox ea? δύσκολος nimirum. Fieri poteſt,
ex philoſophia tranſlatam. Ariſtoteli certe Topicorum 8. δυσκολαίνειν dicitur,
qui ἀντικείμενα ſeu *contraria,* (ea enim voce vtitur) argumentanti, ſed illegiti-
me, opponit, nec aliud quam veritati obſtrepit. Εἰ οὖν, inquit ille, μήτε ἀντε-
πιχειρεῖν ἔχων, μήτε ἐνίστασθαι, οὐ τίθησι, δῆλον ὅτι δυσκολαίνει. ἔστι γὰρ ἐν λόγοις δυσκολία,
ἀπόκρισις, παρὰ τοὺς εἰρημένους τρόπους συλλογισμοῦ φθαρτική. Ad quem locum fuſe
& eleganter ſic Aphrodiſienſis, Δυσκολία δέ ἐστιν ἀπόκρισις συλλογισμοῦ φθαρτική·
ὁ γὰρ δυσκολαίνων οὐκ ἐᾷ τὸν ἐρωτῶντα συλλογίσασθαι ὃ βούλεται. καὶ ἔστιν ὁ τρόπος οὗτος
τῆς δυσκολίας, ἄλλος παρὰ τοὺς εἰρημένους. μήτε γὰρ ἀντιθεὶς ὁ ἀποκρινόμενος, ὅτι ὁμώ-
νυμόν ἐστι τὸ ἐρωτηθὲν, ἢ ὅτι μεταφορικὸν, ἢ ἀσαφὲς, ἀλλὰ μόνον ἀνανεύων, κωλύει τὸν συλλο-
γισμὸν καὶ τὴν διάλεξιν. Et certe ſpiritualis ille dyſcolos, quem Antichriſtum
ſcriptura dicit, non rationibus, quæ aduerſus Deum nullæ ſunt, ſed tan-
tum ἀνανεύων, καὶ οὐ συνδιατιθέμενος, hoc eſt, negando, nec credendo, ipſam
veritatem, quantum in ipſo, tollet ac euertet. Adde quod ἄλλος ex He-
bræorum vſu, diuerſus dicitur, aut illegitimus. vt cum אחרת (de quo ſu-
pra) concubina, aut vxor non vxor, dicitur. Ita & אחר ἄλλος. Vt quemad-
modum Θεὸς ἄλλος, & Θεὸς ἀλλότριος, idolum dicitur, ita Antichriſtus ἄλλος
dicatur. Heſychius, ἀλλότριος, πολέμιος, ξένος. Et אחרי, apoſtata. vt mirum
non

non ſit, à B. Chryſoſtomo ad hunc locum, illum Apoſtoli notiſſimum lau-
dari, ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πᾶν τὸ λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα. Ad In Ioh.
quam poſtremam fortaſſe vocem reſpexerunt, qui τὸν ἀντικείμενον, ſiue Anti-
chriſtum, ἐκ Σεβαστηνῶν venturum dixerunt. Quod in Sibyllinis, quæ vulgo
circumferuntur, Oraculis legitur, Ἐκ δὲ Σεβαστηνῶν ἥξει Βελίας μετόπισθεν. Et re-
uera ὁ ἀντικείμενος eſt ἄλλος: ſi præſertim illi opponatur, cujus locum occu-
pat & poteſtatem.

Cap. V.

Caput ſextum & ſeptimum percurritur. εὐχαριστεῖν *in miraculo multiplicationis
cibi. quomodo intelligendum, quod de creando Rege dicitur.* Βασιλεύς, ὁ Χριστός.
B. Auguſtini interpretatio. ἐργάζεσθαι τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ. ἔργον τοῦ Θεοῦ, *fides. Locus,*
ἐάν τις φάγῃ ἐκ τούτου τοῦ ἄρτου, *aliter à Cypriano citatus.* לחם *de carne. Locus,* ὁ
καιρὸς ὁ ἐμὸς οὔπω πάρεστι. *Epiphanii interpretatio.* οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου: *& vtrun-
que locum eodem modo accipiendum.* ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος Μωσέως, *vt vt non
ſoluatur. alia Nonni interpretatio. Locus,* ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ καθὼς εἶπεν ἡ γρα-
φή, *& quo poſterius referendum.* ὁ Προφήτης *excellenter ſic dictus: & an alius à
Chriſto, quod nonnullis tum perſuaſum.* ὁ Προφήτης *aliis Ioſua, aliis Ieremias.* ὅπου
ἦν Δαβίδ, γεννηθεὶς *nimirum.* οὔπω ἦν πνεῦμα ἅγιον, *dicendi ratione* ἁπλεῖ *ex
Hebræorum more.*

CApite ſexto, de Domino, qui quinque panibus ac quinque piſcicu-
lis, immenſam prope turbam ad ſatietatem pauit, ita vt reliquiæ, de Cap. VI.
quibus ſupra agebamus, ſupereſſent, priuſquam ſe miraculo accin- v. 11.
git, ita loquitur Euangeliſta, Ἔλαβε δὲ τοὺς ἄρτους ὁ Ἰησοῦς, καὶ εὐχαριστήσας διέδωκε
τοῖς μαθηταῖς. Vbi videndum, an non τὸ εὐχαριστεῖν, idem quod ברך Hebræis,
εὐλογεῖν Græcis. Vt ſic benedictio (qua voce, meo animo, recte hic quidam
vſi ſunt) ſiue εὐλογία, propagationem ſeu multiplicationem, quæ hic ſum-
ma eſt miraculi, includat. Eodem capite de Seruatore dicitur, Ἰησοῦς οὖν γνοὺς v. 15.
ὅτι μέλλουσιν ἔρχεσθαι καὶ ἁρπάζειν αὐτὸν, ἵνα ποιήσωσιν αὐτὸν βασιλέα. &c. *vt facerent
eum Regem.* Quem autem? tum, cujus ditionis ac regni? Qui? aut, qua auto-
ritate? Populus ſcilicet, jam paſtus. quem, vt & militem, Romani quoque,
frumentationibus ſæpe, vt ad imperium peruenirent, callide demereban-
tur. Exemplo ſit Auguſtus, qui, populum annona, teſte Tacito, in partes
ſuas, ac ſic principatum in ſe pertraxit. *Vbi militem donis, populum annona,
cunctos dulcedine otii pellexit, inſurgere paulatim,* &c. quemadmodum ea
tempeſtate populus, nihil præter panem & Circenſes, teſte Satyrico, opta-
bat. Sed quid hæc ad eum, cujus regnum de hoc mundo non erat? eorum
autem quid intererat, vt regem haberent? Regem haud dubio creare, in ani-
mo habebant, quem Meſſiam eſſe, è miraculis ac factis judicabant: Regem
creare, quem jam vnctum credebant. Neque alio à Chaldæis nomine Meſ-
ſias nuncupatur. Sic ad locum notiſſimum, *Non auferetur ſceptrum de Iu-
da* &c. donec veniat שילה, Ionathan & Hieroſolymitanus Paraphraſtes, מלכא
משיחא, *Rex Meſſias.* Onkelos, משיחא דדיליה היא מלכותא. *Meſſias cujus eſt regnum.* Quid
quod Regis titulo promiſſus fuerat Meſſias? Ita Zachariæ 9. 9. *Exulta valde
filia Sion, jubila filia Ieruſalem. Ecce Rex tuus veniet tibi.* In Græco, ὁ βασιλεύς
σου. nec aliter Chaldæi. Et hoc nomine Actor. 17. accuſantur Apoſtoli, quod
aduerſus Cæſaris decreta, alium eſſe Regem dicerent: Ieſum nempe. καὶ οὗτοι
ἅπαντες ἀπέναντι τῶν δογμάτων Καίσαρος πράττουσι, βασιλέα λέγοντες ἕτερον εἶναι Ἰησοῦν.
Mihi hoc in primis placet, vt priuſquam de elicienda è contextu aliquo do-
ctrina cogitetur, literalis ante omnia interpretatio conſtituatur. Quanuis
enim bene doceat qui vſum ſpectat, danda eſt inprimis opera, vt plane con-
textui conueniat quod pie docetur. Quis autem dubitat, quin vere ad hunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Ioh. locum dixerit Chryſoſtomus, qui fugiſſe regnum docet Dominum, παιδεύοντα ἡμᾶς τῶν κοσμικῶν καταφρονεῖν, *vt ſic negligenda, quæ terreſtria, doceret.* Pene eadem Tertullianus. qui magnifice poſt illa infert: *Quis magis his* (poteſtate regia, ſimilibuſque, ſcilicet) *vſus fuiſſet, quam Dei Filius? Quales & quanti eum faſces producerent! Qualis purpura de humeris ejus floreret! Quale aurum de capite radiaret! niſi gloriam ſæculi alienam & ſibi & ſuis judicaſſet? Igitur quæ noluit rejecit, quæ rejecit damnauit, quæ damnauit in pompa diaboli reputauit. Non enim damnaſſet, niſi non ſua: alterius autem eſſe non poſſent niſi diaboli quæ Dei non ſunt.* Recte. niſi quod videndum prius fuerat, quod regnum illi fuerit oblatum. Nam de Auguſtino quid dicemus, qui hic vnum, nec aliud, moneri docet: *Chriſtum,* nempe, *hoc ipſo menti noſtræ imperare ac rationi, quo eſt in excelſis,*
vſ. 28. *nulla cum hominibus communione, & ſolum, quia vnicus eſt Patri?* Eodem capite occurrit illud, Εἶπον οὖν πρὸς αὐτὸν, τί ποιοῦμεν ἵνα ἐργαζώμεθα τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ; Quæ ſunt illa opera? Præcepta nempe. Quod effecit, vt quod ſequitur deinde, τοῦτό ἐστι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ, de præcepto quoque & voluntate Dei, quidam è veteribus interpretarentur. Procop. ad Geneſ. 2. Τὴν γὰρ ἐντολὴν καὶ ὁ Σωτὴρ ἔργον λέγει, τοῦτ' ἔστι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ, ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος. Ita opus Dei eſſet, quod requirit Deus: aut, cujus autor Deus. quod nihil ad ſententiam eorum, qui τὸ *opus* hic vrgent. Caput præceptorum quod eſt? Fides. Caput ergo præceptorum, de quibus quærebatur, eſt, ἵνα πιστεύσητε, hoc eſt, τὸ πιστεύειν, ſiue ἡ πίστις. Et in quem? in eum, ſcilicet, quem Deus miſit, quod mox additur. Dei ergo opus, quod à Deo. Ideoque, *non hoc opus veſtrum eſt,* teſte Auguſtino, dixit: *ſed hoc opus Dei. Vt credatis in eum: vt qui gloriatur, in Domino glorietur.* cujus verba ad hunc locum Thomas quoque adduxit. Quod capite
vſ. 51. eodem ſequitur, Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς· ἐάν τις φάγῃ ἐκ τούτου τοῦ ἄρτου, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ὁ ἄρτος δὲ ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μου ἐστὶν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς, paulo aliter legiſſe Cyprianus videtur. *Ego ſum panis vitæ, qui de cælo deſcendi. Si quis ederit de meo pane, viuet in æternum. Panis autem quem ego dedero, caro mea eſt, pro ſæculi vita.* Aliquanto, inquam, aliter quam Græce legitur. Cæterum τὸ ἄρτος לחם, vt de cibo, ita & de carne vſurpari, nemo eſt qui neſcit. Pane in deſerto ſuos pauit Deus: idem qui & carne eos pauit. vt & hic latius ſumatur. Ita panis, de quo agitur, non tantum ſufficit ad vitam hanc mortalem, vt ſit loco cibi, ſed & ſufficiens
Cap. VII. commeatus eſt ad eam in qua nihil deeſt. Ad caput ſeptimum eadem opera pergamus. Vbi quod dicitur à Domino, ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς οὔπω πάρεστι (quia
vſ. 6. mox dicit, ἐγὼ οὔπω ἀναβαίνω εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην, & tamen abit) ita Epiphanius interpretatur, ac ſi, per horam, tempus paſſionis ſuæ, quæ in vrbe Sancta, mox futura erat, intelligeret. Ita enim contra Alogos, Ἐν τῇ ἑορτῇ ἔλεγεν, ὅτι οὐ καταβαίνω εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην· οὐ γὰρ ἐψεύδετο· μὴ γένοιτο. Μεσούσης γὰρ τῆς ἑορτῆς ἦλθε, φησὶ, καὶ ἀνέβη εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἔλεγον, οὐχ οὗτός ἐστιν ὃν ἐζήτουν πιάσαι; καὶ ἰδοὺ, παῤῥησίᾳ λαλεῖ. μὴ ἄρα ἔμαθον οἱ ἱερεῖς, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός. ἀλλὰ οἴδαμεν πόθεν οὗτός ἐστιν. μυστηριωδῶς γὰρ καὶ πνευματικῶς διαλεγόμενος τοῖς αὐτοῦ ἀδελφοῖς, οὐκ ᾔδεσαν τί ἔλεγεν· ἔλεγε γὰρ αὐτοῖς, μὴ ἀναβαίνειν εἰς τὸ ἱερὸν ἐν τῇ ἑορτῇ ἐκείνῃ, μηδὲ εἰς τὸν σταυρὸν, οὗ τελειῶσαι πῶς τὴν οἰκονομίαν τοῦ πάθους αὐτοῦ, καὶ τὸ τῆς σωτηρίας μυστήριον, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι, καὶ ἐς τὸν οὐρανὸν ἀναβῆναι, ἅτινα ἐπλήρου πάντα ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ ἐξουσίᾳ. *Sub idem feſtum dicebat, non aſcendo ad hoc feſtum. Non quod falſum diceret: abſit enim. Medio autem feſto venit, vt dicitur, & Hieroſolymam verſus aſcendit. Vnde & dicebant quidam, nonne hic eſt quem capere tentabant, & ecce palam loquitur? Num ergo didicerunt Sacerdotes, Chriſtum hunc eſſe? Verum ſcimus, vnde hic ſit. Cum enim myſtice ac ſpiritualiter cum ſuis diſſereret fratribus, neſciebant quid diceret. ajebat enim, ſe non eſſe illo feſto in templum aut crucem aſcenſurum, vt paſſionis ſuæ diſpenſationem ac ſalutis noſtræ perficeret myſterium, atque è mortuis excitatus aſcenderet in cælum. quæ omnia pro poteſtate ſua impleuit.* Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

dilutum certe, nec negari poteſt. cum non aliter accipiendum videatur, quam Euangeliſtæ hujus c. 2. ỷ.ſ.4. οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου. Nam, quemadmodum hic, nondum veniſſe horam ſuam, ait, & mox abit, ita ibi, nondum veniſſe horam ſuam dicit, & mox præſtat quod à matre poſcebatur. aquam quippe, cum à matre de vino monitus ſic reſpondiſſet, in vinum mox conuertit. Hoc igitur, vt ibi, ita hic vult: opportunitatem temporum non alii quam ſibi notam, neque in iis quicquam ex præſcripto hominum, ſed ex autoritate propria, à ſe agendum: ſibi enim ſoli ea nota, quæ ignorant, aut ex opinione judicioque ſuo, ſibi homines præſcribunt. inprimis autem ſibi curæ eſſe, vt œconomiam ſuam totam expleat: ideoque pericula in vrbe cauenda, quæ nondum illis imminerent. Vnde ſtatim addit, ὁ δὲ καιρὸς ὁ ὑμέτερος ἀεὶ πάρεστιν. *vos autem nihil eſt quod impediat, nihil cur differatis.* Cum quo conjungit quod ſequitur, οὐ δύναται ὁ κόσμος μισεῖν ὑμᾶς, ἐμὲ δὲ μισεῖ· ὅτι ἐγώ. &c. *Itaque, cum vobis ſemper liceat abire quo vultis, quia nihil obſtat, mihi autem tempus circumſpiciendum ſit quod nondum adeſt, ſoli mihi relinquendum, vt commoditatem ac opportunitatem diſpiciam, ac ſic de eo ſtatuam quod ſoli mihi notum.* quare, conſilium eorum, locum hic habere nullum. Eodem capite legitur, Εἰ περιτομὴν λαμβάνει ἄνθρωπος ἐν σαββάτῳ, ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος Μωσέως, ἐμοὶ χολᾶτε, ὅτι ὅλον ἄνθρωπον ὑγιῆ ἐποίησα ἐν σαββάτῳ; Cujus loci vim non ſatis aſſecuti videntur eruditi. Mens eſt, ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος Μωσέως, *vt vt non ſoluatur: citra ſolutionem.* Vt ſit ἐναλλαγὴ συνδέσμου. Ac ſi dicat, μὴ λυομένου τοῦ νόμου. qualis fere à Criticis in illo Homeri Iliados H. notatur: ỷ.ſ. 23.

τῷ οὐ νύ τι κέρδιον ἡμῖν
Ἔλπομαι ἐκπλέεσθαι, ἵνα μὴ ῥέξομεν ὧδε.

niſi ita faciamus. vel, *citra hoc factum.* Vt dicat, *ſi circumciſionem, citra Moſaicæ legis ſolutionem, homo accipit in ſabbatho.* Aliud agebant, qui, *ne ſoluatur lex Moſis*, reddiderunt. quem ſenſum & Nonnus expreſſit.

Εἰ δὲ τομὴν ὁσίην δέχεται βροτὸς ἠθάδι χαλκῷ,
Ἔννομα μὴ Μωσῆος ἀνέγγυα θεσμὰ λυθείη·
Πάντες ἐμοὶ βαρύμηνιν ἐγείρετε κόμπον ἀπειλῆς,
Εἰ πάλιν ὕμμιν ὅπωσα σεσηπότα κυκλάδι νούσῳ,
Ὁππότε σάββατον ἦεν, ἐμῷ χραισμήτορι μύθῳ
Ζωγρήσας ὅλον ἄνδρα, καὶ οὐ τμητῆρι σιδήρῳ.

Eodem capite & illud legitur, Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. Quem locum inter eos, qui plurimum negotii jam pridem eruditis exhibuerunt, in Ariſtarcho illuſtrauimus. Nunc obiter. Quæritur, vbi locus ille extet, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. Nos τὸ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφὴ, idem eſſe diximus, quod vulgo, καθὼς κελεύει ἡ γραφή. vt mens ſit, *qui mihi credit, qui me audit, quemadmodum ſcriptura jubet.* Scriptura autem cum de hoc Propheta loquitur, diſerte ait, αὐτοῦ ἀκούσεσθε. *Prophetam è medio tui, è fratribus tuis, vt ego ſum, ſuſcitabit tibi Iehouah Deus tuus. illum audietis.* Vbi τὸ ἀκούσεσθε, תְּקַבְּלוּן, *obedietis*, interpretantur Chaldæi. Deuter.18.15. Item, *Erit autem, quicunque non audierit verba quæ loquetur in nomine meo, ego requiram ab eo*, paulo poſt ibidem. Recte igitur, Theophylactus & Chryſoſtomus, qui ad prius membrum verba hæc referri volunt. vt ſit, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφή. Minus autem recte, quod certum tangi non exiſtimarunt locum: cum ignorare nemo poſſit, quantum illi loco, de Propheta excellenter ita dicto, quem alludit aliquoties aut reſpicit, tribuerit Iohannes. Quid quod ipſa quæ ſequuntur verba, hoc confirmant? Πολλοὶ οὖν ἐκ τοῦ ὄχλου ἀκούσαντες τὸν λόγον, ἔλεγον, οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Προφήτης· ἄλλοι ἔλεγον, οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός. eodem enim modo, quo Iohannis primo, τὸν Προφήτην, de quo agit Moſes, & τὸν Χριστὸν, ex opinionis cæcitate, vt jam diximus, diſtinguunt. Vbi, Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν, τί οὖν, Ἠλίας εἶ σύ; καὶ λέγει, οὐκ εἰμί. ὁ Προφήτης εἶ σύ; ỷ.ſ. 38.

In Ioh.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Ioh. εἶ σύ; καὶ ἀπεκρίθη, οὔ. Cum ante dixiſſet, ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ Χριστός. Et paulo poſt, τί οὖν βαπτίζεις, εἰ σὺ οὐκ εἶ ὁ Χριστὸς, οὔτε Ἠλίας, οὔτε ὁ προφήτης; quod Prophetam illum, Ioſuam exiſtimarent quidam, alii alios: qui, prophetæ vt erant, ita dicebantur. excellenter autem verum illud ſalutare, de quo ipſe Moſes. Atque ita εἰς ἐμὲ, idem erit, quod in Meſſiam. ſiquidem Meſſias ὁ προφήτης. De aquis autem quibus οἰκονομικῶς vis ſpiritus ſignificatur, paſſim Eſaias. quanuis vnum aliquem ac certum tangi locum hic non ſit neceſſe. Cum dicitur, Οὐχὶ ἡ γραφὴ εἶπεν, ὅτι ἐκ τοῦ σπέρματος Δαβὶδ, καὶ ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώμης, ὅπου ἦν Δαβὶδ, ὁ Χριστὸς ἔρχεται; ita illud ὅπου ἦν Δαβίδ, dici videtur, quemadmodum in loco multum agitato, οὔπω ἦν πνεῦμα ἅγιον, δοθὲν nimirum. Hoc ſenſu, ὅπου ἦν Δαβὶδ, ὅπου ἦν Δαβὶδ γεννηθείς. vt benoni prætermittatur: de quo mox plura.

Cap. VI.

Caput octauum examinatur. Locus, ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα κρίνετε. *ejus diſtinctio recta, & ſenſus. Locus mirifice vexatus,* τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν. *Chryſoſtomi & Auguſtini interpretatio. Nonno* τὴν ἀρχὴν, ἐξ ἀρχῆς. *Chaldæorum, & Thalmudiſtarum more id vſurpari, apud quos affirmat. Scaligeri ſententia.* ἐξ ἀρχῆς, ἁπαξαπλῶς. *vera loci interpretatio. Locus,* ὅταν ὑψώσητε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. *Locus,* καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν. *inuerſa loquendi ratio. Locus,* ὅτι ψεύστης ἐστὶ, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. *Pater diaboli, & quis. Chronologia Sanctorum, & ex ea interpretatio. Locus,* ἐγὼ δὲ ὅτι τὴν ἀλήθειαν λέγω, οὐ πιστεύετέ μοι, *& ejus interpretatio. Abraham optauit videre diem Domini. & quo ſenſu id dictum. Videntes, prophetæ. Diſtinctio inter* τὸ εἶναι καὶ γενέσθαι, *& an ſemper locum habeat. interdum confundi, & quare.* Παρῆγεν οὕτως, οὐ πεφροντικώς. ἐκαθέζετο οὕτως. *& quo ſenſu poſtremum illud nonnunquam vſurpetur.*

Cap. VIII. ℣ſ. 15. SEquitur octauum caput. Vbi inter alia nonnulla dicitur, Ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα κρίνετε, ἐγὼ οὐ κρίνω οὐδένα. Qui locus, vt & alii non pauci, viros ſummos, magis quam debebat forte, fatigauit. Quod nonnulli enim ſatis eſſe credunt, ſi dicamus, voluiſſe Dominum, *iniquam de ſe ferri ſententiam, quod de externa tantum judicarent ſpecie; cum ſimpliciter doceret, neminem damnaret;* mihi quidem ſatis alienum videtur. Quid quod nec neceſſe eſt, vt τὸ κρίνειν idem ſit, quod κατακρίνειν? Et haud multo poſt ſequitur, Πολλὰ ἔχω περὶ ὑμῶν λαλεῖν καὶ κρίνειν. Primo igitur conſtituendus eſſet locus, prout diſtinguendus erat: tum videndum, vtrum plena ſit oratio. Locus ipſe, ita diſtinguendus: Ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα κρίνετε· ἐγὼ οὐ κρίνω οὐδένα (καὶ ἐὰν κρίνω δὲ ἐγὼ, ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθής ἐστιν) ὅτι μόνος οὐκ εἰμὶ, ἀλλ' ἐγὼ καὶ ὁ πέμψας με πατήρ. Plenus ſermo talis eſſet, Ὑμεῖς κατὰ σάρκα μόνον κρίνετε· ἐγὼ οὐ κρίνω οὐδένα, οὕτω, ſiue, κατὰ τὴν σάρκα μόνον· ὅτι μόνος οὐκ εἰμὶ, ἀλλ' ἐγὼ καὶ ὁ πέμψας με πατήρ. Quam mentem plane locus alter, cujus jam meminimus, confirmat. Πολλὰ ἔχω περὶ ὑμῶν λαλεῖν καὶ κρίνειν· ἀλλ' ὁ πέμψας με ἀληθής ἐστι. κἀγὼ ἃ ἤκουσα παρ' αὐτοῦ, ταῦτα λέγω εἰς τὸν κόσμον. vt τὸ, οὐ κρίνω, idem ſit, quod οὐ μόνος κρίνω, οὐδ' ἀπ' ἐμοῦ κρίνω. Tria ergo ponit. Primo, à Patre ſeparari ſe non poſſe. Secundo, vt non ſolum, ita eſſe ſupra hominem. Tertio, etiam vt hominem, majorem eſſe cæteris. Quo & ea ſpectant quæ jam includenda παρενθήκῃ dicebamus, καὶ ἐὰν κρίνω δὲ ἐγὼ, ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθής ἐστιν. Fere vt alibi, ὅτι ἐγὼ ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα, ἀλλ' ὁ πέμψας με Πατὴρ, αὐτός μοι ἐντολὴν ἔδωκε τί εἴπω, καὶ τί λαλήσω. Neque minus hic ſupplendus ſermo, quam in illo, Πολλὰ ἔχω περὶ ὑμῶν λαλεῖν, ἀλλ' ὁ πέμψας με, ἀληθής ἐστι. ſupplendus certe neceſſario, vt commode intelligatur. Eodem capite locus, ſi quis alius, ab omni æuo agitatus, ſequitur,

℣ſ. 25. Ἔλεγον οὖν αὐτῷ, σὺ τίς εἶ; καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν. Vbi non videtur nobis operæ, vt ſingulorum hic, tum antiquorum tum recentiorum, vel opiniones vel ſententias commemoremus: cum hoc diligenter, partim ab Eraſmo, partim

partim aliis, ſit præſtitum. nos autem hoc vbique agamus, vt quæ noſtra In Ioh.
ſunt ac aliis indicta, quantum poteſt fieri, cum aliis communicemus. Co-
ryphæus interpretum Chryſoſtomus quid ſenſerit, ex ipſo, niſi fallor, vix
intelligas. Qui inter cætera, ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· τοῦ ὅλως ἀκούειν τῶν παρ' ἐμοῦ ἀνά-
ξιοί ἐστε, μήτιγε καὶ μαθεῖν ὅστις ἐγώ εἰμι. ὑμεῖς γὰρ πάντα πειράζοντες φθέγγεσθε, καὶ οὐδενὶ
τῶν παρ' ἐμοῦ προσέχοντες. καὶ ταῦτα πάντα ἠδυνάμην ἐλέγξαι. *Quod autem dicit, tale*
eſt: omnino ea quæ à me dicuntur, audire indigni eſtis, tantum abeſt, vt poſſitis,
qui ſim, ſcire. Vos enim omnia, vt tentetis me, dicitis, neque iis, quæ à me vel
fiunt vel dicuntur, attenditis. quæ omnia reprehendere nunc poteram. E qui-
bus verbis diſcimus, vbi ſenſus literalis, quem nunc vocant, in his deficit,
ibi & Theologicum, qui neceſſario ab hoc dependet, pariter cum hoc ἐκλεί-
πειν, aut deſiderari. Summus Doctor Auguſtinus, quomodo hic ſe geſſerit,
per ipſum, qui id toties expreſſit, ignorare nemo poteſt. Qui mirifice inpri-
mis hic ſe torſit. Quem ſi ſequimur hoc loco, Chriſtus principium ſe dixit.
Id autem ἀσύντακτον hic eſſe ac incongruum, ne quidem ipſe ignorare potuit.
Itaque, cum quæreretur, Σὺ τίς εἶ; ita hoc accepit, quaſi Σὺ δὲ τίνα σεαυτὸν λέ-
γεις, ab Euangeliſta ſcriptum eſſet. Ad quod Dominus reſpondeat, Τὴν ἀρ-
χήν. cum ad quæſtionem, ſiue interrogationem, quam proponit maximus
Euangeliſta, eo ſenſu, non, Τὴν ἀρχήν, ſed, Ἡ ἀρχή, fuerit dicendum. Quo,
cum alia, tum illa ſummi viri ac Theologi ſpectant: *Dixit eis Ieſus, Princi-*
pium, qui. &c. non tanquam diceret, Principium ſum: ſed tanquam diceret, Prin-
cipium me credite. quod in pronomine Græco euidenter apparet, vbi principium
fœminini generis eſt. Principium ergo me credite, ne moriamini in peccatis veſtris.
Principium enim mutari non poteſt: in ſe manet, & innouat omnia. Cui deinde,
quaſi fundamentum poſuiſſet Theologicum, mirifice aptat ſenſum: qui, vt
dixi, ſine literali non conſiſtit. *Abſurdum eſt autem, vt Filium dicamus princi-*
pium, & Patrem principium non dicamus: non tamen duo principia, ſicut nec duos
Deos. Spiritus autem Sanctus, Patris & Filii Spiritus, nec Pater eſt nec Filius.
Pater tamen & Filius, & Spiritus Sanctus, ſunt vnus Deus, vnum lumen,
vnum principium. Quæ vt vera, ita ἄκαιρος Theologia hic videtur. cum præ-
ſertim, ne hoc quidem, Chriſtum principium hic dici, euiciſſet. Iam autem,
qui τὴν ἀρχήν, ἐπιρρηματικῶς, ſiue aduerbialiter Græcorum more accipien-
dum judicarunt, ſenſus, vt varios, ita longe petitos, ac alienos, quod pro-
barunt alii, ex eo expreſſerunt. Inter alios Apolinarius, interpres Græ-
cus, ita accepit, quaſi à cæteris Iudæos ſic diſtingueret, quibus, ex pa-
cto veteri, locutus primo eſſet. Ἔδει με, φησίν, οὐχ ὑμῖν ὅλως προσλαλῆσαι κατὰ
τὴν ἀρχήν, ἐκείνοις δὲ μᾶλλον τοῦτο χαρίζεσθαι, τοῖς ἑτοίμως μέλλουσι καὶ ἀσμένως τοὺς
ἐμοὺς ὑποδέξασθαι λόγους. Σημαίνει δὲ τῶν ἐθνῶν τὴν πληθύν. δεικνύει δὲ διὰ τούτων, ὅτι καὶ
τοῖς ἀναξίοις Ἰουδαίοις ἐλάλει διὰ τὴν πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίαν. *Non oportuerat,*
inquit, *primum, omnino vos affari, ſed eos potius qui ſermones meos lubenter ſuſ-*
cepturi erant. Gentium autem multitudinem ſignificat, ſimulque declarat, ſe in-
dignos primum Iudæos, propter promiſſionem patrum, allocutum fuiſſe. Nonnus
cum hæreret, τὴν ἀρχήν, ἐξ ἀρχῆς expoſuit. Haud ſecus ac ſi dictum eſſet, ὅ,τι
καὶ λαλῶ ὑμῖν τὴν ἀρχήν, ἤγουν ἀπ' ἀρχῆς. Quæ interpretatio, licet nec inſolita
nec noua Græcis auribus hic videatur, poteſt tamen fieri, vt nondum id,
de quo agitur, expediat, nec dubitantibus ſuccurrat. Sed & à Græcis qui
ſubſidium hic quærunt, fruſtra ſint: cum Chaldaice, aut Syriace (qua phraſi
& Euangeliſtæ vſi ſunt) locutum conſtet Dominum. Pergamus igitur. Chal-
dæi, quod ſimpliciter nonnunquam eſſe aut primo volunt; in principio, hoc
eſt τὴν ἀρχήν, eſſe dicunt. In Thalmudicis præſertim, vbi τὸ לכתחלה, hoc eſt,
τὴν ἀρχήν, intendit. Vt cum אסור לכתחלה plane vetitum illicitumque, con-
trarium, מותר לכתחלה, τὴν ἀρχήν, ſiue, *omnino conceſſum* dicunt. vt tit. San-
hedrin & alibi. Quare, nec magnum Scaligerum (at quem virum!) audien-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Ioh. dum hic arbitramur, quanquam hæc ingenioſe cum ſequentibus conjungat: hoc ſenſu: *Principio mihi multa dicenda ſunt, multa præfanda ſunt de veſtra contumacia & incredulitate, priuſquam vobis reſpondeam, quis ego ſim.* Vt legatur, ὅτι non ὅ,τι. idque eo confirmat loco, vbi rogatus Dominus, τίς εἶ, deinde, εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε, reſpondet. Quod quidem nondum penetro. quemadmodum nec ſatis, niſi fallor, qui ſententiam illius ediderunt, mentem ſummi viri aſſecuti ſunt. Nam quid eſt ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν, quod ante omnia expoſitum oportuit? Sed, vt dixi, vera interpretatio ſic ſemel conſtituta eſto. Non aliter reſpondit Dominus, ac ſi dixiſſet, Ἀμὴν ἀμὴν, ὅ,τι καὶ λαλῶ ὑμῖν. ἀπαξαπλῶς ὅ,τι καὶ λαλῶ ὑμῖν: *in principio*, id eſt, *veriſſime id ſum, quod me eſſe dixi.* Inprimis autem eruditis impoſuit, quod Chaldaiſmo, quo Euangeliſta reſpexit, mirifice Græciſmus faueret: quem feliciter adhibuit, cum ea lingua, quam in animo haberet, ſe expreſſerit. Neque ex eo ſequitur, Hebraiſmos aut Chaldaiſmos, quod fanatici exiſtimant, Hebraiſmos aut Chaldaiſmos non eſſe, aut in Nouo Teſtamento locum non habere, quia cum Græciſmis concurrunt: ſed, quemadmodum in omnibus linguis, quædam, quod ad genera dicendi, συνεμπίπτουσι ſunt, ita hic ſemper ad vernacula reſpiciendum. quod ſi factum eſſet, nunquam ex ambiguitate Græci contextus, in tot diuerſas, addo & alienas, interpretationes, itum eſſet. Eodem capite cum
℣ſ.28. dicitur, Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, ὅταν ὑψώσητε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, τότε γνώσεσθε, ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ ποιῶ οὐδέν· ἀλλὰ καθὼς ἐδίδαξέ με ὁ πατήρ μου, ταῦτα λαλῶ· illud, ὅταν ὑψώσητε, ad Syriaſmum referendum eſſe, & quo ſenſu, alibi jam diximus: vt ad ſupplicium, nempe, ſiue τὸ σωτήριον πάθος, ſic alludatur. Quod autem Græci Theologi τὸ ὑψοῦσθαι apud Helleniſtas aliis in locis eo trahunt, mera περιεργία eſt. Vt cum Theodoretus ad Eſaiæ 12. vbi dicitur, Ἀγαλλιᾶσθε καὶ εὐφραίνεσθε οἱ κατοικοῦντες Σιὼν, ὅτι ὑψώθη ὁ ἅγιος τοῦ Ἰσραὴλ ἐν μέσῳ αὐτῆς, obſeruat, αἰνίττεσθαι δέ μοι ὁ λόγος δοκεῖ, οὐ μόνον τῶν θαυμάτων τὸ ὕψος, ἀλλὰ καὶ τὸν σταυρὸν τὸν σωτήριον, ᾧ τὸν δεσπότην προσήλωσαν: *ſubinnuere mihi hæc dicendi ratio, non miraculorum modo magnitudinem, ſed & ſalutarem crucem, cui affixerunt Dominum, videtur.* neque cogitabat, in Hebræo, כי גדול, ὅτι μέγας ἐστι, diſerte legi. Eodem
℣ſ.44. capite, cum dicitur, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀλήθεια ἐν αὐτῷ, notandus ordo inuerſus, vt in illo Pſal. 17. ℣ſ. 6. Ἐγὼ ἐκέκραξα, ὅτι ἐπήκουσάς μου ὁ Θεός. Pro eo quod vulgo, ἐπήκουσάς μου, ὅτι ἐκέκραξα. Tale eſt, quod Eſaiæ 64. B. Hieronymus notauit, *Ecce tu iratus es, & peccauimus. Ordo præpoſterus. Non quia tu iratus es, nos peccauimus: ſed quia nos peccauimus, tu iratus es.* Neque hoc magnum Auguſtinum latuit. qui lib. 2. De ciuitate Dei: *Locutione dictum eſt minus vſitata. Sic enim videtur ſonare: In veritate non ſtetit, quia non eſt veritas in eo: tanquam ea ſit cauſa, vt in eo veritas non ſit, quod in veritate non ſtetit. Illa locutio eſt & in Pſalmo, vbi ait, Ego clamaui, quoniam exaudiſti me, Deus. cum dicendum fuiſſe videatur, Exaudiſti me Deus, quoniam clamaui.* Ita hic, ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀλήθεια ἐν αὐτῷ. cum vellet, οὐκ ἔστιν
Ibid. ἀλήθεια ἐν αὐτῷ, ὅτι ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν. Sequitur ibidem, ὅτι ψεύστης ἐστὶ, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Ad quem locum, quis non miretur tot ægrorum ſomnia, quot, etiam è veteribus nonnulli excogitarunt, cum præſertim patrem ex hoc loco dant Diabolo? Vt Epiphanii ſententiam, jam notam, prætermittam, qui multis in Cainianorum ſecta, Diabolum, de quo hic agit Dominus, Iudam eſſe probauit: ejus autem patrem, de quo itidem hic agitur, Cainum. Qui & mirifice adduxit hunc locum. hoc nimirum modo: Ὑμεῖς υἱοί ἐστε τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου, ὅτι ψεύστης ἐστὶν, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἦν. ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐκ ἔμεινεν. ὅταν λαλεῖ τὸ ψεῦδος, τὸ τῶν Ἰουδαίων λαλεῖ, ὅτι καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἦν. vbi inter cætera, pro ἐκ τῶν ἰδίων, ἐκ τῶν Ἰουδαίων, legiſſe dicas. *Vos eſtis filii patris veſtri Diaboli, quia mendax eſt, quia pater ejus mendax eſt. ille homicida erat, & in veritate non manſit. Cum mendacium loquitur,*

Iudæo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Iudæorum more loquitur, quia & pater ejus mendax erat. Additque, ὅθεν καὶ ἄλλαι In Ioh.
αἱρέσεις, ἀκούουσαι τὸ ῥῆμα τοῦτο, πατέρα μὲν τῶν Ἰουδαίων φάσκουσιν εἶναι τὸν διάβολον· ἔχειν δὲ
τοῦτον πατέρα ἄλλον, καὶ τὸν αὐτοῦ πατέρα, πάλιν πατέρα. *Vnde & aliæ ſectæ, cum audirent*
quod hic dicitur, patrem Iudæorum eſſe Diabolum dicunt: quem & alium habere
patrem, ejus patrem item, alium patrem. Alii patrem Diaboli Leuiathan eſſe
voluerunt. B. Hieronymus ad 24. Eſaiæ. *Legimus in Euangelio, quod Diabolus*
ab initio mendax ſit, & pater ejus, id eſt, mendacii. quod multi non intelligentes,
patrem Diaboli volunt eſſe draconem, qui regnat in mari, quem Hebræi appellant
Leuiathan. Et eo certe ſenſu, quo id dictum vulgo volunt, potius, καὶ πατὴρ αὐτοῦ
dicendum videbatur. nam ad τὸ ψεῦδος id referunt, cum ψεύστης proxime præ-
cedat. Mirum autem, non fuiſſe, qui vel aliud vel verius tentaret. Hoc prima-
rio, nimirum, agi à Domino; non vt fontem mendacii ac patrem eſſe Dia-
bolum oſtendat, ſed Diabolum quotidie mentiri. quod eſt ψεῦδος λαλεῖν: ſiue
id ipſe, ſiue per ſuos faciat. Quare igitur, ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ?
quia mendax eſt, καὶ ὁ πατὴρ τοῦ ψεύδους: quia nunquam deſinit mentiri idem
qui mendacii autor eſt? Quod minus longe à vero abeſt, quam ineptiæ de
patre Diaboli. cum præſertim nouum non ſit, quod ordine eſt poſterius, non
ad id, quod proxime, ſed tamen quod præceſſit, referri. Et hoc certe agit, vt re
ipſa homicidas ac mendaces eos eſſe probet, de quibus agitur. Interim non
poſſum, quin hic afferam, quod in libro, cui inſcriptio Chronologia Sancto-
rum, legi. *Cum loquitur mendacium, hic ſubaudiendum eſt, vnuſquiſque veſtrum*
ex propriis loquitur. quia mendax eſt, & pater ejus, ſcilicet Diabolus. Sunt qui ita
diſputant: Cum loquitur mendacium, ſcilicet Diabolus, de propriis loquitur, quia
mendax eſt & pater ejus. hoc eſt, mendacii ipſius pater eſt: quia ab ipſo videtur or-
tum eſſe mendacium. quorum poſterius noſtra confirmat. Sequitur, Ἐγὼ δὲ ὅτι τὴν v. 45.
ἀλήθειαν λέγω, οὐ πιστεύετέ μοι. Vbi alter interpres, *Vos autem, quia ego veritatem*
dico, non creditis mihi. Alter, *Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi.*
qui more ſuo (quod recentiori forte impoſuit) locutus eſt. Cur vero non,
Ego autem quod veritatem dico, non creditis mihi. hoc eſt, *veritatem à me dici.*
Locus elegantiſſimus eſt, Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν v. 56.
ἐμήν· καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη. Vbi τὸ εἶδε, *vidit*, eo ſenſu quo Prophetæ חזים & ראים, id
eſt, *videntes*, dicuntur. Chronologia Sanctorum: *Prophetæ videntes appella-*
bantur, eo quod S. Spiritus munere, ea quæ cæteris erant clauſa, quaſi conſcii futu-
rorum, videbant. inter quos Abraham Chriſtum vidit in Spiritu. Sub finem ca-
pitis ejuſdem legitur, Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι. Ad quem locum placent v. 58.
ſibi ex antiquitate Græci præſertim nonnulli, in ſubtili diſtinctione τοῦ γενέσθαι:
quaſi id hominis, videlicet, ſit proprium, τὸ εἶναι autem, Dei. Inter quos ipſe
Chryſoſtomus. Quod fortaſſe & Nonno perſuaſit, vt moleſte hoc redderet,
Ἀβραὰμ πρὶν γένος ἔχειν, ἐγὼ πέλον. Etiam veteri, etiam recentiori interpreti,
vt alter, *antequam*, alter, *priuſquam fieret*, hic redderet. Quod ſi placet, aut
neceſſarium eſt, quid obſtat, quominus Iohannis 1. v. 6. vbi de Baptiſta di-
citur, Ἐγένετο ἄνθρωπος, ἀπεσταλμένος παρὰ Θεοῦ, non, vt nunc, *fuit*, ſed *factus eſt*
homo, miſſus à Deo, reddamus? quorum prius ibi interpretibus placuit. Etiam
recentiori, qui, *Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen Iohannes.* Et quare de Nico-
demo dicitur, Ἦν δὲ ἄνθρωπος ἐκ τῶν Φαρισαίων, Νικόδημος, &c. ſi aliud eſt ἦν, aliud
ἐγένετο? Quanto ſimplicius Tertullianus? *ante Abraham ego ſum.* Hoc eſt, *an-*
tequam Abraham eſſet, ego ſum. quod qui dicit, non video quid peccet. Mirum
autem rem vulgarem non ſuboluiſſe eruditis ac puerilem, vbi deficit τὸ εἶναι,
ibi defectum ejus ſupplere τὸ ἐγένετο. Verba capitis ejuſdem poſtrema ſunt,
Ἰησοῦς δὲ ἐκρύβη, καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν, καὶ παρῆγεν οὕτως. Vbi ſi v. 59.
Theodoreto credimus, παρῆγεν οὕτως, idem eſt quod, οὐ πεφροντικῶς. *ſine vlla cura.*
Qui Catena ad Eſaiam nondum edita, Οἱ μὲν γὰρ ἐλίθαζον, ὁ δέ, καθά φησιν ὁ μα-
κάριος Εὐαγγελιστὴς, ἐπορεύετο διὰ μέσου αὐτῶν, καὶ παρῆγεν οὕτως· τουτέστιν, οὐ πεφροντικῶς.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN IOH. *Illi enim lapidabant*, (quod Euangeliſta ἦραν λίθους) *ipſe autem ſic tranſibat. hoc eſt, ſine vlla cura, vt beatus Euangeliſta monet.* Et certe, haud multo aliter c.4.ꝟſ.6. ὁ οὖν Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ. quanquam non eodem plane modo, vt in Ariſtarcho diximus.

CAP. VII.

Caput nonum & decimum percurritur. Locus, οὔτε οὗτος ἥμαρτεν οὔτε οἱ γονεῖς. ἐσόμεθα ἁμαρτωλοί. *Peccatores &* ἄδικοι,*qui puniuntur.* αὐτὸς ἡλικίαν ἔχει. ἡλικία, *ætas juſta.* κεῖρα *Canoniſtis quid.* κεῖρα, ἡ ἀτελὴς ἡλικία, *& an recte.* κεῖρα προβεβηκυῖα, *quæ. Locus* ἐλοιδόρησαν οὖν αὐτόν: *& quare* λοιδορία *dicatur quod per ſe nihil tale habet. Animum in talibus ſpectari. de quo nobile effatum antiquorum.* τὸ ἀναίτιον ὡς αἴτιον *ex vſu Scripturæ, ejuſque exemplum.* περισσὸν ἔχειν *quid, in eo loco,* ἵνα ζωὴν ἔχωσι καὶ περισσὸν ἔχωσι. περισσεύματα *poſt cibum, miſeris relinqui ſolita.* τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων. περισσὸς τὸν βίον. *Locus,* ἐγὼ εἶπε, Θεοί ἐστε. *quæ mens ejus. Pſalmi 81. mens & argumentum, ejus loci cauſa, breuiter excuſſum. Thargumiſtarum verſio, qui angelos ſuppoſuerunt. Alia.*

CAP. IX. ꝟſ. 2. NOno capite à principio non procul legitur, Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες, Ῥαββί, τίς ἥμαρτεν, οὗτος ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ; ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, οὔτε οὗτος ἥμαρτεν, οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῷ. Cauſa, cur Iudæi ſolis peccatoribus infligi pœnas ac calamitates crederent, fuiſſe videtur, quod, qui puniuntur aut calamitate opprimuntur, peccatores dicuntur. Quo ſpectat, de quo alibi, ni fallor, locus lib.1.Reg. c.1.ꝟſ.21. vbi mater Salomonis, regnum à Dauide petit filio. Vbi Helleniſtæ, καὶ ἔσται ἐν τῷ κοιμηθῆναι τὸν Κύριόν μου τὸν βασιλέα μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ, καὶ ἐσόμεθα ἐγὼ καὶ Σολομὼν ὁ υἱός μου ἁμαρτωλοί. quo loco Chaldæus, *extirpati erimus:* cum in Hebræo, חטאים *peccatores*, legatur. Sed & 2 Reg. 7. 9. vbi leproſi, qui deſerta ab hoſte caſtra deprehenderant, pœnam imminere ſibi dicunt, niſi id in vrbe nuncient, καὶ ἐὰν σιωπήσωμεν, καὶ μείνωμεν ἕως φωτὸς τοῦ πρωΐ, καὶ εὑρήσομεν ἀδικίαν, *iniquitatem, ſeu, peccatum, inueniemus,* inquiunt. vel, *iniquitas* (vt in Hebræo) *inueniet nos.* E quo planum eſt, quomodo Dominus dixerit, οὔτε οὗτος ἥμαρτεν, οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ. contra hanc opinionem, ſcilicet quam diximus: de qua & ſupra egimus. Quod ad illud autem, ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, eleganter Peluſiota, τίνος οὖν ἕνεκεν τυφλὸς ἐγεννήθη; ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῷ· τουτέστι, συνεχωρήθη σκάσαι ἡ φύσις, ἵν' ἀνακηρυχθῇ ὁ τεχνίτης. *quare natus eſt cæcus? vt manifeſta fierent in eo opera Dei. hoc eſt, permiſſum eſt naturæ, vt ipſa claudicaret:*
ꝟſ. 21. *ad laudem,* nempe, *creatoris.* Eodem capite reſpondent inter alia parentes cœci, cui viſum reſtituerat Seruator, de filio interrogati, αὐτὸς ἡλικίαν ἔχει, αὐτὸν ἐρωτήσατε· αὐτὸς περὶ αὐτοῦ λαλήσει. vbi cum ἡλικίαν dicunt, juſtam intelligunt aut notant ætatem, quam τῇ νηπιότητι opponit autor. Qualis in infantibus: pro quibus in baptiſmo ac circumciſione, quod & nunc vſitatum, hac de cauſa reſpondebant alii. quod διὰ τὴν κεῖραν, hoc eſt, ætatem, recepta voce fieri à Canoniſtis dicitur. Ita Canone 84. Concilii in Trullo, τοῖς κανονικοῖς τῶν πατέρων θεσμοῖς κατακολουθοῦντες, ὁρίζομεν καὶ περὶ τῶν νηπίων, ὁσάκις μὴ εὑρίσκωνται βέβαιοι μάρτυρες, οἱ ταῦτα ἀναμφιβόλως βαπτισθέντα εἶναι λέγοντες· καὶ οὐδὲ ταῦτα διὰ τὴν κεῖραν περὶ τῆς παραδοθείσης μυσταγωγίας ἀποκρίνεσθαι ἐπιτηδείως ἔχουσι. Vbi Zonaras, ἡλικία γὰρ ἡ κεῖρα ἑρμηνεύεται. Balſamo ibidem, κεῖρα γάρ ἐστιν ἡ ἀτελὴς ἡλικία, *ætas imperfecta.* Heſychius, Κεῖρα, γενεά. ἡ ἡλικία. Melius quam Balſamo. cum Concilio Carthaginenſi, Canone 28. κεῖρα προβεβηκυῖα, *ſenectus*, dicatur. Quam autem ἡλικίαν hic ſimpliciter Euangeliſta dixit, κεῖραν λογισμοῦ δεκτικήν, Carthaginenſe Concilium dixiſſe videtur. Quemadmodum autem hic, διὰ τὴν ἡλικίαν, de ſe reſpondere poſſe, reſtitutus ſibi dicitur, ita in eo Concilio,

διὰ

διὰ τὴν κεῖραν περὶ τ παραδοθείσης αὐτοῖς μυσταγωγίας, reſpondere poſſe negantur In Ioh.
infantes. Eodem capite, cum dicitur, Ἐλοιδόρησαν οὖν αὐτὸν καὶ εἶπον, σὺ εἶ μαθητὴς ✝ſ. 28.
ἐκείνου, ἡμεῖς δὲ τοῦ Μωσέως ἐσμὲν μαθηταί, quæri poteſt, quænam in his verbis ſit
aſperitas aut λοιδορία: qua tamen voce hic vſus eſt. Quis non optet enim
μαθητεύειν τῷ Χριστῷ, *Chriſto dare operam?* & ea quidem lege, vt objiciatur ab
iniquis hoc ipſum aut profanis? Cæterum, quod recte veteres, animus non
verba ſpectantur. Vt hic locus nobile effatum illud, ſiue definitionem, iis ex-
preſſerit, ὅτι πᾶν ῥῆμα ἐκ διαθέσεως τοῦ ἀτιμάσαι λεγόμενον, λοιδορία ἐστί, κἂν αὐτὸ τὸ ῥῆ-
μα μὴ δόξῃ εἶναι ὑβριστικόν. *quicquid infamandi animo ab aliquo dicitur, conui-*
cium eſt, licet per ſe contumeliam non habere videatur. Quod vt probet Aſce-
ticorum autor, addit, καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου, λέγοντος περὶ τῶν Ἰουδαίων, ὅτι
ἐλοιδόρησαν αὐτὸν, καὶ εἶπον αὐτῷ, σὺ εἶ μαθητὴς ἐκείνου. qui hic ipſe locus eſt. Eodem
capite ſequitur, Καὶ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, εἰς κρίμα ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἦλθον. Quem lo- ✝ſ. 38.
cum inter eos Critici antiqui ponunt, in quibus ſcriptura τὸ ἀναίτιον, vt ipſi
loquuntur, ὡς αἴτιον, non cauſam vt cauſam, ponit. videnda Adriani Iſago-
ge, qui ex antiquis id haud dubio expreſſit. Capite eodem quæri poteſt, Cap.
quid ſibi Dominus voluerit, cum dixit, ἵνα ζωὴν ἔχωσι, καὶ περισσὸν ἔχωσι. Itaque X.
vt nunc illud de æterna vita, quod pleriſque placuit, omittam, & quod niſi ✝ſ. 10.
ſecundario intelligi non poteſt; quemadmodum ζωὴν ἔχειν dicitur, qui viuit,
ac vitam ſuſtentare poteſt, ita περισσὸν videtur ἔχειν, qui quod aliis commu-
nicet poſt vſum ſuum habet ac egentibus relinquat. Fuiſſe autem vſita-
tum alibi jam dixi, vt qui vitam de ſuo ſuſtentarent, περισσεύματα, cum ſatiati
eſſent, miſeris relinquerent. quæ iis tum cedebant. Atque hinc, quoties pa-
uiſſe ſuos verus ille paſtor ab Euangeliſtis dicitur, dediſſe operam videtur,
vt τὸ περισσὸν pauperibus famelicisque ſupereſſet. vnde & τὸ τῶν κλασμάτων πε-
ρισσεῦον. c. 14. ✝ſ. 20. Matthæi. καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν, καὶ ἦραν τὸ περισ-
σεῦον τῶν κλασμάτων. quæ Euangeliſtæ huic modo τὰ περισσεύσαντα κλάσματα,
modo ἃ ἐπερίσσευσε τοῖς βεβρωκόσι, dicuntur. Cujuſmodi περισσὰ qui ſeruant,
multum iis ſunt diſſimiles, qui, περισσοὶ τὸν βίον, Ariſtoteli & aliis dicuntur.
Qualis Hippodamus ille Mileſius, qui Polit. 2. περὶ τὸν βίον περιττότερος διὰ
τὴν φιλοτιμίαν Philoſopho fuiſſe dicitur: vitium eorum, qui & abundant
opibus & abundantiam oſtentant. quod nec ouibus, de quibus ante egit,
nec veris ouibus paſtoris hujus conuenit. Addit enim, cultu corporis ac
cæteris [illegible] fuiſſe, diuiti ac copioſo illi ſimilem, de quo Lucæ deci-
mo & ſexto: qui tamen nihil ἐκ τοῦ περισσεύματος pauperibus reliquit. Quare
nec interpres ſatiſfecit, qui *abundandi* voce hic vſus eſt: qui, *ego veni vt vi-*
tam habeant, & abundent. Multo minus alter, qui dixit, *ego veni vt vitam ha-*
beant & abundantius habeant. Greges & armenta, περισσὸν [illegible] ἔχειν, quibus quo
paſcantur non deeſt, ſemper autem ſupereſt quod pluribus multiſq; ſatis eſt.

Non liquidi gregibus fontes, non gramina deſunt:
Et quantum longis carpunt armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponit.

Eodem modo, Chriſti ouibus nec deeſt vnde hic viuant, nec, vt plurimum,
quo aliis ſuccurrant. Hoc eſt, neque cibus in hac vita, nec viaticum, quo viam
[illegible] ad æternam, niſi forte deeſt animus: qui ſi pauper ac auarus, nemo
[illegible] aut benignus eſſe poteſt. Eodem capite & illud extat, Ἀπεκρίθη αὐτοῖς
ὁ Ἰησοῦς, οὐκ ἔστι γεγραμμένον ἐν τῷ νόμῳ ὑμῶν, ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε; εἰ ἐκείνους εἶπε θεοὺς,
πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἐγένετο, καὶ οὐ δύναται λυθῆναι ἡ γραφή· ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασε καὶ
ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε ὅτι βλασφημεῖς, ὅτι εἶπον, υἱὸς τοῦ θεοῦ εἰμι. Non repe-
tam, quæ olim ad hunc locum in Ariſtarcho dixi: & videantur. Non nihil
tamen addam. Rempublicam, quam hodie in antiquo Fœdere deſcriptam
legimus, [illegible] eſſe, ac fuiſſe, certum eſt. [illegible]
apparet, quandoquidem ipſe Deus Rex fuit [illegible], ac monarchiam ſolus ſibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Ioh vindicauit: quandiu Moſe, Ioſua, ac Samuele, tanquam majeſtatis ſuæ inſtrumentis, vſus eſt. Quibus, etiam ſub Rege, alii Prophetæ ſucceſſerunt. quorum opera in caſtigandis ac monendis Regibus perpetuo ſic vſus eſt Deus, vt imperium ſeruaret, majeſtatem tueretur, nec diuiſum; quod de Romanis ac profanis dicitur Cæſaribus, cum illo regnum quiſquam ac imperium haberet: quod ſub vno Rege omnes eſſent. Deus igitur, cum monitos officii ac partium ſuarum Principes ac magiſtratus vellet, nihilominus legatis ſuis vtebatur, πρὸς οὓς ἐγένετο ὁ λόγος: hoc eſt, cum quibus loquebatur, quibus mandata ſua committebat. Quæ verba, ac ſimilia, apud prophetas paſſim habes: qui mandati ſemper meminerunt. Sed an ita hoc loco? Rex & Regius Propheta, quem honore hoc continuo dignatus ipſe Deus fuit, vt cum illo ageret mentemque illi inſpiraret ſuam, Pſalmo octuageſimo ſecundo, monet cæteros, primo, vt Deum ipſum in conuentu Senatuque judicum, qui reliquis tum jura dabant, coram adeſſe ac præeſſe credant. Quos vbi aliquamdiu grauiter affatus monuit, vt ſui, vt ſuorum rationem ſedulo haberent, vt pupillos, vt pauperculos, vt ſpoliatos oppreſſoſque, ab improbis ac ſceleratis vindicarent; etiam vt dignitatis ſuæ recordentur, petit. Meminiſſent, viuam expreſſamque ſe diuinæ majeſtatis ac potentiæ imaginem in terris circumferre. in primis autem eo, in quo cæteris præeſſent, loco. Neque ideo quid ipſi eſſent, non eodem tempore & loco cogitandum. homines nimirum ac mortales. Hunc potentiæ, hunc majeſtatis, quam in terris ſuſtinerent ac repræſentarent, finem fore, vt moriantur: vt ad ſummi judicis tribunal ſuo tempore ſiſtantur. Poſt quæ omnia, ad illum ſe Propheta maximo cum impetu conuertit, qui Rex pariter & Deus eſſet. *Surge*, inquit, *Deus*. Quippe omnia in terris, etiam in iis qui hic Dii dicuntur, corruptiſſima cum eſſent, vnum hoc reſtare, vt adueniat, vt regnum, vt imperium, judiciumque ſibi vindicet, quem hæredem gentium conſtituiſſet Deus: qui, non poteſtatis ejus modo, ſed & perſonæ, quod homini non conuenit, imago viua ac character eſſet. Tria ergo hic potiſſimum ad intellectum loci hujus faciunt ac mentem. Primo textus ipſe qui citatur, ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε. *Ego dixi, Dii eſtis:* qui & aliis nonnullis locis confirmatur. Deorum enim nomine, etiam in Lege, magiſtratus dicitur, quod nemo neſcit. Cæterum illud, πρὸς οὓς ἐγένετο ὁ λόγος, *aduerſus quos dirigebatur Prophetæ ſermo*, rectius interpreteris: qui ſunt ii ipſi qui monentur. Ea autem quæ aduerſus aliquem dicuntur, πρός τινα dici, Græcoſque ita loqui, ignorare nemo poteſt, qui orationes, πρὸς Ἁρμόδιον, πρὸς τὸν δεῖνα, ἢ τὸν δεῖνα, dici ſciunt, quæ aduerſus aliquem habentur. Tertio, poſtrema illa, *Surge Deus: terræ judex eſto.* Qui eſt idem ille qui hæc dicit: idem ille, ὃν ἡγίασεν ὁ πατὴρ, ὃν ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον. Vera ergo loci ratio apparet. Si, illi, inquit, Dii dicuntur, quos cum ſeueritate tanta ibi conuenit ac reprehendit Deus: quid? an ille, quem ſanctificauit, quem in orbem miſit Deus, blaſphemare dicitur, quod Dei Filium ſe eſſe dicit cum ſit? Atque id forte nobis præ interpretatione Syri placeat, qui, *propterea quod ad eos fuit verbum Dei*, reddidit. Illud vero mirum, quod pro illis Thargumiſtæ, Ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε, angelos, & ſua voce ſuppoſuerint & Græca. כמלאכיא אתון חשיבין והיך אנגלי מרומא, *velut angeli vos reputati eſtis, & vt angeli excelſi.* Græca enim voce ἄγγελος vtuntur: quemadmodum & Syrus, Pſalmorum interpres, *Deum in conuentu angelorum conſtitiſſe* ait. quo vis argumenti eneruatur. Summa porro efficacia in verbis illis latet, ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασε. Vbi ſi τὸ ἁγιάζειν נזר reddas, idem ille qui נצרי, *Nazarenus* fuit, magnus ille נזיר, *Naziræus* erit, quem ab omnibus in terra fratribus ſejunxit, ſeparauit ac diſtinxit Pater: qui è Patrum ſemine ac ſtirpe, quod ad carnem, natus, conſecratio, juſtitia ac ſanctitas & fieri & eſſe nobis voluit: Patriarcharum, omniumque in Eccleſia, qui nomine fidelium cenſentur, caput vnicum ac vertex.

vertex. in quo, tanquam membra ſingula, in vnum corpus, omnes Abra- In Ioh.
hami, Iſaaci ac Iacobi vniuntur filii: beatitudinis ejuſdem ac hæreditatis
participes futuri. Cui illud recte accommodatur, quod Ioſepho dicitur,
Benedictiones patris tui, fortiores erunt benedictionibus progenitorum meorum.
Vſque ad terminum collium perpetuorum ſuper caput Ioſephi erunt, & ſuper Na-
ziræi verticem fratrum ſuorum. Geneſ. 49. vſ. 26. Quod, vt Ioſepho &
de eo dictum, plerique acceperunt: qui bis idem, more Hebræorum, di-
ci voluerunt. Thargumiſtæ, *ſuper caput Ioſephi, & ſuper virum qui à fra-*
tribus ſuis fuit ſegregatus. Dubitandum tamen non eſt, quin ex eo loco Iu-
dæi, quos & alii ſecuti ſunt, Meſſiam, ben Ioſeph, è filiis Ioſephi oriun-
dum, Nehemiam nomine, formarint. De quo, mirum quæ ac quanta
ſibi pariter & ſuis, etiam hoc tempore, promittant. Hunc enim fore, qui
imperium, quod illi Edomiticum vel Idumæum dicunt, idem cum Roma-
no, populetur atque euertat: poſtremo ipſe periturus; vt ab altero, Daui-
dis, nempe, filio, in vitam reuocetur. Quibus iſti ſe oblectant, ac nugantur
ſtrenue, ne nihil agant;

Τυφλοὶ τά τ' ὦτα, τόν τε νοῦν, τά τ' ὄμματα.

Cap. VIII.

Caput vndecimum examinatur. Locus, ἡ ἀσθένεια οὐκ ἔστι πρὸς θάνατον. ἀσθένεια *Hel-*
leniſtis quomodo vſurpatum & autori noſtro. ξηροί. ξηρὴ *Hippocrati.* ἀσθενέον-
τες *alii quam* ἀσθενεῖς, *eidem.* ὁ ἀσθενῶν ἀσθενέστερος. ἐγγύτατα τοῦ ἀσθενέοντος ὁ
ἀσθενής. τὸ ἵνα *ad euentum non ad cauſam relatum.* ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς, *& an*
recte id eliminatum à nonnullis. Chryſologi interpretatio. Chryſoſtomi. Pia
B. Ambroſii & Bernardi ſententia. ὁ τόπος, ἡ πόλις. *Caiaphæ prophetia, &*
quomodo prophetauerit. Magiſtrorum Hebræorum dictum de Prophetia igno-
rantis quid prædicat, Caiaphæ accommodatum. νάρδος πιστική. *& an eo modo,*
quo ὕδωρ πιστὸν *apud Eſaiam, dici poſſit.* ῥαδιουργία *Iudæ.* ῥαδιουργῶν τὸ γλωσσό-
κομον. βάϊα. *vſus eorum in excipiendis Regibus.* αἶσαικος. *& an vox Orientis.*
πατροπαράδοτον *Hebræum.* ἡ δόξα αὐτοῦ.

Capite vndecimo, cum dixit Dominus, αὕτη ἡ ἀσθένεια οὐκ ἔστι πρὸς θάνα- Cap.
τον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ δι' αὐτῆς, mirum vi- XI.
deri poteſt, quod hunc morbum, quem ſecuta mors eſt, non modo vſ. 4.
non πρὸς θάνατον, ſed & ἀσθένειαν, ſiue, *imbecillitatem*, dixit: cum diſerte à Me-
dicis dicatur, neque morbi proprium, nec valetudinis aut mali genus, ſed
relictam corporis ex valetudine infirmitatem, qua legitimæ ac ſolitæ im-
pediuntur actiones, ita dici. Quod ad Helleniſtas autem, quin ad grauio-
res ſiue morbos referatur, ſiue affectiones, vix dubitare poſſunt, qui τοὺς
ὀλιγοψυχοῦντας καὶ ἀσθενοῦντας, conjungi ab illis non ignorant. Ne de autore
noſtro dicam, à quo cœci, claudi, areſcentes denique, quos ξηροὺς dixit, ἀσθε-
νεῖν dicuntur. Eo nempe loco: Ἐν ταύταις κατέκειτο πλῆθος πολὺ τῶν ἀσθενούντων, τυ-
φλῶν, χωλῶν, ξηρῶν, ἐκδεχομένων τὴν τοῦ ὕδατος κίνησιν. Vbi ξηροὺς, conclamatos,
ſiue ἀπεγνωσμένους, veteres interpretantur: inter quos Theophylactus. cum
ea voce de reſiccata aluo Medicorum Princeps vtatur: cui ξηρὴ dicitur, quæ
parte illa male habet. Vt nunc ægrum illum χρόνιον omittam, qui triginta octo
annos ἀσθενῆσαι, ab eodem dicitur ibidem. Ἦν δέ τις ἄνθρωπος ἐκεῖ, τριάκοντα
ὀκτὼ ἔτη ἔχων ἐν τῇ ἀσθενείᾳ. A quo parum idem Medicorum Princeps abiit,
cum ἀσθενέοντας καὶ ἀσθενεῖς, diſtinxit: cui inter alia, ἐγγύτατα τοῦ ἀσθενέοντός ἐστιν,
ὁ ἀσθενὴς, *proxime ad ægrum jam accedere, is qui imbecillis*, dicitur. ἐγγύτατα δὲ τοῦ
ἀσθενέοντός ἐστιν ὁ ἀσθενής. ἔστι δὲ ἀσθενέστερος ὁ ἀσθενῶν, καὶ μᾶλλον αὐτῷ προσήκει, ὅ,τι ἂν τοῦ
καιροῦ ἀποτυγχάνῃ, πονέειν. Περὶ ἀρχαίης ἰατρικῆς. Vbi ἀσθενέων ἀσθενέστερος, qui æger
jam eſt. Ita cum dixit, ὅτι πρὸς θάνατον οὐκ ἔστι, non hoc voluit, ex illo genere Ibid.
non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN IOH. non eſſe morbum, qui lethales & ſunt & dicuntur (quod res ipſa tum euicit) ſed hanc ipſam mortem, non futuram mortem, ideoque nec ad mortem fore morbum, ſed ad Dei gloriam & medici exiſtimationem. Qui, cum morbos alii ſanarent, mortuorum curam ſibi reſeruabat, ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Vbi tamen Baſilius Seleuciæ Epiſcopus, τὸ ἵνα, ad euentum voluit referri, non ad cauſam. Τὸ ἵνα ἐνταῦθα, οὐκ αἰτιολογίας, ἀλλ' ἐκβάσεως, inquit. Συνέβη μὲν γὰρ ἐπέρασθεν ἡ ἀῤῥωστία· ἐχρήσατο δὲ αὐτῇ εἰς δόξαν Θεοῦ. Eodem capite, cum dici-
℣.35. tur, Ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς, nondum ſatis ſcio, cur tantopere è Patribus nonnulli laborarint, ne præ mœrore vero emiſiſſe lachrymas credatur Dominus. Nam, vt Nonnum omittam, qui fleuiſſe Seruatorem vult ἀκλαύτοις ὄμμασι, quod potius non flentis eſt, mirificum fletus hujus interpretem Chryſologus egit: qui, *Hinc eſt, quod Chriſtus, non dolore mortis*, inquit, *ſed illius lætitiæ recordatione lachrymauit: qui voce ſua, voce vna, omnes eſt mortuos perpetuam ſuſcitaturus ad vitam.* Deinde, *Quis ergo, ex humana infirmitate exiſtimet hic fleuiſſe Chriſtum, cum cæleſtis pater luxurioſum filium, non quamdiu abiit, ſed quando recipit, tunc deplorat?* & quæ ſubjunguntur. Quaſi non ſequatur, ἴδε, πῶς ἐφίλει αὐτόν; Item, οὐκ ἠδύνατο οὗτος. & quæ ſequuntur. Quæ, vt recte Chryſoſtomus obſeruat, mœrorem animi non gaudium teſtantur: cujus rei teſtes habuit, qui ita, vt jam dixi, judicarent. Quanto melius quam qui ſic ſentiunt Theophylactus, qui naturæ, quam aſſumpſerat, ſed veræ, φαντασίαν ſic excludi notat. Theodorus Heracleota: Δάκρυον γὰρ ἐξέχει, καὶ κάματον ὑπέμεινε σωματικόν. *Lachrymam effudit, & corpoream calamitatem, ſeu laborem, ſenſit.* Non enim de affectu vitioſo agitur, ſed de affectu tamen. cujus limites ne quidem gaudium, quod hic ſupponunt, vehemens excedit. *Ego*, vt cum B. Ambroſio hic loquar, *non ſolum excuſandum id non puto, ſed etiam nuſquam magis pietatem ejus demiror. Minus enim contulerat mihi, niſi meum ſuſcepiſſet affectum. Ergo, pro me doluit, qui pro ſe nihil habuit quod doleret: &, ſequeſtrata delectatione diuinitatis æternæ, tædio meæ infirmitatis afficitur. Suſcepit enim triſtitiam meam, vt mihi ſuam lætitiam largiretur, qui veſtigiis noſtris deſcendit vſque ad mortis ærumnam, vt nos ſuis veſtigiis reuocaret ad vitam. Confidenter ergo triſtitiam nomino, quia crucem prædico. Neque enim ſpeciem incarnationis ſuſcepit, ſed veritatem.* Sed nec quiſquam, cujus intereſt, negabit, infirmitatibus humanis, non peccatis, ſubjeciſſe ſe Dominum. *Infirmitas* autem *atque mortalitas* (vt cum Leone ejus nominis primo loquar) *quæ, non peccatum erant, ſed pœna peccati, à redemptore mundi ſuſcepta ſunt ad ſupplicium, vt impenderentur ad precium.* Sermone De Reſurrectione Domini 2. *Totumque hoc*, vt idem loquitur, *diſpenſatio fuit miſerationis, non priuatio poteſtatis.* Accedat illud melleum B. Bernardi: *An non longe glorioſius fuit, quandoquidem totum propter nos agebatur, vt non modo paſſio corporis, ſed etiam cordis affectio pro nobis faceret: & quos viuificabat mors tua, tua nihilominus & trepidatio robuſtos, & mæſtitia lætos, & tædium alacres, & turbatio quietos faceret, & deſolatio con-*
℣.48. *ſolatos?* Pergamus. Eodem capite, & illud extat, ἐὰν ἀφῶμεν αὐτὸν οὕτω, πάντες πιστεύσουσιν εἰς αὐτόν, καὶ ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν καὶ τὸν τόπον καὶ τὸ ἔθνος. hoc eſt, *vrbem & gentem:* quod Hebræis paſſim vſitatum. Neque aliter Romani. A. Gellius antiqui in dicendo moris obſeruator accuratus: *Is loco & oppido Methymnæus, terra atque inſula omni Lesbius fuit.* vbi locus, ἡ πόλις. Se-
℣.51. quitur, τοῦτο δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ εἶπεν, ἀλλ' ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, προεφήτευσεν ὅτι ἔμελλεν ὁ Ἰησοῦς ἀποθνήσκειν ὑπὲρ τοῦ ἔθνους. Prophetia ergo munus atque authoritatem quodammodo hic comitata fuit. cui οἰκονομικῶς hoc datum, & quidem impio ac indigno: non quod de veritate ipſa perſuaſus eſſet, ſed vt veritatem perſuaderet. Quanuis ergo populo præeſſent tales, Deum ſequebantur inuiti. quod nec Bileamus, nec Diabolus euaſit. Baſilius Catena nondum edita, ad Eſaiam: Πῶς δὲ καὶ Βαλαὰμ προεφήτευε καὶ Καϊάφας; Ὅτι κἀκεῖνοι τοὺς πειθομένους εἶχον·

ὁ μὲν

ὁ μὲν ὡς ἀρχιερεὺς, ὁ δὲ ὡς μάντις· οὐ γὰρ ψυχῆς καθαρότης ἐνταῦθα, οὐδὲ διαυγάζοντος, ἐνο- IN IOH.
ρῶντος εἰς Θεὸν καὶ τὴν ἐκεῖθεν δύναμιν σπῶντος, ἀλλ' οἰκονομικῶς ἐν αὐτοῖς ὁ λόγος, οὐ
κατὰ τὴν ἀξίαν ἀλλὰ πρὸς τὸν καιρόν. Prophetauit ergo, quomodo Magiſtri ele-
ganter dicunt, נבא ברצון האלהים ולא ידע מה נבא. *Prophetauit ex voluntate Dei, nec*
ſciebat quid prophetaret. Aut vt eodem metro vtar (verſus enim eſt politi-
cus, quales, quibus vulgo nunc vtuntur Græci, & Chiliadas conſcripſit
Tzetzes) *Mandata ſummi numinis, ſed inſcius, profatur.* Capite duodecimo
occurrit locus ille, qui negotii haud parum eruditis exhibuit, de quo & non
pauca in Ariſtarcho: Ἡ οὖν Μαρία λαβοῦσα λίτραν μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτίμου,
ἤλειψε τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ. Quibus hoc addatur: videndum an eo modo, νάρδος
dici poſſit πιστικὴ, quo apud Eſaiam ὕδωρ πιστὸν ab Helleniſtis dicitur. Ἄρτος
αὐτῷ δοθήσεται, καὶ τὸ ὕδωρ αὐτοῦ πιστὸν, vel, τὰ ὕδατα αὐτοῦ πιστά. Ipſe נאמנים dixit: quan-
uis ibi aliter Chaldæi: qui, *aquæ ejus erunt permanentes, ſicut fons aquarum,*
cujus aquæ non deficiunt. Et quis dubitat, quin voce eadem, ea, quæ vera, non
fucata ſunt, vt hic vnguentum, ibi aquæ, dici poſſint. Vt omittam, aquam
quoque quæ bibitur, ſic Græcis dici: vt cum Æſchylus Prometheo Deſmo-
te, remedium, ſeu pharmacum, quod ita adhibetur, πιστὸν dixit.

Τὸ μὲν μέγιστον, εἴ τις εἰς νόσον πέσοι,
Οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν, οὐδὲ βρώσιμον
Οὐ χριστὸν, οὐδὲ πιστόν.

Quod vnguento, de quo ibi agitur, non conuenit: ἐγχριστῷ, nempe, & ipſo
vſu quoque, vnguento: ideoque rectius ad pluuias, quæ Palæſtinæ paſſim pro-
mittuntur, temporaneam quam vocant & ſerotinam, referri poſſe videatur.
quæ fideles ſunt, cum non deficiunt, in locis aridis præcipue, ac ſuo tem-
pore exhibentur. Locus capite trigeſimo & tertio Prophetæ legitur: *Qui*
ambulat in juſtitia & loquitur veritatem &c. ἄρτος αὐτῷ δοθήσεται, καὶ ὕδατα αὐτοῦ
πιστά, ad Hebræam mentem. Nihil obſtat interim, quo minus nardus πιστι-
κὴ, ſit πιστὴ, *pura & ſincera*: cum præſertim ſequiore, quod & notauimus,
Helleniſmo, voces iſtæ confundantur. Eodem capite de proditore dicitur, CAP.
Εἶπε δὲ τοῦτο, οὐχ ὅτι περὶ τῶν πτωχῶν ἔμελλεν αὐτῷ, ἀλλ' ὅτι κλέπτης ἦν, καὶ τὸ γλωσσόκομον XII.
εἶχε, καὶ τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζεν. Vbi illud, ὅτι κλέπτης ἦν, eleganter, ὅτι τὸ γαζοφυ- ℣ſ. 6.
λάκιον, ἤγουν τὸ γλωσσόκομον, ἐρᾳδιούργησεν, interpretantur S S. Patres. Qua voce,
exprimunt, quod tamen non dicunt. Ῥᾳδιουργοὶ enim verſipelles pariter &
negligentes. Adeo vt ῥᾳδιουργίαν, περὶ πᾶν ὀλιγωρίαν, ſummam quæ in re qua-
uis adhibetur negligentiam, antiqui interpretentur. quales, qui in arte ſua,
leuiter, qui negligenter, nec vt oportet, defunguntur. Vnde Princeps in-
terpretum Græcorum, Ῥᾳδιουργὸς, πλαστογράφος, ἢ ταχυγράφος, πονηρὸς, μηχα-
νουργὸς, πολυμήχανος. Quæ doloſi pariter ac negligentis ſunt. à quibus ad
majora ſcelera paulatim peruenitur: quemadmodum, de quo nunc ſermo,
à contemptu muneris ac frigida ſecuritate, ad fraudem, imo furtum, ab hoc,
ad ſupremum μίασμα, vt nuſquam ſcelera conſiſtunt, hoc eſt, ad proditio-
nem Domini ac Dei, peruenit. Aſterius Homilia Περὶ πλεονεξίας· τὸν Ἰούδαν
δὲ πάλιν τί τοῦ καταλόγου τῶν μαθητῶν ἐξέβαλεν, ἐποίησε δὲ προδότην ἀντ' ἀποστόλου; Οὐ τὸ
γαζοφυλάκιον πρῶτον ῥᾳδιουργούμενον, εἶτα ἡ κτῆσις τῆς ἀτίμου τιμῆς; Ῥᾳδιουργεῖν autem
τὸ γαζοφυλάκιον dici poteſt, & qui negligenter ſeruat, & qui cum lucro ſuo
fraudulenter tractat. Autor, nulla circuitione vſus, ordine diuerſo tamen,
ὅτι κλέπτης ἦν καὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχε, dixit. cum, *& habuiſſe, & compilaſſe*, vel-
let. Eodem capite, de honoribus Domino ante mortem καὶ τὸ πάθος τὸ ℣ſ. 13.
σωτήριον exhibitis, Euangeliſta dixit, Ἔλαβον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων, καὶ ἐξῆλθον εἰς
ὑπάντησιν αὐτῷ, καὶ ἔκραζον, ὡσαννὰ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, ὁ
βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. Quemadmodum ὡσαννὰ Regum erat compellatio, ita
τῶν φοινίκων βαΐα, *palmarum rami*: quibus Principibus aut Regibus aduentum
gratulari mos erat. Quomodo exceptus Simon poſt victoriam illuſtrem

IN IOH. Maccabæorum primo dicitur. μετ' αἰνέσεως, nempe, καὶ βαΐων, καὶ ἐν κινύραις.
cum laude, cum phœnicum ramis, & citharis. Addebantur enim encomia vel
hymni. Quorum loco eſt, quod ſequitur, Ὡσαννὰ, εὐλογημένος: quod cum
phœnicum ramis jungebant. vt cum Macca. 2. c. 10. Διὸ θύρσους καὶ κλάδους ὡραίους,
ἔτι δὲ φοίνικας ἔχοντες, ὕμνους ἀνέφερον τῷ εὐοδώσαντι καθαρισθῆναι τὸν ἑαυτοῦ τόπον. Quem-
admodum ipſe ramus, quem geſtabant, Oſanna, quod notum eſt, ab accla-
matione dicebatur. quem cur αἴσακον vocatum magnus Caſaubonus velit,
imo Orienti aſſcribat, ac Syrorum vocem eſſe dicat, ne ex Heſychii qui-
dem, quem adducit, loco, conjectare poſſum: qui, Αἴσακον, δάφνης κλάδον, ὃν κα-
τέχοντες ὕμνουν τοὺς θεοὺς, interpretatur. Addit Etymologus, & myrti ramum ita
dici. Αἴσακος, ὁ τῆς δάφνης κλάδος, ἢ ὁ τῆς μυρσίνης· καλεῖται δὲ καὶ τὸ ζῶον ὁ ἐρίθακος,
αἴσακος. Quod ſi Heſychius vocem Orientis eſſe voluit, cur θεοὺς dixit po-
tius quam θεόν: cum paſſim vocum quæ ex Oriente oriundæ ſunt, interpre-
tationes, ex Helleniſtis, autor, ſiue compilator potius, deſcribat? ſed & quæ
auis Ariſtoteli ἐρίθακος dicatur, nemo neſcit. Quid quod æſacus Ouidio,
non alia quam mergus: cognominis heroï nempe, quem in eam transfor-
mauit. Qui ipſam transformationem verbis his concludit, *Æquor amat, no-
menq; manet, quia mergitur illo.* vbi mirum ſane, quod manere nomen dixerit, ſi
nomen mergi, quod Romanum eſt, alludat. Nos minori negocio ex ea voce
mergum, quam phœnicis folium, formare poſſemus. cum nihil expeditius
faciliuſque ſit, quam ludere in his linguis, ſi cui oſtentatio, pro veritate cordi
ſit, aut ſemel allubeſcat. A סוך enim, quod eſt, *texit, operuit*, fit הסך, *heſech*, & אסוך,
aſoch. vnde *heſecus*, & *æſacus*. quæ ocioſis, quales ſunt non pauci, relinquimus.
℣ſ.25. Cum dicitur, ὁ φιλῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτήν, nemo dubitare poteſt,
quin πατροπαράδοτον antiquum illud in animo habuerit, מי שאוהב נפשו ימיתנה.
qui amat animam ſuam, interficiet eam. Eodem capite, Διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύναντο
πιστεύειν. Vbi mirum cur tantopere, τὸ οὐκ ἠδύναντο, recentior interpres vrgeat.
℣ſ.40. de quo vide quæ ad quartum Euangeliſtæ hujus annotamus. Sequitur, Τε-
τύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν· ἵνα μὴ ἴδωσι τοῖς ὀφθαλ-
μοῖς, καὶ νοήσωσι τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐπιστραφῶσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς. Ταῦτα εἶπεν Ἡσαΐας,
ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ. Vbi iterum δόξα, de quo aliquoties
jam diximus, vt ſemper noſtro: cui δόξα τοῦ Θεοῦ, Dei majeſtas aut præſen-
tia, vt שכינה. De qua & illud Rabbini monent, quoties τὸ שכן cum de taber-
naculo præſertim aut arca agitur, in contextu occurrit, & ad Deum refer-
tur, per שכינא à Thargumiſtis reddi. Vt cum dicitur, *Ego Dominus habito,*
illi שכינתי שריא. *Diuinitas mea quieſcit.* idque inquiunt, *vt quicquid eſt corpo-
reum, tollatur à Deo.* Euangeliſta ergo noſter vidiſſe Eſaiam τὴν δόξαν αὐτοῦ,
id eſt, Filii Dei, illuſtri ac diuino illo capite ait, quod nunc ſextum ordine
eſt. de qua voce ad illum locum monuimus, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐθεασάμεθα
τὴν δόξαν αὐτοῦ. Quærunt autem Græci hic Theologi, inter quos Chryſoſto-
mus, *Cujus viderit gloriam?* Et reſpondet, *Patris.* Ὅτε εἶδε, inquit, τὴν δόξαν αὐτοῦ.
Τίνος; τοῦ Πατρός. Et deinde, communem tribus perſonis eſſe ait gloriam. Mi-
hi placent, qui primario ſimpliciterque, de regno Filii ac majeſtate hoc ac-
cipiunt. Bene Theophylactus, Τίνος; τοῦ Υἱοῦ· καί τοι τοῦ Πατρὸς τὴν δόξαν δοκεῖ ἰδεῖν
ἀπὸ τῆς ἀκολουθίας ὁ προφήτης. ἐνταῦθα δὲ ὁ Εὐαγγελιστὴς δόξαν τοῦ Υἱοῦ φησιν ἰδεῖν τὸν Ἡσαΐαν,
ὁ δὲ Παῦλος τοῦ Πνεύματος· μία ἄρα ἡ δόξα τῆς ἁγίας τριάδος. *Cujus vidit gloriam?
Filii. quanquam è contextu ipſo Patris gloriam vidiſſe Propheta videatur. Euan-
geliſta interim vidiſſe Filii gloriam, Eſaiam dixit: quod de Spiritu Paulus. Vna
ergo Sanctæ Trinitatis gloria.* Vbi vero Eſaias eo capite vidiſſe ſe Patris di-
cit gloriam, qui את אדני, *Dominum*, & quidem, *in ſolio excelſo ſedentem*, vidiſſe ſe
ait? Deinde autem τὸ τρισάγιον ſubſequitur quod ibi extat, Ἅγιος, Ἅγιος,
Ἅγιος Κύριος Σαβαώθ. Quomodo autem Patri tantum hæc conueniunt,
ſi, vt κυριολογία ita ἁγιολογία ſit communis? Quid quod loco quem addu-

xit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

xit, manifeſte eadem dicuntur, quod ad mentem, cum iis quæ ibi extant: In Ioh.
Ἐπαχύνθη ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου. &c. Et nonne ſequitur, καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ?
Quo inſuper docemur, ea de Filio accipienda eſſe.

Cap. IX.

Capita aliquot percurruntur. λέντιον quid. σαβάνῳ περιζωσάμενος Clementi. περίζωμα ἱερατικόν. Locus, ὁ λελουμένος, οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι, & quare. Locus, ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, & quomodo καινή. ᾆσμα καινόν. Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσι, & quomodo intelligendum. varia diſtinctio loci. Mos Hebræorum in diſſimulando participio, quod foris aſſumendum. De cognitione Patris & Filii. Locus, ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστί. Nonni interpretatio notata. Ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον, & quomodo intelligendum. Peccatum ἀπροφάσιστον. Rejecta ad hunc locum μίμησις eruditorum. παροιμίαν οὐδεμίαν λέγεις. Parabolæ quam populo ingratæ. Locus Ezechielis.

CApite decimo & tertio, non procul ab initio legitur, Εἶτα βάλλει ὕδωρ Cap.
εἰς τὸν νιπτῆρα, καὶ ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ ἐκμάσσειν τῷ λεντίῳ ᾧ ἦν XIII.
διεζωσμένος. quemadmodum in eo quod præcedit, καὶ τίθησι τὰ ἱμά- ℣ſ. 5.
τια, καὶ λαβὼν λέντιον διέζωσεν ἑαυτόν. Quod linteum Clemens σάβανον fuiſſe vult,
quo corpora in balneis detergebantur. Qui Pædagogi lib. 2. c. 3. Ὁ Κύριος
τρυβλίῳ ἐπωψᾶτο εὐτελεῖ, καὶ κατέκλινε τοὺς μαθητὰς ἐπὶ τῆς πόας χαμαί· καὶ τοὺς πόδας
ἐνίπτεν αὐτῶν, σαβάνῳ περιζωσάμενος ὁ ἄτυφος Θεὸς, καὶ Κύριος τῶν ὅλων. quod He-
ſychius περίζωμα ἱερατικὸν, *cingulum ſacerdotale*, exponit. Quæritur, quid ſibi
velit Dominus cum dixit, ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι, ἀλλ᾽ ἔστι ℣ſ. 10.
καθαρὸς ὅλος. Nota eſt ſumma Hebræorum conjuncta cum humilitate hu-
manitas: qui à via redeuntes abluebant. Inprimis autem eam partem quæ
polluta erat. hoc eſt pedes: cum intacta ſordibus ac impolluta poſſent eſſe
cætera. Itaque ὁ λελουμένος, eſt, ὁ λελουμένος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ, ſiue, μετὰ τὴν ὁδοιπορίαν:
lotus à via, ſeu, *poſt confectum iter*. Quid autem aliud niſi perpetui viatores,
Apoſtoli: è quibus aliqui jam ante ablegati fuerant? Quod hic tenendum, ne
aſſentiamur iis quæ de balneo ab eruditis adferuntur. vt aliorum nunc argu-
tias omittam. Præcipue Originis, qui τὰς βάσεις τῶν ψυχῶν, *greſſus animarum*, mo-
re allegorico, interpretatur. ea autem mente, τὸ νίψασθαι, παθητικῶς accipiam.
Illud quod capite eodem dicitur, Ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους·
καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς, ἵνα ὑμεῖς ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, nonnulli veterum Doctores ita ℣ſ. 34.
acceperunt, vt vim totam eſſe in eo vellent, καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς. Ita vt alterum
ſit vetus, τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους: illud nouum. Iſidorus Peluſiota lib. 3. Epiſt. 410.
Εἰ δὲ φαίης, ἐν τῇ παλαιᾷ οὐ διαθήκῃ οὐκ εἴρηται, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν·
φαίην, ὅτι μάλιστα μὲν κἀκείνην αὐτὸς ἐθέσπισεν, ἔπειτα δὲ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ τῇ κατὰ σάρκα
προσέθηκέ τι πλέον, εἰπὼν, ὅτι ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καθὼς
ἐγὼ ἠγάπησα ὑμᾶς. τὸ μὲν γὰρ ἀγαπῆσαι, καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ κεῖται· τὸ δὲ, καθὼς ἐγὼ ἠγάπησα
ὑμᾶς, προσέθηκε. διὸ καὶ καινὴν ἐντολὴν αὐτὴν ἐκάλεσε. *Quod ſi dixeris, in veteri Fæde-*
re dictum non fuiſſe, Diliges proximum tuum vt te ipſum, reſponderim, maxime
quidem illud etiam ſanxiſſe Dominum, deinde autem in carnali præſentia ſua, ali-
quid addidiſſe amplius, cum dixit, mandatum nouum do vobis, vt diligatis vos
mutuo, ſicut ego dilexi vos. Nam diligere quidem, etiam in antiquo præcipitur
Fædere. Illud autem, ſicut ego vos, addidit. vnde & nouum præceptum id dixit.
Et certe, nouum non eſſe proximi amorem aut præceptum recens, locus
Leuit. notiſſ. c. 19. ℣ſ. 18. καὶ ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτὸν, ſatis teſtatur. Quod
tamen ita in deſuetudinem partim, partim & obliuionem veniſſe ſupra dixi-
mus, vt illud, *Et diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo.* &c. Deut. 6. 5.
vel ſufficere implendæ legi, vel nihil cum altero commune hoc præceptum
habere exiſtimarent. Adeo vt Leguleius ille, de quo ante, quærat, τίς ἐστί μου

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN IOH. πλησίον; qua occaſione, tanquam rem nouam, diſcit, quod quærebat. Καινὴν
igitur, vel quia reſtituit ac reuocauit, vel Hebræorum more, quo ἐντολὴ και-
νὴ eo modo, quo שיר חדש ᾆσμα καινὸν, carmen eximium, Prophetæ Regio & aliis
non ſemel dicitur. Quomodo interdum & Romani loquuntur. vt *cum no-
ua carmina*, quæ Pollioni Maro tribuit, *magna & miranda*, Seruius interpre-
CAP. tatur. Capite decimo & quarto, ſtatim in principio legitur, Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Πα-
XIV. τρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν· εἰ δὲ μή, εἶπον ἂν ὑμῖν, πορεύομαι ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν. In quo
✝ſ. 2. diſtinguendo mirum eſt quam fluctuarint eruditi. ita quidem, vt & recentior
interpres, nouam ibi inchoarit ſententiam, Πορεύομαι τόπον ἑτοιμάσαι ὑμῖν. Ac
ſi dicat, *locum paratum non eſſe. Itaque abiturum ſe, vt metatoris munere fun-
gatur.* quaſi non electis ſuus cuique decretus locus eſſet, aut ſaltem tum pa-
randus eſſet. Quid igitur? Nihil frequentius Hebræis, quam vt verbo ſubſtan-
tiuo benoni, ſeu participium, ſubducant. vt in illo, οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον.
Iohan. 7. 39. πεμφθέν, nempe, aut δοθέν. de quo ante. Et alibi non ſemel, vbi
plus difficultatis habet: in Epiſtolis præcipue Paulinis. Intellige igitur ἡτοι-
μασμέναι. vt ſit, ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Πατρός μου, μοναὶ πολλαὶ ἡτοιμασμέναι εἰσι. Magnus
Chryſoſtomus, ἀφθονία γὰρ ἐκεῖ πολλὴ καταγωγίων, καὶ οὐκ ἔνι εἰπεῖν, ὅτι ἑτοιμασίας
δεῖται. *copia ingens hoſpitiorum ibi, nec recte dicitur, præparatione opus eſſe.* quod
ſi verum eſt, recte ſuppletur quod dixi. Quare fidenter diſtinguendum, εἰ δὲ
μή, εἶπον ἂν ὑμῖν, πορεύομαι ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν· καὶ ἐὰν πορευθῶ καὶ ἑτοιμάσω ὑμῖν τόπον, πά-
λιν ἔρχομαι, καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς πρὸς ἐμαυτόν. Vt dicat, *ſi aliter ſe res haberet, ne
id quidem vos celaſſem: abiturum enim me dixiſſem, vt pararem vobis locum, eo-
que facto, reuerſurum.* Recte Robertus Stephanus, qui diſtinctionem plenam
ante τὸ πορεύομαι tollendam judicauit. Neque aliter Nonnus,

Πολλαὶ δ' ὑψιμέδοντος ἐμοῦ κατὰ δῶμα τοκῆος
Εἰσὶ μοναὶ στοιχηδὸν ὁμόζυγες· εὐρυπενὴς δὲ
Εἰ μὴ πουλυμέλαθρος ἐμὴ πέλε πάνδοκος αὐλή,
Ὑμῖν καί κεν ἔειπον· ὅτι προκέλευθος ὁδεύσω,
Ὄφρα κεν ἐντύνω πολυχανδέος ἔνδιον αὐλῆς,
Ἄξιον ὑμείων νεοτευχέα χῶρον ὑφαίνων.

nec aliter diſtinguunt qui Syrum expreſſerunt. Aliquanto poſt hunc lo-
✝ſ. 7. cum ait Dominus, Εἰ ἐγνώκειτέ με, καὶ τὸν πατέρα μου ἐγνώκειτε ἄν· καὶ ἀπ' ἄρτι γινώσκετε
αὐτόν, καὶ ἑωράκατε αὐτόν. Quo ſenſu eleganter autor Commentarii in Pſalmos,
qui vulgo B. Hieronymo aſſcribitur, ad CII. *Aduentus Filii, nomen Patris eſt.
Ante aduentum Christi ſciebatur Deus, Pater ignorabatur.* Patrem certe docuit,
✝ſ. 28. ac paſſim demonſtrauit Filius. Sub finem ejuſdem capitis, πολυθρύλλητον illud
legitur, ὅτι ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστι. Quod, ſiue quis recte ad mediatorium mu-
nus, ſiue ad ordinem, quo Pater præit, referat, ſiue, Patrem cum Græcis, tan-
quam cauſam, hoc eſt, αἴτιον, conſideret, vt cum Damaſcenus, καὶ ὁ Πατὴρ πρότε-
ρος, καὶ μείζων τοῦ Υἱοῦ· ὁ γὰρ Πατὴρ αἴτιος τοῦ Υἱοῦ, ἐκ γὰρ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς γεννᾶται, διὸ καὶ ὁ μακά-
ριος Γρηγόριος, κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον ἔλαβε, τό, ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγ-
γελίοις ῥηθέν, ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστι, peculiariter Nonnus, qui vertit, Οὕνεκ' ὅλων
μεδέων γενέτης ἐμεῦ ἔπλετο μείζων. quaſi Pater, ᾗ μεδέων, ſiue, qua præeſt omnibus,
ac omnia diſponit, major eſſet Filio, ac ſic dicendus. Pergamus. Video ne-
gotium eruditis, recentiori quoque interpreti, exhibuiſſe locum illum, qui
CAP. ſequenti capite extat, Εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον. cum verum
XV. ſit illud Auguſtini, *eſſe etiam peccata ignorantium, quanuis minora quam ſcien-
✝ſ. 22. tium:* quæ & recte ἀπροφάσιστα dicuntur. Minime autem placet doctorum
illa μίμησις, quam hic excogitarunt: *Non haberent,* inquiunt, *peccatum, id eſt,
habere ſe negarent. Vt, ſi de fure deprehenſo dicas, Niſi conuictus teneretur, inno-
centiſſimus eſſet. id eſt, eſſe ſe clamaret.* Atqui mentem ſuam ipſe Dominus inter-
pretatur, cum dixit, νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν. *Peccatum non
haberent,* ἀπροφάσιστον, nempe. *Peccatum non haberent,* πρόφασιν εἶχον. Vt dicat,

Excu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Excuſationem aut prætextum peccati haberent. neque hoc Theophylactus non vidit. Capite decimo & ſexto dicitur, Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἴδε νῦν παῤῥη- In Ioh. Cap. XVI. vſ. 29.
σίᾳ λαλεῖς, καὶ παροιμίαν οὐδεμίαν λέγεις. Vbi παροιμία, משל. Inter querelas autem
populi antiqui fuiſſe legimus, cum Deus mitteret prophetas, quod prophe-
tæ nihil aliud quam παροιμίας, ſeu parabolas, proferrent: quibus involui po-
tius quam explicari monita ac mentem Dei querebantur. Locus in hanc
rem elegans Ezechielis 20. 49. vbi, cum injunctum Prophetæ eſſet, vt pa-
rabolam de ſylua, quæ meridiana ibi dicitur, quam accenſurus eſſet Domi-
nus, annunciaret populo proponeretque, quam ingrata eſſent talia haud
dubie teſtatur. Helleniſtæ, Καὶ εἶπον, μηδαμῶς Κύριε· αὐτοὶ λέγουσι πρός με, οὐχὶ
παραβολή ἐστι λεγομένη αὕτη; Quod efficacius Hebræi, הלא ממשל משלים הוא. *an non
parabolice parabolas loquitur iſte?* hoc eſt, *an aliud quam parabolas loquitur iſte?*
quod contemptum denotat faſtidiumque. A quo non magis in doctrina
quam in cœleſti pane, ſibi temperarunt illi.

Cap. X.

Trajectio in illo loco, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν. &c. Interpres recens, vetus, & vtriuſque interpretatio. Senſus loci. ἔδωκε ῥάπισμα. dedit alapam. baculo cecidit. ῥαπίζω, expalmo. κονδυλίζω. αἰτία, cauſa. λιθόστρωτος platea, atrium. πλατεῖα, κόσμος. ὃ γέγραφα, γέγραφα. λαχεῖν, βάλλειν κλῆρον. micatio digitorum. Locus, ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. ἐκκεντεῖν. συγκεντεῖν. ῥαββουνί. Error Epiphanii de matre Domini. τεκνία. mira Chryſologi interpretatio. ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, & quomodo intelligendum: tempus, nempe, denotari. Locus, ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν. ἔρχεται ὁ Κύριος. maranatha. Locus, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία.

IN diuina Precatione illa quam ad Patrem habet Dominus, vita pari-
ter ac ſalus noſtra, inter cætera, Αὕτη δέ ἐστιν, inquit, ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώ- Cap. XVII. vſ. 3.
σκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. Paſſim autem in
Epiſtolis Paulinis notauimus, quod olim in Philoſopho notare memini, ni-
hil eſſe in illius ſcriptis, trajectionibus frequentius. Exemplo ſit illud in li-
bello De re Poëtica, Εἰσὶ γὰρ αἱ μὲν πίστεως ἕνεκα ἀτεχνότεραι καὶ αἱ τοιαῦται πᾶσαι. cum
vellet, εἰσὶ γὰρ αἱ πίστεως ἕνεκα καὶ αἱ τοιαῦται πᾶσαι, ἀτεχνότεραι. Tale eſt, Διὸ καὶ Εὐρι-
πίδη ἐγκαλοῦντες τὸ αὐτὸ ἁμαρτάνουσιν, ὅτι τοῦτο δρᾷ ἐν ταῖς τραγῳδίαις. Mirifice, cum
vellet, Διὸ ἐγκαλοῦντες, ὅτι τοῦτο δρᾷ ἐν ταῖς τραγῳδίαις, τὸ αὐτὸ ἁμαρτάνουσιν. quales &
ad Theophraſti characteres ex autore eodem plurimas notarunt viri ſum-
mi. Ita hic, ſi B. Chryſoſtomo credimus, hoc volebat Dominus, ἵνα γινώσκωσί
σε, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν. Opus certe non erat, vt eru-
diti, quemadmodum ſæpe alias, τὸ *eſſe* insererent, ac ſic aſtrictam verbis inter-
pretationem incruſtarent. Qui, *itaque, hæc*, inquiunt, *eſt vita æterna, vt te
cognoſcant eſſe illum ſolum verum Deum.* hoc eſt, *ſciant te ſolum verum Deum.*
Quomodo dicendum potius fuiſſet, ἵνα γινώσκωσί σε μόνον, non, τὸν μόνον. Non
enim hoc vult, ὅτι ὁ κόσμος οὐ γινώσκει Θεὸν ὄντα. Nec Iudæi ignorabant, Deum
eſſe: quem non cognoſcebant, vt oportet, quia Filium non cognoſcebant.
Verus ergo ſenſus eſt, ἵνα γινώσκωσί σε, καὶ ὃν ἔπεμψας Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν μόνον ἀληθινὸν
Θεόν. *Vt te, & Ieſum Chriſtum*, vel, *vt te cum Ieſu Chriſto quem miſiſti, cognoſcant:
qui ſolus & verus ille Deus es, quem prophetæ prædixerunt.* Cum alterum τὸ ὅτι
videatur ponere: vt quis nempe Patrem Filiumque verum eſſe Deum ſciat:
alterum autem πληροφορικὸν ſit, fidemque veram & æternam vitam pariter
includat. Vnde & præcedit, Αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωή. Recte Syrus, *Hæc eſt au-
tem vita, quæ eſt in æternum, vt cognoſcant te, qui es verus Deus ſolus, & eum,
quem miſiſti, Ieſum Chriſtum.* Non dixit, *vt cognoſcant te eſſe*, ſed, *vt cognoſcant.*
Τὸ γινώσκειν enim πρακτικῶς, vt paſſim Iohanni, vſurpatur. Talia ſunt, ὁ κόσμος

In Ioh. αὐτὸν οὐκ ἔγνω. καὶ οὐκ ἐγνώκασι αὐτόν· καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω. Recte antiquus Ec-
cleſiæ Doctor: *Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum & verum
Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum: docens atque oſtendens, nihil aliud eſſe
Deum noſſe, quam credere, & oculos cordis in Dominum prona, imo tota pectoris
fide ac deuotæ mentis aperire. Inde jam fit, vt credendo intelligas, intelligendo cre-
das.* Certe hæc non negligenda erant. Melius autem interpres antiquus,
quanquam & ipſe ambiguitatis aliquid relinquat. verba enim reddit magis
quam illuſtrat. Reſtat, vt eadem opera, & paſſionis in eodem hoc autore
Cap. XVIII. hiſtoriam, aliaque quæ eodem ſpectant nunc percurramus. Capite decimo
& octauo, ſcelerati, duce Iuda, vt Domino manus injicerent, μετὰ φανῶν, καὶ
✝ſ. 3. λαμπάδων, καὶ ὅπλων veniſſe dicuntur. Vbi, qui ſint φανοὶ, quærunt nonnulli.
Certe, quos λυχνούχους Attici dixerunt, ſi Heſychio hic fidem habemus. qui,
Ἀττικοὶ δὲ λυχνοῦχον ἐκάλουν, ὃν ἡμεῖς νῦν φανόν. Qui & λυχνοῦχον, λαμπτῆρα inter-
pretatur. De quo ipſo diſputant, cum alii lampadem, alii ligna arida, quæ
exhibendo lumini in ædibus accendebantur, ita velint dici. idem autem ξηρὰ
ξύλα καὶ δᾴδια interpretatur. Cæterum vix dubitamus, quin φανὸς ſit נר אבוקה
ex Rabbinorum ſententia: Elias, funale, quod ex variis funibus ellych-
niiſque conſtat, quæ ad majorem excitandam flammam, hoc eſt, vt lo-
quuntur illi, לעשות להב גדול, colligantur, eſſe voluit. Germani *fackel*, autore eo-
✝ſ. 22. dem, dicunt. quo & nos vtimur. Eodem capite, inter cætera occurrit illud,
Ταῦτα δὲ αὐτοῦ εἰπόντος, εἷς τῶν ὑπηρετῶν παρεστηκὼς ἔδωκε ῥάπισμα τῷ Ἰησοῦ, εἰπών, οὕτως
ἀποκρίνῃ τῷ ἀρχιερεῖ; Vbi vetus, *dedit alapam.* recentior moleſtius, *baculo ceci-
dit.* Quod ex Matthæo probat. qui, inter alia, καὶ ἐκολάφισαν αὐτὸν, οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν.
quaſi non Matthæus locum Eſaiæ reſpexiſſet. Cui מרט in prophetia de Chri-
ſto, ex interpretatione Helleniſtarum, ῥαπίζειν: cum id longe violentius ſit, ac
diuerſum. vide quæ in Ariſtarcho notamus. Alias ῥαπίζειν, de manu. Gloſſæ
optimæ, Ῥαπίζω, *expalmo, alapo.* Critici veteres, Ῥαπίσαι, πατάξαι τὴν γνάθον ἁπλῇ
✝ſ. 38. τῇ χειρί. à quo aliud κονδυλίζειν. Sub finem, de Pilato, καὶ τοῦτο εἰπών, πάλιν ἐξῆλθε
πρὸς τοὺς Ἰουδαίους καὶ λέγει αὐτοῖς, ἐγὼ οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ. quomodo Taci-
tus Annal. 1. *Etenim nunciabatur, parari legatos, qui ſuperiorem exercitum ad
Cap. XIX. cauſam eandem traherent:* de facinore ſeditionis. Capite decimo & nono, cum
de loco, in quo idem judex de cauſa cogniturus conſedit, καὶ ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ
✝ſ. 13. βήματος, εἰς τόπον λεγόμενον λιθόστρωτον, Ἑβραϊστὶ δὲ Γαββαθᾶ, intelligit plateam, (ſic
dicebant enim) ſiue atrium, teſſellis ſtratum. Græcis ſequioribus, στράτη, ἡ λεω-
φόρος, *via publica platea:* nobis, *de ſtrate.* hoc eſt, *via ſtrata.* Alia platea, vt hic,
de qua Proſper De prædict. parte 3. *Apud Africam Carthagini Cæleſtis eſſe fe-
rebant templum, nimis amplum: omnium Deorum ſuorum ædibus vallatum. Cujus
platea lithoſtrata, pauimento ac pretioſis columnis & mœnibus decorata, prope in
duobus fere millibus paſſuum protendebatur.* Vbi *Cæleſtis*, eſt, *Vranius.* Lactantius
lib. 1. *Priuatim vero ſinguli populi, gentis aut vrbis ſuæ conditores, ſeu viri for-
titudine inſignes erant ſeu fœminæ caſtitate mirabiles, ſumma veneratione colue-
runt. Vt Ægyptii Iſidem, Mauri Iubam, Macedones Cabirum, Pœni Vranum, ſiue,
Vranium, Latini Faunum, Sabini Sancum, Romani Quiritem.* Vt platea λιθόστρω-
τος, hic ſit, τὸ πρόναιον, ſiue, *atrium.* Seuerus ad Eſaiam, Ἤγαγεν ἔξω τὸν Ἰησοῦν, καὶ
ἐκάθισεν ἐπὶ βήματος, εἰς τόπον λεγόμενον λιθόστρωτον· Ἑβραϊστὶ δὲ Γαββαθᾶ. τοῦτο δὲ τὸ λι-
θόστρωτον πλατεῖα πάντως ἐστί. Heſychius, qui ad pauimentum ejuſque ornatum
reſpexit, Πλατεῖαν, κόσμον erudite interpretatur. Quæ cauſa eſt, cur Helleni-
ſtæ τὸ אשנב, quod cancellos denotat, πλατεῖαν, apud Salomonem alibi red-
diderint. à forma nempe, quam repræſentabant, inſtar ſtrati. Capite eo-
✝ſ. 22. dem quod dicitur, Ἀπεκρίθη ὁ Πιλάτος, ὃ γέγραφα γέγραφα; plane ſimilli-
mum illi Geneſ. 43. ἐγὼ γὰρ καθάπερ ἠτέκνωμαι, ἠτέκνωμαι. Verba Iacobi, qui
de orbitate ſua, aut calamitate liberorum, queritur. Ac ſi dicat, *video, quod
jam factum, mutari non poſſe.* Ita Pilatus, mutaturum ſe negat, quod mutare

ſerum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ſerum erat, aut integra autoritate non poterat. Sequitur non multo poſt, ἀλλὰ In Ioh.
λάχωμεν περὶ αὐτοῦ. Vbi ſi λαχεῖν quod Helleniſtis βάλλειν κλῆρον, vt in illo καὶ ἐπὶ ✝ſ. 24.
τὸν λαόν μου ἔβαλον κλῆρον, Ioëlis 3. 3. ידו גורל, neceſſario ineptum, quod de micatio-
ne digitorum Nonnus. Sequitur non procul à fine illud, καὶ πάλιν ἑτέρα γρα- ✝ſ. 37.
φὴ λέγει, ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. quod eſt, ὄψονται εἰς αὐτὸν ὃν ἐξεκέντησαν. Nec ali-
ter ex Zacharia intelligitur. Helleniſtæ, καὶ ἐπιβλέψονται. Recentior, *vide-*
bunt quem transfixerunt. Efficacius poterat, *intuebuntur in eum quem transfixe-*
runt. ita ſcilicet, vt mors ſubſequeretur. Quod ἐκκεντεῖν Helleniſtæ. vt 2 Mac-
cab. 12. 6. τοὺς δὲ ἐκεῖ συμφυγόντας ἐξεκέντησε. Quemadmodum de pluribus aut
toto exercitu qui cæditur, συγκεντεῖν dicunt. vt cum ibidem Iuda συγκεντῆσαι
hoſtem dicitur. Capite vigeſimo locus ille, λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Μαρία· στραφεῖσα Cap.
ἐκείνη λέγει αὐτῷ, ῥαββουνί, ὃ λέγεται διδάσκαλε, vel per ſe ſatis arguit, aliud egiſſe XX.
Epiphanium, cum hoc loco τὴν θεοτόκον, ſiue, matrem Domini, intelligit. qui ✝ſ. 16.
aduerſus Maſſilianos, οὕτω καὶ οἱ ἀπόστολοι διατάσσουσι τῇ Ἐκκλησίᾳ, οὕτω καὶ ὁ Κύριος
διέταξεν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, ἀπὸ μιᾶς τὸ ὑπόδειγμα ἡμῖν κηρύττων, φήσας τῇ μητρὶ αὐτοῦ,
Μή μου ἅπτου· οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα. Et cur ῥαββουνὶ dixiſſet potius,
quam τέκνον: quæ σχέσις matrem arguiſſet? neque aliter Lucæ 2. τέκνον τί ἐποίησας
ἡμῖν οὕτως; certe magnos ſanctoſque illos viros alibi ſubinde mentem habuiſſe
dicas. Exemplo non diſſimili & obuio nunc defungemur. Capite ſequenti,
cum diſcipulis ſuis dicit Dominus, παιδία, μή τι προσφάγιον ἔχετε; nemo dubita-
re poteſt, quin blandientis καὶ ὑποκοριζομένου, illud παιδία, ſit: minime autem, ab
ætate aut vitio deſumptum. Et tamen Chryſologus, *Non ergo,* inquit, *vt for-*
tiſſimos milites, ſed vt pueros compellat, & timidos: & quos idoneos nec dum depre-
hendit ad prælium, vt pueros inuitat ad menſam, dicendo, Pueri, nunquid habe-
tis pulmentarium? Reſponderunt ei, Non. Eodem in quo hactenus verſamur
capite, hoc eſt, vigeſimo, & illud legitur, Οὔσης οὖν ὀψίας τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῇ μιᾷ ✝ſ. 19.
τῶν σαββάτων, καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, ὅπου ἦσαν οἱ μαθηταὶ συνηγμένοι, διὰ τὸν φόβον τῶν
Ἰουδαίων, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς. Vbi κεκλεισμένων θυρῶν, haud dubio, quod ὀψίας οὔσης ante
dixit. vt ipſum tempus denotetur, ſcilicet. Nonnus enim paulo aliter diſtin-
ctum inueniſſe locum videtur. hoc, nimirum, modo, Οὔσης οὖν ὀψίας τῇ ἡμέρᾳ
ἐκείνῃ. &c. καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων ὅπου ἦσαν οἱ μαθηταὶ συνηγμένοι διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰου-
δαίων, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς. Ita enim ille:

Καὶ σκιερὴν ὅτε γαῖαν ὅλη ἐμέλαινεν ὀμίχλη,
Ἀκλινέες δὲ θύρετρα συνεκλήϊσσαν ὀχῆες
Ὁππόθι φωλεύοντες ἐναυλίζοντο μαθηταί,
Ὡς πτερὸν ἠὲ νόημα μετάρσιος εἰς μέσον ἔστη.

Vt dicat, *cum ſerum jam eſſet, clauſis vbi erant diſcipuli foribus, venit Ieſus:* neque
quicquam obſtet interim, quo minus idem verſu ſecundo quod primo dicat:
& quin κεκλεισμένων τῶν θυρῶν, idem eſſe poſſit, quod ὀψίας οὔσης, quia fores tum
claudebantur: atque ita κεκλεισμένων τῶν θυρῶν, idem ſit quod Romanis *prima*
face dicebatur. Quo tempore & vectes foribus opponebantur. vnde & alibi
de nocte media Anacreon dixit, Τότ' Ἔρως ἐπισταθεὶς μὲν θυρέων ἔκοπτ' ὀχῆας.
prima enim nocte claudebantur, mane reſerabantur fores. Notum illud
Flacci, *Prima nocte domum claude.* Et addit, *neque in vias Sub cantu querulæ de-*
ſpice tibiæ. Intelligit enim κλαυσίθυρον, quod τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, vnde dice-
batur, hoc eſt, noctu, plerunque canebatur. Iuuenalis Sat. 3. *nam qui ſpoliet*
te Non deerit, clauſis domibus, poſtquam omnis vbique Fixa catenatæ ſiluit com-
pago tabernæ. Simile eſt illud Ioſuæ 2. 5. ὡς δὲ ἡ πύλη ἐκλείετο ἐν τῷ σκότει. Hoc
eſt, ὅτε δὲ ὁ χρόνος τοῦ κλείειν τὰς πύλας παρῆν; vt Thargumiſtæ interpretantur:
ſiue ad portas vrbium quæ claudebantur, ſiue fores, referatur. Lucæ 11. ἤδη
δὲ ἡ θύρα κέκλεισται, καὶ τὰ παιδία μετ' ἐμοῦ εἰς τὴν κοίτην εἰσί. Præcedit autem, τίς ἐξ
ὑμῶν ἕξει φίλον, καὶ πορεύσεται πρὸς αὐτὸν μεσονυκτίου· *nocte media.* quod eſt, κεκλει-
σμένων ἤδη τῶν θυρῶν. *cum aliquamdiu clauſæ jam fuiſſent fores.* Non igitur qui

κεκλει-

In Ioh. κεκλεισμένων θυρῶν venit, neceſſe eſt διὰ κεκλεισμένων θυρῶν veniat. Notatur enim
tempus, modus veniendi non exprimitur. quanuis non ignorem interim
quantopere hoc miraculum intendat Auguſtinus: qui, *miraculum eſt*, inquit,
*quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus, in carne vera intrauerit ad diſcipulos per oſtia
clauſa.* vt & Græci interpretes Euthymius, & Apollinarius, qui, *clauſis foribus,
diuinitatis potentia introiiſſe ait*, atque ita docuiſſe eos, μὴ κατὰ σάρκα, μήτε
κατὰ τὸν ἀνθρώπινον ἔτι τρόπον, ἀλλ᾽ ὑπὲρ τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν νοεῖν τὴν τοῦ Χριστοῦ δύναμιν καὶ
φύσιν. *ne ſecundum carnem, aut humanum in poſterum morem, ſed ſupra carnis*
Cap. *naturam, vim Chriſti ac poteſtatem æſtimarent.* Capite vigeſimo primo & illud
XXI. habes, ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου, καὶ ἄλλος σε ζώσει. *vt cingulo militiæ, ſed non ſponta-*
vſ. 18. *neæ, cingaris:* quemadmodum alibi Auguſtinus. Baſilius ad 3. Eſaiæ Catena
nondum edita, cujus vſum Reuerendo atque eruditiſſimo viro Antonio
Thyſio, vt alia plurima, debere me fateor. ὁποῖος ἦν ὁ Πέτρος, ἐκτείνων τὰς χεῖ-
ρας, καὶ ζωννύμενος εἰς τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ πόλεμον, ὑπὸ τὸν εἰς τὸ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας μαρτύ-
vſ. 23. ριον προκαλουμένων. Capite eodem, λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρ-
χομαι, τί πρός σε; qui locus, ſi quis alius, diligenti obſeruatione dignus. No-
tandus autem duplex Syriaſmus: alter in voce μένειν, קי, quod eſt, *viuere*, aut,
in vita permanere. quemadmodum non ſemel, & in illo Apoſtoli 1 ad Co-
rinth. 11. 8. ἐξ ὧν οἱ πλείους μένουσιν ἕως ἄρτι, τινὲς δὲ καὶ ἐκοιμήθησαν. Alter ἐν τῷ ἔρχεσθαι,
in quo tota loci ambiguitas. Euangeliſtæ ἔρχεσθαι Κύριον, non modo, cum de
magno die Domini nouiſſimoque agerent dicebant, ſed & cum mortem ſin-
gulorum intelligerent. vnde ἔρχεται Κύριος, מרן אתא vſitata, etiam cum periculum
inſtaret, exclamatio. Quemadmodum & de paſtore quodam Græci ferunt,
qui cum fulmine feriri ſe ſentiret, nihil aliud quam *maran atha*, ἔρχεται Κύ-
ριος, clamauit. Et ita paſſim in Euangeliis. Lucæ 12. 40. Καὶ ὑμεῖς οὖν γίνεσθε
ἕτοιμοι, ὅτι ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται. vt de hora decretoria ac ſum-
ma, in quam quemque paratum ſemper eſſe oportet, accipiatur. Vnde
ἐλεύσεται Κύριος, vel ἦλθε Κύριος, inter euphemiſmos mortis. quibus vt La-
tini ac Græci, ita Orientales libenter vtuntur. Dominus igitur cum dixiſ-
ſet, ἐὰν θέλω αὐτὸν μένειν ἕως ἔρχομαι, hoc eſt, *quid ſi manere eum volo donec venio,*
hoc eſt, *uſque ad horam, quam decreui, ſiue donec tempus præfixum adueniat, quid
ad te? cujus non eſt aliena agere aut ſcrutari abdita, ſed compellantem ſequi. Te de
tuo potius quam illius exceſſu ſollicitum eſſe volo.* Et hoc eſt quod autor addit,
καὶ οὐκ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει· ἀλλ᾽ ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί
πρός σε. σὺ ἀκολούθει μοι. *Tu me ſequere, cum veniam. De eo quod ſcire vis, de quo
tam ſollicite interrogas, ſecurus eſto: manebit enim donec veniam. Id autem quando
ſit futurum, nihil ad te. cujus non eſt aliena agere aut ſcrutari abdita, ſed compel-
lantem, ſed venientem, ſequi.* Non igitur, non moriturum dixit, qui potius non
dixit quod celare voluit: quo tempore, videlicet, ac quando de quo quære-
batur, moriturus eſſet. Mirum interim quæ ex occaſione hujus loci de Euan-
geliſta noſtro Græci aliique, qui ſuperſtitem, nec uno modo, voluerunt. Cum
quo concludamus aliquando, ac poſtremum videamus locum: qui ita ha-
vſ. 25. bet, Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ ὅσα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἅτινα ἐὰν γράφηται καθ᾽ ἕν, οὐδὲ αὐτὸν
οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία. quæ negari non poteſt, quin im-
manis ſit hyperbole, ſi ad numerum librorum, & ad continentis ſpatium,
quod eſt ipſius orbis, referatur. Ponamus enim omnia καθ᾽ ἓν fuiſſe ſcripta
quæ tam paucis annis geſſit Dominus in terris, ideone libros plures credi-
mus futuros, quam vt orbis ſpatio contineantur? nedum vt Euangeliſta
παρθενίας, & modeſtiæ exemplum, ſic loquatur, aut hoc velit. Quod per-
ſuaſit Auguſtino, vt ad animum referret τὸ χωρῆσαι: quomodo non ſemel à
Matthæo aliiſque vſurpatur. vt cum dicitur, οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον: quo
nomine ab Eraſmo reprehenditur. Cæteri hyperbolen admittunt: quæ, ſi
verum volumus fateri noua & inuſitata eſt. Videndum ergo an non aliud
voluerit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

voluerit. Certum quidem, οὐ χωρεῖ, interdum de eo dici, qui locum non dat, In Ioh.
non admittit, aut faſtidit. Quemadmodum Halicarnaſſenſis Dionyſius
lib. 8. πόλιν οὐ χωρεῖν ἄνδρας ἀγαθοὺς, dixit. Ἀπέρχομαι γὰρ ἤδη καταλιπὼν τὴν οὐκέτι
χωροῦσαν ἄνδρας ἀγαθοὺς πόλιν. *vrbem, quæ jam bonos non admittit viros.* Porro,
quid faſtidioſius eſt mundo? qui cum neceſſaria ac pauca non admittat,
quonam modo omnia καθ' ἓν γραφόμενα, non faſtidiret? Vt ſenſus ſit: *quæ ſi*
ſingula ſcribantur, ac ſeorſim, mundum ipſum, credo, qui vix iſta legit, tot vo-
lumina non admiſſurum. Οὐ χωρεῖν ergo, quod, οὐκ ἐν χώρᾳ θέμεναι, Theognis
dixit. quemadmodum talia ἐν οὐδεμίᾳ χώρᾳ εἶναι, dixit Xenophon. Neque
aliter locutus eſt Apoſtolus 2 ad Corinthios 7. 2. Χωρήσατε ἡμᾶς· οὐδένα ἠδικήσα-
μεν, οὐδένα ἐφθείραμεν, οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν. vbi excidiſſe viris eruditis nolim
quod ibi legitur: *Neque enim capere hic accipitur pro intelligere, ſed ſicut vas aut*
locus aliquid capit. Recte ergo, quod jam dixi, niſi aliquantum τὸ αὐτὸς obſta-
re videretur. Quid ſi ergo αὐτὸς ὁ κόσμος, idem ſit quod λογισμὸς ἀνθρώπινος,
Philoni dicitur? qui libro De mundo, καὶ μυρία ἄλλα ἃ διὰ μέγεθος ἀνθρώπι-
νος λογισμὸς οὐ χωρεῖ. *aliaque multa, quorum magnitudinem, aut, quæ propter*
magnitudinem, humana non admittit ratio. Si enim non tam pauca, quomo-
do tam multa? Græci ad majeſtatem referunt. Itaque Ammonius, διὰ τὸ μέγε-
θος τῶν θεωρημάτων, *propter magnitudinem myſteriorum,* Origenes, οὐ τοσοῦτον διὰ
τὸ πλῆθος, ὅσον διὰ τὸ τῶν δογμάτων ἔνθεον, *non tam ob multitudinem librorum*
quam doctrinæ diuinitatem, dici id vult. Quaſi non, ἅτινα ἐὰν γράφηται καθ' ἕν,
item, τὰ γραφόμενα βιβλία, Euangeliſta dicat, quod ad numerum aut molem
referri videtur: aut, quaſi quæ ſcripta ſunt minus diuina ſint, quam quæ
prætermiſſa. Eraſmo ſane aqua hæſit, qui hoc in Paraphraſi diſſimulauit
aut omiſit. Noſter autem, *ne mundum quidem ipſum opinor capturum eos qui*
ſcriberentur libros, parum amœne reddidit.

Cap. XI.

Loci quidam recentioris percurruntur interpretis. Ὁ λόγος, Sermo ille, & an re-
cte. Sermonem, de quo agitur, quam accurate Euangeliſta diſtinxerit. Sermo
hypoſtaticus: & quæ illi à Targumiſtis tribuantur. Τὸν λόγον è *Chaldæorum con-*
ſuetudine jam notum fuiſſe. Magnificum Euangeliſtæ initium. ὁ Θεὸς, *Deus,*
non Deus ille. Dii, aut Deorum nomen, in Sacris πολύσημον. Τὸ, ὁ Κύριος, *de*
Domino excellenter ſic dicto, Dominus, non, ille Dominus. Κύριος *ſine ar-*
ticulo de Deo, etiam cum nomen ἀνεκφώνητον *ſignificatur.* ὁ Χριστὸς, *Chriſtus*
ille. ἄπεισι τοῦ νεκροῦ. *Mirifica loci cujuſdam Sacri apud Epiphanium in-*
terpretatio. ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, *& in eam rem plura. Iuriſconſultorum in ex-*
hæredationibus & hæredationibus conſuetudo, & loquendi modus. ἡ πόλις,
vrbs, non illa vrbs, Roma. τὸ πολιτικὸν νόμιμον *Iuriſconſultis, jus ciuile, cum*
Romanum ſignificatur. Iuriſconſulti locus. ὁ νόμος, *lex illa. Sermo,* Αὐδῆ *Mu-*
ſæo, Chaldæorum more. ἡ πρός τινα σχέσις, *imitatio alicujus, & an recte.* τὸ πνεῦ-
μα, ille Spiritus, de Spiritu Sancto. ה *haiedia Hebræorum, an ſemper exprima-*
tur. an emphaticum Syrorum. de indiuiduis, aut ſubſtantiis primis. Sermo, &
Verbum, περὶ τοῦ λόγου. *Locus,* ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος. *mens ejus.* Τὸ γίνεσθαι, ἀντὶ
τοῦ εἶναι. προσκυνεῖν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ. ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής, *teſti-*
monium meum non eſt idoneum. Verum Latinis, conueniens. ἀληθὴς, δικαία,
δίκαιος. ἀληθὲς, *Helleniſtis.* ἐργάζεσθαι βρῶσιν. *operari cibo. operari in paran-*
do cibo. Locus ordine inuerſo conceptus. οὐ Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν νόμον, *& quo-*
modo intelligendus ac diſtinguendus locus. ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ, *in hoc peccato ve-*
ſtro, & an recte. ἐκ τῶν κάτω, *ex locis infernis, & an recte. Locus non recte*
intellectus. οἱ πεπιστευκότες, *& an quæ ſequuntur de iis intelligenda. Ite-*
rum aliquid obiter de articulis. Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι, *priuſquam*
Abraham fieret, ego ſum. Deum proprie εἶναι, *quanquam & ſuo modo de aliis*

dicatur. Παράκλητος, *aduocatus. & an recte. Conſolator. & quod Paracleti munus, cum ſit non vnum.* τηρεῖν ἐκ τοῦ πονηροῦ. *aliud,* ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, *libera nos ab illo malo. quæ euentura erant in ſe.* μὴ σχίζωμεν αὐτόν. *ſcindere veſtem, findere lignum.* ἄρραφος χιτών. ἐξῆλθον, *profecti ſunt.*

QVod in aliis Euangeliſtis factum eſt à nobis, etiam hic fiet, vt poſtremo capite nonnulla obiter excutiamus, in quibus, vt in aliis, judicium ſecutus ſuum eſt recentior interpres. Inter quæ mirum nobis ſemper viſum, ſatis non exiſtimaſſe, ſi ὁ λόγος, *Sermo*, non, *ille Sermo*, diceretur. Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. *In principio*, inquit, *erat Sermo ille, & Sermo ille erat apud Deum, eratque ille Sermo Deus. Hic Sermo erat in principio apud Deum. Omnia per hunc Sermonem facta ſunt, & abſque eo factum eſt nihil quod factum ſit. In ipſo vita erat, & vita erat lux illa hominum.* Primo enim ſcire velim, cur, ſi, vbi nulla opus eſt diſtinctione, exprimendus ſit articulus, id non vbique factum ſit. Deinde, ſi non ſatis credidit diſtingui hunc Sermonem, niſi ita diſtinguatur, bono jure petimus, vt ſermo nobis detur cui hæc conueniunt. Primo, eſſe in principio. *In principio erat Sermo.* Secundo, cujus hypoſtaſis, ab hypoſtaſi Dei Patris, cum ſit hypoſtaticus, vtpote Filius, & ὁμοούσιος, vtpote Deus, diſtingui poſſit. quod caute ac prudenter additur, cum dixit, *Et Sermo erat apud Deum.* Tertio, qui vere ſit Deus. *Et Deus erat Sermo.* Quarto, per quem facta ſunt omnia. *Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine eo factum eſt nihil quod factum eſt.* Denique, in quo vita fuerit, quæ lux ſit hominum. *In ipſo vita erat: & vita erat lux hominum.* Quæ ſi necdum curioſis ſufficere videntur, detur ſermo, cui Elohim, detur, cui Iehouæ communicari nomen poſſit. quod à Targumiſtis factum: qui ea quoque, quibus nomen Dei, Dei anima, cor Dei, ac ſimilia ſignificantur, ſuo מימר, ſeu, Sermone, aut Verbo, expreſſerunt: cui denique attributa Dei, quod ab iis factum, tribuantur. Detur Sermo præter hunc alius, qui Sanctus Iſraëlis, qui Saluator, dici poſſit: quod ab iis aliquoties, inprimis autem apud Eſaiam, factum, & ipſi obſeruauimus, & alii jam monuerunt. Quæ omnia ſi non ſufficiunt, ne τὸ *ille* quidem, melius diſtinguet eum, qui è Chaldæorum conſuetudine haud dubio jam notus erat. neque enim quicquam ſublimius auguſtiuſque initio hoc dici aut excogitari poteſt. Cogitemus enim multa quidem de œconomia, multa de miraculis à Domino, quam diu in terris fuit, editis, nonnulla quoque de diuinitate, quanuis parcius, à cæteris fuiſſe dicta: tandem vero aduolaſſe aquilam, ſed cœlitus demiſſam, quæ è Chaldæorum placitis, receptis tum, & quæ in Iudæorum quoque verſabantur manibus ac ſinu, quorum interpretationibus eandem propemodum cum Sacro contextu, aut proximam vbique autoritatem tribuebant, tanquam è profunda nube, exclamarit, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν. quod tonare eſt potius quam loqui. Iam vero, ſi hoc loco, *hic*, aut, *ille Sermo*, propter articulum, neceſſario dicendum erat, cur πρὸς τὸν Θεὸν, *apud Deum*, non, *illum Deum*, reddidit? Quia Deus, nempe, intelligitur, ſed vnus, ſed verus, ſed Iſraëlis, ſed proprie ſic dictus. Et tamen, teſte Apoſtolo, *multi ſunt Dii, & Domini multi:* neque eadem ſignificatione in Sacris Deus ſemper dicitur: cum proceribus id quoque ac præfectis tribuatur hominum. In Nouo Fœdere ignoti, Κύριοι nonnunquam dici ſolent: quod honori datur. Vt cum Maria 20. hujus Euangeliſtæ capite, quem exiſtimabat hortulanum eſſe, Κύριον appellat. Κύριε, εἰ σὺ ἐβάστασας αὐτὸν, εἰπέ μοι ποῦ αὐτὸν ἔθηκας. *Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dic vbi poſueris eum.* Quare autem, cum de Seruatore id dicitur, articulum neglexit? quod vt paſſim fit, ita paſſim negligitur ab eo. Dicant nobis, quis intelligatur, cum Matthæi 21. Marci 11. Lucæ 19. injungitur diſcipulis, vt aſinam adducant: additurque, vt, ſi quæratur, cujus id faciant mandato, reſpondeant, ὅτι ὁ Κύριος αὐτοῦ

χρείαν

χρείαν ἔχει. Vbi recentior interpres, *quia Dominus eo opus habet*. Recte, & per In Ioh. excellentiam. Cujus vis perit, ſi, *ille Dominus*, dicatur. Sed & certus intelligitur: ὁ δεῖνα, nempe. & ſcire poſſeſſoris intererat, quis eſſet. Quid, quod Deus, qui ὁ Κύριος plerunque dicitur, neglecto articulo, Κύριος dicitur? Vt, cum alibi paſſim, tum aliquoties Matthæi 1. ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου κατ᾽ ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ. *ecce angelus Domini in ſomno apparuit ei*. ibidem, ὡς προσέταξεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος Κυρίου. ℣ſ. 24. *vt imperarat ei angelus Domini*. eodemque modo paſſim, vbi nomen ἀνεκφώνητον ſignificatur. Vbi, ne tum quidem exprimit articulum interpres, de quo agimus, cum additur in Græco. vt cum eodem capite Matthæi dicitur, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου, recentior, *vt impleatur quod ait Dominus*. Notiſſimus eſt Pſalmiſtæ locus, quem Euangeliſtæ adducunt, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου. Vbi ſemel *Iehoua*, ſiue *Adonai*, ſemel *Adoni* dicitur. *Adoni* autem idem ille qui hic Sermo. Vbi recentior interpres, *Dixit Dominus Domino meo*: non autem, *Dominus ille*, *Domino illi meo*. cum multi ſint Domini, quemadmodum non vnus ſermo. In quo loco, teſte Galatino, Ionathan, qui hodie non extat, aut à Iudæis occultatur, *Dixit Dominus Verbo ſuo, ſede à dextris meis*. vt ὁ λόγος ἰδιοσύστατον ſit & ὑφιστάμενον. Et tamen idem interpres eodem loco, τὸν Χριστὸν, *Chriſtum illum*, dixit. Τί ὑμῖν δοκεῖ περὶ τοῦ Χριστοῦ; *quid vobis videtur de Chriſto illo?* quaſi alius ſit, præter Dei Filium, qui excellenter Chriſtus dicatur. Aliter certe quam Cyrus Eſa. 45. 1. de quo Helleniſtæ, Οὕτως λέγει Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Χριστῷ μου Κυρίῳ: cum in Hebræo ſit, למשיחו, τῷ Χριστῷ αὐτοῦ. vbi, ſi ita videatur, exprimi articulum profecto malim. Quid autem certius, quam nullam in Græcorum articulo excellentiam nonnunquam eſſe? quemadmodum cum in Sacris Κύριος ſine eo Deus eſt: cum eo, ſerui alicujus dominus. Notum eſt illud, καὶ ὁ δοῦλος, ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ. *& ſeruus, vt Dominus ejus*. Vbi domino tribuitur articulus, quemadmodum & ſeruo. Item, οὐδὲ δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ. vbi non ſeruo tribuitur, ſed cuilibet domino. Itaque nec Græcis ſemper παραστατικὰ εἶναι ἐξοχῆς τὰ ἄρθρα, excellentiam notare articulos, & qui ſubacto ſunt in his judicio haud ignorare poſſunt, & antiqui, inter quos & Apollonius Alexandrinus, ſummus rei Grammaticæ autor, notarunt. Neque verum in Sacris abſolute eſt illud Epiphanii, Ἐὰν εἴπωμεν Θεὸς ἄνευ τοῦ ἄρθρου, τὸν τυχόντα εἴπομεν Θεὸν, τῶν ἐθνῶν, ἢ Θεὸν τὸν οὐκ ὄντα, (ita enim legendum) ἐὰν δὲ εἴπωμεν ὁ Θεὸς, δῆλον, ὡς ἀπὸ τοῦ ἄρθρου τὸν ὄντα σημαίνομεν, ἀληθῆ τε καὶ γινωσκόμενον. *Si* Θεὸς, *ſine articulo dicamus, quemlibet, puta paganorum, intelligimus Deum, ſiue, Deum, qui non eſt. Si autem* ὁ Θεὸς *dicamus, manifeſtum eſt, ipſo articulo, eum, qui eſt, hoc eſt, ipſum verum, & quem nouimus, ſignificari*. Quod tantum à vero, etiam in Sacris abeſt, vt Helleniſtæ ſtatim Geneſeos primo, circa initium, vbi, καὶ τὸ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τῶν ὑδάτων, non τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ dixerint: cum τὸ אלהים ſic exprimatur. vbi ſuum יי Chaldæus, quod pro tetragrammato, adhibuit. Qui non Θεὸς modo, ſed & ὁ Θεὸς, ſolus eſt ac creditur. idem qui & Κύριος, non autem ſemper ὁ Κύριος, ab Helleniſtis dicitur. Exemplo locus ſit, vt alios omittam, qui in mentem primo nunc nobis venit, Exodi 3. ℣ſ. 7. Εἶπε δὲ Κύριος πρὸς Μωϋσῆν, ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου ἐν Αἰγύπτῳ. cum in Hebræo יהוה legatur. Adeo, vt ne veri quidem ſint canones, quos, tanquam generales Epiphanius hic ponit. Inter quos ille, ὅπου ἄρθρον πρόσκειται, ἐπὶ ἑνί τινι ὡρισμένῳ καὶ διαφανεστάτῳ, πάντως ἐστὶν ἡ βεβαίωσις διὰ τὸ ἄρθρον· ἄνευ δὲ τοῦ ἄρθρου, ἐπὶ ἑνὸς τοῦ τυχόντος ἀορίστως ἐστὶ ληπτέον. *Articulus cum additur, de vno aliquo, & definito agitur, & noto: ſine illo autem, de quolibet, & indefinite, ſumitur*. Quid vero obſeruatione hac probatum voluit doctiſſimus ac multæ lectionis autor? Erraſſe, ſcilicet, Samaritanos, quod cadauera, vel mortuos tantopere abhorrerent, vt, qui tangeret, impurum, ante expiationem, judicarent. quanuis vere in Lege dictum eſſet, ἐάν τις ἅψηται τοῦ νεκροῦ, μιαρὸς βέβηλος ἕως ἑσπέρας· καὶ λούσεται ὕδατι,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Ioh. καὶ καθαρισθήσεται. *Si quis mortuum tetigerit, pollutus vſque ad veſperam manebit: deinde aqua ſe lauabit, & purgabitur.* E quo probat, cum τοῦ νεκροῦ eo loco dicitur, non aliquem quemcunque intelligi, ſed certum: Dominum, nimirum. E quo ſequi, omnes fore impuros, qui in crucem ſublaturi eum eſſent: donec aqua, ſeu, baptiſmatis luſtratione, expiarentur. quo & verba Petri Actorum 2. mirifice pertraxit, *Pœnitentiam agite, & baptizetur quiſque*, cæteraque quæ ſequuntur. Qualia nonnulla cum dolore ac admiratione in antiquorum ſcriptis legimus. Quid enim ludere in re ſeria, ni hoc eſt? Quippe vt de loco nihil dicam, quis argumento, quod à Græco deſumitur articulo, vel refutandos Samaritanos, vel ad Dominum ac ſalutare ejus ſupplicium, referri poſſe id judicabit? Quod ſi autem illi, qui manum injecerunt mortuo, polluti adeo fuerunt, quid fuiſſe credimus, qui cruci affixerunt? Vt omittam, ne admittendos quidem, qui articulum, etiam emphaticum, vbique exprimendum credunt. Et quandoquidem in Sacris jam verſamur, non ab re erit, ſi quid in re ſimili Græcorum ſtatuerint Theologi, hic expendamus. Qui, inter alia, cum Dei Filius, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, alterius reſpectu dicitur naturæ, quærunt, quid articulus deſignet. quem & eſſe emphaticum, & talem ſtatuunt, vt non ad certum hominem, ſed ad naturam referatur hominum ac noſtram. Δηλοῦσιν, (inquit ſummus Theologus ac Criticorum apex, Photius) cum de Ephræmio Syro, & opinionibus ejus, agit, διὰ τῆς τοιαύτης προσθήκης τῶν ἄρθρων, οὐ τὸν τινὰ ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸν ὁλικόν· οὐδὲ τὴν τοῦ Πατρὸς ἢ τοῦ Υἱοῦ ὑπόστασιν, ἀλλὰ τὴν κοινὴν φύσιν. *cum ita articulos præmittunt, non quendam hominem, ſed vniuerſum, neque Patris Filiique perſonam, ſed communem naturam ſignificant.* Quod vt confirmet, Matthæi aliquot, vnum Apoſtoli adducit locum: quos hic nunquam loqui ſine articulo obſeruat. Primus, quem adducit locus 12. 32. Matthæi extat. Καὶ ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. Vbi recentior interpres, *Et quiſquis locutus fuerit aduerſus filium hominis.* non *illius hominis*, aut, *illum filium illius hominis:* quod jam certum deſignaret hominem. Secundus Matthæi 16. 27. Μέλλει γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ. Recentior, *Futurum eſt enim, vt filius hominis veniat cum gloria Patris ſui.* Tertius, Matthæi 17. 9. Μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα, ἕως οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ. Idem, *Nemini dixeritis quod vidiſtis, vſque quo filius hominis à mortuis reſurgat.* In quibus ea vis articuli atque efficacia, vt jam non τὸν ἄνθρωπον, ſiue hunc ac illum hominem, ac ne hominem quidem, ſed τὴν ἀνθρωπότητα, hoc eſt, in vniuerſum & communiter, humanam denotet naturam. vbi tamen vel idcirco nota, de qua agimus, diſſimulatur. Poſtremus eſt Apoſtoli ille, εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσε. Vbi interpres antiquus, *Sed non ſicut delictum, ita & donum. Si enim vnius delicto multi mortui ſunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti, in plures abundauit.* Recentior contra: *At non vt lapſus, ita etiam eſt quod Deus gratificatur. nam ſi illius vnius lapſu multi mortui ſunt, multo magis gratia Dei, & donatio per gratiam, quod eſt vnius illius hominis Ieſu Chriſti, in multos redundauit.* Vbi *illius hominis* eſt τοῦ δεῖνα: quod meo quidem animo periculoſe dicitur. eodem, nempe, modo quo in ſcholis ὁ Σωκράτης, qui à ſimilibus ſic ſeparatur: cum in eo homine ἡ ἀνθρωπότης, καὶ ἡ ἐνανθρώπησις, conſideranda ſint, quæ & ſalutis noſtræ fundamenta ſunt. vt omittam, totum illud quod περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου veteres obſeruant, ſic euerti. Sed ad alia eamus. Nuſquam cautius ac circumſpectius quam in Exhæredationis materia, ſimilibuſque, Iurisconſulti loquuntur. Si quis igitur, ſecundum illos, filium, quem vnum habeat, exhæredare velit, *Filius meus exhæres eſto*, dicet: quod, ὁ υἱός μου, vel, Τίτιος ὁ υἱός μου, dicunt Græci. Si è pluribus aliquem intelligi velit, qui commune ſtudium, aut artem, aut ætatem aut ſimilia habeat,

habeat, Græci, ὁ γραμματικὸς, ὁ τέκτων, ὁ πρεσβύτης, ὁ νεώτερος, ὁ λευκὸς καὶ ὁ μέλας, In Ioh.
Latini, *grammaticus ille, faber ille, ſenex ille, juuenis ille, albus ille, & niger*, di-
cent. vbi neceſſariam diſtinctionem eſſe, quiuis videt. Ita in hærede inſti-
tuendo, *Titius hæres eſto*, vel, *Titius hæres ſit*, vel, *filius meus*, vnus ſi ſit, hæres
eſto. non autem, *ille Titius*, aut *ille filius*. Quemadmodum hic, de quo agi-
tur, & filius vnicus, & hæres vniuerſi fuit. De quo teſtator, *Filius meus es tu.*
Ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſio-
nem tuam terminos terræ. Quam inſtitutionis formulam magnifice inprimis
extulit Chaldæus. *Recitabo*, inquit, *Dei pactum*. Ac deinde addit: יוי. אמר לי חביב
כבר לאבא אנת לי זכאה כאלו יומא דין בריתך : בעי מני ואתן נכסי עממיא אחסנתך ואחודתך שלטוני סיפי ארעא.
Dominus dixit mihi: Dilectus, ſicut filius eſt patri, tu mihi: mundus es, ac ſi die hac
creauiſſem te. Poſtula à me, & dabo diuitias populorum hæreditatem tuam, & poſſeſ-
ſionem tuam dominia finium terræ. Agitur enim de Sermone, aut Verbo, quod
& Verbum Iehouæ & Iehoua dicitur. quod adeo & vnicum & proprium Ie-
houæ, vt nonnunquam, vbi ipſum nomen tetragrammatum occurrit, *Verbum*
Iehouæ, reponant. Verbum, dico, ſiue Sermo, qui ὁμοούσιος alias dicitur: quem
ἐξουσιαστικὸν, quod omnia à Patre, etiam regnum ipſum acceperit, Theologi an-
tiqui, inter quos Cyrillus Hieroſolymitanus, dixerunt. De qua ἐξουσίᾳ Regius
propheta. Apud quem cum Dei Filium impudenter poſſe intelligi, negare
audet Kimchius, argumenta ejus, quæ inprimis de equo, filio Ruben, addi-
dit, cordatus lector videat: qui nec os blaſphemum nec ſtoliditatem ſatis ad-
mirari poterit. Quid, quod ne tum quidem ſemper, cum diſtinctionis cauſa
poni videtur articulus, exprimitur? Ita, ſi Ἀπολλώνιος ὁ Ἀλεξανδρεὺς, & ὁ Ῥό-
διος, Græce dicam, ſatis erit, ſi, Latine, *Apollonius Alexandrinus, & Rhodius*, id
dicam. cum hæc ipſa aliter ſic diſtinguantur. Nec ſi Ἀριστοφάνης ὁ υἱὸς τοῦ Φι-
λίππου, καὶ Ἀριστοφάνης ὁ τοῦ Ἀπελλοῦ dicam, ideo Latine, *Ariſtophanes filius ille Phi-*
lippi, &, *ille Apellæ*, multo minus, *illius Philippi aut Apellæ, dicam.* Dabit autem
lector veniam, ſi diutius in argumento per ſe, vt videtur, tenui verſemur, cum
majora trahat. & ſubactum, vel in primis hic requiritur judicium. Quid
quod & plerunque apud Romanos articulum ſi exprimas reddaſque, excel-
lentiam, quam exprimis, ſic tollas? De quo obiter jam alibi. Vrbs eſt Roma.
quæ ἡ πόλις Græce: quam non, *illam vrbem*, niſi fallimur, ſed, *Vrbem* dicas.
Illa enim *vrbs*, quæuis eſt quæ deſignatur. *Vrbs* autem, quæ & κόσμου παντὸς
ἄνασσα πόλις, *vrbs regina orbis vniuerſi*, Græcis dicitur poëtis. Quemadmo-
dum τὸ πολιτικὸν νόμιμον, Iuriſconſultis Græcis, *Ius ciuile*, non, *illud Ius ciuile*,
dicitur Romanis. Quod de Lacedæmoniorum quoque, & Athenienſium
Iure dici poteſt. cum, *Ius ciuile*, excellenter Ius Quiritium, vt recte iidem
docent Iuriſconſulti, vulgo dicatur. Sed & ὁ ποιητὴς, non, *poëta ille*, ſed
Poëta, ſi Homerum aut Virgilium intelligas. quod aliter ſi dicas, excellen-
tiam jam tollas. Poëta enim ille, quod & antea à nobis dictum, quiuis eſt
quem notas. Recte Imperator: *Ius ciuile Romanorum appellamus, vel jus Qui-*
ritium, quo Quirites vtuntur: Romani enim à Romulo, Quirites à Quirino ap-
pellantur. Sed quoties non addimus nomen, cujus ſit ciuitatis, noſtrum jus ſignifi-
camus. ſicut cum Poëtam dicimus (non autem illum poëtam) *nec addimus no-*
men, ſubauditur apud Græcos egregius Homerus, apud nos Virgilius. Quis non
denique miretur, quod cum Græci, qui Romanum jus ſcripſerunt, aut id
lingua ſua reddiderunt, vel τοῦ νόμου, vel τῶν νόμων meminerunt, quales qui Beryti
id docuerunt, aliique, nemo Leges alias, præter Romanorum Ius intelli-
gat, nec Latine aliter quam *Leges* reddat (quæ ſic excellenter, ſcilicet, di-
cuntur) interpres, de quo agimus, doctiſſimus, nonnunquam cum τοῦ νόμου in
his libris mentio occurrit, ita nempe, vt ἐξόχως Lex Moſaica intelligatur,
illam Legem, dicat? Et tamen, ſi quis vel Iuriſconſulti alicujus, qui τοῦ νόμου
meminit, vel Agathiæ Scholaſtici, qui Legibus, hoc eſt, Iuri Quiritium

In Ioh. Romano, dediſſe operam ſe Beryti his verbis teſtatur, ἐτύγχανον γὰρ αὐτοῦ διατρίβων, παιδείας ἕνεκα τῆς πρὸς τῶν νόμων, hoc eſt, *Legum ſtudio, cum ibi verſaretur dediſſe ſe operam*, ita reddat, vt, *illarum Legum ſtudio dediſſe operam*, Latine dicat, quis Iuriſconſultus, non in contumeliam id Legum Romanarum potius, quam excellenter dici, exiſtimabit? Neque aliter nonnunquam cum contemptu Romani loquuntur. Vt poëta cum dixit

Et nunc ille Paris cum ſemiuiro comitatu.

Noſter tamen, cum de Lege Moſis dicitur, ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη, *Lex illa per Moſen*, inquit, *data eſt.* quaſi qui Legem dicat, & Moſis Legem dicat, indefinite loquatur: aut minor Legis Moſaicæ, cum ita dicitur, quam Romani Iuris ſit excellentia. vt ſi quis, quod jam dixi, cum ἡ πόλις, Roma dicitur, non vrbem, quæ ſic excellenter dicitur, ſed, *illam vrbem*, dicat. Ita igitur ὁ λόγος, *Sermo*, non, *ille Sermo.* quem Marius Victorinus, *Vocem Patris*, Muſæus, Chaldæorum more, teſte Iuſtino Martyre, αὐδὴν dixit. Qui,

Αὐδὴν ὁρκίζω σε Πατρὸς, ἣν φθέγξατο πρῶτος.
Per ſermonem adjuro te Patris, quem primo locutus eſt.

Deinde,

Ἡνίκα κόσμον ἅπαντα ἑαῖς ἐστήριξατο βουλαῖς.
Cum mundum omnem ſuis formauit conſiliis.

Vbi idem addit, Αὐδὴν dixiſſe metri cauſa, quem Λόγον alii. quemadmodum Cæſarius Gregorii Theologi frater, Αὐδὴν ἐνυπόστατον, eundem ſermonem dixit. Antiqui porro, alluſionem, ſiue imitationem alicujus, σχέσιν πρός τινα eleganter nonnunquam dicunt. Vt cum Homerus initio Iliados, Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος, quod ante Orpheus, Μῆνιν ἄειδε θεὰ Δημήτερος ἀγλαοκάρπου. De quo idem Iuſtinus, ἵνα μὴ δόξῃ τῆς Ὀρφέως ἀπάρχειν ποιήσεως· ἣν οὕτως ζηλῶσαι προύθετο, ὡς διὰ τοῦ πρώτου τῆς ποιήσεως ἔπους, τὴν πρὸς αὐτὸν σημῆναι σχέσιν. Cujuſmodi σχέσις in hoc loco eſt. Nam cum Moſes dixiſſet, Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, Iohannes dixit, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. Cum in Moſis tamen loco, nemo, niſi fallor, dicat, *In principio fecit Deus ille cœlum & terram.* Ego, vt quod ſentio dicam, non magis τὸν λόγον cum περὶ τοῦ ὑποστατικοῦ λόγου, qui vnicus ac perſona altera à Patre eſt, *illum Sermonem* arbitror dicendum, quam, *illum Spiritum*, de Spiritu Sancto, cum excellenter τὸ πνεῦμα dicitur. vt cum Actorum 2. ℣ſ. 4. καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες πνεύματος ἁγίου, καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις, καθὼς τὸ πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι. vbi interpres *ille Spiritus* more ſuo reddidit. Quaſi aliud quid ſimile poſſet alius Spiritus, præter eum qui Sanctus dicitur: cujus miraculum, cujus ἐπιφοίτησις, cujus ἐπέλευσις (ita enim acceſſum ejus jam operantem Græci dixerunt Theologi) in ſingulis deſcribitur. Quid quod verſu eodem ἅγιον πνεῦμα, qui mox excellenter τὸ πνεῦμα, dicitur? cum nihil minus nouum ſit quam τὸ πνεῦμα de hoc dici. Vt cum Dominus, in deſertum ὑπὸ τοῦ πνεύματος Matth. 4. ℣ſ. 1. tranſlatus dicitur. Vbi noſter, *ſubductus fuit in deſertum à Spiritu.* quo loco idem, cum antiquus *à Spiritu* reddidiſſet, nihil ſe mutare auſum notauit, quanquam, *ab eo Spiritu*, non male reddi poſſet. Et tamen aliquanto forte ita loqui, ibi tutius fuiſſet, quia ad malignum Spiritum nonnulli ex antiquitate id retulerunt. vt ſuppoſititius Abdias, de quo ibi egimus. Ita Lucæ 2. Simeon mortem ſe non viſurum, priuſquam Chriſtum Domini vidiſſet, monitus à Sancto Spiritu fuiſſe dicitur: qui & ſequenti verſu ἐν τῷ πνεύματι veniſſe in templum dicitur. Vbi interpres vetus, *in Spiritu*, recentior, *impulſore Spiritu, non illo Spiritu*, reddendum judicauit. Iohannes denique Baptiſta, τὸ πνεῦμα καταβαῖνον, *deſcendentem ſe vidiſſe Spiritum*, vt idem loquitur interpres, teſtatur. Qui & prædictum ſibi memorat, ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον, *ſuper quem videris Spiritum deſcendentem*, &c. (vt idem interpres loquitur) *hic eſt qui baptizat Spiritu Sancto.* Vt infinitos omittam locos. Quod ſi

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

cum τὸ πνεῦμα dicitur, aliquid addendum eſſet, quis non tutius Spiritum In Ioh.
Dei, vel Sanctum, in ejuſmodi locis, quam, *illum Spiritum*, dicat? cum
nemo neſciat, qua ratione viri Sancti πνευματικοὶ dicantur, qui & θεοφόροι à
Græcis Theologis dicuntur. Quid, quod ne ה haiedia quidem Hebræorum
cum articulo vbique exprimunt Latini? Vt, exempli cauſa, in illuſtri illo
Eſaiæ loco, vbi dicitur, הנה העלמה הרה וילדת. cap. 7. ℣ſ. 14. vbi B. Hieronymus
& alii, *ecce virgo concipiet & pariet filium.* non, *illa virgo.* Ita cum Magi-
ſtri Deum reuerenter הקדוש *Sanctum illum* dicunt, quod contracte ה״ paſſim
ſcribitur, pro quo ὁ ἅγιος Græci, Itali, *il Santo*; Latini è linguæ ſuæ ratione
& vſu *Sanctum*, non, *illum Sanctum*, excellenter dicunt. Quid quod nec em-
phaticum Syrorum, ne hoc quidem loco de quo agimus, eruditi expreſ-
ſerunt interpretes: quanuis מלתא, quod מלא alias, ſeu Verbum, ſiue Sermo,
dicatur? Quid quod ipſe Syrus, hoc exprimere cum voluit (*Sermo ille*, aut,
Sermo hic, videlicet) הו מלתא, *hic Sermo*, dixit? Quo & ſemel in principio hoc
vſus eſt. vt ſi Græce dicas, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ οὗτος ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν.
Adde quod ſubſtantia, quæ prima nunc in Scholis dicitur, *vt Socrates*, *hic
homo*, quam & indiuiduum & ſingularem, dicunt, modo cum articulo, inter-
dum ſine illo, in his ipſis libris effertur. niſi ſi Iohannem Baptiſtam, eundem,
aut Petrum Apoſtolum, eundem fuiſſe negamus: quorum de vtroque modo
Ἰωάννης, modo ὁ Ἰωάννης, modo Πέτρος, modo ὁ Πέτρος, dicitur. quod inter-
dum poſtulat ornatus, neque ſemper emphaſin inducit. Lucæ 3. 16. Ἀπεκρί-
νατο ὁ Ἰωάννης ἅπασι, λέγων, ἐγὼ μὲν ὕδατι βαπτίζω ὑμᾶς. Idem 7. ℣ſ. 22. ἀπαγγείλατε
Ἰωάννῃ: eodemque modo de Petro. vt alter Iohannes ac Petrus, alter, *ille Iohan-
nes, aut Petrus*, futurus ſit. Adde quod Græcorum Philoſophi, de eâdem pri-
ma ſubſtantia qui agunt, cum ὁ Σωκράτης, vel, οὗτος, ἤ τις ἄνθρωπος, dicunt;
Latini, non *ille Socrates*, ſed, *Socrates*, quod eſt, *hic*, aut, *ille homo*, ſiue, *ho-
mo aliquis*, dicunt. Idem enim *Socrates*, & *hic*, aut, *ille homo*, qui ſecun-
dam, ſcilicet, præcedit ſubſtantiam: idem qui Hebræis Logicis aut Techni-
cis איש נפרד, *vir ſeparatus*, dicitur: qui in iiſdem diſputationibus, cum indiuidui
fit mentio, *Ruben* ſimpliciter, aut *Simeon*, vt Græcis ὁ Σωκράτης, ex linguæ
vſu dicitur. Cum Latinis per ſe ſatis diſtinguatur Socrates (vt & Hebræis
Ruben) qui non aliud quam *homo hic*, aut, *ille*, etiam cum ὁ Σωκράτης dici-
tur. Iam quod Socrates aut Petrus inter homines, inter vrbes Roma, inter
locos ſingulos aut agros, ille, qui peculiari nomine diſtinguitur, atque ita ſe-
paratur. Exempli ergo, *Ager Figuli*, ita dictus. De quo Matth. 27. 7. Συμβού-
λιον δὲ λαβόντες, ἠγόρασαν ἐξ αὐτῶν τὸν Ἀγρὸν τοῦ Κεραμέως, εἰς ταφὴν ξένοις. *Conſilio autem
inito, emerunt illis agrum Figuli, ad ſepulturam hoſpitum.* Vbi recentior inter-
pres, *Conſilio autem capto, emerunt ex eis agrum illum Figuli, ad ſepulturam ho-
ſpitum.* Cum *Ager Figuli*, ὁ Ἀγρὸς τοῦ Κεραμέως, ſiue חרש, ſit, *ager iſte*: vt ὁ Σω-
κράτης, *homo ille*, aut, *aliquis*, non autem, *ille Socrates.* Quod qui dicit, bis
idem dicit. nomine enim Socrates, vt ager ille, à cæteris diſtinguitur ac ſe-
paratur. Quod iidem autem eruditi quærunt, vtrum Sermo melius an Ver-
bum hic dicatur, ac ne quærunt quidem, ſed pronunciant ac ſciſcunt, mihi,
qui recepto more loquor, vt de Auguſtino aliiſque, qui ſæpe aliter loquun-
tur, non agam; nec Chaldæos, quos Euangeliſta reſpicit, male interpre-
tati, quibus Verbum placuit, & ingentem differendi, quam occaſione τοῦ
λόγου, quod in multa abit, inuexerunt Græci, præcidiſſe anſam videntur.
Vt cum rationem, cum ſermonem, ſimul qui effertur & concipitur, ſic di-
cunt. Vnde quædam huc tranſlata, quæ longe infra nominis ſic vſurpati, &
myſterii, quod adoramus, majeſtatem ſunt. E quibus nonnulla vt ſermoni
conueniunt, ita ſermo de vulgari, &, vt recte Græci, ὁμιλητικῶ, non erudito
vſurpatur vulgo: tum, de eo, vt plurimum, qui inter duos inſtituitur aut plu-
res: ne antiquos, qui aliter locuti, nihil cauſæ habuiſſe exiſtimemus. Quæ &
ponde-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Ioh. ponderanda ſunt: & nos Exercitationes ſcribimus. Suum quiſque interim judicium ſequatur. Cap. 1. ℣ſ. 30. cum à Baptiſta dicitur, ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν, vetus interpres, *qui ante me factus eſt, quia prior me erat.* Recentior, *qui antepoſitus eſt mihi, quia prior me erat.* Illud mirum eſt, viros eruditos, in his ſimilibuſque, cum dubitarent, non adhibuiſſe Helleniſtas: quorum & lingua, tanquam ex profeſſo, vſus hic eſt Spiritus Sanctus, locoſque ex iis, paſſim vel alluſit, vel integros adduxit. Quibus tria hæc eodem recidunt, πορεύεσθαι πρότερον, προπορεύεσθαι πρότερον, & πρότερον εἶναι. Vt cum dicitur, ἐν στύλῳ νεφέλης σὺ πορεύῃ πρότερος αὐτῶν. Num. 14. ℣ſ. 14. Item, ὃς προπορεύεται πρότερος ὑμῶν ἐν τῇ ὁδῷ. Deut. 1. ℣ſ. 33. Item, προπορεύσεται γὰρ πρότερος ὑμῶν ὁ Κύριος. Eſa. 52. 12. Quid igitur hic dixit Iohannes? ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, προπορεύεταί μου, ὅτι πρότερός μου ἦν. *qui poſt me venit, præcedit me, quia ante me fuit.* Nam qui, τὸ γίνεσθαι ἀντὶ τοῦ εἶναι vſurpari negant, quid voluerint non ſatis video. Et qui hoc negant, ne de aliis ſcriptoribus nunc dicam, quod tirones non ignorant, Helleniſtas non conſuluerunt. Quid igitur, ne infinita hic exempla congeram, cum dicitur, προτέρα αὐτῆς οὐ γέγονε τοιαύτη ἀκρίς, Exodi 10. 14.? vbi in Hebræo היה *fuit. ante talis locuſta non fuit.* Quis enim, *ante facta eſt*, dicat potius quam *fuit?* Quis cum Gen. 27. 29. γίνου κύριος τοῦ ἀδελφοῦ σου, dicitur, non, *eſto*, ſed, *fias dominus fratris tui*, dicendum exiſtimet? quæ ac ſimilia, nec ſine cauſa, ſæpe admiratus ſum. neque ſequitur, aliter nonnunquam vſurpari, ergo ſic nunquam. Quanquam nec durum adeo, vt arbitrantur, ſi, τὸ πρῶτός μου, aliter accipias. vt idem quod ὁ ἄρχων μου, aut, vt loquuntur Helleniſtæ, idem quod, πρωτάρχος μου, hic deſignet: quo nonnunquam τὸ ראש interpretantur: & quomodo fere Nonnus, Πρῶτος ἐμεῖο βέβηκεν, ὀπίστερος ὅστις ἱκάνει. Cap. 4. ℣ſ. 23. cum dicitur, Ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσκυνήσουσι τῷ Πατρὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ, interpres vetus, *Sed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate.* qui Hebraiſmus admodum vulgaris & receptus, adeo recentiori diſplicet interpreti, vt hoc & ſequenti verſu, *Spiritu ac veritate* reponendum judicarit. *adorabunt*, inquit, *Patrem Spiritu ac veritate.* Capite 5. ℣ſ. 31. cum legitur, Ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής· ἄλλος ἐστὶν ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμοῦ, καὶ οἶδα ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία ἣν μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ; vetus, *Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum.* hoc eſt, *dicetis non eſſe verum.* Chryſoſtomus, poſtquam multis de eo loco egit, tandem addit: Τί οὖν ἐστι τὸ εἰρημένον; ἔμελλον αὐτῷ ὑποφέρειν οἱ Ἰουδαῖοι, ἐὰν σὺ μαρτυρῇς περὶ σεαυτοῦ, ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής. διὰ τοῦτο ταῦτα προλαβὼν εἶπεν· ὡσανεὶ ἔλεγε, πάντως ἐρεῖτέ μοι, ὅτι σοὶ οὐ πιστεύομεν· οὐδεὶς γὰρ ταχέως ἑαυτῷ μαρτυρῶν ἀξιόπιστός ἐστιν ἐν ἀνθρώποις. τὸ οὖν οὐκ ἔστιν ἀληθὲς, οὐχ ἁπλῶς ἀναγνωστέον, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐκείνων ὑπόνοιαν. hoc eſt: *Quid eſt igitur quod dixit? Futurum erat, vt illi objicerent Iudæi, ſi de te ipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum. Ideo hoc præmiſit. Ac ſi dicat, omnino dicturi eſtis mihi, tibi fidem non habemus. non enim facile qui ſibi teſtimonium perhibet, fidem inuenire inter homines ſolet. Illud igitur*, non eſt verum, *non ſimpliciter, ſed ex eorum ſententia, accipiendum.* Nihil cauſæ erat igitur, cur id recentior mutaret: qui *idoneum* ſuppoſuit. *Si ego teſtor de me ipſo, teſtimonium meum non eſt idoneum. Alius eſt, qui teſtatur de me, & ſcio idoneum eſſe teſtimonium quod teſtatur de me.* Libere atque ex ſuo ſibi judicio: cum non paraphraſin, non commentarium ex opinione propria, ſed interpretationem ſcriberet: quam relligioſam eſſe oportet. neq; enim mens ſcripturæ modo, ſed & verba, quantum poteſt, vindicanda ſunt interpreti. Vt omittam, ſi mutentur verba, id quod dicitur mutari: illud autem vel inprimis, vt quæ ſunt ſimilia conferri, quæ ἐναντιοφανῆ dicuntur, ac contraria videntur, commode conciliari poſſint, cauto interpreti vitandum. Quemadmodum huic loco illum Theologi, ac, inter

cæteros,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

cæteros,is,de quo jam dixi,Chryſoſtomus opponit,κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυ- In Ioh.
τοῦ, ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία μου. *etſi ego de me teſtimonium perhibeo, verum eſt te-*
ſtimonium meum. cap. 8. ℣ſ. 14. &c. vbi præcedit, quod hic intelligendum,
tu de te ipſo teſtaris, teſtimonium tuum verum non eſt. Quid quod *verum* La-
tinis, *conueniens* quoque *ac rectum*? quomodo libenter Flaccus loquitur.
Nota ſunt illa, *Metiri ſe quenque ſuo modulo ac pede verum eſt.* Et, *nil Groſphus*
niſi verum orabit & æquum. Et, *An quodcunque facit Mæcenas, te quoque ve-*
rum eſt? vbi Scholia antiqua, *æquum & juſtum te facere eſt?* Cujuſmodi pluri-
ma eruditionis reconditæ in antiquo interprete, nec ſatis intellecta, etiam
cum verbis adhæret, inuenias. atque ita ἀληθὴς Heſychio, δίκαιος expo-
nitur. Quanquam quis tam parum in Helleniſtis verſatus eſt, qui igno-
ret τὸ נאמן, de quo nos ſæpius, modo ἀληθὲς modo πιστὸν, ab iis reddi? vnde
hoc petendum. Quid quod Seruator ipſe infra dixit, Οὗτος ἀληθής ἐστι, καὶ
ἀδικία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστι? Vbi τὸ ἀληθὲς & τὸ δίκαιον conjungit. illo igitur *idoneo* hic
opus non erat. Capite 6. ℣ſ. 27. cum dicitur, Ἐργάζεσθε, μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολ-
λυμένην, ἀλλὰ τὴν βρῶσιν τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον, bene Chryſoſtomus, μηδεὶς
ὑμῖν ἔστω λόγος ταύτης τῆς τροφῆς, ἀλλ᾽ ἐκείνης τῆς πνευματικῆς. *nullo modo curæ vobis*
ſit hic cibus, ſed ſpiritualis ille. vt ἐργάζεσθαι ſit, de parando ſollicitum eſſe, &
hoc curare. Interpretes ergo, vetus, nempe, atque Eraſmus, ἰδιωτικῶς hic & ad
verbum, *operemini, non cibum,* dixerunt. quod omnino barbarum recentiori
videtur. Interim, vt ἐργάζεσθαι βρῶσιν ab Euangeliſta dicitur, quod alienum
Græcis auribus videtur, ita ἐργάζεσθαι βίον, &, ἐργάζεσθαι χρήματα, de parandis
opibus, etiam elegantiores Græci dixerunt: quanuis hic amplius notare vi-
deatur. Neque tamen, *operari vitæ, aut, operari cibo,* cum recentiori, ſed *parare*
dicam. quanquam, *operari in parando cibo,* recte cum antiquis, præſertim poë-
tis, dicas. Notum illud, *In cute curanda plus æquo operata juuentus.* Item, *Et*
quibus in rebus conſuerunt eſſe operati. quorum alterum Flaccus, alterum Lu-
cretius dixit. eo, nempe, modo, quo *operari literis*, vulgo dicimus. Quod
nihil tamen ad τὸ ἐργάζεσθαι de quo hic agitur, & cujus mentem recte Chryſo-
ſtomus expreſſit. ac ſi Latine dicas, *operam date, non parando cibo qui perit.*
Quod Capite 7. ℣ſ. 4. occurrit, οὐδεὶς γὰρ ἐν κρυπτῷ τι ποιεῖ, καὶ ζητεῖ αὐτὸς ἐν παῤῥησίᾳ
εἶναι, inuerſo ordine, vt alia quæ in hoc Euangeliſta notauimus, dictum vide-
tur. ac ſi dicas, οὐδεὶς γὰρ ζητῶν ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι, ἐν κρυπτῷ τι ποιεῖ. *nemo qui in pu-*
blico eſſe aut verſari ſtudet, aut, *non metuit, in occulto quicquam agit.* Parum au-
tem circumſpecte eruditiſſimus interpres, ad hunc locum, poſtquam de Sy-
ro egit, qui tanquam ἐν φανερῷ ſcriptum eſſet id interpretatur, addidit: *Sed*
& aliter licebit interpretari, εἶναι ἐν παῤῥησίᾳ, *pro eo qui libere & ingenue dicat*
quod res eſt. Cui nunquam accedent, qui non aliter τὸ παῤῥησίᾳ vſurpari Euan-
geliſtæ huic meminerunt, quam quo recentioribus quoque Hebræorum
Magiſtris פרהסיא, *parheſiia*, in vſu eſt. quod vix ſine beth ſeruili vſurpari
Elias notat. Vt cum בצנעה ולא בפרהסיא dicunt: quod Græce ἐν κρυπτῷ, οὐκ ἐν
παῤῥησίᾳ dicas. nihil autem ad Græcorum παῤῥησίαν. Ne quis autem dubi-
tet; id quod Germani *offenbar*, Itali *publico* nunc dicunt, ita denotari idem
Magiſter notat. vt ἐν παῤῥησίᾳ, ſit, *in publico.* Quod ne tum quidem recen-
tior expreſſit, cum dixit, *Nemo enim in occulto facit aliquid, & quærit ipſe ce-*
lebris eſſe. cum mens ſit, quam dixi, *neminem, qui in publico verſari aut agere*
non timet, clam agere quæ agit. Eodem capite ℣ſ. 18. quod legitur, οὐ Μωσῆς
δέδωκεν ὑμῖν τὸν νόμον, & οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ποιεῖ τὸν νόμον; plane ac cum ſuperioribus co-
hæret, neque cur ab iis ſeparetur, cauſæ quicquam video. Primo optime
doctrinam ſuam, ſuam eſſe negat, cum illius eſſet à quo miſſus eſſet. Scire id
eos poſſe, qui ei, à quo miſſus eſſet, morem, vt oporteret, gererent. Qui doce-
ret ſua, gloriam ſpectare ſuam: qui ſpectaret ejus à quo miſſus eſſet, eo ipſo
veritatem doctrinæ profiteri quam doceret. Pergamus. Quod ergo dicitur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN IOH. οὐ Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν νόμον, &c. cum interrogatione legunt. Vt mens ſit, quam recentior expreſſit interpres, *Nonne Moſes vobis dedit Legem? Et tamen nemo ex vobis præſtat Legem.* Quanto autem melius abſque interrogandi nota legatur? vt continuetur, videlicet, quod dixit. Moſes non dedit vobis Legem, ſed Deus. Moſes non dedit ſuam vobis Legem, ſed Dei. & è vobis tamen nemo Legem ſequitur vel audit. Quod probatis ſane, qui de innocentis cæde cogitatis: de ejus cæde ac contumelia, qui Deum in doctrina ſequitur, vt Moſes: qui eum ſequitur ejuſque exprimit doctrinam, à quo miſſus eſt. Merito igitur B. Chryſoſtomus, quomodo hoc cæteris cohæreat, & quærit, & haud parum ſeſe torquet. Eraſmus, tale aliquid latere in Paraphraſi intelligebat, cum ſcriberet: *Vobis, qui me condemnatis ſacroſancta eſt Moſis autoritas. An non ille vobis tradidit Legem acceptam à Deo?* niſi quod tollenda, vt dicebam, ſit interrogationis nota. Nihil magis obuium in Sacris, quam vt ἁμαρτία collectiue dicatur. quemadmodum capite 8. ℣ſ. 21. Ἐγὼ ὑπάγω, καὶ ζητήσετέ με, καὶ ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν ἀποθανεῖσθε: pro quo paulo poſt ℣ſ. 24. ὅτι ἀποθανεῖσθε ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν. Quod tamen permouere interpretem non potuit, quo minus, *& in hoc peccato veſtro moriemini*, redderet: vt ſuo more articulo hoc daret. Ibidem ℣ſ. 23. Ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστὲ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί. Recentior, *Vos ex locis infernis eſtis, ego ſum ex ſupernis.* quaſi ἐκ τῶν κάτω, ἐξ ᾅδου eſſet, & hoc diceretur. cum interpretatio ſequatur: *vos ex hoc mundo eſtis, ego non ſum ex hoc mundo.* Ibidem ℣ſ. 33. cum dicitur, Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ, σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμεν, miror eruditos ad eos id referre, quos πεπιστευκότας ante dixit. Ἔλεγεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς τοὺς πεπιστευκότας αὐτῷ Ἰουδαίους. ℣ſ. 31. Nam vt προσκαίρους fuiſſe demus, atque ad tempus crediđiſſe, quomodo tam exiguum id fuit, vt ſtatim ſceleſtiſſimi euaderent, eoſque fidei ſuæ fructus ederent, vt de tollendo Domino cogitarent? qui & patrem iis mox Diabolum aſſignat. Certe mirari ſatis hæc non poſſum. ac ne dubitare quidem, quin intelligantur illi de quibus ante eodem capite hoc egerat. Cum Scribis autem primo egerat ac Phariſæis, vt ex verſu 3. apparet: cum ſolis deinde Phariſæis, vt ex 13. apparet: tandem cum ſolis Iudæis, vt ex 22. apparet. Ἔλεγον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι. cui diſputationi inſeruntur, quæ τοῖς πεπιστευκόσι dixit. Sequitur, Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ. Qui? non qui crediderant, ſed cæteri Iudæi: quod res ipſa docet. hi, videlicet, cum quibus porro agit. Qui locus Chryſoſtomum atque alios non parum turbauit. Egerat cum Iudæis: aſtabant Iudæi: quibus audientibus, verbo vno alteroque τοὺς πεπιστευκότας affatur. Ergo ἀπεκρίθησαν αὐτῷ. Iudæi, ſcilicet, cum quibus egerat. qui & tum ibi. Adde, quod τὸ ἀποκρίνεσθαι, cum τὸ ענה exprimitur, interdum non reſponſionem ſed continuationem denotat ſermonis. nondum autem hactenus locutos τοὺς πεπιστευκότας dixit. Adde, quod ne dubitandum quidem, quin diſerte ℣ſ. 48. ſuppleatur quod hic intelligitur. Ἀπεκρίθησαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ εἶπον αὐτῷ, οὐ καλῶς λέγομεν ἡμεῖς, ὅτι Σαμαρείτης εἶ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις; *Reſponderunt illi Iudæi* &c. non fideles, nempe, verum infideles. qui οἱ ἀπειθοῦντες, Actor. 17. 4. dicuntur. Ζηλώσαντες δὲ οἱ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι. Ita hic, Ἀπεκρίθησαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, οἱ ἀπειθοῦντες, nempe. quemadmodum quæ ſequuntur, ad eandem cum Iudæis, de quibus ſupra, diſputationem ſpectant. De articulo jam ſæpe monui, ac ſemel dictum eſto. vt cum ℣ſ. 53. Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ; quod vetus, *Numquid tu major es patre noſtro Abraam?* Recentior, *patre illo noſtro.* Et ſequenti, ἔστιν ὁ πατήρ μου ὁ δοξάζων με. Vetus, *eſt pater meus qui glorificat me.* Recentior, *Pater ille meus is eſt, qui glorificat me.* quaſi non intelligatur quis in Trinitate ſit Pater, aut quis à Filio dicatur Pater; niſi ita diſtinguatur. aut, quaſi cum credere εἰς τὸν Υἱὸν nos dicimus, non, *in Filium*, ſed, *illum Filium*, dicendum ſit. Eodem capite ℣ſ. 58. Εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν ἀμὴν, λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι. Recentior ſecutus veterem, *priuſquam Abraham fieret, ego ſum.* Nec aliter Auguſtinus, qui hoc

vrget.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

vrget. Et tamen, ſi quis Græco de antiquitate Homeri, vt vbique ſolent, In Ioh.
glorianti, reſpondeat, πρὶν τὸν Ὅμηρον γενέσθαι, ὁ Χριστὸς ἦν, intelliget quid velit. Si Romano dicam, *priuſquam Homerus fieret, Chriſtus erat*, non intelliget, quid velim. Nec de ſubtili hac diſtinctione cogitabant Patres, *qui, ante Abrabam ego ſum*, reddiderunt: nec peccauit Chryſoſtomus, qui probaſſe operibus ait Chriſtum, ὅτι πρὸ τοῦ Ἀβραάμ ἐστι, *quod ante Abraam eſſet*. hoc eſt, *quod eſſet, antequam Abraam eſſet.* is nempe, *qui in principio erat*. Neque enim homo ſuo modo non eſt, etiamſi Deus eo modo non eſt. qui & ſolus vere & proprie eſt, & ὁ ὢν dicitur, & ſemper eſt. Quod ſi diſtinctione opus ſit, πρὶν γενέσθαι, *antequam eſſe inciperet*, aut ſimile, dicam. Mirifice Nonnus, Ἀβραὰμ πρὶν γένος ἔχεν, ἐγὼ πέλον. *Priuſquam eſſet familia Abrahæ, aut genus, ego eram.* Capite decimo quarto, ℣ſ. 26. Ὁ δὲ παράκλητος, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Vbi interpres recentior, *Aduocatus autem ille*. Credo, quod παράκλητος, *aduocatus* in Gloſſariis inuenerat. Nec male vetus fortaſſe, qui Græcam ſeruauit vocem, quæ ad aduocatum nihil. Ex Chryſoſtomi, Theophylacti, aliorum ſententia, *conſolatorem* dicas. Chryſoſtomus, συνεχῶς δὲ τὸν παράκλητον καλεῖ, διὰ τὰς συνεχούσας αὐτοὺς τότε θλίψεις. *ſæpe paracleti meminit, propter eas quæ tum iis imminebant calamitates.* Addit Theophylactus, δι' ἐλπίδας αὐτοὺς ποιῶν, ὡς ὑπ' ἐκείνου ψυχαγωγηθήσονται. *ita bonam illis ſpem ab eo addi, fore vt eos conſoletur.* Item, ἐπεὶ οὖν δὲ τὸ πνεῦμα ἐλθὸν τοῖς μαθηταῖς, παράκλητον γέγονε, τὰς λύπας παραμυθησάμενον. *quandoquidem Spiritus aduentu ſuo paracletus fuit diſcipulis, quod mærorem illorum ſolatus eſt.* Neque aliter Cyrillus Hieroſolymitanus, qui, παράκλητος δὲ καλεῖται, διὰ τὸ παρακαλεῖν, καὶ παραμυθεῖσθαι, καὶ συναντιλαμβάνεσθαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, *à conſolatione, & auxilio, quod infirmitati noſtræ præſtat*, ita dici ait. licet eodem loco illud Apoſtoli, *ſed ſpiritus pro nobis gemitibus ineffabilibus intercedit*, adduxerit. Neque quicquam ibi de aduocato: quem nonnunquam *malæ cauſæ in foro argumentum*, eſſe, dixit Fabius. Sed nec aduocatus omnis ὑπερεντυγχάνει: quod munus Sancto Spiritui tribuit ibidem Apoſtolus: quemadmodum nec vnum ſemper idemque munus eidem tribuitur. Capite 17. ℣ſ. 15. Οὐκ ἐρωτῶ, ἵνα ἄρῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ κόσμου, ἀλλ' ἵνα τηρήσῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πονηροῦ. *Non rogo vt tollas eos è mundo, ſed vt ſerues eos à malo.* quouis, nempe, corporis & animæ. Et præceſſit, *odio eos habuit mundus.* Neque ἀπὸ τοῦ πονηροῦ dixit, vt Matthæi 6. 13. in Precatione quam præſcripſit Dominus. vbi, ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ: quod Tertullianus, *euehe nos à malo*, Cyprianus & antiquitas, *libera nos à malo*, non *ab illo malo*, cum recentiori. Beda ad hunc locum: *Quod vero ſubdit, ſed vt ſerues eos à malo, licet omne malum intelligi poſſit, maxime vult intelligi malum ſeceſſionis.* quod alibi Chryſoſtomus, non de periculis ſolum, ſed & conſtantia in fide, intelligendum ait. Et tamen recentior interpres, *Non rogo vt tollas eos è mundo, ſed vt ſerues eos à malo illo.* Capite 18. ℣ſ. 4. Ἰησοῦς οὖν, εἰδὼς πάντα τὰ ἐρχόμενα ἐπ' αὐτόν. Recentior, *Ieſus itaque ſciens omnia quæ euentura erant in ſe.* Cur non, *quæ euentura erant ſibi?* Cap. 19. ℣ſ. 24. de ἀῤῥάφῳ Seruatoris tunica, Εἶπον οὖν πρὸς ἀλλήλους, μὴ σχίσωμεν αὐτόν. Vbi recentior interpres, *Dixerunt ergo inter ſe, ne findamus eam.* Vetus, *ſcindamus*. Melius. niſi mauis, *ſecemus*. quæ enim findantur, nemo neſcit qui Latine nouit. Eruditiſſimum Gloſſarium, Σχίζω ἱμάτιον, *ſcindo*. Σχίζω ξύλον, *findo*. Vnde σχιστὸς χιτὼν, mulieбris tunica, circa pectus diuiſa. Heſychius, Σχιστὸς χιτὼν, χιτών τις ποικίλος, γυναικεῖος, κατὰ τὸ στῆθος πόρπῃ συνεχόμενος. De quo videndus inprimis Pollux: qui & illam Lacænarum huc trahit, à qua Φαινομηρίδες dicebantur. Capite 21. ℣ſ. 3. Λέγει αὐτοῖς Σίμων Πέτρος, ὑπάγω ἁλιεύειν. Λέγουσιν αὐτῷ, ἐρχόμεθα καὶ ἡμεῖς σὺν σοί. Ἐξῆλθον, καὶ ἀνέβησαν εἰς πλοῖον εὐθύς. E quibus poſtrema, vetus, *Et exierunt, & aſcenderunt in nauim.* Recentior, *Profecti ſunt, & aſcenderunt in nauigium ſtatim.* Vbi *proficiſcendi* verbo, niſi fallor, opus non erat. neque enim quiſquis domo exit, melius proficiſci, quam exire aut prodire, dicitur. quomodo non

IN IOH. ſemel loquitur. Qui Actor. 16. 16. cum dicitur, ἐγένετο δὲ πορευομένων ἡμῶν εἰς προσευχὴν, quod interpres vetus, *factum eſt autem euntibus nobis*, ipſe, *proficiſcentibus nobis ad precationem.* de quo loco, plura ibi. *Proficiſci* autem, ἀποδημεῖν proprie, & ἀποδημία, *profectio.* Optimus Gloſſator ac interpres, Ἀποδημία ἐπὶ ξένης, *peregrinatio, profectio* (quemadmodum ἐπιδημεῖν contra dicuntur, qui in terra ſua manent.) cum quo quid illi commune, qui vix pedem mouet, aut locum proximum cum loco mutat? Non libenter ad minuta venio: ſine quibus tamen cætera intelligi non poſſunt. quod qui negant, grauiſſimas quotidie temeritatis ſuæ dant pœnas. Quærunt, quid ſit ἐπενδύτης, eruditi, cum de Petro dicitur, Σίμων οὖν Πέτρος ἀκούσας ὅτι ὁ Κύριός ἐστι, τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο (ἦν γὰρ γυμνὸς) καὶ ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν. De quo nos in Ariſtarcho. Euſtathius, vt ibidem dicebamus, χιτωνίσκον interpretatur. qui, χιτὼν, ὁ ζωστὸς καὶ γυναικεῖος, ὁ δὲ ἀνδρεῖος, χιτωνίσκος, ὅν τινες ἐπενδύτην. Eſt autem χιτωνίσκος, carni proximus: vt cum ſe oratorum Princeps, μικροῦ γυμνὸν ἐν χιτωνίσκῳ, fugiſſe ait. quanquam non ignorem, aliter nonnunquam vſurpari. Interdum idiotiſmi obſcuritatem inferunt interpretationi: etiam quibus Romani (quod non omnes notant) nonnunquam vtuntur. Vt cum hoc eodem capite ℣ſ. 12. dicitur, οὐδεὶς δὲ ἐτόλμα τῶν μαθητῶν ἐξετάσαι αὐτὸν, σὺ τίς εἶ; εἰδότες, ὅτι ὁ Χριστός ἐστιν. Quomodo rogare non audebant, quod non ignorarent; tanto præſertim miraculo jam confirmati? Hoc ergo voluit: nemo ex eo quærebat, nemo rogabat: nemo enim dubitabat, quin ipſe Chriſtus eſſet. quod & efficaciter dictum. Maro, *Aude, hoſpes, contemnere opes, & te quoque dignum Finge Deo.* quod eſt ſimpliciter, *contemne opes.* Flaccus, *Principium facti, qui cœpit habet. ſapere aude.* hoc eſt, *ſapere aliquando incipe: aliquando ſapias.* Tale eſt illud Epiſtola ad Piſonem De poëtica:

At qui legitimum cupiet feciſſe poëma,
Cum tabulis animum cenſoris ſumet honeſti.
Audebit quæcunque parum ſplendoris habebunt,
Et ſine pondere erunt, & honore indigna ferentur,
Verba, mouere loco.

quod eſt, *mouebit loco, ac mutabit.* in quo tamen judicio non audaciæ locus eſt. Ita Plato, τολμᾶν τῶν ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι, *abſtinere alienis*, viri juſti ait eſſe officium. Ὃς ἂν μένῃ, inquit, ἐν τῇ δικαιοσύνῃ, καὶ τολμήσειεν ἀπέχεσθαι τῶν ἀλλοτρίων. *Qui perſeuerat eſſe juſtus, & alienis abſtinuerit.* neque enim *ſuſtinere* hic cum interpretibus dicam. Sed nec aliter fortaſſe Apoſtolus, ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν. vbi recte ἀποθνήσκει, *moritur*, aut, *morietur*, dicas. Nunc ad alia pergamus.

Tituli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Tituli Capitum Actorum Apoſtolicorum.

LECTORI S.

Quæ deinceps in Acta Apoſtolorum & Epiſtolas extant argumenta Capitum, licet à ſuperioribus, in quibus initium contextus annotatur, diuerſa ſint; interim, vt ab aliis hactenus expreſſa ſunt, hic exhibemus.

α'. Περὶ τῆς ἐξ ἀναστάσεως διδασκαλίας τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὀπτασίας πρὸς τοὺς μαθητάς, καὶ περὶ ἐπαγγελίας τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος δωρεᾶς, θέας τε καὶ τρόπου τῆς ἀναλήψεως τοῦ Χριστοῦ· καὶ περὶ τῆς ἐνδόξου δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας.

β'. Πέτρου διάλογος πρὸς τοὺς μαθητευθέντας, περί τε θανάτου καὶ ἀποβολῆς Ἰούδα τοῦ προδότου. ἐν ᾧ περὶ ἀντεισαγωγῆς Ματθίου, κληρωθέντος χάριτι διὰ προσευχῆς.

γ'. Περὶ τῆς θείας τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιφοιτήσεως, ἐν ἡμέρᾳ τῆς πεντηκοστῆς γενομένης εἰς τοὺς πιστεύσαντας. ἐν ᾧ, Πέτρου κατήχησις περὶ τούτου, ἐκ τῶν προφητῶν. περὶ πάθους, καὶ ἀναστάσεως, καὶ ἀναλήψεως Χριστοῦ, δωρεᾶς τε τοῦ ἁγίου πνεύματος. περὶ πίστεως τῶν παρόντων, καὶ τῆς διὰ τοῦ βαπτίσματος αὐτῶν σωτηρίας. περὶ ὁμονοίας κοινωφελοῦς, καὶ προσθήκης τῶν πιστευόντων.

δ'. Περὶ τῆς ἐν Χριστῷ θεραπείας τοῦ ἐκ γενετῆς χωλοῦ, Πέτρου τε κατηχήσεως ἐλεγκτικῆς, συμπαθητικῆς, καὶ συμβουλευτικῆς, πρὸς σωτηρίαν αὐτῶν. ἐν ᾧ περὶ ἐπιστασίας τῶν ἀρχιερέων ζήλῳ τοῦ γεγονότος, καὶ κρίσις τοῦ θαύματος· Πέτρου τε ὁμολογία τῆς Χριστοῦ δυνάμεώς τε καὶ χάριτος. Περὶ ἀπειλῆς τῶν ἀρχιερέων, ὡς οὐ δεῖ παῤῥησιάζεσθαι ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ καὶ ἀνέσεως τῶν ἀποστόλων. εὐχαριστία ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ὑπὲρ τῆς τῶν ἀποστόλων πίστεως καρτερίας.

ε'. Περὶ ὁμοψύχου καὶ καθολικῆς κοινωνίας τῶν πιστευσάντων· ἐν ᾧ, περὶ Ἀνανίου καὶ Σαπφείρης, καὶ πικρᾶς αὐτῶν τελευτῆς.

ϛ'. Ὅτι τοὺς ἀποστόλους ἐμβληθέντας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, ἄγγελος Κυρίου νύκτωρ ἐξέωσεν, ἐπιτρέψας ἀκωλύτως κηρύσσειν τὸν Ἰησοῦν. ἐν ᾧ, ὅτι τῇ ἑξῆς αὐτοὺς οἱ ἀρχιερεῖς πάλιν συλλαβόμενοι, ἐφ᾽ ᾧ μηκέτι διδάσκειν, μαστίξαντες ἀπέλυσαν. Γαμαλιήλου γνώμη πιστὴ περὶ τῶν ἀποστόλων, μετὰ παραδειγμάτων τινῶν καὶ ἀποδείξεων.

ζ'. Περὶ χειροτονίας τῶν ἑπτὰ διακόνων.

η'. Ἰουδαίων ἐπανάστασις καὶ συκοφαντία κατὰ Στεφάνου. αὐτοῦ τε δημηγορία περὶ τῆς πρὸς Ἀβραὰμ διαθήκης τοῦ Θεοῦ, καὶ περὶ τῶν δώδεκα πατριαρχῶν. ἐν ᾧ, περὶ τοῦ λιμοῦ καὶ πυρωνίας, καὶ ἀνα-

γνωρισμοῦ τῶν υἱῶν Ἰακώβ· καὶ περὶ γενέσεως Μωϋσέως. καὶ περὶ τῆς πρὸς αὐτὸν θεοφανείας ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ. περὶ ἐξόδου καὶ μοσχοποιίας τοῦ Ἰσραὴλ, ἄχρι χρόνων Σολομῶντος, καὶ τῆς τοῦ ναοῦ κατασκευῆς. ὁμολογία τῆς ὑπερουρανίου δόξης Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀποκαλυφθείσης αὐτῷ, ἐφ᾽ ᾗ λιθόλευστος γενόμενος ὁ Στέφανος, εὐσεβῶς ἐκοιμήθη.

θ΄. Περὶ διωγμοῦ τῆς ἐκκλησίας, καὶ ταφῆς Στεφάνου. ἐν ᾧ, περὶ Φιλίππου τοῦ ἀποστόλου, πολλοὺς ἰασαμένου ἐν τῇ Σαμαρείᾳ.

ι΄. Περὶ Σίμωνος τοῦ μάγου, πιστεύσαντος καὶ βαπτισθέντος, σὺν ἑτέροις πλείοσιν. ἐν ᾧ, περὶ τῆς τοῦ Πέτρου καὶ Ἰωάννου πρὸς αὐτοὺς ἀποστολῆς. καὶ ἐπίκλησις τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπὶ τοὺς βαπτισθέντας.

ια΄. Ὅτι οὐ δι᾽ ἀργυρίου οὐδὲ ὑποκριταῖς, ἀλλ᾽ ἁγίοις διὰ πίστεως ἡ μετοχὴ τοῦ ἁγίου πνεύματος δίδοται. ἐν ᾧ, περὶ ὑποκρίσεως καὶ ἐπιπλήξεως Σίμωνος.

ιβ΄. Ὅτι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ πιστοῖς εὐοδοῖ ὁ Θεὸς τὴν σωτηρίαν, δῆλον ἐκ τῆς κατὰ τὸν Εὐνοῦχον ὑποθέσεως.

ιγ΄. Περὶ τῆς οὐρανόθεν θείας κλήσεως Παύλου, εἰς ἀποστολὴν Χριστοῦ. ἐν ᾧ, περὶ ἰάσεως καὶ βαπτίσματος Παύλου διὰ Ἀνανίου κατὰ ἀποκάλυψιν Θεοῦ· παῤῥησίας τε αὐτοῦ καὶ συντυχίας τῆς διὰ Βαρνάβαν πρὸς τοὺς ἀποστόλους.

ιδ΄. Περὶ Αἰνέου παραλυτικοῦ ἰαθέντος ἐν Λύδδῃ διὰ Πέτρου. ἐν ᾧ, περὶ Ταβιθᾶ τῆς φιλοχήρου, ἣν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν ὁ Πέτρος διὰ προσευχῆς ἐν Ἰόππῃ.

ιε΄. Περὶ Κορνηλίου, ὅσα τε πρὸς αὐτὸν ὁ ἄγγελος, καὶ ὅσα πάλιν πρὸς Πέτρον οὐρανόθεν περὶ κλήσεως ἐθνῶν ἐῤῥέθη. ἐν ᾧ, ὅτι μετασταλεὶς ὁ Πέτρος ἦλθε πρὸς Κορνήλιον. ἐπανάληψις ὧν ὁ ἄγγελος ἐπεμαρτύρησε καὶ ὑφηγήσατο Κορνηλίῳ. Πέτρου κατήχησις εἰς Χριστὸν, τοῦ τε ἁγίου πνεύματος ἐπὶ τοὺς ἀκούοντας δωρεά. καὶ ὅπως ἐβαπτίσθησαν τότε οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντες.

ιϛ΄. Ὡς Πέτρος τὰ καθεξῆς καὶ τὰ ἕκαστα τῶν γεγονότων διηγεῖται τοῖς ἀποστόλοις διακριθεῖσι πρὸς αὐτὸν, τοτηνικάδε Βαρνάβαν ἐκπέμψασι πρὸς τοὺς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀδελφούς.

ιζ΄. Προφητεία Ἀγάβου περὶ λιμοῦ οἰκουμενικῆς καὶ καρποφορίας, πρὸς τοὺς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀδελφούς.

ιη΄. Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου κατασφαγή. ἐν ᾧ, Πέτρου σύλληψις πρὸς Ἡρώδην. ὅπως τε αὐτὸν ὁ ἄγγελος θείῳ κελεύσματι ἐξείλετο τῶν δεσμῶν· καὶ ὁ Πέτρος ἐμφανὴς γενόμενος νύκτωρ τοῖς ἀδελφοῖς, ὑπανεχώρησεν· ἐν ᾧ, περὶ τῆς τῶν φυλάκων κολάσεως· καὶ μετέπειτα περὶ τῆς τοῦ ἀσεβοῦς Ἡρώδου πικρᾶς τε καὶ ὀλεθρίου καταστροφῆς.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ιθʹ. Ἀποστολὴ Βαρνάβα καὶ Παύλου πρὸς τοῦ θείου πνεύματος εἰς Κύπρον, ὅσα τε εἰργάσαντο ἐν ὀνόματι Χριστοῦ εἰς Ἐλύμαν τὸν μάγον.

κʹ. Παύλου εὐλαβὴς διδασκαλία εἰς Χριστὸν, ἔκ τε τοῦ νόμου καὶ καθεξῆς τῶν προφητῶν, ἱστορικὴ καὶ εὐαγγελική. περὶ μεταθέσεως τοῦ κηρύγματος εἰς ἔθνη· διωγμοῦ τε αὐτῶν ἐκεῖθεν, καὶ ἀφίξεως εἰς Ἰκόνιον.

καʹ. Ὅπως ἐν Ἰκονίῳ κηρύξαντες τὸν Χριστὸν, πολλῶν τε πιστευσάντων, ἐδιώχθησαν οἱ ἀπόστολοι.

κβʹ. Περὶ τοῦ ἐν Λύστροις ἐκ γενετῆς χωλοῦ ἰαθέντος διὰ τῶν ἀποστόλων. διόπερ εἶναί τε ἔδοξαν Θεοὶ καὶ παρεῖναι τοῖς ἐγχωρίοις. ἔνθα δὴ καὶ μετέπειτα λιθάζεται ὁ Παῦλος παρὰ τῶν Ἰουδαίων τῶν ἀσυνέτων.

κγʹ. Ὅτι οὐ δεῖ περιτέμνεσθαι τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστεύοντας δόγματι καὶ κρίσει τῶν ἀποστόλων. ἐν ᾧ ἐπιστολὴ αὐτῶν πρὸς τοὺς ἐξ ἐθνῶν, περὶ τῶν φυλακτέων. ἀντίρρησις Παύλου πρὸς Βαρνάβαν περὶ Μάρκου.

κδʹ. Περὶ τῆς κατηχήσεως Τιμοθέου, καὶ τῆς κατὰ ἀποκάλυψιν ἀφίξεως Παύλου εἰς Μακεδονίαν. ἐν ᾧ, περὶ πίστεως καὶ σωτηρίας τινὸς γυναικὸς Λυδίας. καὶ περὶ ἰάσεως τῆς πνεῦμα πύθωνος ἐχούσης παιδίσκης, δι' ἣν τὸν Παῦλον καθεῖρξαν οἱ δεσπόται. περὶ τοῦ συμβάντος ἐκεῖσε σεισμοῦ καὶ θαύματος, καὶ ὅπως πιστεύσας ὁ εἰρκτοφύλαξ, ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ ἐβαπτίσθη πανέστιος. ὅτι παρακληθέντες ἐξῆλθον τότε ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου οἱ ἀπόστολοι.

κεʹ. Περὶ στάσεως γενομένης ἐν Θεσσαλονίκῃ, τοῦ κηρύγματος ἕνεκεν· φυγῆς τε Παύλου εἰς Βέροιαν, κἀκεῖθεν εἰς Ἀθήνας.

κϛʹ. Περὶ τῆς ἐν Ἀθήναις ἐπιβωμίου γραφῆς, φιλοσόφου τε κηρύγματος, καὶ εὐσεβείας τοῦ Παύλου.

κζʹ. Περὶ Ἀκύλα καὶ Πρισκίλλης, καὶ τῆς Κορινθίων ἀπειθείας, τῆς τε κατὰ πρόγνωσιν ἐπ' αὐτοῖς εὐδοκίας τοῦ Θεοῦ ἀποκαλυφθείσης τῷ Παύλῳ· ἐν ᾧ, περὶ Κρίσπου ἀρχισυναγώγου, πιστεύσαντος σὺν ἑτέροις τισὶ, καὶ βαπτισθέντος. ὅτι στάσεως κινηθείσης ἐν Κορίνθῳ, ὁ Παῦλος ὑπεχώρησεν· ἐλθών τε εἰς Ἔφεσον καὶ διαλεχθεὶς, ἐξῆλθεν. περὶ Ἀπολλῶ, ἀνδρὸς λογίου τε καὶ πιστοῦ.

κηʹ. Περὶ βαπτίσματος, καὶ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος δωρεᾶς, δοθείσης διὰ προσευχῆς Παύλου τοῖς ἐν Ἐφέσῳ πιστεύσασι· καὶ περὶ ἰάσεως τοῦ λαοῦ. ἐν ᾧ, περὶ τῶν υἱῶν Σκευᾶ· ὅτιπερ οὐ δεῖ ἐγχειρεῖν ἀπίστοις καὶ ἀναξίοις τῆς πίστεως γενομένοις· καὶ περὶ ἐξομολογήσεως τῶν πιστευόντων. περὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ κινηθείσης στάσεως ὑπὸ Δημητρίου τοῦ ἀργυροκόπου κατὰ τῶν ἀποστόλων.

κθ'. Περίοδος Παύλου, ἐν ᾗ περὶ θανάτου καὶ ἀνακλήσεως Εὐτύχου διὰ προσευχῆς ἐν Τρωάδι. παραίνεσίς τε αὐτοῦ ποιμαντικὴ πρὸς τοὺς ἐν Ἐφέσῳ πρεσβυτέρους. ἐν ᾧ, παράπλους Παύλου ἀπὸ Ἐφέσου ἄχρι Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης.

λ'. Ἀγάβου προφητεία περὶ τῶν συμβησομένων τῷ Παύλῳ ἐν Ἱερουσαλήμ.

λα'. Παραίνεσις Ἰακώβου πρὸς Παῦλον, περὶ τοῦ μὴ δοκεῖν κωλύειν Ἑβραίους περιτέμνεσθαι.

λβ'. Περὶ τῆς ἐν Ἱερουσαλὴμ κατὰ Παύλου κινηθείσης ἀταξίας· ὅπως τε αὐτὸν ὁ χιλίαρχος τοῦ πλήθους ἐξαιρεῖται. ἐν ᾧ, Παύλου κατάστασις περὶ ἑαυτοῦ, καὶ τῆς εἰς ἀπόστολον αὐτοῦ κλήσεως. περὶ ὧν ὁ Ἀνανίας πρὸς τὸν Παῦλον ἐν Δαμασκῷ εἶπεν, ὀπτασίας τε καὶ φωνῆς Θεοῦ γενομένης ποτὲ πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ. ὅτι μέλλων ἐπὶ τούτοις ὁ Παῦλος τύπτεσθαι, εἰπὼν ὅτι Ῥωμαῖός ἐστιν, ἀνείθη.

λγ. Ὅσα Παῦλος καταβὰς εἰς τὸ συνέδριον, ἔπαθέ τε καὶ εἶπε, καὶ εὐθυβόλως ἔπραξε.

λδ'. Περὶ ἐπιβουλῆς μελετωμένης ὑπὸ Ἰουδαίων κατὰ Παύλου, καὶ μηνύσεως αὐτῆς πρὸς Λυσίαν. ἐν ᾧ, ὅτι παρεπέμφθη ὁ Παῦλος τῷ ἡγεμόνι εἰς τὴν Καισάρειαν μετὰ στρατιωτῶν καὶ γραμμάτων.

λε'. Τερτύλλου περὶ Παύλου κατηγορία, καὶ αὐτοῦ ἀπολογία ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος.

λς'. Περὶ τῆς Φήλικος διαδοχῆς, καὶ τῆς Φήστου προαγωγῆς· τῆς τε ἐπ' αὐτοῦ ἀνακρίσεως Παύλου καὶ ἐφέσεως.

λζ'. Ἀγρίππα καὶ Βερνίκης παρουσία καὶ πεῦσις τῶν κατὰ Παῦλον. ἐν ᾧ, ἀπολογία Παύλου ἐπ' αὐτῶν, περὶ τῆς ἐν νόμῳ θρησκείας αὐτοῦ κλήσεώς τε εἰς τὸ εὐαγγέλιον. καί, ὡς οὐδὲν ἀδικεῖ Ἰουδαίους ὁ Παῦλος, Ἀγρίππας ἔφη τῷ Φήστῳ.

λη'. Πλοῦς Παύλου ἐπὶ Ῥώμην, κινδύνων τε πλείστων καὶ μεγίστων πάμπλεως. ἐν ᾧ, παραίνεσις Παύλου πρὸς τοὺς σὺν αὐτῷ. περὶ ἐλπίδος σωτηρίας. ναυάγιον Παύλου, ὅπως τε διεσώθησαν εἰς Μελίτην νῆσον· καὶ ὅσα ἐν αὐτῇ ὁ Παῦλος ἐθαυματούργησεν.

λθ'. Ὅπως ἀπὸ Μελίτης εἰς Ῥώμην κατήντησεν ὁ Παῦλος.

μ'. Περὶ διαλέξεως Παύλου, τῆς πρὸς τοὺς ἐν Ῥώμῃ Ἰουδαίους.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

DANIELIS HEINSII

EXERCITATIONES SACRÆ AD ACTA APOSTOLORVM.

SIVE

LIBER QVINTVS.

CAPVT I.

Noui Fœderis εἰς τὰ λόγια Κυριακὰ, & τὰ Ἀποστολικὰ κηρύγματα, *diuiſio. Variæ hu-*
jus libri inſcriptiones. Liber Praxeon. Acta. Actus. Βίβλος *&* βίβλοι τῶν Πρά-
ξεων. Ἡ τῶν Πράξεων ἱστορία. Τὸ περὶ τῶν Ἀποστόλων σύνταγμα. Πρακτικά. Πρακτικόν.
πρακτικεύειν. Ἄκτα. *Initium hiſtoriæ hujus, quomodo intelligendum.* ἄρχεσθαι
ποιεῖν. ἄρχεσθαι διδάσκειν. *Recentioris interpretis trajectio.* ἐντολή. ἀνατέλλεσθαι.
diſponere domum. ὀπτανόμενος αὐτοῖς. ὀπτάνεσθαι. ἀποκαθιστάνειν τὴν βασιλείαν,
& mens Apoſtolorum. Athanaſii interpretatio. Altera item notata. χρόνοι ἢ
καιροί. *tempus & tempus Auguſtini. tempora, ſiue opportunitates, recentioris*
interpretis. καθ' ὑπεξαίρεσιν *loqui antiquis Theologis quomodo vſurpetur. Lo-*
cus, οὗτος οὖν ἐκτήσατο χωρίον. *de quo multis agitur. Eraſmi ac recentioris in-*
terpretis de eo loco ſententia. Aliud ἐκτήσατο χωρίον, *aliud* ἐκτήσατο τὸ χωρίον,
quod & ex autore probatur. χωρίον *quid: pars, nempe, terræ exigua.* χωρίον,
loculus. Sententia noſtra de Iuda, quem eo loco ſepultum è Lucæ verbis videri.
Lyranus ejuſque opinio, qui antiquioribus idem viſum notauit. Locus Iuue-
nalis non diſſimilis. προσθεῖναι εἰς τὸν ἴδιον τόπον, ἴδιος τόπος. *Locus,* πρηνὴς
γενόμενος ἐλάκησε, *ac fuſior illius interpretatio.* λακεῖν, ῥήγνυσθαι, *& an ſuſpen-*
ſis conueniant. παγίδα *de Diabolo.* חבל *ejuſque interpretatio.* ἀβάλε *Græcorum.*
Laquei & Diaboli eadem voce dicti. quid ſit πρηνῆ γίνεσθαι, *& quomodo cadat,*
qui ita cadit. bos qui περιῤῥηδὴς *cadere dicitur.* στενοχωρεῖσθαι. στενοχωρία *Apo-*
ſtoli. θλίβεσθαι μὲν, οὐ στενοχωρεῖσθαι δέ. ἀπάγχεσθαι *pro* ἄγχεσθαι. *morbus, quo*
Arrius interiit. eodem, vt quidam, quo Iudas. Veterum intricatæ opiniones. Lo-
cus Sirachidæ elegans, & qui mirifice huc facit, ῥῆξις ἀφωνοῦς πρηνεῖς. *Papiæ*
& aliorum mirificæ de morte proditoris, ex Matthæi ac Lucæ loco, opiniones.
agrum, quem poſſediſſe ex antiquo interprete Iudas dicitur, cur nonnulli in-
fernum, quod Lyranus annotauit, interpretati ſint. χῶρος ἀπρεπής. χῶρος
ἀσεβῶν. ἐκ τούτου τοῦ χωρίου μεταστᾶσα ψυχή.

EPhræmius Syrus, aut qui de eo judicauit Photius, vt eru-
ditus ita accuratus ſcriptor, vniuerſum Nouum Fœdus, εἰς
τὰ λόγια Κυριακὰ quæ vocat, & τὰ Ἀποστολικὰ κηρύγματα, diui-
ſit. Qui, αἵτε γραφαί εἰσιν αὐτῷ ἥτε παλαιὰ διαθήκη, καὶ τὰ Κυριακὰ
λόγια, καὶ τὰ Ἀποστολικὰ κηρύγματα. qua diuiſione & αἱ Ἀποστολικαὶ
Πράξεις comprehenduntur. Mirum autem, quot modis liber
ipſe ab antiquis adducatur. Interdum enim Græcam vo-
cem etiam Latini ſeruant. Hilarius ad Matthæum, *Nam ſicut libro Praxeon*
continetur. Interdum *Acta*, & paſſim *Actus*, dicunt. Et quidem ἑνικῶς, ſeu ſin-
gulariter, nonnunquam. Vt apud Proſperum De prædict. parte 3. *vt teſtatur*
Actus Apoſtolorum, nubes eum ſuſcepit, & ſublatus eſt à diſcipulis. Alias, vt Græ-
ce, multitudinis plerunque numero, quod minus nouum. Item, *Liber, quem*
De Actibus Apoſtolorum Lucas conſcripſit, Fulgentio, lib. 2. De veritate Præ-
deſtinationis. Item, *Liber, qui Apoſtolorum Actibus aſſcribitur.* Maximus Tau-
rinenſis, *Legimus in libro, qui Apoſtolorum Actibus aſſcribitur.* Item, *Liber, qui*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Act. *Apoſtolica continet geſta.* B. Hieronymus ad Iobi 23. *Super qua re nos Canonicus liber Noui Teſtamenti, qui Apoſtolica continet geſta, ſufficienter inſtruxit.* Nec minus varie Græci. Quibus, non modo βίβλος τῶν Πράξεων, ſed & alibi βίβλοι numero plurium dicitur. Nec aliter 16. Canone ſexti Concilii in Trullo. Etiam ἡ τῶν Πράξεων ἱστορία, aduerſus Eunomium Nyſſeno. qui, καθάπερ ἐκ τῆς τῶν Πράξεων ἱστορίας ἐμάθομεν. item in Pſalmos, ὁ γὰρ τῆς τῶν Πράξεων ἱστορίας τὴν μνήμην ἔχων. Interdum, τὸ περὶ τῶν Ἀποστόλων σύνταγμα. Scriptor Vitæ S. Theclæ, Ὥσπερ οὖν καὶ ὁ μακάριος καὶ θεσπέσιος Λουκᾶς φαίνεται πεποιηκώς, ἔν τε τοῖς εὐαγγελίοις, ἔν τε τῷ περὶ τῶν Ἀποστόλων συντάγματι, προστάξας τὸν Θεόφιλον· ᾧ καὶ τὴν πάντα πόνον ἀνέθηκε τῆς θείας συγγραφῆς. Ita autem Πράξεις, ſiue Πρᾶξις, liber dictus, vt doctrina magis innuatur quam geſta. Quanquam non ſine cauſa Πρακτικὰ, ad Acta Synodorum ac conuentuum tranſlata. vt τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου Πρακτικά. Sed & ſingulariter, τῆς τρίτης συνόδου Πρακτικὸν Photio, & aliis. In quibus, qui doctrinæ capita expendunt, πραγματεύειν, *tractare*, dicuntur. Vnde, ἐπραγματεύθη τὰ περὶ Ὠριγένους, de iis, *in quibus de doctrina vel opinionibus Origenis, tractatum innuunt vel actum.* Quemadmodum autem voce Latina πραγματεύειν Græci, ita voce Ἄκτον vſi ſunt iidem. vt cum τὰ ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου γενόμενα Ἄκτα, celebrat Iuſtinus Martyr. Porro, ea qua jam dixi ratione, Πρακτικὸν opponitur nonnunquam & Hiſtoricum. quia ad hiſtoriam, quæ geſta ſunt aut facta, ad τὰ Πρακτικὰ doctrina, ſeu concluſiones ac ſtatuta, referuntur. Quo ſpectat illud Photii, cum de Gelaſio pronunciat ac cenſet, Γελασίου γὰρ ἔφερε τὸ βιβλίον ἐπιγραφήν, οὐ μᾶλλον ὑπάρχον πρακτικὸν ἢ ἱστορικόν. *cum non magis decreta tangat, quam quæ geſta ſunt aut facta.* Quæ vtraque ex æquo autor noſter complexus eſt. quem recte Actuarium hic dicas. Primus autem locus qui notandus hic occurrit, hujus quo-

Cap. I. ℣ſ. 1. que libri, qui inſcribitur vt dixi, primus eſt: Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε, ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν. Quod ita recentior: *Primum quidem librum confeci, Theophile, de omnibus quæ cœpit Ieſus & facere & docere.* neque longe aliter vetus. Atqui mens autoris, περὶ πάντων ὧν ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς καὶ ἐδίδαξεν. hoc eſt, περὶ πάντων ἃ ἐποίησε καὶ ἐδίδαξε. Sequitur enim, ἄχρι ἧς ἡμέρας ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις, ἀνελήφθη. *de omnibus quæ fecit docuitque Ieſus, vſque ad eum diem, quo, poſt mandata quæ Apoſtolis dedit, in altum aſſumptus eſt.* Quod vidit Chryſoſtomus, qui erudite notauit, οὐχ ἁπλῶς περὶ πάντων, ἀλλ' ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους. *non tantum de omnibus, ſed à principio de omnibus ad finem, dicturum ſe ait.* Erudite Græcorum ſcholia, περὶ πάντων φησὶ τὸν λόγον πεποιῆσθαι ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τῆς ἀναλήψεως. *de omnibus ab initio, vſque quo in cœlum ſublatus eſt, ſcripſiſſe ſe dicit.* Non igitur de iis in Euangelio ſcripſiſſe ſe ait, quæ facere & docere cœpit Chriſtus: quod ad verbum expreſſerunt eruditi. Abſit certe. verum ab initio pertexuiſſe omnia quæ fecit Dominus & dixit. Atque hoc eſt, quod in Præfatione Euangelica, παρηκολουθηκότι πᾶσιν ἀκριβῶς ἄνωθεν, *perſecutum ſe omnia cum cura ab initio*, dixit. quæ videlicet de Domino, quamdiu in his terris egit, memoranda eſſent. Qui ita vixit, ita docuit, ὥστε μηδὲν ἀπλήρωτον καὶ ἀτελεύτητον τῆς οἰκονομίας καταλιπεῖν, *vt nihil, quod in carne gerendum eſſet, imperfectum aut non completum, relinqueret*, quemadmodum loquuntur SS. Patres. Non quod interim ignorem ἄρχεσθαι ποιεῖν, ἄρχεσθαι διδάσκειν, pro ποιεῖν καὶ διδάσκειν, vſitato dici Hebraiſmo. Quale eſt, καὶ αὐτὸς ἄρξεται σώζειν τὸν Ἰσραὴλ ἐκ χειρὸς ἀλλοφύλων, de Simſone והוא יחל להושיע. Iud. 13. 5. Vt ἤρξαντο τύπτειν. ibid. 20. 31. Item ויחל העם לזנות. *& fornicari cœpit populus.* Num. 25. 1. Vetus, *& fornicatus eſt populus.* vbi mirifice Helleniſtæ, καὶ ἐβεβηλώθη ὁ λαός. Vt jam ne dicam, nihil autori huic æque aut receptum eſſe, aut familiare. Ita ſtatim cap. 3. ℣ſ. 8. καὶ μὴ ἄρξησθε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς. hoc eſt, καὶ μὴ λέγετε. ita, καὶ ἤρξαντο διαλογίζεσθαι οἱ γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι. 5. 21. ita, καὶ ἄρξηται τύπτειν τοὺς παῖδας. 12. 45. ita, τότε ἄρξονται λέγειν τοῖς ὄρεσι. 23. 30. quem Hebraiſmum, ad literam, vt dixi, expreſſiſſe interpretes videntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

tur. Ambigue haud dubio. Cum ambiguitates quoque, quæ præſertim vel In Act.
à mente abeunt autoris,vel cum offendiculo conjunctæ aut periculo viden-
tur, mihi, quantum quidem poteſt, interpretibus vitandæ videantur. Se-
quitur, Ἄχρι ἧς ἡμέρας ἐντειλάμενος τοῖς Ἀποστόλοις διὰ πνεύματος ἁγίου, οὓς ἐξελέξα- vſ. 2.
το, ἀνελήφθη. Vbi mira recenti interpreti, nec ſatis veriſimilis vel vſitata,pla-
cuit trajectio. vt, διὰ πνεύματος ἁγίου οὓς ἐξελέξατο, ſit, *quos per Spiritum San-*
ctum elegerat. Nam interpres alius qui dixit, *Ad eum vſque diem, quo, poſtquam*
impartitus in hoc ipſum Spiritum Sanctum, mandata dediſſet, quos elegerat Apo-
ſtolis, & paraphraſin dedit, nec Græciſmi rationem habuit quam debuit.
Tria autor tempora hic ſtatuit. Tempus, quo in terris fuit Dominus Serua-
tor,ſiue τῆς ἐνσάρκου,vt plerunque loquitur antiquitas,οἰκονομίας: tempus reſur-
rectionis:tempus aſcenſionis.Iam vero,plurima mandaſſe his temporibus,&
quidem διὰ πνεύματος ἁγίου, ſi præſertim ad præcepta doctrinamque referas
τὴν ἐντολήν, ne dubitandum quidem. Quid autem, quod diſerte additur, *ad*
eum diem,quo aſſumptus eſt,ſiue, ἀνελήφθη? quibus verbis quis dubitet, quin ad
poſtrema Euangelicæ hiſtoriæ,& quidem ſuæ,reſpexerit hic ſcriptor? Vbi de
S.Spiritu per eundem Spiritum: *Et ecce ego mittam promiſſum Patris mei in*
vos.qui & mandat,*Hieroſolymis manete,donec induamini virtute ex alto*. Statim
autem poſt ſequitur,καὶ ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανόν. Vnde patet,ἀνατειλάμενον, ſiue,poſt
mandata, aſcendiſſe. Eo ſenſu, ſcilicet, quo abituri aliquo aut morituri, ἀνα-
τέλλεσθαι cum aliis autoribus, tum Helleniſtis,dicuntur.quemadmodum,cum
2 Sam.17.21.καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, εἰς τὴν πόλιν αὐτοῦ, καὶ ἀνετείλατο τῷ οἴκῳ αὐτοῦ.
hoc eſt,*& poſtrema familiæ mandata dedit*. quod, *diſponere domum*, vetus inter-
pres dixit. Quid autem ſimplicius: *quæ docuit fecitque,ad eum vſq; diem,quo,poſt*
mandata,quæ ſuis,quos elegerat,per Spiritum Sanctum dedit,in cælum ſublatus eſt.
Abſit ergo illud, οὓς διὰ πνεύματος ἁγίου ἐξελέξατο. quod non niſi violenter obti-
neri poteſt. Paulo poſt, cum dicitur, δι᾽ ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς, vſ. 3.
hoc ipſum quod voluit, obiter nempe ac ſubinde illo tempore conſpectum
ſui indulſiſſe ſuis,voce Helleniſtarum expreſſit.Ita in Hiſtoria Tobiæ Ange-
lus,πάσας τὰς ἡμέρας ὠπτανόμην ὑμῖν. quod proprie,*obiter videbar*. quemadmo-
dum 1 Reg.8.8.capita vectium,quæ eminebant leuiter è Sanctuario,ὀπτάνεσθαι
dicuntur.Paulo poſt cum dicitur,οἱ μὲν οὖν συνελθόντες ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες,Κύ-
ριε,εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ; hoc eſt,ἐν τῷ καιρῷ τού- vſ. 6.
τῳ. Quod arguit,adeo rerum omnium quæ hactenus audierant,fuiſſe ignaros
aut oblitos, vt cum ſuis tot labores tot certamina denunciaſſet quæ trium-
phum antecederent, illi, cum Domino defunctos ſe jam omnibus, ſtatim-
que triumphi ejus pariter & regni, ſed terreſtris, partem fore exiſtimarent.
Neque dubitandum eſt,quin parum accurate hæc adducat vel interpretetur
Athanaſius. qui libro aduerſus Arrianos, πότε τὸ τέλος, καὶ πότε ἡ παρουσία, *quis*
calamitatum finis,quando item ipſe aduenturus eſſet, Apoſtolos interrogaſſe ait.
Quemadmodum pro eo quod mox ſequitur, ὅτι νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν, idem,
vectum ab angelis in cœlum aſcendiſſe ait.quia dicitur,καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο παρ-
ειστήκεισαν αὐτοῖς ἐν ἐσθῆτι λευκῇ. *duo aſtiterunt viri, alba veſte induti*. Quibus? Apo-
ſtolis nimirum. Dominum enim nubes ab eorum ſuſtulit conſpectu. Nihil
ergo hic de Angelis qui Dominum vexerunt. Quod etiam ſi verum eſſet,
tamen, vt loquuntur veteres, ἔγγραφον non eſſet. Verba ejus ſunt, Ἐν γοῦν
ταῖς Πράξεσι τῶν Ἀποστόλων, ἐστὶ γεγραμμένον, ἡνίκα ἐπέβη τοῖς ἀγγέλοις, ἀναβαίνων ὡς ἄν-
θρωπος, καὶ ἀναφέρων εἰς τὸν οὐρανὸν ἣν ἐφόρει σάρκα. Cujuſmodi αὐτοσχεδιασμοὶ San-
ctis viris,extra controuerſiæ, de qua laborant,cardinem nonnunquam exci-
derunt. quod non paucis locis alibi probauimus. Sequitur, εἶπε δὲ πρὸς αὐτοὺς,
οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς, οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ. Vbi χρόνοι ἢ και-
ροὶ,quod Hebræi,*tempus & tempus*,dicerent.Daniel זמן ועדן.Qui,*longitudo tem-*
poris in vita data fuerat illis,vſque ad tempus & tempus.cap.7.v.12.Helleniſtæ,

Act. καὶ μακρότης ζωῆς ἐδόθη αὐτοῖς ἕως χρόνου καὶ καιροῦ. Magiſtri, *tempus definitum*, notari ajunt. B. Auguſtinus Epiſt. 29. *Et magnitudo vitæ data eſt eis vſque ad tempus & tempus.* vbi de eo loco agit. Græce, ἕως χρόνου καὶ καιροῦ, dicas. Χρόνοι igitur ἢ καιροὶ, ſunt, *tempus definitum*, ἓν διὰ δυοῖν. An non aliud igitur, quod interpres recens, qui, *tempora, ſiue opportunitates*, reddidit: *Opportunitas* enim, rei gerendæ commoditas. Melius antiquus, *tempora & momenta.* pro ea mente, quam dixi. Ejuſmodi autem genera loquendi, quale eſt illud, οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ, quibus Pater, nec cum eo Filius exprimitur ab ipſo, καθ' ὑπεξαίρεσιν ἑαυτοῦ efferri, veteres Theologi dixerunt. Magnus Baſilius de Filio, cum de ſe ſic loquitur, Καί τοι ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἑαυτὸν συγκαταριθμήσας τοῖς ἀγνοοῦσι, διὰ τὴν τῶν πολλῶν, ὡς ἔφην, ἀσθένειαν, ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν Ἀποστόλων, ὡς τελείοις κατ' ἰδίαν διαλεγόμενος, καθ' ὑπεξαίρεσιν ἑαυτοῦ φησιν, οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς, οὓς ὁ Πατὴρ ἔθετο ἐν

℣ſ. 18. τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ. Eodem capite, eum ſequitur, Οὗτος μὲν οὖν ἐκτήσατο χωρίον ἐκ τοῦ μισθοῦ τῆς ἀδικίας; fateor me, quod & aliis euênit, cum de iis partim quæ à Luca, partim quæ à Matthæo dicuntur, cogitarem, hæſiſſe non parum. Qui cum manifeſte, primo de ſe ſtatuiſſe Iudam, primores deinde Sacerdotum, nummis, quos in templum projecerat, emiſſe agrum dicat, quomodo poſſediſſe aut acquiſiſſe eum agrum Iudas dicitur? Nam quod ex B. Auguſtino Baronius, non ſtatim poſtquam rettullit denarios, poſt mortem vero Seruatoris demum, intuliſſe ſibi manus proditorem ſcribit, equidem mirabor, ſi quis, qui Euangeliſtam illum legit, facile admittat. Quomodo poſſedit autem, ſi ne emptioni quidem ſuperuixit? Adde, quod cum emptus ager fuit, amplius in manu ejus precium non fuit. Meum autem id eſt, cujus ad me pertinet proprietas: quemadmodum, non meum eſt, quod nec de meo, neque cum conſenſu meo, emptum eſt. Quid quod ager idem celeberrimus, ſepeliendis deſtinatus peregrinis, cujus hic fit mentio, vnius jam non erat? Sed & fruſtra Theophylactus, cum difficultatem intelligeret, eum, qui precium perſoluit, quanuis alii emptores ſint, rei dominium habere notat. cum nec precium ſoluiſſet, de quo agimus, nec ratione aliqua probari poſſit, quod pro eo perſolutum fuit precium, fuiſſe illius, qui jam precio renunciarat. Neque ignoro, vſitatum Helleniſtis eſſe, vt τῷ κτᾶσθαι ἀντὶ τοῦ πρίασθαι, ſiue, *poſſidendi* verbo, pro, *emendi*, vtantur. qui ne ſic quidem, quomodo hic locum illud habeat, intelligo. Quomodo enim emit poſt mortem quod emit? aut quomodo quod alii emerunt? quomodo denique pecunia id emit, quæ non ejus jam, ſed templi, ſiue præfectorum, erat? quibus hoc commiſſum erat, vt de vſu ejus cogitarent. Eraſmus, cum hæreret, ἐκτήσατο, inquit, *verti poterat, etiam parauit. Neque enim Iudas poſſedit hunc agrum: verum ea pecunia paratus eſt is ager.* Idem in Paraphraſi, hoc inprimis cum ageret, vt & laqueo gulam præfregiſſe ſibi Iudam oſtenderet, atque id cum Luca conciliaret. *Nam laqueo*, inquit, *guttur præligauit, ac ſuſpenſus crepuit medius, & effuſa ſunt omnia viſcera ejus. Cæterum infelix illa pecunia, quam abjecerat ad pedes ſacerdotum, eorundem conſilio* (non Iudæ, qui pecuniæ renunciarat, nec conſilio interfuit, etiamſi ſuperfuiſſe credamus) *collocata eſt emendo agro, in quo ſepelirentur peregrini, propterea quod nefas eſſe ducerent, precium innoxii ſanguinis proditi inferre gazophylacio. Hæc ſacerdotum ac Phariſæorum impia religio fecit, vt & Iudæ facinus & ipſorum impietas, magis innoteſceret omnibus qui tum agebant Hieroſolymis. Adeo, vt ager ille vulgata Iudæorum lingua diceretur Aceldema, hoc eſt, ager ſanguinis.* Ne jam quæram alia quæ forte poſſem, nondum ex narratione Lucæ, aliud innotuiſſe cunctis, præter id quod ſequitur, videre poſſum: *Iudam*, nempe, *cecidiſſe pronum, crepuiſſe medium, ejuſq. effuſa viſcera fuiſſe.* Agrum autem illum, agrum ſanguinis, etiam ab effuſo proditoris ſanguine fuiſſe dictum: cum vtrunque verum eſſe poſſit. Sequitur autem, *innotuiſſe id omnibus qui Hieroſolymis habitarent,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

carent, atque hinc agrum illum propria eorum lingua, qua tum vtebantur, ita dictum. Vbi nihil de ſanguine, vt dixi, innocentis, vnde ager dictus ſit, de quo Matthæus, verum de calamitate ac morte Iudæ tantum agitur. Syrus autem, *Et hoc ipſum omnibus innotuit*. Quod eſt autem illud? Mors proditoris, ſi contextum recte inſpicimus, & quæ de ea jam præceſſerant. Adhuc ergo difficultas illa manet: quomodo, ἐκτήσατο χωρίον, de eodem Lucas dixerit. Recentior interpres pariter ac commentator, *acquirendi* voce vſus eſt. Qui, *ita loquitur Euangeliſta*, inquit, *ſpectans, videlicet, non quid conatus ſit Iudas, ſed conſiliorum ipſius euentum. Iudas igitur, auaritia corruptus, agrum ſane ſibi acquiſiuit ex triginta illis argenteis, proditionis ſuæ præmio, ſed multo aliter quam ſperarat*. Atqui eadem ſic difficultas manet. Poſſeſſionem enim agri quomodo, per quem, acquiſiuit? quo item jure, ad quem jam, nec pretium, ne ſi vixiſſet quidem, pertinebat? Neque video, qua ratione ad conſilii euentum, ager ille, aut poſſeſſio illius, referatur. de quo nec conſilium, ſi ſequimur quæ ſcripta ſunt, vel iniit, vel cogitauit. Certe, ſi Titius aut Seius de poſſeſſione agri cogitant, eoque aut excidunt aut potiuntur, euentum jam conſilii videre poſſum. Exemplo vtamur. In Achabi hiſtoria, cum vineam Nabothi deperiret; & conſilium de ea obtinenda, & conſilii euentum penitus videre poſſum. Contra, ſi poſt obitum vel Titii, vel Seii, ager eo precio, quod olim Titii vel Seii fuit, neque amplius ad eum ſpectat, non jam dicam ab hæredibus, ſed plane aliis, ematur, nullum jam conſilii vel Titii vel Seii, hic euentum, quia nec conſilium videre poſſum. multo minus, vel poſſeſſionem vel proprietatem. Iam cum in conſilio, & appetitus & efficiendi ratio ſpectetur; neutrum ſane Iudæ conuenit: nec tale quicquam in hiſtoria ejuſdem, aut, quod proxime accedat, reperitur. Et profecto, ſi antiquum illud verum eſt, id quod ratione non quæritur, caſu tantum inueniri, quanto magis verum, neque poſſideri id quod non acquiritur, multo minus autem, id à quoquam poſſideri aut acquiri, de quo nunquam cogitauit? Quid ſi autem paulo accuratius autoris expendamus verba? Quæ ita habent: οὗτος μὲν οὖν ἐκτήσατο χωρίον ἐκ τοῦ μισθοῦ τῆς ἀδικίας· καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος, καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ· Καὶ γνωστὸν ἐγένετο πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν Ἰερουσαλήμ, ὥστε κληθῆναι τὸ χωρίον ἐκεῖνο τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν, χωρίον αἵματος. Primo omnium, non, ἐκτήσατο τὸ χωρίον, vt ad totum referatur agrum, ſed ἐκτήσατο χωρίον, quod eſt *partem* ſeu *particulam poſſedit agri*, manifeſte dixit. De toto enim agro mox cum agit, non, τὸ χωρίον, tantum, ſed, &, τὸ χωρίον ἐκεῖνο, dixit. ὥστε κληθῆναι τὸ χωρίον ἐκεῖνο τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ, Ἀκελδαμά: quia ſic de toto, ſeu, de ipſo agro, agitur. Quid igitur χωρίον? Terræ pars aut loci: quantam, nempe, occupat defunctus. Vnde & χωρίον, quod Latini *loculum* dixêre (quo conduntur mortui, nimirum,) & fortaſſe Græci. Heſychius, χωρίον, δοχεῖον. forte δοχεῖον νεκροῦ. Iam, vt conjecturam meam dicam, plane autorem voluiſſe exiſtimo, in eo campo, ſolitario plane ac deſerto, & extinctum proditorem & ſepultum. Melancholicis autem ac mœrentibus, proprium id eſſe, homines vt fugiant, ſoliſque in locis ac deſertis, libentius verſentur aut oberrent, vel Bellerophontis exemplo notum. de quo Poëta,

Ἤτοι ὁ καππεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο,
Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Nam & proditor ſceleſtus (quod, de altero Poëta dixit) quin, jam perpetrato ſcelere, cor proprium comederet, ne dubitari quidem poteſt. Etiam ſupplicium hic illi eueniſſe & ſepulchrum, juſtiſſima ſupremi numinis vindicta, ex autore ipſo manifeſtum videtur. Vt mirum non ſit, aliis quoque, è narratione hac Lucæ, id in mentem veniſſe. Lyranus: *Quidam, agrum à Iuda poſſeſſum, ridicule exponunt infernum. Alii, poſſediſſe agrum illum exiſtimant, quod cum peregrinis in eo ſepultus fuit*. Quorum poſterius veriſſimum exiſtimamus.

Kk 3 De

In Act.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

 De altero mox rationem obiter reddemus. Neque dubium, quin quod de ſepulchro dixit, è contextu aut traditione hauſerint antiqui. Quid autem ἐκτήσατο, quod mirifice conuenit? Venerabilis Beda, cum ſe expedire aliter non poſſet, neque vnquam poſſediſſe agrum illum Iudam didiciſſet, & hoc fateretur, ἐκτήσατο, *poſſedere fecit alios*, interpretatus eſt. Meo autem animo, nihil elegantius de Iuda dici potuiſſe videtur. Quid vero ille? Totus Diaboli, & in poteſtate ejus ſemel factus, de quo dicitur, *& intrauit Diabolus in Iudam, cognomine Iſcarioten*, terram cœlumque commouit, vt ſalutis autorem, pacis Regem ac Dominum, Iudæis traderet. Ex eo quid & quantum conſecutus eſt? Χωρίον ἐκτήσατο, inquit Lucas. Terræ aliquantum, ſiue, locum exiguum, pro ratione corporis ac modo, conſecutus eſt. Quemadmodum & Hebræis, vt de aliis ne dicam, extenuandi cauſa, interdum diminutiua vſurpantur. Eo enim fere modo dictum, quo præclare Satyricus de Annibalis & Alexandri Magni fine. cui cum orbis vnus, vt ille loquitur, ſatis non eſſet, χωρίον, hoc eſt, exiguam vnius terræ particulam, Babylone occupauit, & ſarcophago contentus fuit. Locum, quia elegantiſſimus, & hunc illuſtrat, aſſcribimus.

Vnus Pellæo iuueni non ſufficit orbis.
Æſtuat infelix anguſto limite mundi,
Vt Gyaræ clauſus ſcopulis paruaque Seripho:
Cum tamen à figulis munitam intrauerit vrbem,
Sarcophago contentus erit. mors ſola fatetur,
Quantula ſint hominum corpuſcula.

Patriarchæ veteres Patreſque, id operam dederunt, vt aliquem poſt mortem vbi conquieſcerent, è ſuo ſibi locum pararent. Vnde illud infra, ὠνήσατο μνῆμα τιμῆς ἀργυρίου. Proditori ſceleſto euênit, vt è ſceleris mercede ac conſilio diuino, locum, de quo nunquam cogitarat, quantus ipſe eſſet, inueniret ſibi: eo emptum precio, quo innocentem vendidit. Longe tamen aliter quam S S. Patres. quemadmodum juſtiſſimo id eueniſſe Dei judicio exiſtimamus, vt in eo agro, qui ſepeliendis peregrinis ac hoſpitibus, vt loquitur Matthæus, deſtinatus erat, conderetur ille, qui à corpore Apoſtolorum ipſe ſemet ſeparauerat ſejunxeratque: ipſe ξένος τῆς ἐπαγγελίας, *peregrinus jam promiſſionis*, ac vere hoſpes. Tales autem locos κτήσασθαι, emiſſe, ſiue, comparaſſe ſibi S S. Patres, Helleniſtis dicuntur. Quod mirifice, & præter expectationem proditoris, hic factum. vnde, ſupra quam dici poteſt, eleganter, infra, πορευθῆναι εἰς τὸν ἴδιον τόπον, dicitur. ἴδιος τόπος מקום Helleniſtis eſſet. Vt in Prouerbiis, ὅταν ἀποξενωθῇ ἐκ τῶν ἰδίων τόπων. eleganter inprimis. Nam poſtremus locus, propriuſque ſingulis, ſepulchrum eſt. Quod, *domus*, imo, *domus ſæculi*, Hebræis dicitur. cui & ἐνοικεῖν dicuntur Helleniſtis, qui ibi jam quieſcunt. In proprio igitur repoſitus eſt loco, ὃν ἐκτήσατο (quemadmodum hic loquitur) ἐκ μισθοῦ τῆς ἀδικίας. hoc eſt, ſceleris ſui tanquam precium inuenit ſibi habuitque. *Poſſidere* enim, *ſibi habere* eſt, vt Iuriſconſulti loquuntur. Paraphraſtes aliquis, Nonno caſtigatior, ita hoc exprimeret:

Πάσῃ δ' ἀφροσύνῃτε δολοῤῥαφίῃτε μεμηλώς,
Καὶ φιλοκερδείῃ βεβλημένος ἦτορ Ἰούδας,
Κοίρανον οὐράνιον πρoδιδοὺς, γενήτορα κόσμου,
Χωρίον ἐκ τούτων ἐκτήσατο, καὶ τάφον εὗρε,
Μισθὸν ὀφειλόμενον κακομηχανίης, καὶ ἄποινον.

Vt certe de eo dici poſſit, ἠδίκησε καὶ ἐκτήσατο, vel ἐφόνευσε καὶ ἐκτήσατο. qua ratione 1 Reg. 21. 19. de injuſto poſſeſſore & homicida Achabo, eleganter dicitur, ἐφόνευσας καὶ ἐκληρονόμησας. Sed nec adeo ridiculum eſt ac Lyranus arbitratur, quod nonnulli agrum, quem poſſediſſe Iudas ex veteri interprete dicitur, infernum dixerint. cujus ille cauſam ignorabat. Cum enim Tophet

portæ

portæ Fictili vicinum fuiſſe, vt ad Matthæum diximus, è Ieremia notum ſit, proximum autem ei agrum hunc, ſi non eundem, ex antiquis probari poſſit, In Act. quem Figuli Matthæus dixit, qui vt hic ager, ſanguinis, ita vallis Tophet, ab eodem Propheta *vallis cædis* dicitur, certe ſi in Tophet, aut juxta ſepultus eſt, recte apud inferos ſepultum veteres dixerunt. Tophet enim idem cum Ge-hinnom, ſeu Geenna. quomodo etiam nunc dici inferos recepta conſuetudine quis neſcit? Adde quod Homerus, locum quem occupat mortuus, χῶρον, locum inferorum, χῶρον ἀτερπέα, eundem, quem autor Axiochi, Dialogi Socratici, qui cum Platonicis excuditur, χῶρον ἀσεβῶν dixit: qui idem autor, vitam hanc, quam calamitate plenam docet, χωρίον dixit. vt infauſta videantur nomina. Ἡ δ' ἐκ χωρίου, inquit, μεταστᾶθεῖσα ψυχή. hoc eſt, *quæ ex infelici hoc loco tranſlata eſt anima.* Sequitur, καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος, καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. Ibid. Atqui ἀπήγξατο de eo dixerat Matthæus: quod nos, quia tale nihil cogitaſſe hic Euangeliſta videtur, ad *machanac* referebamus: quo malo, vt ibi dicebamus, qui è mœrore animi, anguſtia, aut deſperatione corripitur, obſtructo ſpiritus meatu, diſſilit ac moritur. quam & ἀγχόνην non male dicas. Qui proprie angor animi vel corporis, plerunque fauces, ſiue ſummas gulæ gutturiſque partes, cum anxietate maxima præcludit: quemadmodum ipſum מחנק Magiſtri dixerunt: de qua Medici. Inter quos ſummum patriæ noſtrumque decus, omni commendatione major, Iohannes Beverovicius, in Idea Medicinæ. Iis autem τὸ λακεῖν proprium videtur. vnde æmuli plerunque inuidia crepare & ῥήγνυσθαι dicuntur. Ipſum malum deſperationi autori ac carnifici Diabolo, etiam Græci aſſcribunt. Origenes Philocalia, καὶ πνεῦμα πονηρὸν παρὰ Θεοῦ ἔπνιγε τὸν Σαοὺλ. *ſpiritus à Deo malus ſuffocabat Saulem,* ſiue, *ſtrangulabat.* Helleniſtæ, καὶ ἔπεσε πνεῦμα πονηρὸν ἐπὶ Σαοὺλ. quemadmodum & Saræ in Hiſtoria Tobiæ objicitur, ὅτι ἔπνιγε τοὺς ἄνδρας αὐτοῦ. quod λακεῖν Euangeliſtæ, etiam ψοφεῖν, Græci, vt *crepare* Latini, dixerunt. Macarius Homilia 26, quanquam de re alia, ὥσπερ γὰρ ὁ κεραμεὺς βάλλει τὰ σκεύη, καὶ μέτρῳ ὑποκαίει τὴν κάμινον, οὐ πλέον, ἵνα μὴ ὀπληθέντα ὑπὲρ τὸ δέον, ψοφήσῃ, inquit. *eos qui fictilia igne indurant, modicum, non nimium, in camino accendere ignem, ne, ſi æquo nimius ſit, crepent diſſiliantque.* Heſychius, Ψοφεῖ, κλυπεῖ, ῥήσσει. Idem, λακεῖν, ψοφῆσαι exponit. Effundi autem iis viſcera qui crepant, nihil mirum, cum rupturæ tali hoc conueniat. Quæ vnde in ſuſpenſis? Vt omittam quod ſignificatione funis, dolor omnis ac anxietas Hebræis denotatur. Exemplo ſit חבל: quod vt ὀδύνην, & ἀπώλειαν, ita σχοινίαν interpretantur Helleniſtæ. Notum illud, *funes mortis,* aut, *ſepulchri, circundederunt me.* 2 Sam. 22. 6. Vbi συντριμμοὶ θανάτου, *anguſtiæ mortis,* Helleniſtæ dixerunt. Recte ἀγχόνην θανάτου dicas. exitium enim denotatur. Vnde & vulgo Hebræorum Magiſtri, quoties vel mala imprecantur, vel deteſtantur alium, τῷ חבל, *chabal,* vtuntur: id autem אללי, ſiue, *væ,* interpretatur Elias. Vt cum Thargumiſtæ חבל עלי, *væ mihi.* Quod *chabal,* de proditore ſuo, de quo ſermo nunc eſt, vſurpauit Dominus, cum dixit, *Et filius quidem hominis prout definitum eſt, abit. Veruntamen, væ homini illi, per quem proditur.* Quod Syrus וי, *væ,* ibi, *aliisque locis,* dixit. quemadmodum tum Græcis Latiniſque etiam particulis non raro vtebantur Syri. Forte & viciſſim ſuum ἀβάλε ex eo fecerunt Græci. Nihil enim vſitatius, quam vt aſpiratio rejiciatur. quomodo à חקל Ἀκελδαμὰ, nec pauca ejus generis. Extat autem, cum alibi, tum in Græcorum Epigrammatum Anthologia,

Ἀβάλε χειμερίου με διέκλυσε χείματα πόντου
Δειλαίην.

de naui, hominibus amiſſis ſeruata. Heſychius inter alia, ἀχρεῖον, *inutile,* aut, *infauſtum,* alii φεῦ interpretantur. Vt ſic mutuam inter ſeſe linguæ nauent operam. de Græca autem voce hac, mirum quæ linguarum harum imperiti. Adde, quod hanc deſperationem, quæ Diabolo aſſcribitur, ἀγχόνην eſſe, ac dici

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN ACT. dici poſſe, etiam hoc docet, quod eadem voce מוקים, & laquei & Diaboli dicuntur. Vt cum eleganter Hebræorum Magiſtri, qui hominem nocere homini ſignificant, בני אדם שהם מוקים, *homines ſibi mutuo, Diabolos, ſiue laqueos*, & ἀγχόνας, eſſe dicunt. Non ſine cauſa autem eruditi, quomodo, τὸ πρηνὴς ἐγένετο, quod *præcipitatus* recentior expoſuit interpres, cæteraq; quæ adduntur, *quod crepuerit, quod effuſa ejus ſint viſcera*, cum ſuſpendio conueniant, ſollicite, nec ſine cauſa, quærunt. Non enim πρηνὴς, qui præcipitatur, quod volunt, ſed qui pronus & in terram cadit. Heſychius, Πρηνέα, ἐπὶ πρόσωπον. Item, Πρηνιχθέντα, ἐπὶ πρόσωπον καὶ ἐπὶ στόμα πεσόντα. Vt cum bos cæditur, atque, impos ſui, pronus cadit. qui πρηνὴς cadere Apollonio dicitur. Ἤριπε δ' ἀμφοτέροισι πρηνὴς κεράεσσι. Quo ſpectat, quod interpres Syrus, non *in faciem*, hic modo, ſed על ארעא, *in terram* cecidiſſe, ait. quomodo an cadat qui ſuſpenditur, per me licet alii vt judicent. Quin autem ita cadat, dubium non eſt, qui λακήσας moritur: quem ἀγχόνη, aut huic ſimile mœroris atque deſperationis malum ſubito affligit. Exprimere autem ſi quis velit, quomodo affecti ſint plerunque illi, quos diuinitus immiſſa illa calamitas, quæ *machanac* Hebræis dicitur, inuaſit, de Apoſtolo cogitet, qui impiis hoc tribuit, cum pios, θλιβέσθαι μὲν, οὐ στενοχωρεῖσθαι δὲ, ἀπορεῖσθαι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορεῖσθαι, 2 Corinth. 4. 8. dixit. Quam στενοχωρίαν voce חנק erudite expreſſit Syrus. quia ſcilicet τῷ חנק, vt Græcorum ἄγχεσθαι, anxietatem ſummam denotari certum eſt. Exemplo ſint Hebræi Sapientes, qui cum ſuos monent, vt ab odio hominum ſibi quantum poteſt caueant, cauſam addunt: כי פעמים שיחנק הארם הגדול בזביב קטן, *ſæpe magnum hominem à parua ſtrangulari muſca*. Syrus interim quo dixi loco, οὐ στενοχωρούμενοι לא מתחנקינן, *non ſtrangulamur*, dixit. quemadmodum τὸ מצור στενοχωρίαν Deuteron. 28. 53. Helleniſtæ reddiderunt. quaſi *obſidionem* dicas. Vera autem cordis obſidio ac preſſura eſt machanac, *chanc* Arabibus. qua ſuffocationem, etiam matricis, Avicenna denotat. Græci ἀγχόνην dicunt. Vt Æſchines, cum dixit, ταῦτα δ' ἦν ἀγχόνη καὶ λύπη τούτῳ. *hæc ſtrangulatio & mæror illi erat*. Ariſtophanes, vt Matthæus, ἀπάγχεσθαι τὸ ἄγχεσθαι dixit. Qui Nebulis, ἀπαγξαίμην τρέχων, quod ἀγξαίμην recte interpreteris. neque id magis mirum, quam quod Maro, cum deſperatus paſtor apud Theocritum dixit, ἀπάγξασθαί με ποιησεῖς, *mori me denique cogis*, reddidit: ex curſu enim nimio ſumma ſpiritus anguſtia ac coarctatio. vt licet aliud ſit proprie ἀγχόνη, ad illud tamen malum, quo ex animi anguſtia ac peccatorum mole ejuſmodi viſcerum λάκησις, operante Diabolo, conſequitur, referri recte poſſit. Quod cum Hebræi interpretes ad verbum redderent, neque cum Matthæo Lucam conferrent, quod Matthæus, καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξατο, ויתתל בפח, *ſuſpendit ſe laqueo*, Syrus autem contra voce eadem, qua τὸ στενοχωρεῖσθαι Apoſtoli, expoſuit. qui חנק נפשה, *ſtrangulauit*, aut, *ſuffocauit ſe ipſe*, dixit: quod æque ἀγχόμενον, συναγχόμενον, aut στενοχωρούμενον obiiſſe notat. vt qui rupturam atque effuſionem viſcerum ſpectare alio quam ad ſuſpendium, exiſtimaret. Cujuſmodi malo correptum ſubito in loco immundo expiraſſe Arrium, Epiſtola ad Serapionem notat Athanaſius. Πολλά τε φλυαρῶν εἰσῆλθεν εἰς θώκους, ὡς διὰ χρείαν τῆς γαστρὸς, καὶ ἐξαίφνης, κατὰ τὸ γεγραμμένον, πρηνὴς γενόμενος, ἐλάκησε μέσος. *In nugis ſuis totus, ad ſedes, ut neceſſitate ventris impulſus, ſe contulit, atque extemplo pronus cecidit, ac medius crepuit.* An igitur ſuſpenſus fuit Arrius, ideoque ei viſcera effuſa ſunt? Quæ duo vt conjungeret, vehementer in Apoſtolica hiſtoria Arator fluctuat, cum dixit,

qui criminis autor
Erroriſque tui eſt, fuſa ruit Arrius aluo.
Infelix, plus mente cadens. lethumque peremptus
Cum Iuda commune tulit: qui gutture pendens
Viſceribus vacuatus obit: nec pœna ſequeſtrat
Quos par culpa ligat.

Quaſi

Quaſi ſuſpenſum fuiſſe ex hiſtoria conſtet, aut ideo mortem cum Iuda com- IN ACT. munem habuerit, quod Iudæ, qui crepuiſſe dicitur, viſcera effuſa ſint, aut deniq;, ex eo quod crepuiſſe ac effuſa ejus viſcera dicuntur, ſuſpendio interiiſſe conſtet. Quid ſit autem πρηνῆ γενέσθαι καὶ λακῆσαι, de eo qui miſere ac funditus interit, ſi quis dubitare adhuc poteſt, ex Helleniſtis diſcat. qui tales, πρηνεῖς ῥήγνυσθαι, rumpi ac in exitium præcipitari dicunt: ita vt interdum ne vocem quidem edant. Elegantiſſimus hanc in rem ac plane geminus huic extat locus Sapientiæ Salomonis cap. 4. ℣ſ. 19. quem de proditore, & ad interpretationem hujus, ſcriptum dicas: καὶ ἔσονται μετὰ τοῦτο εἰς πνεῦμα ἄτιμον, καὶ εἰς ὕβριν ἐν νεκροῖς δι' αἰῶνος, ὅτι ῥήξεις αὐτοὺς, ἀφώνους, πρηνεῖς. vbi nihil tamen de ſuſpendio. Quid autem magis proditore tali dignum, quam vt tali morbo tolleretur, cujus cauſa deſperatio, autor Diabolus, generis humani hoſtis? qui quid quantumque in iis poſſit, quos à Deo deſtitutos inuaſit, vel ἐνεργουμένων hiſtoriæ teſtantur. Græcos autem, ac inprimis, quem ſequuntur, Papiam, de quo Baronius quoque aliique, in quæ hic ſimul ac Matthæi de morte Iudæ locus ἄτοπα impulerit, vix dici ſatis ac vix credi poteſt.

CAP. II.

Locus, καὶ ἐγένετο ἄφνω ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος. *Recentior interpres. Sonus ille quis.* λαλιά. φωνὴ, *an rumor, & quid.* πνοὴ φερομένη. τὸ πνεῦμα ἐπάνω τοῦ ὕδατος ἐπιφερόμενον. ῥύμη τοῦ πνεύματος. ἐπιφοίτησις τοῦ πνεύματος. *Eraſmi ſententia.* διαδοῦναι φήμην, διασκεδάσαι φήμην. *aliud* διασκεδάσαι φωνὴν, *& ſimilia. An aliud ſit, viſum eſt, aliud, vidit, ex diſtinctione Auguſtini.* γλῶσσαι πυρός. *quare* διαμεριζόμεναι. *Gregorii Theologi diſtinctio loci,* ὅτι ἤκουον εἷς ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ λαλούντων αὐτῶν: *&, an, vt ita diſtinguatur, neceſſe ſit. Nyſſeni ſententia.* ἕτεροι, *qui.* γλεῦκος, *& quid proprie.* ἕψημα. σείραιος. *defrutum. Heſychius emendatur.* γλυκίσαι. *idem iterum emendatus. Antiquorum ſubtilis obſeruatio.* ἀπὸ οἴνου, *pro* ἀπὸ οἴκου. σύναξις, *& quæ dies ita dicta.* ἐσχάται ἡμέραι, *& quæ.* φθορὰ, διαφθορὰ, καταφθορά. ἐξὸν εἰπεῖν. *non reſurrecturos impios ex Iudæorum ſententia.* κύριος καὶ Χριστὸς, κύριος Χριστὸς, *& promiſcue vſurpari.*

SEcundo capite, priuſquam ad linguarum miraculum accedit autor, CAP. II. inter cætera & hæc præmittit, Καὶ ἐγένετο ἄφνω ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος, ὥσπερ ℣ſ. 2. φερομένης πνοῆς βιαίας, καὶ ἐπλήρωσεν ὅλον τὸν οἶκον οὗ ἦσαν καθήμενοι. *Tum repente è cælo ſonus extitit, tanquam ruentis flatus violenti, qui repleuit totam domum vbi conſidebant.* Vbi pie quærit Chryſoſtomus, cur viſibili, vt ita dicam, modo, ac tam manifeſte ſenſibus exhibitum hoc fuerit miraculum. Reſpondet igitur, non ſine cauſa id factum. Nam ſi etiam ſic, eo, inquit, impudentiæ nonnulli deuenerunt, vt muſto plenos eſſe Sanctos affirmarent, quid ſine his futurum fuit? Eo autem referenda, quæ verſiculo deinde ſexto ſequuntur: Γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης, συνῆλθε τὸ πλῆθος. Quod recentior interpres, *Orto autem hoc rumore, convenit multitudo.* Mirifice inprimis. Cum ad ſonum, de quo ante, manifeſte referendum videatur. niſi de linguarum ſono quis accipiendum velit. Præceſſit autem, καὶ ἤρξαντο λαλεῖν. quemadmodum & alibi λαλιὰν, non tam vocem aut linguam, quam diſtinctam dialectum, ſcriptores hi dixerunt. Vt cum de Petro dicitur, *Vere & tu ex illis es.* καὶ γὰρ ἡ λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ. *lingua enim tua*, vel, qua voce ſignificantius vtuntur Græci, *dialectus tua te prodit.* Matth. 26. 73. vt & Marci 14. 70. *Vere ex illis es: Galilæus enim es.* καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει. *lingua enim tua*, ſiue, *dialectus*, *ſimilis.* Heſychius, Διάλεκτος, ὁμιλία, λαλιά. quemadmodum & hic voce dialecti vſus eſt autor. Καὶ πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ ἡμῶν, ἐν ᾗ ἐγεννήθημεν; ℣ſ. 8. Quis autem dubitat, quin de humana voce, aut ſimili, τὸ φωνὴ vſurpetur?

In Act. Idem Heſychius, φωνὴ, ἡ τοῦ ἀνθρώπου, *lingua*, ſeu, *vox, hominis*. Philoſophi, inter quos ille, cujus Definitiones cum Dialogis Platonicis eduntur, φωνὴν, ῥεῦμα διὰ στόματος ἀπὸ διανοίας, φωνὴν ἀγράμματον, item, φραστικὴν ἑκάστου τῶν ὄντων, item, διάλεκτον, item, σύνθετον ἐξ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων, & quidem, ἄνευ μέλους, *extra carmen*, definit. Hic autem idem, quod *idioma* vulgo, aut, *lingua*. Quo qui vtebantur, χωριάζεσθαι, eleganter dicebantur. vnde Gloſſatores Græci, χωριάζεσθαι, λέγειν. Forte διαλέγειν: vnde διάλεκτος. Quid quod ἦχον quoque Critici φωνὴν interpretantur? Qui, Ἦχος, φωνὴ, κτύπος, ἐκφώνησις. *vox, ſonus, elocutio.* quemadmodum & poëtarum Echo, quæ in locis repercuſſioni idoneis formatur, *ſonus* dicitur Auſonio. *Et ſi vis ſimilem pingere, pinge ſonum.* Præceſſit autem, καὶ ἐγένετο ἄφνω ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος. *& factus eſt repente de cælo ſonius.* Quod, ſiue de ſono aliquo, ſiue voce, cœlitus data exhibitaque accipias, edito hoc, ſiue ſono, ſiue voce, conuenerunt plurimi ac ſtupuerunt. qui cum conueniſſent, ſua quiſque lingua differentes audiuerunt. Occaſione ergo ſoni, ſine dubio miraculoſi, de quo dicebamus, conueniſſe ad linguarum, de quo agitur, miraculum videntur. Exiſtimo autem, ſi (quod omnino videtur) illud, γενομένης φωνῆς, eo referendum ſit quo dixi, בת קול, ſiue, *vocis filiam*, hoc eſt, vocem certam, è cœlo pariter cum vehementi flatu editam, intelligi. Vnde Iohannis 12. cum eo modo diceretur cœlitus, καὶ ἐδόξασα καὶ πάλιν δοξάσω, alii, *tonitru factum, alii, Angelum locutum dicebant.* quod, vt hic flatus, ita ibi tonitru conjungeretur. De quo infra pluribus, ad locum illum: Οἱ δὲ σὺν ἐμοὶ ὄντες, τὸ μὲν φῶς ἐθεάσαντο, καὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο· τὴν δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουσαν. vbi lumen (ſiue fulgur illud fuit) vt apud Iohannem tonitru, cum voce conjungitur. Neque ſonum venti, ſed ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας, hoc eſt, *tanquam violenti flatus, qui effundebatur*, dixit. qua voce aliter plerunque vtuntur Helleniſtæ. Adde, quod nec ventus ſimpliciter aut proprie è cœlo venire dicitur: qui per aërem ſic ruit, vt in terra generetur. Adde quod & φερομένης dixit: quod de Spiritu eodem cujus hic deſcribitur miraculum, ſtatim initio Geneſeos occurrit. Vbi Helleniſtæ, καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. Quod *agitare* eo loco interpretes dixerunt. *Et ſpiritus*, inquit, *Dei agitabat ſeſe in ſuperficie aquarum.* quod מרחפת Hebræo. Vbi ſpirandi voce vſus eſt Chaldæus. qui ורוחא דייי מנשבא על אפי מיא: vt & is, quem Hieroſolymitanum dicimus. Ac ſi Græce dicas, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἔπνεεν ἐπάνω τῶν ὑδάτων. vt ſit, ἡ πνοὴ τοῦ πνεύματος Θεοῦ ἐφέρετο ἐπάνω τῶν ὑδάτων. *Spiritus Dei ſufflabat in ſuperficie aquarum.* hoc eſt, *flatus Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Nec male Chryſoſtomus, qui ῥύμην πνεύματος, ſeu, *violentiam*, hic dixit. Bene & cæteri Græcorum Theologi, qui, quod de violento flatu dicitur ac voce, ad τὴν ἐπιφοίτησιν τοῦ πνεύματος, deſcenſum Sancti Spiritus, hic retulerunt. Quæ, à fama ac rumore, quod recentiori placuit interpreti, haud parum abſunt. quanuis divulgatum hoc fuiſſe, ex ea autem ſiue fama ſeu rumore, plures, quod & Scholiaſtæ Græci & Chryſoſtomus notauit, confluxiſſe, nemo neget. Iam, vt omittamus cætera, quis φωνὴν γίνεσθαι, hoc ſenſu dicat? quis Græce, φωνὴν γενομένην, de rumore accipiat? cum præſertim idem φωνὴ videatur hic quod ἦχος, de quo ante egit. vnde & ταύτης dixit. Γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης. Liberrime igitur interpres, ac ſi ſcriptum inueniſſet, γενομένης δὲ τῆς φήμης ταύτης (quod ne ipſum quidem Græce dicam) *orto autem hoc rumore*, reddidit. Aliter quam vetus certe, qui, *facta autem voce hac*, id eſt, *exhibita*, idem hoc dixit. Melius profecto quam Eraſmus, qui, *is rumor cum increbuiſſet.* quam ſententiam & in Paraphraſi ſecutus eſt. Vbi, *Hujus igitur*, inquit, *rei novitas, vbi per omnes eſſet vulgata, convênit promiſcua populi multitudo.* De ſono autem quem jam præceſſiſſe dixerat: *Repente ſiquidem è cœlo venit ſonitus, quaſi venti, magno impetu ſe ferentis, ac repleuit totum cœnaculum, ubi ſedebant placidi quietique. Non erat ille Boreas, è nubibus frigus aſpirans: neque erat Notus, è paluſtribus locis teporem peſtiferum adferens corporibus. Flatus erat cœleſtis,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ſtis, inde veniens quo profectus erat Chriſtus: vitam æternam inſpirans animis, In Act.
robur & alacritatem addens infirmis ac puſillis. Hic ſonitus neminem terruit, ſed
omnium animos expergefecit ad expectationem promiſſi Spiritus. Quid igitur poſt
illa deerat, niſi vt & locum, de quo agimus, γνομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης, eodem
quo conuenienter poterat loco referret? Certe, qui διαδοῦναι, qui διασκεδά-
σαι famam dicat, forte non inepte, ſed aliter, loquatur. quemadmodum
ἐξῆλθεν ἡ φήμη, apud hos ſcriptores legas: cum nec διαδίδοσθαι, nec διασκεδά-
ζεσθαι, nec ἐξελθεῖν φωνὴ, ea ratione dicatur. Capite eodem, cum de ipſo lin- Vſ. 3.
guarum dono, ac illuſtri illo agitur miraculo, inter alia, καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς δια-
μεριζόμεναι, inquit, γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός. Ad quem locum quid ſibi magnus
Auguſtinus voluit, qui poſtquam dixit, oculis corporeis vidiſſe ignem il-
lum quotquot viderunt, tandem, *Non enim viderunt diuerſas*, inquit, *linguas,*
velut ignem, ſed, viſæ ſunt eis. Non autem ſub eadem ſignificatione ſolemus di-
cere, viſum eſt mihi, qua dicimus, vidi. Et in illis quidem ſpiritalibus viſis imagi-
num corporalium, ſolet dici, &, viſum eſt mihi, &, vidi. In iſtis vero, quæ per ex-
preſſam corporalium ſpeciem oculis demonſtrantur, non ſolet dici, viſum eſt mihi,
ſed vidi? Nam vt concedamus, ita interdum loqui poëtas, quemadmodum
cum Maro de Creuſæ vmbra,

Infelix ſimulachrum atque ipſius vmbra Creuſæ
Viſa mihi ante oculos,

Sacris literis quid fiet, quæ diſtinctionem illam certe ignorant? Niſi forte
Geneſeos 8, cum poſt diluuium dicitur, ὤφθησαν δὲ αἱ κεφαλαὶ τῶν ὀρέων, *viſa ſunt*
cacumina montium, ſpirituale aliquid ſignificetur. Iam autem Paulo quid fa-
ciet? qui 1 Corinth. 15. vt corporalem probet reſurrectionem, corporaliter
viſum ait Dominum: reſurrectionis, ſcilicet, primitias, ac pignus. Καὶ ὅτι ὤφθη
Κηφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα, ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ. ἔπειτα ὤφθη Ἰα-
κώβῳ, εἶτα τοῖς Ἀποστόλοις πᾶσιν. Ἔσχατον δὲ πάντων, ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι, ὤφθη κἀμοί.
Vbi ſummus interpres Chryſoſtomus, qui rem maximam videbat agi, non
ſemel ſed ſæpius repeti τὸ ὤφθη notat, ne quis dubitaret, quin de viſu agere-
tur corporali. Verba ejus ſunt, Εἰ δὲ τὴν ἀνάστασιν ἐκείνην ἔλεγε τὴν τῆς ἁμαρτίας
ἀπαλλαγὴν, πῶς ἔλεγεν, ὤφθη τῷ δεῖνι, καὶ τῷ δεῖνι. τοῦτο γὰρ πιστουμένου τὴν τοῦ σώματός
ἀνάστασίν ἐστιν, οὐχ ἁμαρτημάτων ἀπαλλαγὴν αἰνιττομένου. Διὸ, οὐδὲ ἅπαξ εἶπε τὸ ὤφθη, καί-
τοιγε ἤρκει κατὰ κοινὸν θέντα τὴν λέξιν· νῦν δὲ καὶ δὶς, καὶ τρὶς, καὶ ἐφ' ἑκάστῳ σχεδὸν τῶν ἑωρακό-
των αὐτὴν τίθησιν. ὤφθη γάρ φησι, Κηφᾷ, ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς, ὤφθη κἀμοί.
Si enim de reſurrectione peccatorum egiſſet, fruſtra, illi & illi, viſum fuiſſe, dixiſ-
ſet. Hoc enim confirmandæ corporum reſurrectioni, non ſignificandæ peccatorum
remiſſioni, facit. Vnde nec ſemel, viſus eſt, dixit: quod tamen ſatis erat ſemel com-
muniter dixiſſe. & tamen bis terue, deque ſingulis propemodum, qui viderunt, di-
xit. Viſus enim Cephæ, inquit, viſus eſt pluſquam quingentis fratribus, viſus eſt
& mihi. Idque in re tam ſeria, cum præcedat, ὅτι ἐτάφη, καὶ ὅτι ἐγήγερται τῇ τρίτῃ
ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς. *& ſepultum fuiſſe, & die tertio reſurrexiſſe*, ſecundum ſcri-
pturas. Quod vt probet, ὅτι ὤφθη, id eſt, *viſum fuiſſe*, ait. An igitur propterea
hic dubitabitur, vt ejuſdem vtar verbis, *vtrum intus, in ſpiritu, tanquam foris,*
an vero foris coram oculis carnis, viderint quæ viderunt? Cujuſmodi nonnulla
apud magnos illos viros, acuta magis, quam neceſſaria, aut ex vſu Sacri con-
textus, leguntur. Quid autem viſum illis fuit? Διαμεριζόμεναι, inquit, γλῶσσαι.
Vbi primo, quæ ſint hic γλῶσσαι, videndum. Γλῶσσαι haud dubio, ex vſu He-
braiſmi, ignis flammulæ dicuntur. Eſaiæ exemplo, qui c. 5. 24. talem ignis par-
ticulam לשון אש, γλῶσσαν πυρὸς, dixit. *Linguæ* igitur, ſunt partes illis ſimiles. vt oc-
culte ſimul ad miraculum ſic alludatur. Quare & ſeruatus Hebraiſmus. idem-
que & ſequentia confirmant, ἐκάθισέ τε ἐφ' ἕνα ἕκαστον: quod ad τὸ πῦρ referen-
dum. Ac ſi dicat, καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς ὡσεὶ διαμεριζόμεναι γλῶσσαι πυρὸς, ἐφ' ἑκάστῳ αὐ-
τῶν καθήμεναι. Adde, quod, cum διαμεριζόμεναι dixit, ad τὸν διαμερισμὸν τῶν γλωσσῶν,

IN ACT. qui Hebræis פלגה dicitur, de quo Geneſ.11. vbi de confuſione linguarum, reſpexiſſe videtur. Quod, vt ibi lingua, quæ vna erat, נפלגה, id eſt, *diviſa fuit*, ita hic μερίδες iſtæ diuiſæ, ſic conjunctæ, & quidem in ſingulis. Eodem capite
v. 6. non ita multo poſt ſequitur, Γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης, συνῆλθε τὸ πλῆθος, καὶ συνεχύθη, ὅτι ἤκουον εἷς ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ λαλούντων αὐτῶν. Ad quem locum Homilia in Pentecoſten ſollicite criſin Gregorius Theologus exercet. Metuendum enim putat, ſi legas, ὅτι ἤκουον εἷς ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ, *quod propria lingua quiſque audiret eos*, μὴ τῶν ἀκουσάντων μᾶλλον εἴη τὸ θαῦμα ἢ τῶν λεγόντων, *ne in auditoribus magis quam in iis qui loquerentur, factum dicatur miraculum.* Quare diſtinguendum, ἤκουον εἷς ἕκαστος, τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ λαλούντων αὐτῶν. Vt ἡ ἰδία διάλεκτος, τῶν ἀκουόντων ſit, non τῶν λαλούντων. Verba ejus ſunt: ἤκουον δέ. μικρὸν ἐνταῦθα ἐπίσχες, καὶ διαπόρησον πῶς διαιρήσεις τὸν λόγον. Ἔχει γάρ τι ἀμφίβολον ἡ λέξις, τῇ στιγμῇ διαιρουμένη. Ἆρα γὰρ, ἤκουον ταῖς ἑαυτῶν διαλέκτοις ἕκαστος, ὡς φέρε εἰπεῖν, μίαν μὲν ἐξηχεῖσθαι φωνὴν, πολλὰς δὲ ἀκούεσθαι, οὕτω κτυπουμένου τοῦ ἀέρος, καὶ, ἵν' εἴπω σαφέστερον, τῆς φωνῆς φωνῶν γινομένων. Ἢ μετὰ τὸ μὲν ἤκουον, ἀναπαυστέον· τὸ δὲ λαλούντων ταῖς ἰδίαις φωναῖς, τῷ ἑξῆς προσθετέον· ἵν' ᾖ, λαλούντων φωναῖς, ταῖς ἰδίαις τῶν ἀκουόντων, ὅπερ γίνεται ἀλλοτρίαις· καθ' ὃ καὶ μᾶλλον τίθεμαι. ἐκείνως μὲν γὰρ τῶν ἀκουόντων ἂν εἴη μᾶλλον ἢ τῶν λεγόντων τὸ θαῦμα· οὕτω δὲ, τῶν λεγόντων, οἳ καὶ μέθην καταγινώσκονται· ὡς αὐτοὶ θαυματουργοῦντες περὶ τὰς φωνὰς τῷ πνεύματι. Hoc eſt, vt obſcuriori loco interpretationem addam, *Audiebant autem. verum hic conſiſte paulum, vt cogites, quomodo diſtinguendum ſit quod dicitur. Ambiguitatis enim habet aliquid, quod interpunctione dirimendum. Videndum enim, vtrum audirent, ſua quiſque lingua, ita vt, exempli gratia, vox quidem vna ederetur, multæ autem audirentur. vt ſic, nempe, perſonaret aër, atque, vt planius dicam, plures ex vna efficerentur. An, poſt vocem* ἤκουον, *diſtinctio ponenda, atque hæc verba, loquentes ſuis linguis, cum eo quod ſequitur, jungenda. Vt ſit, loquentes linguis: propriis eorum qui audirent, nempe. hoc eſt, alienis. Qui & ſenſus magis placet nobis. Illo enim modo, eorum potius qui audiebant, quam qui ipſi loquerentur, miraculum eſſet: hoc vero, eorum, qui ipſi verba facerent: qui & ebrietatis accuſantur. quod ſpiritus inſtinctu ipſi, linguarum hoc ederent miraculum.* Acute potius quam neceſſario, ni fallor. Quid ſi enim ego dicam, ἤκουον τῶν τε Ῥωμαίων καὶ Ἑλλήνων εἷς ἕκαστος, Σύρων τε καὶ Ἀράβων καὶ ἄλλων, τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ λαλούντων, an non dicam, *audiſſe Græcos, Romanos, Syros Arabas alioſque, lingua ſua, ſingulos loqui?* Et tamen poſuiſſe in auditoribus miraculum hoc Nyſſenum dicas, cum XII aduerſus Eunomium dixit, καθάπερ καὶ ἐκ τῆς τῶν Πράξεων ἱστορίας ἐμάθομεν, ὅτι ἕκαστος ἐν τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ, ἐν ᾗ ἐγεννήθη, τὴν διδασκαλίαν ἐδέχετο διὰ τῶν γνωρίμων αὐτῷ ῥημάτων τῆς δυνάμεως ἐπαΐων τῶν λόγων. niſi eodem libro mentem planius exponeret, cum dixit, τὴν θείαν δύναμιν εἰς πολλὰς διαιρεῖσθαι φωνὰς, ὡς ἂν μηδεὶς τῶν ἑτερογλώσσων ἀποστεροῖτο τοῦ ὠφελείας σκοπὸν, οὐδὲ αὖ τις ἀνάξιον τῆς θείας εἶναι φιλανθρωπίας ὑπολυπώσειεν. Neque loco priori dixit, audiuiſſe ſingulos quæ non dicebantur ac ſi dicta eſſent, ſed inſtructos fuiſſe ſua lingua ſingulos. Quomodo? διὰ τῶν γνωρίμων αὐτοῖς ῥημάτων. quod eſt, niſi fallor, ea lingua quam tenebat quiſque. ea autem eſt vernacula & ſingulorum ſua. Quid, quod multorum qui locuti ſunt, fit mentio? Quid, quod non magis vni quam vna lingua locuti dicuntur? *Nonne omnes iſti qui loquuntur Galilæi? Et quomodo audimus ſinguli, ſua quiſque eos, in qua nati ſumus, lingua?* Ἀκούομεν, inquit: ac deinde, poſtquam ſingulos enumerauit qui audirent, addit, ſimulque repetit quod dixit, λαλούντων αὐτῶν ταῖς ἡμετέραις γλώσσαις τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ. *noſtris linguis, magna illa, quæ à Deo facta ſunt, ediſſerentes.* Et quid? vtri accepiſſe Spiritum dicuntur? vtrumne qui audirent, an qui diſſererent? verba enim plana quæ præcedunt: Καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις, καθὼς τὸ πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι. *Et Sancto Spiritu impleti ſunt omnes, cœperuntque linguis loqui aliis, ſeu peregrinis, prout eloqui illis dabat Spiritus.* Vt vim faciant contextui non minus quam mira-

miraculo eximii ſummique viri, qui ſeorſim, cum quibuſdam ex antiquitate, In Act. abire in diuerſum non dubitarunt. Quibus, vt debebat, recentior interpres jam reſpondit. Aliquanto poſt ſequitur, ἕτεροι δὲ χλευάζοντες ἔλεγον. vbi ✝ſ. 13. ἕτεροι, ſanniones, ſiue, χλευασταί. Quos, quare Phariſæos fuiſſe ex antiquis quidam exiſtimarint, nondum video. Aſceticorum autor, ὅτι διαχλευαζόντων ἐν τῇ ποικίλῃ τῶν γλωσσῶν ἐνεργείᾳ τῶν Φαρισαίων, τοὺς μαθητὰς φησὶν ὁ Πέτρος μὴ μεθύειν, τοὺς ταῦτα λαλοῦντας· ὥρα γάρ ἐστι τρίτη. Quid autem iſti? Ajebant, inquit, ὅτι γλεύκους μεμεστωμένοι εἰσί. Quo in loco recentioribus vox *muſti* non Ibid. placet. Et certe, cum primitiarum feſto, muſtum proprie ſic dictum, nondum eſſet, cujus menſe Tiſri, ſiue, vindemiæ, qui & ab eo dictus, primus vſus; vix potuiſſe fieri videtur, vt muſto eſſent pleni: ſiue, γλεύκους potius, vt ipſam vocem ſeruemus. qua, etiam τὸ ἀπόσταγμα τῆς σταφυλῆς πρὶν ἂν πατηθῇ, *quod ex vua defluit priuſquam calcatur*, Græci deſignant. Hebræi autem דמעה, *lachrymam*, dixêre. Quis autem dubitat, quin muſtum, ſiue γλεῦκος, perpetuum quoque eſſet, & quo toto anno vterentur? Quale quod ἕψημα, quod σείραιον dicebant. Columella lib. 12. c. 19. *Cura quoque adhibenda eſt, vt expreſſum muſtum perenne ſit.* qui & de confectione ejuſdem ibidem. Plin. lib. 14. c. 9. *Nam ſiræum, quod alii hepſema, noſtri ſapam appellant, ingenii, non naturæ, opus eſt: muſto vſque ad tertiam partem menſuræ decocto. quod vbi factum ad dimidium eſt, defrutum vocamus. Omnia in adulterium mellis excogitata.* Qui, & *aïgleuces*, ſiue, *ſemper muſtum*, celebrat. quod medium inter dulcia & vina ponit. Heſychius, Ἕψημα, ὅπερ ἔνιοι σιραῖ καλοῦσιν, ἄλλοι γλυκύ. Scribe, ὅπερ ἔνιοι σείραιον καλοῦσιν, ἄλλοι γλεῦκος. idem, quod alii σίραινον & γλεῦξιν, vt Euſtathius ad Odyſſ. ι. Quia autem creber ejus vſus, delicatioribus ac mollibus placebat, aut reddebat tales, eo qui vterentur, γλυκίσαι dicebantur. Heſychius, Γλυκίσαι, ὑπὸ τοῦ γλεύκους φλυόμενος ἔκλυτος καὶ παρειμένος, καὶ ἀπὸ τῶν οἴνων. Scribe, καὶ ἀτονῶν. Quare, nec acriter cum iis contenderim, qui *muſti* voce hic vtuntur. Ex eo quoque ✝ſ. 15. loco, qui in oratione, ſeu Apologia, Petri legitur, οὐ γάρ, ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε, οὗτοι μεθύουσιν; patet iterum, quam ingenioſe nonnunquam indulgeant ſibi, & acumen aliquod nouum ament, etiam antiqui. Quemadmodum cum iſta verba ita acceperunt, ac ſi dictum eſſet, μεθύουσι μέν, οὐχ ὡς ὑμεῖς δὲ ὑπολαμβάνετε, οὗτοι μεθύουσι. id eſt, fuiſſe quidem, neque tamen vt exiſtimarent ipſi, ebrios. ſanctam enim ebrietatem fuiſſe. Cui confirmando, locum ex Pſal. 35. ✝ſ. 9. adduxerunt: Μεθυσθήσονται ἀπὸ πιότητος οἴκου σου, καὶ τὸν χειμάρρουν τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐτούς. Cyrillus Hieroſolymitanus Cath. 17. Ἀλλ' ὁ Πέτρος, ὁ ἔχων πνεῦμα ἅγιον, καὶ εἰδὼς ὃ ἔχει, φησίν, Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, οἱ τὸν μὲν Ἰωὴλ ἀπαγγέλλοντες, μὴ εἰδότες δὲ τὰ γεγραμμένα, οὐχ ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε, οὗτοι μέθυουσι. μεθύουσι γάρ, οὐχ ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε, ἀλλὰ καθὼς γέγραπται, Μεθυσθήσονται ἀπὸ πιότητος οἴκου σου, καὶ ἐκ τοῦ χειμάρρου τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐτούς. μέθυουσι μέθην νηφάλιον, νεκρωτικὴν ἁμαρτίας, καὶ καρδίας ζωοποιητικὴν μέθην, ἐναντίαν τῆς σωματικῆς. *Petrus autem Spiritu Sancto præditus, qui nec ignorabat illud, Viri Iſraëlitæ*, inquit, *qui Ioelem profitemini, cum ea quæ ſcripta ſunt ab eo ignoretis, non ita ſicut vos exiſtimatis, iſti ebrii ſunt, ſed, ſicut ſcriptum eſt, inebriabuntur vini tui pinguedine, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Sobria ebrietate inebriati ſunt, quæ peccatum interimit, quæ cor viuificat. Ebrietate, quæ corporeæ contraria.* Quaſi in Hebræo eſſet ἀπὸ οἴνου, non οἴκου, cum ביתך ibi ſcriptum ſit, nec aliter Thargumiſtæ legerint. certe, vt vt ſit, conatus parum auſpicatus cum acumine ipſo jacet. Et mirum ſane argumentum. Hi, non, vt vos exiſtimatis, ſed, ſpiritualiter, ebrii ſunt. *eſt enim hora diei tertia.* Cujus autem diei? Sanctæ, nempe. de qua dictum erat, *Et lætaberis coram Iehoua, Deo tuo.* Ea tamen lege, vt prius ſacrificia offerrent, ac convenirent (quemadmodum & σύναξις dicta hæc dies fuit) ſacriſque cæteris vacarent. Hæc autem hora, cultui diuino deſtinata cum eſſet, ideoque conueniſſent & ipſi, optime ſuſpicionem ejus, de quo accuſati eſſent, ratione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN ACT. illa niti negat. Quod & malo, quam quod vulgo. quaſi Apoſtolus hoc vellet, eſſe neminem, qui vino ea hora daret operam. cum ſuo tempore Propheta dixiſſet, *Væ iis, qui mane ad ebrietatem ſurgunt.* Eſ. 5. ỳſ. 11. neque meliores ſcurræ illi, viros Sanctos judicarent. Cum ſequitur, Καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις, verum quidem, nihil aliud quam μετὰ ταῦτα dixiſſe in hoc loco ipſos Helleniſtas, qui Hebræos ſecuti ſunt. Non potuit interim luculentius, quod à Propheta dictum fuerat, exponi. Quippe cum ab eo loco, qui capitis ſecundi nobis vigeſimus tertius verſiculus eſt, *Vos itaque, filii Sion, exultate, & lætamini in Iehoua Deo veſtro*, promiſſiones incipiant ſpirituales, cum eo ipſo loco המורה לצדקה, *juſtitiæ Doctor ille*, promittatur, non poterat ſignificantius exprimere ſe Apoſtolus, quam ſi ἐν ἐσχάταις ἡμέραις futurum illud diceret: qui ſunt dies illi, quibus Doctor ille vbique promittitur. *Vos itaque, filii Sion, exultate, & lætamini in Iehoua, Deo*, inquit, *veſtro: qui dedit vobis Doctorem illum juſtitiæ.* &c. *Dies* autem *vltimos*, dies Meſſiæ, etiam Hebræis dici, nemo neſcit. quemadmodum de diebus Doctoris juſtitiæ ibi agi, planum eſt. Siue igitur, ἐν ἐσχάταις ἡμέραις, cum Petro, ſiue, μετὰ ταῦτα, cum Propheta dicas, idem tempus intelligi, ex Propheta ipſo manifeſtum eſt. Adde, quod Hebræi quidam ex Magiſtris, prophetiam in futurum fatentur. Adde, quod τὸ, μετὰ ταῦτα, באחרים הימים interpretantur. quod Kimchius ipſe ad dies Meſſiæ refert. Atque hæc quidem exigua, in quibus mireris quenquam hæſiſſe. Nobis ſedet, nunquam aliud in Nouo Fœdere quam in antiquo, dixiſſe Spiritum Sanctum: quanquam aliter nonnulla, vt pie exerceantur eruditi. Eodem capite

ỳſ. 27. Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. Quam διαφθορὰν ſubtiliter poſteriores Græcorum definiunt Theologi, cum inter φθορὰν, διαφθορὰν, & καταφθορὰν, diſtinguunt. vt ſit φθορὰ, cum à corpore tantum ſeparatur anima: quod morientibus contingit. Διαφθορὰ, cum corpus ſic conſumitur, vt ſola relinquantur oſſa. Καταφθορὰ, cum ea quoque diſſoluuntur. quod Dominico mox applicant corpori. de quo dicunt, ὅτι φθορὰν μόνην ἐδέξατο· διαφθορὰν δὲ ἢ καταφθορὰν ὅλως οὐκ ἐδέξατο· ἀνέστη δὲ τριήμερος, πρωτότοκος γενόμενος τῶν νεκρῶν. Sequitur paulo poſt,

ỳſ. 29. Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παῤῥησίας πρὸς ὑμᾶς περὶ τοῦ πατριάρχου Δαβίδ. &c. vbi, ἐξὸν εἰπεῖν, *cum liceat, cum nemo vetet, quin libere apud vos, &, quod ſentimus, de Dauide loquamur.* Διὰ τοῦ ἐγκωμίου τοῦ Δαβὶδ, τοὺς Ἰουδαίους οἰκειωσάμενος, inquiunt Theologi. quare, non recte interpretes, *licet.* cum ſequens repugnet verbum. Eſt enim ellipſis τοῦ λέξω, aut ſimilis. *Cum de Dauide ſaltem libere hic loqui liceat, hoc dicam.* Eodem capite ab eodem Petro dicitur,

ỳſ. 31. Προϊδὼν ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, ὅτι οὐ κατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου, οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν. Illuſtris ſane locus: quem haud ſatis tamen aſſequuntur omnes. Propheta Regius, de reſurrectione aliquoties, tanquam ex perſona ſua, loqui videtur. Cujuſmodi locos plerunque ita exponebant Iudæi, vt in gratiam hoſtium ſuorum ſic loqui eum dicerent: quo probaret, impium non eſſe ſe, ideoque reſurrecturum. Siquidem, pios ſolos in judicio reſurrecturos, plerique ex iis credebant. quod non vno loco, & ad Pſalmum primum, diſerte notat Kimchius. Qui & alibi non ſemel, perſuaſiſſimum fuiſſe Sauli vult, impium Dauidem eſſe, ideoque nec reſurrecturum. Vnde & ad Pſalmum ſeptimum, ad illa verba, *& gloriam meam collocet in puluere*; idem, *ex ſententia inimici*, inquit, *extulit hoc Dauid. Quoniam non putat fore, vt anima mea reſurgat poſt mortem: ſed plane pro homine impio & viro ſanguinum me habet.* Sanctus igitur Apoſtolus, hujuſmodi in locis, non de ſe, ſed de Meſſia loqui Prophetam oſtendit. in hoc præſertim, in quo manifeſte dici videtur, ne carnem quidem ejus obnoxiam corruptioni fore. quod cum in Dauide locum non haberet, & jam factum in Dauide eſſet, non de Dauide à Dauide id dici, ſed de eo, cujus reſurrectionis ipſi teſtes eſſent, recte infert. nec de ſua, verum ſui, & in quo repoſitas

ſpes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ſpes omnes ipſe cum cæteris haberet, hoc eſt, reſurrectione Meſſiæ, id præ- In Act. dictum docet. Sequitur, Ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι Κύριον ψſ. 36. καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε. Vbi cum Κύριον καὶ Χριστὸν dixit, idem dixit, ac ſi Χριστὸν Κύριον dixiſſet. quanuis efficacius fortaſſe hoc modo dixerit. Apoſtolus ad Coloſſenſes 3. 24. τῷ γὰρ Κυρίῳ Χριστῷ δουλεύετε. quod tale eſt, ac ſi, Χριστῷ, ἤγουν Κυρίῳ, dixiſſet. Vt vtrunque nomen, non τὴν οὐσίαν, ſed τὴν ἐξουσίαν, ſiue τὸ ἀξίωμα, hic notet, vt loquuntur SS. Patres. Quo vno omnes Eunomii ac cæterorum ſtrophæ, quas ex voce ἐποίησεν hic nectunt, manifeſte cadunt. Οὕτω καὶ ὁ μακάριος Πέτρος, libro aduerſus Eunomium quinto, inquit Nyſſenus, Χριστὸν, τουτέστι βασιλέα πάντων, γεγενῆσθαι λέγων, προσέθηκε τὸ αὐτὸν, ἵνα χωρίσῃ τῆς τε οὐσίας καὶ τὸν περὶ ταύτην θεωρουμένων τὸν λόγον. Et certe τὸ Βασιλεὺς καὶ τὸ Χριστὸς, ſæpe ἀμφοτερίζει, nec ſine cauſa promiſcue vſurpatur.

Cap. III.

Caput tertium, cumque eo quartum ac quintum, percurruntur. ὃν ὑμεῖς ἠρνήσασθε, *& quam efficaciter dictum.* כופר. *& quis Hebræorum Magiſtris. inficiator. fraudatores & inficiatores. apoſtatæ,* כופרין. *Iudæi ejus temporis plerique apoſtatæ &* ἀρνηταὶ *in Filio. Syrorum formula cum Satanæ renunciarent. Locus,* καὶ ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, *deque eo recentioris ſententia. idem locus diſtinctione ſola reſtitutus.* ὁλοκληρία, *& quid* ὁλοκληρία. *Locus,* ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως. *vt ſuperueniant, Tertulliano.* καιρὸς ἀναψύξεως. *& quod tempus intelligatur.* ἀνάψυξις, *refrigerium ſpiritus in vita futura Rabbinis.* ἀπὸ προσώπου τοῦ Κυρίου. ἀποκατάστασις, *exhibitio Tertulliano.* συνέστειλαν, *& quomodo accipiatur. Locus,* τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης, *& an hypallage admittenda.* τὸ ζωὴ, *quomodo vſurpetur eo loco.* ζωὴ, *cœtus, conuentus, conuerſatio.* διαπρίεσθαι, *& quid. Recentioris opinio. Locus de Theuda & Iuda Galilæo. De vera diſtinctione ejus loci. Dictum Gamalielis, cui ſimillimum Magiſtrorum Hebræorum additur. Hillel & Schamai, atque eorum ſecta.*

Capite tertio cum dicitur, ὃν ὑμεῖς παρεδώκατε, καὶ ἠρνήσασθε αὐτὸν κατὰ πρόσωπον Πιλάτου, nihil grauius, nihil efficacius dici potuit. Quis ſit כופר non Cap. III. male Hebræorum Magiſtri docent: eum nempe primo, qui depo- ψſ. 13. ſitum, aut ſimile, negare audet. Qualis fere, qui *inficiator* Martiali elegantiſſimo in Scæuolam epigrammate dicitur.

In jus, ô fallax atque inficiator, eamus.
Aut viue, aut decies, Scæuola, redde Deis.

Quod liberaliſſime ac pro opibus victurum ſe dixiſſet, ſi tantundem conſecutus eſſet. quemadmodum, qui negant quod debent, vt lenta nomina aut mala, *inficiatores* dicuntur. vnde, *fraudatores, & inficiatores*, Tullius conjunxit. Qui non male cum Chaldæis ac Magiſtris כופרין dicuntur. niſi quod & ille, qui in amicitia deficeret, aut ea dignus non eſſet, ita diceretur. De quo illi, הוא הכופר, *ille inficiator eſt*. Sed nec aliter ab iis dicitur apoſtata, qui Deum negat. de quo Syrus cogitabat: qui & alibi & hic, non alio, quod dicitur, expreſſit verbo. quemadmodum Iudæi ejus temporis plerique, cum nouiſſe Deum ſe exiſtimarent, in Filio apoſtatæ καὶ ἀρνηταὶ fuerunt. Quo in paſſione Domini perfidiæ pleniſſima ſpectabant verba: λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος, τὸν βασιλέα ὑμῶν σταυρώσω; ἀπεκρίθησαν οἱ ἀρχιερεῖς, οὐκ ἔχομεν βασιλέα εἰ μὴ Καίσαρα. Iohann. 19. 15. Quibus, quod ne ſine horrore quidem cogitari poteſt, verum Regem ſuum, non negabant tantum ac renunciabant, ſed & Cæſarem pro eo agnoſcebant. Bene igitur ἠρνήσασθε: quod hic voce כפר Syrus quoque expreſſit. Bene, dico. cum ne grauiori quidem vterentur voce, qui Diabolo renunciarent: qui Syriace, quod poſtea receptum in Eccleſia, כפר אנא בסטנא, *renuncio Sata-*

IN ACT. *Satanæ*, dicebant. qua formula, aliis cum verbis, neque paucis, neque parum
vſ.16. efficacibus, baptizandi poſtea ſunt vſi. Eodem capite cum dicitur, Καὶ ἐπὶ τῇ
πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, τοῦτον, ὃν θεωρεῖτε καὶ οἴδατε, ἐστερέωσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ· καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ
ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ὁλοκληρίαν ταύτην, ἀπέναντι πάντων ὑμῶν, mirantur recentiores
Eraſmum, quod ambiguitatis multum hic eſſe dicat, cum ipſis plana videantur
quæ dicuntur. Hoc nimirum ordine ac ſenſu, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐστερέωσε τοῦτον,
ὃν θεωρεῖτε καὶ οἴδατε ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Id eſt, inquiunt, *& nomen ipſius*,
(Chriſti videlicet, quem Deus à mortuis excitauit) *iſtum, quem ſpectatis &*
noſtis, confirmauit per fidem nominis ipſius. id eſt, quia fide amplexus eſt illum à
mortuis excitatum, cujus nomen ex nobis audiit. Petimus igitur, vt ſaltem nobis
liceat inuſitatum loquendi genus cum Eraſmo admirari. Quanuis eo opus
non ſit: ſed diſtinctione. Hoc modo: Καὶ ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, τοῦτον, ὃν
θεωρεῖτε καὶ οἴδατε, ἐστερέωσε. Τὸ ὄνομα αὐτοῦ καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ὁλοκληρίαν
ταύτην ἀπέναντι πάντων ὑμῶν. Hoc eſt, *Et per fidem in nomen ejus, hunc, quem*
conſpicitis ac noſtis, confirmauit. Nomen, inquam, *ejus fideſque, quæ per ipſum,*
ſanitatem hanc iſti dedit coram vobis omnibus. Quid planius? Porro ὁλοκληρία,
eſt, ὑγίεια. neque aliud operoſius quærendum. Quod Symmachus Eſaiæ 1. 6.
οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὑγιὲς, Septuaginta, οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὁλοκληρία, reddiderunt. quæ
eſt interpretatio vocis מתם. Heſychius, ὁλοκληρία, ἕνωσις. quaſi de vulnere,
quod ἑνοῦται, cum conſolidatur. Interpres vetus, *integram ſanitatem.* Recentior,
ac ſi Hebræum interpretatus eſſet, *integritatem.* Locum vero τῶν ἑβδομήκοντα,
vſ.19. ſuo more Lucas reſpexit. Eodem capite, ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως.
Vbi, cur Tertullianum, qui elegantiſſime, *vt ſuperueniant*, hic reddidit, tantopere
eruditi rejiciant, nondum intelligimus. neque hoc certe ex Herodoto
probarunt. Sed nec quæritur, an recte ἀνέλθωσι, conjunctim legerit, ſed
de mente agitur. quam & Chryſoſtomus confirmat, qui de præmio hic agi
docet. Et quis dubitat, quin καιρὸς ἀναψύξεως, ſit ſpei tempus, quam in vltimo
aduentu Domini repoſitam electi habent? aut ipſa ejus, vt interpretatur
Chryſoſtomus, præſentia? Quis dubitat, quin iiſdem venturus ſit Chriſtus?
quin iiſdem mitti dicatur, cum poſtremo adfuturus eſt? Quorum
vtrunque duobus locis parallelis idem autor confirmat, quos appoſite cum
iſto jungit. Verba ejus ſunt: *quæ hæc tempora, cum Theſſalonicenſibus diſce. Legimus
enim, quomodo conuerſi ſitis ab idolis, ad ſeruiendum viuo & vero Deo, &*
expectandum è cœlo Filium ejus, quem ſuſcitauit ex mortuis, Ieſum. Et rurſus, *quæ*
*enim ſpes noſtra, vel gaudium, vel exaltationis corona, quam & vos coram Domino
noſtro Ieſu Chriſto?* Et hoc tempus illud, quo τελείωσις πάντων τῶν προκεκηρυγμένων
expectatur. Cum autem καιροὶ ἀναψύξεως dixit, ea intellexit tempora,
quibus perſecutiones & afflictiones Filiorum Dei ceſſabunt. Hebræorum
enim רווחה expreſſit. Ita igitur accipiendum, quemadmodum Exodi 8. vſ. 15.
Ἰδὼν δὲ Φαραὼ, ὅτι γέγονεν ἀνάψυξις. poſtquam, interceſſione Moſis & Aaronis,
ab immani ranarum plaga liberatus eſſet. Præclare ex Helleniſta aliquo Heſychius,
Ἀναψυχθῆναι, ἀναπαύσασθαι. Rabbini vero vitam futuram *refrigerium*
רווחה בעלם הבא, *reſpiratio in ſæculo futuro*, vocant. vt cum dicunt, *vnam horam*
Ibid. *refrigerii in ſæculo futuro, meliorem, quam totam vitam ſæculi.* Sequitur, ἀπὸ
προσώπου τοῦ Κυρίου. Proſper, ad Pſalmum 114. *quid eſt à facie Domini, niſi ab ejus*
vſ.21. *præſentia?* Tertullianus, *à præſentia Dei.* Sequitur, ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι
ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων, ὧν ἐλάλησεν ὁ Θεός. &c. Vbi ἀποκατάστασιν, *reſtitutionem*,
& antiquus interpres reddidit & recens. Optime Heſychius, &,
vt ſolet, doctiſſime, Ἀποκαταστάσεως, τελειώσεως. Cum quo propemodum Tertullianus
exhibitionem reddidit. qui lib. De reſurrectione carnis, *aduſque tem-*
CAP. *pora exhibitionis omnium, quæ locutus eſt Deus ore Sanctorum prophetarum.* Ca-
IV. pite quarto de Sanctis dicitur, ὅτι τὰς τιμὰς τῶν πιπρασκομένων ἐτίθουν παρὰ τοὺς πό-
vſ.34. δας τῶν Ἀποστόλων. *pretia eorum quæ vendebant, ad Apoſtolorum poſuiſſe pedes. Vt*
nihil,

nihil, nempe, *poſſiderent ſinguli, & omnia haberent omnes.* ἵνα οὐδὲν ἴδιον ἔχοντες In Act.
ἕκαστος, ἀλλήλων ἔχωσι τὰ πάντα. vt eleganter alibi Aſceticorum autor de tali
vita loquitur: quæ feliciſſima & opulenta ἀκτησία eſt. Capite quinto in hi- Cap.V.
ſtoria Ananiæ, cum dicitur, Ἀναστάντες δὲ οἱ νεώτεροι συνέστειλαν αὐτὸν, intelligit eos ℣ſ.6.
haud dubio, qui viribus potiſſimum valebant, quos בחורים Hebræi dicunt. Et
cum dixit συνέστειλαν αὐτὸν, τὸ אסף haud dubio reſpexit. quo ſenſu Iob dixit, *Di-
ues dormiet, & non colligetur.* Συνέστειλαν, *colligerunt, ſepulturæ præpararunt.* Inter-
pres recentior, *ſubtraxerunt.* plane ἀκύρως. Eodem capite cum dicitur, Ἄγγελος ℣ſ.20.
δὲ Κυρίου διὰ τῆς νυκτὸς ἤνοιξε τὰς θύρας τῆς φυλακῆς, ἐξαγαγών τε αὐτοὺς, εἶπε, πορεύεσθε, καὶ
σταθέντες λαλεῖτε ἐν τῷ ἱερῷ τῷ λαῷ πάντα τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης, nunquam erit vt
eos audiam, qui hypallagen hoc loco ſtatuunt: vt, videlicet, τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς
ταύτης, ſit, τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταῦτα. Imo Hebraiſmus, de quo in mentem eru-
ditis non veniſſe videtur. Τὸ חיה inter cætera conuentum notat, ſiue cœtum.
Agi autem hic de omnibus Apoſtolis, aut pleriſque, certe de conuentibus
eorum, è ſuperioribus patebit. Notum illud Pſalmo 74. *Cœtum pauperum tuo-
rum ne obliuioni tradas.* Et præceſſit, *Ne tradas cœtui animam turturis tui.* Vbi
bis τὸ חיה habes. quod non vno modo variis in locis expreſſerunt Helleniſtæ.
Vocem ſi ſpectes, ζωὴν denotat. Pſalm. 68. *cœtus tuus habitant in ea.* Ad ver-
bum, ἡ ζωή σου, *cœtus tuorum*, aut, *conuentus.* Verba igitur τῆς ζωῆς ταύτης, *quæ
in cœtu veſtro habentur. verba congregationis veſtræ*, vel, *conuerſationis.* Τὰ λό-
για τῆς ὁμιλίας ταύτης, Græci dicerent. Nam alia ſunt λόγια ζῶντα, quæ Moſes
accepiſſe dicitur cap. 7. ℣ſ.38. ὃς ἐδέξατο λόγια ζῶντα δοῦναι ἡμῖν. Eodem capi-
te cum legimus, οἱ δὲ ἀκούσαντες διεπρίοντο, non ignoramus illud, quod cum alibi, ℣ſ.33.
tum in Propheta Regio occurrit aliquoties, ἔβρυξαν τοὺς ὀδόντας, de indigna-
tione impiorum. quod idem eſſe cum eo quod hic dicitur volunt eruditi.
Qui in Notis addunt, *Vulgata & Eraſmus, diſſecabantur. quod verbum nuſ-
quam legi vſurpatum hac ſignificatione. Declarat autem* διαπρίεσθαι *eorum geſtum
qui præ rabie dentibus ſtrident, veluti ſi quis ſerram trahat.* Vellem Helleniſtas
inſpexiſſent: qui (nam de aliis autoribus alibi fortaſſe) τὸ διαπρίεσθαι abſolu-
te, nuſquam, quod ſciam, ita, vt idem ſit quod βρύχειν, ſiue חרק, & præſertim,
cum τοὺς ὀδόντας additur, vſurparunt. cum à tormento potius Orientalibus
vſitato, deſumptum videatur, qui nocentes διαπρίειν ſolebant. qui & διαπρίεσθαι
dicebantur. Ita 1 Paral. 20.3. Καὶ τὸν λαὸν, τὸν ἐν αὐτῇ ἐξήγαγε, καὶ διέπρισεν ἐν πρίοσι καὶ ἐν
σκεπάρνοις τοῖς σιδηροῖς. nihil autem hoc ad dentes, ſatis teſtatur locus Act. 7. 54.
διεπρίοντο ταῖς καρδίαις αὐτῶν, καὶ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτόν. Eſt autem crucia-
tus, qui vſitato verbo נשר cum ſiniſtra nota, ſiue puncto, plerunque deno-
tatur. à quo diuerſum, ὁ ἁμαρτωλὸς ὄψεται, καὶ ὀργισθήσεται, καὶ τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ
βρύξει. Eodem capite & locus ille extat, qui mirifice eruditos fatigauit, Πρὸ ℣ſ.36.
γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη Θευδᾶς, λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν, ᾧ προσεκολλήθη ἀριθμὸς ἀν-
δρῶν ὡσεὶ τετρακοσίων· ὃς ἀνῃρέθη, καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ, διελύθησαν, καὶ ἐγένοντο εἰς
οὐδέν. Μετὰ τοῦτον ἀνέστη Ἰούδας ὁ Γαλιλαῖος. Nam quomodo poſt Theudam illum,
quem à Ioſephi Theuda alium fuiſſe volunt, & quem paulo ante extitiſſe
ait, Iudam Galilæum ponit, quem extitiſſe ſub Auguſto conſtat? Vt conce-
damus ergo, alium fuiſſe Theudam, de quo hic agit, cum alter fuerit ſub
Claudio, hæc autem ante imperium illius geſta ſint, quomodo negari po-
teſt, paulo antequam hæc fierent & dicerentur, extitiſſe hunc Theudam,
cum πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν, hoc eſt, πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν, fuiſſe eum dicat? Nam ὕστε-
ρον πρότερον, quod inuſitatum in his ſcriptis non eſt, prius meminit illius.
Quid ergo, quod additur, μετὰ τοῦτον ἀνέστη Ἰούδας? quo ſignificatur, poſt eum
Theudam, quem ſuperioribus diebus extitiſſe ait, Iudam Galilæum fuiſſe,
qui tot annos ante vixit? Diſtingue, ὃς ἀνῃρέθη, καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐ-
τῷ διελύθησαν, καὶ ἐγένοντο εἰς οὐδὲν μετὰ τοῦτον. vt μετὰ τοῦτον, *poſt eum*, ſit, *eo ſublato.*
Paulo poſt quod prudenter à Gamaliele dicitur, ὅτι ἐὰν ᾖ ἐξ ἀνθρώπων ἡ βουλὴ ℣ſ.38.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN ACT. αὕτη, ἢ τὸ ἔργον τοῦτο, καταλυθήσεται), idem fere eſt, quod Magiſtri dicunt, כל מחלוקת שהיא לשם שמים סופה להתקים ושאינה לשם שמים אין סופה להתקים, *omnis controuerſia, quæ Dei cauſa inſtituitur, in finem vſque manebit, quæ vero non eſt propter Deum, non durabit in finem.* Qualis controuerſia, quæ teſtibus Hebræorum Magiſtris, inter Hillel & Schamai, fuit. Quorum alterius ſectatores beth Hillel, alterius beth Schamai dicti ſunt. Et hoc eſt quod Epiphanius, τὸ γὰρ οὐκ ἐκ Θεοῦ (de ſecta loquitur) οὐ σταθήσεται, ἀλλὰ καιρῷ μὲν ἀκμάζει, εἰς τὸ παντελὲς δὲ οὐ παραμένει. *Quod ex Deo non eſt, ne firmum quidem erit, ſed pro tempore viget, in perpetuum autem non perdurat.*

CAP. IV.

Caput ſextum & ſeptimum percurritur. πολὺς ὄχλος τῶν ἱερέων. *Alia lectio, quam ſecutus eſt Syrus.* καὶ τῶν ἱερέων, *è ſententia Caſauboni.* ὄχλος. Φαρισαῖοι ἀπὸ τοῦ ὄχλου. πολλοὶ ἐκ τοῦ ὄχλου τῶν ἱερέων. ὁ ὄχλος, οἱ πολλοί. *Chryſoſtomi ſententia. Caput ſeptimum conſideratur.* ἀπέδοντο εἰς Αἴγυπτον. *Recentioris interpretatio examinata. Potiphar, ejuſque munus. Mirificus Proſperi locus, item Theophylacti. Imperitia linguarum, quantum etiam antiquis impoſuerit. Locus,* ἐν ἑβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς, *multum vexatus. B. Hieronymi ſententia. Iudicium ac ſententia de eodem loco noſtra. Textus Græcus antiqui Fœderis, notis quibuſdam ab Origene diſtinctus. Quomodo notata quæ ſupererant ac in Hebræo non extabant. Exempla quædam ex Hebræo textu Ioſuæ, ſic edito. Cainan quomodo in Genealogiam Lucæ tranſlatus. Obelo apud ſeptuaginta interpretes prænotata. Locus mirifice ab omnibus vexatus,* ὃ ὠνήσατο Ἀβραὰμ τιμῆς ἀργυρίου. *in quo Abrahamo aſſcribi quibuſdam videri, quod Iacobo aſſcribendum. & de eo ſententia noſtra. Similiter corruptus B. Hieronymi locus. Pro Aſapho Eſaiæ nomen, mox* προφήτου *vocem ſuppoſitam. Ejuſdem B. Hieronymi de corruptela loci judicium.* κατασοφισάμενος. δολιοῦσθαι. *circumuenire, quod veteri interpreti placuit. Recentioris interpretatio.* ζωογονεῖσθαι, *& quò id referendum. Soboleſcere, quod recentiori placuit interpreti.* ζωογονεῖν τὰ ἄρσενα. ζωογονούμενοι, *quibus vita ſeruatur. Mons Sinai, tribunal Dei.* ἐκκλησία. ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, *pro,* σὺν τῇ ἐκκλησίᾳ, *cum eccleſia. conueniente populo.* τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφάν. *Saturni ſidus gyrans.* Ῥέμβων. ῥέμβειν, ῥέμβεσθαι, γυρίζειν, *idem quod* πλανᾶν. *Saturnus* ῥεμβόμενος. Ῥέμβος *Græcis Iuriſconſultis, idem fere qui Romanis fugitiuus. Locus,* μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος. *& quid ſit* ἐπέκεινα Βαβυλῶνος *Helleniſtis, qui* Βαβυλῶνος, *etiam cum nulla ejus mentio, interdum meminerunt.* εἰς διαταγὰς ἀγγέλων. *tres loci paralleli. B. Chryſoſtomi & Theophylacti ſententia.* ὁ ἄγγελος ὁ ὀφθεὶς ἐν τῇ βάτῳ, *de quo interpretantur locum. Stephanus quid voluerit, atque ipſa loci interpretatio. Prophetæ,* ἄγγελοι. *Similes duo loci exponuntur.* διαταγὴ *quid. ditagma. datigma.* διάταγμα. *& quid.* ἀντίγραφον, διασάφησις. παράδειγμα, πρωτότυπον. διάταξις. διατάττεται. διατύπωσις. διαθήκη. διεπρίοντο ταῖς καρδίαις. ἀγριάζειν.

CAP. VI. vſ. 7. CApite ſexto cum legitur, Καὶ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ηὔξανε, καὶ ἐπληθύνετο ὁ ἀριθμὸς τῶν μαθητῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ σφόδρα, πολύς τε ὄχλος τῶν ἱερέων ὑπήκουον τῇ πίστει, primo omnium, certum eſt, quod eruditi monent, pro ἱερέων, aliud legiſſe Syrum. Ἰουδαίων videlicet. quemadmodum ipſam vocem prætermiſit Arabs. Sed & iidem mirantur, multos ſacerdotes, aut potius, magnum eorum numerum, fuiſſe conuerſum. quod vt effugerent, πολύς τε ὄχλος καὶ τῶν ἱερέων, legendum exiſtimarunt: inter quos vir ſummus Iſaacus Caſaubonus. quod & vehementer recentiori probatur interpreti. vt τῶν ἱερέων, nempe, pro τινὲς τῶν ἱερέων, ponatur. Quod an admittendum ſit neſcio, quanuis exemplum ex his libris afferri poſſe, non ignorem. Quid ſi autem nihil mutandum. cum τὸ ὄχλος nihil nonnunquam præter eos qui in numero, aut turba, deſignet:

quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

quomodo Φαρισαῖοι ἀπὸ τοῦ ὄχλου Lucæ 19. 39. Καί τινες τῶν Φαρισαίων ἀπὸ τοῦ ὄχλου
εἶπον πρὸς αὐτόν. Quemadmodum τὸ המון ea voce interpretantur Helleniſtæ. IN ACT.
etiam τὸ קהל: quod non minus σύστασιν, πλῆθος, & ſimilia, quam ὄχλον dicunt.
Quid ſi ergo πολὺς ὄχλος τῶν ἱερέων, πολλοὶ ἐκ τοῦ ὄχλου τῶν ἱερέων, dicantur? quemad-
modum ἱερεῖς ἐκ τοῦ ὄχλου, omnes, præter claſſium principes, dicebantur. quos
& ἀρχιερεῖς dicebant. Græcis autem, qui minorum gentium, non tantum
ὁ ὄχλος, ſed & οἱ πολλοὶ, dicuntur. Ariſtoteles ὄχλον diceret. Claſſes autem
viginti erant & quatuor, quos ducebant ſacerdotes primi. Adde, quod &
ſacerdotes pro Leuitis nonnunquam ponantur. vt maximum eorum fuiſſe
numerum oporteat. Quare, vt Chryſoſtomum miramur, qui ἀρχιερέων voce
vſus eſt, vt eoſdem, aut ex illis, hos fuiſſe probet qui dixerant, *Alios ſeruauit,
ſe ſeruare non poteſt*, ita quoſdam è veteribus, qui τὸ πολὺς rejecerunt. Gallus
Confeſſor, Chriſtianæ doctrinæ compendio: *quandam vero turbam ſacerdo-
tum, obedire fidei perſuaſerunt*. cum per ſe, *turba ſacerdotum*, ὄχλος, vel ὄχλος πολὺς
τῶν ἱερέων, eſſe poſſit. Neque magis mirum, credidiſſe è ſacerdotibus non pau-
cos, quam latronem vnum, in cruce, hoc eſt, in ipſo ſupplicio, in ipſa morte,
ſeruatum. Et an magis mirum hoc, quam quod Iohannis 12. 42. dicitur, ὅμως
μέν τοι καὶ ἐκ τῶν ἀρχόντων πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν? In eadem concione protomar-
tyris cum dicitur, καὶ οἱ πατριάρχαι ζηλώσαντες, τὸν Ἰωσὴφ ἀπέδοντο εἰς Αἴγυπτον. quod
interpres vetus, *vendiderunt in Ægyptum*, preſſe, vt ſolet, reddidit. ac ſi dicat,
vendiderunt eum, qui abductus in Ægyptum eſt. Recentior, *vendiderunt, ab-
ducendum in Ægyptum*. Libere, aut ambigue. quaſi eo animo vel conditione
eſſet venditus, vt in Ægyptum abduceretur: quemadmodum quæ fidei-
commiſſo relinquuntur, reſtituenda, vt loquuntur Iuriſconſulti, relinquun-
tur. Atqui tale nihil in hiſtoria. Tantum de mercatoribus dicitur, profe-
ctos, vt merces ſuas in Ægyptum deferrent. non autem id ſciuiſſe eos
(quanuis de Iuda innuere id Ioſephus videatur: quem ait, cum mercatores
vidiſſet Arabas, qui merces in Ægyptum deferrent, ſuaſiſſe, vt, puteo edu-
ctum, iis fratrem venderent) multo minus eo animo ab iis id factum. Ne
ſpectaſſe id quidem, aut de eo ſollicitos fuiſſe dicas: non magis forte, quam ad
ſummos vt ibi honores perueniret. ne de iis, cum in Ægyptum ſe conferrent,
quicquam ſuſpicari poſſent. Stupenda quippe hiſtoriæ œconomia eſt. In
primis autem ἀναγνώρισις, quæ cætera concludit. cui ſimilem vix Tragici, cum
vnice id agerent, excogitare aut exhibere potuerunt. Ita enim magis περι-
πέτεια intenditur, ſi ne eo quidem abductum ſciuerunt, ideoque nec in men-
tem venire id illis potuit. quod intelligunt qui Ariſtotelem legerunt. Vi-
rum ſanctiſſimum Iſmaëlitæ emerunt: quanuis nonnulli bis venditum exiſti-
ment. Abductum in Ægyptum Potiphar emit, rerum capitalium præfe-
ctus. quem mirifice ἀρχιμάγειρον dixerunt Helleniſtæ: neque multo aliter Io-
ſephus. Autor elegans Sulpicius Seuerus, *præpoſitum & curatorem Regium*,
ſed &, *cocorum præfectum*, quidam è Latinis dixerunt. De quo, quis non
quæ à Proſpero dicuntur Aquitanico, miretur? Qui, *Iſmaëlitæ vendiderunt
Ioſeph in Ægypto cuidam præpoſito cocorum Pharaonis. Ne hoc quidem vacat, quod
dictum eſt, præpoſito cocorum. Cocco enim illa vmbra veſtis paſſionis Chriſti ſigna-
tur, qua poſterior populus Chriſtianus, vt ſæpe dictum eſt, primatum auferat populo,
qui ſemper vendit, nec nouit Chriſtum gratia comparare*. De Promiſſ. & Præ-
dict. parte 1. Quid autem coco cum cocco, ſi præſertim voces Hebraicæ ſpe-
ctentur? quid cum paſſione Domini, ſi *cocum*, hoc eſt טבח, & *coccum*, qui eſt
תולעה, inter ſeſe conferas? Quod tale eſt, quale, quod accuratus autor & Chry-
ſoſtomi ſectator, Theophylactus, γέενναν, παρὰ τὸ ἀεὶ γεννᾶσθαι dictam ait: quaſi
quicquam commune cum Græco גיהנם, quod eſt, *vallis Hinnom*, habeat. Cu-
juſmodi nonnunquam excidiſſe antiquis credo, ne quis homines fuiſſe igno-
raret, aut vt ſapere nunc diſcant, qui linguarum peritos, quanuis alia cum iis

 conjunxerunt, ſuperciliose Grammaticos vocare ſolent. cum nemo minus quam Theologus, poſſeſſionis ſuæ ſine illis terminos vindicare poſſit. antiquis enim, quibus hæc diſcendi defuit occaſio, ignoſcimus. Eodem capite inter cætera & illud legitur, quod, tot præclara, tot eximia exer-
℣ſ.14 cuit ingenia: Ἀποστείλας δὲ Ἰωσὴφ μετεκαλέσατο τὸν πατέρα αὐτοῦ Ἰακὼβ, καὶ πᾶσαν τὴν συγγένειαν αὐτοῦ ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα πέντε. quo in loco tum antiquos tum recentiores hæſiſſe, non ignorant, qui cum cura in eorum ſcriptis verſati ſunt. Ante cæteros, quis non, quo accuratior eſt, eo magis admiretur B. Hieronymum? qui Quæſtionibus Hebraicis, *Ipſi enim Septuaginta interpretes, qui hic ſeptuaginta quinque animas, per* περίληψιν, *cum Ioſeph & poſteris ſuis, Ægyptum ingreſſas eſſe dixerunt, in Deuteronomio ſeptuaginta tantum intraſſe memorant. Quod ſi è contrario nobis id opponitur, quomodo in Actibus Apoſtolorum in concione Stephani dicatur ad populum, ſeptuaginta quinque animas ingreſſas eſſe Ægyptum, facilis excuſatio eſt. Non enim debuit S. Lucas, qui ipſius hiſtoriæ ſcriptor eſt, in gentes Actuum Apoſtolorum volumen emittens, contrarium aliquid ſcribere, aduerſus eam ſcripturam, quæ jam fuerat gentibus diuulgata. Et vtique majoris opinionis illo duntaxat tempore Septuaginta interpretum habebatur autoritas quam Lucæ: qui ignotus & vilis, non magnæ fidei in nationibus ducebatur.* Vnde apparet olim Geneſ. 46. 26. ita ſcriptum fuiſſe. Porro, vnde error, jam dicendum. Quæ in Septuaginta duorum ac Theodotionis, quas miſcuerat, interpretatione, vel deeſſent, vel ſupereſſent, vel aliter quam in Hebræo ſe haberent, notis peculiaribus, quemadmodum Syriace adhuc extat contextus, diſtinxerat Origines. Eorum quæ ſupereſſent, nota hæc erat, ÷. Ita, exempli gratia, in textu Ioſuæ, quem ſummus vir Maſius ita notatum nobis dedit, cap. 1. ℣ſ. 11. legitur, Καὶ ὑμεῖς διαβαίνετε τὸν Ἰορδάνην τοῦτον, εἰσελθόντες κατασχεῖν τὴν γῆν, ἣν Κύριος ὁ Θεὸς ÷ τῶν πατέρων ὑμῶν δίδωσιν ὑμῖν. Nam in Hebræo eſt, יהוה אלהיכם, Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν. illud ergo τῶν πατέρων supereſt, atque ideo notatur. Ibidem, cap. 2. ℣ſ. 13. Καὶ ζωγρήσατε ÷ τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου, καὶ τὴν μητέρα μου. cum in Hebræo ſit את אבי ואת אמי. hoc eſt, τὸν πατέρα μου καὶ τὴν μητέρα μου. Ita cap. 3. ℣ſ. 13. καὶ ἔσται, ὡς ἂν καταπαύσωσιν οἱ πόδες τῶν ἱερέων, τῶν αἰρόντων τὴν κιβωτὸν ÷ τῆς διαθήκης. cum in Hebræo ſit ארון יהוה, τὴν κιβωτὸν τοῦ Κυρίου. Cap. 4. ℣ſ. 6. ἵνα ὑπάρχωσιν οὗτοι ÷ κείμενοι ἐν ὑμῖν εἰς σημεῖον. cum in Hebræo ſit, ἵνα ὑπάρχῃ τοῦτο σημεῖον ἐν ὑμῖν. Et, vt exemplum, quale hoc eſt, vbi de certo numero agitur, adducamus, ibid. cap. 5. ℣ſ. 6. ſcribitur, Τεσσαράκοντα γὰρ ÷ καὶ δύο ἔτη ἀνέστραπται Ἰσραὴλ ἐν τῇ ἐρήμῳ. &c. cum in Hebræo ארבעים, τεσσαράκοντα legatur. Locus, de quo agimus, in Origenis, quam diximus, editione ſic expreſſus fuit: Πᾶσαι αἱ ψυχαὶ οἴκου Ἰακὼβ, αἱ εἰσελθοῦσαι εἰς Αἴγυπτον ἑβδομήκοντα ÷ πέντε, qui cum, antequam notatus ab Origene contextus eſſet, bene in Græco legeretur, idque ſecutus eſſet Lucas, notâ aut deletâ aut amiſſâ, qui Hebræum textum non conſulerent, in marginem primo, deinde in contextum illud πέντε tranſtulerunt. Quod non ſemel in his libris factum, ex ſuſpicione recentior interpres notauit. quemadmodum, quin eodem modo in Genealogiam Lucæ Cainan irrepſerit, vix dubitandum. Cum enim Geneſ. 11. 12. in contextu Hebræo hoc modo legeretur, Καὶ ἔζησεν Ἀρφαξὰδ ἔτη τριακονταπέντε, καὶ ἐγέννησε τὸν Σαλὰχ, pro quo hodie in Græco, καὶ ἔζησεν Ἀρφαξὰδ ἔτη ἑκατὸν τριακονταπέντε, καὶ ἐγέννησε τὸν Καϊνὰν, idem locus in Originis editione vel ſignatus vel notatus hoc modo fuit, Καὶ ἔζησεν Ἀρφαξὰδ ἔτη ÷ ἑκατὸν τριάκοντα πέντε, καὶ ἐγέννησε ÷ τὸν Καϊνάν. nota enim aliud fuiſſe in Hebræo textu, aut codicibus nonnullis, teſtabatur. Hinc cum in Luca τοῦ Σαροὺχ, τοῦ Ῥαγαῦ, τοῦ Φαλὲκ, τοῦ Ἐβὲρ, τοῦ Σαλὰ, τοῦ Ἀρφαξὰδ, τοῦ Σὴμ, τοῦ Νῶε, τοῦ Λάμεχ, olim legeretur, hodie τοῦ Καϊνὰν, inſertum legitur. Τοῦ Καϊνὰν, τοῦ Ἀρφαξὰδ, nimirum. De quibus ſimilibuſque notis non ſemel B. Hieronymus. Quo ſpectat & quod ad Suniam idem ac Fretellam notat, *In eodem miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi. Et*

dicitis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

dicitis, quod in Græco ibi non habeatur, ἔλεος καὶ ἀλήθεια συνελεύσονται. *id eſt, miſe-* In Act.
ricordia & veritas concurrerunt. Nec in Hebræo habetur, & apud Septuaginta
obelo prænotatum eſt. Quæ ſigna, dum per ſcriptorum negligentiam, à pleriſ-
que quaſi ſuperflua relinquuntur, magnus in legendo error oboritur. Idem ad
locum illum, *vt veniat à terra longinqua de ſummo fundamento cœli Dominus,* τὸ
fundamento, obelo prænotandum notat. Sed & eueniſſe, vt in Nouo Fœdere,
mutatione leui neglecta, in eorum gratiam qui Græco aſſueuerant contex-
tui, à Sanctis viris quidam citarentur loci, neque mirum eſt, & ſecutum Lu-
cam quod inuenerat, non ſine cauſa idem alibi exiſtimat. Aliud de Stephano
exiſtimandum: qui in concione, vt idem loquitur, Iudaica, ab eo quod Iudæis
notum erat, vix abire potuit. Pergamus. nuſquam enim plura quam in hac
eâdem eruditos omni tempore exercuerunt. Sequitur, Κατέβη δὲ Ἰακὼβ εἰς Αἴ- Vſ. 15.
γυπτον· καὶ ἐτελεύτησεν αὐτὸς καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν. Καὶ μετετέθησαν εἰς Συχὲμ, καὶ ἐτέθησαν ἐν & 16.
τῷ μνήματι, ὃ ὠνήσατο Ἀβραὰμ τιμῆς ἀργυρίου παρὰ τῶν υἱῶν Ἑμμὸρ τοῦ Συχέμ. Qui locus
inter eos ſuo jure reponatur, qui præclaris omni tempore hominibus, abun-
de ſuffecit quod agerent. In quo mirum ſane, nondum obſeruaſſe eos,
verba illa, τιμῆς ἀργυρίου, manifeſtam eſſe interpretationem vocis quæ præceſ-
ſerat, cum qua & neceſſario cohæſit. Quam mutatam aut interpolatam,
præterquam quod plerique fatentur, ipſa quoque Moſis hiſtoria euincit: quæ
Iacobo tribuit quod Abrahamo hic tribuitur. Quis autem, qui dixit ὠνήσατο,
emit, inſuper adjungat, τιμῆς ἀργυρίου, cum nemo neſciat, in omni emptione
precium intelligi? Nemo igitur, qui recte locum excuſſerit, quin precium à
Moſe expreſſum, prætermiſſum hic ſit, dubitare poterit. Eum autem agrum,
ſiue agri partem, in qua monumentum hoc extabat, qui emit (non Abraha-
mus, nempe, verum cujus mentio jam facta) ἑκατὸν ἀμνῶν emiſſe dicitur. Ver-
ba ſunt, Καὶ ἐκτήσατο τὴν μερίδα τοῦ ἀγροῦ, οὗ ἔστησεν ἐκεῖ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ, παρὰ Ἑμμὼρ,
πατρὸς Συχὲμ, ἑκατὸν ἀμνῶν. Quas voces Targumiſtæ ſeruarunt. qui *centum*
agnis, id eſt, חורפן, emptum notant. cum Hebræus textus voce קשיטה vtatur.
pro quo Hieroſolymitana paraphraſis מרגלין, *margaritis*, habet. Stepha-
nus autem, cum τὸ ἀμνῶν Helleniſtarum, quos paſſim ſequitur, ſeruaſſet, vo-
cem ambiguam, non ſine cauſa expoſuit, cum dixit, τιμῆς ἀργυρίου. quod eſt, *pre-*
cio ad argentum reducto, ne quis de pecude id acciperet. Quæ verba, vel puero,
defectum indicare poſſunt. Vt ſi Græce dicatur, aliquid *bobus centum* eſſe
emptum: & addas, *precio ad argentum reducto*. quod non poteſt, niſi ad id
quod præceſſit, referri. Helleniſtæ τιμῆς ἀργυρίου εἰκασμένον dicerent. Cum
itaque aut hiulcus eſſet locus, hoc modo, ὠνήσατο .... τιμῆς ἀργυρίου, aut ex-
preſſum eſſet ἡ ἀμνῶν, hoc eſt, ἑκατὸν ἀμνῶν, imperitus aliquis ὁ Ἀβραὰμ ſup-
poſuit. cum præſertim voces propriæ plerunque contrahantur. Nam impe-
ritiſſimum fuiſſe, non eſt quod negemus, cum de Iacobo agi non videret, nec
videret, quod Iacobo à Moſe tribuitur, Abrahamo ſic tribui. id vero ignorare
non poteſt qui familiares ſibi habet Sacras literas. Ne cui autem harum re-
rum imperito, nouum aut inuſitatum id videatur, plane ſimillimum in illo
B. Hieronymi ad Auguſtinum loco euênit, vbi dicitur, *Vt cogeretur Epiſcopus*
(ea quippe ciuitas erat) Iudæorum teſtimonium flagitare. Nam poſt, τὸ *Epiſcopus*,
quod & Eraſmus vidit, nomen deeſt ciuitatis, vt hic precium. Mirum autem
eſt, in loco ita deprauato, relicta verba, quæ, non defectum modo, ſed & quid
deeſſet, manifeſte oſtenderent, neque id obſeruatum. Sed nec cogitaſſe hic
ſaltem, quam prudenter magnus Auguſtinus moneat, Primum eſſe, ſi in Sacris
hæreamus, diligenter cogitare, vtrum corrupti ſint codices. Quod ſi fieri
non poteſt aut nuſquam factum eſt, mirum quid voluerit ſibi Doctor tantus,
aut cur id monuerit, qui tot ante nos præſertim annos vixit? niſi dicamus,
tempore ipſo, quæ corrupta tum erant, ſponte emendata fuiſſe. Neque hoc
magis mirum, quam quod B. Hieronymus Matthæi 13. notat, pro Aſapho

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Act. nomen Eſaiæ, ac tandem τοῦ προφήτου vocem irrepſiſſe. Quis ignorat autem, quantopere poſt B. Hieronymum, & ante eum, omnes hic æſtuent? qui libro De optimo interpretandi genere: *Hic locus in Geneſi multo aliter inuenitur, quod ſcilicet Abraham emerit ab Ephron Etheo, filio Seon, juxta Hebron, quadringentis drachmis argenti ſpeluncam duplicem, & agrum circa eam, ſepelieritque in ea Saram vxorem ſuam. Atque in eodem legimus libro, poſtea reuertentem de Meſopotamia Iacob cum vxoribus & filiis ſuis, poſuiſſe tabernaculum ante Salem, vrbem Sychimorum, quæ eſt in terra Chanaam, & habitaſſe ibi, & emiſſe partem agri, in quo habebat tentoria, ab Emor, patre Sychem, centum agnis, & ſtatuiſſe ibi altare, & inuocaſſe ibi Deum Iſraël. Abraham non emit ſpecum ab Emor, patre Sychem, ſed ab Ephron, filio Seor. nec ſepultus eſt in Sychem, ſed in Hebron, quæ corrupte dicitur Arboch.* Neque ignoramus, vbi Iacobus ſit ſepultus, ſed μετέθησαν de patribus dicitur, cætera autem de Iacobo dicuntur. ℣ſ.19. Sequitur οὗτος κατασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν. Vbi illud quoque mirum, non notaſſe eos qui poſtremo de hoc loco diſputarunt, ex interpretatione Græca id à Stephano adduci. Quid quod ipſam quoque vocem ibidem habes? Verba ſunt, Δεῦτε οὖν, κατασοφισώμεθα αὐτούς. quod Pſalmo 108. iteratur. Vbi, cor Ægyptiorum conuertiſſe dicitur Dominus, vt odio haberent populum ejus: additurque, τοῦ δολιοῦσθαι ἐν τοῖς δούλοις αὐτοῦ. id autem idem quod κατασοφίζεσθαι hic dixit. Neque video, cur, cum recte *circumueniendi* verbo vſus ſit interpres vetus, noſter, *aduerſus genus noſtrum ingenioſus*, conuerterit. Quod & Stephano dicente, & re tali, & oratione ita graui ſeriaque vix dignum. Cap. VII. Erudite, vt ſolet, Heſychius, Κατασοφισθεῖσαι, καταχλευασθεῖσαι, τεχνασθεῖσαι. imo, κατατεχνασθεῖσαι. ℣ſ.32. Eodem capite de Moſe illud legitur, ἔντρομος δὲ γενόμενος Μωσῆς, οὐκ ἐτόλμα κατανοῆσαι: quemadmodum & paulo ante προσερχομένου δὲ αὐτοῦ κατανοῆσαι. vbi non recte *conſiderandi*, aut *attendendi*, quod Eraſmo placuit, voce vſi ſunt interpretes. Et ſaltem ipſa Moſis hic conſideraſſent verba. qui ex interpretatione Græca, ἀπέστρεψε δὲ ὁ Μωϋσῆς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ· εὐλαβεῖτο γὰρ καταβλέψαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. quod eſt, *intueri Deum:* cujus, nempe, majeſtatem non ferebat. Nihil autem Helleniſtis vſitatius, quam vt Hebræorum verba, quæ videndi ſignificatione vſurpantur, τῷ κατανοεῖν interpretentur. quemadmodum & paſſim τὸ ראה & τὸ נבט, quo Hebræus hic vſus eſt. Ita Exodi 33.8. Εἱστήκει πᾶς ὁ λαὸς, σκοπεύοντες ἕκαστος παρὰ τὰς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ, καὶ κατενόουν ἀπιόντος Μωϋσῆ. Quemadmodum eodem libro c.19. ℣ſ.21. μήποτε ἐγγίσωσι πρὸς τὸν Θεὸν κατανοῆσαι, *ne ad videndum Deum appropinquent.* quod ipſe vetabat Deus: ne conſpecto, nempe, eo interirent. Vbi κατανοῆσαι, לראות, hoc eſt, εἰς τὸ καταβλέψαι, *ad videndum.* & ita paſſim. Quid quod de eodem Moſe, ὁ δὲ Μωσῆς ἰδὼν ἐθαύμαζε τὸ ὅραμα, præceſſit? Et ipſe Moſes apud Helleniſtas, ὄψομαι τὸ ὅραμα μέγα. Et, τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δοκὸν οὐ κατανοεῖς; Matt. 7.3. vt & Lucæ 6.41. Ne jam dicam, nec Latine hoc ſenſu, & obſcure dici, *nec audebat conſiderare.* ℣ſ.19. Pene exciderat, quod eodem capite ſupra de Pharaone dicitur, coëgiſſe eum Patriarchas exponere liberos, εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι. Vbi Eraſmus, *ne fœtus eſſent vitales*, qui ad infantes recte id refert. Quo nomine à recentiori reprehenditur interprete: qui τὸ ζωογονεῖσθαι, ad parentes referendum arbitratur. ideoque, *ne ſoboleſcerent*, interpretatus eſt. Certe quid ζωογονεῖν ſit, ignorare non poſſunt, qui Helleniſtas, Exodi præſertim de qua hic agitur, interpretes, legerunt. qui de obſtetricibus, ὅτι ἐζωογόνουν τὰ ἄρσενα, *quod in vita mares*, aut, *vitam maribus ſeruaſſent*, cap. 1. ℣ſ.17. dixerunt. quemadmodum eodem capite, διὰ τί ἐζωογονεῖτε τὰ ἄρσενα, *quare in vita conſeruaſtis mares*, ex iiſdem quæritur. vt alios omittam locos, in quibus non aliter iidem interpretes loquuntur. Iam ſi ζωογονεῖν τὰ βρέφη, id eſt, *vitam pueris ſeruare*, dicitur, qui hos non tollit, ſine dubio ζωογονεῖσθαι dicuntur, qui eripiuntur morti ac ſeruantur. ζωογονεῖν enim חיה, in Piel, *conſeruare viuum.* Quare alienum illud, *ne ſoboleſcerent.*

Certe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Certe cum inter attributa Dei 1 Sam.2.6.ponitur, ὅτι ὁ Κύριος θανατοῖ καὶ ζωογο- In Act.
νεῖ, *quod morti tradit quos vult, vitamque, quibus vult, conſeruat*, planum eſt, qui
ſint οἱ ζωογονούμενοι: *ſuperſtites*, nempe, non, *qui ſoboleſcunt*. Eodem capite dici-
tur, οὗτός ἐστιν ὁ γενόμενος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν τῇ ἐρήμῳ. Qui locus vt recte intelligatur, vſ. 38.
id obſeruandum eſt: quod in exercitu Romano tribunal, hic montem hunc
fuiſſe: quem tonitrua, quem fulmina, quem buccinarum fremitus ac clangor,
vſibus humanis atque acceſſu eximebant. quod autem hic ἐκκλησία dicitur,
Romani concionem dicunt. Hebræi voce קהל cum vtuntur, ſatis ſe defunctos
arbitrantur. neque aliud tum dicunt. Quid vero eſt quod dixit, ὅτι ὁ Μωσῆς
ἐγένετο ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μετὰ τοῦ ἀγγέλου, *Moſen in eccleſia cum angelo fuiſſe?* Satis enim
certum, populum non acceſſiſſe montem, imo vetitum fuiſſe ne accederet.
Quomodo Moſes igitur in concione populi fuiſſe dicitur, qui in montis
culmine, cum procul ſtaret concio, verſatus eſt. Certum, primo omnium,
cum promulganda lex eſſet, imperatum Moſi, vt cum populo adeſſet: ita vt
loquentem ſinguli audirent Dominum, ab ipſo autem monte abſtinerent.
Die tertia deſcendet Iehoua in oculis totius populi ſuper montem Sinai. Exodi 19.11.
Manifeſto igitur Hebraiſmo, ac paſſim hic vſitato, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, pro σὺν τῇ
ἐκκλησίᾳ, dictum. non in concione enim, ſed, cum concione, Deum audi-
uit Moſes: qui admiſſionis intimæ tum ſolus fuit, cum ἡ ἐκκλησία, ſiue po-
puli corona, aſtitiſſe eminus dicatur. Quomodo & ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, μετὰ τοῦ ἀγγέ-
λου τοῦ λαλοῦντος αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει, fuiſſe dicitur. nam de Angelo jam notum. Ve-
tus interpres, cum ad verbum reddidit, *Hic eſt, qui fuit in eccleſia, in ſolitudi-
ne*, recentioris cenſuram euadere non potuit, qui obſcure redditum exiſti-
mat: cum nec ipſe, qui, *conueniente populo*, reddidit, ſatisfacere iis poſ-
ſit, qui, aliud aut minus ita dici quam oportet intelligunt. Paulo poſt dici-
tur, ᾧ οὐκ ἠθέλησαν ὑπήκοοι γενέσθαι οἱ πατέρες ἡμῶν, ἀλλ' ἀπώσαντο, καὶ ἐστράφησαν vſ. 39.
ταῖς καρδίαις αὐτῶν εἰς Αἴγυπτον. Vbi Αἴγυπτος, forte, vt Ægyptus ipſa, ita quæ
ὁδὸς Αἰγύπτου Helleniſtis apud Eſaiam dicitur: quo idololatria deſignatur. Ne-
mo autem, quomodo τὸ דרך Hebræis vſurpetur, ignorare poteſt, niſi plane
hic peregrinus. Cyrillus ad prophetam illum Catena non edita, ἐπειδὴ γὰρ ὁδῷ
Αἰγύπτου πάλιν σεαυτὸν ἐκδέδωκας, εἰδωλολατρείᾳ προσεσχηκώς, κατὰ τοὺς χρόνους Ἄχαζ,
τούτου χάριν σε τῇ ῥάβδῳ τῶν Ἀσσυρίων δέδωκας εἰς σωφρονισμὸν καὶ ἐπιστροφήν. Et be-
ne Proſper ad 114. Pſal. *Ægyptus ſæpe in figura totius ſæculi ponitur, à quo ſpirita-
liter recedendum eſt.* quemadmodum & cultus pecudum inprimis, Ægyptio-
rum fuit: vnde ἡ μοσχοποίησις. Illi autem, quo ſe conuerterunt, eo mente ac ani-
mo reuerſi ſunt. Hoc enim melius quam quod, *& auerſi ſunt cordibus ſuis*, in-
terpretes hic reddiderunt. Sequitur eodem capite, Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ vſ. 43.
Μολόχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφάν. Ad quem locum videantur quæ ad Mani-
lium diuinus Scaliger, inprimis autem quæ nuperrime omni commenda-
tione major, ſiue eruditionem ſiue probitatem ſpectes, Ludouicus de Dieu
annotauit. Quid autem B. Hieronymus voluit, cum *Sabbatha*, quod eſt, niſi
fallor, שבתאי, & *Saturni ſydus, gyrans*, ſiue, *circuitum*, interpretatur? Quod pro-
fecto eſſet, Ῥέμβων. Vt πλανήτης Θεός, qui eſt Saturnus (nam intelligi Saturnum
patet) ſic dicatur. Quis autem neſcit, ῥέμβειν καὶ ῥέμβεσθαι, quod γυρεύειν Heſy-
chius interpretatur, idem eſſe quod πλανᾶσθαι? vt כיון Amoſi ſit Saturnus, &
is Ῥέμβων, hoc eſt ῥεμβόμενος, dicatur. Quemadmodum Græcis Iuriſconſul-
tis ῥέμβος, quem Romani *fugitiuum* dicunt. quibus ῥέμβος, ὁ συνεχῶς ἀναιτίως
πλανώμενος, *qui ſæpe & ſine cauſa errat.* qui φυγάδα, καὶ ῥέμβον, ſic conjungunt
vt diſtinguant. notant enim, ὅτι ῥέμβος, ὁ μικρὸς φυγάς, καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου ὁ φυγάς,
μέγας ῥέμβος ἐστι. Hoc eſt, plus fugitiuum eſſe, quam erronem, aut vagabun-
dum. ex Labeone, ſcilicet, qui erronem, puſillum fugitiuum, atque ex diuer-
ſo, fugitiuum, magnum erronem dixit. Eodem capite illud legitur, Καὶ με- Ibid.
τοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος. quo in loco quibus nouum atque inuſitatum
vide-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN ACT. videtur, videtur autem omnibus, etiam iis, qui operam dederunt vt aliquid ad hunc locum adferrent, ἐπέκεινα Βαβυλῶνος à Luca dici, qui Helleniſtas exprimebat, cum Propheta Damaſci meminerit, vellem accurate eos percurriſſent. Qui vt propria non vbique ſeruant nomina, ita ἐπάνω vel ἐπέκεινα Βαβυλῶνος, dicunt, etiam cum nulla Babylonis ſit mentio. Nobilis Eſaiæ cap. 10. ℣ſ. 9. extat locus: *Nonne ſicut Carchemis, Chalno? nonne ſicut Arphad, Hamath? nonne ſicut Damaſec & Somron?* Vbi Helleniſtæ, Καὶ ἐρεῖ, οὐκ ἔλαβον τὴν χώραν τὴν ἐπάνω Βαβυλῶνος, καὶ Χαλάνης, οὗ ὁ πύργος ᾠκοδομήθη. Sicut autem Babylon non eſt Carchemis, ita nec Damaſcus eſt Babylon, pro quo τὰ ἐπέκεινα Βαβυλῶνος, vel apud Helleniſtas, ex eorum more inuênit Lucas, vel prouerbialiter pro eo vſurpauit. quemadmodum enim nihil certum definitur, cum ἐπέκεινα Δαμασκοῦ dicitur, ita nihil certum, & ſenſu idem, cum, ἐπέκεινα Βαβυλῶνος, dicitur. Vt omittam, quemadmodum non raro locos plures, qui in Nouo Fœdere ex antiquo aliquem adducunt, commiſcere ſolent, ita pariter ad Eſaiæ locum, qui & hodie ſic Græce legitur, alludi potuiſſe. cum non in Amoſi prophetia, ſed in prophetarum libris, ſcriptum hoc dicatur. Qua-

℣ſ.53. re, ne hic quidem tanta difficultas. Non procul à capitis ejuſdem fine legitur, Οἵτινες ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, καὶ οὐκ ἐφυλάξατε. Vbi ante omnia notandum, tres eſſe locos parallelos, quorum à primo interpretatio dependet. Ad cujus illuſtrationem vtinam plus operæ eximii ſummique viri attuliſſent. quanquam forte non conatus illis ſed ſucceſſus defuit: quod à piis & in piis ſemper excuſandum eſt. Ac primo quidem, quomodo legem, hoc eſt, τὸν νόμον, ὑπὸ τῶν ἀγγέλων διαταχθέντα, ad Galatas dixerit Apoſtolus, ne ipſi quidem ſatis ceperunt, qui de angelis, ἤγουν περὶ πνευμάτων λειτουργικῶν, hoc eſt, de miniſtris Spiritibus, id acceperunt. Et ad hunc ipſum locum, diſerte Chryſoſtomus notauit: Τί ἐστι τοῦτο; τινές φασι τὸν ὑπ' ἀγγέλων λέγειν διαταχθέντα· οὐκ ἔστι δέ. ποῦ γὰρ ἄγγελοι νόμον ἐφάνησαν διατάττοντες; *Quid hoc eſt? quidam volunt, ab angelis ordinatam dici legem. Non recte. Vbi enim ordinaſſe legem angeli dicuntur?* Qui difficultatem ita ſoluit, vt Angelum intelligi hic dicat, qui in rubo Moſi apparuiſſe dicitur. Addit enim, ἀλλὰ διαταχθέντα νόμον λέγει, τὸν ἐγχειρισθέντα αὐτῷ δι' ἀγγέλου τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ ἐν τῇ βάτῳ. *Cæterum, diſpoſitam ſeu ordinatam dicit legem, quæ ab Angelo, in rubo ſcilicet oblato, ei fuit tradita.* Quibus verbis, tum hunc, & Apoſtoli, de quo diximus jam, locum, tum vero angelos confundit & μεσίτην. Ibi enim habes, διαταγεὶς δι' ἀγγέλων ἐν χειρὶ μεσίτου. *ordinata per angelos in mediatoris manu*, vt interpretis antiqui verbis vtamur. Chryſoſtomo Theophylactus ſubſcripſit, qui, οἵτινες ἐλάβετε τὸν νόμον, inquit, εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, καὶ οὐκ ἐφυλάξατε. τουτέστιν, ὑπ' ἀγγέλων διαταχθέντα, ἢ ἐγχειρισθέντα δι' ἀγγέλου τῷ Μωϋσεῖ, διὰ τοῦ ὀφθέντος ἐν τῇ βάτῳ. *Qui legem, per diſpoſitionem* (ita enim recentior interpres) *angelorum accepiſtis, nec ſeruaſtis. hoc eſt, ab angelis diſpoſitam, aut ab Angelo, qui in rubo apparuit, Moſi traditam.* Græci Theologi, quorum ad hunc locum ſcholia leguntur, Τινὲς δὲ καὶ τοῦτο λέγειν φασὶ, τὸν ὑπ' ἀγγέλων διαταχθέντα καὶ ἐγχειρισθέντα δι' ἀγγέλου τῷ Μωϋσεῖ, τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ ἐν τῇ βάτῳ καὶ τῷ ὄρει. pene ad verbum. Atqui ſi de eo agit hic vir Sanctus, prima teſtimonii & ſanguinis corona, cur non δι' ἀγγέλου, dixit? Tum ſi idem angelus apparuit in rubo, qui apparuiſſe dicitur in monte cum lex data eſt, quis dubitat, quin magni Angelus conſilii intelligatur, de quo idem ſupra egit? Τοῦτον Μωϋσῆν, ὃν ἠρνήσαντο, εἰπόντες, τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν, τοῦτον ὁ Θεὸς ἄρχοντα καὶ λυτρωτὴν ἀπέστειλεν ἐν χειρὶ ἀγγέλου, τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ ἐν τῇ βάτῳ. *Hunc Moſen, quem abnegauerant, dicendo, quis te conſtituit principem & judicem, hunc Deus principem conſtituit & liberatorem, per manum Angeli, qui viſus ei fuerat in rubo.* quemadmodum mox idem, μετὰ τοῦ ἀγγέλου, τοῦ λαλοῦντος αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ, *cum Angelo qui in monte Sina locutus ei eſt*, fuiſſe dicitur. quem fuiſſe magnum illum Angelum, Patris ſapientiam, apparet. Non igitur de Angelis,

ſed

ſed Angelo, non de Angelo qui proprie ſit Angelus, ſed præfectus Angelo- In Act.
rum, ibi agit. Quem Angelum ipſe Apoſtolus 3. ad Galatas ℣ſ. 19. ab iis an-
gelis, quibus legis tribuit διαταγὴν, diſtinguit. ἄχρις οὗ ἔλθῃ τὸ σπέρμα, ᾧ ἐπήγ-
γελται, διαταγεὶς δι' ἀγγέλων ἐν χειρὶ μεσίτου. ac ſi dicat, διαταγεὶς δι' ἀγγέλων ἐν χειρὶ
τοῦ μεγάλου, ſiue, τοῦ τῆς μεγάλης βουλῆς ἀγγέλου. nam περὶ τοῦ νόμου, ſiue, de Lege, loqui-
tur. Quemadmodum de eodem Angelo, loco jam laudato, egit Stephanus.
qui ſine hujus Angeli ſubſidio ac ope nihil præclari egiſſe vult Moſen. Quo-
modo igitur hunc Angelum intelligit, ſi multis τὴν διαταγὴν τοῦ νόμου, hoc eſt,
legis ordinationem, vt interpretantur eruditi, aſſignat? Hæc ſane ἀσύστατα
videntur. Quomodo enim illi Angeli, de quibus & hic & ab Apoſtolo, vt
volunt, agitur, vnus ille Angelus, qui Moſi apparuit? qui fuit vnus: qui fuit
ſolus: qui fuit ipſe Chriſtus: qui fuit ipſe mediator. Quis enim confugere ad
enallagen hic auſit? Cæterum, niſi obſtitiſſet vocis διαταγῆς obſcuritas, mi-
rum ſane eſſet, in hoc loco caligaſſe quenquam. Diuina & aperta eſt Stepha-
ni concluſio. Quem è prophetis, inquit, non interfeciſtis? Et qui ſunt pro-
phetæ illi? οἱ προκαταγγείλαντες περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ δικαίου, ἤγουν τοῦ Χριστοῦ, ἤγουν τοῦ μεσίτου, τοῦ
τῆς μεγάλης βουλῆς ἀγγέλου. *qui aduentum juſti illius prædixerunt: hoc eſt, Chriſti, hoc
eſt, mediatoris, hoc eſt, magni conſilii Angeli.* Quia autem eorum hic expreſſe-
rat munus, quos nihil aliud quam ἀγγέλους, aut, προαγγέλους, fuiſſe teſtatur, ite-
rum ἀγγέλους eoſdem dixit. Οἵτινες ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, καὶ οὐκ
ἐφυλάξατε. Prophetæ ergo ſunt de quibus hic protomartyr agit, prophetæ
ſunt, de quibus loco ad Galatas jam dicto, agit Apoſtolus, neque alii, de
quibus ad Hebræos c. 2. ℣ſ. 2. autor agit. Εἰ γὰρ ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος,
ἐγένετο βέβαιος, καὶ πᾶσα παράβασις καὶ παρακοὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδοσίαν. Quem lo-
cum hoc modo recentior conuertit interpres: *Etenim ſi per angelos dictus ſer-
mo fuit firmus, omniſque tranſgreſſio & contumacia juſtam mercedem retributio-
nis retulit.* Qui in Notis, ſiue Commentariis, *Legem intelligit, quæ tranſgreſ-
ſoribus pœnas præſcripſit. Datam autem fuiſſe per miniſterium angelorum Legem,
& Moſi in manus traditam, diſerte Paulus dicit Gal. 3. 19. & Stephanus Act. 7. 53.*
qui eſt ipſe locus, de quo agimus. Ad quem idem ille, *Per diſpoſitionem an-
gelorum*, εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, id eſt, *angelorum miniſterio. Nam mihi διαταγὴ
videtur hoc loco, pro eo quod διακονία dicitur Heb. 1. 14. vſurpari. Quod anno-
tandum fuit, ne quis angelos putet ipſius Legis autores, quum internuncii dunta-
xat fuerint, & adhibiti teſtes in Legis promulgatione à Deo facta.* Ergo διαταγὴ
miniſterium: ergo angeli, miniſtri ſpiritus: ergo εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, *mini-
ſterio angelorum:* quod *diſpoſitionem* tamen *angelorum* interpretantur. quod is
locus, quem jam dixi, ad Hebræos (quia capite primo & ſecundo, aliter ean-
dem vocem, de angelis, qui proprie ſic dicti, vſurparat autor) perſuaſiſſe iis
videtur. quod imponere aliis non potuit. Ἀγγέλους autem Legis mentiſque
diuinæ interpretes, aut Seruatoris atque aduentus ejus nuncios, hic dici,
magis mirum non eſt, quam quod ſua voce ſic Hebræi vtuntur: quam quod
מלאכי השרת, ἄγγελοι διακονίας, hoc eſt, *angeli miniſterii*, aliis dicuntur. ne-
que magis mirum, quam Iohannem Baptiſtam, præcurſorem nunciumque
Domini, ſic dici. Nec hoc Chryſoſtomus non vidit: qui & ipſe, poſt inter-
pretationes ad hunc locum alias, hoc innuit, quod dixi. Ἐνταῦθα καὶ Θεῷ, καὶ
τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, καὶ τοῖς προφήταις, καὶ τῷ πνεύματι, καὶ πᾶσι δείκνυσιν ἀπειθοῦντας· κα-
θὼς καὶ ἑτέρωθί φησιν ἡ γραφή, Κύριε τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν, καὶ τὰ θυσιαστήριά σου
κατέσκαψαν. *Hic & Deo, & Angelis, & prophetis, & ſpiritui, & omnibus immo-
rigeros fuiſſe oſtendit: quemadmodum & loco alio Scriptura dicit, Domine prophe-
tas interfecerunt tuos, & altaria deſtruxerunt tua.* Procopius ad 5. caput Iud.
Τοὺς ἱερεῖς δὲ ἀγγέλους φησὶν ἡ γραφή· Χείλη γὰρ ἱερέως φυλάξεται κρίσιν, καὶ νόμον ἐκζη-
τήσουσιν ἐκ στόματος αὐτοῦ, ὅτι ἄγγελος Κυρίου ἐστίν. Ἄγγελον οὖν τὸν Βαράκ, ἢ τὸν ἀρχιερέα
φησίν, ἢ καὶ τὴν Δεββωρὰν, προφῆτιν ὑπάρχουσαν. *Sacerdotes, angelos Sacræ dicunt*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN ACT. *literæ. Labia enim ſacerdotis ſeruabunt juſtitiam, & Legem ex ore ejus quærent, quia angelus Dei eſt. Angelum igitur, vel Barac, vel ſupremum dicit ſacerdotem, vel Deboram, vtpote prophetiſſam.* Sed quid eſt διαταγή? vox haud dubio, non è Græcorum, quod eruditis hic impoſuit, ſed Chaldæorum vſu tum recepta. Id, videlicet, quod alias, ſed à poſterioribus, דיתגמא, *ditagma*, interdum vero, vt non raro iſta varie ſcribuntur, דטיגמא, *datigma*, quod eſt διάταγμα, ſcribitur. Id vero, vel exemplum, vel vt Barbari loquuntur, copia epiſtolæ, aut ſcripti alicujus. Διάταγμα ergo, aut διαταγὴ, quod ἀντίγραφον quidam, quidam διασάφησιν ex Helleniſtis apud Eſdram exponunt. Quemadmodum παράδειγμα paſſim Helleniſtis, quod πρωτότυπον nunc dicunt. id, nempe, quod exprimitur: etiam quod Hebræis תבנית dicitur. Vt παράδειγμα τῆς σκηνῆς, παράδειγμα τοῦ ναοῦ: & ſimilia vbique. Idem, quod διάταξις Ezechieli 43.10. vbi ἡ διάταξις τοῦ οἴκου, *templi exemplar:* quod nonnulli *fabricam* interpretantur. Hoc autem loco, vt & ad Galatas 3. διαταγὴ, *interpretatio, repræſentatio.* quemadmodum, qui Legem vel interpretantur vel propagant, διατάκται ſunt. Iudæis ergo, εἰς διαταγὴν τῶν ἀγγέλων, εἰς ἀντίγραφον, εἰς διασάφησιν τῶν ἀγγέλων, data Lex erat. eam vt deſcriberent, exprimerent, exponerent, prophetæ atque interpretes. Neque aliud Apoſtolus voluit, cum διαταγεὶς δι' ἀγγέλων dixit. Quod ne quis aliter interpretaretur, ἐν χειρὶ τοῦ μεσίτου, addit: *in manu magni Angeli.* cujus per manum quaſi datum exhibitumque τὸ πρωτότυπον eſſet. In eruditis Stephani Gloſſis, in quibus non pauca Noui Fœderis ex interpretatione vocum illuſtrari loca diximus, Διαταγὴ, διατύπωσις exponitur. Διατύπωσις autem, διαθήκη, teſtamentum, vel, ſuprema voluntas, etiam ſcriptoribus Sacris. Vt cum dicitur, Γράψον ἐν τῇ σῇ διατυπώσει μετὰ τῶν τέκνων καὶ συγγενῶν συγκληρονόμον. Ergo διαταγὴ, διατύπωσις. Διατύπωσις, quod Magiſtris Hebræorum Græca voce leuiter detorta, דייתק, ſiue דייתיקי, διαθήκη, fœdus, vel pactum, verbis aut ſcriptis conceptum. Quemadmodum, cum ad Hebræos Apoſtolus, Legem, λόγον λαληθέντα, hoc eſt, διαταχθέντα, ſiue, οἰκονομηθέντα διὰ τῶν ἀγγέλων, dixit. Nobis autem placet διασάφησις, vel διατύπωσις, cum interpretationem, vel repræſentationem, notat. Vt mens loci ſit, οἵτινες ἐλάβετε νόμον ἐκ διασαφήσεως, ἐκ διατυπώσεως τῶν ἀγγέλων, ἤτοι τῶν προφητῶν. *qui legem ad interpretationem & repræſentationem prophetarum, accepiſtis.* Hunc locum qui intelligit, quid de cæteris duobus, vt jam dixi, ſtatuendum ſit, facile videbit. Διαταγὰς autem, pro διαταγὴν, enallage nec dura, & Hebræis vſitata. Quemadmodum & prophetas de quibus agit, plures fuiſſe, nemo neſcit, quos vt interpretes conſiderat. Edictum autem Legis, neque angelis recte aſſignatur, quod eruditiſſimus veterum recte obſeruauit, nec prophetis.

℣ſ. 54. Sequitur, Ἀκούοντες δὲ ταῦτα, διεπρίοντο ταῖς καρδίαις αὐτῶν, καὶ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτόν. Supra cum abſolute hac voce Lucas vſus eſt, *frendendi* vox recentiori placuit interpreti. capite nimirum, 5. ℣ſ. 33. Οἱ δὲ ἀκούσαντες διεπρίοντο, καὶ ἐβουλεύοντο ἀνελεῖν αὐτούς. *At illi his auditis frendebant.* &c. Vbi ἁπλῶς, quod hic ἐντελῶς, ſeu abſolute, διεπρίοντο ταῖς καρδίαις dixit: interpres vero idem, *findebantur cordibus ſuis*, reddidit. Nec negamus, etiam de dentibus nonnunquam id antiquis vſurpatum, cum inprimis ira vehemens notatur. Norma interpretandi veteres Heſychius, Διεπρίοντο, ἐθυμοῦντο, ἔτριζον τοὺς ὀδόντας. Qui, cum ad cor, ſiue animum, refertur, Διαπρίεται, ἀγοράζει, μαίνεται, interpretatur. Quid eſt autem ἀγοράζει? Lege ἀγριάζει, μαίνεται. Ἀγριάζειν enim, ὀργίζεσθαι, *iraſci*, aut *ira efferari.* Quo ſenſu nec recentior interpres, nec antiquus, qui *diſſecandi* voce vtitur, hic ſatisfaciunt. *Audientes autem hæc, diſſecabantur cordibus ſuis.* Vnde autem ſit deſumptum, ſupra diximus. Syrus, *furore intra ſe repleti ſunt*, aut, *ira.* quod eſt ἀγριάζειν.

CAP.

CAP. V.

Locus de protomartyre, συνεκόμισαν τὸν Στέφανον. Curare, de ſupremis in mortuum officiis. κήδεσθαι. κηδεία. κηδεῖαι. Tria ab amicis in funere præſtari ſolita. συγκομίζειν, ἐκκομίζειν, ἀνακομίζειν. eorum vſus ac diſtinctio. συγκομίζειν, θάπτειν. συγκομιδή. συγκομιστήρια. colligere. συνάγειν, συλλέγειν. συγκομιστὸς ἄρτος Galeno. ἐκκομιδὴ νεκροῦ. Allegoriæ, quantumque in iis ſibi veteres permiſerint. Ejus rei vnum alterumque exemplum. Philippus an diſcipulus tantum. Peluſiotæ ſententia. εὐνοῦχος, ἀνήρ. εὐνοῦχου nomen etiam de iis vſurpatum qui non eſſent. סריס *dignitatis nomen aut præfecturæ. εὖ νοῦν ἔχειν. σώφρονες, παρὰ τὸ σώζειν τὴν φρόνησιν. μωρὰ, res Venereæ. Eunuchi à fidelitate Syris dicti. Fœminarum moribus cuſtodiæque præfecti eunuchi. Talem ex antiquorum opinione, Homeri ἀοιδόν. quem ἄνδρα, ab eo dici. Locus Heſychii de Homerico ἀοιδῷ. Idem emendatus. εὐνουχίαι.* סריס*, δυνάστης. Æthiopes à Iudæis contempti. Exemplum fidelis Æthiopis ex ipſis Magiſtris. ἐκπορεύεσθαι & εἰσπορεύεσθαι. Vrbes maximas, viris optimis præcipue infeſtas. Athenæ talis, ac Hieroſolyma. viri Hieroſolymitani Thalmudiſtis quales.* שחל*. Nero, leo. Petri cum Simone Mago colloquium. id die Dominico habitum, nonnullos velle. Auguſtini de eo locus. rei ejus cauſa. κτᾶσθαι, ἀντὶ τοῦ πρίασθαι. Κύριε, & quomodo nonnunquam accipiatur.* פלוני*. συμβιβάζειν, collatis teſtimoniis demonſtrare. χαλάσαντες ἐν σπυρίδι, & quomodo intelligendus locus. Fune ſubmiſſus in ſporta Paulus, recentiori interpreti. κολλᾶσθαι, & quomodo in his libris vſurpatum. tentabat ſe propius adjungere, quod recentiori placuit interpreti. mirificus τοῦ προσέχεσθαι vſus. προσέχεσθαί τινι lingua Helleniſtica quid. προσέχεσθαι τοῖς λεγομένοις. προσέχεσθαι τοῖς νομίμοις, & ſimilia. παράκλησις καὶ παραμυθία.*

CApite ſequenti ab initio non procul legitur, *συνεκόμισαν δὲ τὸν Στέφανον* CAP.
ἄνδρες εὐλαβεῖς, καὶ ἐποιήσαντο κοπετὸν μέγαν ἐπ᾽ αὐτῷ. Vbi ſummam Sancto- VIII.
rum hominum conſtantiam interpretes obſeruant, qui in tanta ℣ſ. 2.
cruentorum Iudæorum rabie, Sanctiſſimum primumque martyrem, ſublatum humeris extulerint. Cui an tum locus fuerit in tanta rabie, non quæram. vbi id à Luca dictum fuerit, non ſine cauſa adhuc quæro: Qui tale nihil, hoc quidem loco, dici exiſtimo. Interpres vetus, *συνεκόμισαν δὲ τὸν Στέφανον*, *curauerunt autem Stephanum.* Latine & eleganter. *Curare*, ad verbum *κήδεσθαι*, quod de ſupremis vſurpatur. Vnde *κηδεία* & *κηδεῖαι*. Gloſſæ antiquæ, *Κηδεία*, *hoc funus. Κηδεῖαι, exequiæ.* vt non ſine cauſa etiam Eraſmus id probarit. Sed acceſſit propius Euangeliſta. Tria è Græcorum obſeruatione erant quæ in funere ab amicis præſtabantur. qui vel *συγκομίζειν*, vel, quod proximum ab illo, *ἐκκομίζειν*, & interdum, quanuis minus vſitate, *ἀνακομίζειν* dicebantur. Primum, ante ſepulturam. quo Romanorum vnctio, lotio, & ſimilia referri poſſunt. Notum illud, *Tarquinii corpus bona fœmina lauit, & vnxit.* Secundum in ſepultura, tertium, cum transferrentur jam ſepulti, fiebat. Apud Sophoclem diſerte *συγκομίζειν* defunctum vetat Menelaus. Vbi erudite interpres *θάπτειν* exponit. quanuis, proprie, vt jam dixi, ſepulturam ea cura præcedebat. Locus eſt Ajace,

> Οὗτος, σὲ φωνῶ· τόνδε τὸν νεκρὸν χεροῖν
> Μὴ συγκομίζειν, ἀλλ᾽ ἐᾶν ὅπως ἔχει.

quod magnus Scaliger:

> *Heus te volo: iſtud manibus efferas caue*
> *Tuis cadauer: verum vt eſt, miſſum face.*

Vbi interpres, *Μὴ θέλε συγκομίζειν, ἤγουν θάπτειν· ἀπὸ τῶν συναγομένων καρπῶν εἰς τὰς ἀποθήκας· ἐπ᾽ ἐκείνων γὰρ λέγεται, συγκομίζειν, & συγκομιδή.* Συγκομίζειν, inquit, *ſepelire: à frugibus, quæ in arcas conferuntur. De iis enim* *συγκομίζειν*, & *συγκομιδὴ*, *dici-*

In Act. *dicitur*. Vnde συγκομιστήρια, ſacrificium quod huc ſpectabat. Heſychius, Συγκομιστήρια, θυσία ἐπὶ τῇ καρπῶν συγκομιδῇ. Sacrificium vult eſſe, quod tum fiebat, cum συγκομίζεσθαι fructus dicebantur. Sophoclis loco ſimillimus Iobi legitur, Ἐλεύσῃ δὲ ἐν τάφῳ, ὥσπερ σῖτος ὥριμος κατὰ καιρὸν θεριζόμενος· ἢ ὥσπερ θημωνία ἅλωνος καθ' ὥραν συγκομισθεῖσα. *Ingredieris in maturitate ſepulchrum, ſicut aſcendit aceruus tritici, qui in tempore ſuo colligitur.* Quemadmodum & *colligendi* voce id exprimebant. Gloſſæ *veteres, Colligit*, συνάγει, συλλέγει. Adde jam, quod efficaciter, de λιθολεύστῳ, ſiue lapidato, id dicitur. In quo ſupplicio, contundi aut dilacerari corpus miſerrime ſolebat. Vere enim vir Sanctiſſimus primitiæ illius meſſis fuit, quæ tam luculenta mox ſecuta eſt: cujus membra in martyrii exemplum, tanquam fruges in panem, fracta ac contuſa ſunt. Vnde συγκομιστὸς ἄρτος Galeno, in quo furfures, vtriculi, ſimila, miſcentur aut confunduntur. vel, διὰ τὸ πάντα τὰ ἄλευρα συγκομίζεσθαι καὶ μὴ διακρίνεσθαι. *quod farina in eo omnis miſcetur, nec diſcernitur*, vt in Gloſſis idem Galenus. Συνεκόμισαν ergo, vel, *curarunt*, vel, *collegerunt*. *Componendi* enim voce, proprie de oſſium collectione è cineribus, Romani vtebantur. Abſit interim, vt *efferre* hic placeat: quod eſt ἐκκομίζειν, vt jam diximus. cui etiam *curandi* vocem, quod eſt κήδεσθαι, præferre hic vix dubitamus. Gloſſæ eruditæ, Ἐκκομιδὴ νεκροῦ, *funus, exequiæ*. hoc eſt, κηδεῖαι, vt jam diximus. Ἐκκομίζω, *exporto, effero*. Porro, quemadmodum inanem ſuſcipere laborem in Sacris exiſtimo, qui allegorias, occaſione qualibet excogitant ac cudunt, ita nihil elegantius hoc loco, nihil minus alienum videtur, quam ſi extremam curam, quam de corpore ac membris, lapidatione vel contuſis vel divulſis, Sancti habuerunt, veram συγκομιδὴν dicamus. Quippe, quemadmodum συγκομιδὴ, de comportatione ac collectione frugum dicitur, ita quid aliud funeratio ea ac membrorum compoſitio hic fuit, qua ſingulæ Sanctiſſimi protomartyris partes, qui fortiſſime mortem tulit, *Dum per tot lapides petræ conjungitur vni*, vt eleganter olim Arator de eo dixit, hoc eſt primæ martyrii quaſi fruges, collectæ ſunt. quæ in terra à Sanctis agricolis ſuo tempore erant recondendæ, vt per reſurrectionem in aream cœleſtem reciperentur: quemadmodum, quod nos ſerimus, non viuiſcit, ſecundum Apoſtolum, niſi mortuum fuerit. Qualia, ni fallor, minus operoſe dicuntur, quam quæ à præclaro & veteri interprete, ad mortem Baptiſtæ aptantur. Qui, *Herodes*, inquit, *ſpuriorum Iudæorum populus eſt. Vxor, quam duxit, mendax & laſciua gloria. cujus etiam nunc filia, apud Iudæos ſaltat ac mouetur. quæ eſt fallax, qua decipiuntur, ſcientia. Nihil enim minus, quanquam aliter exiſtiment, quam Scripturas intelligunt. Iohannem quippe, qui Propheticum ſermonem refert, capite truncarunt. Caput enim Prophetiæ Chriſtum rejecerunt. Si Propheticum ergo habeant ſermonem, ſine capite, hoc eſt, Chriſto, eum habent.* Cujuſmodi è ſingulis propemodum locis poſſe elici, ne dubitandum quidem exiſtimo; qui non admittere nonnullas malim. Quemadmodum non dicam, veſtem, qua Baptiſta vſus eſt, ejuſdem deſignaſſe munus: qui, Iudæos pariter ac gentes, hoc eſt, puros, (quales tum Iudæi videbantur ſibi) ac impuros, Deo conſecrauit: ex parte enim impurum, ex parte, purum animal, camelum fuiſſe. quod eidem illi candidiſſimo alias interpreti placuit. Quale eſt, Syrophœniſſam Marci, cum à patria ſic diceretur, ita dictam, quod peccatum φοινικὸν, ſeu φονικὸν, ſanguineum, ſeu, mortale, commiſiſſet. Neque dicam, ſex illis hydriis, quarum mentio in nuptiis, quæ Canæ Galilææ celebrantur, ſex ætates, quibus prophetia non defuit, ſignari. Amphoras item binas aut tres, quas caperent, Trinitatem notare. In voce autem ΑΔΑΜ, quatuor totius orbis contineri partes. Deſignare enim Α. Ἀνατολήν. Δ. Δύσιν. Α. Ἄρκτον. Μ. Μεσημβρίαν. Hæc incomparabiles magnique ex antiquitate viri. E quibus ſunt & hodie qui affectare laudem aut ſperare audent. Eodem capite dicitur, Apoſtolos ad Samaritanos, qui ſermonem Dei docente receperunt

perunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

perunt Philippo, miſiſſe Petrum ac Iohannem: apud quos Philippum, vt In Act.
videtur, cæteroſque interceſſiſſe, ὅπως λάβωσι πνεῦμα ἅγιον, *vt S. Spiritum acci-* ℣ſ. 15.
perent. qui tamen baptizati, quod additur, jam erant. E quo quidam colle-
gerunt è veteribus, diſcipulum fuiſſe tantum, non Apoſtolum, qui baptiza-
uerat, Philippum. Peluſiota, Φίλιππος μὲν ἐβάπτισε τοὺς ἐν Σαμαρείᾳ μαθηθέ-
ντας· Πέτρος δὲ καὶ Ἰωάννης οἱ Ἀπόστολοι, καταβάντες ἀπὸ Ἱεροσολύμων πρὸς αὐτοὺς, τὴν
τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου παρέσχοντο χάριν. Εἰ δὲ ὁ βαπτίσας εἷς τῶν Ἀποστόλων ἐτύγχανεν, εἶχε
τὴν αὐθεντείαν τῆς τοῦ πνεύματος δόσεως· βαπτίζει δὲ μόνον ὡς μαθητής· τελειοῦσι δὲ τὴν χάριν οἱ
Ἀπόστολοι. Vult autem, *baptizatos quidem à Philippo, qui Samariæ tum erant, fide-*
les, Petrum autem & Ioannem, è Sacra venientes vrbe, Sanctum contuliſſe ſpiritum:
vt ſic perficerent, quod ille, vt diſcipulus, non Apoſtolus, inchoarat. In qua diſtin-
ctione diſcipuli ab Apoſtolis, hærere me fateor. Aliter, quibus inter Diaco-
nos fuiſſe placet: qui per Spiritum Sanctum, dona illa eximia, quibus ornatos
eſſe oportebat, eos inprimis qui præficiendi erant Eccleſiæ, intelligunt. Eo-
dem capite cum ſequitur, Πέτρος δὲ εἶπε πρὸς αὐτὸν, non indigna antiquitatis ℣ſ. 20.
Sacræ ſtudioſis quæſtio, quare veteres nonnulli, Petri hoc cum Simone
Mago colloquium, τῇ Κυριακῇ, ſiue, Dominico die, inſtitutum habitumque
velint. Auguſtinus De jejunio Sabbathi Epiſt. 86. *Eſt quidem & hæc opinio*
plurimorum, quamuis eam perhibeant eſſe falſam plerique Romani, quod Apoſto-
lus Petrus die Dominico certaturus cum Simone Mago, propter ipſum magnæ ten-
tationis periculum, cum ejuſdem vrbis eccleſia jejunarit, & conſecuto tam proſpero
glorioſoque ſucceſſu, eundem morem tenuerit, eumque imitatæ ſint nonnullæ Occi-
dentales Eccleſiæ. Cujus cauſam exiſtimo, diei reuerentiam. qua conuinci im-
pios, qua Spiritum quoque piis optime conferri poſſe, exiſtimarent: vnde &
magnis Sanctiſq; rebus inprimis eſſe idoneum. Quemadmodum Dominica
Pentecoſtes collatus fuit: quemadmodum S. Ioannes Dominica correptum
ſe à Spiritu fuiſſe teſtatur. Apocalypſ. c. 1. ℣ſ. 10. Ἐγενόμην ἐν πνεύματι Κυρια-
κῇ ἡμέρᾳ· καὶ ἤκουσα ὀπίσω μου φωνὴν μεγάλην ὡς σάλπιγγος. Sequitur, τὸ ἀργύριόν σου,
σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν, ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι. Iam ante Ibid.
ad primum caput τὸ κτᾶσθαι nihil aliud Helleniſtis eſſe quam πορίσασθαι, pro-
bauimus. quod & hic locum habet. Quare, nec τὸ *acquiri*, nec τὸ *poſſideri* pla-
cet, quæ interpretibus placuerunt. cum tantum ex eo quod ſequitur, ſiue, ἐξ
ἀκολουθίας, dicantur. De cæteris, quæ ad hunc locum ejuſq; mentem faciunt,
vide, quæ poſtremo ad Acta capite notauimus. Capite nono, cum quærit Sau- Cap.
lus, τίς εἶ Κύριε; illud Κύριε haud dubie אדני videtur, cum ſit dubitantis. quod IX.
non minus Angelis conuenit, qui ejuſmodi munera nonnunquam exſeque- ℣ſ. 5.
bantur. Quemadmodum, quod ſequitur, τρέμων τε καὶ θαμβῶν εἶπε, Κύριε, τί με
θέλεις ποιῆσαι; proficientis eſt & jam compellati. illius dico, qui vocantis au-
dierat jam nomen. Eodem capite cum dicitur, Σαῦλος δὲ μᾶλλον ἐνεδυναμοῦ-
το, καὶ συνέχυνε τοὺς Ἰουδαίους τοὺς κατοικοῦντας ἐν Δαμασκῷ, συμβιβάζων ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ ℣ſ. 22.
Χριστὸς, interpres recentior, τὸ συμβιβάζων, *collatis teſtimoniis demonſtrans*, in-
terpretatur. Operoſe. Vetus, *affirmans*. Nos τὸ συμβιβάζειν alibi Helleni-
ſtis idem eſſe quod διδάσκειν, oſtendimus. Ita, συμβιβάσω ὑμᾶς ἃ ποιήσετε.
Exodi 4. 15. Et, συμβιβάζειν τοὺς υἱοὺς τοῦ Ἰσραὴλ πάντα τὰ νόμιμα. Leuit. 10. ℣ſ. 11.
Quare abſit illud φορτικὸν quod dixi. Ergo συμβιβάζων αὐτοὺς, *docens eos, in-*
ſtruens. Cum dicitur de Saulo, λαβόντες δὲ αὐτὸν οἱ μαθηταὶ νυκτὸς, καθῆκαν διὰ τοῦ ℣ſ. 25.
τείχους, χαλάσαντες ἐν σπυρίδι, reſpexiſſe locum Ieremiæ, ſimulque quod dici-
tur de eo, videtur, καὶ ἐχάλασαν αὐτὸν ἐν σχοινίοις εἰς τὸν λάκκον. cap. 38. ℣ſ. 6. Bene
igitur, qui *demittendi* verbo vtuntur. Aliter qui *ſubmiſſum* dicunt, vt recen-
tior. qui, *fune ſubmiſſum in ſporta*, mirifice. Quid autem ſit χαλάζειν in his li-
bris, & χαλᾶν, ex iis diſces, quæ capite poſtremo notauimus. Sequitur, παρα-
γενόμενος δὲ ὁ Σαῦλος εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἐπείρατο κολλᾶσθαι τοῖς μαθηταῖς. Vbi κολλᾶσθαι eſt ℣ſ. 26.
συνομιλεῖν, ex ratione τοῦ דבק. Quale eſt, ὧδε κολλήθητι μετὰ τῶν κορασίων μου. Ruth. 2. 8.

IN ACT. καὶ πάντες ὅσοι ἐκολλήθησαν τῷ πατρὶ αὐτοῦ. 1 Macchab. 3. 2. ἐπείραζε κολλᾶσθαι, τοῖς μαθηταῖς, *conabatur verſari cum diſcipulis*. quod ſimplicius illo, *tentabat ſe propius adjungere diſcipulis*. Eodem capite cum legitur, Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ Αἰθίοψ,
ṽſ. 27. εὐνοῦχος, δυνάστης Κανδάκης τῆς βασιλίσσης Αἰθιόπων, ὃς ἦν ἐπὶ πάσης γάζης αὐτῆς, ridiculum videri quibuſdam ſummi viri notarunt, Æthiopem, qui eunuchus dicitur, virum tamen dici. cujus rei cauſam vellem expoſuiſſent. Nihil autem certius quam ad Orientis conſuetudinem Sacrum reſpexiſſe autorem: apud quos præfecti סריסים dicuntur: qui εὐνοῦχοι Helleniſtis. Qui & à dignitate, ſiue præfectura, ita dicebantur, etiamſi minime eſſent quod dicebantur. Porro, vt apud Hebræos סריס dignitatis erat nomen aut præfecturæ, ita εὐνοῦχον Græci à caſtitate dixerunt. & ipſe Pater eruditionis Græcæ de Clytæmneſtra, quamdiu caſta eſſet, φρεσὶ γὰρ κέχρητ' ἀγαθῇσιν: hoc eſt, εὔνουν εἶχε. quomodo & Philoſophorum Princeps, lib. Ethicorum Nicom. 6. σώφρονας, hoc eſt, tales, παρὰ τὸ σώζειν τὴν φρόνησιν, quod *judicium bonamque mentem ſeruarent*, vult dici: quam nihil magis tollit quam Venus. Vnde & eos qui in Venerem effuſi, μωροὺς, ſtolidos, μωρὰ, res Venereas antiqui dixerunt. Εὐνοῦχοι igitur ab hac virtute ita dicti tales, vt à fide Syris: quod primario ſeruandæ matronarum pudicitiæ præeſſent. Quomodo Eunuchus hic eruditiſſimo interpreti Syro מהימנא חד, *fidelis quidam*, hoc eſt, *eunuchus* dicitur. Quid igitur? Gynæceis, fœminarum moribus cuſtodiæque, præfecti olim fuere eunuchi. Cujus rei illuſtre apud Græcos quoque exemplum, Homericum illum ἀοιδὸν, Odyſſeæ tertio habemus: cui Clytæmneſtram vxorem, in expeditionem Troianam profecturus Agamemnon commiſerat. Quem eunuchum veteres cum faciant, ἄνδρα Homerus dixit.

Πὰρ γὰρ ἔην καὶ ἀοιδὸς ἀνὴρ, ᾧ πόλλ' ἐπέτελλεν
Ἀτρείδης, Τροίηνδε κιὼν, εἴρυσθαι ἄκοιτιν.

Vbi notant ex Athenæo interpretes, ὅτι σῶφρον ἦν τὸ τῶν ἀοιδῶν γένος, καὶ φιλοσόφων διάθεσιν ἔχον, *caſtitatis profeſſores, & philoſophorum loco, hos cantores fuiſſe*. Eundem vero, eunuchum habitum, diſerte Euſtathius docet. Τινὲς δὲ, ἀοιδὸν, inquit, τὸν εὐνοῦχον παρενόησαν, ὡς αἰδοῖα μὴ ἔχοντα. Quo erudita Heſychii interpretatio reſpexit: qui, Ἀοιδοὶ, περιβόητοι, ὀνομαστοὶ, ἢ εὐνοῦχοι. Item, Ἀοιδὸς, ᾠδὸς, κιθαρῳδὸς, καὶ ὁ ποιητὴς, καὶ ὁ θρηνῳδὸς, ὁ εὐνοῦχος παίδων. Pro quo nos pueri olim, approbante magno Scaligero, cujus de eo judicium extat, ὁ εὐνοῦχος, σπάδων, legebamus: vt ad Homericum, more ſuo, ἀοιδὸν reſpiciat, quem eunuchum quidam fecerunt. Idem Heſychius, Εὐνοῦχος, σπάδων, τομίας, κάλαμος. Vbi τὸ εὐνοῦχος, & τὸ εὐνουχίας, epitomator confundit. Species enim calamorum Theophraſto εὐνουχίαι, cui, οἱ κάλαμοι, οἱ ὅλως ἀνθήλην οὐκ ἔχοντες (qui paniculæ florem omnino non habent, vt cum Plinio loquar) εὐνουχίαι dicuntur. Cujus generis infinita aliquando notabimus, ſi Deus nobis conceſſerit, vt emendationes noſtras in illum autorem demus. Quid, quod is qui סריס, alias רבא, hoc eſt, δυνάστης, Thargumiſtis dicitur? Quod enim, καὶ ἐκτήσατο αὐτὸν Πετεφρὴς, ὁ εὐνοῦχος Φαραὼ, Geneſ. 39. ṽſ. 1. Helleniſtæ, Chaldæus רבא דפרעה, *dynaſta Pharaonis*, non autem גוזא, *eunuchus*, aut, *ſpado*, dixit, quo Chaldæi alias de tali vtuntur. Nam quomodo, cum vxorem Potiphar habuerit? quemadmodum hic ſtatim ſubjungitur, δυνάστης Κανδάκης, τῆς βασιλίσσης Αἰθιόπων. Vbi Syrus, שליטא, *præfectum*, dixit. Helleniſtis autem סריס, in contextu, modo σπάδων, modo εὐνοῦχος, modo δυνάστης. Videtur autem etiam hoc exemplo confirmaſſe Spiritus Sanctus, de quo Petrus erat monitus, nullum gentis, vt vt à fœdere aliena videretur, in Regno Filii Dei, diſcrimen faciendum. Æthiopas, ἐσχάτους ἀνδρῶν, *vltimos hominum*, Homerus dixit. Iidem, quantopere à Iudæis contemnerentur, nemo ignorare poteſt. Ii tamen, ipſi, fidelem eſſe Æthiopem poſſe, exemplo cujuſdam teſtantur. qui cum ad magnam euectus dignitatem eſſet, quæſiuiſſe ex eo Sapientem notant,

Quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Quomodo ad eum perueniſti locum, cum Æthiops, ſiue ex Æthiopibus ſis oriundus? In Act.
(ואתא מן הכושים) eum autem בדבר אמת והנאמנות, hoc eſt, *quod veritatis ſtudioſus & fi-*
delis eſſet, reſpondiſſe. Quo & iſte Eunuchus, id eſt, vt loquuntur Syri, מהימנא,
ad hanc præfecturam perueniſſe potuit. Sequitur eodem capite de Paulo,
Καὶ ἦν μετ᾽ αὐτῶν εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος ἐν Ἱερουσαλήμ. Καὶ παῤῥησιαζόμε- ℣ſ. 28.
νος ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐλάλει τε καὶ συνεζήτει πρὸς τοὺς Ἑλληνιστάς· οἱ δὲ ἐπεχεί-
ρουν αὐτὸν ἀνελεῖν. Vbi miratus ſane eruditos ſum, qui ita hoc interpretati ſunt,
quaſi nihil, præter locum, in quo verſabatur tum Apoſtolus, notaſſet autor.
itaque interpretem antiquum, qui, *& erat cum illis intrans & exiens*, quod &
placuerat Eraſmo, hic dixiſſet, emendandum cenſuerunt: ea lege, vt pro eo,
verſabatur ergo cum eis Hieroſolymis, reponerent. Vellem autem cogitaſſent,
ne id quidem Syrum neglexiſſe. Quid ſit autem ἐκπορεύεσθαι καὶ εἰσπορεύεσθαι, qui
cum Hebræis Helleniſtas contulerunt, ignorare non poſſunt. Eſt ad manum
illud Zachariæ, Καὶ τῷ ἐκπορευομένῳ καὶ τῷ εἰσπορευομένῳ οὐκ ἔσται εἰρήνη ἀπὸ τῆς θλί-
ψεως. Quemadmodum contra, *exeunt* ſimpliciter *& intrant*, qui tuto, ac in
pace, vt Hebræi loquuntur; vel verſantur alibi, vel munus exſequuntur ſuum.
Hoc igitur notatur: in vrbe piis tam infeſta, iis autem vel inprimis qui do-
ctrinam hanc profiterentur, ſine noxa ac periculo verſatum eſſe Apoſto-
lum: donec Helleniſtas, quod mox additur, offendit. A quibus primum illi
hic periculum: quod cæteri non ignorarunt. Nemo autem neſcit, vrbes
maximas, præcipue corruptas, maximeque, vt bonis moribus, ita viris opti-
mis fuiſſe infeſtas. Exemplo ſint Athenæ, à quibus liberos arcebant quam
diu poterant, qui in Piræo, antiquis moribus, aut extra vrbem alibi, viue-
bant. Notum illud Comici, de adoleſcente præter expectationem corru-
pto, *An in aſtu venit?* Notum, quomodo exceptus ibi Paulus. Inprimis ve-
ro, quam infeſta veritatis profeſſoribus Hieroſolymorum vrbs, cui Prophe-
tarum cædes, vt proprium à Domino tribuitur. Ἱερουσαλήμ, Ἱερουσαλήμ, ἡ ἀπο-
κτείνουσα τοὺς προφήτας. Sed & quid de inſolentia ac faſtu ejus, ipſi Chri-
ſtianorum hoſtes? Qui nec ipſi inter ſe id diſſimulant, cum dicunt, אנשי
ירושלם אנשי שחץ. *viri Hieroſolymitani, viri ſuperbiæ*, aut, *ferociæ*. Quod ad
crudelitatem proxime accedit. vnde immanes feras ac truculentas, inter
quas leo, בני שחץ, *filios ferociæ*, Iobus dixit. Vt omittam ibi, *filios leonum*, inter-
pretari Chaldæos. Vt שחץ ſit leo, quemadmodum & שחל, cum quo ibi jungi-
tur. Quo & ipſe forſitan Apoſtolus reſpexit, cum ſe ἐκ στόματος λέοντος, ſer-
uatum ait. quod ad Neronem eruditi referunt. Sed & aliud interpres idem
agebat, cum Ἑλληνιστὰς, Græcos dixit. De quibus alibi, vt ſpero. Eodem ca-
pite legitur, Αἱ μὲν οὖν ἐκκλησίαι καθ᾽ ὅλης τῆς Ἰουδαίας, καὶ Γαλιλαίας, καὶ Σαμαρείας, ℣ſ. 31.
εἶχον εἰρήνην οἰκοδομούμεναι. καὶ πορευόμεναι τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου, καὶ τῇ παρακ. &c. Quod ita
acceperunt interpretes, ac ſi πορευόμεναι ἐν τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου καὶ ἐν τῇ παρακλήσει τοῦ
ἁγίου πνεύματος dictum eſſet. quemadmodum cum Petrus ἐν ἐπιθυμίᾳ μιασμοῦ
πορευομένους dixit. quo nihil vſitatius. Sed & illud ſcio, τὸ πορεύεσθαι, ſimpliciter
ſic Helleniſtis vſurpari. vt τινὶ πορεύεσθαι, nihil ſit aliud quam parere alicui aut
eum ſequi. Ita Machab. 1. 6.23. πορεύεσθαι τοῖς λεγομένοις. vbi, Ἡμεῖς εὐδοκοῦμεν δου-
λεύειν τῷ πατρί σου, καὶ πορεύεσθαι τοῖς ὑπ᾽ αὐτοῦ λεγομένοις. & ibidem πορεύεσθαι τοῖς
νομίμοις. ℣ſ. 59. Καὶ στήσωμεν αὐτοῖς τοῦ πορεύεσθαι τοῖς νομίμοις αὐτῶν. Quomodo, τὸ πο-
ρεύεσθαι φόβῳ Κυρίου, ἕπεσθαι τῷ Κυρίῳ, vel φοβεῖσθαι τὸν Κύριον, *ſequi, aut timere*
Deum, πορεύεσθαι τῇ παρακλήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἕπεσθαι τῷ παρακαλοῦντι πνεύματι,
ſequi monentem ſpiritum, eſſet. Nam & hoc Apoſtolo παράκλησις. vt cum
παράκλησιν καὶ παραμυθίαν 1 ad Corinth. 14. 3. conjungit. Vbi, Ὁ δὲ προφητεύων,
ἀνθρώποις λαλεῖ οἰκοδομὴν, καὶ παράκλησιν, καὶ παραμυθίαν. ita tamen vt, cum opti-
mis exemplaribus, poſt οἰκοδομούμεναι, plena diſtinctio ponatur. Quare cogi-
tandum.

In Act.

Cap. VI.

Σπεῖρα. νούμερος. *numerus, pro cohorte. eſſe in numeris*, στρατεύειν. *in numeros poſt ſacramentum dictum diſtributi. Miles, qui communem cauſam ſui numeri perſequitur.* Ἔκστασις *de profundo ſomno, quod* תרדמה *in Sacris. Adami* ἔκστασις. σκεῦός τι, ὡς ὀθόνη. σκεῦος ποιμένος. ἀκοῦσαι ῥήματα. ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνεσθαι. *vero vinci. Locus,* τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε. *& quæ mens loci. Recentioris interpretis ſententia. Atticiſmus vſitatus. Alia loci diſtinctio.* τὸ ὕδωρ κωλῦσαι. ἐμποδίζειν τοῦ ἄρτους.

Cap. X. vſ. 1. CApite decimo de Cornelio Centurione dicitur, Ἀνὴρ δέ τις ἦν ἐν Καισαρείᾳ, ὀνόματι Κορνήλιος ἑκατοντάρχης, ἐκ σπείρης τῆς καλουμένης Ἰταλικῆς. Vbi
Scholiaſtes, Σπεῖρα δέ ἐστιν ὁ καλούμενος νῦν νούμερον. Idemque Sozomenus.
Nec aliud voluiſſe Vlpianus videtur, cum, *exercitum, non vnam cohortem aut alam*, ſed *numeros multos*, dici ait. Atque hinc apud eoſdem Iuriſconſultos, *eſſe in numeris*, στρατεύειν. quia, in numeros ſeu catalogum referebantur, qui ſacramento dixerant. Vnde illud: *vt jam ſacramento dixerant, ita nondum diſtributi in numeros erant.* Et in Legibus militi, *qui communem cauſam omnis ſui numeri perſequitur vel ſuſcipit*, talis procuratio conceditur. L. 8. §. *veterani*, ff. *De procur.* Neque ſemel apud Tacitum & alios. Ita Ouidius, quod non omnes aſſequuntur, *Auxiſti numeros, culte Tibulle, pios.* τὴν τῶν εὐσεβῶν σπεῖραν. à re militari, nempe, de poëta in piorum catalogum relato. Non multo poſt de Pe-
vſ. 10. tro, Ἐγένετο δὲ πρόσπεινος, καὶ ἤθελε γεύσασθαι. παρασκευαζόντων δὲ ἐκείνων, ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἔκστασις. Ἔκστασις quæ תרדמה in Sacris. Vt de Adamo. de quo vide in hiſtoria ejus. Græci Theologi πνευματικὴν ὡσανεὶ θεωρίαν, τοῦ σώματος, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐξεστηκυίας τῆς ψυχῆς, hoc eſt, *ſpiritualem fuiſſe contemplationem ac animæ è corpore exceſſum quaſi*, volunt. Quo neſcio an hic, imo & ibi, ſit opus. Helleniſtæ, Καὶ ἐπέβαλεν ὁ Θεὸς ἔκστασιν ἐπὶ τὸν Ἀδάμ, καὶ ὕπνωσε. Quod interpretes, *Cadere igitur ſoporem fecit Deus ſuper hominem, & obdormiuit.* Nec Thargumiſtæ aliter. & de eo nos alibi. interpretes, *mentis exceſſum*, dixerunt. Cum ſequitur, καὶ θεωρεῖ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ καταβαῖνον ἐπ' αὐτὸν σκεῦός τι ὡς ὀθόνην μεγάλην, quanquam non ignorem, quam late, aut Hebræorum כלי, aut Romanorum vas, pateat, malim tamen *inuolucrum* hoc loco; aut ſimile. Σκεῦος, ὡς ὀθόνην, *inuolucrum, tanquam linteum.* cum præſertim & ὀθόνη pro inuolucro Græcis vſurpetur. Doctiſſimus interpretum Heſychius, Ὀθόναι, τὰ περιβόλαια πάντα. Forte & ad paſtorum Hebræorum כלי ſic alluſit. quod vel inuolucrum vel ſaccus erat, in quo cibos caliceſque, è quibus bibebant, aliaque, quæ ad victum aut vſum, reponere ſolebant. Quale eſt illud Zachariæ 11. σκεῦος ποιμένος ἀπείρου:
vſ. 22. quanquam ibi multitudinis numero vtuntur Helleniſtæ. Eodem capite, οἱ δὲ εἶπον, Κορνήλιος ἑκατοντάρχης, ἀνὴρ δίκαιος καὶ φοβούμενος τὸν Θεόν, μαρτυρούμενός τε ὑπὸ ὅλου τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων, ἐχρηματίσθη ὑπὸ ἀγγέλου ἁγίου μεταπέμψασθαί σε εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἀκοῦσαι ῥήματα παρὰ σοῦ. Vbi recentior interpres, *& abs te quædam audiret.* obſcure, nec efficaciter ſatis: vt & vetus, qui, more ſuo, ad verbum, *& audire verba abs te.* Ῥῆμα eſt מלה. Eo autem modo dictum, quo apud Iobum & alios, cum attentionem poſtulant, ἀκούσατε τὰ ῥήματά μου. Et nonne idem, πλήρης γάρ εἰμι ῥημάτων, *plenum verborum* dicit? cap. 32. 18. Mens eſt, *vt à te inſtituatur.* Neque alia voce Syrus quam מלתא hic eſt vſus. Ῥήματα ergo ſunt κατήχησις. &, ἀκοῦσαι ῥήματα παρὰ σοῦ, *vt à te inſtituatur.* Quemadmodum à Tertulliano, *catechizare centurionem* dicitur Petrus. vide & quæ ad hunc locum
vſ. 34. ſummæ eruditionis vir Ludouicus de Dieu notauit. Eodem capite, ἀνοίξας δὲ Πέτρος τὸ στόμα, εἶπεν, ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι, ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεός. Vbi illud ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι, longe efficacius quam videtur interpretibus, dictum. Ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνεσθαι dicitur, qui re ipſa per-

ſuaſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ſuaſus ſententiam mutare cogitur. Petro perſuaſum fuerat, ὡς ἀθέμιτον ἀνδρὶ In Act.
Ἰουδαίῳ κολλᾶσθαι καὶ προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ. *Nefas Iudæo eſſe cum gentibus verſari.*
Hanc opinionem, quanquam viſione ea, cujus mentio ỷſ. 11. & deinceps,
fit, eripere ei Dominus conatus eſſet, edoctus jam amplius Cornelii exem-
plo, verum eſſe, quod ſignificatum ei ænigmatice κατ' ὄψιν fuerat, ἐπ' ἀληθείας
καταλαμβάνεσθαι ſe ait. (Latini *vero vinci* dicunt.) quod eſt, ipſa veritate ad
mutandam ſententiam ſe cogi. Nam aliud καταλαβέσθαι cap. 25. ỷſ. 25. Ἐγὼ
δὲ καταλαβόμενος μηδὲν ἄξιον θανάτου αὐτὸν πεπραχέναι. Paulo poſt, Τὸν λόγον ὃν ἀπέ- ỷſ. 36.
στειλε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὗτός ἐστι πάντων Κύ-
ριος. Cujus loci mentem eſſe volunt, *id quod ſignificauit Iſraëlitis.* Interpres
recentior ac commentator: *Hic ergo ſenſus eſt: Nunc demum reipſa deprehendo,*
quicunque bene ac religioſe viuat, ſiue Iudæus ſit, ſiue ex alia quauis gente, gratum
eſſe Deo. id quod ſignificauit Iſraëlitis, quum annunciaret pacem ac reconciliatio-
nem Dei cum hominibus per Ieſum Chriſtum &c. Quaſi, κατὰ τὸν λόγον, dixiſſet.
quod, quanuis Hebræorum non ignorem conſtructionem, ne inprimis du-
rum ſit, haud parum metuo. cum Atticiſmo, quo nihil magis obuiam vbique,
expediri res poſſit. Vt τὸν λόγον, ὃν ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, ſit, ὁ λόγος, ὃν ἀπέστειλε
τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, οὗτός ἐστι πάντων Κύριος: ὁ λόγος, autem ſit, ὁ ἀποστολικὸς λόγος.
Senſu plano. Deus προσωπολήπτης, ſiue, perſonarum acceptor, non eſt. qui
reconciliationem omnibus per Chriſtum annunciat ac pacem: cum, vt ipſe
addit, non vnius gentis, ſed omnium, ſit Dominus. Videamus locum: ἐν παν-
τὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος τὸν Θεὸν, &c. δεκτὸς αὐτῷ ἐστί. Τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ,
εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὗτός ἐστι πάντων Κύριος. *In omni gente*
qui Deum timet, & juſtitiam operatur, gratus illi eſt. Sermo, quem filiis Iſraëlis mi-
ſit, qui pacem per Ieſum Chriſtum annunciauit, hic omnium eſt Dominus. quan-
quam εἰρήνη, quod ſæpe monuimus, non tam *pax* hic quam *ſalus*, He-
bræorum more ſit. quomodo & antiqui interpretis verba intelligi poſ-
ſint. *Verbum miſit Deus filiis Iſraël, annuncians pacem per Ieſum Chriſtum: hic*
eſt omnium Dominus. vt Verbum ſit, quod Iohannis primo מלתא dixit Syrus:
qui eadem voce hic vſus eſt. Quo & forte Græcos Scholiaſtas trahas, qui
poſt illa, τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλεν, &c. illa, οὗτός ἐστι πάντων Κύριος, & deinde, ὡς ἔχρισεν
αὐτὸν ὁ Θεὸς, jungunt. Quanquam & aliter diſtingui locus poſſit. hoc, nimirum
modo: τὸν λόγον, ὃν ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησοῦ Χρι-
στοῦ (οὗτός ἐστι πάντων Κύριος) ὑμεῖς οἴδατε· τὸ γενόμενον ῥῆμα καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας. quod
poſtea & Eraſmo in mentem veniſſe video. Vt vrbane interim ad illum Eſaiæ
alludat locum, λόγον ἀπέστειλε Κύριος ἐπὶ Ἰακὼβ, καὶ ἦλθεν ἐπὶ Ἰσραήλ. Pro quo
Helleniſtæ voce vicina decepti, θάνατον eo loco legerunt. quaſi דֶּבֶר ſcriptum
fuiſſet. Sub finem ejuſdem capitis legitur, Μή τι τὸ ὕδωρ κωλῦσαι δύναταί τις τοῦ ỷſ. 47.
μὴ βαπτισθῆναι τούτους; Vbi τὸ ὕδωρ κωλῦσαι, vt alibi apud Sirachidem. Pro quo
& ἐμποδίζειν idem. Μὴ δῷς ἀσεβεῖ, καὶ ἐμπόδισον τοὺς ἄρτους σου. Ita Maroni *prohibe-*
re ignem. qui, *prohibe infandos à nauibus ignes.* Igitur, *Num quid prohibere*
aquam poteſt? etiam Latine dicas. vt *prohibere aditum, acceſſum:* ne alia hic ad-
feram. Quæ & Græce eodem modo, ſi neceſſe ſit, efferas. Recentior inter-
pres, *Quidam hoc connectunt cum verbo* βαπτισθῆναι, *ita vt vel ſubaudiatur* κατὰ,
vel hoc ſit dictum, ex forma, qua dicimus, βαπτισθῆναι βάπτισμα. *Sed dura ac pla-*
ne inſolens fuerit iſta trajectio, cujuſmodi eſt illud, βαπτισθῆναι καθ' ὕδωρ, *pro*
ὕδατι, *niſi quis* καθ' ὕδωρ *accipiat pro* ἐν ὕδατι. Ego quid mihi videatur ſi ſimplici-
ter interpretemur, Μή τι κωλῦσαι ὕδωρ δύναται; jam dixi. Ita enim in eo quod
ſequitur nulla erit difficultas. Quam cur nonnulli quærant ac nectant, non
video. Qui ſic tamen vix inueniunt quod ſubterfugere me fateor. Ipſe cum
τοῦ μὴ dicitur, ἕνεκα intelligit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

CAP. VII.

Caput vndecimum cum duodecimo percurritur. Locus, τῶν δὲ μαθητῶν, καθὼς ηὐπορεῖτό τις *&c.* Διακονία. *& quomodo nonnunquam Helleniſtis vſurpetur.* χρυσώματα καὶ διακονίαι. Ἡρώδης βασιλεὺς, *qui & Agrippa. & an mendoſus, quod nonnemo voluit, ſit locus.* ἀπαχθῆναι, *duci.* θυμομαχεῖν *&* πολεμεῖν *diuerſa.* Εἰρήνη, *venia: atque ita Latinis nonnunquam vſurpari.* ἡ βασιλικὴ χώρα. ἡ βασιλικὴ πρόσοδος. προσοδεύειν. προσωδεύετο ὅτι πλείστους. φωνὴ Θεοῦ καὶ οὐκ ἀνθρώπου, *& quo referendum.* ἄγγελος Κυρίου, *& qualis hic intelligatur angelus.* πνεῦμα Θεοῦ. πνεῦμα παρὰ Θεοῦ, *Helleniſtis.* ἄγγελος Κυρίου, *de malo angelo. bubo, qui Herodi apparuit. beal de bobo. Mors, qua extinctus Agrippa. verminari de fœminis vſurpatum. vermina,* στρόφοι. Ἐκψύχειν, λειποθυμεῖν, *Helleniſtis* ἀποθνήσκειν, *aut deficere ante mortem.*

CAP. XI. CApite vndecimo non procul à fine cum dicitur, Τῶν δὲ μαθητῶν, καθὼς
ηὐπορεῖτό τις, ὥρισαν ἕκαστος εἰς διακονίαν πέμψαι τοῖς κατοικοῦσιν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ
vſ. 29. ἀδελφοῖς. Vbi nihil de diaconis, quod arbitrantur eruditi. Διακονία eſt
ſubſidium, & vſus. Vnde & ipſa ſupellex, quæ quotidianum ſui præbet vſum,
διακονία Helleniſtis dicitur. 1 Machab. 11. 58. Καὶ ἀπέστειλαν αὐτῷ χρυσώματα ἐν
CAP. διακονίαν. Capite duodecimo, cum autor dixit, Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν ἐπέβαλεν Ἡρώ-
XII. δης βασιλεὺς τὰς χεῖρας, κακῶσαί τινας τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, ita *Herodes Rex* dixiſſe
vſ. 1. videtur, ac ſi, ὁ καὶ Ἀγρίππας λεγόμενος, vel, ὁ τότε βασιλεὺς, *nomine Agrippa, qui*
tum Rex, vel, ſimpliciter, qui *tum Rex*, dixiſſet. Agrippam autem fuiſſe con-
ſtat. Fruſtra igitur de lectione diſputat interpres Græcus: qui, διαφωνία,
inquit, τοῦ ὀνόματος ἐνταῦθα τὸ λέγειν ἀντὶ Ἀγρίππα Ἡρώδην. ἢ κατὰ σφάλμα οὖν, ὡς
εἰκὸς, γραφικὸν γέγονεν· ἢ κατὰ διωνυμίαν εἴρηκεν. Ἐπεὶ δὲ ὁ χρόνος καὶ αἱ πράξεις τὸν αὐτὸν δει-
κνύουσιν Ἀγρίππαν ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος, ὃς μετὰ Γάϊον γέγονεν αὐτοκράτωρ. pro Agrip-
pa enim vult Heroden dici, vel quod duplex ei fuerit nomen, quaſi nouum
id eſſet, vel ſcriptoris mendum eſſe: cum ex ratione temporis Agrippam
intelligi nemo ignoret, quem ſub Claudio vixiſſe ait, & ſollicite obſeruat.
vſ. 19. Iuniorem ſcilicet Agrippam. Eodem capite, Ἡρώδης δὲ ἐπιζητήσας αὐτὸν καὶ μὴ
εὑρὼν, ἀνακρίνας τοὺς φύλακας, ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι. Vetus interpres elegan-
ter, *juſſit eos duci*. Eo modo quo Caligula, *nullius inſpecto elogio, à caluo ad cal-*
uum duci imperauit, apud Tranquillum. Et ita paſſim veteres. Seneca ali-
quoties in libris De ira. Ita, *Is cum iratus duci juſſiſſet eum qui ex commeatu ſine*
commilitone redierat. lib. 1. Paulo poſt, *Te*, inquit, *duci jubeo, quia damnatus es.*
Ibidem. *Nam ipſum centurionem, qui damnatum reduxerat, duci juſſit.* Gram-
matici, *ducitur quis ad ſupplicium, deducitur ad lætitiam.* Ergo, ἀπαχθῆναι, *duci.*
ad ſupplicium, videlicet: nam ita loquebantur. Quare nihil neceſſe erat,
vt recentior hoc immutaret interpres, qui, *juſſit eos ad ſupplicium rapi*, re-
vſ. 20. poſuit. Eodem capite, & paulo quidem poſt, ſequitur, Ἦν δὲ ὁ Ἡρώδης θυμο-
μαχῶν Τυρίοις καὶ Σιδωνίοις· ὁμοθυμαδὸν δὲ παρῆσαν πρὸς αὐτὸν, καὶ πείσαντες Βλάστον, τὸν
ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως, ᾐτοῦντο εἰρήνην· διὰ τὸ τρέφεσθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς
βασιλικῆς. Vbi ᾐτοῦντο εἰρήνην, *petebant pacem*, inquit doctiſſimus interpres.
Quomodo autem, ſi bellum nec eſſet, nec indictum eſſet? Præceſſit enim,
ἦν δὲ Ἡρώδης θυμομαχῶν: non autem, ἐπολέμει δέ. Quæ longe abſunt. Εἰρήνην
igitur ſic dixit, vt Latini *pacem*, cum veniam intelligunt. quemadmodum
Plauto aliiſque paſſim Iouis ac Deorum pacem expoſcere dicuntur, qui ve-
niam ab iis petunt. Cum autem, διὰ τὸ τρέφεσθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλι-
κῆς dixit, incolas, qui ἀπὸ τῆς βασιλικῆς, non χώρας, quod interpres voluit, ſed
προσόδου, viuebant, intellexit. Hoc igitur voluit, ὅτι ἀπὸ τῆς βασιλικῆς προσόδου
προσωδεύοντο. Quo ſenſu Ioſephus, προσωδεύσατο δὲ ὅτι πλείστους, in Agrippa dixit.
vſ. 21. & 22. Sequitur, Τακτῇ δὲ ἡμέρᾳ ὁ Ἡρώδης ἐνδυσάμενος ἐσθῆτα βασιλικὴν, καὶ καθίσας ἐπὶ τοῦ
βήμα-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

βήματος, ἐδημηγόρει πρὸς αὐτούς. Ὁ δὲ δῆμος ἐπεφώνει, Θεοῦ φωνὴ καὶ οὐκ ἀνθρώπου. A quo In Act.
alienum non eſt, eos qui diuinam ei tribuerunt vocem בת קול, vel Chaldaice,
ברת קלא dixiſſe. vt vox illa, quæ in locum prophetiæ ſucceſſerat, intelligatur:
cui & poſt hanc, vt, loquente Deo, cuncta tribui ſolebant. Illud autem, οὐκ
ἀνθρώπου, perſpicuitatis cauſa additum. Sequitur, παραχρῆμα δὲ ἐπάταξεν αὐτὸν ἄγ- ℣ſ. 23.
γελος Κυρίου. Porro vſitatum eſſe in Sacris, vt, quæ à Deo fiunt, miniſtris ejus
tribuantur, alibi probauimus. Hic autem ne dubitandum quidem, ſi Ioſepho
ſtamus, quin ἄγγελος Κυρίου, malus ſit angelus: quo adminiſtro, in exſequen-
da pœna ac horrendo judicio, hic vſus eſt Dominus. Vt cum in libris
Samuelis malus Spiritus רוח אלהים, πνεῦμα Θεοῦ, Helleniſtis autem, πνεῦμα
παρὰ Θεοῦ, dicitur. quemadmodum ab iiſdem, idem malus angelus, ἄγγε-
λος Κυρίου, Pſal. 35. vt hic, nuncupatur. Καὶ ἄγγελος Κυρίου ἐκθλίβων αὐτούς.
item, καὶ ἄγγελος Κυρίου καταδιώκων αὐτούς. Ioſephus bubonem, ſupra caput,
funi inſidentem, conſpexiſſe Regem, notat. Quæ auis vt inprimis dirum
eſſe omen ſolet, ita ſane digna fuit quæ hunc angelum repræſentaret. Ἀνα-
κύψας οὖν μετ' ὀλίγον, inquit, τὸν βουβῶνα τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς ὑπερκαθεζόμενον εἶδεν, ἐπὶ
σχοινίου, τινὸς ἄγγελον. Quemadmodum & generis humani hoſtem בעל דבבא, *beal de
bobo*, ſiue, *inimicum*, Syri dicunt. vnde forſan *bubo*, vt alibi notare memini. De
morbo autem addit, ἄθρουν δὲ αὐτῷ τῆς κοιλίας προσέφυσεν ἄλγημα, μετὰ σφοδρότητος
ἀρξάμενον, *ſubitum illi ventris dolorem obortum: quem cum vehementia cæpiſ-
ſe.* E quo illud quoque planum: non, vt quidam volunt, φθειριῶντα, ſed σκω-
ληκιῶντα, hoc eſt, verminantem, ſeu vermiculantem, obiiſſe. Adde, quod
& tormina deſcribit Ioſephus. quæ & ipſa verminantes patiuntur. Vnde
& *verminari* fœminæ, cum partus imminentis jam dolores ſentiunt & tor-
mina, dicuntur. Pomponius Hirnea Pappi: *ita fit, ita ſemper ſolet. Decumo men-
ſe demum turgens verminatur, parturit.* Quemadmodum Plinio *vermina* ſunt
στρόφοι. De quo ne quis hic agi credat, σκωληκόβρωτον, quod aliud, interiiſſe
ait. Quomodo ſceleſtus ille Antiochus, 2 Machab. 9. quem cum autor
immedicabili viſcerum dolore correptum dixiſſet, tandem, è corpore ejus
ebulliiſſe vermes ait. Verba ejus ſunt: ὁ δὲ παντοκράτωρ Κύριος, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ,
ἐπάταξεν αὐτὸν ἀνιάτῳ καὶ ἀοράτῳ πληγῇ· ἄρτι δὲ αὐτοῦ καταλήξαντος τὸν λόγον, ἔλαβεν
αὐτὸν ἀνήκεστος τῶν σπλάγχνων ἀλγηδὼν, καὶ πικραὶ τῶν ἔνδον βάσανοι. *Omnipotens vero
Dominus, Iſraëlis Deus, plaga eum inſanabili occultaque percuſſit. Vix enim fi-
nito quem habuit ſermone, dolor viſcerum immedicabilis, acerbique interiorum
cruciatus inuaſerunt eum.* Tandem addit, eo deueniſſe, ὥστε καὶ ἐκ τοῦ σώματος
τοῦ δυσσεβοῦς σκώληκας ἀναζεῖν· καὶ ζῶντος ἐν ὀδύναις καὶ ἀλγηδόσι, τὰς σάρκας αὐτοῦ
διαπίπτειν: *vt & vermes è corpore impii vi magna ſcaturirent, carneſque adhuc
viuentis doloribus ac cruciatibus diffluerent.* Quemadmodum in vetuſto co-
dice, etiam de hoc Herode, ſcriptum fuiſſe eruditi teſtantur, σκωληκόβρω-
τος, ἔτι ζῶν, οὕτως ἐξέψυξε, *à vermibus eroſum adhuc viuum, ita expiraſſe.* Vt
appareat, quam facile in hac hiſtoria & Lucas & Ioſephus conciliari poſ-
ſint. Ἐκψύχειν autem cum antiquis nonnunquam idem ſit quod λειποθυμεῖν,
Helleniſtis de ſupremo vitæ fine, aut, quod finem præcedit, vſurpatur. Qua-
les ſunt qui animo deficiunt aut viribus. Ita de Siſara, ויעף וימת, *& defatigatus
eſt, & expirauit.* Helleniſtæ, καὶ ἐξέψυξεν, καὶ ἀπέθανεν. Iud. 4. 21. Percuſſit au-
tem hominem ἀντίθεον, qui & hoſtis Dei eſſet & parem Deo ſe crederet, ma-
nus Dei, aut miniſter Dei, qui ſic manus Dei eſt. Vt veriſſimum hic illud an-
tiquiſſimi & ſuauiſſimi ſcriptoris ſit, τὰ ὑπερέχοντα κεραυνοῖ ὁ Θεὸς, οὐδὲ ἐᾷ φαν-
τάζεσθαι· φιλεῖ γὰρ τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν. Niſi quod non fulmine tantum,
ſed mille modis pœnam ab iis exigit, qui aliena, hoc eſt, quæ illius ſunt, vin-
dicare ſibi audent. Quemadmodum & huic euênit, vt viuus, quod aliis poſt
mortem euenire ſolet, cibus ac præda eſſet vermium. Hæreditas enim ho-
minis רמה ותולעה, *vermes & lumbrici*, vt recte ſapientes.

In Act.

Cap. VIII.

Caput decimum tertium & decimum quartum, examinatur. Ἐλύμας ὁ μάγος. Βαριησοῦς, *& quam varie hoc nomen ſcribatur.* τὸ ὄνομα *varie in his libris vſitatum, neque eodem ſemper modo impoſitum fuiſſe.* Ἄψινθος, *ſtella.* Ἑρμαῖον. *Mercuriale. Faceta paraſitis nomina impoſita.* Μάλχος, *ſerui nomen. quo & Porphyrium Chriſtiani hoſtem nominis fuiſſe dictum. atque hoc illi à Longino impoſitum nomen. Gematria Hebræorum, ejuſque in nominibus, diuinis præſertim, vſus.* ὁ ἀριθμὸς τοῦ ὀνόματος. τὸ *bar in nominibus non vno modo vſurpatum.* ὁ μάγος. *Elymas & Elymus. Elymus quis. Trinacrius Maroni dictus. alim Chaldæorum. De nomine Elymas fuſe agitur.* λόξωσις. λοξίας *Apollo. alim Arabum. Alma, vox in Romanorum Theologia vſitata. Deæ ab iis almæ dictæ. Sibylla Virgilio alma dicta. virgo* ἀπόκρυφος, ἔγκλειστος. κατάκλειστοι, *virgines.* Ἐλύμαι, *Perſarum regio. Artes magicæ & occultæ, etiam clam exerceri ſolitæ. idque Hebræis ac Chaldæis quomodo dictum. Ægyptiorum magi, qui ſe Moſi oppoſuerunt. Eorum artes quomodo dictæ.* ἐπιφθύσδειν *Siculorum. Haloches.* Σαλώχης, & Ἀλωῆς, *Helleniſtis. Pauli nomen vnde. B. Hieronymi ſententia. Prolepſis. De nomine Pauli, à proconſule, ſcilicet, impoſito, nihil ex Sacris peti poſſe. An Hebraicum ſit Pauli nomen. Paulus, ex ſententia B. Hieronymi, mirabilis. Cur nomen Romanum aſſumpſerit Apoſtolus. Eundem in coloniis Romanorum ſæpius verſatum.* Ἕλληνες, *quod ad cultum, etiam Romani.* Ἕλληνες *Aramæi, ſiue Syri, interpreti Syro. Fœmina Syrophœniſſa* Ἑλληνὶς *dicta.* τροποφορεῖν. τροφοφορεῖν. τροφοφορεῖν παιδίοις ἀγαθοῖς. τροποφορεῖν, οἰκτείρειν τὴν ἀσθένειαν *Procopio. Locus,* ὡς δὲ ἐπλήρου ὁ Ἰωάννης τὸν δρόμον. τὸ πληροῦν, *continuandi ſignificatione.* κεκμηκότες, *& an* κατακεκμηκότες *hoc loco.* μηκέτι ὑποστρέφειν εἰς διαφθορὰν, *de Meſſia.* τὸ μηκέτι *interdum ſimpliciter negare, interdum redundare.* ὑποστρέφειν. τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά. τῇ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας, *de Dauide, & mens loci. An Lycaonice locutus è B. Hieronymi ſententia Apoſtolus.* ὁ ἡγούμενος τοῦ λόγου *quis.* Ἑρμῆς ἡγεμών. ἡγεμονία *Mercurio conſecrata.* πάντων ἡγεμὼν ὁ λόγος. *Iupiter* Πρόπυλος. ἐπὶ τοὺς πυλῶνας. πυλῶνες *Helleniſtis, etiam vrbium portæ.*

Cap. XIII. ℣ſ. 8. Sine omni verborum oſtentatione ac pompa, ſemel peragendum eſt quod cœpimus. Adnotandum, nempe, aut illuſtrandum, quod prætermiſſum aliis, aut necdum, vt oportet, illuſtratum videtur. Capite decimo & tertio, legitur, Ἀνθίστατο δὲ αὐτοῖς Ἐλύμας ὁ μάγος. Qui etiam locus, in diuerſa egit eruditos. Quomodo enim, inquiunt, nomen ejus Elymas, cum præcedat, nomen Βαριησοῦς fuiſſe? Præceſſit autem, Διελθόντες δὲ τὴν νῆσον ἄχρι Πάφου, εὗρόν τινα μάγον ψευδοπροφήτην Ἰουδαῖον, ᾧ ὄνομα Βαριησοῦς. quod nomen, non eodem modo in diuerſis conceptum fuiſſe codicibus qui iis vſi ſunt teſtantur. In aliis enim Βαριησοῦ, in aliis Βαριησοῦς, in aliis Βαριησοῦ. à quibus ſeorſim abit Syrus, qui בר שומא *bar ſchuma* habet. Si ergo aliud ei nomen fuit, inquiunt, quomodo Elymas dictus fuit? Non jam dicam, alia atque alia iiſdem nomina fuiſſe, quod poteram; hoc dicam, quod majori jure poſſum; non eodem modo in his aliiſque libris vſurpari τὸ ὄνομα, nec eodem modo omnibus impoſitum fuiſſe nomen. Interdum enim à re ipſa, etiam ſi ita vulgo non dicerentur. Vt cum Emmanuel ex Eſaia dicitur, cujus nomen erat Ieſus, qui ex eo tempore, etiam ſecundum œconomiam, nobiſcum fuit. Vt cum ſtella, cujus nomen non exprimitur, Ἄψινθος, Apocalypſeos 8. 11. dicitur: quod aquæ, in quas incideret, abſinthio inficerentur. Interdum vulgus è re nomina facete imponebat. quomodo Horatianus Damaſippus, quod nihil præter lucrum totos dies jactaret, Ἑρμαῖον vulgo dictus eſt: quod *Mercuriale* interpretatur Flaccus. qui, *vnde frequentia Mercuriale Impoſuere mihi*

cogno-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

cognomen compita. quomodo paraſitus olim, qui dies totos jus in culinis li- IN ACT. gurriret, ζωμὸς, *Ius*, ſiue, *Iuſculum*, Plautinus *Scortum* dictus eſt. Cujuſmodi nomina interdum derediculo, agyrtis, magis, impoſtoribus ac ſcurris, interdum (quod hic factum potuit,) ab admiratoribus, qui iſtis nunquam deerant, ſubinde & ipſis præeuntibus, imponebantur. Quomodo ſcurra ille, cui aurem amputabat Petrus, Iohan. 18. ✠ſ. 10. Μάλχος, מלך, vel מלכא, *Rex*, dictus eſt. Quo nomine, quanquam aliter, ſceleſtus ille Porphyrius, ac deteſtandus Domini ac Seruatoris noſtri hoſtis, primo Μάλχος, deinde Porphyrius dictus eſt. Eunapius in Vita ejus: Μάλχος δὲ κατὰ τὴν Σύρων ὁ Πορφύριος ἐκαλεῖτο τὰ πρῶτα· τοῦτο δὲ δύναται βασιλέα λέγειν· Πορφύριον δὲ αὐτὸν ὠνόμασε Λογγῖνος, εἰς τὸ βασιλικὸν τῆς ἐσθῆτος παράσημον τὴν προσηγορίαν ἀποστρέψας. *Malchus initio Syrorum dictus lingua fuerat, quod Regem illis ſignificat: cæterum, detorta ad purpuram appellatione, quod regium veſtimenti inſigne eſt, Porphyrium Longinus dixit.* Sed & peculiariter Iudæi, è Gematria nonnunquam ſua variabant nomina aut imponebant, in diuinis præſertim. Vt ſi nomen excogites, quod τῷ מלכא reſpondet, numeroſque eoſdem efficit. Quo erudite Apocalypſeos alluſiſſe autor videtur, cum dixit, εἰ μὴ ὁ ἔχων τὸ χάραγμα, ἢ τὸ ὄνομα τοῦ θηρίου, ἢ τὸν ἀριθμὸν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. vt & cap. 15. ✠ſ. 2. His adde, non eodem ſemper modo τὸ בר vſurpari. quod interdum, nomini præmittitur paterno, ita vt ſit loco nominis, aut pariter jungatur. Quemadmodum in ſuauiſſimo illo, μακάριος εἶ Σίμων Βαρ-Ἰωνᾶ. *beatus es Simon, fili Iona.* Vbi ſi Βαρ-Ἰωνᾶ tantum dicas, loco erit nominis, ac de Simone intelligetur. Interdum pars eſt nominis, vt ſi Barnaban, vel Barſaban dicas: vt ſi Barachiam, qui tamen Aſæ filius. Nulla igitur hic difficultas, ſiue Βαριησοῦ legas, vt ſit filius Iehu, ſiue eodem ſenſu legas aliter. Sed nec video, quid obſtet, quominus binominis fuiſſe dici poſſit. Vt cum de Ioſepho, ὁ ἐπικληθεὶς Βαρνάβας ὑπὸ τῶν ἀποστόλων. Act. 4. 36. Ne jam dicam, quod Ἰωσὴφ præmittitur: additurque, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, υἱὸς παρακλήσεως. nihil ergo obſtat, quominus ad cætera pergamus, quæ de eodem dicuntur. Primo autem, Ἐλύμας, ὁ μάγος, dicitur. vbi ne dubitandum quidem videtur, quin, ὅ μάγος, autor ſcripſerit. quemadmodum alibi, Ἀββᾶ, ὁ πατὴρ, non, vt vulgo, ſcribendum monuimus. quod & hic locus confirmare videtur. Hunc autem, is quem proxime adduximus. Nam vt ibi eundem primo Ioſephum, deinde Barnaban vocari dixit, ac deinde ſtatim ſubjungit, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, υἱὸς παρακλήσεως, ita hic, ἀνθίστατο δὲ αὐτοῖς Ἐλύμας, ὁ μάγος· οὕτω γὰρ μεθερμηνεύεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ. &c. vt ſit ὁ μάγος, ὅ ἐστι μάγος. Poſtquam hanc amouimus difficultatem, reſtat vt ad cætera nunc veniamus. Primo, nimirum, quid ſit Elymas, tum an recte, μάγος, reddatur. Certum autem eſt, vocem Elymus, nec Græcis nec Romanis ignotam. Inprimis autem nomen heroïs celeberrimum, qui, vt Dionyſius Halicarnaſſenſis commemorat, ex Aſia, cum Ægeſto in Siciliam profugit. Seruius ad illud Maronis,

Hoc Elymus facit, hoc æui maturus Aceſtes,
Hoc puer Aſcanius,

principem fuiſſe Troianorum ait: quem & in Sicilia ciuitates condidiſſe aliquot. Fuiſſe &, qui eum, poſt incenſum Ilium, cum Aceſte in Siciliam veniſſe dicerent. Alios, nothum Anchiſæ filium fuiſſe. Idem certe Maro Trinacrium dixit.

Tum duo Trinacrii juuenes, Elymus, Panopeſque.

Et aliquoties eodem libro. Promiſcue vero *Helymus*, & *Elymus*, etiam, *Elimus*, ſcribi video. Chaldæis autem עלים, *alim fortis*, quod heroïbus proprium. vnde עלימין, *alimin*, qui tales ſunt: ἀνδρεῖοι ſcilicet. Alimus igitur, vel Elimus, heros ille vnde dictus, ſatis jam conſtat. vt ad diuinum, ſiue hariolum, nunc veniamus. Quibus hoc proprium fuiſſe nemo neſcit, vt non obſcura modo

 inue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

 inueſtigarent, ſed & ita ſe exprimerent, ac reſponderent. Diaboli, videlicet clientes: cujus cum mentiri ſit proprium, plurimaque, inprimis autem quæ futura ſunt, ignoret, interdum, hoc eſt, ambigue & inuolute cum loquitur, quod ad euentum, vel mentitur, vel non videtur ſaltem. Quam agendi rationem, recte λόξωσιν dicas. vnde & Λοξίας, Apollo. Quemadmodum Maronis Sibylla

Horrendas canit ambages, antroque remugit,
Obſcuris vera inuoluens.

Quæ, vt Gellius loquitur, *ſenſuum inuolucra, verborumque volumina, & perplexas vocum turbas funderet.* Arnobius, *obliquata, dubia, obſcuritatibus ſubmerſa,* dixit. Hebræi נעלמים dicerent. Ab עלם ergo העלים *heelim, occultauit.* Vnde iterum *Helymas*, &, rejecta aſpiratione, *Elymas.* qui *abſcondit ſenſus, & obſcura loquitur.* Σκοτεινὸς hac in parte cum Heraclito, &, vt Lycophron loquitur, Σφιγγὸς κελαινῆς γῆρυν ἐκμιμούμενος. Vt omittam עלים *alim* Arabum: quo ſcientem illi, ſiue ſapientem, notant. Quæ vox ita varias peruagata eſt terras, vt ad Theologiam ſuam tranſtuliſſe eam Romani videantur. Nam quod Seruius, *almam*, proprie Tellurem dici notat, *ab eo quod nos alat*, velim ſcire, cur & Venus paſſim, & Minerua à Lucretio, & Nereïdes in Aratæis à Tullio, & Muſæ, cæteræque ab aliis poëtis Deæ, ſic dicantur. Neceſſe ergo vt commune ſit nomen, quod vel à ſcientia vel majeſtate occulta, vel attributo ſimili, deſumptum ſit. Feſtus, qui, vt cæteri, ariolatur ac diuinat, *almum, ſanctum*, etiam *pulchrum*, & eruditiſſimus Gloſſator, κλυτὸν, ἔνδοξον, interpretatur. Quid autem hæc ad *almum*, ſi ab alendo id deducas? Et ne longe abeamus, cur Sibylla, de qua agimus nunc, *alma*, ab Ænea dicitur?

Hic ego namque tuas ſortes, arcanaque fata,
Dicta meæ genti ponam, lectoſque ſacrabo
Alma viros.

Item,

natique patriſque
Alma precor miſerere.

Hoc eſt, עלמה, *virgo*, aut, *abſcondita.* Vt de lingua in linguam voces tranſiiſſe quaſdam, quarum ex aliis origo ſit petenda, aut συμπτώσει id fieri, ſtatuendum ſit. Nam & virgo fuit, atque ita paſſim libro illo à Poeta dicitur.

non vlla laborum
O virgo, noua mi facies inopinaue ſurgit.

Item,

Dic ait, ô virgo, quid vult concurſus ad amnem?

Et ἀπόκρυφος fuit: quæ in obſcuro lateret. Ibidem,

horrendæque procul ſecreta Sibyllæ
Antrum immane petit.

Vt ſi quis virginem ἔγκλειστον, quales hodie, quas moniales dicunt, *almam* dicat. Quanquam & cæteræ, quod ante nuptias concluderentur quaſi, nec prodirent, tales erant. Vnde καταχλειστοι Machab. 2.3. virgines dicuntur. Et quandoquidem Exercitationes ſcribimus, in quibus aliqua digreſſionibus, ſi neque nimiæ ſint nec ineptæ, venia concedi ſolet, quid ſi Elymas hic ipſe, qui Iudæus, à natali forte loco hic dicitur, origine parentibuſque Perſa fuerit? Perſarum autem vt vox μάγος, ita regio Ἐλύμαϊ: quæ Ἐλύμαϊ ἐν τῇ Περσίδι, in eadem Machabæorum hiſtoria dicitur. Quid ſi autem Elymæi, vt Chaldæi, à diuinandi arte celebres tum fuerint, ideoque, vt nihil alienum dicat, qui Chaldæum interpretetur *magum*, ita propius accedat, qui Elymæum, arte & origine Perſam, ſic interpretetur? Hoc manet: nihil interim obſtare, quo minus ab ea deducatur voce de qua egimus. vt intelligatur, qui obſcure aut ambigue futura nunciaret, aut occultas vetitaſque exer-

ceret

ceret artes. quæ בלאט, ſiue clam, ab Hebræis, ברן à Chaldæis, fieri dicuntur. Porro In Act. לאט iterum idem, quod inuoluit, aut abſcondit. Vnde לטים, non arcana modo, & abſcondita, ſed & præſtigiæ atque incantationes. Vt cum Ægyptiorum magi, Moſi ſeſe, בלטיהם occultis ſuis incantationibus, vt Paulo hic Elymas, oppoſuiſſe dicuntur. Vbi voce לחש vſi Targumiſtæ. qua occulta muſſitatio magorum, ſiue murmuratio, notatur. quod ἐπιφθύσδειν eleganter in Pharmaceutria Theocritus dixit. Vnde Nehemiæ 3. vſ. 11. Sallam, filius Haloches הלחש quod eſt, *incantatoris*, dicitur. quales ſunt, qui ſubmiſſa voce aut ſibilo ſerpentes excantare ſolent. Helleniſtæ, ac ſi proprium eſſet nomen, alibi Σαλώχης, alibi Ἀλωῆς, reddiderunt. Vbi, Ἀλωῆς, ὁ μάγος, vt hic Ἐλύμας, ὁ μάγος, interpretationis cauſa, recte addas. Sequitur, Σαῦλος δὲ, ὁ καὶ Παῦλος. vſ. 9. Vbi primam Pauli hoc nomine factam mentionem, eruditi notant: ideoque, cur ita dictus ſit, quærunt. In quo operæ feciſſe exiſtimamus. Sed & primo B. Hieronymi ſententiam rejiciunt, quaſi à primo eccleſiæ ſpolio, vt ipſe loquitur, proconſule Sergio, cujus hic fit mentio, nomen acceperit. *Vt enim Scipio*, inquit, *ſubjecta Africa, Africani ſibi nomen aſſumpſit, & Metellus, Creta inſula ſubjugata, inſigne Cretici ſuæ familiæ reportauit, & imperatores nunc vſque Romani ex ſubjectis gentibus, Adiabenici, Parthici, Sarmatici, nuncupantur, ita & Saulus, ad prædicationem gentium miſſus, à primo Eccleſiæ ſpolio, proconſule Sergio Paulo, victoriæ ſuæ trophæa retulit, erexitque vexillum, vt Paulus diceretur è Saulo.* Ita enim ad Epiſtolam, quam Philemoni Apoſtolus ſcripſit. Eademque fere in Scriptorum Eccleſiaſticorum Catalogo. Hanc ſententiam vt rejiciant, argumento hoc præcipue vtuntur, quod cum ita diceretur, nondum ad fidem conuerſus eſſet Sergius. Quaſi prolepſis locum hic habere non poſſit. quam interdum ipſi profitentur, qui adhibuerunt. Ita Maro, cum apud eum vrbes aliquot commemoraſſet Anchiſes, quæ tum nondum inueniſſent nomen, tandem addit, ea aliquando iis nomina futura.

Hi tibi Nomentum, & Gabios, vrbemque Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces:
Pometios, Caſtrumque Inui, Bolamque, Coramque.
Hæc tum nomina erunt, nunc ſunt ſine nomine terræ.

Quid obſtitit igitur, quominus idem hic factum ſit. ac ſi dicat, Σαῦλος δὲ, ὁ μετὰ ταῦτα Παῦλος. *quem poſtea Paulum dicemus.* Cæterum, cur non vbi de conuerſione Proconſulis agit, rei tam illuſtris facta eſt mentio? Quid enim facilius erat, quam vbi dixerat, Τότε ἰδὼν ὁ ἀνθύπατος τὸ γεγονὸς, ἐπίστευσεν, ἐκπλησσόμενος ἐπὶ τῇ διδαχῇ τοῦ Κυρίου, verbo vno adjeciſſe, ἀπὸ τούτου ἦν καὶ ὁ Σαῦλος τοῦ ἀνθυπάτου, τοῦ πιστεύοντος, Παῦλος ἐλέχθη. Cæterum hoc totum, vt ἄγραφον eſt, ita & haberi poteſt. cujuſmodi non periculoſe magis refutari quam admitti ſolent: cum nec alibi ejuſdem rei in ſcriptura exemplum habeamus, & τὸ γραφικὸν ἦθος, vt loquuntur veteres Theologi, hoc eſt, mos ſcripturæ, quod & Sedulius Pauli interpres notauit, nihil tale perſuadeat. Illud magis fortaſſe mirandum, quod eodem loco idem antiquus Doctor addidit: *Si autem & interpretatio nominis quæritur, Paulus in Hebræo mirabilem ſonat.* Quomodo enim nomen Hebræum, ſi à Proconſule Romano ita dictus eſt? Vnde autem? Metuo ne à פלאי. quod nomen angelus vſurpat, qui Simſonem Manoæ Iud. 13. promittit: Helleniſtæ autem θαυμαστὸν interpretantur. Quod nomen an communicabile fuerit, ſi præſertim, quod antiqui notarunt Theologi, magni conſilii Angelus intelligatur, eruditi viderint. Tum qua ratione hinc deducatur Paulus. Sed & quomodo communicatur cum aliis, quod nec exprimitur nec indicatur? hinc enim & פלמוני de eo, cujus nomen non exprimitur: Ne de Auguſtino dicam, qui Paulum, quaſi paruulum diſcipulum vult dictum, qui arrogans Phariſæus fuiſſet. Nobis, quibus argutari nunquam placuit, dubitandum non videtur, quin Apoſtolus, jam Doctor factus gen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN ACT. gentium, hoc ageret, vt, quantum poſſet, de conuerſione earum cogitaret. idque quo melius procederet, & vt omnia omnibus fieret, non parum iis tribuiſſe. Quo ſpectat, quod & magni viri, ex hoc libro, in Romanis, vt plurimum, coloniis verſatum, probant: partim vt ad fidem ea ratione inuitaret ſuos, partim, vt ingruente à Iudæis cæteriſque aliqua calamitate, tutior in illis eſſet. eundem, nempe, qui Romanum cap. 22. ſe profitetur: qui ad Cæſarem cap. 25. prouocare audet. Romanus autem municeps cum eſſet, neque minus ad promotionem intereſſet Euangelii vt eſſe crederetur quam vt eſſet, intererat & nomine Romano dici, vt talem ſe facilius probaret. Quod vt fieret, cum ante Saulus, vt Iudæus, diceretur, exigua mutatione aut nulla, & Romanum eſſe ſe, munuſque ſuum, inuitationem, nempe, gentium ad fidem, ſimulque miram συγκατάβασιν teſtatus eſt. vt & ita verum probaret id quod alibi pronunciarat, ὅτι Ἰουδαίου τε καὶ Ἕλληνος διαστολὴ οὐκ ἔστι. Vbi Græcos cum dixit, etiam Romanos deſignare potuit. qui gentes, inter quas Romani, iis, quibus facta fuerat promiſſio, opponit. Vnde Metaphraſtes Syrus, Ἕλληνας, *Aramæos*, ſiue Syros, hic, vt alias plerunque, interpretatur. Noti enim Dii Syrorum. De quibus ſcriptum nunquam ſatis & ex merito laudatum viri ſummi ac eximie de nobis meriti, Seldeni noſtri, in omnium jam manibus verſatur: quomodo vbique Græci Patres, paganiſmum, Ἑλληνισμὸν dicunt. Contra autem quam interpres Syrus, qui Ἕλληνας *Aramæos* interpretatur, Euangeliſta Marcus, cui Syrophœniſſa fœmina, Ἑλληνὶς dicitur. qui c. 7. 26. Ἦν δὲ ἡ γυνὴ Ἑλληνὶς, Συροφοίνισσα τῷ γένει. quæ, Ἑλληνὶς, dico, τῇ θρησκείᾳ, hoc eſt, cultu & religione, eſſet. Sed & Syri, nec libenter & moleſte, vt videtur, Græcorum nomen efferunt, magiſq; ſuo delectantur. quemadmodum & à Græcorum, quo rariſſime vſi ſunt, abſtinuiſſe Græci videntur. Notum tamen illud Callimachi, cum dixit, Καὶ Γραικοὶ, καὶ γῆς ἡμετέρης ἀδαεῖς. Gentium igitur Apoſtolus, à gente, & primaria, & ſua, cum Romanus Romanorum beneficio, quod vſurpat ipſe, Tarſi eſſet natus, Romanum prætulit ac ſcriptis ſuis publice præfixit nomen. Qui ſe Paulum, non proconſulem cum Sergio, nec conſulem, aut Macedonicum, cum aliis, ſed Apoſtolum teſtatur: quo non Paulos modo omnes, ſed & Scipiones, anteceſſit. Concludamus denique. Quod de Leuitis dixit Ioſua, *Tribui autem Leui non dedit Moſes hæreditatem, Iehoua Deus Iſraël, ipſe eſt hæreditas eorum*; de Apoſtolo noſtro, recte dicas. cui ſine imperio ac poteſtate vlla, ſatis fuit, quod Ieſus Chriſtus, verus Deus, veruſque veri Dei filius, imperium ejus eſſet ac hæreditas: qui id profitetur, cum ſcribit, eſſe ſe quod eſſet, οὐκ ἀπ᾽ ἀνθρώπων, οὐδὲ δι᾽ ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ Θεοῦ πατρὸς, τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Eodem capite cum

vſ. 18. legitur, Καὶ ὡς τεσσαρακονταετῆ χρόνον ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ, quid ſit τροποφορεῖν ἵνα, quærunt eruditi. Neque alia ſane vox in qua magis variant antiqui. cum vtrunque & τροποφορεῖν & τροφοφορεῖν, vſurpetur. Nam in ipſa quidem Lege, non alia voce quam τῷ נשא vſum eſſe Moſen, ſatis conſtat. Deuteronomii, nimirum, 1. 31. Καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ, ἣν ἴδητε, ὡς ἐτροποφόρησέ σε Κύριος ὁ Θεός σου, ὡς εἴ τις τροποφορήσαι ἄνθρωπος τὸν υἱὸν τὸν ἑαυτοῦ. Chaldæus τῷ סבר vſus eſt: quod inter alia perferre ac ſufferre. ita enim eo vſus eſt interpres. Machabæorum autem 1. 7. 27. τροφοφορεῖν habes. vbi nobiliſſima illa mater, Υἱὲ ἐλέησόν με, τὴν ἐν γαστρὶ περιενέγκασάν σε μῆνας ἐννέα, καὶ θηλάσασάν σε ἔτη τρία, καὶ ἐκθρέψασάν σε, καὶ ἀγαγοῦσαν εἰς τὴν ἡλικίαν ταύτην, καὶ τροφοφορήσασαν. Vbi vetus interpres, *Fili mi, miſerere mei, quæ te in vtero nouem menſibus portaui, & lac triennio dedi, & alui, & in ætatem iſtam perduxi.* Recentior, *ad hanc vſque ætatem perduxi atque educaui.* Vnde τροφοφορεῖν παιδίοις ἀγαθοῖς Conſtitut. Clementis. Καὶ ἐτροφοφόρησας αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ παιδίοις ἀγαθοῖς. quaſi hîc ἐτροφοφόρησεν legatur. Heſychius, Ἐτροφοφόρησεν, ἔθρεψε. quod & Syrus expreſſit. Symmachus autem, qui Hebræum expreſſerat, βαστάζειν dixerat. Procopius, ὁ Σύμμαχος,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ἐβάστασε, φησί· κυρίως δὲ σημαίνει τὸ τοὺς παῖδας τρέφειν καὶ μεταφέρειν διὰ συμψελλισμῶν IN ACT.
καὶ καταβάσεως. imo συγκαταβάσεως, quod voluit. Οὕτω γὰρ ὁ Θεὸς τὴν ἀσθένειαν οἰ-
κειούμενος, κατὰ μικρὸν ἀνῆγεν αὐτοὺς ἐπὶ τὰ τελειότερα. quaſi à matribus deſumptum
eſſet, qui liberos de loco in locum, inquit, transferunt, cum iis balbutiunt,
iiſque ſe accommodant. Ita quippe Deum, infirmitatem ſuſtinuiſſe eorum,
donec ad majora eos ſic prouexit. Bene interpres vetus, *mores eorum ſuſti-*
nuit. ita, nempe, vt infirmitatem eorum, tanquam liberorum, ſuſtineret.
quod οἰκειοῦν τὴν ἀσθένειαν, Procopius dixit. Quæ τροποφόρησις qualis eſſet, mi-
rifice oſtendit Moſes, cum dixit, *Vt aquila quæ ad volandum pullos ſuos pro-*
uocat, ſuper eos cubat, expandit alas ſuas, aſſumit, portat in alis ſuis. Eodem ca-
pite, ὡς δὲ ἐπλήρου ὁ Ἰωάννης τὸν δρόμον, legitur. Eueniſſe autem id de quo agitur, ℣ſ. 25.
aliquamdiu ante conjectum in carcerem Baptiſtam, dum adhuc in curſu vo-
cationis verſaretur, nemo neſcit. Quare videndum, annon τὸ πληροῦν, hic τὸ מלא,
continuandi exprimat ſignificatione. Vt in illo, *Non impleuit poſt Iehouam,*
ſicut Dauid pater ejus continuauit in præceptis Domini: ſiue, *ſequi præcepta Do-*
mini. Et paſſim alibi. vt ſit, *cumque in eo eſſet, vt vocationem ſuam exſequere-*
tur Iohannes. Eodem capite, Οἱ γὰρ κατοικοῦντες Ἱερουσαλὴμ, καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτῶν, τοῦτον ℣ſ. 27.
ἀγνοήσαντες, καὶ τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν τὰς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκομένας, κρίναντες
ἐπλήρωσαν. Vbi τὸ κρίναντες, κατακρίναντες, recentiori: non tamen ut completa
damnatio intelligatur. Alioqui, quomodo petierunt quod poſtea ſequitur,
& quidem, poſtquam ipſi Dominum damnaſſent: vt damnaret, nempe, ac è
medio Pilatus cum tolleret? Tum, ſi penes ipſos, non vero penes præſidem,
damnandi jus fuit, cur à præſide id petierunt? Quippe, ſi damnaſſe eos, hoc
eſt, rejeciſſe, aut damnatum voluiſſe dicas, nihil dicas. quare, nec mens eſt,
ὅτι κατακρίναντες τὸν Κύριον, ἐπλήρωσαν τὰς τῶν προφητῶν φωνάς. Videndum ergo, an
non aliud voluerit. Eos, ſcilicet, dum prophetarum voces, & inprimis ſuas
parſchiot, quas ſingulis legebant Sabbathis, examinarent, quæ prædiceban-
tur, impleuiſſe. quod eum, de quo ibi ſcriptum eſſet, eſſe Dominum neſci-
rent. Neque major ſane excogitari ſtupor poteſt, quam, ἀνακρίνοντας τὰς γρα-
φὰς, vt alibi hoc ipſo libro autor loquitur, hoc eſt, dum in eo, vt ſcripturas ex-
pendant, toti ſunt (quomodo τὸ κρίναντες accipio) feciſſe hoc ipſum de quo
monebantur: hoc eſt, tolli eum voluiſſe, qui ad oculum Meſſias ibi dicitur:
ipſum illum, quem ſollicite expectarant. Eodem capite, Ὅτι δὲ ἀνέστησεν αὐτὸν ℣ſ. 34.
ἐκ νεκρῶν, μηκέτι μέλλοντα ὑποστρέφειν εἰς διαφθοράν. Homini dictum erat, *Puluis es,*
& in puluerem reuerteris. hoc eſt, *in corruptionem.* Quod in altero Adamo
locum non habuit, de quo dictum erat, fore, vt corruptionem non videret.
quemadmodum certe, ὑποστρέφειν εἰς διαφθορὰν, nihil aliud quam ἰδεῖν διαφθο-
ράν: quod de Domino dictum fuit, & eodem ſpectat. Vt vt ſit, non video,
cur recentior, *corruptionis*, qua antiquus vſus fuerat interpres, hic mutarit
vocem: vt pro eo, *non amplius reuerſurum in ſepulchrum*, diceret. Quod ne-
que Dauid dixit, neque proprium Meſſiæ fuit. Quemadmodum enim plu-
res eſſe poſſunt malefici, aut alii, qui non ſepeliuntur, ita multi, qui ſepul-
chris eruti, in ea poſtea non reuertuntur. Et ſi hic repoſuit *ſepulchrum*, cur
ſequentibus duobus verſibus, ab hac voce abſtinuit, vbi, pro *ſepulchro, corru-*
ptionem dixit? Nam diſtinctio, quam περὶ τοῦ ἰδεῖν διαφθορὰν ibi adfert, vt ſubſi-
ſtat metuo. Quid quod ipſe autor, ſi quid intelligimus, vt confirmet locum
illum, ὅτι μηκέτι εἰς διαφθορὰν ὑποστρέφειν μέλλει ὁ Κύριος, illum adducit, οὐ δώσεις
τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθορὰν, *non permittes vt corruptionem ſanctus tuus videat?*
Quomodo autem ſi aliud Propheta dixit, eo ipſo confirmat quod dixit?
Quanto melius fuiſſet, cogitare, an τὸ μηκέτι non ſimpliciter vel neget vel re-
dundet? Neget, vt in illo, Μηκέτι οὖν ἀλλήλους κρίνωμεν. ad Roman. 14. ℣ſ. 13.
quod eſt, Μὴ κρίνωμεν. quemadmodum non raro redundat. Tum & de ὑπο-
στρέφειν cogitandum: an non ἀντὶ ἐλθεῖν aut ſimili, nonnunquam ſimpliciter

In Act. dicatur. Vt cum τὸ ἀπόστροφον, ἀφιγμένον, primæ autoritatis ſcriptores interpretantur. Quanquam ante cæteros autori noſtro, vt jam dixi, qui confirmat & interpretatur quod dixerat, credendum erat. Cum ibidem ſequitur,
Ibid. Ὅτι δώσω ὑμῖν τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστὰ, videtur vſitatum Sanctis viris eo tempore fuiſſe, vt notiſſimos ac nobiliſſimos antiqui Fœderis locos, non tam ad verbum adducerent, quam obiter oſtenderent, ac in memoriam Iudæis reuocarent. Ipſe locus de quo agitur is eſt, καὶ διαθήσομαι ὑμῖν διαθήκην αἰώνιον, τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά. Priora enim verba, cætera interpretantur. Recentior interpres, qui obſcuritatis cæteros accuſat, ambigue quidem ſatis, & an perſpicue magis, neſcio, *Dabo vobis firmas illas Dauidis beneficentias.* Cum enallage ſit numeri. quod τὸ διαθήκη declarat. Mens eſt, *Miſericordiam meam*, niſi multitudinis numero, *miſericordias meas*, malis, *pactas cum Dauide, non interruptas, continuabo*. vel, *exhibebo vobis firmas illas Dauidis miſericordias*, ad verbum. In voce autem πιστὸς, more Helleniſtarum, quod periti linguæ ejus non igno-
ỷſ. 36. rant, continuandi vis eſt, ſeu ſignificatio. De eodem Dauide ſequitur, Δαβὶδ μὲν γὰρ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ, ἐκοιμήθη. Prædictum erat, fore, vt è familia Dauidis, Rex æternus naſceretur. Prius ergo Regem eſſe oportuit Dauidem. Dauid autem Rex cum fuit, non hac lege fuit, vt perpetuo Rex eſſet: quod è familia illius alii jam debebatur. Neceſſe tamen fuit, & Dauidem eſſe, & Regem eſſe, vt poſt eum & Meſſias eſſet: vtq; ita Dei hac in parte conſiſteret conſilium atque impleretur. Dauid igitur hoc ipſo, etiam quod Rex fuit, viam ad Meſſiæ regnum præparauit. Quo facto, vt alius, diſceſſit. Hoc eſt, quod Dauidem ait, ἰδίᾳ γενεᾷ τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ ὑπηρετήσαι: ſiue τὸ γενεὰ, de familia ac ſtirpe, ſiue de ortu, aut tempore accipias quo vixit. cum & ipſe, & quæ geſſit, inprimis autem regnum ejus, venturi Regis adumbratio ac typus eſſet. Non eſſe igitur quod ad Dauidem amplius reſpicerent, ſed potius ad eum, de quo dictum erat, *Filius meus es tu*. qui & extra corruptionem conſtitutus eſſet; & quem ipſe Deus, etiam ante ipſam corporis corruptionem, excitauit. Longe aliter recentior interpres, *Nam Dauid quidem poſtquam ætate ſua inſeruiuit Dei conſilio*. Efficaciter parum. vt & vetus. Neque Eraſmus
Cap. ſane melius: qui aliter diſtinxit. Capite decimo quarto, inter cæteros occur-
XIV. rit locus ille, Οἱ δὲ ὄχλοι, ἰδόντες ὃ ἐποίησεν ὁ Παῦλος, ἐπῆραν τὴν φωνὴν αὐτῶν, Λυ-
ỷſ. 11. καονιστὶ λέγοντες, οἱ Θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀνθρώποις, κατέβησαν πρὸς ἡμᾶς. Quid autem ſibi B. Hieronymus volebat, cum ad Hedibiam ſcriberet, *Vnde & in Lycaonia, cum audiſſent Paulum & Barnabam loqui linguis ſuis, Deos in homines conuerſos eſſe credebant?* Vbi enim Paulum Lycaonice locutum hic dixit? Tum quid mirum, ſi Apoſtolus, qui Cilix eſſet, ſic locutus eſſet? Neque dixit, ἀκούσαντες ὅτι Λυκαονιστὶ ἐλάλει, ſed ἰδόντες ὃ ἐποίησεν ὁ Παῦλος. de ipſis autem, Λυκαονιστὶ λέγοντες. Sed & ea ipſa quæ iis tribuit, οἱ Θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀνθρώποις, κατέβησαν πρὸς ἡμᾶς, manifeſte illud Homeri alludunt:

Καί τε Θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσιν,
Παντοῖοι τελέθοντες, ἐπιστρωφῶσι πόληας.

Quanquam forte & alterius poëtæ verba alluſit, qui dixerit,

Οἱ Θεοὶ ἀνθρώποισιν ὁμοιωθέντες, ἐς ἡμᾶς
Ἤλυθον.

ỷſ. 12. Sequitur, Ἐκάλουν τε τὸν μὲν Βαρνάβαν, Δία, τὸν δὲ Παῦλον, Ἑρμῆν· ἐπειδὴ αὐτὸς ἦν ὁ ἡγούμενος τοῦ λόγου. Quis autem ὁ ἡγούμενος τοῦ λόγου? Non ſermonis dux, ni fallimur, vt vulgo, ſed cui commiſſæ ſunt dicendi partes. quod à Gallis melius exprimitur ac Belgis. Et videntur Ἡγεμόνα Ἑρμῆν reſpexiſſe: qui & fortaſſe ibi colebatur. Quia autem nihil vtilius ſermone, τὴν ἡγεμονίαν Mercurio, vt & antiqui notant, aſſcripſerunt Græci: ὅτι πάντων ἡγεμὼν ὁ λόγος: *quod in omnibus præcedat ſermo.*
ỷſ. 13. Capite eodem cum dicitur, ὁ δὲ ἱερεὺς τοῦ Διὸς, τοῦ ὄντος πρὸ τῆς πόλεως αὐτῶν, Iouem Πρόπυλον haud dubio intelligit, qui ante vrbem coleretur. quod Πολιεὺς aut

Πολιοῦ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Πολιοῦχος, ſiue, vrbis præſes, eſſet. Igitur ὁ ὢν πρὸ τῆς πόλεως, ipſa Iouis quæ ad portas eſſet, ſtatua hic dicitur. Quod interpretes monere poterat, quid ſibi Sanctus autor vellet, cum eodem verſu hoc de ſacerdote Iouis addit, ταύρους καὶ ςέμματα ἐπὶ τοὺς πυλῶνας ἐνέγκας. Interpres vetus, *tauros & coronas ante januas adferens*. Recentior, *cum tauros vittatos ad veſtibula attuliſſet*. Quæro autem quæ hæc ſint veſtibula, vt illi, quid πυλῶνες hic ſint, diſputant. Neque ſequitur, hæc intra vrbem geſta, quia verſu 19. Paulus vrbe ejectus dicitur: cum eodem momento ac tempore, id factum non dicatur. Contra autem, tempore opus fuit, vt id populo perſuaderetur, quod & additur, vt vrbe eos paterentur ejici, quos ante Deos eſſe exiſtimarant. Quid igitur? Πυλῶνες Helleniſtis ſunt πύλαι, hoc eſt, *portæ*. Etiam vrbis. Ita 3 Regum 17. 10. Καὶ ἀνέςη Ἠλίας, καὶ ἐπορεύθη εἰς Σάρεπτα τῆς Σιδῶνος, εἰς τὸν πυλῶνα τῆς πόλεως. Vbi πυλὼν, πύλη, *porta*.

CAP. IX.

Caput decimum & quintum. Locus, ἐξανέςησαν δέ τινες. *& an cum ſuperioribus jungendus. Recentioris interpretis libertas.* ἐξελέξατο ἐν ἡμῖν, *Hebraiſmus vſitatus. Locus*, Μετὰ ταῦτα ἀναςρέψω καὶ οἰκοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ, τὴν πεπτωκυῖαν, *& an recte conuerſus. Locus Amoſi, quo reſpexit autor. Locus*, ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων. *De ipſo loco à recentiori interprete quæ adferantur.* ἀλίσγημα, *de cibis vſurpatum.* ἐδέσματα ἀλλότρια. βωμολόχοι *veterum. ſcurrilis adulatio, vnde vitium ipſum* βωμολοχία. πορνεία, *quomodo ad* ἀλισγήματα *referatur, cum ſuffocato item & ſanguine jungatur. quomodo* ἀλίσγημα πορνείας *dicatur, aut inter cibos, de quibus agitur & qui ſequuntur,* πορνεία *ponatur. An inter Adiaphora poni* πορνεία *potuerit. Scortatio an inter Adiaphora paganis. Flagitia, peccata. an æqualia. An* πορνεία *de ſpirituali ſcortatione accipienda ſit. an talis inter Adiaphora ponenda. Victimæ à meretricibus offerri ſolitæ.* πορνικὴ θυσία. πορνεία. μισθαρνία *meretricum.* μίσθωμα πόρνης. παροξυσμός. παροξυνταὶ, *riuales.* παροξυσμὸς ἀγάπης. *exacerbatio. concertatio. diſſentio.* παροξυσμὸς πρὸς ἀγαθοεργίαν. πρὸς χρηςότητα. κατ' ἀλλήλων γίνεσθαι, *de Epiſcopis.*

CApite decimo & quinto legitur, Ἐξανέςησαν δέ τινες τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως τῶν Φαρισαίων. Quibus verbis nouam narrationem denotari qui non vi- CAP.
det, ne ſequentia quidem legiſſe videtur. Sequitur enim, Συνήχθησαν XV.
δὲ οἱ ἀπόςολοι, & alia, quæ manifeſte euincunt, verba eſſe Lucæ, vſque ad ora- v. 5.
tionem Petri. Nam ſi hæc à Barnaba & Paulo dicantur, nihil obſtabit, quo minus & Petri oratio iiſdem tribuatur: quæ cum cæteris omnino cohæret. Quare nolim ea licentia hic vſum interpretem recentiorem, qui τὸ *ajebant* inſerendum exiſtimauit. *Sed, ajebant, quidam ſurrexerunt*. Quod liberrimum emblema eſt: nec laudanda, meo quidem animo, in canonicis præſertim ſcriptis, interpolatio. Adde, quod nemo commentarium requirit ab interprete, aut vt opinionem propriam contextui interſerat. Neque video, quomodo huc faciant quæ de tranſitione ab obliqua oratione ad rectam in Hiſtoricis, dicuntur. Paulo poſt ſequitur, Πολλῆς δὲ συζητήσεως γενομένης, v. 7.
ἀναςὰς Πέτρος, εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Ἄνδρες, ἀδελφοὶ, ὑμεῖς ἐπίςασθε, ὅτι ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν ἐξελέξατο. Vbi mirum, cur tantopere in poſtremis ſeſe verbis torqueant interpretes. Quid enim magis vſitatum, quam vt Hebræorum exprimatur conſtructio? Vt ſit ἐξελέξατο ἐν ἡμῖν, ἐξελέξατο ἡμᾶς. Et quis neſcit illud, ὅτι ἐξελέξατο Κύριος ἐν Σιών, בחר בציון? Quale eſt ἐξελέξατο ἐν σοὶ, בך בחר. Ita hic ἐξελέξατο ἐν ἡμῖν, ἐξελέξατο ἐν ἐμοί: quæ enallage inprimis vſitata. Hæc autem ſola inter reliquas ſententias, quam vere propoſuit recentior. Quare autem non expreſſit? Abſit vero illud, *inter nos elegiſſe me*. quod & alii ſecuti ſunt. Quæ enim vera ſunt, conſtanter vindicanda ac tenenda ſunt, ne noceant exem-

 plo.

In Act. ψſ.16. plo. quod hic factum. Bene autem & modeſte, ἐν ἡμῖν, καὶ κοινωνίαν. *Elegit*, inquit, *nos, è quibus ego mentem Domini exponam*. Eodem capite, Μετὰ ταῦτα ἀναςρέψω καὶ ἀνοικοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν. Ex illo nempe Amoſi loco, Ἐν ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀναςήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ, τὴν πεπτωκυῖαν. cap. 9. ψſ. 11. Quo igitur illud, μετὰ ταῦτα ἀναςρέψω, quod in contextu non extat? Interpretes, *poſt hæc reuertar*. Mihi, vero propius videtur, vt, cum præcedentibus duobus verſiculis Prophetæ, de calamitate gentis Dei agatur, ſenſu alio locum ſic contraxerit: Μετὰ ταῦτα ἀναςρέψω, καὶ ἀνοικοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν. Vt dicat, *Poſthæc euertam ac deinde reſtaurabo tabernaculum Dauid*: vtque ἀναςρέψω ſit ἀνατρέψω, quemadmodum Iohannis 2. ψſ. 15. καὶ τὰς τραπέζας ἀνέςρεψε, de nummulariorum menſis, quas euertit Dominus. Locus integer Amoſi cap. 9. à verſu 9. ad 12. ita habet: *Ecce enim ego præcipio, & vagari faciam in omnibus gentibus domum Iſraël, vt vagatur triticum in cribro, nec cadit lapillus in terram. Gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt, Non appropinquabit, nec anticipabit propter nos malum.* Hactenus vides, quid ſit ἀναςρέψω. Quid ſit, ἀνοικοδομήσω, in ſequentibus: *In die illa reſtaurabo tabernaculum Dauid quod cadit.* &c. Helleniſtæ, Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀναςήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ, τὴν πεπτωκυῖαν. Vides igitur, quo pacto eleganter contrahatur locus. Ea autem contrahendi ratio, vt aliquoties jam diximus, inprimis
ψſ. 20. in his libris vſitata. Cum eodem capite non ita multo poſt ſequitur, ἀλλὰ ἐπιςεῖλαι αὐτοῖς τοῦ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων, καὶ τῆς πορνείας, καὶ τοῦ πνικτοῦ, καὶ τοῦ αἵματος, ſi dixero, nullum in his libris locum eſſe in quo plus difficultatis inuenerunt plus reliquerunt ſummi viri, nihil abs re dicam. Neque ſane parum operæ recentior interpres hic ac commentator dedit, vt ingenium ac eruditionem omnibus probaret: qui nonnulla, ſine quibus locum intelligi vix poſſe exiſtimabat, vel præmiſit vel collegit. Quorum ſumma fere hæc eſt: De Iudæis Chriſtianis, ſiue, ad Euangelium conuerſis, agi: nec, quouſque hi Iudæis aliis, ſed gentes, κατὰ βαίνειν, ac Iudæis ſe infirmioribus accommodare, oporteat. Tum de Adiaphoris hic agi. Inprimis autem cur ſcortatio addatur Adiaphoris, videndum, recte judicat. quæ tamen difficultas adhuc manet. Quis autem non miretur, ne antiquos quidem ita hic de nobis meritos, vt certi aliquid pronunciarent? Quare & nos ſemel de hoc loco cogitemus. Qui, ſi vllus, excitare omnium induſtriam ingeniumque debuit. Ipſum igitur recentior interpres ita exprimendum judicauit: *Sed ad eos ſcribendum, vt abſtineant à pollutis per ſimulachra, & ſcortatione, & ſuffocatis rebus, & ſanguine.* Vetus, *Sed ſcribere ad eos, vt abſtineant ſe à contaminationibus ſimulachrorum, & fornicatione, & ſuffocatis, & ſanguine.* Eraſmus, *Sed ſcribendum ad eos vt abſtineant ſe ab inquinamentis ſimulachrorum, & ſcortatione, & ſuffocato, & ſanguine.* Primo autem fuerat videndum, quæ hic ἀλισγήματα dicantur. Tum, quouſque τὸ ἀπέχεσθαι hic ſe extendat. Quod ad τὸ ἀλίσγημα, non de pollutione quauis, ſed ciborum ac potus vſurpari, ne dubitandum quidem arbitror. Vt cum Daniel abſtinuiſſe cibo dicitur, ὡς οὐ μὴ ἀλισγηθῇ ἐν τῇ τραπέζῃ τοῦ βασιλέως, καὶ ἐν τῷ οἴνῳ τοῦ πότου αὐτοῦ, cap. 1. ψſ. 8. Item, καὶ ἠξίωσε τὸν ἀρχιευνοῦχον ὡς οὐ μὴ ἀλισγηθῇ. *ne ſe cibo vetito potuque pollueret.* Huc inprimis facit, quod apud Malachiam, apud quem aliquoties ea vox extat, c. 1. ψſ. 6. & 7. profanari menſa Domini propter ἄρτους ἠλισγημένους, id eſt, *panes pollutos*, dicitur. Ὑμεῖς οἱ ἱερεῖς οἱ φαυλίζοντες τὸ ὄνομά μου, καὶ εἴπατε, ἐν τίνι ἐφαυλίσαμεν τὸ ὄνομά σου; Ac deinde reſpondetur, Προσάγοντες πρὸς τὸ θυσιαςήριόν μου ἄρτους ἠλισγημένους. Sequitur, καὶ εἴπατε, ἐν τίνι ἠλισγήσαμέν σε; ἐν τῷ λέγειν ὑμᾶς, τράπεζα Κυρίου ἠλισγημένη ἐςί. propter idolothyta, quibus vt videtur, menſa fuerat polluta. Heſychius, Ἀλισγημάτων, τῆς μεταλήψεως τῶν μιαρῶν θυσιῶν. Item, Ἀλισγήθη, συνεθιάσθη. parum emendate: ex Helleniſtis, vt videtur. Ἀλισγήματα igitur, cibi vetiti, de quibus Lex agebat. quales ante

omnes

omnes εἰδωλόθυτα, quæ non eſſe impura non poterant. Quem cibum, ἔδεσμα In Act.
ἀλλότριον, eleganti euphemia Eccleſiaſtes dixit. Ἀλισγήσει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν
ἐδέσμασιν ἀλλοτρίοις. quemadmodum cultum profanum, quem עבודה זרה vulgo
dicunt, recte θρησκείαν ἀλλοτρίαν dicas. Et quid hæremus, cum interpres omni
exceptione major, non ad manum modo, ſed in ipſa ſit? Ipſe Lucas, videli-
cet, qui quod hic ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων, capite 21. φυλάσσε-
σθαι τὸ εἰδωλόθυτον, dixit. Quæ enim mactabantur, in cibum adhiberi ſolita,
& Chriſtiani ſciunt, nec pagani ignorant. Quis autem βωμολόχους veterum
ignorat? qui fame atque egeſtate pleni, aras circuibant, atque adulando, vi-
ctimarum partes emendicabant: aut ſcurrilibus dicteriis jociſque, ſacerdo-
tes, vel adſtantes, oblectabant. vnde exceſſum vrbanitatis, καὶ τὴν περὶ τὸ ἐν
παιδιᾷ ἡδὺ ὑπερβολὴν, βωμολοχίαν Philoſophus dixit. De quibus in Hippo-
nacte nos olim,

Hæc non recocta, juris inſtar heſterni,
Miſer ligurrit: vt famelicus ciuis,
Vicina circum turba cum facit ſacrum,
Iejunus exta corrogat bouis crudæ,
Proſerpinæue captat in via cœnam:
Aut ſcurra notus, circulator ararum,
Ictum minanti ſupplicat ſacerdoti.

Cum igitur ἀλίσγημα εἰδώλων, idem, niſi S. Lucæ non credimus, hoc loco ſit,
quod εἰδωλόθυτον, quæro, quanam ratione hic ſibi conſtet ratio? Præcipitur
enim, vt, à pollutis idolorum cibis, ſiue, à pollutionibus ciborum, ſibi ca-
ueant. cujus generis ſunt ea quæ idolis conſecrata ſunt, vt cæteri, qui mox ſe-
quuntur, cibi. quo & referendum, πνικτὸν, καὶ αἷμα, *ſuffocatum, & ſanguis:* qui-
bus non inſeritur hic tantum, ſed præponitur πορνεία. Quis autem inter hæc
ſcortationi locus? Siue enim illud, ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων, *à pollutis idolo-
rum cibis*, interpretemur, &, vt ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων, ita ἀπὸ τῶν ἀλισγημά-
των τῆς πορνείας dicamus, quid commune illis? ſiue τὸ ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων,
abſolute, τὸ πορνείας item abſolute accipiamus, quid ſcortationi, cum cæteris,
qui poſtea ſequuntur, cibis, quibus abſtinendum eſt, commune erit? Ita vt,
aut loco non ſuo, inter cibos, aut, vt cibus, inter eos manifeſte recenſeatur.
De cibis autem agi jam diximus. Si autem ponitur vt cibus, inter Adiaphora,
& quæ tum vetabantur, reponendus erit. Quas difficultates, quanuis non
fortaſſe ſatis eruditi hic excuſſerint, mirum tamen, neque fruſtra, illis viſum,
inter cibos, & πορνείαν poni. cum præſertim id plerique de ſcortatione acce-
perint. Qui cum ſemel poſuiſſent ac crederent, de Adiaphoris per ſe, qui-
buſque ex charitatis tantum lege abſtinendum eſſet, agi, alteram difficul-
tatem fieri non potuit quin intelligerent. Inter Adiaphora per ſe, videlicet,
ſcortationem hic reponi. Cui rei aliud excogitatum. ideo, nimirum, adia-
phoris adjectam, non quod talis eſſet, ſed quod ea tempeſtate, tum in Græ-
cia tum alibi corrupti eo vſque eſſent mores, vt ſcortari, inter adiaphora pa-
ganis eſſet. Quaſi vero, quia inter gentes eſſent, qui aut leue, aut ne pecca-
tum quidem eſſe crederent, de ea omnes ita judicarent. Quod videtur
tale, ac ſi quis, quia Chriſtiani quidam, vel excuſant eam, vel, vt pecca
tum leue, habent, ideo concludat, inter adiaphora à Chriſtianis poni. Vt
cum in Canonibus titulo De Laicis, nec laudari, nec prohibitam ciuili
jure ac legibus ſcortationem (ὅτι οὐκ ἐπαινεῖται μὲν παρὰ τῷ πολιτικῷ νόμῳ, οὐκ
ἀπηγόρευται δὲ) dicitur. Quod qui dicit, parum abeſt, quin quodammodo ex-
cuſet. in ciuili foro certe, licet non & in diuino. Quanto enim aliter Apo-
ſtolus? Quanquam ne pagani quidem deſunt, qui damnarunt quod pro-
hibitum ciuili jure, eo loco quem adduximus, negatur. Adde quod ne re-
cte quidem id de quo hic agitur, ex autoris loco probatur, qui dixit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Act.

Non eſt flagitium, mihi crede, adoleſcentulum
Scortari, neque potare.

Vt qui non è perſona ſua, ſed ex ejus quem deſcribit loquitur: hominis indulgentiſſimi, nimirum, & qui perditum adoleſcentem lenitate nimia, inuito fratre ac deteſtante hæc omnia, corrumpit. Quod ſi id poëtæ vt qui ita ſentiat ſit aſſcribendum, quid obſtabit, quominus quæ in Tragœdiis ab Atreo dicuntur aut Thyeſte, tanquam ex ſententia poëtæ dicta, itidem accipiantur? E quibus nemo, niſi fallimur, corruptos paganorum mores, aut eandem omnibus fuiſſe hac de re ſententiam, probabit. Iuuenalis ſalſe & ad æui ſui mores dixit,

alea turpis
Turpe & adulterium mediocribus. hæc eadem illi
Omnia cum faciant, hilares nitidique vocantur.

Ergo adulterium ſummates dedecere negat. Quo ergo leges Iuliæ? Neque quiſquam, credo, dicet, cum Apoſtolus Rom. 1. 26. 27, Fœminas ac mares, ſexu proprio fœdiſſime inter ſe abuſos dicit, tanquam placitum commune aut approbatum omnibus, id eſſe accipiendum. Quid de talibus enim, non philoſophi modo, ſed & poëtæ, Satyrici inprimis, judicarint, ignorare nemo poteſt. Extat Socratis de impudico oſculo virilis ſexus, apud Xenophontem diſputatio. Nota lex Scatinia atque aliæ. Et quo tot ſeuera pudicitiæ ac caſtitatis tum exempla tum præconia, quæ ipſis quoque Chriſtianis merito incutiant ruborem? Sunt inter eos qui amorem illegitimum aut nimium, μανίαν; Sophocles, legitimum quoque, ſed plerunque impotentem nimiumque, λυττῶντα καὶ ἄγριον δεσπότην, dixit. Cato, etiam maritum, qui uxorem coram filio amplecteretur, loco mouit. Muſonius, ne ἀσχημοσύνην quidem λόγων, ſiue, *intemperantiam verborum*, admittendam judicauit. Quid quod ipſa ῥῆσις, quæ adducitur, peccatum & flagitium diſtinguit: vt ſi de ſcortatione ac parricidio agatur? Quod ſi Chriſtiani non admittunt, reſtat vt æqualitatem delictorum probent atque admittant. ii, nempe, qui, vt in peccatis, quomodo Scholaſtici loquuntur, ſic in pœnis, inæqualitatem graduum aſſeruerunt hactenus. *Stoicorum*, inquit B. Hieronymus, *eſt, delicta omnia paria judicare, nec vllum inter ſcelus & erratum facere diſcrimen.* Eodem autem ſpectat locus quem adducunt. Quod ne ipſe quidem Comici interpres non vidit: qui ad illa, NON EST FLAGITIVM, *Non peccatum negat eſſe: ſed flagitium non eſſe contendit. Et ideo ſubindignanter pronunciandum eſt. Vt ſi dicat, ſcortari quidem adoleſcentulum, delictum eſt, ſed non eſt flagitium. & veniæ locus, non tam in facto quam in perſona eſt conſtitutus.* Quid inferri igitur ex eo poteſt, ſi delictum & flagitium diſtinguit? ſi delictum, inprimis autem in adoleſcente, pro flagitio habendum negat? Neque Stoici exigua imminuunt delicta, ſed intemperanter augent: nec peccatum ſcortationem eſſe negant, ſed & quanuis, & ſemper, parem eſſe volunt. Ex quorum ſententia Cicero: *Lapſa eſt libido in muliere ignota: dolor ad pauciores pertinet, quam ſi petulans fuiſſet in alia generoſa ac nobili virgine: peccauit vero nihilominus. Siquidem eſt peccare, tanquam tranſilire lineas. Quod cum feceris, culpa commiſſa eſt. quam longe progrediare, cum ſemel tranſieris, ad augendam tranſeundi culpam nihil pertinet. Peccare certe licet nemini. Quod autem non licet, id hoc vno tenetur, ſi arguitur non licere. id ſiquidem, nec majus nec minus vnquam fieri poteſt (quoniam in eo eſt peccatum, ſi non licuit) quod ſemper vnum & idem eſt. Quæ ex eo peccata naſcuntur, æqualia ſint oportet.* Alius ergo potius è paganorum ſcriptis locus quam hic adducendus fuit. Vt vt ſit, recte recentior interpres, qui non ſatisfacere eos ſibi qui hunc adduxerunt, teſtatur, additque *non præſentis modo neceſſitatis cauſa, ſed præciſe damnandam hic ſcortationem fuiſſe.* Quod jam cætera euertit. Quid ergo ipſe? Ad ſpiritualem refert ſcortatio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

tationem,quomodo idololatria paſſim dicitur. Quod ſi verum eſt, metuendum, ne & illud, idololatriam aliquam, & quidem quæ hoc nomine dicitur, inter Adiaphora reponi poſſe. vt τῶν εἰδωλοθύτων, nempe, extra idolorum templa & ſacrificia,intelligatur vſus. Qui ſi citra offenſionem infirmorum,vt licitus conceditur,nondum aſſequor,cur idololatria dicatur,neq; vſquam ita dici lego: quod ſi autem ita ſit dicendus, nondum video,cur,neceſſitatis tantum cauſa,non præciſe,hic damnetur (idem enim locum hic habebit ſi quid judico,)cum ſpiritualis ſcortatio,hoc eſt,πορνεία,grauior ſit altera: vt quæ aduerſus Deum, & prioris tabulæ præcepta, committatur.cujuſmodi peccata, grauiora eſſe cæteris, ideoque hanc, altera ſcortatione, de qua dixi, nemo,vt quidem arbitror, negabit. Quis enim vel idololatriæ nomen, vel peccatum excuſare auſit,nedum aliquid, quod ita dicitur, colore aliquo,vt leue admitti poſſe exiſtimet? De qua Scholaſtici, cum quærunt, *Vtrum ſit peccatum*, breuiter reſpondent, *Sic*.Cum vero,*Vtrum ſit grauiſſimum peccatum*, idem reſpondent,atque addunt,*Secundum grauitatem ex parte peccati conſideratum*.de quo vel Thomas videatur. Abſit igitur,vt aliquam (quæ citra, ſcilicet, offenſionem, fit) vt licitam, Apoſtolus concedat. de qua dicatur illud, οὔτε γὰρ ἐὰν φάγωμεν περισσεύομεν, οὔτε ἐὰν μὴ φάγωμεν, ὑστερούμεθα. Quod de aliqua idololatria dici poſſe in nouo Fœdere,equidem mirabor ſi quis dicat, neque vt admittam, facile à me impetrabo. Et vt omnia concedamus, quis expediet, quare id quod ad moralem ſpectat Legem, cum iis quæ ad ritualem, ſiue ceremonialem, ſpectant, conjungatur, & ſic confundantur vtraque? Quis concedet denique, peccatum, ſimpliciter ſic dictum, cum eo quod in Adiaphoris reponitur, & cum infirmorum tantum ſcandalo conjunctum, ſic dicitur, confundi? Verum, vt ad rem veniamus. Nihil vſitatius apud gentes erat, quam vt meretrices, ἐργασάμεναι ἱκανῶς ἀπὸ τῆς ὥρας, vt Athenæus loquitur, hoc eſt, quæ ſufficientem corpore quæſtum feciſſent, luculentas Veneri Diuiſque victimas, eâdem hac fœdiſſimâ mercede pretioque emptas partaſque, offerrent. Dei autem lege cautum nouimus, ne quis mercedem ſcorti, &, quod ſequitur, victimam, Deo Iſraëlis offerret. Ipſa lex Deuteronomii 23. extat. Οὐκ ἔσται πόρνη ἀπὸ θυγατέρων Ἰσραήλ, καὶ οὐκ ἔσται πορνεύων ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ. Οὐ προσοίσεις μίσθωμα πόρνης, οὐδὲ ἄλλαγμα κυνὸς εἰς τὸν οἶκον Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου πρὸς πᾶσαν εὐχήν, ὅτι βδέλυγμα Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου ἐστὶ καὶ ἀμφότερα. Poſteriori autem Legi, illa in nonnullis Græcis præmittuntur codicibus, Οὐκ ἔσται τελεσφόρος ἀπὸ θυγατέρων Ἰσραήλ, καὶ οὐκ ἔσται τελισκόμενος ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ. Ejuſmodi ergo ſiue τελετήν, qua voce nonnunquam Helleniſtæ vtuntur, ſiue θυσίαν, πορνικὴν dicebant. Ita Prouerbiorum 7.14. dicit meretrix, θυσία εἰρηνική μοί ἐστι· σήμερον ἀποδίδωμι τὰς εὐχάς μου. Helleniſtæ aliqui haud dubiè πορνείαν, hoc eſt, πορνικὴν θυσίαν, ἁπλῶς dixerunt. vt ſi πορνεῖον μίσθωμα, πορνείαν σάρκα, dicas. Athanaſius, apud quem & morem, &, ni fallor, vocem habes, libro aduerſus gentes: Καὶ οὐκ ἔστι σώφρων ἐν τοῖς εἰδωλείοις εἰ μὴ μόνος ὁ παρ' αὐτοῖς ἐπ' ἀσελγείᾳ μαρτυρούμενος. Γυναῖκες γοῦν ἐν εἰδωλείοις τῆς Φοινίκης πάλαι προεκαθέζοντο, ἀπαρχόμεναι τοῖς ἐκεῖ θεοῖς ἑαυτῶν τὴν τοῦ σώματος αὐτῶν μισθαρνίαν· νομίζουσαι τῇ πορνείᾳ τὸν θεὸν ἑαυτῶν ἱλάσκεσθαι, καὶ εἰς εὐμένειαν ἄγειν αὐτὸν διὰ τούτων. *Neque in profanis eorum templis quiſquam caſtus eſt, niſi de cujus libidine teſtari poſſunt alii. Ita fœminæ in ſimilibus Phœniciæ templis ſeſe publice proſtituebant. Quæ corporis mercedem ſui Diis ſuis offerebant. quod meretricia oblatione placari propitioſque reddi ſibi crederent Deos.* Vbi πορνεία, πορνικὴ θυσία, vt hoc loco. & certe ita melius ad ſenſum. Quis ſcortatione enim ipſa placari credat Deum? Et præceſſit μισθαρνία, *merces*: qua ejuſmodi à ſcortis emi aut comparari victima ſolebat. Vt idola illa, de quibus Micheæ 1.7. *Idola ejus omnia ponam in deſolationem. nam de mercede meretricis hæc congregauit, & vſque ad mercedem meretricis reuertentur.* Igitur ἀλίσγημα πορνείας, vt ἀλίσγημα εἰδωλοθύτων. Vt vetetur, ne gentes, cibis, qui idolis eſſent à meretricibus oblati,

vel

In Act.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Act. vel mercede empti meretricia fuerant, ſe polluant. De qua meretricia mercede in Conſtit: Clementis lib. 4. Φδυήλαιοι αὐτῷ καὶ πόρνοι· οὐ προσοίσεις γὰρ τῷ Κυρίῳ μίσθωμα πόρνης. Et eodem libro, Περιΐστασθε οὖν τὰς τοιαύτας διακονίας, ὡς ἄλλαγμα κυνὸς, καὶ μίσθωμα πόρνης. Vt primo de Idolothuto, ſecundo de Victima meretricis, tertio de Suffocato, quarto de Sanguine agatur. quanquam in ſequentibus non idem ordo ſeruatur. vt omnes ſint cibi, quibus in antiquo Fœdere interdictum. quomodo nulla erit difficultas. Sub finem ca-
vſ. 39. pitis ejuſdem legitur, Ἐγένετο οὖν παροξυσμὸς, ὥστε ἀποχωρισθῆναι αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων. Vbi vetus interpres, *Facta eſt autem diſſenſio.* quanquam forte melius, *Suborta eſt ergo æmulatio:* ne de recentiori dicam, qui, *Sic igitur ſunt exacerbati.* Παροξυσμὸς autem proprie amantium: quibus hoc antiqui tribuunt. Et παροξυνταὶ, *riuales.* quos lucri cauſa inter ſe committebant, quibus hoc lucro erat. Doctiſſimus Heſychius, Παροξυνταὶ, οἱ τρεφόμενοι ὑπὸ τῶν ἑταιρῶν, ὡς αὖ δὴ ἐρασταί. Scribe, ὡς ἀντερασταί. Quod eleganter & honeſte Apoſtolus 10. ad Hebræos tranſtulit, cum, non ἔρωτος, ſiue amoris, cujus proprium, ſed mutata voce, ſeu, παρηλλαγμένως, παροξυσμὸν ἀγάπης dixit. Quemadmodum & elegans παροξυσμοῦ exemplum vrbaniſſimus Comicus exhibuit Eunucho.

G. *Scin? ſi quando illa mentionem Phædriæ*
Facit, aut ſi laudat, te vt male vrat. T. *ſentio.*
G. *Id vt ne fiat, hæc res ſola eſt remedio:*
Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam
Continuo. Si quando illa dicet, Phædriam
Intromittamus comeſſatum, tu, Pamphilam
Cantatum prouocemus. ſi laudabit hæc
Illius formam, tu hujus contra. denique
Par pari referto, quod eam remordeat.

Durior *exacerbationis* vox, quæ recentiori placuit interpreti. Neque in loco Apoſtoli παροξυσμὸν ἀγάπης, *exacerbationem caritatis*, recte quis dixerit. Vt omittam, de œconomia cogitandum, quæ à ſcopo ſuo non aberrat. Et intererat inprimis propagari euangelium: quod hac occaſione acrius à Paulo factum. Malim igitur, *Suborta ergo aliqua inter eos concertatio, aut diſſenſio.* Idem antiqui etiam, *concitationem*, dixerunt. Vt cum Gloſſæ optimæ, Παροξυσμὸς, *irritatio, ſtimulatio, concitatio, incitamentum.* Longe autem aliter Eccleſiaſticos Canonum interpretes, inter quos eſt Zonaras, ea voce vſos, cum Epiſcopos totumque clerum, παράκλησιν ἅπασιν πρὸς ἀρετὴν εἶναι, καὶ ἀρχέτυπον καὶ παροξυσμὸν πρὸς ἀγαθοεργίαν, *incitamen ac irritamentum quaſi omnibus bene agendi*, eſſe volunt, ne dubitandum quidem. quemadmodum, cum idem ad eoſdem Apoſtolicos Canones, eos ipſos, quos dixi, ὑπόδειγμα πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν, καὶ παροξυσμὸν πρὸς χρηστότητα, προκεῖσθαι vult. ea mente, vt exemplo ſui ad amorem cæteros ſtimulent exacuantque. Aliter item, cum vetant, ne ſacerdotes ſub eodem tecto cum vxoribus agant, μὴ εἰς παροξυσμὸν μίξεως, (ſic enim loquuntur) incidant. ita autem concumbendi deſiderium dixêre. Τὸ γὰρ ταύταις συνοικεῖν, καὶ ὁρᾷν αὐτὰς συνεχῶς, εἰς παροξυσμὸν μίξεως γένοιτο αὐτοῖς, inquit ad trigeſimum Concilii in Trullo Canonem hic idem Zonaras. Cæterum, vt verbo abſoluam, quod παροξυσμὸν γενέσθαι ait, grauius fortaſſe accipiendum non eſt, quam cum in Synodis Epiſcopi, à poſterioribus Græcis, κατ' ἀλλήλων γενέσθαι dicuntur. Idem Zonaras ad Concilii Epheſ. Canonem ſextum, ἐπεὶ δὲ κατ' ἀλλήλων οἱ ἀρχιερεῖς ἐγένοντο. quaſi parum de re aliqua aut pluribus, inter eos conueniſſe dicas. Quod fieri poteſt, cum non eodem modo de eodem omnes ſentiunt.

Cap.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Cap. X.

Locus, οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι. προσευχή. *an oratio aut precatio. proſeucha Latinis.* οὗ ἐνομίζετο εἶναι, *& quo ſenſu dicatur. Synagoga & proſeucha. Differentia earum. Ad colloquium virorum in Synagogis, non admitti fœminas ſolere.* στρατηγοί. *prætores. duumuiri.* στρατηγὸς Ῥώμης. στρατηγὸς κολωνίας. στρατηγία. στρατηγία Ῥώμης. *duumuiratus. prætura. magiſtratus.* ξύλον *de vinculo. numella. lignum. neruus.* καταῤῥάκτης. βασανιστήριον. στρεβλωτήριον. *catarractes in pariete.* ὑμνεῖν. ὑμνῳδεῖν, ἀντὶ τοῦ ψαλμῳδεῖν. *Precari. orare. adorare. Locus,* ἄφνω δὲ σεισμὸς ἐγένετο. σεισμός. *motus terræ. Motus, ſiue tremor,* θεήλατος. θιασμὸς ἐπιδημοῦντος Θεοῦ. *tripudium ſoniuium. Præſentia Dei, quam ad ſuos tranſtulerunt pagani.* σεισμὸς, *& an ſemper naturalis terræ motus.* σεισμὸς θεήλατος. Ἐπικούρειοι. אפיקורים *Magiſtris, & quam late pateat hoc nomen. Stoici, & quales. Inſolentia eorum arrogans. Senecæ locus.* Ἄγνωστος Θεός. *De eo B. Hieronymi ſententia. An Athenis fuerit hoc nomine. Et quomodo ſic dictus. Cauſæ ex ſententia autoris non vnius, cur ara huic Deo ſtructa fuerit. Peluſiotæ de eo locus. Qua occaſione de Ignoto Deo egerit, & quam recte ea vſus fuerit Apoſtolus. Nomen tetragrammaton, non expreſſum à Iudæis. Incertus Iudæorum Deus, paganis dictus. Nomen Dei* פלאי. *Deus* πάγκρυφος. *Apoſtolum ex iis quæ à Philoſophis dicta erant, Athenienſes docuiſſe. Orbis* Θεοῦ μαρτυρία *Heraclito dictus. Locus Pythagoræ aut Pythagorici, de vero Deo, & quis verus ſit Deus. Locus,* ὅτι οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ ὁ Θεὸς, *& vnde expreſſus.* προστεταγμένοι καιροὶ, *qui. Loci diſtinctio notata, quæ commodior.* τινὲς τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν. περὶ τοῦ νόμου τοῦ καθ' ὑμᾶς, *de Lege veſtrate, recentiori interpreti. Arati locus* τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. *prudentia & συγκατάβασις Apoſtoli. Locus, qui aliter apud Athanaſium legitur.* χαράγματι τέχνης. οὐκ ἔστι Θεὸς χειρόκμητος, *Heracliti dictum.*

CApite decimo & ſexto inter cæteros locus ille extat, Τῇ τε ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων ἐξήλθομεν ἔξω τῆς πόλεως, οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι. Quem ita vetus interpres concepit: *Die autem ſabbathorum egreſſi ſumus foras portam, juxta flumen, vbi videbatur oratio eſſe.* Obſcuriſſime. Recentior, *Et die ſabbathi egreſſi ſumus ex vrbe ad flumen, vbi ſolebat eſſe precatio.* Quid autem eſt *oratio* hic, aut *precatio?* & quaſi non de loco agatur. Cur non igitur *proſeucha?* quo & Romani vtuntur. Iuuenalis, *Dic vbi conſiſtas, in qua te quæro proſeucha.* Scholiaſtes, *Proſeucha, locus Iudæorum, vbi orant.* Deinde, οὗ ἐνομίζετο, non, *vbi videbatur,* ſed, *vbi ex recepto more erat,* aut, *ſolebat eſſe.* Quis enim non ita loquitur? B. Chryſoſtomus, οὐ γὰρ δὴ ἔνθα ἦν ἡ συναγωγὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔξω ηὔχοντο, ὥσπερ τόπον τινὰ ἀφορίζοντες. *Non enim vbi Synagoga erat tantum, ſed & extra eam orabant, loco ad id quaſi definito.* Cæterum, vt prætores, de quibus ſum dicturus, & duumuiri, ita Synagoga differebat & proſeucha. quemadmodum etiam hodie, vbi frequentiores ſunt Iudæi, legitimæ tantum Synagogæ ſunt, & proprie ſic dictæ. Atque ita capite ſequenti ℣ſ. 1. Theſſalonicæ fuiſſe Synagoga dicitur: cum in minoribus locis proſeuchæ tantum eſſent. vnde & ipſe Syrus proſeucham hic בית צלותא, *orationis domum* dixit; cum ſequenti capite Synagoga, כנושתא, dicatur. Quid quod ad virorum in Synagogis colloquium non admittebantur fœminæ, cancellis diſtinctæ? hic autem dicitur ἐλαλοῦμεν ταῖς συνελθούσαις γυναιξί. Qui vero Græcam eſſe dicunt vocem, dicant & qualis ſit Synagoge. Eodem capite ℣ſ. 20. cum legitur, καὶ προσαγαγόντες αὐτοὺς τοῖς στρατηγοῖς, ipſe interpres, cum riſiſſe eos Ciceronem notet, qui nihil aliud quam duumuiri, vtpote cum in coloniis eſſent, prætores tamen dici ſe vellent, nihilominus στρατηγοὺς, *prætores,* dixit. Et reuera aliud στρατηγὸς Ῥώμης, hoc eſt, *prætor,* aliud στρατηγὸς κολωνίας, hoc eſt, *duumuir.* de Philippis autem agit. Incomparabile Stephani Gloſſarium, Στρατηγία, *magiſtratus, duumuiratus.*

Cap. XVI. ℣ſ. 13.

℣ſ. 20.

IN ACT. Στρατηγία Ῥώμης, *prætura*. Στρατηγὸς Ῥώμης, *prætor*. Στρατηγὸς, *magiſtratus, duum-*
uir. Non igitur *magiſtratibus* dixit. noſter autem, ac ſi ϛρατηγοὺς Ῥώμης inueniſ-
vſ. 24. ſet, aut de iis ageretur, *ad prætores*, dixit. De Paulo & Sila eodem capite cum
dicitur, conjectos fuiſſe εἰς τὸ ξύλον (locus eſt, ὃς παραγγελίαν τοιαύτην εἰληφὼς,
ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν ἐσωτέραν φυλακὴν, καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύ-
λον) vinculum de quo agitur, alii *lignum* ad verbum, alii aliter reddiderunt.
Recentior interpres, *& pedes eorum adſtrinxit numella*. Vetus, *& pedes*
eorum ſtrinxit ligno. B. Hieronymus, *in neruum* vertit. *Pro neruo quod nos di-*
ximus, Septuaginta & Theodotio vertêre catarracten, inquit. *Symmachus βα-*
σανιστήριον, ſiue, ϛρεβλωτήριον: *quod vtrunque tormenta ſignificat. Nos autem ner-*
uum diximus, more vulgari. quod tormenti genus etiam in Actibus Apoſtolorum
legimus, quando Apoſtoli Paulus & Silas, in cuſtodiam carceri dati ſunt. Formam
autem catarractæ ex eo ſumas, quod idem ad Oſeam notat, *catarracten pro-*
prie foramen fabricatum in pariete vocari, per quod fumus egreditur. Sequitur,
vſ. 25. Κατὰ δὲ τὸ μεσονύκτιον Παῦλος καὶ Σίλας προσευχόμενοι ὕμνουν τὸν Θεόν. Vbi vetus inter-
pres, *orantes laudabant Deum*. Simpliciſſime. Reſpondet enim apud Helle-
niſtas τῷ הלל non ſemel τὸ ὑμνεῖν. Et Critici veteres εὐλογεῖν exponunt. Aliud
eſt, ὑμνῳδεῖν, cum ἀντὶ τοῦ ψαλμῳδεῖν vſurpatur: quo τὸ שיר iidem Helleniſtæ ex-
preſſerunt. Moleſte igitur recentiores, *precantes, hymnos canebant*. diſſimu-
lato τὸν Θεόν. Vt omittam, minus late τὸ *precari* patere, quam *orare* aut *adorare*,
hoc ſenſu. Precantur Deum, qui auxilium ab eo petunt, teſte M. Tullio.
vſ. 26. Sequitur, Ἄφνω δὲ σεισμὸς ἐγένετο μέγας, ὥστε σαλευθῆναι τὰ θεμέλια τοῦ δεσμωτηρίου.
Vbi σεισμὸς μέγας, *tremor ingens*: quem interpretes *terræ motum* reddidere.
Heſychius, Σεισμὸς, τρόμος. Alius vero naturalis. qui vel vnius loci plu-
riumue, aut totius terræ: nam & ipſe terræ motus certis finibus diſtin-
guitur plerunque. quod tot euerſæ hac ratione ac calamitate gentes, cum in
Italia, de quibus veteres, tum alibi, confirmant. Alius item à diuina cauſa.
De naturali diximus. Tremoris θεηλάτου, è paganorum mente, exemplum
in illo,

tremere omnia viſa repente,
Liminaque lauruſque Dei.

Illo item Callimachi,

Οἷον ὁ τὠπόλλωνος ἐσείσατο δάφνινος ὅρπηξ,
Οἷα δ' ὅλον τὸ μέλαθρον.

Quod Græci θειασμὸν ἐπιδημοῦντος Θεοῦ, Romani, *tripudium ſoniuium*, dice-
bant. diuerſum certe à terræ motu: quanquam ad Poëtam id Grammatici
confundant. Itaque apud Maronem lib. 6. ad ſacrificium agitantis maxi-
ma Æneæ,

Sub pedibus mugire ſolum, & juga cœpta moueri
Syluarum.

neque quicquam vſitatius in antiquorum ſcriptis. Additur ibidem,

Aduentante Dea.

quod eſt, ἐπὶ παρουσίᾳ, vel, παρούσης τοῦ Θεοῦ. Nam quemadmodum ſuam שכינה, ſiue,
Dei veri præſentiam, Hebræi celebrabant, ita Diabolus, Dei vbique ſimia,
Deorum quandam, qui non eſſent, præſentiam excogitauit. Vnde in Inſcri-
ptione quadam, quæ Romæ legitur:

PRÆSENTIÆ
MATRIS DEVM
P. SEPTIMIVS FELIX
OB CORONAM
MILLESIMO VRBIS ANNO.

Addit, ὥστε σαλευθῆναι τὰ θεμέλια τοῦ δεσμωτηρίου. *vt fundamenta carceris*, & quod
ſequitur, *recluderentur fores*. Motus ergo iſte, ſiue tremor, diuinus, ſeu,
θεήλα-

θεήλατος, non autem terræ ordinarius, qui cauſas naturales habet. Adde, quod tam late patet σεισμὸς ac רעש: quod nec ignorare poſſunt, qui in Helleniſtis verſati ſunt. Adde, quod σεισμὸς, etiam ad mare in his libris transfertur. Adde, quod θεήλατον, & huic ſimilem, Matth. c. 28. 2. deſcripſit. Καὶ ἰδοὺ σεισμὸς μέγας· ἄγγελος γὰρ Κυρίου καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, ἀπεκύλισε τὸν λίθον. Capite decimo ſeptimo, de Apoſtolo, qui Athenis verſabatur cum dicitur, τινὲς δὲ τῶν Ἐπικουρείων καὶ Στωϊκῶν φιλοσόφων συνέβαλλον αὐτῷ, leuiter in Rabbinorum ſcriptis verſati, norunt, quam apud eos late Epicureorum pateat nomen. Quos modo פיקורים, modo אפיקורים, dicunt. Quo nomine omnes eos intelligunt, qui veræ ſapientiæ ac religionis fundamenta, vel ſpernunt, vel negant. quibus vt ab Epicuro, ita à libertate ac audacia imponunt nomen. Vt eodem loco מינים, hoc eſt, hæreticos, & פיקורים, hoc eſt, Epicureos, habeant. Adeo quidem, vt hos, iis, quibus nulla ſæculi futuri pars eſt, Thalmudiſtæ adjungant. Quales ſunt qui reſurrectionem negant: qui è cœlo datam eſſe Legem negant. quales denique & Epicurei, vt loquuntur illi. Quemadmodum & Gemariſtæ, Epicureum proprie gentilem dici notant. quare & multum ſtudii ponendum eſſe in Lege monent, vt לאפיקורים reſpondeatur. Quanquam nec ignoret quiſquam, quam inuiſi cæteris hoc tempore Epicurei eſſent, quos hic Stoicis conjunxit. qui & ipſi, licet quædam haud vulgaria, ac ſpecie excelſa, cum ſeueritate maxima, profiterentur, adeo, vt multis quoque è Patribus, inprimis autem iis qui ἐκκλησίαν profitebantur, ſeſe commendarent, dubitandum tamen non eſt, ſummos Chriſtiani nominis cenſores tum fuiſſe atque hoſtes. Quid ambitioni enim cum humilitate ſumma? Et quo pacto obtineri potuit ab iis, vt in ſumma Dominum humilitate agnoſcerent, qui Deum, cum ſublimitate majeſtatis, qualis in hunc ſolum cadit, ſapienti ſuo, furioſe, dicam, an ridicule, poſtponunt? Cujus rei fidem, vel vna Senecæ ſententia hic nobis fecerit. Qui magnifice, vt videtur ſibi, *Eſt aliquid*, inquit, *quo ſapiens antecedat Deum. Ille naturæ beneficio, non ſuo, ſapiens eſt. Ecce res magna, habere imbecillitatem hominis, ſecuritatem Dei.* Cui par nihil aut vlterius, vt de Epicuro taceam, cui factam à diſcipulis nonnulli injuriam exiſtimant, Epicureus vllus expuat. Ponamus tamen, duas tum notiſſimas familias, ac Chriſtianis parum æquas, ab autore jungi. quanquam & fieri potuit, vt Epicureorum nomen, more tum magiſtris, vt jam dixi, Hebræorum vſitato, latius hic vſurparit, ac promiſcuam philoſophorum cæterorum turbam ita dixerit. Eodem capite occurrit locus celeberrimus, in quo de Ignoto agitur Deo. Διερχόμενος γὰρ καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν, εὗρον καὶ βωμὸν, ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο, Ἀγνώστῳ Θεῷ. De quo operæpretium eſt audire B. Hieronymum, ad primum caput Epiſtolæ ad Titum: *Inſcriptio autem aræ non ita erat, vt Paulus aſſeruit*, IGNOTO DEO: *verum, quia Paulus, non pluribus Diis indigebat ignotis, ſed vno tantum ignoto Deo; ſingulari verbo vſus eſt, vt doceret, illum, ſuum eſſe Deum, quem Athenienſes in aræ titulis prænotaſſent, & recte eum ſcientes colere deberent, quem ignorantes venerabantur, & neſcire non poterant.* B. Hieronymo igitur ſi credimus, non extabat ibi Θεὸς Ἄγνωστος, ſiue ita dictus. Vnde ergo autor Philopatridos (neque enim inter Luciani ſcripta hoc habemus) non modo Θεὸν Ἄγνωστον, jurat, ſed & reperiſſe Athenis eum ſe atque adoraſſe teſtatur? Verba ejus ſunt: Ἡμεῖς δὲ τὸν ἐν Ἀθήναις Ἄγνωστον ἐφευρόντες, καὶ προσκυνήσαντες, χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐκτείναντες, τούτῳ εὐχαριστήσομεν. Non eſt dubium autem, quin hæc ara fuerit ex illis, quas, ob beneficium acceptum, ſimilemue cauſam, ſubito tum erexerunt. Qualis illa apud Tacitum lib. 1. quæ *Adoptioni*, illa item lib. 3. quæ *Vltioni* inſcribitur: vt & aliæ id genus. Vt vt ſit, Ἄγνωστος, hic eſt, Ἀνώνυμος. Quaſi Deo certo dicas: cujus nomen non exprimitur aut ignoratur. Neque enim dubitandum, quin ad caſum certum aut hiſtoriam id referendum. Alii igitur, vt hic Laërtium

In Act.

Cap. XVII. vſ. 18.

vſ. 23.

IN ACT. omittam, Athenienſes, graui peſte oppreſſos, cum colendis fruſtra Diis patriis ſe fatigaſſent, timerentque, ne quod numen prætermiſſum à ſe eſſet, Θεῷ τῷ Ἀγνώςῳ aram hanc ſtruxiſſe volunt. Alii, cum Perſæ Græciam immenſa inuaſiſſent manu, opemque à Spartanis petiiſſent, circa montem, cui Parthenio nomen, Philippidæ, qui mittebatur, Panis occurriſſe ſimulachrum, qui neglectum ſeſe quereretur, atque auxilium promitteret. Quem cum ignorarent, gratos interim Ἀγνώςῳ Θεῷ aram inſcripſiſſe. de quibus & Peluſiota videndus. Vnde occaſio, qua vſus eſt Apoſtolus, apparet. Cum enim beneficium experti, cœci ac amentes, cui deberetur, ignorarent, ideoque Ignotum Deum colerent eique ſupplicarent, occaſione hac ad verum omnis boni fontem, ac autorem beneficii, haud aliter quam manu, eos ducit. Nunc œconomiam videamus. Cum Ignoto Deo aram gens inprimis ſuperſtitioſa conſecraſſet, neque alius Ignotus ibi Deus, præter verum eſſet, nemo dubitare poteſt, quin ſic optima de eo diſſerendi, oblata fuerit occaſio. Præterea, cum, non Diis pluribus, quod vſitatum ibi receptumque, ſed Deo, ἑνικῶς, ſeu ſingulariter, inſcripta eſſet ara, quis non recte id de Deo accepiſſe Apoſtolum fatebitur? qui non numero, ſed vniuerſitate, vt Scholaſtici loquuntur, ſiue, ita vnus, non quemadmodum, cum vnum eſſe hominem, qui plures ſunt aut eſſe poſſunt, ſed quemadmodum, cum vnum eſſe Solem dicimus de eo, præter quem non eſt alius. quemadmodum cum idem, Deus, & hic Deus, iiſdem dicitur Theologis: is nimirum, qui natura Deus dicitur Apoſtolo. cujus ignorantia cum ab eodem recte tribuatur gentibus, qui *ignoraſſe eos Deum, ſeruiiſſe autem iis qui natura Dii non eſſent*, eleganter c.4. ad Galatas, dixit, bene Vnum & Ignotum conuenire ei dicas, qui vt Solus pariter Vnuſque Deus, ita ſolus tum ignotus iis eſſet. Adde, quod & ratione alia, Ignotus Deus, dici verus poteſt. Iudæi nomen tetragrammaton non exprimebant. quod cum fieret, *expreſſum, expoſitumque nomen*, quidam dicunt. Adeo, vt à quodam, ex ſententia quorundam, factum id cum eſſet, (quanuis alii quid ſentiant, qui id antiquum minus eſſe volunt, non ignoro) lapidatus ſit. Lev.24.10. Quid de eo Helleniſtæ ſenſerint apparet. qui, καὶ ἐπονομάσας ὁ ὑὸς τῆς γυναικὸς τῆς Ἰσραηλίτιδος τὸ ὄνομα, κατηράσατο. Vbi, ἐπονομάσας τὸ ὄνομα eleganter dicitur, qui nomen tetragrammaton, vt ſcribitur, expreſſit. Targumiſtæ, qui quo loco ſint habendi nemo neſcit, ופריש בר איתתא בת ישראלית שמא. *& expoſuit*, ſiue, *expreſſit, filius mulieris Iſraëlitidis nomen.* Et blaſphemaſſe addit. Quod cur fieret, cum nec viderent neque intelligerent gentiles, incertum ipſi quoque Iudæorum Deum dixerunt. Lucanus, *& dedita ſacris Incerti Iudæa Dei.* Adde, quod Eſaiæ *9. 6.* in admiranda illa de Filio Dei prophetia, *Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis*, nomen ei פלא, quod eſt, *admirabilis*, tribuitur. Quemadmodum & פלאי *admirabile* & *occultum*. Quod nomen ſibi Iud. 13. Angelus tribuit, qui natiuitatem nunciat Samſonis. A פלא enim oritur: quod eſt, *occultus fuit.* vt diſſimulet quod quærebatur. Ipſum, nempe, nomen. vnde & פלוני, ὁ δεῖνα, cujus nomen non exprimitur. Quid ſi autem & Athenienſes, in ſuorum ſcriptis cum legiſſent, vix cognoſci verum Deum poſſe, id quod à Platone aliiſque dictum eſt, Deum item πάγκρυφον eſſe, (quomodo ab Acmone, antiquo ſcriptore, dictum Iuſtinus Martyr notat) ideoque ei, quem Ἄγνωςον intelligerent, aram conſecrarunt, potuitne commodior Apoſtolo, docendi ac dicendi hic occaſio dari, ὅτι ὃν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν? *quem ignari colitis, hunc ego vobis annuncio.* Hactenus de Ignoto Deo, nunc de eo, quo ſe notum omnibus exhibuit.
Vſ. 24. De quo ſequitur, cum dixit, ὁ Θεὸς, ὁ ποιήσας τὸν κόσμον, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ. Videtur enim hoc vbique hic Apoſtolus egiſſe, vt, ex iis quæ ſcire ipſi è philoſophis ſuis poterant, aut in manibus haberent, miſeros conuinceret. Orbem autem, & quæ in eo, Θεοῦ μαρτυρίαν, *Dei teſtimonium*, præclare Heraclitus dixe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

dixerat. Cujus in Epiſtolis diuinus extat locus. Ἐὰν δὲ μὴ ἱδρυθῇ Θεοῦ βωμὸς, οὐκ In Act. ἔστι Θεός; ἐὰν δὲ ἱδρυθῇ μὴ Θεοῦ, Θεός ἐστιν; Ὥστε λίθοι Θεῶν μάρτυρες. Ἔργα δεῖ μαρτυρεῖν· οἷα ἡλίου. Νὺξ αὐτῷ καὶ ἡμέρα μαρτυροῦσιν· ὧραι αὐτῷ μάρτυρες· γῆ ὅλη καρποφοροῦσα, μάρτυς· σελήνης ὁ κύκλος, ἐκείνου ἔργον, οὐράνιος μαρτυρία. *Quid ſi non ponatur ara Deo, non erit Deus? Quid ſi ponatur ejus qui non eſt Deus, ideone Deus eſt? Ergo lapides teſtes erunt Dei. Atqui opera teſtari oportet. vt Solis. Nox illi dieſque teſtes: anni tempeſtates illi teſtes: tota terra frugum parens, illi teſtis. Lunæ globus, quod illius eſt opus, cæleſte teſtimonium exhibet.* Quo ſpectant & præclara illa, quæ Pythagoræ aut Pythagorico attribuuntur vulgo.

Εἴ τις ἐρεῖ, Θεός εἰμι, πάρεξ ἑνὸς, οὗτος ὀφείλει
Κόσμον ἴσον τούτῳ στήσας εἰπεῖν, ἐμὸς οὗτος.
Κ' οὐχὶ μόνον στήσας εἰπεῖν, ἐμὸς, ἀλλὰ κατοικεῖν
Αὐτὸς ἐν ᾧ πεποίηκε· πεποίηται δ' ὑπὸ τοῦδε.
Eſſe Deum ſi quis ſe dixerit (excipe verum)
Hic orbem faciat, dicatque, hic eſt meus orbis.
Nec tantum faciat dicatque, ſed incolat ipſum
Atque habitet quem fecit. ab hoc nam conditus orbis.

Quemadmodum cum de Deo addit, Ὅτι οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ, expreſſiſſe illud Heracliti, aut alluſiſſe, dicas, Ibid. Ποῦ δ' ἐστὶν ὁ Θεός; ἐν τοῖς ναοῖς ἀποκεκλεισμένος; Εὐσεβεῖς γε οἵ γε ἐν σκότει τὸν Θεὸν ἱδρύετε. *Vbi autem eſt Deus? in templis concluſus? Vos pii ergo, qui in tenebris Deum collocatis.* Paulo poſt cum dicitur, Ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων κατοικεῖν ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς ℣ſ. 26. γῆς, ὁρίσας προστεταγμένους καιροὺς, καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν, intellige τοὺς καιροὺς τοῦ βίου: quos recte & μεμετρημένους, ſiue menſuratos, aut numeratos, dicas, quia προτεταγμένοι & ante ordinati ſunt. vt cum dicitur, ὅτι Θεὸς ἐξ ἀσθενείας εἰς δύναμιν, ἐξ ἀτιμίας εἰς δόξαν, ἐκ μεμετρημένων καιρῶν, εἰς ἀτελεύτητον αἰῶνα ἄγει. Non multo poſt cum dicitur, ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καί ἐσμεν, fieri poteſt, vt Poëtæ veteris ſenarium alluſerit, ℣ſ. 28. Ζῶμεν δ' ἐν αὐτῷ θνητοὶ, καὶ κινούμεθα, Καί ἐσμεν. Quo ſenſu locum rectius diſtinguas, Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καί ἐσμεν. ὥς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι, Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. vt Arati loco alterum confirmet: & duabus ῥήσεσι, ſeu locis, paganorum ſic vtatur. Porro, quemadmodum ἡδονὴ κατὰ ψυχὴν, ἡδονὴ τῆς ψυχῆς, ita ὁ καθ' ὑμᾶς ποιητὴς, ὁ ὑμέτερος. Vt τινὲς τῶν ποιητῶν τῶν καθ' ὑμᾶς, ſit, τινὲς τῶν ποιητῶν ὑμῶν. Bene igitur vetus, *veſtrorum poëtarum.* Ita capite ſequenti ℣ſ. 15. εἰ δὲ ζήτημά ἐστι περὶ λόγου, καὶ ὀνόματος, καὶ νόμου τοῦ καθ' ὑμᾶς, de Iudæorum Lege. Vbi interim recentior, *Lege veſtrate.* quod nolim. Adde, quod Aratus, non Athenienſis, ſed Cilix fuit (ἐκ Σόλων Κιλικίας) ad quem vulgo hæc referunt, qui de ſolo ejus loco agi volunt. E quo illud cum adducit, Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν, mirum συγκαταβάσεως & prudentis Ibid. ſane œconomiæ exemplum dedit. Cum enim Iouis meminerit Aratus, neque ἐκ Θεοῦ, ſed, ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα dixerit (quo nomine τὸν δημιουργὸν, *creatorem*, teſte ipſo Arati interprete, deſignat) neque rejicit hoc nomen, Apoſtolus, neque Iouem, cum veteribus Eccleſiæ Patribus, hominem, & vitioſum quidem atque adulterum, ex ipſorum ſententia, fuiſſe docet: quemadmodum nec, vtrum fabuloſus an naturalis intelligatur, cum interpretibus quærit. Contra autem de Deo id accipit. Vt confirmet quod de Romanis quoque dixerat, ὅτι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς, εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους. *quod de Deo cognoſci poteſt, manifeſtum eſſe in ipſis &c. vt ſint inexcuſabiles.* ad Rom. 1. 19. 20. Sequitur, Γένος οὖν ὑπάρχοντες τοῦ Θεοῦ, οὐκ ὀφείλομεν νομίζειν, ℣ſ. 29. χρυσῷ, ἢ ἀργύρῳ, ἢ λίθῳ, χαράγματι τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου, τὸ θεῖον εἶναι ὅμοιον. Pro quo, ſcio apud Athanaſium χαράγματος τέχνης Dialogo contra Macedonianos 1. legi. nec recte. Cæterum, χαράγματι τέχνης, eſt, quod vulgo, κεχαραγμένῳ τῇ τέχνῃ, dicerent. Heraclitus, οὐκ ἔστι Θεὸς χειρόκμητος dixerat. Bene autem addit, ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου. quia artifex dat formam, quam imagi-

In Act. imaginatur. Formam dat, quam fingit & excogitat: non Dei, quam ignorat, ſed τῆς τέχνης καὶ τῆς ἐνθυμήσεως, artis atque cogitationis, quam concipit. ideoque non veram. vnde Eſ. 31. ℣ſ. 7. τὰ χειροποίητα, *in peccatum facta*, dicuntur. Nemo perſuadere, inquit, ſibi debet, Deum eſſe auro ſimilem, argento, vel lapidi, quem ars aut humana cogitatio formauit. Non recte vulgo & obſcure. Quid enim eſt, *ſculpturæ artificii & excogitationis hominum?* vel, *ſculpturæ artis & cogitationis hominis?* quod antiquo placuit interpreti.

Cap. XI.

Caput decimum octauum & decimum nonum percurritur. pro συνείχετο τῷ πνεύματι, συνείχετο τῷ λόγῳ, *antiquum cum Græcis Theologis legiſſe interpretem. Mens loci quæ.* Πνεῦμα *Apoſtolorum comes.* συνέχεσθαι τῷ πνεύματι. ὑπὸ τοῦ πνεύματος παραλαμβάνεσθαι *Helleniſtis.* συνέχεσθαι τῷ λόγῳ. συνείχετο ἔργοις. εἶχε γὰρ εὐχήν. *& de quibus proprie dicatur.* εὐξάμενοι *&* ηὐγμένοι *Helleniſtis qui.* ὁ ἔχων εὐχήν. *Locus,* ἀλλ᾽ οὐδὲ εἰ πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν ἠκούσαμεν. *in diſſimulando benoni mos Hebræorum.* ὅπου ἦν Δαβίδ. οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον. οὔπω ἦν ἐπ᾽ οὐδενὶ ἐπιπεπτωκὸς τὸ πνεῦμα ἅγιον. *Quomodo ignoraſſe Iehouam, Samuel dicatur. Locus,* εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; *Iudæi quomodo baptizari tum ſoliti. Tinctio in baptiſmo, &* ἡ κατήχησις, *conjuncta. Locus,* καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς τοῦ Παύλου τὰς χεῖρας. *Optati de baptiſmo Iohannis locus.* ἐν σχολῇ Τυράννου τινὸς *diſputaſſe Apoſtolum. quod nomen ne antiquis quidem Hebræis fuiſſe ignotum. Tyrannus Rufus, & quis. Turnus, pro eodem.* σουδάριον *Hebræorum Magiſtris in vſu. & quo pacto vſurpatum.* σουδάριον *veſtis, & quæ. mos apprehendendi in contractibus veſtem. ſudra.* σιμικίνθιον. ἐγχείριον. ὠράριον. *manuale. orarium. Locus,* οὐ μόνον δὲ τοῦτο κινδυνεύει ἡμῖν τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν, *& quomodo ab interpretibus conuerſus.* θέατρον, *& quomodo accipiendum.* τοῦ Διοπετοῦς. ἀχειροποίητα, *& qualia.* ἀχειρότευκτος ἀνδριάς. ἀγόραιοι. ἀγόραιοι ἄγονται, *cum res aguntur.* ὅτε ἡ ἀγόραιός ἐστι. ἀγόραιοι *qui.*

Cap. XVIII. ℣ſ. 5. CApite decimo octauo, cum dicitur, Ὡς δὲ κατῆλθον ἀπὸ τῆς Μακεδονίας ὅ,τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος, συνείχετο τῷ πνεύματι ὁ Παῦλος, bene monuerunt eruditi, pro συνείχετο τῷ πνεύματι, τῷ λόγῳ antiquum legiſſe interpretem. quemadmodum certe & apud Græcos legitur Theologos. Neque aliter Aſceticorum, quæ Baſilio aſſcribuntur, autor. apud quem eodem modo, συνείχετο τῷ λόγῳ ὁ Παῦλος. Hoc miror, tantopere in loci interpretatione recentiores fluctuaſſe. Nam ſi συνείχετο πνεύματι legas, quis dubitat, quin ἐνεργεῖτο reddendum ſit? Vt τὸ πνεῦμα, comes ſit Apoſtolorum Spiritus: qui pro re nata acrius ſanctiſſimos afflabat viros. Heſychius, Συνεχόμεναι, κρατούμεναι. Et quis dubitat, quin κρατεῖσθαι τῷ πνεύματι, ſeu *corripi*, interpreteris, ſeu *impelli*, recte hic dicatur? Nam cur alium, vt hic nonnulli, præter eum qui docentibus adeſſet, qui dictabat ſingula ac dirigebat, Spiritum, intelligamus, nondum video. Nihil enim aliud quam docuiſſe dicitur. Igitur συνείχετο, *correptus eſt*. Vt idem ſit, quod alias ἐπέπεσεν ἐπ᾽ αὐτὸν τὸ πνεῦμα: *cecidit ſuper eum Spiritus*: & quod Helleniſtæ, ὑπὸ τοῦ πνεύματος παρελαμβάνετο, *à Spiritu correptus fuit*. ſignificatione τοῦ רוח nimirum. vt majorem ita in docendo notet vehementiam. Sin τῷ λόγῳ legas, quid aliud, niſi docendo fuiſſe occupatum dixit? vt vtrique conueniat quod ſequitur, διαμαρτυρόμενος τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. Erudite ac Latiniſſime interpres vetus, *inſtabat verbo*. Abſit autem illud *conſtringebatur ſpiritu*. Qui exempla petit, præter Græcos, Helleniſtas ita loqui ſciat. Sap. Salomonis, ὅλος γὰρ ὁ κόσμος λαμπρῷ κατελάμπετο φωτὶ, καὶ ἀνεμποδίστοις συνείχετο ἔργοις. *& non impeditis detinebatur*, ſiue, *inſtabat, operibus*. melius, quam *continebatur* vulgo. Eodem capite cum

℣ſ. 18. ſequitur, ὁ δὲ Παῦλος ἔτι προσμείνας ἡμέρας ἱκανὰς, τοῖς ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος,

ἐξέπλει

ἐξέπλει εἰς τὴν Συρίαν, καὶ σὺν αὐτῷ Πρίσκιλλα καὶ Ἀκύλας, κειράμενος τὴν κεφαλὴν ἐν In Act.
Κεγχρεαῖς· εἶχε γὰρ εὐχήν, poſtremum illud de Acyla, quaſi Nazaræus eſſet,
credo, dici quidam voluerunt. quos, εὐξαμένους, vel ηὐγμένους, id eſt, εὐχὴν ἔχον-
τας, vt recte interpretatur S. Lucas, vulgo Helleniſtæ dicunt. Εὐχὴ eſt נדר.
Num. 6. vſ. 4. Πάσας τὰς ἡμέρας τῆς εὐχῆς αὐτοῦ. Vide ibid. cap. 7. 9. 13. 18. 21.
Εὔχεσθαι igitur eſt, Nazaræum fieri, vel eſſe. ibid. 6. vſ. 5. Ἕως ἂν πληρωθῶσιν
αἱ ἡμέραι ὅσας ηὔξατο. & aliquoties. Igitur, ὁ ἔχων εὐχήν, eſt, ὁ ηὐγμένος.
ibid. 6. 13. καὶ οὗτος ὁ νόμος τοῦ εὐξαμένου, vel ηὐγμένου. Item, καὶ ξυρήσεται ὁ ηὐγμένος
περὶ τὰς θύρας. vſ. 18. De Acula igitur accipiendum, non de Paulo. cum neu-
trum Nazaræatui obſtrictum, autor dixerit, quod ſciam. Capite decimo Cap.
nono, nobiliſſimus extat ille locus, ἀλλ' οὐδὲ εἰ πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν ἠκούσαμεν. Qui XIX.
quo pacto ignorare poterant, vtrum Sanctus eſſet Spiritus, ſi à Iohanne vſ. 2.
baptizati eſſent, ſi κατηχούμενοι ejus ac μεμυημένοι fuiſſent: qui de venturo poſt
ſe dixerat, αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Alias monuimus, nihil tam
vſitatum eſſe Hebræis quam, vt ſuum benoni, ſeu participium, interdum
exprimant, interdum, vſu recepto, diſſimulent. Ita Iohannis 7. 42. οὐχὶ ἡ γραφὴ
εἶπεν, ὅτι ἐκ τοῦ σπέρματος Δαβίδ, καὶ ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώμης, ὅπου ἦν Δαβίδ, ὁ Χριστὸς ἔρχε-
ται; Ergo, ὅπου ἦν Δαβίδ, *vbi erat Dauid:* γεννηθείς, nimirum. *vbi natus erat Dauid.*
Et, ne quis dubitet, apud eundem 7. 39. οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον. *nondum erat*
Spiritus Sanctus. δοθὲν nimirum, *datus.* Quod expletur alias ac plene effertur.
quemadmodum Actor. 8. 16. οὔπω γὰρ ἦν ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκὸς τὸ πνεῦμα
ἅγιον. *nondum enim in quenquam illorum delapſus Sanctus fuerat Spiritus.* Tolle
illud ἐπιπεπτωκὸς, quod additur, idem de quo hic agitur, habebis. *Nondum enim*
erat Spiritus Sanctus. collatus, nempe, *ac datus.* Quod factum, cum illuſtria ac
vere cœleſtia illa vigere in Eccleſia cœperunt dona. Non igitur Spiritum
Sanctum eſſe ignorabant iſti; qui dona ejus, licet ita extra ordinem effuſa,
datumque tam vbertim ac miſſum, ignorare poterant: neque id adhuc in-
tellexiſſe videbantur. Vt τῶν κατά τι λεγομένων, Hebræorum more, id ſit. Nec
diſſimile, quod de Samuele lib. 1. c. 3. v. 7. dicitur: *Samuel autem necdum norat*
Iehouam. Quomodo? λαλοῦντα, ſcilicet, quod intelligendum. Ignorabat, lo-
qui cum ſuis Iehouam ſolere. Quomodo enim ignorare eum, iis natus paren-
tibus, ſed & priuſquam natus aut conceptus eſſet, Deo dedicatus, poterat?
Nondum igitur apparuiſſe illi Deum innuit. B. Hieronymus Quæſt. in lib.
Reg. *Neſcire Dominum dicitur, quia per prophetiæ myſterium necdum reuelatus*
ei fuerat ſermo Domini. Sequitur, Εἶπέ τε πρὸς αὐτούς, εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; hoc vſ. 3.
eſt, κατηχημένοι ἐστέ. vt cap. ſuperiori vſ. 25. ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου. Id
autem à Iudæis deſumptum, qui aquæ ad ceruicem immerſi, Legis præcepta
diſcebant: à quibus tinctio, καὶ ἡ κατήχησις, ſimul jungebatur. Eodem ca-
pite non ita multo poſt dicitur, καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς τοῦ Παύλου τὰς χεῖρας, &c. De vſ. 6.
quo loco precium operæ eſt audire quæ Optatus lib. 5. aduerſus Donatiſtas
notat. *Inde eſt vox Filii dicentis, A diebus Iohannis, vſque in hodiernum, regnum*
Dei vim patitur. Et qui vim faciunt, diripiunt illud. Ideo dixit, vim patitur, quia
adhuc baptizabat Iohannes. Denique, quia alterum tempus erat ante præcepta,
alterum, poſt præcepta. Qui poſt præcepta in nomine Saluatoris baptizati ſunt, in
regnum Legibus intrauerunt: qui ante præcepta, ſine Lege vim fecerunt, ſed excluſi
non ſunt. Ergo, ante præcepta baptiſma Iohannis cum eſſet imperfectum, perfe-
ctum judicatum eſt ab eo cui nemo judicat. Et quia quaſi limes quidam fixus eſſet
juſſionis inter tempora antecedentia & ſequentia, cum apud Epheſum baptizaren-
tur aliqui baptiſmate Iohannis, poſt præcepta hos videns beatiſſimus Paulus, inter-
rogauit, An accepiſſent Spiritum Sanctum. Dixerunt ſe illi neſcire an eſſet Spiri-
tus Sanctus. Et dixit illis, vt poſt baptiſma Iohannis acciperent Spiritum San-
ctum. Sic enim baptizati erant, quemadmodum multi à Iohanne fuerant bapti-
zati. Sed quod ante Legem baptizati ſunt, ad indulgentiam pertinuerunt. quia
præſens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN ACT. *præſens fuerat qui indulgentiam daret (Lege, ſed qui ante Leges baptizati ſunt.)
Et non erant ex toto rei, qui legibus non fuerant occupati. Hi vero, qui apud Ephe-
ſum poſt leges Iohannis baptiſmate baptizati fuiſſe leguntur, poſt leges in Sacra-
mento errauerant: quia jam introductum fuerat baptiſma Domini, & excluſum
fuerat ſerui. Et ideo, quia poſt mandata diuina legibus debuerant ire in regnum,
non per violentiam (jam enim terminum temporis fixerat Chriſtus, dicendo, A
diebus Iohannis vſque in hodiernum) poſt hodiernum jam non licebat, quod heri
licuerat. Quare, nolite vobis blandiri dicto Apoſtoli Pauli, qui non poſt perſonam
operarii interrogauit, ſed poſt rem: cui res, non perſona, diſplicuit. Denique ba-
ptiſma Saluatoris juſſit vt diſcerent, qui non nouerant, quia non ipſum ſed aliud
acceperant. quaſi non Spiritus modo, dona & linguas, ſed & baptiſma no-
uum admiſiſſent. de quo jam egerunt eruditi. Paulo poſt ſingulis diebus in
℣ſ. 9. Τυράννου τινὸς ſchola diſſeruiſſe dicitur Apoſtolus. Quod nomen non ſemel
in Gemara occurrit, vbi & Tyrannus Rufus, qui הרשע, ſeu, *ſceleſtus*, dicitur, &
qui templo Hieroſolymitano impreſſiſſe aratrum fertur. quem eundem
cum Terentio Rufo Ioſephi, quidam, alii Titum imperatorem eſſe volue-
runt. Nam vt טורנס ſit Τύραννος, nouum non eſt: è quo & nonnulli *Tur-*
℣ſ. 12. *nus* fecerunt. Cum autem ſequitur, Ὥστε καὶ ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας ἐπιφέρεσθαι ἀπὸ τοῦ
χρωτὸς αὐτοῦ σουδάρια ἢ σιμικίνθια, ſatis conſtat σουδάριον, hoc eſt, סודר, *ſudar*, Ma-
giſtros ſibi vindicaſſe. qui & בגד, ſiue, *veſtem*, interpretantur. quo nomine
eam dicebant, quam in emptione ac contractibus duo teſtes apprehende-
bant. ſed & iidem notant, quod faciei imponitur velamen, ab Hieroſolymi-
tano interprete סודרא, *ſudra* dici. Quod autem ad σιμικίνθιον, Baſilius Seleuciæ
Epiſcopus Homilia Εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς θεοτόκου, notat, Παύλου δέ τις ἐγχείριον ἐπι-
λαβὼν, καὶ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ τὴν ὀσμὴν ἀπομάξας, τοὺς ἀλάστορας δι' αὐτῆς ἀπεσόβει δαίμονας.
Vbi σιμικίνθιον, ἐγχείριον videtur dixiſſe: quod confirmat gloſſam quam eru-
diti adferunt. ὅτι σιμικίνθιον τὸ ἐν ταῖς χερσὶ κατεχόμενον, πρὸς τὸ ἀπομάττεσθαι τὰς
ὑγρότητας τοῦ προσώπου, οἷον ἱδρῶτα, πτύελον, δάκρυα, καὶ τὰ ὅμοια: *quod manu ad abſ-*
tergendos corporis humores, ſudorem, ſcilicet, ſputum, lachrymas, ſimiliaque, geſta-
bant: quomodo ſudariis nunc vtimur: vt & de iis recte id dici poſſet. Ἐγχείριον,
eſt, manuale. Heſychius ὠράριον dixit, quo ſordes oris ſacerdotes deterge-
bant. Σιμικίνθια, φακιόλια, ζωνάρια, ὠράρια τῶν ἱερέων. *Manuale* autem, *orarium* Iſi-
doro. De quo inter alia vide quæ clariſſimus Iohannes Meurſius notauit.
Eodem capite in ſeditioſa oratione illa Demetrius, Οὐ μόνον δὲ τοῦτο κινδυνεύει ἡμῖν
τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν. Mens autem, *Neque periculum modo eſt, ne hac in*
parte arguamur, ſi, videlicet, Deos χειροποιήτους *ipſi colamus, quod illi nefas arbitran-*
tur. Vetus obſcure ac parum Latine, *Non ſolum autem hæc periclitabitur nobis*
pars in redargutionem venire. Recentior, cum reddit, *Non ſolum autem peri-*
culum eſt, ne iſtud, quod nobis eſt peculiare, nobis probroſum euadat, quid voluerit
℣ſ. 31. non video. aliter certe dixit quod inuênit. Non ita multo poſt, Τινὲς δὲ καὶ τῶν
Ἀσιαρχῶν ὄντες αὐτῷ φίλοι, πέμψαντες πρὸς αὐτὸν, παρεκάλουν μὴ δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέα-
τρον. Quid eſt εἰς τὸ θέατρον? *in turbam*, certe, ac *populi confluxum*. Erudite Heſy-
chius, θέατρον, σύναγμα, *populi conuentum*, interpretatur. qualis turba quæ ad
ſpectandum confluit: quæ & ipſa, *theatrum* Romanis. Eodem capite, Τίς γάρ
ἐστιν ἄνθρωπος, ὃς οὐ γινώσκει τὴν Ἐφεσίων πόλιν νεωκόρον οὖσαν τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος καὶ
τοῦ Διοπετοῦς. hoc eſt, τοῦ ἀχειροποιήτου. vnde originem ἀχειροποίητα, de quibus hodie
nonnulli diſputant, apud ſequioris æui Chriſtianos duxiſſe videntur. Quod
homini diuinitus creato antiqui tribuunt: quem ἀχειρότευκτον ἀνδριάντα An-
dreas Hieroſolymitanus, Archiepiſcopus Cretenſis, dixit. Τὸ νοερὸν ἐν ὕλῃ
σύγκραμα καὶ σύνθημα, τὸ ἐν αἰσθητοῖς λογικὸν ἀποτέλεσμα, ὁ ἀχειρότευκτος ἀνδριὰς,
τὸ ἔμψυχον ἄγαλμα, τὸ πολυώνυμον ζῶον. Eodem capite non procul à fine cum
dicitur, Εἰ μὲν οὖν Δημήτριος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τεχνῖται, πρός τινα λόγον ἔχουσιν, ἀγόραιοι
ἄγονται, καὶ ἀνθύπατοί εἰσι, parum conſulte ſcripſerunt, qui exiſtimarunt, ἀγοραίους
foren-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

forenſium cauſarum judices, aut cauſidicos, dici. Quomodo enim ἀγοραῖοι, In Act.
(imo ἀγόραιοι) ἄγονται, de iis, aut quo genere loquendi, dicatur? Res aut aguntur
in foro, aut non aguntur. Cum aguntur, ἀγόραιοι ἄγονται: quemadmodum cum
ceſſant, proferri dicuntur. Gloſſarium nobile illud Stephani, *Cum res agita-*
tur, ὅτε ἡ ἀγόραιός ἐστιν, exponit. Ἀγόραιοι, ergo δικαιοδοσίαι, ſiue, juriſdictiones, ſunt.
Hoc ergo vult, Tempus eſſe quo res agerentur, ac judiciaria tractarentur.
Nihil igitur obſtare ait, quominus judicio experiantur. cum judiciorum,
non feriarum, tempus eſſet. Hoc vult, deſiiſſe ferias, aut, non eſſe.

Cap. XII.

Vigeſimum caput cum ſequenti percurritur. τὸ ὑπερῷον *Romæ & alibi, viliſſima*
pars ædium, quæ Apoſtolorum conuentibus tribuitur. cœnaculum. quos tegula
ſola tuetur. Eliſæi ὑπερῷον. *Troas, colonia Romana.* καταφερόμενος ὕπνῳ βα-
θεῖ. καταφορὰ, *& quid Hebræis.* καταφέρεσθαι ὕπνῳ. *Rhetorum* καταφορά. δεδε-
μένος τῷ πνεύματι, *& quid hoc loco.* δέσμιοι *&* δεδεμένοι *Helleniſtarum. de ca-*
ptiuitate ſpirituali, ſeu mœrore, paſſim ita loqui. abſens τῇ σαρκὶ *Apoſtolus.* λύ-
κοι βαρεῖς, μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου. φείδεσθαι, ἀντὶ τοῦ ἐλεεῖν, *Hebraiſmus.* φειδὼ *&*
φιλανθρωπία *in Deo. De eo, quod Manes,* φειδόμενον τῶν ἐν ἀπάτῃ καὶ πλάνῃ ἑαυτοὺς
ἐκδεδωκότων, *veniſſe ſe diceret. Locus,* ὅτι αὐτὸς εἶπεν, *& quomodo intelligendus.*
Philoſophorum ἀρέσκοντα. *eorundem* δόξαι. *& quomodo citentur.* βούλεται τάδε.
ἔλεγον διὰ τοῦ πνεύματος, *ſpiritu prophetico: quomodo & tertiam Trinitatis*
perſonam ab antiquis dici. Πνεῦμα Κυρίου. *Spiritus prophetiæ Domini Targu-*
miſtis. ἀποσκεδασάμενοι. εἶπόν τε αὐτῷ. *quem locum aliter legiſſe Auguſtinum.*
Locus, καὶ δαπάνησον ἐπ᾽ αὐτοῖς, *& quomodo intelligendus.* δαπανήματα καὶ νόμοι.
δαπανήματα *de cibis quibus Iudæi vtebantur. Ordo non idem in adiaphoris per*
ſe, à quibus abſtinendum, ſeruatus. τὸ πνικτὸν *alibi B. Auguſtino prætermiſ-*
ſum. Tarſi vrbis præſtantia, quantumque ipſi ſibi tribuerent Tarſenſes. tum
originem ſuam à Titanibus deduxiſſe.

CApite vigeſimo inter alia legitur, ἦσαν δὲ λαμπάδες ἱκαναὶ ἐν τῷ ὑπερῴῳ Cap.
οὗ ἦσαν συνηγμένοι. quemadmodum τὸ ὑπερῷον, tanquam viliſſima pars XX.
ædium, & hic & alibi Apoſtolis, vt peregrinis ac fortunæ tenuis, tri- ℣ſ. 8.
buitur. Vt & Romæ, qui ibi degerent. Notum, cur rarus venire in cœnacula
miles, à poëta dicatur.

Temporibus diris igitur juſſuque Neronis,
Longinum, & totas Lateranorum obſidet ædes
Tota cohors. rarus venit in cœnacula miles.

Hi enim ſunt, quos, vt idem loquitur, *tegula ſola tuetur.* Quod & aliis Eccleſia-
ſtici ſcriptores tribuerunt, qui hoc imitati ſunt. Iſidorus Peluſiota, τὴν Ἐλισ-
σαίου εὐτελείαν ζήλου, ὑπερῷον καὶ λύχνον ἀρκοῦ, ἅπερ τὴν ὑψηλὴν καὶ πεφωτισμένην τοῦ ἀν-
δρὸς ἠνίσσετο πρᾶξιν. quibus verbis ὑπερῷον Eliſæi commendat, deque magni-
tudine animi ejus & ſublimitate ex eo ſententiam pronunciat, aliiſque ad
imitandum proponit. Vbi autem hoc euenit? Troade nimirum, quæ colo-
nia Romana: quas Apoſtolum amaſſe ſupra diximus. Sequitur, καθήμενος ℣ſ. 9.
δέ τις νεανίας, ὀνόματι Εὔτυχος, ἐπὶ τῆς θυρίδος, καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ, διαλεγο-
μένου τοῦ Παύλου ἐπὶ πλεῖον, κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ τριστέγου κάτω, καὶ ἤρθη
νεκρός. Vbi eleganter & proprie καταφερόμενος dixit, cum καταφορὰν intelli-
gat. qua voce Aquila, τὸ תרדמה Geneſeos 2 interpretatur. Heſychius, Καταφο-
ρεῖν, ὑπνοῦν. Scribe, καταφορὰν, ὕπνον. Vnde καταφέρεσθαι ὕπνῳ, *ſomno opprimi.*
Alia eſt Rhetorum καταφορά. cum, vt loquitur Nyſſenus, ἀφορμὰς καταφορῶν
τοῖς μειρακίοις προβάλλονται. hoc eſt, *inuectiuarum argumenta ſuis præſcribunt.* Gloſ-
ſarium Stephani, Καταφορὰ, *inuectiua.* καταφορικὸς, *inuectiuus.* Apage autem
illud κατεχόμενος, quod è codice ſuo huc adducunt eruditi. Eodem capite
cum dicitur, καὶ νῦν ἰδοὺ, ἐγὼ δεδεμένος τῷ πνεύματι, πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλήμ. Vbi erudi- ℣ſ. 22.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Act. tis non aſſentimur, qui de S. Spiritus vinculo hic agunt. Hoc enim vult: mærore ſe conſtringi, quod & vincula & reliquas, quæ euenturæ ſibi eſſent, calamitates, ex reuelatione præuideret. Neque magis mirum fuit, Paulum ita affici, quam Dominum, cujus ſummæ ante τὸ σωτήριον πάθος anguſtiæ commemorantur. Vt omittam אסירים Hebræis, δεσμίους, aut δεδεμένους, paſſim Helleniſtis dici, qui afflicti ſpiritu aut mœſti. Ita ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους. Eſ. 42. 7. qui & οἱ ἐν δεσμοῖς apud eundem prophetam 49. 9. vt & δέσμιοι ἐλπίδος, qui aliquid expectant vehementer. Quod ad ſpem de aduentu Meſſiæ referunt plerique Zach. 9. 12. id autem, *vinctos, qui liberationem ſperant*, hoc eſt, *ſpiritu conſtrictos*, Thargumiſtæ interpretantur. Ergo, τῷ πνεύματι, *ſpiritu*, hoc eſt, *animo*. Et nonne grauiſſima mœrendi cauſa, præter eam quam dixi; quod à fratribus, vt non viſurus eos amplius (verſum 25. & 38. vide) abiret, lupoſque rapaces, Eccleſiam eſſe inuaſuros videret? De quibus quæ ſequuntur vide. Quemadmodum igitur ad Coloſſenſes capite 2. abſentem ſe τῇ σαρκὶ, ipſa carne, præſentem τῷ πνεύματι, hoc eſt, ſpiritu, ſiue animo, ita nunc δεδεμένον τῷ πνεύματι, etiam ſi nondum τῇ σαρκὶ, ſeu, reipſa,

vſ. 29. ait. Inter alia enim, Ἐγὼ γὰρ οἶδα τοῦτο, ὅτι εἰσελεύσονται μετὰ τὴν ἄφιξίν μου λύκοι βαρεῖς εἰς ὑμᾶς, μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου. Hoc eſt, quos nulla gregis commiſeratio ſubibit. Merus Hebraiſmus. qui τὸ חמל & ſimilia, ἀντὶ τοῦ ἐλεεῖν, ſiue *miſereri* ita paſſim vſurpant. vt exemplo horum Helleniſtæ τὸ φείδεσθαι. Vnde & Græci nonnunquam Theologi, φειδὼ καὶ φιλανθρωπίαν in Deo conjungunt. Vt Epiphanius aduerſus Montaniſtas, qui, διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ φειδὼ καὶ φιλανθρωπίαν, *propter miſericordiam, & amorem, quo homines proſequitur Deus*. Aliter autem non loquuntur Helleniſtæ. Manes, qui ex Oriente venerat, Epiſtola ad Marcellum, quæ in ejus hæreſi extat, veniſſe ſe ait, & ſcripſiſſe, φειδόμενόν τι τῶν ἀπάτῃ καὶ πλάνῃ ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότων, *miſertum eorum, qui fraudi ac errori ſe tradi-*

vſ. 35. *diſſent*. Nam φειδόμενος, *qui miſeretur*. Eodem capite, πάντα ὑπέδειξα ὑμῖν, ὅτι οὕτω κοπιῶντας δεῖ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων, μνημονεύειν τε τῶν λόγων τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, ὅτι αὐτὸς εἶπε, Μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν. Vbi ὅτι αὐτὸς εἶπε, idem quod, ἐδίδαξε, ſiue, *ipſâ doctrinâ prætulit*. Falluntur ergo, qui, quod ſequitur, χωρίον, ſiue, locum certum eſſe volunt, qui ex Euangelio amiſſo adducatur. cum eo modo, quo ἀρέσκοντα Philoſophorum citetur: non, vt verba, ſed, vt placitum. Vulgo δόξας dicunt. quarum ſola mens ſpectatur. Vnde nonnunquam, cum ea citant veteres, hac formula aut ſimili, βούλεται τάδε. Vt de Ariſtotele Laërtius: qui, poſtquam ſcripta Philoſophi recenſuit, ἀρέσκοντα ejus, ſeu, doctrinam expoſiturus, βούλεται ἐν αὐτοῖς τάδε, *hæc in iis docet*, ſiue, *ſentit*, inquit. Et certe, Δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν, non, Δίδου, μὴ λάμβανε, *da, non accipe*, dixit Dominus. Igitur τῶν ἀρεσκόντων τοῦ Κυρίου ἐστὶν (*è placitis Domini eſt*) dicerent veteres, Μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον, ἢ λαμβάνειν. quod ſubacti in antiquorum ſcri-

Cap. XXI. ptis intelligunt. Capite vigeſimo & primo cum dicitur, Καὶ ἀνευρόντες τοὺς μαθητὰς, ἐπεμείναμεν αὐτοῦ ἡμέρας ἑπτά· οἵτινες τῷ Παύλῳ ἔλεγον διὰ τοῦ Πνεύματος, μὴ ἀνα-

vſ. 4. βαίνειν εἰς Ἱερουσαλὴμ, intelligitur Spiritus haud dubio Propheticus. Quo nomine ab antiquis nonnunquam tertia Trinitatis dicitur perſona. Vt Iuſtino Martyri, qui Apologia 2. Chriſtianos, τὸν Πατέρα, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ Υἱὸν ἐλθόντα, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ προφητικὸν, σέβεσθαι καὶ προσκυνεῖν, hoc eſt, *Patrem, eumque qui ab eo venit Filium, Spiritumque Propheticum, colere atque adorare*, ait. Eodem fere modo, quo à Thargumiſtis, Spiritus idem, qui Πνεῦμα Κυρίου, cum alibi, tum 2 Sam. cap. 23. vſ. 2. רוח נבואה דיוי, *Spiritus Prophetiæ Domini*, dicitur. Eodem

vſ. 15. capite, Μετὰ δὲ τὰς ἡμέρας ταύτας ἀποσκευασάμενοι ἀνεβαίνομεν εἰς Ἱερουσαλήμ. Vbi Græci ſcholiaſtæ, τὸ ἀποσκευασάμενοι, τὰ πρὸς ὁδοιπορίας λαβόντες, *iis quibus ad iter opus eſt, aſſumptis*. qui ἐπισκευάζειν cum aliis nonnullis legiſſe videntur. Eodem capite legitur, οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐδόξαζον τὸν Θεὸν, εἶπόν τε αὐτῷ, θεωρεῖς, ἀδελφὲ, πόσαι μυριάδες εἰσὶν Ἰουδαίων; vbi neceſſe eſt aliam lectionem ſecutus ſit

B. Au-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

B. Auguſtinus: qui in locum illum ad Gal. c. 2. *Dixi Petro coram omnibus*, ora-
tionem, quæ ſequitur, Iacobo tribuit. *Attende enim*, inquit, *obſecro, ipſa verba* IN ACT.
Iacobi. Vides, frater, quot millia ſunt in Iudæa qui crediderunt in Chriſtum. Legit
igitur, εἰπέ τε αὐτῷ. Pro quo alii εἰπόντες. niſi ſanctiſſimo viro impoſuit memoria.
Non multo poſt legitur, τούτους παραλαβὼν, ἁγνίσθητι σὺν αὐτοῖς καὶ δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς. ṽſ. 24.
Quod ad ſumptus hic quidem, Nazaræorum cauſa faciendos, quanquam &
ad diætam qua Iudæi vtebantur, nonnunquam refertur. Eo ſenſu, quo δαπανή-
ματα καὶ νόμοι, ab Helleniſtis interdum conjunguntur. Vt cum 2 Maccab. 11. 31.
χρῆσθαι τοὺς Ἰουδαίους τοῖς ἑαυτῶν δαπανήμασι, καὶ νόμοις, καθὰ τὸ πρότερον, *vti Iudæos, ſuo vi-*
ctus genere & legibus, vt prius, permitittur. de cibis, quibus ante vtebantur, qui
à ſuilla & ſimilibus abſtinebant. Eodem capite cum dicitur, εἰ μὴ φυλάσσεσθαι ṽſ. 25.
αὐτοὺς, τό, τε εἰδωλόθυτον, καὶ τὸ αἷμα, καὶ πνικτὸν, καὶ πορνείαν, mirum eſt, quantopere in iis
recenſendis, de quibus ſupra egimus prolixe, varient antiqui. Adeo quidem,
vt B. Auguſtinus alibi τὸ πνικτὸν prætermittat. Qui, *De gentibus autem quæ credi-*
derunt nos mandauimus, judicantes, nihil ejuſmodi ſeruare illos, niſi vt ſe obſeruent
ab idolis immolato, & à ſanguine, & à fornicatione. Eodem capite in verbis Pauli
non procul à fine cum legitur, Ἐγὼ ἄνθρωπος μέν εἰμι Ἰουδαῖος, Ταρσεὺς, τῆς Κιλι- ṽſ. 39.
κίας οὐκ ἀσήμου πόλεως πολίτης, recte illuſtri vrbe ortum ſe ait. Et adeo quidem
illuſtri, vt & Græcos, & Argiuos, & his præſtantiores, dici Tarſenſes ſe vel-
lent. neque ad heroas modo, ſed Titanas ipſos, generis antiquitatem re-
ferrent. Dio Chryſoſtomus Tarſica priore: καὶ ὡς ἐστε Ἕλληνες, καὶ Ἀργεῖοι, καὶ
ἔτι βελτίους· καὶ ἀρχηγοὺς ἔχετε ἥρωας καὶ ἡμιθέους, μᾶλλον δὲ Τιτᾶνας.

CAP. XIII.

Caput vigeſimum ſecundum & tertium percurruntur. ἀνατεθραμμένος παρὰ τοὺς
πόδας Γαμαλιήλ. *proficere ad pedes. Iudæorum mos, qui ſedentes diſcebant: vnde*
illud, qui ſedent & proficiunt in Lege: ſecus quam Græcorum plerique. περίπατοι,
ἱστορίαι καὶ λόγοι. רגל *pes, & ab eo, inſtituere. Locus,* Οἱ δὲ σὺν ἐμοὶ ὄντες, τὸ μὲν φῶς
ἐθεάσαντο, τὴν δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντός μοι. *qui ſint,* οἱ οὔτε ἀκούοντες οὔτε λαλοῦν-
τες. *Recentioris interpretis, de audita Apoſtoli voce, ſententia.* Φωνὴ *vox, ſed &*
ſonus. Locus Iohannis huic ſimilis, de quo & ſupra actum. vox ἔναρθρος, *aut*
ἄναρθρος. *De ipſo loco quid ſentiendum. Cujusnam, qui Paulo in conuerſione ad-*
erant, vocem audierint. Filia vocis. Chronologia Sanctorum, auctoriſque ſen-
tentia. Αὐτὸς, *Dominus. & quomodo vſurpetur.* Αὐτὸς, ὁ κυκλολογούμενος. ἄγεσθαι
εἰς τὴν παρεμβολήν. παρεμβολὴ, *quæ. Antonia, quæ &* φρούριον *Ioſepho dicta.*
μάστιξιν ἀνετάζεσθαι. ἐξετάζειν. οἰκέτης ἐξεταζόμενος. ἐτασμοί. προτείνειν τοῖς ἱμᾶσιν.
Locus, εἰ ἄνθρωπον Ῥωμαῖον καὶ ἀκατάκριτον ἔξεστιν ὑμῖν μαστίζειν. *Apoſtolus, Roma-*
nus, & quomodo. Tarſus, vtrum colonia an municipium. Fuſius de eo actum.
Apionis ignorantia à Ioſepho taxata, qui neſciret, ab iis, à quibus deductæ eſ-
ſent coloniæ, colonos dici. Πολιτεία, *jus ciuitatis. Romani quam in conferendo*
vrbis ſuæ nomine, etiam Ioſephi tempore, munifici. Leges de libertate, & ad
quos potiſſimum ſpectarint. Duæ in Cilicia, quarum Vlpianus meminit, coloniæ:
Selinus, nempe, & Traianopolis. Iuliopolis, Tarſus, & vnde dicta. Tarſo, ſe-
cundum Dionem Chryſoſtomum, terram, leges, honoremque contuliſſe Augu-
ſtum, & quo ſpectarent ſingula. Largiri agrum, ſeu, terram. Leges quæ & qua-
les, municipibus conferri ſolitæ. Honor quis conferri ſolitus. Romanitas. Natu-
ræ patria. juris patria. vtranque quinam haberent. Municipes fuiſſe colonos,
quonam è loco probauerit Baronius. Πολίτης, *& hoc nomen quam moleſte expri-*
mant Syri. πολίτης ἀπὸ πολίχνης, *&* κοινωνὸς τῆς πολιτείας, *dictus municeps.* πολί-
χνιον, *municipium.* ἀποικία *Græcorum. municipes, cujuſque ciuitatis ciues Iu-*
riſconſultis. Baronii ſententia excuſſa. Mirifica Proſperi. πολλοῦ κεφαλαίου. κε-
φάλαιον, *de ſumma rei, etiam pecuniæ.* συνάγειν τὸ κεφάλαιον, *Ariſtoteli.* λογί-
ζεσθαι τὸ κεφάλαιον. *pecuniæ conſpectus.* μεταχειρισμός. *An Apoſtolus aliter de*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Act. *ſummo Pontifice locutus ſit quam ſenſit.* τῆς χάριτος οὐκ ἀπολαύσῃ, *de Apoſtolo, & an locum in eo habuerit.* ἐλπὶς *de reſurrectione. Reſurrectio tota ſpes noſtra, B. Auguſtino judice. Spes,* ὑπόστασις. ἐπιστολὴ τὸν τύπον τοῦτον περιέχουσα. περιέχειν τὸν τύπον. περιέχειν παθητικῶς *vſurpatum.* τοιοῦδε τοῦ σκοποῦ ἐχόμενον. ἐπιστολὴ ἔχουσα ὧδε. ὁ κανὼν περιέχων οὕτως. δημόσιοι τύποι. τύποι πραγματικοί. *formatæ epiſtolæ.* τοῦτο τὸ ἀντίγραφον. αἰτία, *& quid hoc loco.*

Cap. XXII. vſ. 3. CVm Apoſtolus non procul ab initio capitis quod ſequitur, ἀνατεθραμμένος παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ dixit, Iudæorum expreſſit morem, qui ſedentes, non περιπατοῦντες, & ad præceptorum pedes, proficere ſolebant. Vnde qui diſcunt, *ſedere* iis, & *ſedentes*, dicuntur. vt cum eos qui ſedent, hoc eſt, שיושבין, &, *qui proficiunt in Lege*, cum alibi, tum in Capitulis Patrum conjungunt. multum diuerſi, vt videtur, hac in parte à Græcis, qui, περιπάτους, ἱστορίας καὶ λόγους, interpretantur. Nam de Ariſtotele quod vulgo traditur, notum. Iam à רגל, *regel*, quod pedem denotat, הרגיל, in hiphil, de exercitatione, ac inſtitutione, ſi Eliæ credimus, vulgo, quanquam in Sacris rariſſime, vſurpatum. quod & ibi autor idem probat. Eodem capite cum
vſ. 9. ab Apoſtolo dicitur, Οἱ δὲ σὺν ἐμοὶ ὄντες, τὸ μὲν φῶς ἐθεάσαντο, καὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο, τὴν δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντός μοι, quia non eſt locus in quo magis ſe torſerunt eruditi, qui aliud hic dici quam in hiſtoria conuerſionis ejuſdem Apoſtoli voluerunt, vtrunque ſemel videamus, ne quid amplius moretur eos, qui hic tantum operæ ſumpſerunt. Ibi legitur, Οἱ δὲ ἄνδρες οἱ συνοδεύοντες αὐτῷ εἱστήκεισαν ἐνεοί, ἀκούοντες μὲν τῆς φωνῆς, μηδένα δὲ θεωροῦντες. hic vero, οἱ δὲ σὺν ἐμοὶ ὄντες &c. τὴν δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντος ἐμοί. Priorem locum ita reddidit interpres recens, *Viri autem illi qui cum Saulo iter faciebant, conſtiterunt muti: audientes quidem ejus vocem, neminem autem videntes.* Ad verbum ſuo more vetus, *Viri autem illi, qui comitabantur cum eo, ſtabant ſtupefacti: audientes quidem vocem, neminem autem videntes.* Primo ἐνεοὶ, *mutos* reddit, cum non minus ſurdi ea voce deſignentur. Princeps eruditionis antiquæ Heſychius, Ἐνεόν, νωχελῆ, μετέωρον, interpretatur. tandemque addit, ὃς οὔτε ἀκούει οὔτε λαλεῖ. *qui nec audit, nec loquitur.* vt deſignet eum, cui mens percuſſa, vocem & auditum pariter includit. quales οἱ ἐμβρόντητοι. Notum illud poëtæ, *Non aliter ſtupui quam qui Iouis ignibus ictus Viuit, & eſt vitæ neſcius ipſe ſuæ.* vnde, *ſtupefactos*, vetus erudite dixit. In ſequentibus τὸ *ejus* more ſuo addidit recentior, qui nodum ſecat. quaſi hoc ad Pauli vocem referendum eſſet. qui ibi, *audientes quidem ejus vocem.* Sed & melius fortaſſe, *audientes ſonum*, quam, *vocem*, dixiſſet. Sonum enim magis quam vocem, præ ſtupore, quem deſignat, audiuiſſe veriſimile eſt. Tales erant iſti Ioh. 12. 28. 29. de quibus ad caput hujus libri ſecundum: qui cum vocem è cœlo, *Et glorificaui & iterum glorificabo*, audiuiſſent, tonitru audiſſe ſe exiſtimabant. quem locum eleganter huic hiſtoriæ Chryſoſtomus accommodat. Quid igitur, eo, de quo hactenus, loco? Stupefactos atque attonitos, ſiue vocem, ſiue ſonitum audiſſe, ſed neminem vidiſſe, dixit. Reſtat, vt & iſtum videamus, vbi dicitur, ὅτι φωνὴν οὐκ ἤκουσαν. Nemo neſcit, vocem eſſe aut ἔναρθρον aut ἄναρθρον: indiſtinctam vel articulatam. qualis eorum qui loquuntur. De qua ne quis dubitet hic agi, addit ipſe, τοῦ λαλοῦντός μοι. Illi autem ſonum, ſiue mauis, vocem indiſtinctam audiverunt, verba non intellexerunt. Quare? ὅτι ἐνεοὶ ἐγένοντο: præ ſtupore. quod attoniti, quod ſtupefacti, ac ſemiſurdi eſſent. Adde quod diſtincte duas ponit voces. Alteram Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις; Alteram, à qua nomen loquentis exprimitur, Ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος, ὃν σὺ διώκεις. Quam vocem aut nomen, poteſt fieri vt non audirent: quia audiri ab iis noluit, qui nomen ſuum hic expreſſit: non enim cæteri, ſed vas electionis, vocabatur. quemadmodum nec viderunt eum, quia noluit videri. Eum, nempe, vt ad primum Lucæ B. Ambroſius loquitur, *qui, ſi non vult, non*

vide-

videtur, ſi vult, videtur. Apparuit enim Deus Abrahæ, quia voluit: alii, quia no- In Act.
luit, non apparuit. Viſum eſt etiam Stephano, cum lapidaretur, aperiri cælum: vi-
ſus eſt etiam Ieſus ſtans ad dexteram Dei, & non eſt viſus à populo. Atque etiam
hoc modo verum eſt, ὅτι τὴν φωνὴν οὐκ ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντος αὐτῷ. *ejus qui loque-*
batur ei non audiuiſſe vocem. Adde his, filiam fuiſſe vocis, de qua agitur. qua-
lis apud Iohannem illa, de qua egimus: quæ reuera vox intelligentibus, cæte-
ris non aliud quam ſonus. A quo Chronologia Sanctorum non abit. quæ ita
de hoc loco: *Superius, vbi audiſſe vocem referuntur, adeo non vocem, ſed incon-*
ditum ſonum vocis acceperunt, vt eos poſtea dicat vocem non audiſſe, id eſt, expreſ-
ſam verborum ſignificantiam, qua poſſent intelligere quod ſonabat. ac proinde di-
uerſa vice & audiſſe & non audiſſe, referuntur. Quia, quantum ad ſonum perti-
net, audierunt, quantum ad verba, non audierunt. Capite eodem & illud ha-
bes, Ἐγένετο δέ μοι ὑποστρέψαντι εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ προσευχομένου μου ἐν τῷ ἱερῷ, γενέσθαι
με ἐν ἐκστάσει, καὶ ἰδεῖν αὐτὸν, λέγοντά μοι &c. vbi αὐτὸν eſt הוא. Quod Rabbini con- ℣ſ. 17.
uenire ei notant cui nomen conuenit ſupremum: hoc eſt, tetragramma-
ton, ſiue, Κυρίου. quem intelligit. Αὐτὸς enim eſt, ὁ κυριολογούμενος, cui conue-
nit hoc nomen. Non ita multo poſt legitur, Ἐκέλευσεν αὐτὸν ὁ χιλίαρχος ἄγε-
σθαι εἰς τὴν παρεμβολήν. Porro Helleniſtis, eadem voce, & conuentum populi, ℣ſ. 24.
inprimis caſtrenſem, quanquam & alium (vt cum τὸ המון interpretantur) de-
notari ſciunt, qui in illorum ſcriptis verſati ſunt. Vt cum Macc. 1. de numero,
ſeu turba ipſa, καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν, καὶ τὴν ἀποσκευὴν, παρεμβολὴν μεγάλην σφό-
δρα, ἐλθεῖν εἰς γῆν Ἰούδα, dicitur. Doctiſſimum Gloſſarium, Παρεμβολὴ *falanx, ca-*
ſtrum. Cur non igitur caſtri potius quam caſtrorum voce vſi ſunt interpretes?
quæ haud parum inter ſe differre ſolent. cum Antonia præſertim hic intelli-
gatur: quam non ſemel Φρούριον Ioſephus dixit. Sed neque quod interpreti-
bus hic placuit, bene iis ceſſit, qui in linguas alias hæc conuerterunt: quod
non paucis in locis eueniſſe video. Sequitur, εἴπων μάστιξιν ἀνετάζεσθαι αὐτόν. Ibid.
Vbi interpres vetus, *flagellis cædi.* quod ſimpliciter ἐξετάζειν Eccleſiaſticus di-
xit. ὥσπερ γὰρ οἰκέτης ἐξεταζόμενος ἐνδελεχῶς, ἀπὸ μώλωπος οὐκ ἐλαττωθήσεται. Vbi
ἐξεταζόμενος ἐνδελεχῶς, *crebro vapulans.* quemadmodum & alia tormenta ἐτα-
σμοί: quomodo, μετ' ἐτασμῶν καὶ μαστίγων ἐξομολογεῖν 2 Maccab. dicitur: cum hoc
loco, non tam de pœna, quam de exploratione veritatis per eam, accipien-
dum videatur. quemadmodum cum flagris in ſeruos inquiri, Romani di-
cebant. Paulo poſt ſequitur, ὡς δὲ προέτεινεν αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν. vbi, quod vulgo
παραδιδόναι εἰς τὸ μαστιγοῦσθαι, *tradere ad flagra*, S. Lucas προτείνειν τοῖς ἱμᾶσι, dixit.
Ἱμάντες enim lora ſunt. vt in illo Comici, *operiere loris.* Quæ res mirifice in-
terpretes exercuit. Antiquum, qui, *cum aſtrinxiſſent eum loris*, recentio-
rem, qui, *cum diſtendiſſent eum loris*, hic reddidit. Gloſſatores antiqui, Ἵμα-
σεν, ἐμάστιξεν. nam, προτείνειν, nihil aliud quam admouere. Cum vero ſequitur,
Εἰ ἄνθρωπον Ῥωμαῖον καὶ ἀκατάκριτον ἔξεστιν ὑμῖν μαστίζειν, mirum non exactius exa-
minaſſe eruditos, quomodo Romanum Apoſtolus ſe dicat, qui Tarſenſem ℣ſ. 25.
ſe dixerat: niſi quod conſtet, ideo Romanum fuiſſe, quod Tarſenſis eſſet,
ſi jure ciuitatis donata fuit Tarſus. Quam coloniam nonnulli, municipium
fuiſſe volunt alii: qui & libertatem ac jus ciuitatis ab Antonio triumuiro
Tarſenſibus collatum, ex Auguſti mandato ac S. C. ab Agrippa confirma-
tum, volunt. Sed ponamus, coloniam fuiſſe tantum, quam liberam fuiſſe vr-
bem diſerte dixit Plinius, quis dubitat quin recte Romanum ſe dixerit Apo-
ſtolus? niſi imperitiæ Ioſephum accuſemus, qui hanc Apioni objecit, quod
neſciret, ὅτι πάντες οἱ εἰς ἀποικίαν τινὰ κατακληθέντες, κἂν πλεῖστον ἀλλήλων τοῖς γένεσι
διαφέρωσιν, ἀπὸ τῶν οἰκιστῶν τὴν προσηγορίαν λαμβάνουσι: *omnes qui in colonias vocati*
ſunt, licet multum genere inter ſeſe differant, à conditoribus ſortiri nomen. Qua
ratione addit, eos qui Antiochiam habitarent, Iudæos, Antiochenſes di-
ctos. id enim iis tribuiſſe Seleucum. Quod jus πολιτείαν ibi dixit. Τὴν γὰρ πολι-

 τείαν

IN ACT. τείαν αὐτοῖς ἔδωκεν ὁ κτίστης Σέλευκος. Atque id ipſum pluribus confirmat exemplis. Pergit deinde, additque, Ἡ δὲ Ῥωμαίων φιλανθρωπία πᾶσι μικροῦ δεῖν τῆς αὐτῶν προσηγορίας μετέδωκεν, οὐ μόνον ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ μεγάλοις ἔθνεσιν ὅλοις. Ἴβηρες γοῦν οἱ πάλαι, καὶ Τυῤῥηνοὶ, καὶ Σαβῖνοι, Ῥωμαῖοι καλοῦνται. *Romanorum vero humanitas, omnibus fere nomen communicauit ſuum, non hominibus modo, ſed & magnis gentibus, ac quidem totis. Iberi ergo veteres, Tyrrhenique & Sabini, Romani dicuntur.* Neque aliud ſane ſe Apoſtolus quam Romanum dixit. quanquam quid quantumque inter ciues, qui municipes, &, qui coloni tantum dicebantur, intereſſet, non ignorant, qui hæc recte intelligunt. Iam vero Tarſum, de qua agitur, coloniam fuiſſe, quis antiquorum dixit? Qui autem liberos fuiſſe, vel donatos libertate Tarſenſes dixit, quin municipes fuiſſe voluerit, vix dubitandum: cum inprimis legum de libertate beneficium ad hos ſpectaret. ad quas leges, hic prouocat Apoſtolus, vt mox dicemus. Et quomodo colonia, cum duas tantum in Cilicia Iuriſconſultus quoque agnoſcat? Vlpianus ff. De cenſibus l. 1. *Eſt & in Bithynia colonia Apamena, & in Ponto Sinopenſis: eſt & in Cilicia Selinus, & Traianopolis.* Cur autem Iuliopolin, ſi & ea locum inter eas habuit, autor, de quo agimus, omiſit? quo nomine, in Iulii memoriam, Auguſti gratiam, Tarſum, ab incolis fuiſſe dictam, Dio Caſſius teſtatur. Οὕτω γὰρ, inquit, προσφιλῶς τῷ Καίσαρι τῷ προτέρῳ, καὶ δι' ἐκεῖνον καὶ τῷ δευτέρῳ οἱ Ταρσεῖς εἶχον, ὥστε καὶ Ἰουλιόπολιν σφᾶς ἀπ' αὐτοῦ μετονομάσαι. *ita enim Cæſari priori, ac propter eum ſecundo, Tarſenſes fauebant, vt Iuliopolin ab eo vrbem ſuam ita nuncuparent.* Qui, Auguſtus nempe, ſi Dioni credimus Chryſoſtomo, iiſdem, *terram, leges, honoremque* contulit. Verba ejus ſunt: τοιγαροῦν ἅ τις ἂν φίλοις ὄντως καὶ συμμάχοις, καὶ τηλικαύτην προθυμίαν ἐπιδεδειγμένοις, κἀκεῖνος ὑμῖν παρέσχε, χώραν, νόμους, τιμὴν, ἐξουσίαν τοῦ ποταμοῦ τῆς τε θαλάσσης τῆς κατ' αὐτήν. *Itaque omnia quæ quis amicis vere ac ſociis, quique tantam exhibuere beneuolentiam, præſtare poſſet, & ille vobis contulit: terram,* ſiue, *agrum, leges, honorem, poteſtatem fluuii, mariſque vicini.* Agrum: liberum, videlicet, ac ſic immunem. Leges: quæ de libertate, municipiis conferri ſolitæ. Honorem: ipſum ciuitatis nempe jus; eximium inprimis ac præclarum. quod רהומיותא, *Romanitatem*, Syrus dixit. Cum Romanæ ciuitatis, publica non modo, ſed & priuata vſurparent jura: vt naturæ pariter ac juris ita patriam haberent. quod de municipibus, eleganter pariter ac vere olim dixit Tullius. Primum autem è legibus libertatis beneficium, flagellorum verberumque immunitas fuit: quam Apoſtolus hic tangit, cum non ſine cauſa quærit, vtrum flagellare hominem Romanum iis fas ſit. quemadmodum de Gauio Compſano, municipe, à Verre cæſo, idem Tullius exclamat: *Cædebatur in foro Meſſanæ,* inquit, *ciuis Romanus. O nomen dulce libertatis! ô jus eximium noſtræ ciuitatis! ô leges Porciæ Semproniæque!* quæ & municipibus, vt ciuibus, communes. Illud autem vel inprimis mirum, quod diffuſæ lectionis Baronius, non è Græco contextu, ſed Latino, municipes fuiſſe Tarſenſes, probandum ſumpſerit. Ex eo, nempe, loco, vbi, ſecundum veterem interpretem, *Ego homo ſum quidem Iudæus à Tarſo, Ciliciæ, non ignotæ ciuitatis municeps*, Apoſtolus dixit. cum in Græco ſit, πολίτης. De eo, ſcilicet, qui vt ciuis Romanus jure, ita Tarſenſis natura eſſet. Vnde Syrus, vt πολίτου declinaret nomen, natum in Tarſo dixit. Πολίτας enim illi, vt & metaphraſtes aliquoties, בני מדינתא, *filios vrbis*, dicunt. qui ter, in exprimenda voce illa, circuitione vſus eſt. non minus moleſte quam Græci municipem, πολίτην ἀπὸ πολιχνίου, *ciuem ex minori vrbe*, vel κοινωνὸν τῆς πολιτείας, *ciuitatis participem*, ipſum municipium, πολίχνιον, *vrbem minorem*, dicunt. Ἀποικία enim, quam & Græci norunt, à definitione municipii diſſentit. quemadmodum, nec Helleniſtarum ἀποικίαι quicquam hic docere nos poſſunt; quod Hebræas voces, ac diuerſas, non vnam, exprimant plerunque: tantum abeſt, vt à municipiis diſtingui poſſint. Quid quod interpres hic

anti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

antiquus, quem ſequitur Baronius, Iuriſconſultorum more, qui abuſiue, In Act.
vt Vlpianus fatetur, *municipes, cujuſque ciuitatis ciues*, dicunt, ea voce hic
vſus eſt? Vt cum quærunt, an, qui Campano patre, matre Puteolana, na-
tus eſt, municeps Campanus ſit. Quomodo ſi locutus eſt interpres vetus,
qui πολίτην ſic interpretatur, quanam ratione municipem potius fuiſſe quam
colonum probabimus Apoſtolum, qui non aliud quam Tarſi natum ſe, aut
Tarſenſem eſſe ciuem, dixit? Quanquam enim municipem fuiſſe non ne-
gem, nondum tamen id ex eo, quod Tarſenſem ſe ciuem dicat, probari
poſſe video. Audiamus ipſum: *Sed quanam ratione Paulus, ſe natum dicit ci-
uem Romanum? Non alia quidem, niſi quod nuper ad Iudæos pro concione dixe-
rat, ſe Tarſi Ciliciæ ortum eſſe: Ego, inquiens, ſum vir Iudæus, natus Tarſo Ciliciæ.
Et paulo ante coram tribuno, ſe municipem Tarſenſem eſſe profeſſus erat. Porro ille
dicebatur municeps, qui in eodem municipio, vt Vlpianus docet, natus eſſet. Tarſus
enim Ciliciæ metropolis, jus municipale à Romanis fuerat conſecuta, ac ea de cauſa
coloniis quoque præſtabat* &c. Quis autem dicat; ciuem ſe Tarſenſem di-
cit, ergo municipem, non colonum, dicit: municipes autem jure po-
tiori ſunt quam Romani. Quis enim hinc, municipem fuiſſe, non colo-
num concludet? nedum vt jure potiori municipes fuiſſe quam colonos,
euincat? Cui tamen facile ignoſcet, qui Proſperum hac de re differentem
leget. Qui, *Herodes igitur (cujus patrem ex Idumæis, matrem vero ex Arabia
fuiſſe, idem Ioſephus dicit) à Cæſare Auguſto attributum ſibi illius gentis eo tempo-
re ſumpſit initium, quo Cæſar pacati orbis totius ſub edicto deſcriptionem fieri
præcepit. Itaque eo anno profeſſionis illius, quæ facta eſt præſide Cyreno, natus eſt
Chriſtus Dominus. In qua deſcriptione venit & Paulus. Sic enim intelligendum
eſt, quod tribuno Lyſiæ dixit, Ego autem natus ſum Romanus. Omnes enim precio
comparabant hujus nominis dignitatem. Hic vero Iudæus cum dixit, natum ſe eſſe
Romanum, clarius oſtendit, in illa ſe deſcriptione veniſſe, nato jam præcurſore &
præcone Domini regis & judicis, à quo tempus gratiæ ſumpſit initium.* De præ-
dictionibus Dei, lib. 2. Qualia, nemo excidiſſe viris tantis crederet niſi qui
legenti ſibi fidem haberet? Eodem capite non ita nouum atque eruditi exi-
ſtimant, quod paulo poſt dicitur, ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην
ἐκτησάμην. Τὸ κεφάλαιον enim ita vulgo ac crebro de ſumma rei vſitatum, vt ad ℣ſ. 28.
ſummam pecuniæ transferri mirum non ſit. Nam vt de hac, συνάγειν τὸ κεφά-
λαιον ipſe Ariſtoteles dixit, ita ſi idem hic, aut λογίζεσθαι τὸ κεφάλαιον, de pe-
cunia dicas, magis elegans quam nouum ſit. vt ſic, τὸ κατὰ λόγον πόσον, ſiue, certam
ſummam dicas. Nam de ſorte, vbi de vſura agitur aut patrimonio vſurpari, res
nota eſt. Illud mirum magis, Romanos veteres, quod hic κεφάλαιον, *pecuniæ
conſpectum* dixiſſe. Antiquæ elegantiæ, quam in antiquis amiſimus, plurimis
in locis conſeruator Gellius, de Celſino Iuliano, qui de ſtruendis cogitabat
balneis: *Aſſiſtebant fabri ædium complures, balneis nouis moliendis adhibiti:
oſtendebantque depictas in membranulis varias ſpecies balinearum. Ex quibus cum
elegiſſet vnam formam ſpeciemque operis, interrogauit, quantus eſſet pecuniæ con-
ſpectus ad id totum opus abſoluendum. Cumque architectus dixiſſet, neceſſaria vi-
deri ſeſtertia ferme trecenta; vnus ex amicis Frontonis, præter propter, inquit,
alia quinquaginta.* à ſitu terrarum forte ac ſimilibus, quæ contrahuntur. Et
fortaſſe compendium τῆς οἰκουμένης, qualis eſt Dionyſii περιήγησις, non male
orbis conſpectum, ut hic pecuniæ, dicas. Capite vigeſimo & tertio cum Apo- Cap.
ſtolus ait, οὐκ ᾔδειν, ἀδελφοί, ὅτι ἐστὶν ἀρχιερεὺς, Græci ſcholiaſtæ, μεταχειρισμὸν, id XXIII.
ſchema vocant, quo hic vſum volunt. Qui cum ſummum ſacerdotem eſſe ℣ſ. 5.
ſciret, οὐκ ᾔδειν ὅτι ἐστὶν ἀρχιερεὺς, hoc eſt, *ſummum eſſe ſacerdotem, ignorabam*, in-
quit. Itaque προσποιεῖται ἄγνοιαν, οὐ βλάπτουσαν, ἀλλ᾽ οἰκονομοῦσαν, dicunt illi. Ἐστὶ γὰρ καὶ
μεταχειρισμῷ χρήσασθαι ἰσχυροτέρᾳ παῤῥησίας. Ac ſi dicas, *præ ſe tuliſſe ignorantiam,
quæ ædificaret magis quam noceret*: hoc enim ſchema libertate in dicendo non-
nunquam

IN ACT. nunquam eſſe efficacius. Quorum exemplo Eraſmus *artem* dixit. *Licet enim*, inquit in Paraphraſi, *arte vitare periculum, cum non apparet fructus.* Ego nec iis aſſentiri neque cæteris poſſum Theologis, qui in his & ſimilibus, Paulum humanitus quid paſſum volunt, &, vt ipſi loquuntur, τῆς χάριτος ἀπολαῦσαι, ſiue, *deſtitutum à gratia fuiſſe*. qui nec voluiſſe Apoſtolum, quod volunt, exiſtimo. vt cum ſciret, ſcilicet, Pontificem fuiſſe ſummum, id diſſimularet. Conſtat enim tantam tum fuiſſe ἀναρχίαν, vt in diem quaſi eſſent Pontifices, aut non eſſent. qua confuſione vt nihil fœdius, ita nihil juſtius, poſtquam factione ſummorum quoque ſacerdotum & mendaciis, damnata veritas, damnata Patrum ſpes, damnatus eſſet ſummus omnium Sacerdos. Paulum ergo, vt acerbe, ita vere, quod ſentiret, dixiſſe, *Neſciebam eſſe*, vel, *adeſſe Pontificem.* Quæ mens perſpicua & clara, nec
ṽſ. 6. repugnant Græca. Capite eodem, cum Apoſtolus dixit, περὶ ἐλπίδος καὶ ἀναστάσεως νεκρῶν, ἐγὼ κρίνομαι, manifeſte ἐλπίδα, τὴν ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν dixit. quod fere vſitatum Lucæ in hoc libro. Neque alio illuſtris Pſalmographi ſpectat locus, quem capite 2. adducit Petrus, ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι. vbi tamen לבטח, *in confidentia*, propheta dixit. vt qualis ſit hæc ſpes, intelligatur: neque fruſtra ſane B. Auguſtinus, *in reſurrectione, totam ſpem noſtram*, eſſe dixit. Hoc mirandum, ab ipſis quoque Cabaliſtis, eos locos, in quibus de ſpe piorum à Regio Propheta agitur, huc trahi. Vt cum dicitur, μακάριος ἀνὴρ, ὃς ἐλπίζει ἐπ' αὐτόν. Pſal. 34. 9. vbi חסה habes. quod iterum fiduciam deſignat. Item εὐδοκεῖ κύριος ἐν τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν, καὶ ἐν τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ. 147. 11. vbi יחל habes, ſiue, ἐλπίζειν. Quæ ſpes talis tamen eſt, vt ὑπόστασις, ab Helleniſtis Pſal. 39. 8. dicatur. καὶ ἡ ὑπόστασίς μου παρὰ σοῦ ἐστι. Vt τῶν ἐλπιζομένων, ne quis erret, aut humiliter de hac ſpe ſentiat, ſit ὑπόστασις. quæ ipſius fidei ad Hebr. 11. definitio eſt. Ἔστι δὲ πίστις τῶν ἐλπιζομένων ὑπόστασις. Illud inprimis mirandum, eos, quos dixi, Magiſtros, cum ejuſmodi locorum aut hujus ſpei meminerunt, ſpem ſuam, vſitata formula; יבא בימינו, *veniat in diebus noſtris*,
ṽſ. 25. teſtari. vt ἐλπὶς καὶ ἀνάστασις, ἓν διὰ δυοῖν ſit. Eodem capite & illud de Claudio Lyſia legitur, γράψας ἐπιστολὴν, περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον· Κλαύδιος Λυσίας τῷ κρατίστῳ ἡγεμόνι Φήλικι χαίρειν. Ad quem locum non parum, fateor, hæſimus. Quid enim eſt περιέχειν τὸν τύπον, cum de ipſa agitur epiſtola? Itaque cæteris ſatis fuit mentem deſignaſſe. Recens interpres, qui emendauit cæteros, *quæ hanc ſummam contineret*, reddidit. *Scripta epiſtola, quæ hanc ſummam contineret.* Epiſtola autem ipſa, quomodo epiſtolæ contineat ſummam, aut quomodo hoc dici poſſit, adhuc quærimus. Nam ſi hanc fuiſſe ſummam epiſtolæ dixiſſet, aliud dixiſſet. tum enim, compendioſe ſummam repræſentari epiſtolæ, dixiſſet. quod non raro fieri conſueuit. Abſit igitur, vt περιέχειν τύπον, ſit τύπῳ λέγειν. cum directe, non oblique hæc ponantur, neque ſummam epiſtolæ expreſſerit, ſed ipſam. Et ſi ſummam tantum poſuit, cur inſcriptionem, Κλαύδιος Λυσίας τῷ κρατίστῳ ἡγεμόνι Φήλικι χαίρειν, præpoſuit? Et quis dicat, περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον, qui non aliud quam contrahat? Quid igitur? τὸ περιέχειν παθητικῶς hic vſurpari, ſaltem ex illo Petri hic didiciſſent, Διὸ καὶ περιέχει ἐν τῇ γραφῇ. 1 Epiſt. 2. ṽſ. 6. id eſt, γεγραμμένον ἐστι. Ad quem locum plura notauimus, etiam è Græcis, qui ſic locuti. Τὸ περιέχειν certe, vt τὸ ἔχειν, elegantiores τῶν ἔξω vſurpant. Mens ergo eſt, γράψας ἐπιστολὴν, ἔχουσαν κατὰ τὸν τύπον τοῦτον. hoc eſt, ἔχουσαν ὧδε. *in hanc ſententiam, vel formam*, vt Eraſmus: qui dicendi tamen rationem non reddidit. Nam ſi ſummam, vt jam dixi, epiſtolæ notaſſet; quis dubitat, quin περιέχουσαν, hoc eſt, ἔχουσαν, ὡς ἐν τύπῳ, vt paſſim loqui ſolet Ariſtoteles, vel περιέχουσαν, ὡς ἐν τύπῳ λέγειν, aut quid ſimile, dicturus fuerit? Nunc περιέχουσαν, nihil aliud quam ἔχουσαν, vel γεγραμμένην, vt apud Petrum. τύπον autem τοῦτον, idem quod, κατὰ τὸν τοιοῦτον τύπον, quanuis hoc obuium magis. Ergo περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον: *quæ ad hoc exemplum ſcripta fuit*, aut, *iſtius argumenti.* Quod

Iohan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Iohannes Patriarcha Hieroſolymitanus, in vita Damaſceni, τοιοῦδε τοῦ σκοποῦ IN ACT.
ἐχόμενον dixit. Καὶ διακελεύει, ὡς ἐκ τοῦ Ἰωάννου πρὸς αὐτὸν δὴ τὸν δυσώνυμον βασιλέα
ἐγχαράξαι γραμμάτιον, τοιοῦδε τοῦ σκοποῦ ἐχόμενον, Χαῖρε ὦ βασιλεῦ. Paulo poſt, Γράμ-
μα ἕτερον διαχαράττει, οὕτως ἔχον τοῦ σκοποῦ, Ὡς οὐδὲν οἶδα, &c. quod 2 Maccab. 11.
ἐπιστολὴν ἔχουσαν ὧδε dicitur. Ἔπεμψαν δὲ οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς αὐτοὺς ἐπιστολὴν, ἔχου-
σαν ὧδε. Eodemque fere modo, quo hic Lucas, Canoniſtæ loquuntur: qui
Canone 9. 7. Concilii in Trullo, Φησὶ τὸ δωδέκατον κεφάλαιον τοῦ πρώτου τίτλου,
τοῦ ἡ βιβλίου, περιέχον οὕτως. Zonaras ad Concilii Gangrenſis Canonem 11. Ὅτι δὲ
τὰ συμπόσια καλεῖ ὁ κανὼν ἀγάπας, δηλοῖ ὁ μβʹ τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανὼν, περιέχων
οὕτως. Ad Concilii Laodiceni Can. 7. idem, Περὶ τῶν αἱρέσεων τούτων, καὶ ἄλλων πλειό-
νων, ὁ τῆς δευτέρας οἰκουμενικῆς κανὼν περιέχει. Adde, quod ipſas Imperatorum epi-
ſtolas, quibus priuilegia aut alios honores conferebant, πολιτικοὺς καὶ δημοσίους
τύπους, poſteriores dixerunt. Quemadmodum ex 39. Canone Concilii Sexti
in Trullo patet. Vbi Zonaras, Διὰ προσταγμάτων ἐγγράφων, ἃ καὶ δημοσίους τύπους
ὀνόμασαν. quæ alias, eodem teſte, τύποι πραγματικοὶ, καὶ βασίλεια γράμματα, Lati-
nis, *Formatæ*, *&*, *Formatæ epiſtolæ*, quod certis verborum conciperentur for-
mis, dicuntur. quarum paſſim in Latinorum Græcorumque conciliis Latinè
conuerſis, mentio. Quales pacificæ ſunt aut commendatitiæ. Sidonius
lib. 6. epiſt. 8. *Agnoſcetis profecturo ciui me epiſtolam, clerico debuiſſe Formatam.*
vt & alibi. Ita lib. 7. epiſt. 2. *Literas meas ad Formatæ vicem, ſcilicet, vt lector*
elicuit. In Maccabæorum libris, cum, vt hic, inſcriptio additur, plerunque,
τοῦτο τὸ ἀντίγραφον, aut ſimile, præmittitur. Eodem capite, βουλόμενος δὲ γνῶναι ℣ſ. 28.
τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἐνεκάλουν αὐτῷ. Vbi recentior interpres *cauſam* dixit: melius,
crimen, dicturus. Quemadmodum in titulo Chriſti, ἡ αἰτία αὐτοῦ expreſſa di-
citur. Vbi idem cum *cauſam* inueniſſet, *crimen* reddidit. Matthæi 27. 37.
Marci 15. 26. De quo & alibi, niſi fallor, pluribus.

CAP. XIV.

Caput vigeſimum & quartum, quintum & ſextum, obiter percurritur. Locus in
Tertulli oratione, Πολλῆς εἰρήνης τυγχάνοντες διὰ σοῦ. *Pax à Romanis, gentibus,*
quas in poteſtate habebant, imputata. τὸ εἰρήνη, *Hebræorum ac Helleniſta-*
rum more, vſurpatum. ἐλπὶς, ἡ ἀνάστασις. ἀνάστασις δικαίων τε καὶ ἀδίκων, *& cur*
ita loquatur Apoſtolus. Non reſurgere impios, ex Iudæorum ſententia. ἡγνισμέ-
νος. συνεχόμενος ἐνώπιον Κυρίου. συνεχόμενος νεεσαράν. μετὰ πολλῆς φαντασίας.
φαντασία *quid.* φαντασία, *id quod ante tonitru percellit oculos.* φαντασία *fere,*
vt ſpecies inanium Tacito, vſurpatum: cui, ea quæ re & quæ ſpecie, opponi. φαν-
τασιοσκοπεῖν. *Locus cap. vigeſimo ſexto, in Agrippæ verbis,* ἐν ὀλίγῳ με πείθεις
Χριστιανὸν γενέσθαι, *& quomodo intelligendus. Quomodo item quod à Paulo re-*
ſpondetur, εὐξαίμην ἂν τῷ Θεῷ, καὶ ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν πολλῷ, οὐ μόνον σε *&c. Chryſo-*
ſtomi ſententia, qui οὐκ ἐν ὀλίγῳ, *legit.*

CApite vigeſimo & quarto, non procul ab initio, in verbis Tertulli le- CAP.
gitur, πολλῆς εἰρήνης τυγχάνοντες διὰ σοῦ. Notum autem, imperium Ro- XXIV.
manum, metam orbis terminumque eo tempore fuiſſe. adeo, vt tran- ℣ſ. 2.
quillitatem quoque, pacem ac ſecuritatem, tanquam ſummum beneficium,
iis imputarent, quos in poteſtate ac ſeruitute haberent. Vere Tacitus Agri-
cola, *Atque vbi ſolitudinem faciunt, pacem appellant*. Quo ſenſu lib. De Provi-
dentia & Seneca dixit, *Gentes, in quibus Romana pax deſinit*. Idem ex perſona
Neronis lib. 1. De Clementia, *Hæc tot millia gladiorum quæ pax mea compri-*
mit. Quomodo poëta de Scythia, *Vlterius nihil eſt, niſi tantum frigus & ho-*
ſtis. Negat enim pacem Romanam vlterius protendi. vt ſic vltimum impe-
rii Romani definiret limitem. Verum, cum pax ea majeſtatis, imo ejus eſſet,
cujus auſpicia tum erant, vix probabile videtur, eam Præſidi hic tribui.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Act. Quare magis veriſimile eſt, de felicitate, more Hebræorum atque Helleni-
ſtarum, hic vſurpari. vt hoc dicat,eam qua in præfectura ejus fruebantur fe-
licitatem, prudentiæ illius aſſcribendam eſſe: quod & agnoſcere libenter ſe
ẏſ.15. ac profiteri. Apoſtolus cum ſpem de reſurrectione ſuam prædicat, & quaſi
dedita opera, δικαίων τε καὶ ἀδίκων, addit, eos haud dubio excludit qui impio-
rum reſurrectionem tum negabant. de quibus & ſupra. Inter quos & poſtea
Magiſtri, vt teſtantur ipſi, cum de iis dicunt, במותם אין להם תקומה, *cum moriun-
tur,non reſurgunt*. quo fruſtra locos aliquot,quanuis magno animo, trahunt.
Qualis, cum dicitur, *via impiorum peribit*. Et, *animam hoſtium tuorum ejiciat*.
ẏſ.18. inter quos & Kimchius. Capite eodem & illud legitur, ἐν οἷς εὗρόν με ἡγνισμέ-
νον ἐν τῷ ἱερῷ, οὐ μετὰ ὄχλου οὐδὲ μετὰ θορύβου. Quo loco quod ἡγνισμένον dixit, nihil
aliud, quam quod συνεχόμενον ἐνώπιον Κυρίου, erudite Helleniſtæ dicunt. Pro
quo alii, συνεχόμενον νεεσσαρὰν, qui Hebræam vocem נעצר, quod, *diſtentus eſt*,
aut, *occupatus*, ita expreſſerunt. Ad tempus enim eam ſibi legem indice-
bant, vt concluſi in templo, meditationibus ac precibus ſe darent. vide
1 Sam. 21. 7. Ideoque, οὐ μετὰ ὄχλου, οὐδὲ μετὰ θορύβου, addit. quaſi dicat, omni popu-
lo & ſtrepitu remoto. quanquam ſciam & aliter poſſe accipi. Neque diſpli-
cet diſtinctio quam recentior hic ſequitur interpres, qui illa, τινὲς ἀπὸ τῆς Ἀσίας
Cap. Ἰουδαῖοι, ſuperioribus connectit. Capite vigeſimo & quinto, de Agrippa &
XXV. Bernice dicitur, τῇ οὖν ἐπαύριον ἐλθόντος τοῦ Ἀγρίππα καὶ τῆς Βερνίκης μετὰ πολλῆς φαν-
ẏſ.23. τασίας. vbi φαντασία Helleniſtis, חזיז Hebræorum: quod coruſcationem, vt
fulguris, ſplendorem quoque ac ventum, notat. Vt in illo, αἰτεῖσθε παρὰ Κυ-
ρίου ὑετὸν καθ' ὥραν πρώϊμον καὶ ὄψιμον. Κύριος ἐποίησε φαντασίας, καὶ ὑετὸν χειμέριον
δώσει αὐτοῖς. Zachar. 10. 1. Vbi & ex Latinis nonnulli *phantaſias*, alii, *coruſca-
tiones faciet*. Illud enim quod ante tonitru perſtringit oculos, ſic dici. vbi זיקין
ventos Targumiſtæ. Quanquam nemo neſcit eodem fere modo quo hic Lu-
cas, ea voce vſos τῶν ἔξω. nec aliud eſſe, *ſpeciem inanium*, Tacito. Quemadmo-
dum & illud B. Chryſoſtomi ad Matthæi 13. hic locum habet: καὶ γὰρ ἡ ἡδονὴ,
καὶ ἡ δόξα, καὶ ὁ καλλωπισμὸς, καὶ πάντα ταῦτα, φαντασία τίς ἐστιν, οὐ πραγμάτων ἀλήθεια.
*Voluptas quippe, & gloria, & ornatus, aliaque ejuſmodi, ſpecies quædam, non rerum
veritas ſunt*. More ejuſdem Taciti, cui *ſpecie etiam inanium validus Corbulo*,
lib. Annal. 13. dicitur. *Corpore ingens, viſu magnificus, & ſuper experientiam
ſapientiamque, etiam ſpecie inanium validus*. qui, *ea quæ re ſunt, & quæ ſpecie*, op-
ponit. Quemadmodum & eleganter Helleniſtis φαντασιοσκοπεῖν dicuntur,
qui cum arrogantia imperium exercent. Μὴ ἴσθι ὡς λέων ἐν τῇ οἰκίᾳ σου, καὶ φαν-
τασιοσκοπῶν ἐν τοῖς οἰκέταις σου, apud Sirachidem. Recte igitur, μετὰ πολλῆς φαντα-
Cap. σίας, *multa cum ſpecie*, aut, *multa cum inanium ſpecie*, dicas. Plus difficultatis
XXVI. illud capite vigeſimo & ſexto habet, vbi cum Apoſtolus quæreret, Πιστεύεις
ẏſ.28. βασιλεῦ Ἀγρίππα τοῖς προφήταις; οἶδα ὅτι πιστεύεις; reſpondet Agrippa, ἐν ὀλίγῳ με
πείθεις Χριστιανὸν γενέσθαι. qui cum ἐν ὀλίγῳ dixit, idem quod vulgo παρ' ὀλίγον,
dixiſſe volunt. quaſi hæc Agrippæ mens fuiſſet, parum abeſſe quin Chri-
ſtianus eſſet. Quam confeſſionem, vt in tali loco ac conuentu effuderit
Agrippa, vix eſt vt exiſtimem, ne ſi ita quidem ſenſit. Politicorum enim
ſtrophas quis ignorat? Neque intererat illius, vt & Feſtus, qui inſaniæ jam
Paulum clara atque intenta voce arguerat, & cæteri, id ſcirent. Tum, quis
Paulum credat, qui reſpondet, Optare ſe, *vt & Agrippa & cæteri*, καὶ ἐν ὀλίγῳ
καὶ ἐν πολλῷ, *ſui eſſent ſimiles*, optaſſe, vt ἐν ὀλίγῳ, hoc eſt, *propemodum Chriſtia-
ni*, aut, *quaſi Chriſtiani*, aut, *ex parte Chriſtiani eſſent*. Quid igitur? Cum Agrip-
pam acriter poſtremis verbis vrſiſſet Apoſtolus, adeo vt & ſcientiam & con-
ſcientiam illius teſtaretur, illis nempe, Πιστεύεις βασιλεῦ Ἀγρίππα τοῖς προφήταις;
οἶδα ὅτι πιστεύεις; ille viciſſim, *Hæc quidem*, inquit, *Paule*, *vis eſt*. *Ad momentum
me aſtringis*. *Vis vt ſpatio tantillo Chriſtianus fiam*. Ἐν ὀλίγῳ, nempe, χρόνῳ.
Neque πείθειν perſuadere eſt, ſed *ſuadere*. quemadmodum 28. 23. πείθων τε
αὐτοὺς

αὐτοὺς τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ. Sequitur autem ibi, ne quis dubitet, καὶ οἱ μὲν ἐπείθοντο τοῖς λεγομένοις, οἱ δὲ ἠπίστουν. Reponit Apoſtolus, optare ſe vt omnes ſui eſſent ſimiles, καὶ ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν πολλῷ. hoc eſt, *& tum & ſemper*: ſiue, *& illo tempore, & omni.* Ipſa enim prope verba retinuit, quibus ante vſus fuerat Agrippa. Vt nihil aliud quam comperendinatio mera ſit Agrippæ reſponſio. Fides autem cum differtur, fit plerunque, juſto Dei judicio, vt, tum ipſa, tum occaſio illius, auferatur. Difficultatem loci vidit Chryſoſtomus, qui in verbis Pauli, οὐκ ἐν ὀλίγῳ legit, aut certe ita accepit. Ὅρα πῶς εὔχεται λέγων, Εὐξαίμην ἂν ἐγὼ τῷ Θεῷ, οὐκ ἐν ὀλίγῳ· τουτέστι παρὰ μικρόν. Nuſquam magis fluctuaſſe interpretes videntur. Si quis dubitat, recentiorem legat. IN ACT.

CAP. XV.

Vigeſimum ſeptimum caput percurritur. μὴ προσεῶντος ἡμᾶς τοῦ ἀνέμου, *& an ita legendum. Locus,* διὰ τὸ καὶ τὴν νηστείαν ἤδη παρεληλυθέναι. *quartum, quintum, ſeptimum, decimum jejunium apud Zachariam. quæ* νηστεία *hic intelligenda. jejunium magnum.* ἡμέρα νηστείας. ἡμέρα καθαρμῶν, *& quomodo celebrari à Iudæis ſolita. in quem diem incidat. diuerſa eruditorum opinio, & an vera. Locus,* μετὰ ὕβρεως καὶ πολλῆς ζημίας. *quid ſit* ὕβρις, *& quomodo hic vſurpetur. Locus,* ἀνευθέτου δὲ τοῦ λιμένος ὑπάρχοντος πρὸς παραχειμασίαν. *quid* παραχειμάζειν, *& quomodo vſurpetur. hyemare, hybernare.* χειμάζεσθαι, *& quomodo ea voce Canoniſtæ vtantur.* οἱ ἀλογευσάμενοι. εἰς τοὺς χειμαζομένους εὔχεσθαι. ναύαρχος. παρολκὴ ἐκ τοῦ χειμῶνος, *mora qua tempeſtas vitatur.* ἄραντες Ἄσσον, παρελέγοντο τὴν Κρήτην. *Recentioris interpretatio & ſententia.* ἄσσον *vox poëtica, & ſic ipſi Herodoto vſitata. Vocibus poëticis quot & cujuſmodi paſſim vſus Herodotus. Aſum Plinii, & an idem cum Aſo Stephani. Nautarum more, cum de nauigationibus agunt, loqui autores, inprimis poëtas: etiam hoc capite Lucam. quod exemplis probatur. Abſcondi & aperiri terra, etiam attolli, & attollere ſe, ac ſimilia, quomodo dicantur.* προσάγει ἡ χώρα. ἀναφήναντες τὴν Κύπρον, *quomodo dicatur. aperire Cyprum.* σκάφη. *ſcapha, ſiue cataſcopus, & vnde ita dicta.* μονόξυλος. βοηθείαις ἐχρῶντο. *collatis operis fieri.* κάραβοι. καραβίτης. *ſcaphæ inter armamenta nauis.* παρέχειν βοηθείας. χαλάσαντες τὸ σκεῦος, *quid ſit, & interpretationes diuerſæ. ſummiſſo vaſe. demiſſo vaſe. ſummiſſis velis.* σκεῦος *quid.* ὀθόνη, βέστη. ἀρμενίζειν. χαλᾶν, *quo vſu in his libris dicatur. cæſa arbor.* σκεύη *&* σκευαί, *eorumque differentia.* σκεύη, *armamenta: quæ & inſtrumenta, &* ὅπλα, *&* ἐξάρτια, *&* τὰ ἐν τῷ πλοίῳ χρηματίζοντα, *&* τὰ τῷ πλοίῳ ἀνήκοντα, *&* ἐπιχείρια *Græcis Iuriſconſultis dicuntur. malus,* κατάρτιον. ἐκβολὴ τῶν σκευῶν. ἐνθήκη, γόμος, σκευαί, φορτίον. ῥίπτειν. τὰ ῥιφέντα. ἐκβολὴν ποιεῖν, *jactum facere. jactus & jactura. jacturam facere & jactum facere, Iuriſconſultis, & an differant.* βολίζειν. *Gloſſarium Noui Teſtamenti, & ex eo vocis illius interpretatio.* ἐκτείνειν ἀγκύρας. *Locus,* τὴν γῆν οὐκ ἐπεγίνωσκον. τὸ ἐπιγινώσκειν, *quomodo accipiendum.* αὐχὴν *&* αὐχένιον, *in naui.* ζευκτηρίαι τῶν πηδαλίων, *juncturæ gubernaculorum. vincula.* ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ πνεούσῃ. ἡ πνέουσα, *aura. artemonis vſus. ſublato artemone. De alia diſtinctione in contextu.*

CApite vigeſimo & ſeptimo legitur, ἐν ἱκαναῖς δὲ ἡμέραις βραδυπλοοῦντες, καὶ μόλις γενόμενοι κατὰ τὴν Κνίδον, μὴ προσεῶντος ἡμᾶς τοῦ ἀνέμου, ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κρήτην κατὰ Σαλμώνην. Vbi προσπλῶντος legendum videatur. Præceſſit enim βραδυπλοοῦντες, quod ſit, non provehente vento. Sed & Cnidum ait prætervectos, μὴ προσπλῶντος τοῦ ἀνέμου, quod per ventum appellere non poſſent, ſiue quod eos non appelleret ventus. Cum dicitur, Ἱκανοῦ δὲ χρόνου διαγενομένου, καὶ ὄντος ἤδη ἐπισφαλοῦς τοῦ πλοός, διὰ τὸ καὶ τὴν νηστείαν ἤδη παρεληλυθέναι, παρῄνει ὁ Παῦλος, quærunt eruditi, quænam hic ſit ἡ νηστεία, excellenter ita dicta. Et apud Zachariam quidem, τῆς τετάρτης, τῆς πέμπτης, τῆς ἑβδόμης, τῆς δεκάτης,

CAP. XXVII. v. 7.

v. 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN ACT. quarti, quinti, ſeptimi jejunii, ac decimi, mentionem fieri, ignorat nemo.
Cum autem abſolute jejunium dicitur, ne dubitandum quidem, quin jeju-
nium, quod magnum, ſiue צום הגדול dicitur, intelligendum ſit. quod & יום צום
ἡμέρα νηστείας abſolute, & compendioſe ה״י, quod eſt יום הכפורים, *dies expiationum*,
ἡμέρα καθαρμῶν dicitur. Quo die in luctum maximum Iudæi ſe effundunt:
ita vt viginti quatuor & amplius horas, albis induti veſtibus, nudiſque pe-
dibus, aſſidue precentur ac jejunent: vt memoriam peccati vere horrendi,
τῆς μοσχοποιΐας, nempe, ita deteſtentur, pœnamque tanto debitam flagitio,
auertant. Qui in decimum Septembris incidit. quo menſe vt Pleiades oc-
cidunt, ita & tempeſtuoſum mare redditur. Nam quod de Octobri aut
inſtante hic Nouembri eruditi agunt, idque iis placet, quod in portu po-
tius Phœnicis hybernandum, atque ibi ſubſiſtendum, quam tentandum ul-
terius hybernum mare, exiſtimarent plerique; τὸ παραχειμάσαι, quomodo
intelligendum ſit, mox dicemus. ne quod volunt, eo niti arbitrentur fun-
℣ſ. 10. damento, quod nondum probarunt. Cum Apoſtolus dixit, Ἄνδρες θεωρῶ, ὅτι
μετὰ ὕβρεως καὶ πολλῆς ζημίας, οὐ μόνον τοῦ φόρτου, καὶ τοῦ πλοίου, ἀλλὰ καὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν
μέλλειν ἔσεσθαι τὸν πλοῦν, quæri ab eruditis video, quare ὕβρις καὶ ζημία jungan-
tur. Quia forte in animo Hebræorum חמס, aut eorum qui hos ſequuntur,
ὕβριν habebat. Hebræum autem verbum, cujus vim nomen ſequitur, τὸ הסיר
denotat, vt recte annotant Magiſtri. inter quos Kimchius, qui vt ab Arabi-
bus eam vocem deducit, ita, *rem è loco transferre*, interpretatur. Quod ſi
alibi, in naufragiis fit certe, & hic factum, inter cætera, & verſus trigeſimus
octauus docet. Κορεσθέντες δὲ τροφῆς ἐκούφιζον τὸ πλοῖον, ἐκβαλλόμενοι τὸν σῖτον εἰς τὴν
θάλασσαν. *Cibo autem ſatiati allevabant nauem, frumentum projicientes in mare.*
Adde, quod calamitatem aut damnum, modo ὕβριν ad verbum, vt hic Lucas,
modo ταλαιπωρίαν, modo μόχθον, modo ἀπώλειαν, interpretantur Helleniſtæ.
vt Ieremiæ 51. ℣ſ. 46. καὶ μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἀκοή, ταλαιπωρία, καὶ ἀδικία, ἐπὶ τῆς γῆς.
quemadmodum iidem ibidem, μόχθον καὶ ταλαιπωρίαν, licet non in eadem voce
interpretanda conjungunt. Οἱ μόχθοι μου, καὶ αἱ ταλαιπωρίαι μου εἰς Βαβυλῶνα. Lucas
ſine dubio τὴν ἐκβολὴν notauit: quod cum voce Hebræa conuenit inprimis.
Hæc eſt ergo, ne quis dubitet, ὕβρις illa, de qua infra ℣ſ. 21. Ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες,
πειθαρχήσαντάς μοι, μὴ ἀνάγεσθαι ἀπὸ τῆς Κρήτης, κερδῆσαί τε τὴν ὕβριν ταύτην καὶ τὴν ζημίαν.
*Oportebat quidem vos morem geſſiſſe mihi, neque prouehi à Creta, jacturamque
hanc vitare & damnum.* Recentior interpres, ibi, *& vitare injuriam hanc &
damnum.* Hic vero: *Video cum injuria multoque damno, non ſolum oneris & na-
uis, ſed etiam capitum noſtrorum, futuram nauigationem.* Non recte. Et an non
ὕβριν καὶ ζημίαν, bis conjunxit? Quod quid aliud, quam interpretari id de
℣ſ. 12. quo agitur? Pergamus. Eodem capite cum legitur, Ἀνευθέτου δὲ τοῦ λιμένος ὑπ-
άρχοντος πρὸς παραχειμασίαν, ſi hoc propoſitum Centurioni Julio fuit, vt in
via hybernaret, hoc eſt, hyemem ageret, Paulus, cur, cum cæteris eum ca-
ptiuis, vt in Italiam cito perueniret, naui Alexandrinæ impoſuit? Hyber-
nare enim, qua voce hic vſus eſt interpres, dicitur, qui hyemem tranſmit-
tit, ſeu, in loco certo manet, dum elapſa nauigationem permittit. Adde,
quod hybernandi vox proprie militibus tribuitur. quemadmodum, cum
Auguſtus feſſas militia cohortes abdidiſſe oppidis poëtæ dicitur Romano.
Aliud eſt παραχειμάζειν, cum ad tempeſtatem talem transfertur. Nam, vt re-
cte veteres, χειμασία, ζάλη, ταραχή. Itaque λιμὴν πρὸς χειμασίαν ἀνεύθετος, *por-
tus vitandæ tempeſtati parum idoneus*, dici poteſt. Et hoc malim quam hic
hybernandi voce vti. qui ne *hyemandi* quidem adhibeam: quod cum de
eo agitur, qui cum tempeſtate luctatur, χειμάζεσθαι non παραχειμάσαι di-
cam. Notum illud, *Nauiget, & mediis hyemet mercator in vndis.* quod
eſt χειμάζεσθαι. Qua voce in Eccleſia vtuntur Canoniſtæ Græci, cum de iis
agunt, qui vel immani crimine, hoc eſt, bruto, ſe polluerunt, & ab eo ἀλο-

γευσα-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

γυδυσιάζομενοι, dicuntur, aut leproſi ſunt. qui ſeorſim ab aliis, & quaſi extra por- In Act.
tum Eccleſiæ, in templo audiebant, ac ſeorſim orabant: ideoque εἰς χειμαζο-
μένους εὔχεσθαι, dicuntur. In Ancyrana Synodo, Canone 17. τοὺς ἀλογευσαμένους
καὶ λεπροὺς ὄντας, ἤγουν λεπρώσαντας, τούτους προσέταξεν ἡ ἁγία σύνοδος εἰς τοὺς χειμαζο-
μένους εὔχεσθαι. *Iis qui cum brutis rem habuerunt, quique leproſi ſunt vel fuerunt,*
juſſit Sancta Synodus, vt inter hyemantes orarent. Balſamo, χειμαζόμενοι τοίνυν
κληθήσονται κυρίως, οἱ ἐν τῷ νάρθηκι ἱστάμενοι, καὶ ἀκροώμενοι τῶν θείων γραφῶν, τόπον ἐπέ-
χοντες χειμαζομένων, καὶ εἰς τὸν ἐκκλησιαστικὸν λιμένα τῆς σωτηρίας εἰσελθεῖν μὴ παραχωρούμε-
νοι. *Χειμαζόμενοι igitur proprie dicentur, qui in narthecio ſtantes, ſacraſque audientes*
ſcripturas, locum hyemantium obtinent, neque in Eccleſiaſticum ſalutis admittun-
tur portum. cum ea vox quid velit, ignorare ſe profiteatur Zonaras. Neque
hi ipſi recte ſatis hybernantes dicuntur, cum hyemandi vocabulum, etiam
iis magis conueniat. Quemadmodum & νάρθηξ, quod jam non ignorant eru-
diti, porticus, in qua conſiſtebant, quibus audire tantum permittebatur. qui
pœnitentes ordinis ſecundi erant. Cæterum, vt abſoluam, παραχειμασία hæc
nihil aliud quam mora, qua tempeſtas vitabatur, fuit. quam παρολκὴν ἐκ τοῦ
χειμῶνος, alii dixerunt. Concilii Carthaginenſis Canone 98. δεῖ πιστεῦσαι, τινὰ
παρολκὴν ἐκ τοῦ χειμῶνος αὐτοῖς συμβῆναι. *aliquam illi*, inquiunt, *è tempeſtate mo-*
ram eueniſſe, credendum eſt. Inter eos in hac nauigatione locos, qui mirifice v. 13.
interpretes exagitauit, non errabit, ſi quis illum ſuo merito reponat, ὑπο-
πνεύσαντος δὲ νότου, δόξαντες τῆς προθέσεως κεκρατηκέναι, ἄραντες Ἄσσον, παρελέγοντο τὴν
Κρήτην. Vbi quæ ſit illa, ſiue Ἄσος, ſiue Ἄσσος, oppidulum haud dubio obſcu-
rum, dum cæteri diſputant, recentior interpres, qui pudendos (ea enim vo-
ce hic vtitur) errores aliorum notat, omnino, ἄραντες, ἆσσον παρελέγοντο τὴν
Κρήτην legendum exiſtimat. quod, *cum ſoluiſſent, propius præterlegebant Cretam*
interpretatur. Quaſi ἆσσον eo ſenſu, non ſit poëtarum proprium: aut cui-
quam perſuaderi poſſit, poëtice locutum, hunc aut cæteros Euangeliſtas.
Poëticum eſſe vt neget, vſum eo Herodotum affirmat. Qui libro 3. ἤιε ἆσσον
καὶ ἔλεγε. Item 4. καὶ τὸν ἰδόντα πρῶτον τὸν πρεσβύτατον ἆσσον ἰέναι. Quaſi vel ab Ioniſmo
abhorruiſſent poëtæ, aut à vocibus poëticis Herodotus, qui paſſim has affe-
ctat. cum nemo præterea neſciat, etiam Thucydiden ac Xenophontem, Ho-
mericis non raro vti: idque non magis nouum ſit, quam Tacitum plerunque
cum Marone, quem deperiit, ac poëtarum more, loqui. Id qui negat, dicat
ἤιε poëticum non eſſe, quod cum ἆσσον Herodotus conjunxit: tum, qui ſo-
luta vtitur oratione, atque in ea ἀναγκαίη pro ἀνάγκη, ἀπὸ μὲν ἔθανε pro ἀπέ-
θανε, ἀτὰρ pro ἀλλὰ, γενέτωρ pro πατὴρ, κάρτα pro λίαν, ἐπιστρεφέως ac ἀφειδέως,
ἆσσον denique pro ἐγγίον, aliaque ejuſdem generis cum Herodoto vſurpat,
non poëtice ſe loqui probet. quod qui mediocrem linguæ hujus vſum ha-
bet, inprimis autem in Herodoto qui verſatus eſt, nunquam concedet. Iam,
ſi Ἄσσος cujus meminit, quam & in Creta reponit Stephanus, eadem, quæ
Aſum Plinii, mediterraneum, videlicet, oppidum, cur inter oppida inſignia
Aſum Plinio reponitur, Ἄσος, πολίχνιον, ſiue, vrbecula, Stephano dicitur? quam
hic intelligi vix dubitamus. Reſtat, vt quid ſit ἄραντες Ἄσσον, dicamus. In quo
equidem ne mirifice fallatur interpres metuo, qui ἄραντες ἀπὸ, vel, εἰς τὴν Ἄσσον,
ſi loci nomen eſſet, dicendum fuiſſe exiſtimat, cum nihil tale autori noſtro
veniſſe in mentem arbitrer. Illud certum eſt, non accurate modo in loco-
rum deſcriptionibus verſatum hoc capite autorem, ſed & nautarum more,
& vſu locutum. Plane vt poëtæ: qui cum de nauigationibus nautarum more
agunt, quæ videntur fieri, quemadmodum videntur, exprimunt. Vt cum,
aperiri ac abſcondi, refugere, recedere, ac *vaneſcere*, dicuntur loci. Quis enim
illud neſcit?

Αὐτίκα δ' ἠερίη πολυλήϊος αἶα Πελασγῶν
Δύετο.

In Act. *Statim*, inquit, *Pelaſgorum abſcondebat ſe terra.* Vt & Poëta,

Protinus aërias Phæacum abſcondimus arces,
Littoraque Epiri legimus.

Et, vt *aperiri terra*, ita, *attolli*, aut, *attollere ſe*, dicitur. Idem

Quarto terra die primum ſe attollere contra
Viſa. aperire procul montes ac voluere fumum.

Neque aliter ab autore noſtro, προσάγειν ἡ χώρα, *appropinquare regio, aut terra*, dicitur. κατὰ μέσον τῆς νυκτὸς ὑπενόουν οἱ ναῦται προσάγειν τινὰ αὐτοῖς χώραν: *circa medium noctis appropinquare ſibi regionem aliquam ſuſpicati ſunt nautæ*. Interdum, *attollere*, aut *aperire terram* dicuntur, qui accedunt, aut propinquant. Atque ita autor noſter ipſe hoc libro cap. 21. ℣ſ. 3. locutus eſt. Ἀναφήναντες δὲ τὴν Κύπρον (ita enim legendum ipſe interpres recentior fatetur) καὶ καταλιπόντες αὐτὴν εὐώνυμον, ἐπλέομεν εἰς Συρίαν. Vetus autem, qui, *cum apparuiſſemus autem Cypro*, reddidiſſe videtur, pro eo, *cum aperuiſſemus autem Cyprum*, vel ſcripſit, vel ſcribere, quod obſeruat & Eraſmus, debuit, aut voluit. *Aperire* autem *Cyprum*; vt, *aperire montes:* qui &, *ſe aperire*, dicuntur. Vt ibi igitur ἀναφήναντες δὲ τὴν Κύπρον, ita hic ἄραντες Ἄσσον, *cum Aſon aperuiſſent, poſtquam Aſos attollere ſe viſa*, vt Latinus loquitur poëta. Nautæ noſtri, *naer dat zy Aſon opgedaen hadden*, more ſuo dicerent. Recentior interpres, *cum ſoluiſſent, propius præterlegebant Cretam.* Vetus, *cum ſuſtuliſſent Aſon, legebant Cretam.* Quod ſi recte intelligatur, idem, quod ἀναφήναντες Ἄσσον, hic erit. Eodem ca-
℣ſ.16. pite & illud extat, Νησίον δέ τι ὑποδραμόντες καλούμενον Κλαύδην, μόλις ἰσχύσαμεν περικρατεῖς γενέσθαι τῆς σκάφης. Vbi illud ex Gloſſario Noui Teſtamenti non edito, notandum, *Scapha, ſiue cataſcopus, eſt nauicula leuis, ex vimine facta, crudoque corio contecta. Et dicitur Græce à contemplando, quod tali nauigio nautæ vel piratæ, terras ac littora proſpiciebant.* Item, *Scapha eſt nauicula, de vna arbore*
℣ſ. 17. *cauata*, quam Græci μονόξυλον appellant. Quod autem capite eodem, de ſcapha dicitur, ἣν ἄραντες βοηθείαις ἐχρῶντο, recentior interpres, *adjumentis vtebantur*, veteres & Eraſmus, *adjutoriis vtebantur.* Porro βοηθείαις χρῆσθαι in mari nautæ dicuntur, cum à pluribus ea fiunt, quæ ab vno fieri aut paucis, non poſſunt. quod, *collatis operis fieri*, recte à Latinis dicitur. Tale autem erat de quo agit. de ſcapha, nempe, quæ in nauem ſubducenda erat. Cujus fere generis, lintres, qui à Græcis Iuriſconſultis κάραβοι dicuntur, & inter armamenta nonnunquam numerantur: cui qui præeſt, καραβίτης illis dicitur. Neque multo aliter Lege Rhodia exercitori præſcribitur & nautis, ſi in naui ſit pecunia, παρέχειν βοηθείας εἰς τὸ σῶσαι, *omnium vt ſeruetur operam con-*
Ibid. *ferre.* Sequitur, χαλάσαντες τὸ σκεῦος, οὕτως ἐφέροντο. Vetus interpres, *ſummiſſo vaſe ſic ferebantur.* Eraſmus, *demiſſo vaſe ſic ferebantur.* Quod ſit autem vas illud, quod ſummiſſum fuit, aut dicitur, vtinam nos eruditi docuiſſent. Recentior, *ſummiſſis velis ita ferebantur.* quod ne ipſum quidem ſatis aſſequor. In nauigatione velum, vel *ſubduci*, vel *contrahi*, vel *legi*, vel *demitti* dicitur. Sed & *tolli.* Vt cum T. Liuius, *ſublatis dolonibus effugere*, dixit. *Velis* autem *ſummiſſis ferri*, aliud, ni fallor. Vt ſi eos, qui hodie eorum nauibus occurrunt quibus obſequium in mari debent, ideoque velum contrahunt aut legunt, τῷ δεῖνι, ſiue, huic aut illi, *ſubmittere vela*, & *ſubmiſſis velis ferri*, dicas. Iam autem σκεῦος velum dici, vnde patet? Recentiorem certe eo argumento, quo id, vt exiſtimat, potiſſimum confirmat, vſum hic nolim. quia, nempe, Petrus c. 10. σκεῦός τι, ὡς ὀθόνην μεγάλην, vidiſſe dicitur: in quo & omne genus animalium fuiſſe dicuntur. quaſi כלי, ſiue inuolucrum, quomodo accipiendum ibi σκεῦος diximus, aliquid commune cum nauis velo habeat, aut ὀθόνη ibi, vel aliis in locis, ſemper velum denotet. Quid igitur, ad Legem Rhodiam Græcorum Iuriſconſulti ſibi volunt, cum dicunt, ἐὰν πλοῖον ὀθόνην ἢ βέστην κομίζῃ, *ſi lintea nauis vehat aut veſtem?* Gloſſarium optimum, Ὀθόνη, *linteamen.* Quid autem,

χα-

χαλᾷν τὸ σκεῦος? Quanquam non ignorem quid in iiſdem Græcorum le- In Act.
gibus ſit, χαλᾷν τὰ ἄρμενα, vel τὸ ἄρμενον: de eo ſcilicet, qui vela legit, aut
τῷ ἀρμενίζοντι opponitur. ita autem dicitur, qui plenis, ſiue, paſſis velis, naui-
gat. Id quoque ſcio, paſſim in his libris, χαλᾶσθαι, ea quæ ex altiori dimit-
tuntur loco, ex recepto Helleniſtis vſu, dici. vt cum Lucæ 5. ℣ſ. 4. χαλᾷν
τὰ δίκτυα εἰς ἄγραν dicuntur, qui in mare retia demittunt: eodemque modo,
& qui grabbatum apud Marcum, per tegulas demittunt: Neque aliter Apo-
ſtolum diſcipuli, libri hujus 9. 25. per murum demiſiſſe, χαλάσαντες ἐν σπυρί-
δι, dicuntur. Quid, quod paulo poſt, qui ſcapham in mare demittunt, χα-
λάσαι τὴν σκάφην εἰς τὴν θάλασσαν, dicuntur? Quæ cum cogito, impetrare à
me non poſſum, aliud eſſe χαλάσαι τὸ σκεῦος, quam quod in ſummis fieri tem-
peſtatibus ſolebat, vbi inter cætera, arbor cædi ac in mare projici ſolebat.
vt cum περὶ τοῦ ἱστοῦ τοῦ τμηθέντος, Iuriſconſulti Græci, *de cæſa arbore*, Latini agunt.
In ipſum porro mare, vel τὰ σκεύη, quæ ad nauem ſpectant, vel αἱ σκευαὶ, quæ
ad mercatores aut vectores, & interdum vtraque, demittebantur. τὰ σκεύη,
ea proprie erant, quæ Latinis armamenta, vel inſtrumenta, nauis, Græcis
ὅπλα, Iuriſconſultis etiam, ἐξαρτία, & τὰ ἐν τῷ πλοίῳ χρηματίζοντα, & τὰ τῷ πλοίῳ
ἀνήκοντα, ſed & ἡ ἐπισκευή, alibi dicuntur. Vt cum omnem alibi ἐπισκευὴν
habere nauis dicitur, quæ antennam, malum, vela, ſegeſtria, anchoras, di-
uerſos canabinos funes, idonea gubernacula, aliaque generis ejuſdem ha-
bet. Inter quæ, præcipua, malus cum partibus, antenna cum ambolis ac
ſymbolis, ſimilibuſque. quæ & arma recte dicas. Vt cum dicta Lege *exar-*
mari nauis dicitur, quæ illis ſpoliatur. Sed & vt armamenta ſimul omnia,
ἐξαρτία, ita malus καταρτία dicitur. quemadmodum cum περὶ πλοίου, τοῦ καταρ-
τίας ἐκβολὴν ὑπομείναντος, *de naui, quæ arboris, ſeu mali, jactum paſſa eſt*, ad Le-
gem Rhodiam iidem Græcorum juriſconſulti agunt. Vbi, ἐὰν πλοῖον ἐκβο-
λὴν ποιήσηται τοῦ καταρτίας. Quo loco, καταρτίαν, & ἐξαρτίαν, nonnulli confun-
dunt interpretes. Cum aliud ſit ibidem quod dicitur, τῆς ἐξαρτίας ὑπὸ τοῦ χει-
μῶνος ἀπολλυμένης ἑτέραν ὁ ναύκληρος ὠνήσατο, καὶ οὕτω πλεύσας ἔσωσε τὰ φορτία, *ar-*
mamentum, ſi vrgente tempeſtate perierit, aliud exercitor emit, atque ita naui-
gationem ſaluis mercibus abſoluit. aliud, cum periiſſe, aut ejectam, vrgente
tempeſtatis vi, τὴν ἐξαρτίαν, aut τὴν σκευὴν dicunt. Iam vero quod καταρτίαν
illi, σκεῦος autor noſter, quod ἐκβάλλειν item aut ἀποβάλλειν, id eſt, *jactum facere,*
Latini Iuriſconſulti, χαλᾷν aut χαλάζειν noſter hic dixiſſe videtur. vt ſic χαλᾷν
τὸ σκεῦος, idem ſit, quod τὴν καταρτίαν, ſiue, τὸν ἱστὸν ἐκβάλλειν, illi dicunt. Vt de
jactu mali agatur. qui excellenter ſic in re nautica dicatur: quemadmodum
in re ruſtica, τὸ את, qui *vomer* eſt, σκεῦος interpretantur Helleniſtæ. Niſi quis,
laxaſſe eos prius malum, qui deinde fuerit ejectus, hic exiſtimet. ſequitur
enim, σφοδρῶς δὲ χειμαζομένων ἡμῶν τῇ ἑξῆς ἐκβολὴν ἐποιοῦντο. Vt mens ſit, *cum vero*
intenderetur tempeſtas, jam laxatum, malum ſcilicet, *in mare abjecerunt.* nec
fortaſſis male, niſi quod aliter paſſim in his libris τὸ χαλᾷν vſurpatur, vt jam
diximus. Vt vt ſit, ſiue prius malus fuerit ejectus, vel laxatus, primo de jactu
τῶν σκευῶν (inter quæ vel primo loco recte recenſetur malus) deinde τῶν σκευῶν,
& diſtincte quidem, agere videtur. Quæ nec recte nec ſemel interpretes
confundunt. Vt cum Ionæ cap. 1. ℣ſ. 5. de nautis, καὶ ἐκβολὴν ἐποιήσαντο τῶν σκευῶν τῶν
ἐν τῷ πλοίῳ εἰς τὴν θάλασσαν. Vbi Latinus, *jactum fecerunt vaſorum quæ in naui.*
Hebræus, את הכלים: quæ ſunt *armamenta*, ſiue, *inſtrumenta* nauis: cum hodie
σκευῶν legatur. De quibus mox acturus autor noſter eſt: qui ad eum, quem
diximus, Prophetæ locum, reſpexiſſe omnino hic videtur. Sequitur enim,
Καὶ τῇ τρίτῃ αὐτόχειρες τὴν σκευὴν τοῦ πλοίου ἐρρίψαμεν. Vbi recentior, *Ac tertio die* ℣ſ. 19.
noſtris manibus armamenta nauis abjecimus. Quomodo autem armamenta,
quæ à nautis ejici ſolebant? Et vt omnem tollat dubitationem ſcriptor no-
ſter, αὐτόχειρες addidit. Quare? quia, cum ejiciendæ eſſent merces, hoc ipſum
vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN ACT. vel à poſſeſſoribus, vel non niſi conſultis illis, ab exercitore fieri ſolebat.
Ἐὰν, inquit Lex, περὶ ἐκβολῆς βουλεύσηται ὁ ναύκληρος, ἐπερωτάτω τοὺς ἐπιβάτας.
Si de ejiciendis mercibus exercitor cogitet, vectores conſulat: quorum pecuniæ, videlicet,
& merces ſunt. Cujuſmodi ſunt, nempe, quas ἐνθήκας, γόμον, σκεύην,
vel σκευάς, φορτίον quoque dicunt: cum τὰ σκεύη nauis, ita dicta proprie,
non ad vectores, ſed ad nauclerum, pertineant: quæ ideo αὐτόχειρες jacere, non
vectores, ſed nauclerus aut nautæ, ſolent. Dixit autem ἐῤῥίψαμεν: quemadmodum
& merces, quarum facta eſt jactura, τὰ ῥιφέντα, ſed &, ἀποθεραπεύειν τὸ ῥιφὲν,
& τὰ ῥιφέντα, qui jacturam ſarciunt poſt jactum, dicuntur. Vt in illo, Ἐὰν διὰ
τὸ κουφισθῆναι πλοῖον, ἀποβληθῶσι φορτία, πάντων συνεισαγόντων ἀποθεραπεύεται τὸ
ῥιφέν. & ita qui ejectas merces ſibi vindicat, τὸ ἐκριφὲν ἀπὸ τοῦ ναυαγίου λαμ-
ỷ ſ. 18. βάνειν, dicitur. Paulo autem ante cum dicitur, τῇ ἑξῆς ἐκβολὴν ἐποιοῦμεν, erudite
vetus interpres, *ſequenti die jactum fecimus*. quemadmodum ipſi, ſcilicet,
Iuriſconſulti loquuntur. Vt initio tituli ejus Legis, de qua agimus, cum dicitur,
Lege Rhodia cauetur, vt ſi, leuandæ nauis gratia, jactus mercium factus eſt.
Pro quo recentior, *ſequenti die jacturam fecerunt*. Quaſi ἐκβολὴ, *jactura* potius,
hoc eſt, ζημία ſit, quam *jactus*. quæ etſi alibi in Lege Rhodia confundi videantur,
vt, cum *neceſſario fieri jactura* dicitur, deque iis agitur *quorum intereſt
jacturam fieri*, quis dubitat, quin nulla hic obſcuritate opus ſit? Tum autem,
quemadmodum, vbi jactus ibi jactura, & ex jactu jactura, ita non vbi jactura,
ibi ſemper jactus, neque ex ſolo jactu jactura. vt cum, extra jactum, exempli
gratia, aſpargine, vt iidem, Iuriſconſulti ſolent loqui, merces corrumpuntur.
ỷ ſ. 28. Eodem capite legitur, καὶ βολίσαντες εὗρον ὀργυιὰς εἴκοσι. Vbi, quid ſit βολίζειν, cum
nemo ignorare ſe exiſtimet, τὸ σημειοῦσθαι, nempe, ἢ μετρεῖν διὰ καθέσεως βόλου,
explorare, aut, *emiſſo perpendiculo profunditatem explorare*, illud, cujus non
ſemel memini, Gloſſarium: *Submiſerunt bolidem. Bolis, eſt vaſculum æneum, vel,
plumbeum, cum catena: quod nautæ implent adipe & ſubmittunt in mare, ad explorandum,
an loca petroſa, vbi nauis poſſit ſtare, an arenoſa, quæ nauim perdant.* Non
ỷ ſ. 30. ita multo poſt, τῶν δὲ ναυτῶν ζητούντων φυγεῖν ἐκ τοῦ πλοίου, καὶ χαλασάντων τὴν σκάφην
εἰς τὴν θάλασσαν, προφάσει, ὡς ἐκ πρώρας μελλόντων ἀγκύρας ἐκτείνειν. Nautæ
cum hoc agerent, vt in ſcapham demiſſi effugerent, aliud vt agere viderentur,
operam dederunt. Quid autem? anchoras ſe demiſſuros ſimularunt.
Obſcurius recentior, *ſub obtentu velut è prora anchoras extenſuri*. Neque minus
& vetus, qui, *ſub obtentu, quaſi inciperent à prora anchoras extendere*. niſi
quid aliud ἐκτείνειν ἀγκύρας, quam ἐκβάλλειν: *emittere*, aut *demittere*, vt vulgo.
ỷ ſ. 39. notum illud, *Anchora de prora jacitur*. Cum dicitur, Ὅτε δὲ ἡμέρα ἐγένετο, τὴν γῆν
οὐκ ἐπεγίνωσκον, κόλπον δέ τινα κατενόουν ἔχοντα αἰγιαλὸν, recentior, *Quum autem
dies ortus eſſet, terram illam non agnoſcebant: ſinum vero quendam animaduerterunt*,
vt cætera omittam. quaſi, vel ἐπιγινώσκειν, vel κατανοεῖν, aliter quam
ſignificatione τοῦ ראה, ſeu, *videndi*, accipiatur. quo nihil Helleniſtis vſitatius.
Igitur, τὴν γῆν οὐκ ἐπεγίνωσκον, *terram non videbant: præter ſinum*, nempe, *quendam*.
Notum illud, *Nunc tantum ſinus, & ſtatio male fida carinis*. Seruius, *Sinus,
reductus littoris ſeceſſus*. Quid quod ſupra, verſu, nempe, 27, quo nunc
reſpicit, dixerat, κατὰ μέσον τῆς νυκτὸς, ὑπενόουν οἱ ναῦται προσάγειν τινὰ αὐτοῖς χώραν.
quod recentior, *nautæ circa medium noctis ſuſpicati ſunt appropinquare ſibi aliquam
regionem*. Cum igitur τινὰ χώραν ibi dixit, cur hic *terram illam* dixit? Vetus,
hic, *Cum autem dies factus eſſet, terram non agnoſcebant*. imo, *non videbant*
terram, ſcilicet, aut regionem, quod exiſtimarunt, videbant nullam. Videtur
id commune rebus eſſe plurimis, vt, quemadmodum inter illas certa
quædam eſt proportio, ita, nomina voceſque, ad ea, quæ ſimilia ſunt aut vicina,
transferantur. Exempli gratia, quemadmodum anatomi ceruicem,
αὐχένα, dixerunt, quæ non modo caput fulcit, ſed ad ejus inſuper conferre
motum ſolet, ita Græci, ad Legem inprimis Rhodiam, Iuriſconſulti,

ſulti id, quo mouetur ipſa dirigiturque, gubernaculum, videlicet, αὐχένα di-
cunt. Quemadmodum autem vertebras ipſas, quas σπονδύλους Græci dicunt, In Act.
non male ζευκτηρίας aliquis dicat, ita juncturas, quibus naui gubernaculum
conjungitur, ζευκτηρίας dicas. Quomodo nonnulli accipiunt quod dicitur. ℣ſ. 40.
Καὶ τὰς ἀγκύρας περιελόντες εἴων εἰς θάλασσαν, ἅμα ἀνέντες τὰς ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων.
Vetus, *ſimul laxantes juncturas gubernaculorum*. Recentior, *laxatis vinculis gu-
bernaculorum*. quod an non melius conueniat, ex ejuſdem Notis harum rerum
æſtiment periti. quanuis *vinculum* Anatomis id dici ſcimus, quod *ligamentum*
Latini, Græci σύνδεσμον dixerunt: cujus aliud officium ac partes: neque Ana-
tomorum ſymphyſis, quæ fit per ligamenta, locum hic habet. Interdum leuis
cauſa eſt, quæ ſcrupulum mouere interpretibus ſolet. vt, eodem verſu cum di-
citur, καὶ ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ πνεούσῃ, antiquus interpres, *& leuato artemone ſe-* Ibid.
cundum auræ flatum: recentior, *venti* nomine vſum ſe dicit, quaſi *aura*, flatus
tantum eſſet leuior, non autem ventus. Quid igitur poëta facias, qui dixit?

Cornuaque in ſumma locat arbore, totaque malo
Carbaſa ſubducit, venienteſque excipit auras.

quas auras ſumma ſubſecuta eſt tempeſtas. Ventum, ſiue turbinem, aut
tempeſtatem, qua ſublatum nonnulli volunt Romulum, ejuſque vehemen-
tiam, mirifice Plutarchus ac Liuius deſcripſit. Dionyſius autem, χειμῶνα μέ-
γαν, dicere auſus eſt: Flaccus, *ociorem auram*, dixit, qui dixit, *Neue te noſtris vi-
tiis iniquum Ocior aura Tollat*. ad apotheoſin enim Romuli, aut occaſionem
ejus, fœdam illam tempeſtatem, quod vidiſſe interpretes debebant, alluſit
autor. Neque aſſequi me ſatis fateor, quid Eraſmus voluerit, cum dixit, *&*
ſublato artemone ad auræ flatum, tendebant ad littus. quod & recentiori pla-
cuit interpreti: niſi quod, *ad venti flatum*, dixit: quemadmodum nonnullos,
non τῇ πνεούσῃ, ſed, τῇ πνοῇ, legiſſe video. Quid autem eſt *ſublato artemone?*
An hoc vult, velum illud, de quo agit, propter vehementiorem ventum,
ſublatum fuiſſe? cum videatur potius hoc velle, vento increbreſcente, aut
jam fauente magis, artemone vſos? atque ita ſuſtuliſſe, hoc eſt, erexiſſe ad
ventum? Ego vix dubitare auſim, aliter diſtinctum à ſcriptore Sacro fuiſſe
locum. Hoc nimirum modo: καὶ ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα, τῇ πνεούσῃ κατεῖχον εἰς τὸν
αἰγιαλόν. vt, ſuborto vehementiori vento, artemone, quod ſolet fieri, vſos
fuiſſe, ac ſine velis minoribus, vento ipſo, littori ſic appuliſſe dicat. Syrus pro
ἀρτέμων ארטמון, ἄρμενον ſubſtituit. quaſi idem vtrunque eſſet: aut quaſi nauis
τριάρμενος ea eſſet, quæ tres artemonas haberet.

Cap. XVI.

Caput vigeſimum octauum percurritur. Θηρίον *de ſerpente. an non* ἑρπετὰ *ſerpen-
tes. Procopii locus.* θηριοτροφεῖν *in dicto Auguſti.* ὅτι πάντως φονεύς ἐστιν ὁ ἄνθρω-
πος οὗτος. *Pœna homicidæ, morſus ſerpentis quibuſdam in locis. etiam apud
Iudæos. Echidnam cum matris morte naſci: quo fortaſſe, quod hic dicitur, re-
ferri poſſe. Picta Alexandrinarum nauium inſignia, & in qua parte. Cyrilli
locus.* ἄχρις Ἀππίου φόρου καὶ Τριῶν Ταβερνῶν. *Peluſiotæ de iis locus. Vnde fo-
rum Appii, & Tres Tabernæ, eodem autore, dictæ. Locus,* ἦλθον πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν
ξενίαν. ἐν ἰδίῳ μισθώματι. *in proprio conducto. in ſuo conductu. miſthoma, con-
ductum hoſpitium.*

IN portum prope cum Apoſtolo, de quo ſuperiori capite, perueni-
mus: cum pauca reſtent, quæ ſic obiter abſolui poſſunt. Capite vige- Cap.
ſimo octauo, quod poſtremum eſt, legitur, Ὡς δὲ εἶδον οἱ βάρβαροι κρεμά- XXVIII.
μενον τὸ θηρίον ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ, ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους, πάντως φονεύς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ℣ſ. 4.
οὗτος. Vbi θηρίον dici ſerpentem, nec inuſitatum nec mirum. Sed an ideo
procedit, quod Procopius voluit, ſerpentes inter τὰ ἑρπετὰ, ſiue, repentia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Act. non poni à ſcriptura? Verba ejus ſunt ad Geneſeos primum: τὸ δὲ τῶν ὄφεων γένος οὐκ ἐν ἑρπετοῖς τάττεται, κατὰ συνήθειαν γραφικὴν, ἀλλ' ἐν θηρίοις· φρονιμώτατος γὰρ πάντων λέγεται τῶν θηρίων. Deinde locum hunc adducit: καὶ οἱ βάρβαροι ἰδόντες κρεμάμενον τὸ θηρίον, περὶ τῆς δακούσης τὸν Παῦλον ἐχίδνης. Quaſi qui חיה Hebraice, hoc eſt animal, dicat, aut qui ζῶον vertat, quod ab Aquila ibi factum, tale aliquid dicat: cum ne θηρίου quidem vox, quæ ſerpenti tribuitur, hoc innuat. Cui autem dictum eſt, *Super ventrem tuum gradieris?* Geneſ. 3. 14. Quanquam Græcis quoque qui θηρίον dicit, ſerpentem intelligit. Artemidorus lib. 2. c. 13. οἷον δὲ, αἳ γυνὴ θηρίον ἔχουσα ἐν τῷ κόλπῳ, κρύπτῃ, καὶ ἐπ' αὐτῷ τέρπηται, μοιχεύεται ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ τοῦ ἰδόντος. Sed & notum Auguſti dictum, vel ex Seneca, qui amicum ac hoſpitem maledici Timagenis θηριοτροφεῖν dicebat. Quod

Ibid. autem ſequitur, dixiſſe qui aderant, ὅτι πάντως φονεύς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος οὗτος, homicidam eſſe, in quem echidna irruiſſet, fieri poteſt, vt quibuſdam ibi in locis pœna homicidæ morſus ſerpentis eſſet, quem ſic tollebant. Inter cæteros autem, apud Iudæos. quemadmodum & Magiſtri, poſtquam Synedrium defecit, non defeciſſe ſed immutata ſuppliciorum judicia notant. inter quæ & ſerpentis morſum fuiſſe. Vt cum de homicida quodam, *non deceſſerunt*, inquiunt, *priuſquam ſerpens illum percuteret*. niſi forte ſuperſtitioſi illi, ex eo quod de echidna dicitur, quæ cum matris morte naſci fer-

℣ſ. 11. tur, augurium fecerunt. Eodem capite legitur, Μετὰ δὲ τρεῖς μῆνας ἀνήχθημεν ἐν πλοίῳ, παρακεχειμακότι ἐν τῇ νήσῳ, Ἀλεξανδρίνῳ, παρασήμῳ Διοσκούροις. Signo tum vſitato. quo in parte proræ vtrâque, Alexandrinæ potiſſimum naues, ſi Cyrillo hic credimus, vtebantur. qui Catena nondum edita ad Eſaiæ vndecimum, καὶ ὁ τὰς πράξεις δὲ τῶν Ἀποστόλων συγγεγραφὼς, ἐπιβῆναί φησιν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, πλοίῳ Ἀλεξανδρίνῳ, παρασήμῳ Διοσκούροις. Ἔθος γάρ πως ἀεὶ, ἐν ταῖς Ἀλεξανδρέων μάλιστα ναυσὶ, πρός γε τῆς πρώρης δεξιά τε καὶ εὐώνυμα, γραφὰς εἶναι τοιαύτας. *Sed & qui Apoſtolorum Actus ſcripſit, eos qui cum eo erant, nauem Alexandrinam, cui inſigne Caſtor & Pollux erat, aſcendiſſe ait. Vſitatum quippe, vt Alexandrinæ naues, in dextra ſiniſtraque proræ parte, picta ejuſmodi inſignia haberent.* Eo-

℣ſ. 15. dem capite cum dicitur, κἀκεῖθεν οἱ ἀδελφοὶ ἀκούσαντες τὰ περὶ ἡμῶν, ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν ἡμῖν ἄχρις Ἀππίου φόρου καὶ τριῶν Ταβερνῶν, videndum quid Peluſiota voluerit, cum ſcripſit, τὸ ἄχρις Ἀππίου φόρου, καὶ τριῶν Ταβερνῶν τῷ Λουκᾷ ἐν ταῖς τῶν Ἀποστόλων πράξεσιν εἰρημένον, τόπους τινὰς σημαίνει περὶ τῆς Ῥώμης, τὸν μὲν εἰκόνα τινὰ τοῦ Ἀππίου ἔχοντα, καὶ φόρον ἐκείνου καλούμενον, ὡς μέχρι νῦν αἱ τῶν βασιλέων εἰκόνες τοῦδε ἢ τοῦδε, φόροι προσαγορεύονται). τὰς δὲ πανδοχείων τινῶν ἢ καπηλείων χρῆσιν αἰνίττονται, τῇ Ῥωμαίων φωνῇ οὕτως ὀνομαζόμενα. hoc eſt, quaſi ita loci extra Romam fuerint dicti: quorum alterum imaginem haberet Appii, forumque ejus ſit dictum. quemadmodum, inquit, imagines hujus aut hujus regis fori nomine dicuntur. Alteras vero (Tabernas nempe) hoſpitii aut tabernarum deſignare vſum:

℣ſ. 23. Romana lingua ita dictas. Eodem capite, Ταξάμενοι δὲ αὐτῷ ἡμέραν, ἧκον πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν ξενίαν πλείονες &c. Heſychius, Ξενία, ὑποδοχὴ, φιλοτιμία, φιλία, δῶρα, κατάλυμα, ἢ καταγώγιον. Vbi illud δῶρα, vt non pauca in doctiſſimo autore illo, ab Epitomatore, qui ξένια confudit, καὶ ξενίαν. Sub finem legitur,

℣ſ. 30. Ἔμεινε δὲ ὁ Παῦλος διετίαν ὅλην ἐν ἰδίῳ μισθώματι. vbi recentior, *in proprio conducto*, antiquus, *in ſuo conductu*. Gloſſarium Noui Teſtamenti non editum, cujus vſum amiciſſimo & eximii ingenii Boxhornio Suerio debemus, *Miſthoma, conductum hoſpitium, quod ipſe ſibi conduxit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

CAP. XVII.

Quædam in Latinis interpretibus non notata hactenus. Iterum de interpretatione τοῦ, πορευομένου αὐτοῦ, cum de aſcenſione vſurpatur, & an recte proficiſcendi verbo vſus ſit interpres. Proceſſio de aſcenſione in cœlum Bernardo vſurpatum. procedere de legionibus & pompis. militum proceſſiones. proceſſus. proceſſio procinctualis Caſſiodoro. reuerſi in Hieroſolyma. ὑποστρέφειν εἰς Ῥώμην. cum vxoribus & Maria, matre Ieſu. cum mulieribus & Maria. Iudas in capiendo Domino ὁδηγός. & id quomodo interpretetur vetus ac recens. πρηνὴς, præcipitatus, & an recte. ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου, & quomodo intelligendum. qui commoramini Hieroſolymis. commorari & habitare, an confundenda. ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐτοῖς de claudo, & quæ mens ejus. ὅπως ἂν ἔλθωσι. conſuetudo Græcorum in aoriſtorum vſu. ὅπως ἂν φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις, & ſimilia, quomodo reddenda. Recentioris interpretatio. ὅπως ἀνέλθωσιν, vtrum legerit Tertullianus. καὶ ἔθεντο εἰς τήρησιν εἰς τὴν αὔριον, poſueruntque eos in cuſtodiam. τήρησις, quæ alias φυλακή, & an eodem modo ſemper ſumatur. cuſtodia, vincula Iuriſconſultis. τηρεῖσθαι καὶ ἔχειν ἄνεσιν. ἐν ποίῳ ὀνόματι, &, ἐν τίνι οὗτος σέσωσται. recentioris interpretatio. τὸ λέγειν, Helleniſtarum ac Hebræorum more vſurpatum. Dauid παῖς τοῦ Θεοῦ, & quomodo reddendum. τὸ, & videte, ab interprete inſertum. μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην: quid στῆσαι, ac quam efficaciter dicatur. ἀργύριον στάσιμον. στήσασθαι, τὸ δανείσασθαι. τὸ ἀργύριον σύν σοι εἴη εἰς ἀπώλειαν, & quæ mens loci. εὐαγγελίσασθαί τινα, & εὐαγγελίσασθαί τινι. Locus, τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; τὸ דור an αἰὼν Helleniſtis. עולם, & quale tempus. pluribus de eo ac interpretatione loci actum. ῥᾳδιουργία. ῥᾳδιουργὸς, falſarius. ῥᾳδιουργὸς, diabolus. τὸν λαὸν ὕψωσε, populum ſublimem euexit. plebem exaltauit. plebs & populus, ὁ δῆμος καὶ ὁ χυδαῖος δῆμος, Iuriſconſultis Græcis. Iidem, populum quo pacto definiant. Locus, οὕτω γὰρ ἐντέταλται ἡμῖν ὁ Κύριος. Locus, γενομένης οὖν στάσεως. στάσις quid. repugnantia quid. effectiua repugnantia ac formalis. οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφοντες ἐπὶ τὸν Θεόν. recentioris interpretatio, ac de ea quid ſtatuendum. ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ. ſuperſtitioſi & religioſi. ſuperſtitio an recte religio dicatur Chriſtianis. omnino quaſi religioſiores vos video, ex interpretatione recentioris. ὡς δεισιδαιμονεστέρους. & τὸ ὡς quomodo vſurpatum. veritatis caf Hebræorum. Locus, τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεός. συστροφή. & an concurſus recte dicatur. στάσις, θόρυβος, τάραχος, σύγχυσις. στάσις & διάστασις in Republica. μέλλοντι ἀνάγεσθαι εἰς τὴν Συρίαν. recentioris interpretatio. ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος, quam proprio illo ſanguine acquiſiuit. ſanguis agni, clauis cœlorum B. Hieronymo. ἐποικοδομεῖν. κληρονομία. ἐνεφάνισαν δὲ αὐτῷ. ἐμφανίζειν quid. intimare Iuriſconſultis. ἐνεφάνισε τῷ βασιλεῖ. Locus leuiter tranſpoſitus, ejuſque obſcura interpretatio. Locus, ἐπικουρίας οὖν τυχὼν τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ, obſcura item ejus interpretatio. Locus, εἰ παθητὸς ὁ Χριστὸς, & quomodo intelligendus. Locus, ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἀπολογουμένου, & interpretatio. ἀπολογία, exceptio. γενέσθαι κατὰ Κνίδον, peruenire ſecundum Cnidum. ἐξῶσαι τὸ πλοῖον, appellere nauem. expellere nauem. Locus, οἱ δὲ προσεδόκων αὐτὸν μέλλειν πίμπρασθαι. διαπίμπρασθαι Nicandro. οἴδημα, ſcirrus. φλεγμονή. τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ. recentioris interpretatio.

VT & hic ea obiter recenſeamus, quæ in Latinis interpretibus hactenus notata non ſunt, primo à capite initium fiat. Vbi cum verſu decimo legitur, καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν πορευομένου αὐτοῦ, de Aſcenſione in cœlum Domini, interpres autem noſter *proficiſcente eo*, dixit, non repetam quæ ante à nobis de loquendi genere hoc notata ſunt: non ſine cauſa tamen quæri poſſe video, cur non *abeundi* voce in re tanta ac tam ſeria maluerit hic vti. Non quod neſciam interdum ſic Romanos loqui,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN ACT. vt cum Cato, profecturum ſe ad ſuos, atque ad animorum cœtum conciliumque, vt ſenex, & ἐν ἤθει (quod non omnes aſſequuntur) dixit, ſed quod omnem in ſacrorum interprete cacozeliam, quantum poteſt, fugiendam, non minus quam in Fidei confeſſione, arbitrer. vbi cum, *deſcendiſſe ad inferos, die tertia reſurrexiſſe ex mortuis, aſcendiſſe in cælum*, Dominum dicimus, ſi quis *profectum* eſſe dicat, aliud omnino agere in re tanta videatur. Adde, quod nonnunquam ludibundi aut feſtiui ſic loquuntur. vt cum Claudium in ſcripto vere jocoſo Seneca, pecus aut monſtrum verius quam Deum, *iter feciſſe in cælum* dixit. *Quærite ab eo*, inquit, *qui Druſillam euntem in cælum vidit. Idem Claudium vidiſſe ſe dicet iter facientem non paſſibus æquis.* quod, πορεύεσθαι, vel ἀνελθεῖν εἰς οὐρανὸν, ſimpliciter Chriſtiani Græci; quod, *cælum aſcendere*, Romani dicunt. Idem Seneca ibidem: *Nam ex quo in Senatu jurauit, ſe Druſillam vidiſſe cælum aſcendentem.* quod &, *profiſci in cælum*, feſtiue dixiſſet: cum vrbanitati nullus in tanto myſterio ſit locus. *Quo naturæ noſtræ*, inquit Leo Primus, *humilitas in Chriſto ſuper omnem cæli militiam, ſupra omnes ordines angelorum, & vltra omnium altitudinem poteſtatum, ad Dei Patris eſt prouecta conſeſſum.* Idem, quod B. Bernardo perſuaſit, vt *proceſſionem* diceret. Qui, *quam felix, quam digna iſta*, inquit, *proceſſio, ad quam ne ipſi quidem adhuc Apoſtoli digni fuerunt admitti: cum & animarum ſanctarum & cæleſtium virtutum triumphali pompa deductus ad Patrem, ſedeat ad dexteram Dei.* præſtat enim parum proprie, ac minus obuia, quam parum digne hic loqui. Quanquam & in caſtris, legiones & pompæ, eleganter *procedere* dicuntur. vt in illo Poëtæ lib. 12.

Procedit legio Auſonidûm, pilataque plenis
Agmina ſe fundunt portis.

Neque, quid ſint *militum proceſſiones*, ignorare poſſunt, qui Vegetium legerunt. Quas & *proceſſus*, ſiue, *ambulationes*, dicas. quod Tertullianus aliique è Patribus, vt alia, è militari re, ad ſua tranſtulerunt. *Procedit* ergo miles, cum in eundo promouet. Incomparabiles gloſſæ, *Proceſſit*, προέκοψεν ἐν στρατείᾳ, προελήλυθεν. quæ, *proceſſio procinctualis*, Caſſiodoro dicitur. Quomodo eleganter in aſcenſione triumphali proceſſiſſe dicas Dominum: tranſlatione quidem militari, ſed quæ ſit è dignitate tamen. Mihi interim in iſtis non probantur, qui Latine potius, vbi opus non eſt, quam neceſſario aut ex præſcripto, ſe exprimunt. cum & ipſi nonnunquam, etiam vbi opus non eſt, aliter loquantur: vt eodem capite, verſu 12. cum, τότε ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ dicitur, *reuerſi ſunt in Hieroſolyma*, iidem eruditi dicunt. Græce enim, ὑπέστρεψεν εἰς Ῥώμην, nec propterea, *reuerti in Romam*, Latine dicam. Eodem capite, ℣ſ. 14. cum dicitur, οὗτοι πάντες ἦσαν προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει, σὺν γυναιξὶ, καὶ Μαρίᾳ, τῇ μητρὶ τοῦ Ἰησοῦ, recentior, *cum vxoribus & Maria, matre Ieſu.* cum hoc inter cætera ſignificare videatur, non, vt in Iudæorum Synagogis, fœminas à cæteris fuiſſe ſeparatas, ſed, vt animis conjunctos, ita ne diſtinctum quidem in tam piis exercitiis fuiſſe ſexum. Vetus, *cum mulieribus & Maria.* vt eo modo dicatur, quo illud, Τρῳάς τε καὶ Ἕκτορα: quod & ipſe fatetur, qui, cum in diuerſum abeat, tamen ſimile è Marone adducit. aliud autem, ſi, καὶ τέκνοις, addatur: quod in antiquo extitiſſe exemplari notat. Verſu 16. cum dicitur, περὶ Ἰούδα τοῦ γενομένου ὁδηγοῦ τοῖς συλλαβοῦσι τὸν Ἰησοῦν, quod interpres vetus, *qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Ieſum.* recentior, *dux viæ.* Moleſte. quaſi ὁδηγὸς, non ſit ἡγεμών: aut, quaſi viæ magis quam conſilii autor ac flagitii ſceleſtus Iudas fuiſſet. Verſu 18. καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος. quod recentior, *& præcipitatus:* cum nihil tale dicatur. vide quæ ſupra notamus. Verſu 21. cum dicitur, ἐν παντὶ χρόνῳ ἐν ᾧ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς ὁ Κύριος Ἰησοῦς, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου, recentior, *exorſus à baptiſmo Iohannis.* Mens eſt, *jam inde à baptiſmo Iohannis.* neque enim Chriſtus, cum baptiſmo Iohan-

Iohannis, ſed, poſtquam baptizatus à Iohanne fuit, docere exorſus eſt: quo
tempore, & continuo verſari cum ſuis cœpit. quemadmodum nec *incipiens* In Act.
cum antiquo dicam. quod ambiguum, vt illud. Capite ſecundo, ℣ſ. 14. in
exordio diuinæ orationis, quam ad ſcurras cœleſti Spiritus Sancti illuden-
tes miraculo habuit Petrus, cùm dicitur, Ἄνδρες Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἱερου-
σαλὴμ ἅπαντες, *Manifeſte certe Iudæos,* inquit recentior interpres, *hic opponit,*
id eſt, Hieroſolymitanos ciues, Iudæis extraneis, qui ex variis regionibus ad
feſtum conuenerant. Vt vt ſit, quod vetus, *qui habitatis Ieruſalem*, dixit, ipſe,
qui commoramini Hieroſolymis, non autem *habitatis*, reddidit. cum *commo-*
randi verbum, inquilinos denotet aut hoſpites, ideoque habitantibus op-
ponatur Tullio. hic autem κατοικοῦντες non παροικοῦντες, dicatur. Quid quod
idem, ad quintum ejuſdem capitis verſiculum, lectorem remittit: vbi legi-
tur, Ἦσαν δὲ ἐν Ἱερουσαλὴμ κατοικοῦντες Ἰουδαῖοι: vbi ipſe, *Erant vero Hieroſoly-*
mis habitantes Iudæi. quod confirmat quæ dixi. Capite tertio, ℣ſ. 5. cum de
claudo ab vtero dicitur, ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐτοῖς, nihil aliud haud dubio fecit quam
quod ab eo petierat Petrus, qui dixerat, βλέψον εἰς ἡμᾶς. *intuere nos.* Paret ergo
claudus, atque hoc agit, quod ab eo, qui, vt recte autor notat, hoc injungeret,
eleemoſynam expectaret. cum per ſe mendici quoque ac egeni defixis in eos
ſtent oculis, à quibus ſperant aliquid, aut qui promittere aliquid videntur:
quod & ἐπέχειν τινὶ dicitur. vt ſit idem cum eo quod præcedit, ἀτενίσας εἰς αὐτόν.
Quod de mendico igitur, qui paret, & viciſſim ἀτενίζει, ſiue in eos, prout juſſus
erat, oculos defigit, autor dixit, ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐτοῖς, προσδοκῶν τι παρ' αὐτῶν λαβεῖν,
interpres, *ille igitur attendebat eos, ſperans ſe aliquid ab eis accepturum.* Quaſi
non attendere is dicatur, qui loquentem audit. cum hoc velit, oculis ſtetiſſe
potius quam auribus intentis: oratorum inſtar, qui, ἀτενίζοντες, ſeu, oculis in eos
defixis dicunt quos affantur. vt cum de Apoſtolo cap. 23. ℣ſ. 1. dicitur, ἀτε-
νίσας δὲ ὁ Παῦλος τῷ συνεδρίῳ, εἶπε. Vbi idem interpres, *intentis autem in conſeſ-*
ſum oculis Paulus, ait. hoc autem idem quod ἐπέχειν τῷ συνεδρίῳ. Capite ter-
tio, verſu 19. cum legitur, ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως, mirum non cogi-
taſſe celeberrimum interpretem, nihil vſitatius eſſe Græcis, quam vt pro
futuris præſentia vſurpent: ſed & aoriſtos eſſe qui præſentis loco ſint. inter
quos τὸ ἐλθεῖν. Quemadmodum, cum Plato, quod alibi ἔρχεσθαι ἐπὶ τὸ ἀρχὴν,
peruenire ad imperium, alio loco, ἐλθεῖν εἰς δύναμιν, dixit: nullo diſcrimine,
ſi Græce ſcimus. Eoſdem de futuris vſurpari, ita notum, vt nihil pene in
his quoque libris magis ſit obuium aut tritum. Cujus generis ſunt, ὅπως ἴδω-
σιν, ὅπως ἔλθῃ ἐφ' ὑμᾶς πᾶν αἷμα: ſed & ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις, Matth. 6. 16.
denique, ὅπως ἂν φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις, Matth. 6. 5. plane vt hoc loco. Quo
poſtremo recte hic vſus eſt vir nunquam ſatis commendatus Ludouicus de
Dieu: qui ex Syro pariter & Arabe verum loci ſenſum confirmauit. Mirifice
ergo recentior, *Reſipiſcite igitur, & conuertite vos, vt deleantur peccata veſtra:*
poſtquam venerint tempora refrigerationis à conſpectu Domini, & miſerit prænun-
ciatum vobis Ieſum Chriſtum. nec melius alii. Mens autem, *vt veniant vobis,*
& mittat vobis. Tertullianus De reſurrectione carnis, *vt tempora vobis ſu-*
perueniant refrigerii ex perſona Dei, & mittat prædeſignatum vobis Chriſtum.
Neque ex eo ſequitur ἀνέλθωσι Tertullianum legiſſe: quod, *nuſquam legiſſe ſe*
nec probare poſſe, ajunt eruditi. qui vel, ὅπως ἂν ἔλθωσιν ἐφ' ὑμᾶς, legit: vel de
ſuo aliquid addidit. certe, *vt vobis ſuperueniant*, non eſt, ὅπως ἀνέλθωσι, ſed,
ὅπως ἂν ἔλθωσιν ἐφ' ὑμᾶς. Capite quarto, verſu 3. cum de Apoſtolis dicitur,
Καὶ ἐπέβαλον αὐτοῖς τὰς χεῖρας, καὶ ἔθεντο εἰς τήρησιν εἰς τὴν αὔριον, interpres noſter, *po-*
ſueruntque eos in cuſtodiam in poſterum diem. quod eſt, *in carcerem, aut vincula.*
cum ipſe, *carcerem*, non τήρησιν, ſed φυλακὴν, vocari in his libris, hoc qui-
dem loco, moneat. Et certe capite ſequenti ℣ſ. 18. dicitur, καὶ ἐπέβαλον τὰς
χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους, καὶ ἔθεντο αὐτοὺς ἐν τηρήσει δημοσίᾳ. quæ & φυλακὴ in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN ACT. ſequentibus dicitur. Ἄγγελος δὲ Κυρίου ἤνοιξε διὰ νυκτὸς τὰς θύρας τῆς φυλακῆς. E quo vero ſimile eſt, aliud hic eſſe τήρησιν, aliud ibi τήρησιν δημοσίαν & φυλακὴν, quæ publica cuſtodia eſt, (publica autem cuſtodia, publicus carcer, Iuriſconſultis eſt) hic autem τήρησιν, de iis, nempe, qui ad tempus, ſed exiguum, ſeruantur. quod hic definitur. Sequitur enim, factum id in craſtinum, cum veſpera jam eſſet. vt, videlicet, examinati amplius, ſi viſum eſſet, carceri includerentur. Quare malim, *& ſeruandos in poſterum dederunt*: ambiguitatis vitandæ cauſa, & quia optimi verborum æſtimatores Iuriſconſulti, *cuſtodiam, vincula*, interpretantur. A quibus aliud hic τήρησις: aliud Helleniſtis item, vt 1 Macchab. 5.18. vbi Ioſephus & Azarias, cum reliquo exercitu in Iudæa relicti εἰς τήρησιν dicuntur. ac ſi *relictos præſidio* Latine dicas. Hic autem quid ſit τήρησις, è loco cap. 24. ℣ſ. 23. æſtimetur. vbi Paulus ſimul & τηρεῖσθαι, & ἔχειν ἄνεσιν, *ſeruari & laxari*, jubetur. Διαταξάμενός τε τῷ ἑκατοντάρχῃ τηρεῖσθαι τὸν Παῦλον, ἔχειν τε ἄνεσιν, καὶ μηδένα κωλύειν τῶν ἰδίων αὐτοῦ ὑπηρετεῖν ἢ προσέρχεσθαι αὐτῷ. Vbi ipſe recentior interpres, *vt ſeruaretur Paulus & laxaretur*. qui cum ita loquitur, à ſe diſſentit ipſe. Capite eodem verſu 7. quærit Pontifex, Seniores, cæterique, ex Apoſtolis, cum de miraculo ab iis facto agitur, ἐν ποίᾳ δυνάμει, ἢ ἐν ποίῳ ὀνόματι, ἐποιήσατε τοῦτο ὑμεῖς, *in qua poteſtate aut nomine id à vobis factum eſt*. Quod recentior interpres, *qua poteſtate, aut quo nomine*, cum eodem fere modo à Petro mox dicatur, quæri ab iis, ἐν τίνι οὗτος σέσωσται, *in quo ſeruatus ille ſit*. vbi τὸ ἐν, agentis ſeu efficientis, vt Theologi loquuntur, nota eſt. quemadmodum cum Regius Propheta, ἐν τῷ Θεῷ ποιήσομεν δύναμιν, Pſalmo 108. 14. dixit. Item, ἐν σοὶ σωτηρίψω στρατόν. quod mirifice ἐν σοὶ δραμοῦμαι μονόζωνος. 2 Sam. 22.30. Helleniſtæ reddiderunt. quemadmodum mox ſequitur, ἐν τούτῳ οὗτος παρέστηκεν ἐνώπιον ὑμῶν ὑγιής, *in hoc ille coram vobis ſanus adſtat*. ſiue enim abſolute cum Eraſmo ſumas, ſiue idem eſſe velis, quod ἐν τούτῳ τῷ ὀνόματι, non aliud, ſed idem, dicitur. Recentior interpres tamen, *quomodo*, videlicet, *iſte ſeruatus ſit*, interpretari maluit. quaſi de remedio, aut collatæ ſanitatis modo, agatur. Ibidem ℣ſ. 32. καὶ οὐδὲ εἷς τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ, ἔλεγεν ἴδιον εἶναι. quod recentior, *nec quiſquam aliquid eorum quæ habebat, ſuum eſſe dicebat*: quaſi non τὸ λέγειν, de quo ſæpe in his libris egimus, more Hebræorum, ad animum ſit referendum. melius ergo, *neque quiſquam aliquid eorum quæ habebat, ſuum eſſe exiſtimabat*. Eodem capite, ℣ſ. 25. cum dicitur, διὰ στόματος Δαβὶδ τοῦ παιδός σου, recentior & vetus, *per os Dauid pueri tui*. Cur non autem *ſerui tui?* quemadmodum voce παιδὸς Helleniſtæ vtuntur. Quod confirmat ipſe Dauid, qui cum ita de ſe loquitur, עבד Hebraice ſe dicit: id quoque nonnunquam vt confirmet, *filium ancillæ* addit. cum alterum, ætatis quoque nomen, ideoque ſit ambiguum. Capite quinto, ℣ſ. 39. cum legitur, Εἰ δὲ ἐκ Θεοῦ ἐστιν, οὐ δύνασθε καταλῦσαι αὐτὸ, μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε. Vbi τὸ *videte* idem recentior inſeruit. qui, *ſin ex Deo eſt, non poteſtis illud diſſoluere: & videte, ne etiam cum Deo pugnare comperiamini*. A ſanctiſſimo protomartyre capite ſeptimo, verſu 60. cum dicitur, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην, dici non poteſt quam efficaciter dicatur. στῆσαι enim eſt σταθμῆσαι: quod, *exigere ad amuſſim, ponderare*, aut librare. Quo ſenſu Homerum ea voce vſum Critici notarunt. Euſtathius, τὸ στήσας τεχνική ἐστι λέξις, ἀντὶ τοῦ σταθμήσας. *perſoluere ad pondus*, Helleniſtis, quod in emptionibus fiebat. Ita, ne omnes adducam locos, cum aliquoties ſic vſurpetur, Eſaiæ 32. *Et emi, agrum*; καὶ ἔστησα αὐτῷ ἑπτὰ σίκλους καὶ δέκα ἀργυρίου, *ſemptemque ac decem argenti ſiclos appendi*. ℣ſ. 9. Deinde, *Et ſcripſi in libro, & adhibui teſtes*, καὶ ἔστησα τὸ ἀργύριον ἐν ζυγῷ. *& argentum in ſtatera appendi*. Quod Græci στάσιμον in fœnore dicebant: ponderabant enim fœneratores quod exponerent, deinde ad libram fœnus exigebant. Heſychius, Στήσασθαι, τὸ δανείσασθαι οὕτως ἔλεγον· ἐπὶ σταθμῷ γὰρ πάλαι ἐδάνειζον· καὶ στάσιμον τὸ δεδανεισμένον. Qui autem petit, ne Deus στήσῃ τὴν ἁμαρτίαν,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Act.

τίαν, petit, ne ſummo cum aliquo experiatur jure: ne exacte ac ſeuere agat: ne peccata ponderet ac libret: ne denique quod debet, etiam cum fœnore exigat. Στήσασθαι enim שקל Hebræis. Capite octauo, ℣ſ. 20. cum Simoni Mago dicitur à Petro, τὸ ἀργύριον σὺν σοι εἴη εἰς ἀπώλειαν, recentior interpres, *pecunia tua tecum pereat*. Vetus, *pecunia tua tecum ſit in perditionem*. vt & Eraſmus. Syrus, *argentum tuum tecum in perditionem abeat*. non male. Quid ſi enim mens ſit, *pecunia tua tecum ſit, tecum maneat; non in ſalutem, ſed in perditionem?* ad quam mentem proxime antiquus accedit. Video exiſtimaſſe nonnullos, promiſcue accipiendum, cum in his libris εὐαγγελίσασθαί τινα, &, τινὶ, dicitur. Quorum prius bis hoc capite occurrit. verſu enim 25. πολλάς τε κώμας τῶν Σαμαρειτῶν εὐηγγελίσαντο: item 40. καὶ διερχόμενος εὐηγγελίζετο τὰς πόλεις πάσας. quo ſenſu εὐαγγελίζειν πτωχοὺς dicas, qui εὐαγγελίζεσθαι Matthæo & Lucæ dicuntur. Aliter εὐαγγελίζεται αὐτῷ, vel αὐτοῖς. vt Actor. 8. 35. εὐηγγελίσατο αὐτῷ τὸν Ἰησοῦν. Quorum prius, *imbuere euangelio*, diſtinctionis cauſa, dicam. vt hoc capite, *multos vicos Samaritanorum euangelio imbuit*. item, *multaſque vrbes, quas tranſibat, euangelio imbuit*. Ibidem ℣ſ. 33. cum dicitur, τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; Vetus, *generationem ejus quis enarrabit?* Recentior, *ſæculum autem ejus quis enarrabit?* Quod ſane non placet. ſiue enim de diuina generatione, cum Baſilio lib. I. contra Eunomium, Cyrillo, Chryſoſtomo, Auguſtino, Hieronymo, aliiſque accipias, quomodo placere poteſt, *ſæculum*, de eo, per quem facta ſunt ſæcula, vt ad Hebræos loquitur Apoſtolus? ſiue de humana, cum Tertulliano, etiam Hieronymo ac Chryſoſtomo alibi, quis generationem ejus, & ſtupendam S. Spiritus hic operationem, enarrabit? ſiue de vtraque cum aliis, quis non *generationem*, quam, *ſæculum*, hic malit? Sed & ſcire velim, vbi דור αἰῶνα, hoc eſt, ſæculum, interpretati Helleniſtæ ſint. Adde, quod vox ipſa, qua Propheta vtitur, vitæ tempus, licet non definitum, Hebræis, hoc eſt, vt loquuntur illi, peregrinationem hic in terra, notat. quemadmodum τὸ דור & τὸ גור, aliquid commune habent. Quo & reſpexiſſe Chaldæus videtur, qui ad locum Eſaiæ, *mirabilia, quæ fient nobis in diebus ejus, quis poterit narrare?* vt ad œconomiæ tempus, ſiue, quo hic vixit, vox Hebræa referatur. Adde quod ſæculum ſit עלם: quod ſi ad ejus quam in terris egit vitam referas, terminum hunc longe excedit. cum τὸ *olam*, ſi Magiſtris credimus, quinquaginta proprie annos, ſiue חמשים שנה notet. quod ex jubilæo ſuo probant, quinquageſimo redire ſolito: de quo tempore id vſurpari. Simpliciter autem cum vſurpatur, denotare æternitatem negant. tum enim, *vel in ſæculum & vltra*, vel, *in ſæcula ſæculorum*, idque de re, שאין לו סוף וקץ, *cui nec finis nec terminus*, vulgo dici. vt ſine illo nec de diuinitate ejus, nec de tempore quod reſurrectionem excepit, quomodo nonnulli interpretantur, recte accipiatur. Capite decimo & tertio, ℣ſ. 10. cum dicitur, ὦ πλήρης παντὸς δόλου καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας, υἱὲ διαβόλου. *ô plene omni dolo, & ad quoduis ſcelus facilitate!* recentior interpres, vt vocis ſic exprimeret originem, reddidit. pro quo *omni dolo & ſceleſta fallacia* malim. Gloſſarium vetus, Ῥᾳδιουργὸς *falſarius*. quemadmodum falſarius Diabolus, qui vim potentiamque Dei ſceleſtiſſime per ſuos ſimul & vaferrime exprimit aut imitatur. ipſe alibi *maleficentiam* dixit. Syrus בישתא, id eſt, *malis*, dixit: quod defectum linguæ profitetur. & emphaticum reuera Græcum. Eodem capite ℣ſ. 17. cum dicitur, ὁ Θεὸς τοῦ λαοῦ τούτου Ἰσραὴλ ἐξελέξατο τοὺς πατέρας ἡμῶν, καὶ τὸν λαὸν ὕψωσεν ἐν τῇ παροικίᾳ, ἐν γῇ Αἰγύπτου, recentior interpres, *& populum ſublimem euexit*. Quod loquendi genus cur adhibeatur hic, non video. Vetus interpres, *qui & plebem exaltauit*. Si *populum* dixiſſet, recte dixiſſet. Plebs enim, vt Iuriſconſulti, eo differt à populo, quo ſpecies à genere. quanuis pars potius, vt recte iidem, plebs, quam ſpecies: prout τὸν δῆμον, καὶ τὸν χυδαῖον δῆμον, Græci eorum interpretes, cum de Lege, & Plebiſcito & Senatuſconſulto agitur, diſtinguunt. Qui & tum populum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN ACT. lum, κοινῆς τύχης σύνοδον, καὶ ταὐτὸ συναριθμουμένων τοῖς ἰδιώταις καὶ τῶν συγκλητικῶν, *communis fortunæ conuentum, ita vt in vnum eundemque numerum cum plebe referatur & Senatus*, definire ſolent. Vt ad rem redeamus, locum Eſaiæ, quem expreſſiſſe hic videtur, quis ignorat? vbi de populo Iſraëlis Helleniſtæ, αὐτὸς ἐλυτρώσατο αὐτοὺς, καὶ ἀνέλαβεν αὐτοὺς, καὶ ὕψωσεν αὐτοὺς πάσας τὰς ἡμέρας τοῦ αἰῶνος. vbi in Hebræo נשא, *ſuſtulit.* Nihil vſitatius, quod ſæpe dixi, in his libris, quam vt verba Fœderis antiqui, præſentibus accommodentur rebus. quo ſenſu cum Paulus ac Barnabas dixiſſent, quod de Iudæis jam deſperarent, ad gentes ſe abire, eleganter capite eodem verſu 47. addunt, οὕτω γὰρ ἐντέταλται ἡμῖν ὁ Κύριος, τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. vt mens ſit, *Ex præſcripto Domini ad gentes nos conuertimus. id enim nobis mandauit: vt vere hic locum illud Prophetæ habeat, Conſtitui te.* &c. Quod non paucis locis & veteres & recentiores notarunt Theologi: quoties illud præſertim, quod toties in Euangeliſtis occurrit, ἵνα πληρωθῇ τὸ λεγόμενον, & ſimilia, id indicare docent. Recentior: *Ita enim nobis mandauit Dominus*, dicens, *Conſtitui te, vt ſis lux gentium, vt ſis ſaluti vſque ad vltimas terras.* Qui & τὸ *dicens* inſeruit. quaſi à Propheta, aut iiſdem verbis id præſcriptum iis eſſet. cum ipſa applicatione nihil ſit elegantius. Capite decimo & quinto, ℣ſ. 2. cum dicitur, Γενομένης οὖν στάσεως καὶ συζητήσεως οὐκ ὀλίγης τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Βαρνάβᾳ, vetus interpres, *facta ergo ſeditione*, recentior, *orta igitur repugnantia.* Quorum ſane neutrum dicam. Mihi enim *contentio* ſufficiat. nec fit repugnantia; ſed eſt. vt inter bonum, & vtile: inter ſententiam philoſophorum, qui voluptatem ſummum bonum & qui virtutem volunt. quomodo loqui Ciceronem memini. Ita inter ignem & aquam, frigus & calorem, repugnantiam ſtatuunt Philoſophi, qui effectiuam & formalem ponunt. Eodem capite, ℣ſ. 19. Διὸ ἐγὼ κρίνω, μὴ παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τὸν Θεόν. Recentior interpres, *non eſſe obturbandos eos ex gentibus, qui ad Deum ſe conuertunt.* moleſte. Adde, quod οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, non, *quidam è gentibus*, aut, *gentiles*, hic ſunt, ſed οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφοντες ἐπὶ τὸν Θεὸν, ſunt, *qui à gentibus ad Deum ſe conuertunt.* hoc ergo voluit, *moleſtiam non eſſe iis exhibendam, qui à gentibus ad Deum ſe conuertunt.* Capite decimo ſeptimo, ℣ſ. 22. cum Athenis Apoſtolus ait, Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ, vetus, *Viri Athenienſes, per omnia quaſi ſuperſtitioſiores vos video*, recentior, *quaſi religioſiores.* quod nolim. Religio Chriſtianis veri Dei cultus eſt. qui à ſuperſtitione, qualis impia Athenienſium fuit, vbique eam diſtinguunt. quod & Cicero, teſte Auguſtino lib. 4. De ciuitate Dei, cap. 30. quanuis non recte ſucceſſerit, conatus eſt. Nec aliter loquuntur antiqui. vt inter cæteros Lactantius, cum, *nihil eſſe in rebus humanis præſtantius religione* ait: quemadmodum eidem Auguſtinus, capite, cujus jam meminimus, eodem, *falſas opiniones, errores turbulentos, ſuperſtitiones aniles, opponit.* nec male Seneca, qui, *coli à religioſo, à ſuperſtitioſo violari* ait *Deum.* Quid igitur ad nos, quod Romani veteres, metum ac ſollicitudinem, *religionem* dixêre? vt in illo, *Non demunt animis curas ac relligiones Perſarum montes.* Quid ad nos, quod peſtis veræ religionis Lucretius, *Tantum relligio potuit ſuadere malorum?* aut, quod ille apud Gellium, *Religentem eſſe oportet, religioſum nefas?* An enim, ideo δεισιδαιμονία, religio potius quam ſuperſtitio, in Sacro præſertim contextu, dicenda? tum ab eo, qui aliis in locis ſuperſtitionem, quoties vox eadem occurrit, à religione diſtinguit? Adde jam quod τὸ *omnino* (id præmiſit autem) τὸ *quaſi* item, nihil minus quam recte conueniunt. Quid enim eſt, *omnino quaſi religioſiores?* Ita vero ille, *cum autem conſtitiſſet Paulus in medio Areopago, dixit, Viri Athenienſes, omnino conſpicio vos quaſi religioſiores.* Hos quippe ſi non omnino ſuperſtitioſos eſſe voluit (τὸ *quaſi* enim Iuriſconſultis deminutionem, ſiue improprietatem, vt loquuntur ipſi, ſæpius quam veri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

veritatem notat) cur eorum vrbem κατείδωλον, quod, *idolis refertam*, ipſe
interpretatur, & quidem non ſine cauſa, dixit? An non denique à S S. Pa- In Act.
tribus notatum, τὸ ὡς, βεβαιώσεως nonnunquam, καὶ ἀναμφισβήτου διορισμοῦ,
εἶναι: hoc eſt, τὸ ὡς, *confirmare atque extra omnem dubitationem ponere quod*
dicitur. Vt cum ſuum *veritatis caf* vſurpant Hebræi. quod ipſe ad illum lo-
cum, δόξαν, ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός, obſeruauit. In omnibus igitur plus æquo
ſuperſtitioſos eſſe Apoſtolus dixit. Δεισιδαιμονία certe, εἰδωλολατρεία veteribus
exponitur. Princeps Gloſſator, Δεισιδαίμων, ὁ τὰ εἴδωλα σέβων, εἰδωλολάτρης. Eo-
dem capite, ℣ſ. 30. Τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεός, τὰ νῦν παραγγέλλει τοῖς
ἀνθρώποις πᾶσι πανταχοῦ, μετανοεῖν. Recentior, *Temporibus igitur iſtius ignoran-*
tiæ conniuentia diſſimulatis. Moleſte, vt arbitror. Scholiaſtæ Theologi, οὐκ
ἀπαιτεῖ λόγον ὑμᾶς φησὶ περὶ τῶν προτέρων ἐτῶν τῆς ἀγνοίας ὑμῶν. Ac ſi Latine dicas,
Priora igitur illa ignorantiæ tempora cum non amplius conſideret Deus, omnibus
vbique reſipiſcentiam denunciat. vt ſi vſitato quis Hebraiſmo dicat, *quæ per*
ignorantiam peccata ſunt hactenus, à facie ſua, modo nunc credatis, remouit Deus.
Capite decimo & nono ℣ſ. 40. μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος περὶ οὗ δυνησόμεθα δοῦ-
ναι λόγον τῆς συστροφῆς ταύτης. vbi recentior interpres, *cum nulla ſubſit cauſa, ob*
quam poſſimus reddere rationem concurſus iſtius. Vt autem alia omittam, ipſe
Lucas capite ſequenti ℣ſ. 1. θόρυβον, quod hic συστροφὴν, interpres vero idem
tumultum dixit. Μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τὸν θόρυβον. *Poſtquam vero ceſſauit tumul-*
tus. Videndum ergo, an non minus dixerit. Abſit enim, vt concurſus
omnis, qualis qui ſpectandi fit cauſa, aut ſimilis, tumultus ſit. non magis
ſane quam tumultus omnis recte dicitur ſeditio. Ita Poëta, capto Sinone,
Æneidos 2.

Vndique viſendi ſtudio Troiana juuentus
Circumfuſa ruit.

neque quiſquam tamen, niſi fallor, id *tumultum*, dicat. Sed & autor, modo στά-
σιν, modo θόρυβον, vt dixi, modo τάραχον, modo σύγχυσιν, hoc ipſum de quo agi-
tur nunc, dixit. Optime Gloſſæ, Στάσις, ὁ θόρυβος. Quanquam, ne στάσιν quidem
ſemper *ſeditionem* dicam. vt cum c. 23. ℣ſ. 7. περὶ στάσεως inter Phariſæos ac Sad-
ducæos agitur. Τοῦτο δὲ αὐτοῦ λαλήσαντος, ἐγένετο στάσις τῶν Φαρισαίων καὶ τῶν Σαδδουκαίων·
καὶ ἐσχίσθη τὸ πλῆθος. Quare? ob repugnantiam ſententiarum. de qua ſequitur,
Σαδδουκαῖοι μὲν γὰρ λέγουσι, μὴ εἶναι ἀνάστασιν, μηδὲ ἄγγελον, μήτε πνεῦμα· Φαρισαῖοι δὲ
ὁμολογοῦσι τὰ ἀμφότερα. Quod, *ſeditionem* recens, vetus, *diſſentionem*, dixit. cum
ſeditio, στάσις καὶ διάστασις Politicorum Principi, Reipublicæ plerunque ſta-
tum ſpectet, neque raro immutet. quam recentiores non male, *Multitudi-*
nis in Principem aut Magiſtratus, ſubitum & violentum motum, definiunt. in
quem, populum, vel libertatis publicæ prætextus aut ſtudium, vel alienum
æs, vel ambitio, vel vanitas, cauſæque ſimiles, autore aliquo, vt plurimum,
inſigni, impellunt; cum tumultus hujus cauſa, homo vilis, argenti, ſcilicet,
ſignator Demetrius. quemadmodum minores ſeditione motus, cum aduer-
ſus Principem aut magiſtratum mouentur, proprie ἐριθείας Philoſophi di-
cunt. qui plebeii aut plebeiorum plerunque: in quibus, præter Reip. Princi-
pes, aduerſus quos mouetur, cauſa ſpectari ſolet: quæ hic nulla aut ridicula, &
vnum proprie ſpectabat. Quo reſpexit Scriba ipſe, cum prudenter dixit, Καὶ
γὰρ κινδυνεύομεν ἐγκαλεῖσθαι στάσεως περὶ τῆς σήμερον, μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος περὶ οὗ
δυνησόμεθα ἀποδοῦναι λόγον τῆς συστροφῆς ταύτης. *Periculum enim eſt, ne, hodiernæ diei*
cauſa, ſeditionis poſtulemur: quum nulla ſit cauſa (publica nimirum) *qua inducti,*
tumultus hujus rationem reddere poſſimus. Nec enim tam ſeditionem dixit,
quam, metuendum, ne videretur. Semper quippe intereſt eorum, qui in ciui-
tate primi, ne vel ſuboriatur, vel vt in ortu ipſo ſedetur ſeditio. quia, vt ex fa-
ctione ſeditio, ita è ſeditione, niſi comprimatur, bellum ciuile. Capite vige-
ſimo, ℣ſ. 3. Ποιήσας τε μῆνας τρεῖς, γενομένης αὐτῷ ἐπιβουλῆς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, μέλλοντι

In Act. ἀνάγεσθαι εἰς τὴν Συρίαν. Vetus interpres, *Vbi cum feciſſet menſes tres, factæ ſunt illi inſidiæ à Iudæis nauigaturo in Syriam.* Recentior, *Et ibi peractis menſibus tribus, cum ei in Syriam prouehendo factæ fuiſſent à Iudæis inſidiæ.* operoſe inprimis. Volebat, niſi fallor: *Vbi cum menſes tres egiſſet, atque in Syriam profecturus eſſet, ſtructæ illi à Iudæis ſunt inſidiæ.* Ibidem, ℣ſ. 28. de Eccleſia cum dicitur, ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος, vetus interpres, *quam acquiſiuit ſuo ſanguine.* quod mihi quidem ſatisfaceret. Recentior, *quam proprio illo ſanguine acquiſiuit.* quaſi alius ſit ſanguis quo redempta eſt Eccleſia, præter precioſum illum agni puriſſimi: quem, *clauem cœlorum*, B. Hieronymus dixit. Cum eodem capite ℣ſ. 32. abiturus Apoſtolus, commendare ſe fratres Deo ſermonique gratiæ ejus, dixit, quod eſt, vt interpres vult, Euangelio, additque, τῷ δυναμένῳ ἐποικοδομῆσαι καὶ δοῦναι ὑμῖν κληρονομίαν ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πᾶσιν, mihi ſatis ſit, ſi dicam, *qui iterum ædificare vos, & dare hæreditatem in ſanctificatis omnibus poteſt.* Pro quo recentior, *qui quidem Deus poteſt vos ſuperſtruere, & dare vobis quod hæreditatis jure poſſideatis cum ſanctificatis omnibus.* cum nec ἐποικοδομεῖν τινι dicatur, neque ſatis videam, cur κληρονομία potius *hæreditatis jus* ſit, quam *hæreditas.* Capite vigeſimo & quinto, ℣ſ. 2. cum dicitur, ἐνεφάνισαν δὲ αὐτῷ ὁ ἀρχιερεὺς καὶ οἱ πρῶτοι τῶν Ἰουδαίων κατὰ τοῦ Παύλου, recentior interpres, *comparuerunt autem coram eo Pontifex & primarii ex Iudæis contra Paulum.* cum τὸ ἐμφανίζειν, idem ſit nonnunquam, quod *intimare* Iuriſconſultis. Gloſſarium eruditiſſimum, Ἐμφανίζω, *allego, intimo.* Quo interdum ita ſimpliciter vtuntur Helleniſtæ, vt τὸ אמר, quod eſt λέγειν, ſic interpretentur. Eſtheræ 2. 22. καὶ ἐδηλώθη τῷ Μαρδοχαίῳ ὁ λόγος, καὶ ἐσήμανεν αὐτὸν ἡ Ἐσθήρ· καὶ αὕτη ἐνεφάνισε τῷ βασιλεῖ τὰ τῆς ἐπιβουλῆς. vbi δηλοῦν, σημαίνειν, ἐμφανίζειν, pene ταυτοδυναμοῦντα ſunt, & eodem modo vſurpantur. Adde, quod τὸ ἐνεφάνισε τῷ βασιλεῖ τὰ τῆς ἐπιβουλῆς, idem eſſe poſſit, quod ἐνεφάνισαν κατὰ τοῦ Παύλου, hoc eſt, τὰ κατὰ τοῦ Παύλου, hoc loco dixit. Ita cap. 23. ℣ſ. 15. Νῦν οὖν ὑμεῖς ἐμφανίσατε τῷ χιλιάρχῳ. vbi interpres idem, *Nunc ergo vos indicate tribuno.* vetus, *notum facite tribuno.* Eodem item capite, ℣ſ. 22. Ὁ μὲν οὖν χιλίαρχος ἀπέλυσε τὸν νεανίαν, παραγγείλας μηδενὶ ἐκλαλῆσαι, ὅτι ταῦτα ἐνεφάνισας πρός με. vbi idem, *Tribunus igitur dimiſit adoleſcentem, cum ei præcepiſſet, vt nulli effutiret quod hæc ipſi indicaſſet.* Qui tamen, vt hic, ita capite 24. ℣ſ. 1. cum dicitur, οἵτινες ἐνεφάνισαν τῷ ἡγεμόνι κατὰ τοῦ Παύλου, *qui comparuerunt coram præſide contra Paulum,* reddidit: additque inſuper, μεταβατικῶς, vt τὸ ἑαυτοὺς intelligatur, eſſe accipiendum. vt idem ſit, quod *reſiſtere* Latini dicunt. Cum ſimpliciter poſſet, *Accuſationem autem Pontifex Maximus, & primarii ex Iudæis, contra Paulum inſtituerunt.* vt ἐμφανίζειν τῷ ἡγεμόνι idem, quod πρὸς τὸν ἡγεμόνα nunc ſit. (quomodo locutum jam oſtendimus.) neque τὸ *comparere,* locum forte hic habeat. ſuo tamen fruatur judicio qui volet. Capite vigeſimo ſexto, ℣ſ. 2. cum ait Apoſtolus, Περὶ πάντων ὧν ἐγκαλοῦμαι ὑπὸ Ἰουδαίων, βασιλεῦ Ἀγρίππα, ἥγημαι ἐμαυτὸν μακάριον, μέλλων ἀπολογεῖσθαι ἐπὶ σοῦ σήμερον, manifeſta orationis tranſpoſitio, nonnihil moleſtiæ interpretibus attulit. qui hæc verba ita, vt eandem cum lectore communicent, hic reddunt: cui & tenebras ſic objecerunt. Inter cæteros recentior, qui: *Super omnibus, de quibus poſtulor à Iudæis, Rex Agrippa, beatum me duco, quod ſim hodie cauſam apud te dicturus.* cum hoc velit, *Beatum, Rex Agrippa, me duco, quod omnium, de quibus à Iudæis accuſor, apud te defenſionem hodie ſim ſuſcepturus.* Nec peccare eum arbitror, qui mutato leuiter verborum ordine, perſpicuitati operam impendit. quod qui præſtat, magna ex parte munus interpretis impleuit. Eodem capite, ℣ſ. 22. cum dicitur, Ἐπικουρίας οὖν τυχὼν τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης ἕστηκα μαρτυρούμενος μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ, Vetus, *Auxilio autem adiutus Dei, vſque in hodiernum diem ſto, teſtificans minori atque majori.* Recentior, *Sed auxilium quod eſt à Deo nactus, perſtiti in hunc vſque diem, teſtificans iſta tum paruis tum magnis.* cum vellet,

auxi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

auxilio ſe Dei, aut diuino, perſtitiſſe, paruoſque ac magnos, ſiue, omnes, docuiſſe. nam περὶ τοῦ μαρτυρεῖσθαι cum eo ſenſu vſurpatur alibi. Sequitur ℣ſ. 23. Εἰ παθητὸς ὁ Χριστός. Quod interpres vetus, *ſi paſſibilis Chriſtus.* Forſitan Latine minus: quanquam *patibilis*, etiam Tullio, licet paulo aliter, non diſplicuerit. Sed, an ideo mutanda verba? Quid enim, ſi, docuiſſe ſe, vtrumne, ſecundum prophetas, vel debuerit vel pati potuerit Chriſtus, ſignificet, & hoc nunc velit? quemadmodum Iudæi ipſi, *an Meſſias venturus eſſet, an malis hominum mortique obnoxius ex vaticiniis prophetarum futurus eſſet*, diſputare ſolent, prout rerum Iudaicarum peritiſſimi recte notarunt. Certe, παθητὸν non eſſe Chriſtum, extra dubium ponebant illi, qui pendenti in cruce acclamabant, *Alios ſeruare potuit, ſe ipſe ſeruare non poteſt. Si Rex Iſraël eſt, deſcendat nunc è cruce, & credemus ei.* Rex autem Iſraël, משיח haud dubio. Recentior interpres, *Nempe, Chriſtum fuiſſe paſſurum.* quaſi, qui paſſurum eſſe docet Chriſtum, idem, an & quatenus pati debeat ac poſſit, ſic doceat. quod, ni fallor, amplius. Vnde nec Scholiaſtæ veteri aſſentior, quem ſecutus forte noſter: qui, εἰ παθητὸς, ὅτι παθητὸς, interpretatus eſt. Nec Iudæi, paſſum eſſe Chriſtum negant, qui in ludibrium hoc vertunt: ſed cum idem Deus eſſe à nobis dicatur, ſimul eſſe παθητὸν non poſſe, violenter vrgent. Cui lingua eorum Chriſtiani reſpondent שאין הבורא סבל המיתה ויסורין כי אם האישות אשר לקח בעצמו, *non creatorem ipſum pertuliſſe mortem & paſſiones, ſed humanitatem quam aſſumpſit.* Illi Deum eſſe παθητὸν, ſeu, *patibilem*, negant: Chriſtiani ᾗ παθητὸς, *quatenus patibilis*, hoc eſt, qua homo, paſſum fuiſſe, reſpondent. Παθητὸς enim, quatenus איש מכאבות, ἀνὴρ παθῶν, Eſaiæ dicitur. vbi Chaldæus τὰ πάθη pariter & gloriam conjungit. *Erit quidem*, inquit, *contemptus, verum gloriam omnium auferet Regum.* Ibidem ℣ſ. 24. cum de Apoſtolo dicitur, Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἀπολογουμένου, quod recentior interpres, *Hæc autem ipſo pro ſe excipiente*; mihi, qui ſimplicitatem, in Sacris præſertim, amo, quanquam *exceptionem* non ignorem Iuriſconſultis nonnunquam in genere *defenſionem* denotare, ſatis dixiſſe eſſet, *Hæc cum pro ſe adferret*, vel, *Hac defenſione cum pro ſe vteretur.* ne ſi exceptionem ad Sacra è foro admittamus, tandem quoque replicatio, duplicatio, triplicatio, ac ſimilia, quas continet exceptio, hic admittantur. Capite 27. ℣. 7. inter alia cum dicitur, Ἐν ἱκαναῖς δὲ ἡμέραις βραδυπλοοῦντες, καὶ μόλις γενόμενοι κατὰ τὴν Κνίδον, quod interpres noſter, *vixque perueniſſemus ſecundum Cnidon*, quid ſit γενέσθαι κατὰ Κνίδον, intelligo, quid Latine *peruenire ſecundum Cnidon*, non intelligo. quemadmodum cum Tullio, *ſecundum littus ire*, dicam, *ſecundum littus peruenire*, quis dixerit, adhuc quæro. Ibidem ℣ſ. 39. cum dicitur, κόλπον δέ τινα κατενόουν ἔχοντα αἰγιαλὸν, εἰς ὃν ἐβουλεύσαντο, εἰ δύναιντο, ἐξῶσαι τὸ πλοῖον, dubium non eſt quin ἐξῶσαι nauim dicatur qui appellit. quomodo apud Thucydidem, ἐξέωσαν πρὸς τὴν γῆν, ὀκείλαι ἐποίησαν, interpres exponit. Noſter, *expellere nauem.* qui, *Sinum vero quendam animaduerterunt, habentem littus, in quem conſilium ceperant, ſi poſſent, expellere nauem. Appellendi* autem cur neglexit vocem, cum ἐξῶσαι τὸ πλοῖον εἰς αἰγιαλὸν, idem ſit haud dubio, quod, πρὸς αἰγιαλὸν, Thucydides ac cæteri dixerunt: neque aliter Romani loquuntur. Et ſequitur, κατεῖχον εἰς τὸν αἰγιαλόν: quod cum *expellendi* voce nihil commune habet. quemadmodum nec *ejiciendi*, aut, *impingendi*, cum antiquo, & Eraſmo hic vtar. Capite ſequenti ℣ſ. 6. vbi de echidna, quæ manum inuaderet Apoſtoli, agitur, cum dicitur, Οἱ δὲ προσεδόκων αὐτὸν μέλλειν πίμπρασθαι, quanuis non ignorem quæ ad Nicandrum notarunt eruditi, cauſam tamen ſolidam ſatis hactenus non video, quare *intumeſcendi* potius quam *inflammandi* vocabulo vſi ſint interpretes. Nam quod ajunt, ita voce ea vſum eſſe autorem illum, ne id quidem affirmare auſim. Apud quem habes,

Πᾶσα δέ οἱ νηδὺς διαπίμπραται.

IN ACT. Quod interpres ipſe, qui *inflandi* alias hic verbum præfert, *ſæuis ardoribus æſtuat aluus*. Id vero quis dubitat quin inflammationi potius conueniat, quam iis qui bupreſtin hauſerunt, tribuit Plinius? Idem Nicander de eadem,

> Ἠ' καί που δαμάλης ἐργάστορας, ἄλλοτε μόσχους
> Πίμπρησι.

quod cum ad inflationem, idem referat interpres, cur ad inflammationem referri non poſſit, nondum video. quemadmodum, quo ipſa hæc ſpectent, cum de vipera agatur. niſi quis omnium θηριοδήκτων eadem eſſe πάθη & affectus velit. Quod ſi verum, eadem quoque omnium remedia erunt. id autem non concedent, qui antiquos, inter cæteros autem Dioſcoriden, legerunt. Quanquam nonnullis enim, vt iis qui ab echidna & amphiſbæna læſi ſunt, qui bupreſtin item & cantharides hauſerunt, eadem ex ejuſdem ſententia, remedia adhibeantur, nondum ex eo ſequitur, communia eſſe omnia, aut iiſdem curari, quos echidna & bupreſtis affecit. Neque ſequitur, quia intumeſcunt partes, quas echidna affecit, ideo non inflammari. cum non vna ſit tumoris ſpecies; vt neque cauſa. Aliud quippe οἴδημα, ſimpliciter ſic dictum: quod & molle, & doloris expers: aliud ſcirrhus, qui & durus & ſine illo: aliud φλεγμονή, quam inflammationem dicunt, in qua dolor. Vt nec Dioſcorides nec Actuarius, quos eruditus adduxit interpres, pro opinione ejus ac ſententia loquantur. Dioſcorides enim, poſtquam iis qui à vipera ſunt læſi, corpus οἰδεῖν, quod *intumeſcere* interpretibus, inter prima affectionis hujus ſigna memorauit, tandem φλυκταινῶν ἐπανάστασιν, καθάπερ ἐπὶ τῶν πυρικαύστων, *puſtulas, quales in ambuſtis*, erumpere aut excitari in ea dixit. quæ & ab Actuario dicuntur: qui tumoris quoque mentionem fecit. Interpres vetus, *At illi exiſtimabant eum in tumorem conuertendum.* Recentior, *Illi vero expectabant dum intumeſceret.* Cum autoris mens ſit, *Illi autem fore expectabant vt inflammaretur.* parte jam affecta, ſcilicet. Eraſmus, *At illi exiſtimabant fore vt incenderetur.* Melius quam illi, niſi *incendendi* voce vſus eſſet. quaſi *incendium* ſit φλεγμονή, de qua jam dixi. De iiſdem eodem verſu cum legitur, μεταβαλλόμενοι, ἔλεγον Θεὸν αὐτὸν εἶναι; Herculem, & quidem Alexicacon, puta: quem & in Melita, fortaſſe hac ipſa, cultum atque hinc dictum notant veteres. Neque eſt quod Græca ſuperſtitione imbutam inſulam, quæ inter Lilybæum Siciliæ promontorium & Africam, miremur: quam præſertim Romani tenerent. Vnde Publiana promontoria, & ipſe Publius, quem πρῶτον τῆς νήσου Apoſtolus vocauit. Ita enim ỳſ. 7. Ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον ὑπῆρχε χωρία τῷ πρώτῳ τῆς νήσου, ὀνόματι Ποπλίῳ. Cum viderent igitur, non modo nullum illi à ſerpente periculum, ſed & excuſſiſſe eum, mutati, ἔλεγον Θεὸν αὐτὸν εἶναι: vt ſupra Mercurium, ita nunc Herculem, quem dixi. Cujus primum facinus, ſerpentes domiti, quos in cunis peremit. Vnde illud *Cunarum labor eſt angues ſuperare mearum:* eoſdemque, *prima nouercæ monſtra*, alter poëta dixit. *Vt prima nouercæ Monſtra manu geminoſque premens eliſerit angues.* Quemadmodum & Calaber, poëtarum Græcorum cultiſſimus, in Eurypyli clypeo, in quo geſta ejus ſculpta erant, hoc certamen cæteris præponit. quod ἐπιτήδειον, & adhuc lactantem peregiſſe Ἡρακλίσκῳ Theocritus commemorat, qui eum ait Θῆρε δύω χείρεσσιν ἀπρὶξ ἁπαλαῖσιν ἔχοντα preſſiſſe. vbi θῆρες, vt hic, ἀπολινάξας θηρίον, de ſerpente. Θεὸν autem excellenter dici Herculem, non magis mirum, quam quod paſſim in antiquis inſcriptionibus, *Deus*, &, *Inuictus* dicitur. Ita, DEO HERCVLI PRO SALVTE DIVI TRAIANI AVGVSTI ET MARCIANÆ SORORIS, &c. in ea quam in ruinis caſtrorum Traiani repertam volunt. In alia quæ Romæ, DEO HERCVLI INVICTO, C. IVL. POMPONIVS PVDENS SEVERIANVS V. C. PRÆF. VRB. Alibi, DEO HERCVLI INVICTO M. CASSIVS HORTENSIVS

PAV-

PAVLINVS PR. VRB. &c. In Narbonenſi item, DEVS HERCVLES INVI- CTVS SIGNVM ARGENTEVM P. P. XII. DE SVA PECVNIA FECIT. In Act. Ac ſic paſſim. Igitur ἔλεγον Θεὸν αὐτὸν εἶναι, Herculem Alexicacon, & quidem ὀφιοκτόνον aut ὀφιομάχον, Apoſtolum dixerunt. Adeo autem Herculis occur- ſus, felix ac fauſtus habebatur, vt vel in ſomnis eum ejuſque ſtatuam videre, boni ominis, Artemidoro teſte, haberetur. quod & hic barbaris, qui præſer- tim cum morbis conflictarentur, euênit. Adeo gentilibus proprium fuit, vt diuina quoque beneficia, ad pecuinæ ac prorſus ſtolidæ ſuperſtitionis oc- caſionem referrent, neque vnquam minus Deo crederent, quam cum ea ageret quæ præter eum nemo poſſet. Sed nec dubitandum, quod & recte recentior hic monuit interpres, quin, cum ℣ſ. 14. legitur, οὗ εὑρόντες ἀδελφοὺς, παρεκλήθημεν ἐπ' αὐτοῖς ἐπιμεῖναι ἡμέρας ἑπτὰ, melius παρ' αὐτοῖς, quod in aliis co- dicibus, legatur. Eodem capite ℣ſ. 23. cum legitur, πείθων τε αὐτοὺς τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, idem quod poſtremo verſu autor dixit (vbi, διδάσκων τὰ περὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ) vt qui non omnibus, quod & recte recentior interpres, perſuade- ret quæ docebat. Sequitur enim, καὶ οἱ μὲν ἐπείθοντο τοῖς λεγομένοις, οἱ δὲ ἠπίστουν. Idem loco altero, *ſuadens eis quæ de Ieſu Chriſto ſunt*, altero, *ac docens quæ ſunt de Domino Ieſu Chriſto*: moleſtius fortaſſe. Ego priori quidem loco, *propo- nens doctrinam illis de Ieſu Chriſto*, neque aliter poſteriori loco dicam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Capita Epiſtolæ ad Romanos.

Εὐαγγελικὴ διδασκαλία, περί τε τῆς ἔξω χάριτος Χριστοῦ καὶ τῆς ἐν χάριτι· καὶ περὶ ἐλπίδος καὶ πολιτείας πνευματικῆς.

α΄. Πρῶτον μετὰ τὸ προοίμιον, περὶ κρίσεως τῆς κατὰ ἐθνῶν τῶν οὐ φυλασσόντων τὰ φυσικά.

β΄. Περὶ κρίσεως τῆς κατὰ Ἰσραὴλ τοῦ μὴ φυλάσσοντος τὰ νομικά.

γ΄. Περὶ ὑπεροχῆς Ἰσραὴλ τοῦ τυγχάνοντος τῆς ἐπαγγελίας.

δ΄. Περὶ χάριτος δι' ἧς μόνον ἄνθρωποι δικαιοῦνται, οὐ κατὰ γένος διακεκριμένως, ἀλλὰ κατὰ Θεοῦ δόσιν ἰσοτίμως, κατὰ τὸν Ἀβραὰμ τύπον.

ε΄. Περὶ τῆς ἀποκειμένης ἐλπίδος.

ϛ΄. Περὶ εἰσαγωγῆς τοῦ πρὸς σωτηρίαν ἡμῶν ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀντὶ τοῦ πεσόντος ἐξ ἀρχῆς γηγενοῦς Ἀδάμ.

ζ΄. Περὶ τῆς ὀφειλομένης ἐπὶ τῇ πίστει πράξεως ἀγαθῆς.

η΄. Ἐπανάληψις περὶ τῆς ἐν χάριτι ζωῆς.

θ΄. Περὶ τῆς ὑπὸ νόμου κατακρίσεως διὰ τὴν ἁμαρτίαν.

ι΄. Περὶ τῶν ἐν ἀνθρωπίνῃ φύσει παθῶν, ἀδύνατον ποιούντων τὴν πρὸς νόμον συμφωνίαν.

ια΄. Περὶ τῆς ἀποδόσεως τῶν φυσικῶν παθημάτων διὰ τῆς πρὸς τὸ πνεῦμα συναφείας.

ιβ΄. Ἐπανάληψις περὶ τῆς ἀποκειμένης τοῖς ἁγίοις δόξης.

ιγ΄. Περὶ τῆς ὀφειλομένης ἀγάπης Χριστῷ.

ιδ΄. Περὶ ἐκπτώσεως Ἰσραὴλ τοῦ ἀποβληθέντος, καὶ κλήσεως τοῦ ἀληθοῦς, τοῦ ἐκλεχθέντος μετὰ τῶν ἐθνῶν.

ιε΄. Ὅτι κατὰ ἀπιστίαν ἡ ἔκπτωσις διὰ τῆς εἰς ἄγνοιαν ἐγκαταλείψεως, καὶ τοῦ μὴ ἁρμόζοντος αὐτοῖς κηρύγματος.

ιϛ΄. Περὶ τοῦ σκοποῦ καθ' ὃν ἐξεβλήθησαν, ὥστε δεύτερον ἐπανελθεῖν, ζήλῳ τῶν προτιμηθέντων ἐθνῶν συνταχθέντων τῷ πιστῷ Ἰσραήλ.

ιζ΄. Παραίνεσις περὶ ἀρετῆς τῆς πρὸς Θεὸν καὶ ἀνθρώπους· ἐν ᾧ, περὶ τῆς εἰς ἀλλήλους ὁμονοίας, περὶ τῆς πρὸς Θεὸν λατρείας, περὶ τῆς πρὸς ἀδικουμένους ἀνεξικακίας, περὶ τῆς πρὸς ἄρχοντας ὑποταγῆς, περὶ σωφροσύνης καὶ πραότητος, περὶ τῆς ἐν βρώμασι καὶ ἡμέραις ἀμάχου διανοίας.

ιη΄. Περὶ μιμήσεως τοῦ Χριστοῦ ἀνεξικακίας.

ιθ΄. Περὶ τῆς λειτουργίας αὐτοῦ τῆς ἐν ἀνατολῇ καὶ δύσει.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

DANIELIS HEINSII
EXERCITATIONES SACRÆ IN EPISTOLAM PAVLI AD ROMANOS.

SIVE

LIBER SEXTVS.

CAPVT I.

Primum ac ſecundum caput percurritur. De Epiſtolarum ordine obiter. Eam, quæ
ad Romanos, etiam olim primam, niſi quod eam, quæ ad Galatas, eo loco digna-
tus eſſet Marcio. Initium Epiſtolæ, ejuſque, quod ad connexionem, difficultas.
Locus, ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ. *Quid ſit* ὁρισθέντος, *& vis ejus.* κατὰ πνεῦμα ἁγιω-
σύνης, *& de eo ſententiæ Patrum.* κατὰ πνεῦμα. ἀνάστασις νεκρῶν, *& an recte de*
reſurrectione vnius Chriſti. ἀνάστασις σαρκός. ἀνάστασις Χριστοῦ. ἀνάστασις νεκρῶν,
& ἀνάστασις ἐκ νεκρῶν. Χριστοῦ ἀνάστασις νεκρῶν, *& an recte dicatur.* ἡ δευτέρα τῆς
ἀναστάσεως σχέσις. κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης. *Spiritus Chriſti. cui & illius reſurre-*
ctio tribuitur & noſtra. Ordo initii totius plurimis hactenus turbatus παρεν-
θήκαις. *Locus,* πρῶτον μὲν εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ. *Epiſtola hæc quatenus* παραινετικὴ
ex opinione dici poſſit veterum. παραινετικὴ *&* συμβουλευτικὴ ἐπιστολὴ, *& quate-*
nus differant. παραινεῖν *&* συμβουλεύειν. *Diſcrimen vtriuſque.* ἀδικία, שקר, *fraus,*
mendacium. τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατέχειν, *& quomodo intelligendus locus. Locus,*
αἵ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν. ἐνηλλαγμέναι,
Aquilæ. ἐνηλλαγμένοι. ὁ πλοῦτος τῆς χρηστότητος, ὁ πλοῦτος τῆς ἀγαθότητος, *Simplicio.*
Ἕλληνες *qui, è ſententia Peluſiotæ, Apoſtolo.* εἰρήνη. κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου. ἱερο-
συλεῖν, *& quomodo accipiendum. De idololatria, quæ & ſacrilegium ſpirituale.*

DE ordine Epiſtolarum Apoſtoli, tum, quo tempore con-
ſcriptæ ſint ſingulæ, accurate diſputarunt veteres. Inter
cæteros B. Chryſoſtomus. Etiam Epiphanius. qui poſt
alia, quæ de his aduerſus Marcionem diſſerit, eam quæ ad
Romanos ſcripta eſt, etiam tum primam ordine fuiſſe te-
ſtatur. Πάντα δὲ τὰ ἀντίγραφα τὰ σῶα καὶ ἀληθῆ, τὴν πρὸς Ῥωμαίους
ἔχουσι πρώτην· οὐχ ὡς σὺ Μαρκίων τὴν πρὸς Γαλάτας ἔταξας πρώ-
την. Diſerte omnia ait exemplaria, quæ fidei alicujus eſſent, primam ordi-
ne eam, quæ conſcripta ad Romanos eſt, exhibuiſſe: ſolo Marcione excepto,
qui Epiſtolam ad Galatas, eo loco ac ordine dignatus erat. E quo patet, nihil
quod ad hanc, de ordine immutatum. Solum Marcionem abiiſſe à cæte-
ris. qui peruerſe ac διαστρόφως, hic quoque ordinem mutarat. Ipſius autem,
de qua agimus, initium tale: Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος, CAP. I.
ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ, ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν γραφαῖς v. 1.
ἁγίαις περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα. De cujus loci & 2.
cum præcedentibus ac ſequentibus difficultate B. Chryſoſtomus monuit.
Qui cauſam τῇ τῆς λέξεως πλοκῇ, ſiue, vocum tribuit connexioni. Ad quam à di-
ſtinctionibus confuſio acceſſit. quæ, vt non ſemel alias, è diuerſo ejus intel-
lectu videntur natæ. Non enim omnes ea verba, quorum initium, ὃ προεπηγ-
γείλατο, finis, κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, aliaque, nota παρενθήκης diſtinguebant. Quæ in
quibuſdam adeo hic neceſſariæ, vt paginam vtranque in autoris hujus ſcri-
ptis faciant. quo cauendum magis ne, vbi non neceſſariæ, adhibeantur. Nos
priuſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ad Rom. priuſquam de toto agamus aliquid, de eo, τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ, videamus. Itaque vt ad res deinde veniamus, τὸ ὁρίζειν, quia etiam de eo dubitari video, Helleniſtis, idem quod גזר nonnunquam Hebræis. quemadmodum apud Iobum, ὁριεῖς ῥῆμα, καὶ στήσεται. Qualis fere ὁρισμὸς, חק Prophetæ dicitur. qui, *Narrabo ipſum decretum, quod Iehoua dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Quanquam idem hic potius, quod φανερὸν ποιεῖν: à quo non longe antiqui abeunt Theologi, qui ἐπιγνωσθέντος exponunt. Quod tale eſt, ac ſi δηλωθέντος dicas: ne hic de prædeſtinatione ex antiquo interprete agamus. Sed & quod κατὰ Πνεῦμα ἁγιωσύνης dicitur, cum alii, tum Chryſoſtomus ac Græci Scholiaſtæ, de illo Spiritu accipiunt, cui ἁγιασμὸς 2 ad Theſſal. 2. ℣ſ. 13. cui ἀνακαίνωσις ad Titum 3. 5. tribuitur. B. Chryſoſtomus, ἀπὸ τοῦ Πνεύματος, ὅπερ ἔδωκε τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν, καὶ δι' οὗ πάντας ἁγίους ἐποίει. Scholiaſtæ, καὶ ἐκ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, φησὶν, ὃ παρέχει τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν. quæ an locum hic habeant, nondum dico: magis certe haberent, ſi illud κατὰ cauſaliter, δι' οὗ, interpretati eſſent. Quod enim recentior interpres, qui de diuina hoc, ſiue, altera intelligit natura, (vt & è veteribus Theologis nonnulli) hic notauit, *Ego vero* κατὰ Πνεῦμα, *pro*, Πνεύματι, *vel*, διὰ τοῦ Πνεύματος, *nuſquam memini legere*, an procedit? Quid ſi enim κατὰ Πνεύματος ἐξουσίαν, dixiſſet an ſic aliud, aut minus recte dixiſſet? vt apud Marcum, ex ſententia quorundam, Τί ἐστι τοῦτο; τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη, ὅτι κατ' ἐξουσίαν καὶ τοῖς πνεύμασι τοῖς ἀκαθάρτοις ἐπιτάσσει; quare hoc tantopere hic vrgeri nolim. Sed

Ibid. & quæri poſſet, an quod ſequitur, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, cum eo quod ſequitur, Ἰησοῦ Χριστοῦ, quidam recte jungant, aut ſic intelligant. An enim idem ſit ἀνάστασις νεκρῶν (quod de omnibus ac omnium communi reſurrectione dicitur) & ἀνάστασις Χριστοῦ ἐκ νεκρῶν, quod peculiarem efficit articulum, vbi Chriſto in Symbolo tribuitur? cum alteram, ex vſu linguæ & Eccleſiæ, vitandæ, quæ hic oritur, confuſioni, Χριστοῦ ἀνάστασιν, alteram ἀνάστασιν σαρκὸς, alteram item, Χριστοῦ ἀνάστασιν ἐκ νεκρῶν, alteram, ἀνάστασιν νεκρῶν dici (quam & reſurrectionem generalem B. Hieronymus vocauit) nemo neſciat. Ita reſurrectio, quæ Dei Filio tribuitur, Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀνάστασις Actor. 4. 33. altera, τῶν νεκρῶν ἀνάστασις ibid. ℣ſ. 2. dicitur. Vbi autem ἀνάστασις νεκρῶν, vnius Chriſti reſurrectio dicatur, aut, vt propius accedam, vbi vnius Chriſti reſurrectio, Χριστοῦ ἀνάστασις νεκρῶν, id eſt, ἐκ νεκρῶν, dicatur, adhuc quæro. nam quid huc locus 1 ad Cor. 15. 42. ad Hebræos item 6. 2. ſimileſque faciant, non aſſequor. Et ſi hoc voluit Apoſtolus, cur non, ἐξ ἀναστάσεως ἐκ νεκρῶν dixit? neque enim geminationem voculæ vitaſſet, vt ambiguitatem ſic tolleret. Sed neque Origines difficultatem hanc non vidit: qui, cum non de vnius ſed plurium hic reſurrectione agi, crederet, de iis qui cum Chriſto reſurrexiſſe in Euangelio dicuntur, id intellexit. quo, nec ordine nec recte, locos illos, quibus, *primogenitus ex mortuis*, *primitiæ* item *dormientium*, dicitur, idem refert. Qui ſi, ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν, ita accipi dixiſſet, vt intelligantur illi, quorum primitiæ Chriſtus fuit, quique ſpiritus illius in reſurrectione & per eam fiunt participes, (quam δευτέραν τῆς ἀναστάσεως κτίσιν antiqui Græcorum Theologi dixerunt,) quemadmodum & Spiritum ſanctificationis hic dici, quod ad vitam ſoli qui ſanctificati ſunt reſurgant, aliud dixiſſet. Cum autem additur, κατὰ Πνεῦμα ἁγιωσύνης, quid hic nouum? Vtrum Chriſto tribui hunc Spiritum, qui & *ſanctificationis* dicitur, cum idem, *Chriſti Spiritus*, Apoſtolo dicatur? An eidem, cum de mortuorum reſurrectione ſermo, ſuas aſſignari partes? quaſi non idem Apoſtolus, reſurrectionem noſtram, cum reſurrectione Domini 1 ad Corinth. cap. 15. ℣ſ. 13. conjungat? Εἰ δὲ ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται, *Si mortuorum reſurrectio non eſt, nec Chriſtus reſurrexit.* Item, *Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivifi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ficabuntur.Vnuſquiſque autem hoc ordine.Primitiæ Chriſtus,poſtea qui ſunt Chri- AD
ſti, & quæ ſequuntur. quo nihil dici efficacius potuit. Vt duo hic conſide- ROM.
ret: reſurrectionem, nempe, capitis, & noſtram: ſicut, capitis ſanctificatio-
nem,& membrorum.quam conjunctim,ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν,dixit.Vtraque enim
Spiritui,imo Chriſti nonnunquam Spiritui,aſſcribitur.Nam de capite,θανα-
τωθεὶς μὲν τῇ σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι: quod & de membris ſuo modo dici
poteſt. Dei igitur Filius, hoc ipſum ἐν δυνάμει, qua de morte triumphauit,
declaratus eſt: qui, & alias, ἐκ δυνάμεως Θεοῦ, ἐν δυνάμει item Θεοῦ, reſurrexiſſe,
ac viuere poſt paſſionem, ſiue mortem, ab Apoſtolo dicitur. καὶ γὰρ εἰ ἐσταυρώθη
ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ. 2 Corinth. 13.4. Addit autem,ἀλλὰ ζησόμε-
θα σὺν αὐτῷ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ εἰς ἡμᾶς. vt magnifice,vt potenter, Dominum, ſan-
ctificationis Spiritu,per reſurrectionem mortuorum, in qua vt præceſſit ipſe,
ita cæteri ſequuntur, Filium Dei declaratum eſſe dicat.Adde quod ἁγιωσύνη,
non ſanctificatio ſemper,quanuis in vno omnium ſanctificata ſit reſurrectio,
ſed vis quoque ac poteſtas, Helleniſtis ſit. Vt πνεῦμα ἁγιωσύνης, πνεῦμα ſit
δυνάμεως. cum τὸ עז, quod potentiam deſignat,ita exprimatur.Tale eſt, ἁγιω-
σύνη καὶ μεγαλοπρέπεια ἐν τῷ ἁγιάσματι αὐτοῦ. Pſalm. 95. vt τὸ ἐν δυνάμει, & τὸ, κατὰ
πνεῦμα ἁγιωσύνης, efficaciter cohæreant. Quam autem noſtra firmiter cum
Chriſti connectatur ac cohæreat, nemo elegantius Gregorio Nyſſeno pro-
bauit. qui non ſecus, quam in corpore noſtro, vbi vna pars quæ ſentit, in
conſenſum idem ſentiendi corpus vniuerſum, quod cum hac cohæret par-
te, trahit, capitis noſtri reſurrectionem, plane ac ſi vnum animal com-
munis natura eſſet, ejuſque vim, ad omnes tranſire,ait. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἄλλοθεν,
ἀλλ' ἐκ τοῦ ἡμετέρου φυράματος ὁ θεοδόχος ἄνθρωπος ἦν, ὁ διὰ τῆς ἀναστάσεως συνεπαρθεὶς
τῇ θεότητι, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς σώματος ἡ τοῦ ἑνὸς τῶν αἰσθητηρίων ἐνέργεια πρὸς πᾶσαν
τὴν αἴσθησιν ἄγει τὸ ἡνωμένον τῷ μέρει· οὕτως καθάπερ ἑνός τινος ὄντος ζώου τῆς φύσεως,
ἡ ἐκ τοῦ μέρους ἀνάστασις ἐπὶ τὸ πᾶν διεξέρχεται τὸ συνεχὲς καὶ τὸ ἡνωμένον τῆς φύσεως, ἐκ τοῦ
μέρους ἐπὶ τοῦ ὅλου συνδιδόμενον. Quem locum,cujus mentem obiter jam diximus,
tanti fecit,vt in Ἀπαθεῖ ſuo adducendum Theodoretus putauerit.Hæc vt pro
Chryſoſtomi Græcorumque dici ſententia poſſunt,ita nondum ab iis abeo,
qui ad diuinam id referunt naturam. quod & τὸ κατὰ σάρκα ſuadet. Idem diffi-
cultatem quoque objecit Syro: qui pro iis quæ diximus,*per virtutem & per*
Spiritum Sanctum, quia ex mortuis reſurrexit, dicere maluit. Nam B.Auguſti-
nus poſtquam diu in ipſo verborum ordine ſe torſit, tandem infert, *Poteſt*
quidem etiam hic eſſe ordo verborum, vt non ad Spiritum ſanctificationis adjun-
gamus,quod ait, ex reſurrectione mortuorum, ſed ad id, quod ait,prædeſtinatus eſt.
Vt ordo ſit, *qui prædeſtinatus eſt ex reſurrectione mortuorum. Cui ordini inter-*
poſita ſunt hæc, Filius Dei in virtute, ſecundum ſpiritum ſanctificationis. Et, ni-
mirum, iſte ordo certior & melior videtur. vt ſit filius Dauid, in infirmitate ſe-
cundum carnem, filius autem Dei in virtute, ſecundum ſpiritum ſanctificationis.
Quo ſenſu, non *virtutem* ſed *potentiam*, nec *prædeſtinatum*, ſed, *declaratum*
potius, cum recentiori dicam. quanquam nec *potenter* cum eo, ſed *in poten-*
tia,aut,*per potentiam*,quod efficacius.Eidem autem aliiſque,quid perſuaſerit,
vt tot παρενθήκας adhiberent,nondum certe video.Simplex ordo talis: Παῦλος,
δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς Ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ, πᾶσι τοῖς οὖσιν
ἐν Ῥώμῃ. &c.Ita vt includantur cætera,hoc modo: Παῦλος, δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ,
κλητὸς Ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ (ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφη-
τῶν αὐτοῦ ἐν γραφαῖς ἁγίαις, περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρ-
κα, τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, Ἰη-
σοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν
πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ἐν οἷς ἐστὲ καὶ ὑμεῖς κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ) πᾶσι
τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ, ἀγαπητοῖς Θεοῦ, κλητοῖς ἁγίοις. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς
ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Vt deinde ad rem veniat, Πρῶτον μὲν εὐχαριστῶ, &c.

Ad Rom. Simpliciſſime. Quis enim ferat tot parentheſes quot verba fere? Vt mens & ordo, quem ſic verba præ ſe ferunt, hic ſit: *Paulus, ſeruus Ieſu Chriſti, vocatus Apoſtolus, ſeparatus ad Euangelium Dei (quod ante promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis Sacris, de Filio ſuo, qui factus eſt ex ſemine Dauidis ſecundum carnem, qui declaratus eſt Filius Dei, ſecundum Spiritum ſanctificationis, per reſurrectionem mortuorum; Ieſu Chriſto, nempe, Domino noſtro, per quem accepimus gratiam, & Apoſtoli munus, ad obedientiam fidei in omnibus gentibus, pro ipſius nomine, inter quas & vos eſtis, vocati Ieſu Chriſti) omnibus, qui Romæ ſunt, dilectis Dei, vocatis, Sanctis. Gratia ſit vobis & pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.* Ea lege, ſcilicet, vt totum, quod extra parentheſin, inſcriptionis ſit loco. Ac ſi dicas, ΠΑΥΛΟΣ ΤΟΙΣ ΡΩΜΑΙΟΙΣ ΤΟΙΣ ΕΚΛΕΚΤΟΙΣ ΧΑΙΡΕΙΝ. Ita interim, vt & qui ſcribit, & ad quos ſcribit, munere & vocatione diſtinguantur. reliqua enim, quæ de Euangelio, dignitate ejus ac ſubjecto, manifeſte inſeruntur. Vt & illud maneat, de quo ante monui, quomodo ἀνάστασις νεκρῶν de ſolo Chriſto dicatur, quanuis à Chriſti noſtra pendeat, ſatis non videre me. Non quod ignoremus illud, ἐπειδὴ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν. Sed an ideo vnius Chriſti reſurrectionem, ἀνάστασιν νεκρῶν, *reſurrectionem mortuorum*, dixit? quanuis tanta ejus vis atque efficacia, vt recte priore ad Corinthios quam ſcripſit Clemens, Apoſtolos, πληροφορηθέντας διὰ τῆς ἀναστάσεως Κυρίου, *plena certitudine, per reſurrectionem Domini*, ad prædicationem Euangelii acceſſiſſe dicat. Quod ergo ſequitur, Πρῶτον μὲν εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ipſam ἀναβολήν, ſiue, initium, Epiſtolæ ſequentis, recte dicas. Quæ nec male παραινετική, vt late id ſumatur, dici poteſt. Magiſtri quippe antiqui qui de forma epiſtolica ſcripſerunt, cum in varias eam ſpecies, ſeu, προσηγορίας (ita quippe vocant) ſubtiliter diſtinguunt, eas, in quibus certa, quæque nullam admittunt controuerſiam, tractantur, παραινετικάς, in quibus diuerſa, συμβουλευτικάς dixere. Ita, exempli cauſa, ſi quis de ſuſcipiendo bello ſcribat, idque ſuadeat, συμβουλεύειν dicitur. controuerti enim quod ſuadet ac diſputari poteſt. Qui pietatem contra, aut colendum eſſe Deum (ὅτι δεῖ τιμᾶν τὸ θεῖον, dicunt illi) ſuadent, παραινεῖν, non συμβουλεύειν, ſed & epiſtola, quæ talis, παραινετική ab illis dicitur. Quo non minus certa, quanquam minus per ſe nota, quæ de Lege hic & gratia, de fructu fidei, de mortis ac reſurrectionis Chriſti efficacia, aliaque ejuſdem generis, dicuntur: quæ & ἀναντίρρητα, nec controuerſiam admittunt, quod autoritate, vt Theologi

℣ſ. 18. loquuntur, ἐγγράφῳ, hoc eſt, ſcripta, nitantur. Capite eodem cum dicitur, Ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ Θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων, τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων, an non ἀδικία eſt שקר, *fraus, mendacium?* Ita certe, & quidem paſſim, Helleniſtæ. Vt οἱ τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατέχοντες, ii ſint, qui veritatem fraudulenter, vel mendacio, conſtrictam tenent. qualis totus Dei cultus ſub paganis erat. Ita, quod poſtea, οἵτινες μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει, ſuo more, ἐν τῇ ἀδικίᾳ, Helleniſtæ dicerent. Nec multum abeunt interpretes Græci, cum ἀδικίαν, τὴν τῶν εἰδώλων ἀπάτην, ἀλήθειαν, τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν, interpretantur. Adeo, vt, quod lingua Helleniſtica, quæ Hebræa potiſſimum nititur, docere eos non poterat, mens Apoſtoli, & ἀκολουθία loci, pro-

℣ſ. 24. bauerit. Eodem capite quod dicitur, Διὸ καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν εἰς ἀκαθαρσίαν, præterquam quod grauiſſimam peccati pœnam peccatum eſſe docet, carnalem plerunque impuritatem cum ſpirituali abominatione conjunctam fuiſſe, innuit. Quemadmodum & Principes, à pietate commendati, vtranque ſimul ſuſtulerunt. Exemplo ſit Aſa 1 Regum 15. qui ſimul & הקדשים, ſiue, *ſcorta maſcula*, vt ibi interpretantur, & הגלולים, ſiue, *idola*, ſuſtuliſſe memoratur. Helleniſtæ, τετελεσμένους καὶ βδελύγματα, dixerunt. *Suſtulit enim ſcorta maſcula de terra: & vniuerſa abſtulit idola quæ fecerant patres ejus.* Quæ duo apud gentes locum ſimul, ad exemplum iræ

diuinæ

diuinæ juſtitiæque habuerunt. Adeo, vt ſordes ſuas & ἀῤῥήτους amores, Diis Ad
ſuis anteferrent. Vt in illo Q. Catulus: Rom.

Conſtiteram exorientem auroram forte ſalutans,
Cum ſubito à læua Roſcius exoritur.
Pace mihi liceat cæleſtes dicere veſtra,
Mortalis viſus pulchrior eſſe Deo.

Quæ, vt vt eleganter dici videantur, ſine horrore legi vix poſſunt, ideoque
vera eſſe probant quæ ab Apoſtolo dicuntur. Paulo poſt cum legitur, αἵ τε γὰρ ℣ſ. 26.
θήλειαι αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν, haud dubio τὰς ἐνηλλα-
γμένας intellexit, vt ab Aquila vocantur. Quæ ſunt deteſtandæ illæ καὶ ἄῤῥητοι
tribades, in quarum numero & Sappho cenſetur. Quemadmodum & mares
illi quos ſubjungit, qui μετήλλαξαν τὴν φύσιν, *proprium mutarunt ſexum,* vere
ἐνηλλαγμένοι facti ſunt. quos קדשים Hebræi dicunt. De quibus B. Hieronymus
ad Oſeæ 4. *Aquila* ἐνηλλαγμένους *interpretans, id eſt, mutatos, hoc oſtendere vo-*
luit, quod naturam ſuam mutauerint, & de viris facti ſint fœminæ. Capite ſe- Cap. II.
cundo verſu 4. cum Apoſtolus dixit, Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς,
καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει; ℣ſ. 4.
nouum non eſt, quod πλοῦτον τῆς χρηστότητος dixit, vt gentiles quoque, inter
quos Simplicius in diſputatione De Bono & Malo, ad Epicteti Enchiri-
dion, ita locutus ſit. Ἵνα ἅμα μὲν ὁ πλοῦτος τῆς τοῦ πρώτου ἀγαθότητος, πάντα
παράγῃ τὰ ἀγαθὰ, ὅσα δυνατὸν ἦν ὑποστῆναι· ἅμα δὲ τέλειος ὁ κόσμος ἀποτελεσθῇ, μὴ
τὰ πρῶτα μόνα καὶ τὰ μέσα ἔχων, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔσχατα, ὅπερ ἴδιόν ἐστι τῆς τελειότητος. Eo, qui
non ita multo poſt ſequitur, loco, Δόξα δὲ, καὶ τιμὴ, καὶ εἰρήνη, παντὶ τῷ ἐργα- ℣ſ. 10.
ζομένῳ τὸ ἀγαθὸν, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι, Ἕλληνας, non, vt vulgo, idolola-
tras dici ac paganos, Peluſiota notat, ſed quos εὐσεβεῖς dicebant. qui per
ſeſe innocenter, ſcilicet, ac pie, etiam inter Iudæos, ſine ſuperſtitionibus
Iudaicis viuebant: qualis Cornelius ille Actorum 10. qui priuſquam ne-
ceſſaria ad fidem è Petro audiuiſſet, εὐσεβὴς dicitur. Ἕλληνας, ἐνταῦθα, in-
quit, φησὶν, οὐ τοὺς εἰδωλολάτρας, ἀλλὰ τοὺς εὐσεβεῖς, τοὺς ἐν τῷ ἐμφύτῳ πολιτευομέ-
νους νόμῳ, τοὺς ἄνευ τῶν Ἰουδαϊκῶν παρατηρήσεων πάντα τὰ πρὸς εὐσέβειαν βλέποντα παρα-
φυλάσσοντας· οἷοι ἦσαν, Μελχισεδὲκ, Ἰὼβ, Κορνήλιος. *quales erant,* inquit, *Melchiſe-*
dec, Iob, Cornelius. quod eorum opinionem confirmat, qui, quod ſequi-
tur, Οὐ γάρ ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ Θεῷ, non tam ad homines, quam ad ex- ℣ſ. 11.
ternas qualitates, quales ſunt, genus, patria, ſimiliaque, referendum volunt.
quemadmodum in eo quod præcedit, Δόξα δὲ καὶ τιμὴ καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζο-
μένῳ τὸ ἀγαθὸν, illud εἰρήνη more Hebræorum accipiendum eſſe, vix dubitan-
dum. vt ſalutem potius deſignet quam pacem. Eodem capite cum dicitur, Ἐν
ἡμέρᾳ ὅτε κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, vno verbo mentem ℣ſ. 16.
Apoſtoli magnus Chryſoſtomus expreſſit, qui, τοῦτο γάρ φησι τὸ κήρυγμα ταῦτα
προαναφωνεῖ. vt dicat, *hanc de ſupremo judicio doctrinam, partem ejus eſſe quam*
prædicaret. Interpres Vetus, *ſecundum euangelium meum.* Recentior, *ex euan-*
gelio meo. de quo judicent eruditi. B. Hieronymus ad Eſaiam, *quando judi-*
cabit Dominus abſcondita hominum, ſecundum euangelium Ieſu Chriſti. Vt illud,
quod Apoſtolus ſcribit, veritate judicii comprobetur. Ex his autem ſimilibuſque
locis profluxiſſe videtur, vt antiqui Εὐαγγελίου nomine ſcripta Apoſtoli ci-
tarent. Clemens Epiſtola ad Corinthios, Ἀναλάβετε τὴν ἐπιστολὴν τοῦ μακαρίου
Παύλου τοῦ Ἀποστόλου. Τί πρῶτον ὑμῖν ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου ἔγραψεν; ἐπ' ἀληθείας πνευ-
ματικῶς ἐπέστειλεν ὑμῖν περὶ αὐτοῦ τε, καὶ Κηφᾶ, καὶ Ἀπολλώ. *Epiſtolam beati Pauli Apo-*
ſtoli in manus ſumite. Quid primum vobis ſtatim initio Euangelii ſui ſcripſerit,
perpendite. Certe ex inſpiratione diuina vobis per epiſtolam de ſe ipſo, de Cepha, &
Apollo ſignificauit &c. Locum autem 1 ad Corinth. 1. 12. tangit. è quo ſuſpi-
cari forte quis poſſet, primam ordine, quæ prior nunc eſt ad Corinthios,
tunc habitam. Eodem capite, cum ab Apoſtolo dicitur, ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν, ℣ſ. 22.

Ad Rom. μοιχεύεις; ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, ἱεροσυλεῖς; Quæritur, quare non, vt hactenus, in eadem voce manſerit, qui de furto ac ſcortatione egit hactenus. quid ſi autem, quemadmodum idololatria πορνεία paſſim dicitur, quia ſpiritualis eſt πορνεία, ita hoc loco ἱεροσυλία vſurpatur? Spirituale enim ſacrilegium, idololatria eſt. Quare? quia Deo eripit quod debet. *Qui abominaris idola*, inquit, *quomodo idola colis, & honorem, qui debetur Deo ſoli, Deo eripis?* Mirifice inuoluit ſe interpres Græcus, qui ad εἰδωλόθυτα eorumque vſum, hoc trahit. Adde quod cum ante de furto, deinde de ſcortatione egerit, nunc, ſi interpretibus credimus, iterum de furto, ſiue, ejus ſpecie, hic agat. Tum autem quid commune idolorum habet deteſtatio ac ſacrilegium ſimpliciter ſic dictum? Sed quod dixi, alienum non eſt. Vt mens ſit, ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν, μοιχεύεις; ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, τοῖς εἰδώλοις λατρεύεις; *Itane, qui non mœchandum dicis, mœcharis? qui idololatriam deteſtaris, hanc ipſam, quæ eſt verum ſacrilegium, committis? qui, cum idolis quod veri Dei eſt tribuis, Deo, quod illius eſt, eripis?* Adde quod ſacrilegii crimen juriſconſulti Romani, ἱεροσυλίας Græci, etiam ad eos qui conſtitutiones Imperatorum ac præcepta violant, extendunt. Inter alia titulo Codicis De crimine ſacrilegii. vbi crimen hoc incurrere prouincialis dicitur, qui ſine imperatoris conſenſu, adminiſtrationem prouinciæ deſiderat: quia imperatori eripit quod ejus eſt. Quanto autem magis Deo, qui Deo tribuit, non Deo, quod Dei eſt. quæ lex & in Græcorum Baſilicis non multo aliter expreſſa extat. Quid quod ibidem, *qui diuinæ legis ſanctitatem, aut neſciendo omittunt, aut negligendo violant, ſacrilegium committere*, dicuntur? Inter quos idololatra primus. quemadmodum alibi, vt & in Edicto Theodorici, qui Dominico die aut Paſchalibus, aliquem conueniunt, criminis hujus rei habentur. qui & Deo quod ejus eſt eripiunt. Aliter tamen Chryſoſtomus, aliique qui eum è veteribus ſequuntur, ad eos referunt, qui, cum idola deteſtarentur, quæ in templis eorum conſecrata iis eſſent, auaritia victi contrectabant, aut in vſum conuertebant ſuum. Quo & reſpexiſſe Syrus videtur, qui, *ſpoliare* בית מקדשא, *domum ſanctuarii*, aut, *ſanctam*, dixit.

Cap. II.

Licentia veterum in mutando Fœderis antiqui contextu ex hoc loco notata. Hæſitatio ex eo B. Hieronymi. cujus diſtinctiones eodem loco ac verſus, quam prope acceſſerint ad noſtros, notatum. Helleniſtarum lingua peculiaris. συνεμπτώσεις *in linguis quanquam diuerſis. Euripidis locus, & an in eo Hebraiſmus. Auguſtini* παρόραμα. ἐκκλείειν, *excludere Latinis, de argentariis. quod an locum hic habeat. Locus, 68. ℣ſ. 31. Pſalmi mirifice ab eo expoſitus. vt & alter è duodecimo.*

Cap. III. ℣ſ. 13. AD alia nunc veniemus: ea lege, vt cum venia nonnihil in hoc loco ſubſiſtamus. è quo veterum quorundam licentia apparet: qui ſex verſus proxime ſequentes, pſalmo decimo & tertio, non ex Hebræo, ſed Pauli loco, extra ordinem inſeruerunt. cum, ne in Hexaplo quidem extitiſſe Græci moneant. Quo magis mirum, B. Hieronymum (quem autem virum!) qui ad manus textum habuit Hebræum, è confeſſione propria ad Eſaiam æſtuaſſe, cum ab Euſtochio hic vrgeretur, &, *ſtuporem mentis*, vt ibi loquitur, *vultus, pallore ſignaſſe.* Locus autem ipſe eſt, qui tertii hujus capitis verſu decimo legitur & tertio, Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν. Nunc B. Hieronymum audiamus: cujus verba, Præfatione libri decimi & ſexti, ad Prophetam, quem jam dixi, extant. Qui præclare, quantum inter interpretationem κοινὴν, καὶ τῶν ἑβδομήκοντα, intereſſet, docuit, cum concludit, *Non tam Apoſtolum de Pſalmo tertio decimo ſumpſiſſe, quod in*

Hebraico

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Hebraico non habetur, quam eos, qui artem contexendarum inter ſe ſcripturarum Apoſtoli neſciebant, quæſiſſe aptum locum, vbi aſſumptum ab eo peterent teſtimonium, quod abſque autoritate poſitum in Scriptura non putabant. Denique, omnes, inquit, *Græciæ tractatores, qui nobis eruditionis ſuæ in Pſalmos commentarios reliquerunt, hos verſiculos vna annotant atque prætereunt: liquido confitentes, in Hebraico non haberi, nec eſſe in ſeptuaginta interpretibus, ſed in editione vulgata, quæ Græce* κοινὴ *dicitur, & in toto orbe diuerſa eſt.* Neque ex vllo B. Hieronymi loco magis fortaſſe apparet, quam parum inter ejus noſtroſque verſus, hoc quidem loco, intereſſet, cum ſcribit, *Ilico non paruam mihi quæſtiunculam detuliſti, quòd, ſcilicet, octo verſus, qui leguntur in Eccleſiis, & in Hebraico non habentur, tertii decimi Pſalmi, Apoſtolus vſurparit,* ſcribens ad Romanos. Hieronymi ergo verſus fuerint, AD ROM.

1 ΤΑ'ΦΟΣ Α'ΝΕΩΙΓΜΕ'ΝΟΣ Ὁ ΛΑ'ΡΥΓΞ ΑΥ'ΤΩ͂Ν.
2 ΤΑΙ͂Σ ΓΛΩ'ΣΣΑΙΣ ΑΥ'ΤΩ͂Ν Ε'ΔΟΛΙΟΥ͂ΣΑΝ.
3 Ι'Ο`Σ Α'ΣΠΙ'ΔΩΝ Υ'ΠΟ` ΤΑ` ΧΕΙ'ΛΗ ΑΥ'ΤΩ͂Ν.
4 Ὧ͂Ν ΤΟ` ΣΤΟ'ΜΑ Α'ΡΑ͂Σ ΚΑΙ` ΠΙΚΡΙ'ΑΣ ΓΕ'ΜΕΙ.
5 Ο'ΞΕΙ͂Σ ΟἹ ΠΟ'ΔΕΣ ΑΥ'ΤΩ͂Ν Ε'ΚΧΕ'ΑΙ ΑἿΜΑ.
6 ΣΥ'ΝΤΡΙΜΜΑ ΚΑΙ` ΤΑΛΑΙΠΩΡΙ'Α Ε'Ν ΤΑΙ͂Σ Ὁ'ΔΟΙ͂Σ ΑΥ'ΤΩ͂Ν.
7 ΚΑΙ` Ὁ'ΔΟ`Ν ΕΙ'ΡΗ'ΝΗΣ ΟΥ'Κ Ε'ΓΝΩΣΑΝ.
8 ΟΥ'Κ Ε'ΣΤΙ ΦΟ'ΒΟΣ ΘΕΟΥ͂ Α'ΠΕ'ΝΑΝΤΙ ΤΩ͂Ν Ο'ΦΘΑΛΜΩ͂Ν ΑΥ'ΤΩ͂Ν.

Cum in Pſalmos idem vir doctiſſimus, oblitus ſui, ſcribat, poſtquam verba hæc, *Sepulchrum patens,* adduxit, quæ *ab hoc verſu, vſque ad eum, vbi dicit, non eſt timor Dei in conſpectu oculorum eorum, in Hebræis codicibus non habentur.* vt, quæ ſequuntur, omittam: cum ne poſtremus quidem in Hebræo extet. Verſum enim Pſalmi tertium, πάντες ἐξέκλιναν, qui eſt duodecimus Apoſtolo, ſequitur quartus: cujus initium, οὐχὶ γνώσονται πάντες οἱ ἐργαζόμενοι ἀνομίαν. vt excludantur omnes quos jam dixi. In Hebræo enim ordo talis, πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. Οὐχὶ γνώσονται πάντες οἱ ἐργαζόμενοι &c. Ita tamen, vt inſerta etiam hodie vetus Latina in Pſalmis ſeruetur interpretatio. Porro, quemadmodum longe ab eorum abeſſe nos ſententia fatemur, qui eandem eſſe linguam, qua conceptum Fœdus Nouum eſt, cum ea, qua vtuntur Græci ſcriptores, exiſtimant, cum perpetuis altera abundet Hebraiſmis, altera recepto Græcis more loquatur, ita non negarim, συνεμπλώσεις eſſe quaſdam, etiam earum, quæ diuerſæ ſunt, linguarum, quæ ſubinde tamen fallunt. Quis etenim, exempli cauſa, Hebraiſmum eſſe dubitet, & quidem verum, οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, *Non eſt timor Dei ante oculos earum,* vt interpres vetus reddit? Quis autem cum Euripides Medea dixit, Δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστ' ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν, *Non eſt juſtitia in oculis hominum,* non eundem Hebraiſmum eſſe exiſtimet? cum potius hoc voluerit poëta, ex oculis ac vultu de moribus hominum ferri ſententiam non poſſe. Locus ipſe eſt,

Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων,
Μή μοι τι μέμψησθ'· οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν
Σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο,
Τοὺς δ' ἐν θυραίοις· οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς
Δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥαθυμίαν.
Δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστ' ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν.
Ὅστις πρὶν ἀνδρὸς σπλάγχνον ἐκμαθεῖν σαφῶς,
Στυγεῖ δεδορκώς, οὐδὲν ἠδικημένος.

Quod nos charactere antiquo ita reddebamus:

Domo profecta ſum, Corinthiæ nurus.
Præfiſcine opto. quippe mortaleis ſcio

Ad Rom.

Gnauos peregri ſe dediſſe plurimos,
Suos & inter. quoſque pellexit quies,
Cluiſſe inertis candidatos ocii.
Augurium ab oculis namque vix bili reor.
Erratque, qui nec læſus odiſſe inſtitit,
Nec ante in ipſa ſe penetrat pectora.

Quam mentem & interpres Græcus expreſſit: longe aliam, quam verba præ ſe ferre parum attentis videntur. quod eorum cauſa monui, qui ad Hebraiſmos trahunt quæ non aſſequuntur. Pergamus. Nihil quidem magis commendatum eruditis eſſe debet quam exiſtimatio S S. Patrum & lectio. Inprimis vero Auguſtini, qui inſtar omnium, in controuerſiis præſertim ſui temporis, præclare & cum cura verſatus eſt. Quem tamen quis non miretur, & à ſe & ab aliis non parum receſſiſſe, cum ad hunc locum ſcripſit, *Vbi eſt ergo gloriatio? Excluſa eſt. Per quam legem? Factorum? Non, ſed per legem fidei. Siue gloriationem dixerit laudabilem, quæ in Domino eſt. Eamque excluſam. id eſt, non vt abſcederet, pulſam, ſed, vt emineret, expreſſam. Vnde & excluſores dicuntur quidam artifices argentarii. Hinc eſt & illud in Pſalmis, Vt excludantur hi qui probati ſunt argento: hoc eſt, vt emineant qui probati ſunt eloquio Dei. Nam & alibi dicitur, eloquia Domini, eloquia caſta: argentum igne examinatum.* Quid enim τὸ ἐκκλεῖσαι, hoc loco ad Latinæ vocis *excludendi* vſum, cum de artificibus, vt ipſe loquitur, argentariis vſurpatur? Quid autem iſta gloriatio, ad argentarios aut artifices, de quibus Iuriſconſulti agunt, cum, *Gemmam alieno incluſam auro, vel, ſigillum candelabro, vindicari poſſe*, negant, *ſed vt excludatur, ad exhibendum agi poſſe*, affirmant. Et quomodo, quæ excluditur gloriatio, exprimi dicitur, vt emineret? Cum ſimpliciter hoc velit, nullum gloriationi eſſe locum: aut, gloriationem eſſe ἄκαιρον: quod eodem redit. Quemadmodum inquit B. Chryſoſtomus, cum judicium inſtat, pœnitentiæ non eſt locus, aut, vt ille loqui amat, tempus. Ἐξεκλείσθη, inquit, ὅπερ ἀκαιρίας ἐστὶ μᾶλλον· οὐκέτι γὰρ ἔχει καιρόν. Et quem locum hic habet ille ex Pſalmis, qui nunc 68. ✝ſ. 31. in vulgata legitur interpretatione, *Increpa feras arundinis. congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos qui probati ſunt argento?* Quid enim aliud Propheta voluit, niſi, vt diſſipentur illæ quaſi ex arundineto feræ, quæ in bella ruunt, & argento ſe oſtentant? cum in Hebræo ſit, *congregationem* אבירים (quod nonnulli *fortes* interpretantur) *cum vitulis populorum, extollentem ſe in fragmentis argenti.* Sed & vt ſequamur Helleniſtas, apud quos legitur, τοῦ ἐκκλεισθῆναι τοὺς δεδοκιμασμένους τῷ ἀργυρίῳ, *vt excludantur probati argento*, quem locum hic habebit illud, *qui probati ſunt eloquio Dei?* Et quem locum alter ex Pſalmo 12. hic habet, *Eloquia Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum?* An ex illo enim, eorum qui aliquid ſibi vindicant, excludi gloriationem probatur? Et quid hæc ad doctrinam, ſiue, legem, operum & fidei? Qui hæc ac ſimilia non miratur, nunquam tanti viri magnitudinem, vt debet, intellexit.

Cap. IV. ✝ſ. 12. Capite quarto, cum dicitur, ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ πίστεως τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ, *ſed & iis qui incedunt*, recentiores aliter legiſſe dicas, qui, *ſed qui etiam incedunt:* ac ſi, ἀλλὰ τοῖς καὶ στοιχοῦσιν, aut ſimile, inueniſſent. Certe vt 2 ad Corinth. 12. 18. οὐ τῷ αὐτῷ πνεύματι περιεπατήσαμεν; οὐ τοῖς αὐτοῖς ἴχνεσι; ita, καὶ τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσιν, hoc loco.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

CAP. III.

Capita aliquot ſequentia percurruntur. Locus, Μόλις γὰρ ὑπὲρ τοῦ δικαίου τις ἀποθα-
νεῖται. *&c. vtrumne in eo aliquid mutandum. Lectio* ὑπὲρ ἀσεβῶν, *pro* ὑπὲρ
δικαίων, *vehementer recentiori probata interpreti, & an admittenda. loci
mens & diſtinctio. Aliam lectionem ſequutum videri Epiphanium. ejuſdem-
que mirifica aduerſus Marcionem interpretatio. Locus,* Διὰ τοῦτο ὥσπερ δι' ἑνὸς
ἀνθρώπου, *& in eo,* Διὰ τοῦτο, *quomodo accipiendum. Longa* παρενθήκη, *& cum quo
vndecimus ac duodecimus cohæreat verſiculus.* Ἁμαρτία δ' οὐκ ἐλλογεῖται. *Locus,*
Ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος. βασιλεύειν *quid, & quomodo accipiendum hoc loco.* ἀπὸ
Ἀδὰμ, *& quomodo dicatur. Lex quam acceperat Adamus. Locus,* Τὸ γὰρ τέλος
ἐκείνων θάνατος, *& quid eo loco* τέλος. *Locus,* Ἀποθανόντος ἐν ᾧ κατειχόμεθα.
*Chryſoſtomi opinio. Interpretum hallucinatio. Loci interpretatio, & quid
intelligendum:* ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος, *nimirum. Locus,* Εὑρίσκω ἄρα τὸν νόμον θέ-
λοντί μοι ποιεῖν. *&c. ejus quæ mens ac interpretatio. Luctam hominis, cum bo-
num faciendum, etiam paganis notam.* Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, *gratia Dei. Alia
Fulgentii & diuerſa à Græco interpretatio.*

CApite quinto ad locum iſtum, Μόλις γὰρ ὑπὲρ δικαίου τις ἀποθανεῖται·
ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν, mirum eſt, quas nugas CAP. V.
quidam è veteribus, vt pridem annotauit B. Hieronymus, jam olim ℣ſ. 7.
effuderint. quas qui volet Quæſtione ad Algaſiam ſeptima inueniet. Qui
vir erudititiſſimus, vt hic defungeretur, τὸ ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ, quod quidam de
Chriſto interpretati fuerant, *pro re bona*, vertit. Quis autem ferat, quod
tantopere commendant eruditi, vt pro, ὑπὲρ δικαίου, ὑπὲρ ἀσεβῶν, lega-
mus. cum hoc ſit, quod diſerte ab Apoſtolo negatur. Quanto melius vir
ſummus Chryſoſtomus, cui omnia quæ ad interpretationem contextus, ex
facili naſcuntur: Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν, Εἰ γὰρ ὑπὲρ ἀνδρὸς ἐναρέτου οὐκ ἂν ἕλοιτό τις
ταχέως ἀποθανεῖν, ἐννόησον τοῦ δεσπότου σου τὴν ἀγάπην, ὅταν μὴ ὑπὲρ ἐναρέτων αὐτὸς,
ἀλλ' ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν καὶ ἐχθρῶν, φαίνεται σταυρωθείς. Quod ait, tale eſt: *Si enim
pro homine virtute prædito haud facile quis moritur, Domini tui caritatem mihi
cogita, qui non pro virtute præditis, ſed peccatoribus hoſtibuſque ſuis, cruci eſt affi-
xus.* Vbi τὸ μόλις καὶ ταχέως recte opponi vides: atque ἀντὶ τοῦ τάχα, hic accipi.
Quæ vocula non recte accepta, etiam diſtinctionem hic turbauit ac difficul-
tatem auxit. cum ita diſtinguendus ſit locus: Μόλις γὰρ ὑπὲρ δικαίου τις ἀποθανεῖ-
ται· ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν; Hoc eſt, *Vix pro juſto quis mo-
ritur. imo, & pro bono, quis facile mori audet?* interrogandi nota. Quis autem
dubitat, quin hoc vrgeat, hoc ſolum agat Apoſtolus, vt Chriſto hanc præ-
rogatiuam vindicet, ὅτι μόνος ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε: *quod pro peccatoribus,
aut impiis, ſolus ſit mortuus?* Epiphanius (è quo apparet variaſſe codices)
in eo qui præceſſit loco, Ἔτι γὰρ Χριστὸς ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν, κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσε-
βῶν ἀπέθανε, bis τὸ ἔτι in præcedentibus legit. Ἔτι γὰρ Χριστὸς, ὄντων ἡμῶν ἀσθε-
νῶν, ἔτι κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε. E quo infert, vere Seruatorem noſtrum,
non κατὰ δόκησιν, hoc eſt, imaginarie, vt Marcion volebat, mortuum. Τὸ ἔτι,
inquit, καὶ ἀπέθανεν, οὐ δοκήσεως, ἀλλὰ ἀληθείας, ἐστὶ σημαντικόν. Εἰ γὰρ δόκησις ἦν, τίς
χρεία τοῦ ἔτι λέγεσθαι, δυναμένου τοῦ Χριστοῦ πάντοτε καὶ νῦν δοκήσει φαίνεσθαι, καὶ μὴ λέγεσθαι,
ἔτι ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν; ἀπὸ τοῦ γὰρ ἔτι, τὸ, τότε θανεῖν ἀπέδωκεν, ὃς καὶ ἐδικαίωσε τῷ θανά-
τῳ, ἵνα μηκέτι χρείαν ἔχῃ θανεῖν ὁ ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν ἅπαξ ἀποθανὼν, καὶ δι' ἑαυτὸν μηκέτι
ἀποθνήσκων. Illud ἔτι, inquit, & ἀπέθανε, *non imaginationis ſed veritatis notæ ſunt.
Si imaginatio enim eſſet, quid opus voce* ἔτι *eſſet, cum Chriſto ſemper, atque etiam
nunc, eadem tribui poſſit? neque opus eſſet addi, dum adhuc infirmi eſſemus. Cum
enim dixit* ἔτι, *mortuum declarauit eum qui juſtos morte ſua nos fecit: ne opus ite-
rum haberet mori qui pro peccatoribus mortuus eſt ſemel, quique pro ſe ſecundo
non*

Ad Rom. *non moritur.* Cum ea repetitione opus hic non ſit: quæ ſcribis potius ſit
aſſcribenda. Et quare, cum inferre hoc vellet, τὸ κατὰ καιρὸν, quod Apo-
ſtolus hic addit; non vrgebat? quod reuera enim non eſt, nec in ſuo
tempore nec alieno eſt. Cur non aliter vrgebat illud, ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν;
quippe, ſi reuera mortuus non eſt Chriſtus, ne nos quidem ab infirmi-
tate illa vere liberati ſumus: & ſi τῇ δοκήσει mortuus eſt Chriſtus, nos ab hac
infirmitate, de qua loquitur Apoſtolus, τῇ δοκήσει liberati ſumus. Εἰ γὰρ τῷ δοκεῖν
ἐν σώματι γέγονεν ὁ Κύριος, κἀγὼ τῷ δοκεῖν δέδεμαι. *Si opinione in corpore verſa-
tus eſt Dominus, etiam ego opinione ſum vinctus,* inquit Ignatius. imo, & opi-
nione liberatus. Qui addit, Ἀλλ' οὐ τῷ δοκεῖν, ἀλλὰ τῷ ὄντι πάντα ὑπομένω διὰ
Χριστὸν, εἰς τὸ συμπαθεῖν αὐτῷ· αὐτοῦ με ἐνδυναμοῦντος· οὐ γάρ μοι τοσοῦτον θέλω. *Verum,
non opinione, ſed reuera, Chriſti cauſa omnia ſuſtineo: qui, vt cum eo patiar,
ipſe vires addit mihi, quibus deſtituor.* quis enim id, cujus vim vere expe-
riuntur pii, non reuera eueniſſe, niſi impius, exiſtimet? Non ita multo
℣. 12. poſt cum legitur, Διὰ τοῦτο, ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε,
mirifice in connexione eruditos laborare video. Cum διὰ τοῦτο ſit, ὅτι. An ſic
Matt. 14. 2. καὶ διὰ τοῦτο αἱ δυνάμεις ἐνεργοῦσιν ἐν αὐτῷ? Lucæ item 11. 49. διὰ τοῦτο καὶ ἡ
σοφία τοῦ Θεοῦ εἶπε? non certe in illo, διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν, ὅτι πάλιν εἶπεν Ἡσαΐας,
Iohannis 12. 39. Τὸ יען igitur vel יען אשר expreſſit. quod, εἵνεκεν nonnunquam
Helleniſtæ dicunt. Vt in illo, Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με εὐαγγελί-
σασθαι. hoc eſt, ὅτι, ſiue, διὰ τοῦτο. Eſaiæ 61. 1. Eſt vero ingens, quanquam au-
tori huic non inuſitatum id ſit, quæ hunc & præcedentem verſum excipit
trajectio, ſeu παρένθηκη. Ita vt cum vndecimo, qui proxime hunc antecedit,
qui decimus & quintus nunc legitur, cohæreat. Hoc modo, *Neque id ſolum,
verum etiam in Deo gloriamur per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem
nunc reconciliationem accepimus: quod, ſicut per vnum hominem peccatum in
mundum intrauit, ac per peccatum mors, ita in omnes homines mors peruaſit, in
quo omnes peccarunt.* vt τὸ καὶ, in eo, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους, non cum Fabro
deleatur quidem, ſed (quod vſitatum in his libris) redundet. Deinde autem
(quæ altera ejus quod hic dicitur, & de quo proprie gloriatur Apoſtolus pars
eſt) *At non vt lapſus, ita etiam quod gratificatur Deus. Nam ſi vnius lapſu multi
mortui ſunt, multo magis gratia Dei,* &c. Quæ optime cohærent. vt duo
qui hunc præcedunt verſiculi, appoſite, atque ex more autoris, inſerantur.
℣. 13. Verſu decimo & tertio legitur, ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται, μὴ ὄντος νόμου. quod
cum, *peccatum non imputatur vbi lex non eſt*, interpres vetus dixit, quomodo
cum mente Apoſtoli conueniat, non video. Nec ſatisfacit, quod recentiori
placuit, *non eſſe putatur.* Ἐλλογεῖσθαι, *cenſeri, æſtimari*, eſt. Vbi Lex non eſt,
οὐδ' ἐν λόγῳ, vt loquuntur vulgo, οὐδ' ἐν ἀριθμῷ, apud homines peccatum eſt.
Ad Legem enim nemo exigit peccatum: ab ipſa non admonitus, nimirum:
℣. 14. ſed ſecure peccat. Decimo quarto verſiculo cum dicitur, ἀλλ' ἐβασίλευσεν ὁ θά-
νατος ἀπὸ Ἀδὰμ, hoc voluit, abſolutum jus exercuiſſe mortem. Nemo enim
magis abſolute regnat quam qui ſine Lege regnat. quemadmodum, qui præ-
ter aut contra Legem regnat, aut tyrannus eſt, aut ad tyrannum, vt Philoſo-
phorum Princeps libro loquitur Politicorum quinto, proxime accedit.
Nunquam tamen magis abſolute mors regnauit, quam cum Lex non eſſet.
Ab Adamo autem vſque ad Moſen, Lex non fuit. De quo tempore, eo in-
primis quod diluuium præceſſit, non ineleganter Auitus,

—— omnis pro lege voluntas
Sola erat. vſque adeo conuerſi in crimina mores.
Ius hominum nullum. tum nil diſtare putatum
Faſque nefaſque inter. recti cuſtodia nuſquam.
Non judex non teſtis erat: non denique rector,
Arbiter aut morum, vel qui ſuaderet honeſtum:
Sed Princeps ſibi quiſque fuit virtute nocendi.

Illud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Illud autem, ἀλλ' ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος, *quinimo regnauit mors*, recte & ad men-
tem dicas. *Vſque ad Legem enim*, inquit Apoſtolus, *peccatum in mundo erat:* AD
peccatum autem non cenſetur, vbi Lex non eſt. Quinimo regnauit mors ab Adamo ROM.
ad Moſen. Cum ſequitur, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παρα- Ibid.
βάσεως Ἀδὰμ, præterquam quod nota ſunt, quæ de protoplaſte, qui prudens
ſciensque peccauit, cæteriſque qui incluſi in Adamo peccarunt, eruditi hic
monent, recte ἀπὸ Ἀδὰμ dicitur: qui peccato præiuit, quod ad poſteros
tranſmiſit: &, vt ante Legem propric ſic dictam, cujus cauſa Moſes oppo-
nitur, peccarat, ita Legem ſibi aliquam acceperat. Legem quippe, quæ præ-
cepto ac prohibitione conſtat (Magiſtris autem Hebræorum generali voce
מצוה, *præceptum*, diſtincte מצות עשה, *præceptum faciendi*, מצות item לא תעשה, *non*
faciendi, dicitur) diuinitus acceperat. quid videlicet comederet, quo item
abſtineret. Gen. 2. 16. 17. qui ergo poſt Adamum ante Moſen rei fuerunt
peccati, etiam ſic οὐκ ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ, peccarunt. Eodem
capite cum dicitur, Νόμος δὲ παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα, vetus, *Lex au-* ℣ſ. 20.
tem ſubintrauit. Eraſmus, *Cæterum Lex obiter ſubiit.* Moleſte. *Lex*, inquit autor,
non vt peccatum ſic intenderetur, ſed vt tolleretur potius, data eſt. Contra euênit:
neque tamen *Legis vitio, ſed negligentia humana ac torpore.* vel Chryſoſtomo
interprete, qui, τὸ ἵνα, euentum denotare obſeruat. Latine igitur, *Lex vero in-*
teruênit, ad hanc mentem dicas. Recentior, *Lex vero præterea introiit.* an re-
cte, eruditi cogitent. Capite ſexto cum dicitur, τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων θάνατος, CAP.
quod recentior ac vetus, *nam finis illorum mors eſt*, τέλος eſt עקב. quam ἀντι- VI.
μισθίαν, hoc eſt, *retributionem*, ſeu, *mercedem*, Helleniſtæ dicunt. Καὶ γὰρ ὁ δοῦ- ℣ſ. 12.
λός σου φυλάσσει αὐτά· ἐν τῷ φυλάσσειν γὰρ ἀνταπόδοσις πολλή. עקב רב. Pſal. 19. 12. Ca-
pite ſeptimo legitur, Νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, ἀποθανόντος ἐν ᾧ κατειχόμε- CAP.
θα. qui locus aliquanto preſſius expendi merebatur. Precium autem operæ VII.
recentiorem audire interpretem, qui poſt alia quam plurima, *Legit igitur* ℣ſ. 6.
Chryſoſtomus ἀποθανόντος, *Eraſmo teſte, & interpretatione ipſa id comprobante.*
quam lectionem ita probo, vt eam reponere non dubitarim. Sed eam rurſus,
Eraſmus vel aliquis alius deprauauit. Conjungit enim ἀποθανόντος, *cum* νόμου. *Vt ſit*
ſententia: Nunc autem liberati ſumus à Lege mortua, in qua detinebamur. Atqui
Paulus nunquam, opinor, dicturus fuit, Legem Dei mortuam: neque Chryſoſtomo
id vnquam in mentem venit. vt qui ſic iſta explicet, vt plane conſtare poſſit, eum,
poſt ἀποθανόντος *ſubaudiſſe* ἐκείνου, *hæcque, vt abſolute poſita, expoſuiſſe. Sic enim*
explicat, Quaſi, inquit, *diceret, Vinculum quo detinebamur emortuum eſt ac dif-*
fluxit: ita vt, quod detinebat, peccatum, videlicet, jam non habeat quo nos conti-
neat. Hæc ille. Quæ quidem maxime amplector. Nam Legem pro marito accipi
non debere, toties ex Paulo liquet, quoties nos eſſe peccato mortuos dicit. quatenus,
nimirum, mariti perſonam ſuſtinemus. Fuit itaque explicandum, quomodo & qua-
tenus nos dixerit Legi mortuos, ſeu, à Lege liberos eſſe factos: quod vno verbo fa-
cit, cum dicit, nos idcirco à Lege liberos factos, quod is interierit, qui nos, occaſio-
ne à Lege accepta, ſeu, per Legem, detinebat. Vnde rurſus oritur quæſtio, Sitne
Lex peccatum. quandoquidem à Lege dixerat nos eſſe, peccato mortuo, liberatos.
Deinde violenta aut inuſitata non eſt hæc ellipſis in conſtructione ἀμεταβάτῳ. *Nam*
ſic Demoſthenes, συσάντων εἰς ἦν ἐπιμελὲς κακῶς ἐμὲ ποιεῖν. *Et Plutarchus,* ὦ διακριθ-
σεται ταῦτα μὴ παρόντος. *Si cui tamen potius placuerit legere* ἀποθανόντες, *propter*
exemplarium conſenſum, & ſubaudire ἐκείνῳ, *is ita interpretetur, Nunc vero li-*
beri ſumus à Lege, mortui [ci] *in quo detinebamur. peccato, videlicet, priori noſtro*
marito, id eſt, quatenus eramus ille maritus. Neque obſtat, quod ἁμαρτία *ſit fœmi-*
nini generis, quum de ea tanquam marito loquatur. Hæc præter morem meum,
ne eruditorum opinionibus augere mea, aut egiſſe id in iſtis videar. Cæte-
rum pauciſſimis & ſatisfieri lectoribus & reſponderi poteſt. Vera lectio quam
& Chryſoſtomus recepit, Νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, ἀποθανόντος ἐν ᾧ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

AD ROM.

κατειχόμεθα. Abſit vero vt ὁ νόμος, multo autem minus ἡ ἁμαρτία, maritus dicatur: neque placet, vt, ἀποθανόντες, legatur, & ἡ ἁμαρτία intelligatur. Nec Chryſoſtomus ἁμαρτίαν (abſit autem) ſed δεσμὸν intellexit: quo peccatum deſignari ait. Verba ejus ſunt, ὡσανεὶ ἔλεγεν, ὁ δεσμὸς δι' οὗ κατειχόμεθα, ἐνεκρώθη καὶ διεῤῥύη, ὥστε τὸ κατέχοντα μηδὲν κατέχειν λοιπὸν, τουτέστι, τὴν ἁμαρτίαν. Quod tamen durum eſſe, non negauerim. Quis enim δεσμὸν ἀποθανεῖν dicat? Neque minus durum fortaſſe, vt ad τὸν νόμον referatur, ac Lex mori dicatur. Vt omittam, τὸν νόμον, maritum non eſſe qui moritur, ſed δεσμὸν potius, aut vinculum, quo maritus conjugi, conjux jungitur marito. Niſi Apoſtolo non credimus, qui ante dixit, ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται τῷ νόμῳ. Maritum autem ſi quærunt, quem, præter τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, inuenient? Quod itidem Apoſtolus confirmat, qui jam dixit, ὅτε γὰρ ἦμεν ἐν τῇ σαρκί. Vide jam ἀκολουθίαν, quæ tantopere, etiam antiquos, vt recentiores fuſe probant, hic exercuit. Ὅτε γὰρ ἦμεν ἐν τῇ σαρκὶ, τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν, τὰ διὰ τοῦ νόμου ἐνηργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν· νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, ἀποθανόντος ἐν ᾧ κατειχόμεθα. Duos viros ab initio capitis conſiderauit autor. Alterum, in cujus poteſtate primo fuerant ad quos ſcribit: alterum, quem reſurrexiſſe è mortuis probauit. Alter eſt, quem præcedenti capite, τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, dixit. Τοῦτο γινώσκοντες, ὅτι ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη, ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ· ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. Vt neceſſario hic verſus, vel jungendus cum ſecundo tertioque, vel cum iis conferendus ſit. Ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ, τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, κατήργηται ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ ἀνδρός. Ἄρα οὖν, ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς, μοιχαλὶς χρηματίσει, ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ νόμου, τοῦ μὴ εἶναι αὐτὴν μοιχαλίδα, γενομένην ἀνδρὶ ἑτέρῳ. Hic autem, Νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, ἀποθανόντος ἐν ᾧ κατειχόμεθα. Quis igitur dubitat, quin ὁ ἕτερος ἀνὴρ, qui eſt, ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος, intelligatur? Et an non ſequitur, ὥστε δουλεύειν ἡμᾶς ἐν καινότητι πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος? quæ omnia eodem ducunt. Et, nonne idem Chryſoſtomo in mentem venit, qui, καὶ πῶς ἡμεῖς κατηργήθημεν; τοῦ κατεχομένου παρὰ τῆς ἁμαρτίας ἀνθρώπου παλαιοῦ ἀποθανόντος καὶ ταφέντος. Τοῦτο γὰρ
Vſ. 21. ἐδήλωσεν, εἰπὼν, Ἀποθανόντος ἐν ᾧ κατειχόμεθα. Eodem capite cum dicitur Εὑρίσκω ἄρα τὸν νόμον τῷ θέλοντι ἐμοὶ ποιεῖν τὸ καλὸν, ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται, de Lege Dei, ſeu Morali, egiſſe hactenus Apoſtolum, ne dubitandum quidem puto: quemadmodum hic, quæ de ea dixit hactenus, concludit. quod manifeſte τὸ ἄρα, quæ concluſionis nota eſt, euincit. Neque aliud, niſi fallor, quam quod ſupra dixit, Εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω, τοῦτο ποιῶ, σύμφημι τῷ νόμῳ ὅτι καλός. Ita hic, Hoc ipſo Legem ejuſque vim, inquit, deprehendo, quod bonum à Lege præſcriptum, probo quidem ac facere volo, malum interim in me inuenio. Lege enim Dei, quod ad interiorem hominem, delector quidem, eique accedo, ita tamen vt & aliam, quæ cum hac pugnat, in me deprehendam. Εὑρίσκω τὸν νόμον, vt mox, Βλέπω δὲ ἕτερον νόμον. *Sentio Legem, video Legem, inuenio Legem, ejuſque vim ex eo in me ſentio*, τῷ, ὅτι θέλοντι ἐμοὶ ποιεῖν τὸ καλὸν, *eo ipſo, quod, dum facere bonum volo.* Antiquus Apoſtoli interpres Sedulius Scotus, *Legem Moſis aſſerit voluntati ſuæ dare conſenſum contra peccatum quod in carne habitat, quod aliud cogit facere quam vult homo & Lex. Hic elocutiones integræ non videntur: ſed tali quodam ordine legere debemus, vt intellectus lucidior fiat: Ergo quia malum mihi adjacet volenti facere bonum, inuenio Legem Dei, & condelector ei ſecundum interiorem hominem.* Fere ut jam dicebamus. Recentior interpres, qui & hic & paſſim liberrime ab aliis diſſentit, *Comperio igitur volenti mihi facere bonum, hanc Legem* impoſitam eſſe, *quod mihi malum adjaceat*: tranſpoſitis quibuſdam ac additis. Quod eſſet, Εὑρίσκω ἄρα τοῦτον τὸν νόμον (non autem τὸν νόμον) ἐπιτιθέμενον ἐμοὶ (quod nec hic legitur) ὅτι ἐμοὶ παράκειται τὸ κακόν. Quæ licentia parum nobis placet. Sed nec balbutire hic Paulum cum Eraſmo,

quan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

quanquam quid voluerit ſcio, nec ineptire Eraſmum, cum recentiori interprete dicam. Paulo poſt, Βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου, ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου. Cujus luctæ imaginem quandam, etiam οἱ ἔξω, neque eorum vnus, deſcripſit. Et hoc eſt, quod, cum de hoc loco agit, in Certamine corporis ac mentis annotauit Palama Gregorius: qui è Cleanthis verſibus hoc probat. Ὁ δὲ πάνσοφος Ἀπόστολος, ἐναργέστερον διαιρῶν τὸ λογικὸν ἀπὸ τοῦ ἀλόγου, τὸ μὲν πνεῦμα καλεῖ τὸν ἔσω ἄνθρωπον· τὸ δὲ, σάρκα, καὶ ἔξω ἄνθρωπον. Εἶτα καὶ τὴν ἀντίθεσιν τούτων παριστῶν, Βλέπω φησὶν ἕτερον νόμον, τὸν ἐν τοῖς μέλεσί μου ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας. Ἀμοιβαίους δὲ λόγους ψυχῆς τε καὶ σώματος, ἀμυδρῶς συνέθετο ὁ Κλεάνθης ὁ Στωϊκὸς, οὕτω ποιήσας; Τί ποτ' ἔσθ' ὃ βούλει θυμὲ, τοῦτό μοι φράσον. Ἐγὼ λογισμέ; πᾶν ὃ βούλομαι ποιεῖν. Ναὶ βασιλικόν. Καί τις τῶν τῆς ἐκκλησίας σοφῶν διδασκάλων ἰαμβογράφων φησί που, Τί σοι θέλεις γενέσθαι, Ψυχὴν ἐμὴν ἐρωτῶ, Θέλεις Γύγεω τὰ καὶ τά; *Sapientiſſimus igitur Apoſtolus, manifeſtius, id quod ratione præditum, ab eo quod ratione caret, cum diſtinguit, ſpiritum quidem hominem interiorem vocat, alterum vero, carnem hominemque exteriorem, dicit. Deinde, ut hæc opponat, Video, inquit, aliam legem, in membris meis rebellantem legi mentis, quæ captiuum me legi peccati reddit. Alternos autem animæ ac corporis ſermones, quanuis minus dilucide, Stoicus compoſuit Cleanthes. Cujus hi ſunt verſus.* R. *Quid ipſe cupias, Anime, reſponde mihi.* A. *Quæriſne Ratio? facere quicquid poſtulo.* R. *Id regium autem. Sed & inter Eccleſiaſticos doctores quidam, artifex jamborum, Quid eſt tibi quod optas, Animum rogo ſubinde, Gygeſne quæ pararat?* Qui Cleanthis tamen verſus, & plures, & paulo aliter alibi, & minus emendate, apud Galenum leguntur. Ita ſcilicet:

Τί ποθ' ἔσθ' ὅ,τι βούλει θυμέ; τοῦτό μοι φράσον.
Ἔχω λογισμὸν πᾶν ὃ βούλομαι ποιεῖν.
Βασιλικόν γε· πλὴν ὅμως εἶπον πάλιν.
Ὡς ἂν ἐπιθυμῶ ταῦθ' ὅπως γενήσεται.

Sequitur non multo poſt, Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, quod ✠ſ. 25.
vetus interpres, *Gratia Dei per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Qui haud dubie ſcripſerat, *Gratia Deo:* ac ſi ſcriptum eſſet, Χάρις τῷ Θεῷ, quod eodem recidit. quemadmodum cum vulgo, *Gratia Deo*, pro eo quod eſt, εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ dicimus. E Patribus nonnulli tamen, ita id adducunt, ac ſi gratiæ Dei id tribueret Apoſtolus, quod ſic quoque Deo tribuit. Fulgentius De Trinitate, *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei, per Ieſum Chriſtum, Dominum noſtrum.*

Cap. IV.

Ὁμοίωμα σαρκὸς, ipſa caro. σὰρξ ἁμαρτίας. interpretatio Auguſtini. caro peccati à primo dicta Adamo, quam ſecundus induit, vt purgaret. Locus, κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί. diuerſa è Baſilio Seleuciæ Epiſcopo loci lectio. εἰρήνη, Helleniſtarum more vſurpatum. Ἀββᾶ, ὅ ἐστι, πατήρ. Locus, τῇ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη. quæ ſit ματαιότης illa. τὰ ὑπὸ Μάνητος κακιζόμενα. νεῖκος Empedoclis. Naturæ mæror poſt peccatum & συμπάθεια. κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον: & quid in loco obſcuriſſimo. εἰς ὥρας. ὁ καιρὸς οὗτος quis. interpretatio loci Moſis, quo Apoſtolus reſpexit. κατὰ καιρὸν τοῦτον εἰς ὥρας. ἀνακόλουθον Paulinum & Hebraiſmus. οὐ μόνον δέ. Locus, ἄρα οὖν ὃν θέλει. θεματοφορεῖν, & quid Theologis antiquis. Locus, λόγον γὰρ συντελῶν, & interpretatio ejus. εἰς συντέλειαν γίνεται. συντέλεια quid.

CApite octauo, non procul ab initio, cum legitur, Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου Cap.
ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρ- VIII.
τίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ, quod περὶ ὁμοιώματος ✠ſ. 3.
ἀνθρώπων alibi diximus, etiam hic verum eſſe probat. Ὁμοίωμα σαρκὸς, eſt ipſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ad Rom. caro : etiamſi non cum peccato. quomodo, in antiquo præſertim Fœdere, Hebræi non ſemel loquuntur. Inprimis autem ex Ezechiele exempla petantur. Ὁμοίωμα ergo σαρκὸς ἁμαρτίας, *ſimilitudo carnis peccati*, caro, *quæ peccauit*. Miſſus ergo Filius Dei ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς, *in ſimilitudine carnis peccati*. id eſt, in carne, non peccatrice, eâdem tamen, quæ in nobis peccarat. ſiue, polluta, non in ipſo, ſed in nobis. Naturam peccati, hoc eſt, peccatorum, Dei Filius ſuſcepit: puram quidem, ſed ut noſtram, quæ peccarat, expiaret. Quæ res multum negotii exhibuit nonnullis. Acute, quanquam paulo aliter, Auguſtinus: *Miſit Deus filium ſuum in ſimilitudine carnis peccati. Non in ſimilitudine carnis; quaſi caro non eſſet caro: ſed in ſimilitudine carnis peccati; quia caro erat, ſed peccati caro non erat.* Et alibi, *In carnem ſuam, non peccatum tranſtulit, tanquam venenum ſerpentis, ſed tamen tranſtulit mortem: vt eſſet in ſimilitudine carnis peccati, pœna, ſine culpa. Vnde in carne peccati, & culpa ſolueretur & pœna.* Magnus Baſilius in Epiſtolis, Διὰ τοῦτο εἴρηται ἐν ὁμοιώματι γεγενῆσθαι σαρκὸς ἁμαρτίας· οὐ γὰρ ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς, ὡς τούτοις δοκεῖ, ἀλλ' ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας. *Ideo in ſimilitudine carnis peccati natus dicitur. non enim in ſimilitudine carnis, vt illis videtur, ſed in ſimilitudine carnis peccati.* Cum notiſſimo itaque, de quo & alibi agimus, Hebraiſmo, ὁμοίωμα, res ipſa dicatur (vt cum ὁμοίωμα ἀνθρώπου, ipſe homo, dicitur) non video, cur non & ὁμοίωμα σαρκὸς, vera ſit caro. cum peccati, non ab eo dicatur qui aſſumpſit, atque hoc ipſo expiauit, ſed ab eo qui peccando corrupit. Caro peccati, à primo Adamo, quam ſecundus induit, ſed vt purgaret: ipſe peccati omnis expers. B. Hieronymus, *Dicens, in ſimilitudinem carnis peccati, oſtendit eum, candem quidem carnem, ſed, abſque peccato, portaſſe.* quod Ambroſius diceret, *eandem aſſumpſiſſe naturam, ſed in ea non peccaſſe.* Vt cum ad Philippenſes 2. ὁμοίωμα ἀνθρώπων, aut, ἀνθρώπου, *ſimilitudo hominum*, aut, *hominis*, homo, ſiue humana eſt natura: niſi quis Filium Dei, ſimilem fuiſſe tantum homini dicat. neque aliud ὁμοίωμα σαρκός. Vetus interpres cum Patribus, qui id paſſim ſecuti ſunt, aut eodem modo reddiderunt, *in ſimilitudine carnis peccati*, dixit. Recentior, *in forma conſimili carni peccato obnoxiæ*. Moleſte, niſi fallor: ſi præſertim, quid ὁμοίωμα σαρ-
Ibid. κὸς ſit, intelligatur. Pro eo quod ſequitur, καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ, Baſilius Seleuciæ Epiſcopus, ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, legit. quod &
☩ſ. 6. Syrus expreſſit. Sequitur non multo poſt, τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς, θάνατος· τὸ δὲ φρόνημα τοῦ πνεύματος, ζωὴ καὶ εἰρήνη. Vbi videndum, an non, *vitam & ſalutem* potius, quam, *vitam & pacem*, ex Hebræorum ac Helleniſtarum ratione, conjungat: quemadmodum paſſim in Sacris id vſurpatur. de quo
☩ſ. 15. ad Euangeliſtas non ſemel. Eodem capite cum dicitur, Οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν, Ἀββᾶ, ὁ πατὴρ, malim, Ἀββᾶ, ὁ πάτερ, hoc eſt, ὅ ἐστι, πάτερ. vt τὸ ἑρμηνευόμενον, ſiue, quod interpretatur, ſit Ἀββᾶ, τὸ ἑρμηνευόμενον, ſiue interpretatio, ſit πάτερ. de quo & alibi. Eodem capite cum dicitur, Τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη οὐχ ἑκοῦσα, non potuit melius exprimere τὸ הוה: quod eſt malum, ſeu calamitas, quæ ex accidenti euênit: vt in homine, ad imaginem Dei creato, ἡ ματαιότης ex peccato. hoc enim Helleniſtis paſſim ματαιότης. A qua, creaturæ, etiam quæ bonæ erant, in peccati pœnam, ejuſque cauſa, vitiatæ ſunt. Vt quædam animalia, vt alia, quæ per ſe bona, etiam vſum ſui in quibuſdam nunc præbent; homini in multis tamen, & in pœnam, aduerſantur. de quibus aduerſus Manetem Epiphanius. Hæc ſunt illa ὑπὸ Μάνητος κακιζόμενα: quæ præclare vindicant Patres. Quo ſenſu & Sibyllæ, ſed è Propheta, dixerant, πᾶν τὸ κακιζόμενον, nato Dei Filio, abolitum iri. vt hyperbolice ſummam felicitatem illam, quam creatæ quoque res ſentirent, ea ratione indicarent. quod ad gentes quoque dimanauit. Eodem ſane ſpectat illud:

Occi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Occidet, & ſerpens, & fallax herba veneni Ad
Occidet. Aſſyrium vulgo naſcetur amomum. Rom.
Cujus generis non pauca ſane poſt peccatum, quæ aut inter ſeſe pugnant,
aut ſibi aduerſantur. Quale eſt νεῖκος illud, de quo plurima Empedocles.

Ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν᾽ εἰς ἓν ἅπαντα,
Ἄλλοτε δ᾽ αὖ δίχ᾽ ἕκαστα φορούμενα νείκεος ἔχθει.

ac ſi ἀνάρμοστος ἁρμονία, & chaos quaſi aliquod, dolente ac gemente natu-
ra,inuectum poſt peccatum eſſet. Paulo poſt ſequitur, οἴδαμεν γὰρ ὅτι πᾶσα ℣ſ. 22.
ἡ κτίσις συστενάζει καὶ συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν. Vere à Theologis antiquis ad Eſaiam dici-
tur, ὅτι ὀργιζομένῳ τῷ Κυρίῳ ἀεὶ συμπάσχει ἡ φύσις. *Iraſcente Domino,ſentire id ac*
pati naturam. vt cum montes liqueſcere, ac ſimilia, dicuntur. Quid mirum
igitur in vniuerſali hominis apoſtaſia,quam horrenda Dei indignatio ſecuta
eſt,συμπάσχειν καὶ συνωδίνειν, vt loquitur Apoſtolus,τὴν φύσιν? Obnoxia mutatio-
ni quippe, ſemper parturit quaſi, & mutatur. Quod nec veteres Philoſophi
ignorant: qui hoc totum, quod nunc ſublunare dicimus, νείκους καὶ φύσεως
τόπον, *contentionis & naturæ locum*, vocant. Ὅτι, inquit eleganter Ocellus
Lucanus, ἐν αὐτῇ τὸ μὲν διαλλαγὴ γεγονότων, τὸ δὲ γένεσις ἀπογεγονότων: *quod in ea*
ſemper vel mutentur genita, vel generentur quæ interierunt. Hæc eſt illa ματαιό-
τητος ὑποταγὴ, de qua Apoſtolus. Helleniſtæ quippe, Hebræorum הוה, nunc
ταλαιπωρίαν, nunc ὀδύνην, nunc ματαιότητα, dixerunt. Hæc eſt illa ματαιότης,
de qua ante, hæc eſt illa vanitas. Nam & Græcum & Latinum, quo vtuntur
vulgo, ἑβραΐζει. Sedit nobis illud ſemper ſedebitque, fieri non poſſe, vt quis
cum fiducia in Noui Fœderis contextu verſetur, niſi qui vbique in Helle-
niſtas oculos intendit, aut cum ſtudio judicioque in iis verſatus eſt. Cujus
fidem nobis vel hic locus fecerit qui nono capite occurrit, Ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς Cap.
ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα. inpri- IX.
mis autem quæ περὶ ἀναθήματος καὶ ἀναθέματος, interpres notat. Quem nunc ℣ſ. 3.
audiamus. Poſtquam Budæi quippe aliorumque recitauit ſententias, ita ipſe:
Hæc illi. de quibus mihi fas ſit dicere quæ ſentiam. Diſtinctionem ἀναθέματος *&*
ἀναθήματος, *non agnoſco. quanuis* ἀνάθημα *peculiariter donarium dicatur. vt Leui-*
tici 27.28. & 29. pro quo vbique Paulus ſcribit ἀνάθεμα. De Paulo mox vide-
bitur. Primo interim, certiſſimum, τὸ ἀνάθεμα, καὶ τὸ ἀνάθημα, diligenter diſtin-
xiſſe Helleniſtas veteres. Videamus autem eos, quos adducit, locos. Quo-
rum prior, Πᾶν ἀνάθημα, ὃ ἐὰν ἀναθῇ ἄνθρωπος τῷ Κυρίῳ ἀπὸ πάντων ὅσα αὐτῷ ἐστιν &c.
οὐκ ἀποδώσεται οὐδὲ λυτρώσεται. πᾶν ἀνάθημα ἅγιον ἁγίων τῷ Κυρίῳ. Alter, καὶ πᾶν ἀνάθη-
μα, ὃ ἂν ἀνατεθῇ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, οὐ λυτρωθήσεται, ἀλλὰ θανάτῳ θανατωθήσεται. vbi ἀνά-
θημα, *donarium.* Quid autem minus ex Helleniſtarum vſu, quam vt ἀνάθεμα,
etiamſi originis ejuſdem, ἀπὸ ἀναθήματος, non diſtinguatur? Quid reſponde-
bunt enim, qui Deut. 7.26. legunt, καὶ οὐκ εἰσοίσεις βδέλυγμα εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ ἀνάθε-
μα ἔσῃ ὥσπερ τοῦτο. προσοχθίσματι προσοχθιεῖς, καὶ βδελύγματι βδελύξῃ, ὅτι ἀνάθεμά ἐστι.
neque abominationem in domum tuam introduces, vt ſis anathema, ſicut illud: quaſi
fœditatem deteſtaberis, velutque abominationem abominaberis, quia anathema
eſt. vbi ἀνάθεμα, non ἀνάθημα. Quis autem id quod conſecratum Deo dici-
tur (hoc autem eſt ἀνάθημα) promiſcue ἀνάθεμα ab iis nuncupari, dicat?
Quid quod חרמה, euerſionem, vt ſic dicam, totalem, Num. 21. ℣ſ. 3. ἀνάθε-
μα iidem dixerunt? Καὶ ἐπεκαλέσαντο τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου ἀνάθεμα. *Euerſionis*
nomen impoſuerunt loco. Quo & vſitata ſpectat formula, Ἀναθεματίζειν ἀναθέμα-
τι. quæ nec ipſa ſemel legitur. Quemadmodum apud Ioſuam fur, reus furti
rerum quæ anathemati addictæ, igni cap. 7. addicitur. Quo toto, illud quo
ſe polluit Achanus, de quo & horrendum ibi ſumitur ſupplicium, ἀνάθεμα
dicitur. vt & vrbs c. 6.17. quæ funditus deletur. Vide & Zach. 14.11. vt paſſim.
Vtrumque autem, cum diuerſa non ſint tantum, ſed & pene contraria, diſtin-
guunt ſemper Helleniſtæ. Quam diſtinctionem, vel Noui Fœderis docere

 Helle-

Ad Hellenistæ poterant. Apud Apoſtolum enim illa, Ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, λέ-
Rom. γει ἀνάθεμα Ἰησοῦν, Εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἤτω ἀνάθεμα, item de eo qui
aliud Euangelium docet bis ad Galatas cap. 1. Ἀνάθεμα ἔστω: quemadmodum
Ἀναθέματι ἀνεθεματίσαμεν Actor. 23. 14. Apud eundem vero autorem in Euan-
gelio c. 21. ℣ſ. 5. ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται). Quæ ἀναθήματα non ma-
gis ad ea, de quibus hic agitur, ἀναθέματα, quam Homeri epularum ἀναθήματα.
quæ ſunt, cantus ac tripudium: à templorum ornamentis, quæ ſic dicuntur,
vt antiqui docent Critici, ſic dicta. Capite eodem, verſu nono, cum legi-
℣ſ. 9. tur, Ἐπαγγελίας γὰρ ὁ λόγος οὗτος, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι, καὶ ἔσται τῇ Σάρρᾳ υἱὸς,
mirum eſt, quantopere in loco, ad quem reſpicit Apoſtolus, ſategerint inter-
pretes. In omnes enim partes animum verterunt, ut doceant, quid ſit, כעת חיה,
vulgo, *ſecundum tempus vitæ*. Alii enim, ad vertentem annum, aut ſequen-
tem, retulêre, vt Helleniſtæ, qui κατὰ καιρὸν τοῦτον εἰς ὥρας, reddiderunt. Alii, ad
fœtum, ſiue tempus illud, quo vitalem fœtum editura eſſet Sara. Chaldæus
vero, *quo incolumes adhuc eritis*. Nos Apoſtoli & ſimul Moſis mentem videa-
mus. Quemadmodum Hebræi duo ponunt tempora, præſens ſcilicet quo
ſumus, & quod ſequitur hoc tempus, ita duos καιροὺς, ſiue tempora, Apoſto-
lus non ſemel ponit. Quorum alterum, τὸν νῦν καιρὸν, ſiue, καιρὸν τοῦτον, dicit. vt
Epiſtola hac ipſa, cap. 8. ℣ſ. 18. Λογίζομαι γὰρ ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ
πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν. Ita cum ad Corinthios c. 7. ℣ſ. 29. συνεσταλμένος ὁ καιρὸς,
dixit, (Τοῦτο δέ φημι, ἀδελφοὶ, ὅτι ὁ καιρὸς συνεσταλμένος) idem quod Medicorum
Princeps, ὁ βίος βραχὺς, quod eſt, vt Apoſtolus loquitur, ὁ παρὼν καιρὸς, βραχὺς,
ſeu, συνεσταλμένος dixit. Hoc igitur, ex mente Apoſtoli, Moſes voluit: Fore
vt, κατὰ καιρὸν τοῦτον, hoc eſt, ante obitum, effœta jam & morti propior quam
partui, conciperet & paritura eſſet Sara. Locus eſt, Εἶπε δὲ, ἐπαναστρέφων ἥξω
πρός σε, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον εἰς ὥρας, καὶ ἕξει υἱὸν Σάρρα ἡ γυνή σου. In Hebræo, *Et dixit,
Reuertendo reuertar ad te, ſecundum tempus vitæ* (כעת חיה) *& ecce filius vxori tuæ
erit*. Vbi, *tempus vitæ*, futuro tempori opponit. Vt cum עולם הזה, hoc eſt
præſens ſæculum, τῷ הבא, ſeu futuro poſt hanc vitam, paſſim Magiſtri op-
ponunt. quorum alter καιρὸς οὗτος, alter μέλλων, aut ἐρχόμενος, ab illis
dicitur. Quo & nobiliſſima ac mire contracta apud Hebræos illa ſalu-
tandi ſpectat ratio. לחי nempe. quod, *viuenti*, quidam, Helleniſtæ εἰς ὥρας,
quemadmodum alias, κατὰ καιρὸν τοῦτον εἰς ὥρας, vt ſupra dicebamus, reddide-
runt. Ita 1 Samuel. cap. 25. ℣ſ. 6. cum ad Nabalem famulos ſuos mit-
tit Dauid, præcipit iis mandatque, *Et dicetis ſic*, לחי, *Viuenti*, vel, *ad vi-
tam: & tu ſaluus, domuſque tua ſalva, & omne quod eſt tibi, ſit ſaluum*. Helle-
niſtæ, Καὶ ἐρεῖτε αὐτῷ τάδε· εἰς ὥρας, καὶ σὺ ὑγιαίνων, καὶ πάντα σοὶ ὑγιαίνοντα, καὶ ὁ οἶκός
σου. Chaldæus לחייך *per vitam tuam*. Vt mens ſit, *ſuperſtiti tibi facere ac viuo
liceat, quod nunc facis*. Alii כה לחי. *Sic ſuperſtes tu viuuſque, quod nunc, facias*
(vt nimirum oues tondeas) *tuque ſaluus, domuſque tua ſalua, ſit* &c. quod
non minus recte, εἰς καιρὸν τοῦτον, vt jam monui, quam εἰς ὥρας Helleniſtæ di-
℣ſ. 10. cerent. è quo patet, quid, κατὰ καιρὸν τοῦτον, hic ſit. Sequitur, Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ
καὶ Ῥεβέκκα, ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα Ἰσαὰκ, τοῦ πατρὸς ἡμῶν. Qui locus, plane cum πα-
ρενθήκῃ verſuumque mutatione, diſtinguendus videtur: Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ
Ῥεβέκκα, ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα, Ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν (μήπω γὰρ γεννηθέντων μηδὲ πρα-
ξάντων τι ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἵνα κατ' ἐκλογὴν τοῦ Θεοῦ πρόθεσις μένῃ, οὐκ ἐξ ἔργων ἀλλ' ἐκ
τοῦ καλοῦντος) ἐῤῥήθη αὐτῇ, ὅτι ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι. *Neque hoc ſolum, ſed &
Rebecca, cum ex vno ſemen concepiſſet, Iſaac nempe, patre noſtro (nondum enim
natis, cum nihil feciſſent boni vel mali, vt propoſitum Dei, quod ſecundum electio-
nem eſt, non ex operibus ſed ex vocante, maneret.)* Vt ſit ἀνακόλουθον Paulinum,
Hebræis vel inprimis vſitatum: nec Latinis plane ignotum. *Sed & Re-
becca cum ex vno concepiſſet, dictum eſt illi.* pro, *Rebeccæ enim cum ex vno con-
cepiſſet, dictum*. Quod vulgo, Ἀλλὰ καὶ τῇ Ῥεβέκκᾳ, ἐξ ἑνὸς κοίτην ἐχούσῃ, ἐῤῥήθη.

Tale

Tale eſt illud Rom. 15. 12. Καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. Ad
pro, καὶ ἐπὶ τῷ ἀνισταμένῳ ἐλπιοῦσιν ἔθνη. Illud autem, οὐ μόνον δὲ, quod ולא עוד Magiſtri Rom.
dicunt. Vt ſi deinde, poſt alia, quæ interſeruntur, tandem נאמר לה adjicias.
Eodem capite verſu decimo & octauo, Apoſtolo quod dicitur, Ἄρα οὖν ὃν θέ- ẏ ſ. 18.
λει ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει, σκληρύνει, patet, ex antiquis quoſdam cum interrogandi
nota legiſſe. Ἄρα οὖν ὃν θέλει ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει, σκληρύνει; Quibus accedunt Græci
interpretes, qui ἐπανάληψιν τῆς ἀπορίας, iis verbis contineri volunt. vt ad ſe-
quentia, non autem ad ſuperiora, hæc ſpectent. quod Fulgentius cum ſci-
ret, *Melius accipimus*, inquit, *ſi hoc, non ad interrogationis ſententiam, ſed ad*
concluſionem ſententiæ, referamus. Agebat enim beatus Paulus Apoſtolus de gra-
tuita miſericordia, qua Deus, quos vult, ſine meritis ſaluat, & de juſto judicio, quo
cæteros irreprehenſibili æquitate condemnat. libro De veritate Prædeſtinatio-
nis 2. In quam ſententiam hactenus θεματοφορεῖ, vt antiqui Theologi loquun-
tur, hoc eſt, variis exemplis, quod probare inſtituit, confirmat. quo & ea
ſpectant, quæ ad Moſen & de Pharaone dicta ſunt. Eodem capite cum di-
citur, Λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ, ὅτι λόγον συντετμημένον ποιήσει Κύ- ẏ ſ. 28.
ριος ἐπὶ τῆς γῆς, qui in Patrum lectione verſati ſunt, ſciunt, non Origenem
modo, cujus recentior meminit interpres, ſed & Gregorium Theologum,
de Euangelio hæc accepiſſe. Adeo, vt ipſum Apoſtolum Homilia De Theo-
logia I. τοῦ συντετμημένου λόγου κήρυκα dicat. Οὕτω γὰρ ὁ Παῦλος καλεῖ, πᾶν τὸ ἐν λό-
γῳ περιττὸν, περίεργον, ὁ τοῦ συντετμημένου λόγου κῆρυξ, *verbi conciſi præco.* Et, *ſic,*
inquit Græcus Scholiaſtes, *Paulus poſt Eſaiam Euangelium appellat, quod pau-*
cis res maximas complectatur. Deinde cauſam addit. Porro, quantum abſit
hoc à mente Apoſtoli, præter ipſum Eſaiæ, quem reſpexit, locum, ex aliis
Helleniſtarum facile probari poteſt. Ita Sophoniæ capite 1. ẏ ſ. 18. Τὸ ἀργύ-
ριον αὐτῶν καὶ τὸ χρυσίον αὐτῶν οὐ μὴ δύναται ἐξελέσθαι αὐτοὺς ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς Κυρίου. Ἐν
πυρὶ ζήλου αὐτοῦ καταναλωθήσεται πᾶσα ἡ γῆ· διότι συντέλειαν καὶ σπουδὴν ποιήσει ἐπὶ πάντας
τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν. *Argentum aurumque eorum eripere eos in die iræ Domi-*
ni non poterit. In igne zeli ejus tota conſumetur terra. quia conſummationem cum
feſtinatione faciet. Vbi συντέλειαν καὶ σπουδὴν ποιεῖν, plane eſt, quod λόγον συντελεῖν
καὶ συντέμνειν, Apoſtolus dixit. ne interim illuſtriſſimum Danielis cap. 11. v. 36.
omittam locum. Vbi de regno Antichriſti, ſiue impietatis, agit, tandem-
que addit, *Et proſpere ei omnia euenient, donec finita fuerit ira.* (Dei nempe)
Nam deciſio facta eſt. Helleniſtæ, μέχρις οὗ συντελεσθῇ ὀργή· εἰς γὰρ συντέλειαν γίνεται.
Ex quo iterum patet, idem συντελεῖν & συντέμνειν, Helleniſtis eſſe. de diuino
interim decreto, vel exſecutione ejus, vtrunque vſurpari. Prophetæ certe
נחרצה συντέλεια, certa & deciſa quaſi ſententia dicitur. Ad quem locum Ioſe-
phus Iachiada, à nobiliſſimo eximioque viro, Conſtantino L'Empereur
editus, τὸ כריתה addit, quod *excidium* notat. *quia conſumptio & excidium para-*
bitur in eos. Adeundus & Chaldæus interpres. Sed & quia plerunque de pœ-
na aut malo τὸ συντελεῖν vſurpatur, factum, vt Helleniſtis συντέλεια καὶ ἀπώλεια,
ἰσοδυναμοῦντα ſint ac conjungantur. Vt in Maccabæorum hiſtoria, καὶ ἐπέγνω-
σαν τοὺς λόγους τοῦ βασιλέως, ποιῆσαι τῷ λαῷ εἰς ἀπώλειαν καὶ συντέλειαν. vbi συντέλεια eſt
כלה. qua voce vſus hic eſt Eſaias, vt & alibi. Ita Syrachides, καὶ συνετελέσθησαν
ἐν θυμῷ καὶ ὀργῇ, *conciſi, ſiue, conſummati ſunt, in furore & ira.* de Core & Abi-
ron. Vide & Ieremiam cap. 46. ẏ ſ. 28. vbi Deus cæteris, præterquam ſuis,
συντέλειαν minatur. Abſit ergo illud Origenis περὶ συντετμημένου λόγου, quo deſi-
gnetur Euangelium.

AD ROM.

CAP. V.

Locus capite decimo, ἡ δὲ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη: & de eo quid ſtatuendum. Locus Kimchii in citando ſimillimus. Locus, μενοῦνγε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν. Mos ſcripturæ, in verbis, quæ alio loco dicuntur, præſenti accommodandis. de quo fuſe agitur. קום *in* קולם *ab Apoſtolo & Helleniſtis mutatum. Chryſoſtomi ſententia. Eraſmi item, & quid de loco judicarit.*

CAP. X. ỳſ. 6. CApite decimo, non ita procul ab initio, præclarus, cæterum animaduerſione inprimis dignus, occurrit locus, Ἡ δὲ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη οὕτω λέγει, μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν· τοῦτ' ἔστι Χριστὸν καταγαγεῖν· ἢ τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τοῦτ' ἔστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν. Quo manifeſte illuſtriſſimum illum Deuteronomii 30. alluſit. *Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non occultum à te eſt, neque procul poſitum. Non in cœlo, vt dicas, quis aſcendet pro nobis in cœlum, vt deferat illud ad nos, & recitet nobis illud, vt impleamus illud. Neque trans mare eſt, vt dicas, Quis transmittet pro nobis mare, vt afferat illud nobis, & recitet nobis, vt impleamus illud? Sed juxta te eſt verbum plane in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illud.* E quo mirum quibuſdam videtur, fidei juſtitiam, quam Legali opponit Apoſtolus, vel probari, vel hoc fine adduci. Quaſi non de tota ibi agatur doctrina, etiam quæ Euangelium, interprete Apoſtolo, comprehendit. adeo vt ἀχειροποίητος quoque deſcribatur circumciſio. Præcedit, *Et circumcidet Iehoua Deus tuus cor tuum, & cor ſeminis tui, vt diligas Iehouam Deum tuum toto corde tuo, & tota anima tua, propter vitam tuam.* vel, *vt viuas vitam:* nempe, *æternam.* quomodo alteram Legis partem contraxit ipſe Dominus. Et diſerte de Fœdere ſeruando ibi agitur, quod Nouum Ieremias dixit. Sed & Apoſtolus, quanuis paulum ab Helleniſtarum, quos habemus hodie, recedat verbis, mentem tamen ſolide expreſſit. niſi quod prætermiſiſſe videatur, quod potiſſimum hic vrget. Helleniſtæ autem ita, Ὅτι ἡ ἐντολὴ αὕτη, ἣν ἐγὼ ἐντέλλομαί σοι σήμερον, οὐχ ὑπέρογκός ἐστιν, οὐδὲ μακρὰν ἀπὸ σοῦ ἐστίν. Quæ ita prætermiſit, vt deſignaſſe locum potius quam totum adduxiſſe videatur: licet id de quo agitur inprimis illuſtrent, cumque iis quæ hic adducuntur cohæreant. Sequitur autem, οὐκ ἐν τῷ οὐρανῷ ἐστι, λέγων, τίς ἀναβήσεται ἡμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ λήψεται ἡμῖν αὐτὴν, καὶ ἀκούσαντες αὐτὴν ποιήσομεν. Quem locum ita inſtituto cum interpretatione adhibuit, vt diceret: Ἡ δὲ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη λέγει, Μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τοῦτ' ἔστι Χριστὸν καταγαγεῖν· ἢ τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τοῦτ' ἔστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν. Quibus verbis operum diſerte exprimitur juſtitia. quaſi dicat, *Ne dicatis, fieri à vobis ea opera non poſſe ac impleri, quæ præcipio. Aliud nunc ago.* Quare, niſi iterum, quod ſæpe diximus, hic obſeruetur, fieri non poteſt, vt exacte mens Apoſtoli intelligatur. Nihil, nempe, Hebræorum vſitatius Magiſtris, quam vt loci, de quo agunt, prima adducantur verba: quæ & nota, de qua ſæpe egimus, תומר, aut ſimili, concludunt: qua & ſequentia deſignant. Ita vt nonnunquam, quæ eodem ſpectant, prætermittant. Illuſtre è Kimchio exemplum dabimus. qui ad Pſalmum ſextum, cum Propheta dicit, *Ne in ira tua arguas me,* locum Prophetæ Ieremiæ παράλληλον ex capite 10. adducit, *Caſtiga me, Domine, ſed in judicio.* ita interim vt ea, propter quæ vel maxime παράλληλος eſt locus, non adjungat. *Quemadmodum & Ieremias, inquit, Propheta dicit* יסרני יהוה אך במשפט תומר. *caſtiga me Domine, ſed in judicio,* &c. illud autem אל באפך, *non in furore tuo,* prætermittit: notamque defectus, loco cæterorum, quæ maxime huc ſpectant, apponit. Verſu ejuſdem capitis decimo & octauo

ỳſ. 18. quod dicitur, μενοῦνγε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, illuſtris plane locus eſt. E quo patet, verum eſſe quod non ſemel alibi monuimus, ſed & à magnis obſeruatum Theologis, in Epiſtolam præſertim ad Hebræos, meminimus.

nimus: Noui Fœderis ſcriptores, verba Veteris & eleganter & venuſte non
ſemel alio transferre. Quod tam vſitatum eſt τοῖς ἔξω, vt vix vllus ſit Homeri Ad
verſus, cujus verba non mutato ſenſu vſurpentur. In his autem, vt cum illud Rom.
quod de Rachele & decem tribubus Ieremias dixerat, de innocentibus Mat-
thæus (quod & B. Hieronymus vult) vſurpauit. Neque pauca ſunt in Pſalmis,
quæ pro inſtituto ſuo Paulus maxima cum venuſtate vſurpat. quod nec
mirum eſt, cum vtrobique idem Spiritus, qui, tanquam propria ac ſua, ante
dicta vſurpauit. Exemplo ſit quod nunc dicemus. Dixerat Propheta Pſalmo
decimo & nono, Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν· καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκου-
μένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. De cœlis, nempe, qui diuinam gloriam enarrant. Quod
Apoſtolus, non de creatione, ſed de iis qui Iudæis prædicarunt, vrbaniſſime
vſurpauit. Hos Iudæi igitur, de quibus Eſaias, inquit, queritur, cum ait, Κύριε
τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν, an audiviſſe ſe negabunt? *Minime. Imo in omnem ter-*
ram ſonus exiit eorum. Quorum? de quibus idem Eſaias, nempe, loquitur.
vt efficaciter cum ipſo Prophetæ, qui, præceſſit loco, Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ
ἀκοῇ ἡμῶν, id cohæreat. Magnus Chryſoſtomus, Τί λέγεις, φησὶν, οὐκ ἤκουσαν; ἡ
οἰκουμένη καὶ τὰ πέρατα τῆς γῆς ἤκουσαν, καὶ ὑμεῖς παρ' οἷς τοσοῦτον οἱ κήρυκες διέτριψαν χρόνον,
καὶ πάλιν ὅθεν ἦσαν, οὐκ ἠκούσατε; *Quid ais*, inquit, *non audiuerunt? Atqui orbis vni-*
uerſus terræque fines audiuerunt. Et vos, apud quos tantum temporis præcones ege-
runt, & vnde prouenerunt, non audiſtis? Matthæus ſine dubio, ἵνα πληρωθῇ τὸ
διὰ τοῦ προφήτου λεγόμενον, dixiſſet. *An non audiuerunt? inquit Apoſtolus. Atqui*
omnes Prophetæ iis prædicarunt. Vt impleatur quod à Regio dicitur, vtque locum
hic illud habeat, quod ab eodem dicitur, In omnem terram exiuit ſonus eorum. &c.
Quod præclare in Paraphraſi Eraſmus expreſſit, *An habent, inquit, quo ſe ex-*
cuſent, quod de Chriſto nihil audierunt? Imo jam impletum cernimus, quod prædi-
xerat Dauid, In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines terræ verba eorum.
A quo viro cur lubentiſſime nonnulli, etiam cum antiquos ſequitur, diſſen-
tiant, non video, & miror. Si præſertim, etiam *impleri* dicitur, quod accom-
modatur tantum: ex ſermone, vt quidam volunt, Sanctis in hoc Fœdere vſi-
tato. De quo alibi.

Cap. VI.

Caput vndecimum obiter percurritur. Mira citandi ratio Hebræis vſitata. Locus,
Ἢ οὐκ οἴδατε ἐν Ἠλίᾳ τί λέγει ἡ γραφή; *vbi* ἐν Ἠλίᾳ *quomodo dicatur: de hiſtoria*
Eliæ, nempe, & quod ibi legitur. In Abraham patre noſtro ſcriptum eſt. in hi-
ſtoria Simeonis. in hiſtoria locuſtæ. in Rege Saul. Eadem ratio loquendi, Græcis
quoque Patribus nonnunquam vſurpata. Locus, εἰ δὲ κατακαυχᾶσαι, *quod ſi glo-*
riaris, ejuſque interpretatio. Locus, Ἀμεταμέλητα τὰ χαρίσματα καὶ ἡ κλῆσις τοῦ
Θεοῦ, *ejuſdemque loci fuſa interpretatio.* τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει, *& quomodo dicatur.*
mens loci. τῇ ἡμετέρᾳ χάριτι. *gratia quæ vobis facta, aut quam conſecuti eſtis.*

CApite vndecimo non procul ab initio, cum legitur, Ἢ οὐκ οἴδατε ἐν
Ἠλίᾳ τί λέγει ἡ γραφή; non certe vt de Elia dictum, quod recentior in- Cap.
terpres & expreſſit & tuetur, accipio, ſed vt Eliæ hiſtoriam intelli- XI.
gat. Vt mens ſit, *An neſcitis, in Eliæ hiſtoria, quid dicat ſcriptura?* Quemad- ℣ſ. 2.
modum locos ex diuiſionibus ſuis citare ſolent Iudæi. Salomo Iarchi ad
Oſeam, cap. 2. ℣ſ. 19. *In Abraham, patre noſtro, ſcriptum eſt: quia noui eum,*
propterea præcipiet filiis ſuis. hoc eſt, באברהם אבינו כתוב. *In Abraham*, ergo, vt, *in*
Elia. quod nonnunquam alias, בספר dicunt, ac ſi ἐν τῇ βίβλῳ, dicas. Autor
libri Amana, *Scriptum eſt* בספר, *in libro*, ſiue, *in hiſtoria, Simeonis Cephæ, quod*
Ieſus dixerit ad Simeonem, Satan quærit occidere te: ego autem rogaui Deum, vt
non occidat te. Vbi doctiſſimus Fagius, *in libro Simeonis Cephæ*, reddidit. cum
ad hiſtoriam notiſſimam alludat: Σίμων, Σίμων, ἰδοὺ, ὁ Σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς τοῦ
σινιάσαι ὡς τὸν σῖτον. Ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλείπῃ ἡ πίστις σου. *Simon, Simon,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

AD ROM.
ecce Satanas expetiit vos quos ventilaret, ſicut triticum: ſed ego pro te rogaui, ne
deficiat fides tua. Lucæ 22. ỷſ. 31. 32. Neque quicquam vſitatius quam ſic
adduci locos. Tale eſt quod in commentariis non ſemel ad Ioëlem occurrit
Prophetam, *in locuſta*, בארבה, hoc eſt, *in hiſtoria locuſtæ*, ſiue, *cum de ea agi-*
tur. ac ſi dicas, *quemadmodum quod de locuſta*, aut, *in locuſta*, *dicitur.* Ita
Kimchius כמו שאמר במלך שאול *quemadmodum quod in Rege Saul ſcriptura dicit.*
Neque aliter interdum S S. Patres, tum diſtinctiones tum pericopas re-
centioris Fœderis citare ſolent. Magnus Baſilius, καθὼς ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ Ἀπό-
στολος ἐν ταῖς διαιρέσεσι τῶν χαρισμάτων. *quemadmodum in diuiſionibus donorum*
nos docuit Apoſtolus. Locum autem, qui 1 ad Corinth. 12. extat, intellexit,
Διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσί. *Diſtinctiones autem donorum ſunt.* &c. Capite eo-
ỷſ. 18. dem cum dicitur, Μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων· εἰ δὲ κατακαυχᾶσαι, οὐ σὺ τὴν ῥίζαν βα-
στάζεις, ἀλλ' ἡ ῥίζα σέ. Mens eſt, *Cogitandum, radicem, Iudæorum eſſe gentem: cu-*
jus jam participes ſunt inſiti, qui ante increduli. Quibus nunquam gloriandum,
ſi ramos quoſdam videant exciſos. Manere enim interim radicem. Adverſus
autem ramos ſi glorientur, etiam aduerſus radicem quodammodo id fieri. cui in-
ſiti jam innituntur, & qua ſuſtinentur. quales, qui eminus viderunt ac præ-
dicarunt Chriſtum. Igitur, εἰ δὲ κατακαυχᾶσαι, hoc eſt, *quanuis autem aduerſus eos*
(ramos nempe) *glorieris, manet tamen radix, quæ eſt ipſa quaſi baſis.* Quid au-
tem mirum, radicem penes eam gentem eſſe, è qua radix ipſa: radix nem-
pe, ſeu ſtirps, Ieſſe. de qua cap. 11. Eſaias: à qua ſalus ipſa. Recentior inter-
pres, Eraſmus, & vetus, *quod ſi gloriaris.* cum hoc velit, *quanuis enim glorie-*
ris, ſcire debes, non te radicem geſtare, ſed geſtari ab ea. Ideoque cauſæ nihil eſſe, cur
glorieris. Ita paulo ante, εἰ δέ τινες τῶν κλάδων ἐξεκλάσθησαν. *quanuis enim qui-*
dam è ramis. Recte Dionyſius Carthuſianus ex antiquiore aliquo, *quod ſi,*
ỷſ. 29. *id eſt, quanuis.* Non exiſtimo inter practica axiomata vllum efficacius, quo-
ties à Satana præſertim & peccato, etiam electi oppugnantur, illo Apoſto-
lico extare, Ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ χαρίσματα τοῦ Θεοῦ. non quod ad ſuperiora,
hoc eſt, ad electionem Iſraëlis, quem, rejectis aliis, elegit Deus, referendum
id non arbitrer, aut ignoraſſe id veteres exiſtimem; adeo, vt Haymo quoque,
Pœnitentia, pro mutatione accipitur, inquit. *Igitur, ſine mutatione ſunt dona &*
vocatio Dei in his, de quibus prædictum eſt, Quos prædeſtinauit hos & vocauit: non
in his, de quibus dicitur, Multi vocati, pauci electi. ſed quod, ne ſi ad ſingulorum
quidem vel vocationem vel electionem referatur, immutandum generale
axioma hoc exiſtimem. Quis enim, ſi afflictum hujus aut illius erigendum
arbitretur animum, non dicat, *Deſperare noli: vim electionis, quæque huc ſpe-*
ctant Dei dona, ſæpius ſenſiſti atque expertus es. Nunc vt dubites de iis aut deſpe-
res, caue. Non enim Deum, vel donorum vel electionis, pænitet. Quod de ſin-
gulis non modo, ſed & omnibus qui eo loco ſunt, vt & de aliis ſimilibuſque,
præclare vſurpatur. cum enim *pænitentia mutationem indicet, voluntatis in*
eo Deum non pænitet, in quo ſecundum æternum placitum non poteſt aliud velle
quam voluit, vt præclarus Eccleſiæ Doctor loquitur. quemadmodum amo-
rem, quo dilexit in hac gente patres, etiam ad filios extendit Deus. Vene-
rabilis Beda, *Vnde & hic poſteaquam dixit, Secundum electionem autem dilecti*
propter patres, continuo ſubjecit, vnde agimus, Sine pænitentia enim ſunt dona &
vocatio Dei. Quomodo & vetus interpres. *Nam dona quidem & vocatio Dei ejuſ-*
modi ſunt, vt eorum ipſum pænitere non poſſit. Recentior autem, *Nam dona illa*
& illa vocatio Dei, ejuſmodi ſunt, vt eorum ipſum pænitere non poſſit. Quod ſi ad
praxin conferatur, præterquam quod afflicti animum vix tanget, totus qui
præcedit Apoſtoli locus, vel exponendus, vel ἀκολουθία indicanda erit. Nam,
articulis vt tantum tribuatur, abſit. Capite eodem, Οὕτω καὶ οὗτοι νῦν ἠπείθησαν τῷ
ὑμετέρῳ ἐλέει, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσιν. Hoc eſt, *vt exemplo gratiæ*, ſiue, *miſericordiæ*,
quam per Euangelium conſecuti eſtis, & ipſi ſeruentur. Ac ſi, τῇ ὑμετέρᾳ χάριτι,
gratia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

gratia, quam conſecuti eſtis, dicat. Notum illud, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. Vt ὑμέτερον ἔλεος, *miſericordia veſtra*, ſiue, *vobis facta*, ſit Euangelium, & quæ ex eo ſalus. quo & illi exemplo veſtro aliquando perueniant. Ad Rom.

Cap. VII.

Locus, τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι. ejuſque mens ac interpretatio. Locus, τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. Recentioris interpretis opinio & interpretatio. Locus, τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες. συναπάγεσθαι, συνάγεσθαι. συμπεριφέρεσθαι τοῖς ἀδελφοῖς, τοῖς διαφωνοῦσι πρὸς ἀλλήλους. ὁ τοῖς ταπεινοῖς προστιθέμενος. Locus, προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον ἀνθρώπων. שכל טוב πρόνοια. εὐλογεῖν, Hebræorum more. Locus, δότε τόπον τῇ ὀργῇ, & quomodo intelligendus. ὀργὴ abſolute poſita.

CApite duodecimo verſu 10. cum idem Apoſtolus, in breuibus ſed neceſſariis, quæ hic cumulantur, præceptiunculis dixit, Τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι· τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι, quis non miretur, ne in his quidem nonnunquam conueniſſe inter eruditos? Quemadmodum, cum alii προηγούμενοι, *præeuntes*, alii, vt inter antiquos quidam, *præuenientes*, reddiderunt. quæ ad rem parum ſane. Quid ergo præcipit Apoſtolus? Τὴν ταπεινοφροσύνην τὴν ὁμιλητικήν: humilitatem, quæ in conuerſatione locum habet. Sine qua virtutes reliquæ, vera inprimis inter Chriſti domeſticos tueri ſeſe amicitia non poteſt. Quæ in eo, vt & bene & magnifice de aliis quiſque, de ſe humiliter ſentiat, potiſſimum conſiſtit: quomodo qui ſentit, quantum ſibi demit, tantum alteri vt tribuat neceſſe eſt. Vt hoc velit, Τῇ τιμῇ ἕκαστος ἕτερον ὑπερέχειν, καὶ προάγειν, καὶ μείζονα εἶναι αὐτοῦ ἡγείσθω. *quiſque proximum antecellere ac anteire, ſeque judicet ſuperiorem.* Sed quis melius quam ipſe Apoſtolus, Apoſtoli ſententiam interpretari poteſt? qui plane idem cap. 2. ℣ſ. 3. ad Philippenſes, ita extulit: Μηδὲν κατ' ἐριθείαν ἢ κενοδοξίαν, ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχειν ἑαυτῶν. Quibus verbis voluit haud dubio quod dixi. vt nihil aliud quam loci hujus ſcholion ſit locus ille ac interpretatio. Eodem enim modo nunc, τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι· τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι. Quod interpretes ita reddiderunt, ac ſi ἀλλήλοις ſcriptum eſſet. cum προηγεῖσθαι ἄλλον τῇ τιμῇ, ὁ ἡγούμενος ἄλλον ἑαυτοῦ ὑπερέχειν, *qui alium majorem ſe exiſtimat*, manifeſte dicatur. quemadmodum loco jam dicto loquitur Apoſtolus. Neque enim τιμὴ tam eſt honor qui exhibetur (quanquam forte & ita accipi hic poſſit) quam exiſtimatio de altero, aut æſtimatio. cujus menſura ſit humilitas: quæ ita ſe demittit, vt alium præponat ſibi. ſine qua opinione, nec φιλαδελφία nec φιλοστοργία, locum habet: cum quibus optime hæc, & eodem quidem membro, conjungit. Aliud igitur, quod recentior interpres, *honore alii aliis præeuntes*. vetus, *honore inuicem præuenientes*. Eodem capite cum legitur, τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες, ℣ſ. 16.
neſcio, cur tantopere ab iis eruditus vir diſſentiat, qui τὸ αὐτὸ φρονεῖν alibi, vt cap. 15. ℣ſ. 5. ὁ δὲ Θεὸς τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως δῴη ὑμῖν τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις, & Philipp. 2. ℣ſ. 2. *idem ſentire* interpretati ſunt, vt Eraſmus. cum priori præſertim loco ſequatur, ἵνα ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι δοξάζητε τὸν Θεόν. vt οἱ τὸ αὐτὸ φρονοῦντες ἐν ἀλλήλοις, οἱ ὁμοθυμαδὸν ἐν ἀλλήλοις ζῶντες, quod cum mente Apoſtoli, optime, ni fallor, conuenit, dicantur. & an idem, *eodem animo inter vos mutuo affecti?* Ipſe 2 ad Corinth. 13. ℣ſ. 11. ſe interpretatur. Poſtquam enim, τὸ αὐτὸ φρονεῖτε dixit, τὸ εἰρηνεύετε ſubjungit. Λοιπὸν ἀδελφοί, χαίρετε, καταρτίζεσθε, παρακαλεῖσθε, τὸ αὐτὸ φρονεῖτε, εἰρηνεύετε. & ad Philipp. 2. 2. poſtquam τὸ αὐτὸ φρονεῖν dixit, τὸ ἓν φρονεῖν, ſubjungit. Πληρώσατέ μου τὴν χαρὰν, ἵνα τὸ αὐτὸ φρονῆτε, τὴν αὐτὴν ἀγάπην ἔχοντες. Quaſi autem ſatis hoc non eſſet, σύμψυχοι, τὸ ἓν φρονοῦντες, addit. vt eodem loco ter ſe interpretetur. Idem quippe τὸ αὐτὸ φρονεῖν, idem τὴν αὐτὴν ἀγάπην ἔχειν, idem ὁμοψυχεῖν, idem ἓν φρονεῖν dixit. Adde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ad Rom. quod deinde, vt nihil καθ᾽ ἐριθείαν, *nihil contentioſe gerant*, ab iiſdem petit: quod
& proxime ſequitur. Quid quod, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, καὶ τὸ αὐτὸ φρονεῖν, c. 3.
ỳſ. 10. conjungit? Recentior interpres, *vt eodem animo inter vos mutuo affe-
cti ſitis.* quod potius εἰς ἀλλήλους, quam ἐν ἀλλήλοις, eſſet: vt cum idem Apoſto-
lus, hac ipſa Epiſtola c. 12. τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες, dixit. quis autem neſcit
quid τὸ αὐτὸ φρονεῖν etiam iis ſit qui elegantiam affectant? Sunt igitur, οἱ τὸ αὐτὸ
φρονοῦντες, quos ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ κατηρτισμένους 1 ad Corinth. c. 1.
ỳſ. 10. dixit. ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες, καὶ μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα, ἦτε δὲ κατηρτισμένοι
ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ. Sed & ne quis dubitet, eodem loco, ὅτι ἐν
αὐτοῖς ἔριδες, ſimultates inter eos eſſe, ait. Ἐδηλώθη γάρ μοι ὑπὸ τῆς Χλόης, ὅτι
ἔριδες ἐν ὑμῖν εἰσι. Quid quod vox σχισμάτων præceſſit? quæ & fuſe ibidem de-
ſcribuntur. vt paſſim ipſe ſe interpretetur Apoſtolus. Sed nec eodem ca-
Ibid. pite, cum legitur, Μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι, ſatis-
fecerunt eruditi. Recentior, *humilibus obſecundantes*, cum τὸ ταπεινοῖς tamen
neutrum eſſe moneat. Parum ex mente Apoſtoli: vt & vetus, qui, *conſen-
tientes*, reddidit. Neque ignoro, Helleniſtis συναπάγειν id nonnunquam eſſe,
quod, *colligere*, aut, *congregare*, dicas. Exodi 14. 6. καὶ πάντα τὸν λαὸν αὐτοῦ συνα-
πήγαγε μεθ᾽ ἑαυτοῦ. Vbi συναπάγεσθαι, συνάγεσθαι: &, ex conſequenti, quod He-
bræis vſitatum, *conſectari ac ſequi*. pro quo, non raro aliis quoque vſitatum
autoribus videtur. vel ex Heſychio, qui συνάγεσθαι, συμπορεύεσθαι, συνέρχεσθαι,
interpretatur. Tranſlate igitur, συναπάγεσθαι τοῖς ταπεινοῖς, idem fere, quod διώκειν
ante dixit. vbi, τὴν φιλοξενίαν διώκετε. Vt ſit, *humilia ſectantes:* quod & præceden-
tia euincunt: Μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. Non mul-
to aliter Aſceticorum autor, ὁ δὲ μὴ οὕτως ἔχων, ὁδηγός ἐστι τυφλὸς, ἑαυτόν τε καταχρη-
μνίζων, καὶ τοὺς ἑπομένους συναπαγόμενος. Quemadmodum viciſſim qui ſequun-
tur συναπάγεσθαι dicuntur. Hic autem de virtute: quod συμπεριφέρεσθαι Græci
dicerent. Quo & Practici reſpiciunt Theologi, cum quærunt, Ἐὰν συμβῇ τι-
νὰς ἐν ἀδελφότητι ζῶντας, διαφωνῆσαι πρὸς ἀλλήλους, εἰ ἀκίνδυνόν ἐστιν, ἀγάπης ἕνεκεν
συμπεριφέρεσθαι τοῖς τοιούτοις. *Si eueniat, vt qui inter fratres agunt inter ſe diſſen-
tiant, vtrum periculo careat, cum ejuſmodi verſari.* Verum, συναπάγεται τοῖς ταπει-
νοῖς, vt dixi, ὁ τὰ ταπεινὰ διώκων, *qui humilitatem ſectatur:* ὁ τοῖς ταπεινοῖς, vt alias
Theologi loquuntur, προστιθέμενος: quæ Practicorum voces ſunt. fere, quod
ỳſ. 17. jam dixi, vt Apoſtolus διώκειν dixit. Paulo poſt ſequitur, Προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον
πάντων ἀνθρώπων. Quo in loco ignoſcendum interpretibus, ſi verum ſenſum
ſatis aſſecuti non ſint. Accedebat, quod nihil æque obuium ac mentem
Apoſtoli exiſtimabant: cum & alias præſertim ſic locutus eſſet. Altera quip-
pe ad Corinthios cap. 8. ỳſ. 21. Προνοούμενοι καλὰ, οὐ μόνον ἐνώπιον Κυρίου, ἀλλὰ καὶ
ἐνώπιον ἀνθρώπων. Quem qui intelligit, in hoc non laborabit. vnde & iiſdem
pene verbis vtrumque interpretatur vetus. Cui an παράλληλος qui Prov. 3. 4.
extat: *Et inuenies gratiam & intellectum bonum in oculis Dei & hominum?* quod
Græce eſſet, καὶ εὑρήσεις χάριν καὶ πρόνοιαν καλὴν ἐνώπιον Κυρίου καὶ ἀνθρώπων. Atque
ita quos ſecutus eſt Apoſtolus interpretes: niſi quod hodie, καὶ προνοοῦ καλὰ,
legatur. Idem quod Hebræus שכל טוב, πρόνοιαν Græcus dicit. vt ſic prudentiam,
ſed conjunctam cum benignitate, ſignificet. quod & Chaldæus interpres ob-
ſeruauit. Prudentior autem ſibi nemo quam qui malum malo vindicat, vi-
detur. Bene igitur Apoſtolus, Μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ᾽ ἑαυτοῖς. *Date operam, ne
vobis prudentes videamini* (quod ibidem, *Ne innitamini ſapientia veſtra*, Sa-
lomo dixit) *neque exiſtimate, tales eſſe vos, ſi malo malum compenſetis. Contra au-
tem, vt prudenter benigni ſitis, operam date.* Verba ergo Salomonis huc tranſ-
tulit, vt dixi. de quo Græcos Scholiaſtas cogitaſſe, vt & cæteros interpretes,
oportuit. E quibus recentior, *Procurantes honeſta coram omnibus hominibus.*
ỳſ. 14. Notandum & illud capite eodem, cum Apoſtolus, Εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας
ὑμᾶς dixit, τὸ εὐλογεῖν Hebræorum more accipiendum. Quibus εὐλογεῖν non
is modo

is modo dicitur, qui laudat, qui extollit, qui bene alicui precatur, ſed &
is qui humaniter excuſat, cum petitur, aut negat. Ita de Dauide, cum ab AD
Abſalone inuitatur filio, idque negat humaniſſime atque excuſat, Helle- ROM.
niſtæ dixerunt, καὶ οὐκ ἐβούλετο ὁ βασιλεὺς, καὶ εὐλόγησεν αὐτόν. 2 Sam. 13. 25. La-
tini, *benigne*, *reſpondere*, dicunt. Horatius epiſtola 7. lib. 1. *dic*, *Ad cœnam*
veniat. non ſane credere Mena. Miratur ſecum tacitus. quid multa? benigne,
Reſpondet. Sequitur autem, *negat ille mihi? negat improbus, & te Negligit aut*
horret. Quod eſt Comico, *benigne dicere.* Itaque quid ſi εὐλογεῖ τὸν διώκοντα,
etiam qui benigne dicit: qui vt vt injuria indignum ſe ſentit, factamque ſibi
probat, leniter de eo queritur? quod Chriſtiani eſt ejuſque qui ignoſcere di-
dicit. Aſſentari enim, aut optime precari illi à quo injuria ingenti quis affe-
ctus eſt, vix quiſquam ſine ironiæ ſpecie aut offenſione, poteſt. Adde, quod
naturæ vix humanæ id imbecillitas permittit: non magis quam præſtare
vt notant Theologi, poteſt, quod dicitur, *Diliges proximum tuum, vt te*
ipſum. Eſtote miſericordes, prout & pater veſter eſt miſericors. cum ſatis ſit, ſi,
cum injuria infertur, non vindictæ modo ſtudium atque indignatio, ſed &
hypocriſis ac fucus abſit. Eodem capite paulo poſt ſequitur, Μὴ ἑαυτοὺς ἐκδι- ℣ſ. 19.
κοῦντες, ἀγαπητοὶ, ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ. Vbi, quid ſit, τόπον διδόναι, nemo igno-
rare poteſt qui Helleniſtas inſpexit. Sirachides, καὶ ἰατρῷ δὸς τόπον. cap. 38.
℣ſ. 12. Iram igitur admittit, ſed juſtam, ſed breuem, & quæ in vindictam
non prorumpit. Quam iram, ὀργὴν μὴ ἁμαρτάνουσαν, ex ipſo Apoſtolo dicas:
qui optime loci hujus mentem 4. ad Epheſios expreſſit. Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ
ἁμαρτάνετε. Ita hic, Δότε, inquit, τόπον τῇ ὀργῇ· μὴ ἐκδικεῖτε δὲ ἑαυτούς. hoc eſt, μὴ
ἁμαρτάνετε δέ. Quid igitur relinqui vult Deo? τὴν ἐκδίκησιν. vindictam. quod
& ſequitur. Inuerſa enim eſt constructio: quo nihil in his vſitatius. Δότε τόπον
τῇ ὀργῇ, μὴ ἐκδικεῖτε δὲ ἑαυτούς. *Date locum iræ, nec vos ipſi tamen vlciſcimini.*
Quod cum interpretes non ſatis viderent, δότε τόπον τῇ ὀργῇ, ad Deum tranſ-
tulerunt. Atqui, τόπον διδόναι dicitur, τῇ ὀργῇ, ὁ ὡς καὶ ὅτε δεῖ ὀργιζόμενος, *qui, vt, &*
cum oportet, iraſcitur, quemadmodum de eo loqui Philoſophorum princeps
ſolet: qui non temere, non ἀκαίρως non ἀτόπως, iraſcitur: qui citra denique vin-
dictæ ſtudium iraſcitur. Nec negarim interim, nonnunquam ὀργὴν, abſolute
in Sacris vſurpari. vt Dei, nempe, intelligatur: quomodo non ſemel loqui-
tur Apoſtolus. Nota enim illa, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς. item,
ὁ γὰρ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται. item, καὶ ἦμεν φύσει τέκνα ὀργῆς. item, ἔφθασε δὲ
ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος: ſimileſque loci, qui in his libris aliquoties occur-
runt. Neque aliter & Patres. Aſceticorum autor, Εἰ γὰρ οἱ πῦρ ἀλλότριον προσά-
γοντες τῷ θυσιαστηρίῳ, τοιαύτης ὀργῆς ἐπειράθησαν. *Si enim qui ignem alienum altari*
admouerunt, talem iram ſunt experti. Item, ὅτι τὸ μὴ κατὰ λόγον προστῆναι τῷ ἀδελ-
φῷ, βαρεῖαν αὐτῷ καὶ ἀπαραίτητον τὴν ὀργὴν ἐπάγει. *grauem illi & inexorabilem con-*
ciliat iram. Neque aliter in Fœdere antiquo Helleniſtæ loquuntur. Qualia
ſunt, καὶ ἐγένετο ὀργὴ ἐπὶ Ἰούδαν. καὶ οὐκ ἔσται ὀργὴ ἐφ' ὑμᾶς. Et ſæpius in libris Para-
lipom. Ioſuæ, & aliis: quoties inprimis vocem קצף interpretantur. Quo
ſenſu נוטר Nahumo c. 1. ℣ſ. 2. Deus dicitur. quia iram, nempe, condit premit-
que, atque inimicis ſeruat. vt de ira quanquam diſſimili in Tiberio loquitur
Tacitus. cui, gravem, ſed diſſimulatam, tribuit. *Idque ille credebatur, vt inferius*
majeſtate Principis, graui & diſſimulata offenſione abdidiſſe. Vnde & Helleniſtæ
aliquoties τὸ נטר, μῆνιν, de longa ac diuturna (quam χόλον ἐπίμονον dixerunt
Critici, qualem Achilli ſuo tribuit Homerus) in Leuitico, Pſalmis, & alibi
exponunt. quemadmodum Græcorum Theologi, breuiorem, θυμὸν, longio-
rem βραδυτέραν & μονιμωτέραν, dixerunt. Malo interim ſic accipi, vt dixi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Cap. VIII.

Caput decimum tertium cum duobus ſequentibus percurritur. ἔκδικος εἰς ὀργὴν τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι. *& de diſtinctione loci.* εἰς ὀργήν, εἰς φόβον. זעם, *& quomodo Hebræis vſurpetur.* ἢ ὅτε ἐπιστεύσατε. *& quomodo accipiendum* τὸ πιστεῦσαι. πιστεῦσαι, πρῶτον πιστεῦσαι. πιστεῦσαι, φωτίζεσθαι. Μὴ κώμοις, καὶ μέθαις, μὴ κοίταις. κοῖται γυναικῶν ἐπιθυμίαι. διακρίσεις διαλογισμῶν. ἐρευνταὶ διαλογισμῶν, *aut,* εἰς διαλογισμούς, *Helleniſtis. Locus,* ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν. *Auguſtini de loco ſententia.* Φρονεῖν ἡμέραν, *quid ſit Apoſtolo.* ἐγκρίνειν ἡμέραν, *& quid antiquis.* ἀποκρίνειν ἡμέραν. ἐκλογὴ καὶ ἀπεκλογὴ ἡμερῶν. κρίνειν πᾶσαν ἡμέραν. οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσκεν. ἀρέσκειν. πληροῦν τὸ εὐαγγέλιον, *Apoſtolo quid, & quomodo accipiendum.*

Cap. XIII. AD decimum ac tertium caput peruenimus. à quo ab initio non ita
℣ſ. 5. procul legitur, Διὸ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι, οὐ μόνον διὰ τὴν ὀργήν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν συνείδησιν. Quod eo modo accipiendum, quo alterum quod jam præceſſit, ἔκδικος εἰς ὀργὴν τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι. Quem locum ita melius diſtinguas, Θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστιν ἔκδικος. Vt ita magiſtratus miniſter vindictæ dicatur, quæ commiſſa magiſtratui ac Deo. deinde, εἰς ὀργὴν τῷ κακὸν πράσσοντι. quod eſt, *vt metum male incutiat agenti.* Eodem modo, οὐ μόνον διὰ τὴν ὀργήν, ἀλλὰ διὰ τὴν συνείδησιν, quod eſt, οὐ μόνον διὰ τὸν φόβον. *non ſolum propter metum, ſed & conſcientiam.* Qui vel leuiter Hebraice ſciunt, non ignorant, id quod iræ ac metui commune, vna eademque voce dici. cum de eo qui ſic afficitur τὸ זעם vſurpetur. Ita igitur, quod ante dixerat, perſequitur, οἱ γὰρ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἀλλὰ τῶν κακῶν. Nunc, *magiſtratus, Dei miniſter ad vindictam eſt, vt metum ei incutiat qui male agit.* Vel ſtrictius, *Nam Dei miniſter vindex eſt, ad metum male agenti. Ideoque ſubjici neceſſe eſt,*
℣ſ. 11. *non propter metum modo, ſed & propter conſcientiam.* Eodem capite, Νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν, inquit. vbi πιστεῦσαι, manifeſte ἀτελῶς ponitur, vt, τό, ἢ ὅτε ἐπιστεύσατε, ſit, ἢ ὅτε πρῶτον ἐπιστεύσατε. *cum primum fide illuſtrati eſtis: cum primum credere cœpiſtis.* Hebraiſmo vſitato. vt paſſim in libris Hiſtoricis ἐβασίλευσε מלך, de eo qui regnare primum incipit. Exempli gratia, ἐβασίλευσεν Ὠσηέ, ἐβασίλευσεν Ἄχαζ. quod perpetuum. Igitur πιστεῦσαι eſt φωτίζεσθαι. Quem locum autor ad Hebræos, cap. 10. ℣ſ. 32. illuſtrauit, cum dixit, Ἀναμιμνήσκεσθε δὲ τὰς πρότερον ἡμέρας, ἐν αἷς φωτισθέντες, πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων. Vnde φωτισμός, *baptiſmus,* & φωτισθέντες, *baptizati.* Eodem ca-
℣ſ. 13. pite, Μὴ κώμοις, καὶ μέθαις, μὴ κοίταις, καὶ ἀσελγείαις. Commode autem Heſychius, Κοῖται, γυναικῶν ἐπιθυμίαι. *mulierum amores,* aut, *lubidines.* Vetus interpres, *non in cubilibus.* Recentior, *non cubilibus.* nihil certe præter vagos concubitus in-
Cap. XIV. telligit. Capite decimo & quarto cum dicitur, Τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσ-
℣ſ. 1. λαμβάνεσθε, μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν, recentiorem interpretem mirari me fateor, qui hoc loco διακρίσεις διαλογισμῶν, *certamina diſputationum,* reddidit. Quod an cum mente Apoſtoli conueniat, eruditi videant. quam ſimpliciſſime Auguſtinus expoſuit. *Hoc dicit,* inquit, *vt eum qui infirmus eſt in fide recipiamus, & noſtra infirmitate infirmitatem ejus ſuſtineamus, neque dijudicemus cogitationes ejus. id eſt, quaſi ferre audeamus ſententiam de alieno corde, quod non videmus.* Item (nam ex ipſo Apoſtolo ſententiam Apoſtoli, quo nihil facilius, confirmat) *Ad hoc valet quod conſequenter dicit, qui manducat, non manducantem non ſpernat, & qui non manducat, manducantem non judicet.* Cujuſmodi homines, qui in aliena judicia aut cogitationes inquirunt, ἐρευνταὶ διαλογισμῶν, aut potius, vt ipſi loquuntur, ἐρευνταὶ εἰς διαλογισμούς, Helleniſtæ dixerunt. Tale eſt, ὅτι ἐρευνταί ἐστε εἰς διαλογισμούς. Pſalmo 139. 20. qui ita ſemper ea voce vſi. Tale eſt, ἐλεύσεται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ· ἀπολοῦνται πάντες οἱ διαλο-

γισμοὶ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

γισμοὶ αὐτȣ̃. *peribant omnes cogitationes ejus.* Pſalmo 145. ℣ſ. 3. tantum abeſt, AD
vt, quod ſibi ſumunt eruditi, διαλογισμοὶ hic *diſputationes* ſint. Non magis ROM.
certe quam διακρίσεις, *certamina*, aut *rixæ*. nam διάκρισις *diſcrimen* Helle-
niſtis. Notum illud, ἐπίσαται δὲ διάκρισιν νεφῶν. *varietatem*, *diſcrimina.*
Iobi 37. 16. Nec male, διάκρισις, *dijudicatio*, hoc loco, quod Auguſtino
placet. Μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν, *non ad dijudicationem*, aut, *examinationem*,
potius. Eruditiſſimum Gloſſarium, Διάκρισις, *diſcriminatio*, *examinatio*. Etiam
in loco qui mox ſequitur, ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέ- ℣ſ. 5.
ραν, multum ſe interpretes fatigant. *Alius*, inquit, *inter diem & diem diſcer-*
nit. ſiue, *diem à die diſtinguit, alius omnem diem admittit.* ſiue, *eodem loco habet.*
hoc eſt, πᾶσαν ἡμέραν ἴσην κρίνει, *omnem diem æqualem judicat. inter diem & diem*
non diſtinguit. Quare Magnus Auguſtinus ſibi & aliis negotium faceſſit, cum
notat, *Quod autem ait, Alius quidem judicat alternos dies, alius autem judicat*
omnem diem; ſequeſtrata jam meliore conſideratione, non de duobus hominibus mi-
hi videtur dictum, ſed de homine & Deo. Qui enim alternos dies judicat, homo eſt.
Poteſt enim hodie aliud, cras aliud judicare. id eſt, vt quem hodie malum, conui-
ctum confeſſumque damnauerit, cras bonum inueniat correctum. Qui autem ju-
dicat omnem diem, Deus eſt: qui nouit qualis quiſque ſit. Cujuſmodi interpre-
tationes libenter antiquitati damus. Nec diſſimilis ejus qui ſequitur loci
interpretatio, ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ φρονεῖ. Ad quem idem Doctor,
Qui ſapit, inquit, *diem, Domino ſapit. id eſt, quia hoc ipſum ad præſentem diem*
bene judicat, Domino ſapit. Hoc eſt autem bene judicare ad diem, vt noueris non
eſſe de correctione ejus deſperandum in futurum, de cujus culpa manifeſta in præ-
ſentia judicaueris. Cum φρονεῖν ἡμέραν idem pene ſit quod ante κρίνειν ἡμέραν παρ'
ἡμέραν, hoc eſt διακρίνειν. *Qui diſtinguit*, inquit, *diem, Domino diſtinguit, qui non*
diſtinguit diem, Domino non diſtinguit diem. vt quod ante πᾶσαν ἡμέραν κρίνειν,
dixit, idem ſit, quod ἐγκρίνειν dicerent antiqui. Cujus contrarium ἀποκρίνειν
Plato dixit. Πᾶσαν ἐγκρίνει ἡμέραν, qui diſcrimen non ponit, & ex æquo omnes
pariter admittit. Contra, ἡμέραν τινὰ ἀποκρίνει, qui diſcrimen inter dies po-
nit, ideoque quoſdam admittit, quoſdam item non admittit. Græci ἐκλο-
γήν τε καὶ ἀπεκλογὴν dixerunt. qui diſcrimen ſuperſtitioſum, quod poſuit
deſcripſitque Heſiodus, παραινέσεις περὶ τῆς τῶν ἡμερῶν ἐκλογῆς καὶ ἀπεκλογῆς, dixerunt.
Proclus, αἱ περὶ τῆς τῶν ἡμερῶν ἐκλογῆς καὶ ἀπεκλογῆς παραινέσεις, ἔχουσι μὲν ἀρχὰς ἐκ τῶν
παρατηρήσεων· ἄλλαι δὲ παρ' ἄλλας ἐκράτησαν· ἐπεὶ καὶ παρ' Ὀρφεῖ τινὲς αὐτῶν διακρίσεις,
καὶ ἐν τοῖς Ἀθηναίων πατρίοις διωρίσθησαν· αἱ μὲν ἀγαθαί τινες, αἱ δὲ φαῦλαι, μέσαι δέ
τινες. *Monita de diebus qui vel admittuntur aut rejiciuntur, principia ſua ab*
obſeruatione antiquorum habent. Alii enim præ aliis obtinuerunt. Siquidem &
apud Orpheum quædam eorum diſcrimina, quemadmodum & in Athenienſium
ritibus definiti quidam boni, aut mali, aut medii, fuerunt. Iam, vt cibos non
nulli, quos immundos ex Lege credebant, ne attingebant quidem, ita
diſcrimen dierum nonnulli ſtatuebant, quos ἡμέραν παρ' ἡμέραν κρίνειν, Apo-
ſtolus dixit. Quidam nullum contra ſtatuebant, quos & πᾶσαν ἡμέραν κρί-
νειν dixit: ac ſi κρίνειν, ſiue, ἐγκρίνειν, πᾶν βρῶμα, dicas. nam vtrunque & de
diebus & de cibis, hic conjungit. Idem caput hoc axiomate Apoſtolus con-
cluſit, πᾶν δὲ οὐκ ἐκ πίστεως, ἁμαρτία ἐστίν. Poſt quæ Græcorum, quod ſane mi-
rum, Theologi, capitis 16. ℣ſ. 25. ſubnectunt verba, τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρί- ℣ſ. 23.
ξαι κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου. Capite decimo & quinto, dicitur, καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς οὐχ
ἑαυτῷ ἤρεσεν. Pro quo ſi Hebraice ſcripſiſſet Apoſtolus, qui hic ἀρέσκειν dixit, CAP.
verbo חמל vſus eſſet. Idem quippe & *parcere* deſignat. *Non pepercit ſibi.* Parcit XV.
ſibi qui in tolerando deficit aut torpet, ideoque non ſe gerit vt oportet: con- ℣ſ. 3.
tra quam ἀνθρωπάρεσκος Philoſophi. qualis fuit Dominus, in cujus perſona
dixit Propheta, οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε, ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ. *convicia eorum qui*
conuiciati ſunt tibi, reciderunt in me. Ita & τῷ πλησίον ἀρέσκειν, dicitur, qui
leniter

AD leniter cum proximo ex charitate agit. Etiam ignoſcit. Vnde, Hebræam
ROM. vocem quoties interpretantur Helleniſtæ, non τῷ ἱλάσκομαι & ἵλεώς εἰμι, tantum, ſed & τῷ ἀφίημι, ſeu, *omittendi* vocabulo, vtuntur. Eodem capite cum
vſ. 19. dixit Apoſtolus, ὥστε με ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ, μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ, πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, more ſuo Helleniſtas in animo habebat: quibus τὸ πληροῦν *fideliter adminiſtrare*, ſeu, *prædicare*, eſſet. quemadmodum, quod & notandum, voce ea paſſim iidem Helleniſtæ vtuntur. Vt cum dicunt, Ἔτι πληροῦντος Ἰούδα ταῦτα, ὤφθη μέρος τι ἐκκύπτον ἐκ τοῦ ὄρους. *hæc adhuc dicente, aut prædicante, Iuda.*

CAP. IX.

Locus, καὶ διὰ χρηστολογίας καὶ εὐλογίας *&c.* χρηστολογία *quid.* χρηστολόγοι. *neque vno modo id accipi ſolere. Pertinax Capitolini chreſtologus. bene loqui & male facere.* χρηστολογία, *quæ ad* ὁμιλίαν κολακευτικὴν, *ſiue adulationem, refertur.* γάστρωνες *&* κοιλιοδαίμονες. τῇ κοιλίᾳ δουλεύειν. κοιλιόδουλοι. *Chreſtologi è Theophraſto character. Vſus in* χρηστολογίᾳ *& adulatione vocis* χρηστός. εὐλογία *quid.* εὐλογοῦντες. εὖ λέγοντες. ἡ ἄχρι ῥημάτων θεραπεία. *Locus,* κατὰ ἀποκάλυψιν Κυρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου. χρόνοι αἰώνιοι *qui.* ἡμέραι τοῦ αἰῶνος. *tempora ſæcularia.*

CAP. XVI. vſ. 18. CApite decimo & ſexto, cum dicitur, Οἱ γὰρ τοιοῦτοι τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ κοιλίᾳ· καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων, planum eſt, aliter τὴν εὐλογίαν vſurpari, quam ſupra, de quo jam paulo ante, Εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς, εὐλογεῖτε, καὶ μὴ καταρᾶσθε, dicitur. cum οἱ εὐλογοῦντες καὶ οἱ χρηστολογοῦντες jungantur, ſimulque τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ δουλεύειν dicantur. Quanuis autem non ignorem, χρηστολόγους eos nonnunquam eſſe, qui verbis munifici, vel aliud, vel nihil minus agunt quam quod præ ſe ferunt; qualis Pertinax Capitolini, *cui omnes, qui libere fabulas conferebant, male loquebantur, chreſtologum eum appellantes, qui bene loqueretur & male faceret;* impetrare à me non poſſum, vt tales ſint de quibus Apoſtolus hic agit. cum potius ad ὁμιλίαν vitioſam, ſiue, κολακευτικὴν, hoc, vt & alterum, hic referendum videatur. Eleganter autem Theophraſtus, adulationem, ὁμιλίαν αἰσχρὰν, συμφέρουσαν δὲ τῷ κολακεύοντι, *turpem in quotidiana vitæ conſuetudinem, adulatori vero vtilem*, definit: ac ſi, cum Apoſtolo, τῇ κοιλίᾳ συμφέρουσαν dicas. De qua, inprimis vere Plautinus ille, *venter creat has ærumnas*, dixit. Vnde & γάστρωνες & κοιλιοδαίμονες feſtiue id genus dicebatur: de quibus Apoſtolus, ὧν ὁ Θεὸς ἡ κοιλία. ad Philipp. 3. 19. quos κοιλιοδούλους ex hoc loco Theophylactus dixit. Χρηστολογίαν autem eleganter ac δεικτικῶς idem Philoſophus χαρακτηρίζει, cum adulatori tali, ſiue χρηστολόγῳ (adulationis enim ſpecies) hæc tribuit. Si cum aliquo incedit, inquit, ſtatim blandicias in promptu habet. Et, Ἐνθυμῇ, ὡς ἀποβλέπουσιν εἰς σὲ οἱ ἄνθρωποι; Τοῦτο οὐδενὶ γίνεται τῶν ἐν τῇ πόλει, πλὴν ἢ σοί. ηὐδοκίμεις χθὲς ἐν τῇ στοᾷ· πλειόνων γὰρ ἢ τριάκοντα ἀνθρώπων καθημένων, καὶ ἐμπεσόντος λόγου, τίς εἴη βέλτιστος, ἀπ' αὐτοῦ ἀρξαμένους πάντας, ἐπὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ κατενεχθῆναι. καὶ ἄλλα τοιαῦτα λέγειν. *Viden', vt oculos in te conuertunt omnes? Nemini ex omnibus ciuibus, præterquam tibi, hoc fit. Vel heri in porticu, quam eximium exiſtimationis tuæ percepiſti fructum! Quippe cum pluſquam triginta ibi homines ſederent, ac tum, quiſnam civium eſſet optimus, forte inter eos quæreretur, ab ipſo orſos, in ejus nomen incidiſſe omnes. Hæc ille, aliaque id genus.* Sed & plura ibi extant. quæ vide. Quid, quod ipſa voce χρηστὸς apud eundem chreſtologi vtuntur? Si liberos illius, cui adulatur, inquit, videt, χρηστοῦ πατρὸς νεόττια, *boni patris pullos eſſe*, exclamat. Si è menſa ſumat aliquid, τουτὶ ἄρα ὡς χρηστόν ἐστι, *quam hoc bonum eſt!* libenter addit. Quod χρηστολογεῖν reuera eſt. quemadmodum & χρηστὸν ἔδεσμα, cibum ejuſmodi dicebant. Cæterum, cum tales ſimileſve, vbi quid probarent vehementer, aut videri vellent, vt

ὀρθῶς

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ὀρθῶς, ita εὖ, & ὑπέρευ, plerunque acclamarent, non magis obſcurum eſſe poteſt, quinam εὐλογοῦντες, quam qui, εὖ λέγοντες, dicantur. Heſychius, Εὐλογείτω, ἐπαινείτω. vt eodem hæc referri poſſint. Qua notione Haymo, χρηστολογίας, *dulces adulationis ſermones*, Dionyſius Carthuſianus, *compoſita atque placentia*, verba, ſcilicet; εὐλογίας, autem, *falſas laudationes*, dixit. Paulo aliter Græci Scholiaſtæ ad eos referunt, qui vbi opus eſt, ventris atque vtilitatis cauſa blandiuntur: aliud interim ſentiunt, aut, occaſione oblata, nocent. Qui ἄχρι ῥημάτων ἡ θεραπεία, inquiunt, ἡ δὲ διάνοια δολερὰ πρὸς ὑμᾶς. quales qui, vt alibi Theologus loquitur, τῇ μὲν τῶν χειρῶν καταψήχουσι τὴν κεφαλὴν, τῇ δὲ παίουσι τὴν παρειάν. *altera manu caput ſcabunt, altera malam feriunt*. Non procul à fine legitur, ℣ſ. 25. Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου. Vbi qui ſint χρόνοι αἰώνιοι intelligo: quæ ſint *tempora ſæcularia*, quod recentiori tamen placuit interpreti, non omnes aſſequuntur. quanuis πρὸ χρόνων αἰωνίων ad Tit. 1. ℣ſ. 2. *ante tempora ſæcularia*, vetus reddiderit. Qui hic, *temporibus æternis*. quod & minime ſatisfacit. Hebraiſmi vel leuiter periti, qui ſint dies שלם, ſiue ad verbum, τοῦ αἰῶνος, non ignorant. Ita enim priſcos dicunt. Notum illud, *Recordare* ימות שלם. Pro quo Apoſtolus, χρόνων αἰωνίων: quod τοῦ αἰῶνος dicas. Quare, *temporibus antiquis*, aut, *priſcis*, hoc eſt, *antehac*, reddi poterat. vt αἰώνιοι ſint χρόνοι, quos, αἰῶνος ἡμέρας Helleniſtæ dicunt. Deuteron. 32. Μνήσθητε ἡμέρας αἰῶνος. זכר ימות שלם. Sirachides, καὶ γενέσθαι εἰρήνην ἐν ἡμέραις ἡμῶν ἐν Ἰσραὴλ, κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ αἰῶνος. *& vt fiat pax diebus noſtris in Iſraël, vt priſcis temporibus*: quod eſt, *vt olim*, *vt antehac*. neque enim, *vt temporibus ſæcularibus*, Latine ibi dicam. Ita temporibus illis, *quibus reuelari cœpit Euangelium*, ſiue, vt loquitur Apoſtolus, τῆς τοῦ μυστηρίου ἀποκαλύψεως (quod βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ſiue Θεοῦ, nonnunquam dicitur) αἰώνιοι opponentur χρόνοι. Ii autem ſunt qui præceſſerunt, vel interprete Apoſtolo, qui ἐσχάτας ἡμέρας has dixit. ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ. vt τὰ σεσιγημένα χρόνοις αἰωνίοις, & τὰ λαληθέντα ἐν υἱῷ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, iterum ſic opponantur: cum σεσιγημένα τὰ μὴ λαληθέντα ſint. Vnde Primaſius, *Myſterium de vocandis gentibus, in Lege diu fuerat occultatum. quod nunc per prædicationem, vel, reuelationem Chriſti, & euangelium Pauli, patefactum eſt per teſtimonia prophetarum.* quem B. Auguſtini diſcipulum fuiſſe volunt.

Ad Rom.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Capita I. Epiſtolæ ad Corinthios.

Περὶ πλειόνων καὶ διαφόρων ἡ ἐπιστολὴ διόρθωσιν ἔχει τῶν Κορινθίοις ἡμαρτημένων.

α'. Μετὰ τὸ προοίμιον, περὶ τοῦ μὴ διχονοεῖν πρὸς ἀλλήλους ἐκ φιλοδοξίας τῆς ἐπὶ σοφίᾳ ἀνθρωπίνῃ. ἐν ᾧ, περὶ θείας σοφίας, περὶ λειτουργιῶν, περὶ τοῦ μὴ κρίνειν διδασκάλους, περὶ τοῦ μὴ ἐπαίρεσθαι.

β'. Κατὰ πόρνων καὶ πορνείας, καὶ τῶν τούτοις κοινονούντων.

γ'. Περὶ τοῦ μὴ δεῖσθαι δικῶν, καὶ ταῦτα ἐπὶ ἀπίστων. ἐν ᾧ, περὶ τοῦ μὴ πορνεύειν.

δ'. Περὶ γάμου, καὶ χηρείας, καὶ ἀγαμίας. ἐν ᾧ, περὶ τοῦ μὴ χωρίζεσθαι ἄνδρας τῶν γυναικῶν, μηδὲ εἰ ἄπιστοι εἶεν οἱ ἕτεροι. περὶ ἁγνείας καὶ διγαμίας.

ε'. Περὶ διαφορᾶς ἐδεσμάτων, καὶ ἀποχῆς δαιμονικοῦ σεβάσματος. ἐν ᾧ, περὶ τῆς ἑαυτοῦ πολυπλόκου συμπεριφορᾶς. περὶ τοῦ μὴ κοινωνεῖν δαίμοσι, περὶ τοῦ ἀδιαφορεῖν ἐν δείπνοις καὶ κλήσεσιν.

ϛ'. Περὶ σχήματος ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἐν εὐχαῖς καὶ προφητείαις.

ζ'. Περὶ κοινωνίας θεοπρεποῦς, οὐ πλησμονικῆς.

η'. Περὶ διαφορᾶς χαρισμάτων καὶ οἰκονομίας αὐτῶν. ἐν ᾧ, περὶ ἀγάπης, ὡς μεγίστου χαρίσματος. περὶ προφητείας, ὡς μείζονος γλώσσης.

θ'. Περὶ ἀναστάσεως σωμάτων καθολικῆς. ἐν ᾧ, περὶ τῆς ἐν Χριστῷ διορθώσεως, καὶ ἀποκαταστάσεως. ὁμοίωσις τῶν ἀνισταμένων πρὸς τὰ ἀναφυόμενα σπέρματα. περὶ τῆς εἰς δόξαν καὶ δύναμιν ἀλλαγῆς.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

DANIELIS HEINSII
EXERCITATIONES SACRÆ
IN I. EPISTOLAM PAVLI AD CORINTHIOS.
SIVE
LIBER SEPTIMVS.

CAPVT I.

Caput primum ac ſecundum prioris ad Corinthios percurritur. Locus, τȣ̃ Κυρίȣ ἡμῶν Ἰησȣ̃ Χριστȣ̃, ἐν παντὶ τόπῳ αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν. *&, an neceſſaria ſit tranſpoſitio.* ὁ Κύριος τῆς δόξης, *de Domino. Diuinitati, etiam cum de Chriſto peculiariter agitur, id tribui.* δοξολογεῖσθαι, κυριολογεῖσθαι, *quibuſque id conueniat: iiſdem, ſcilicet, qui* ἅγιοι, *qui* συνάγιοι, *qui* συνύπαρχοι, *&c. vt &* ὁμόδοξοι, *dicuntur.* ὁ Κύριος τῆς δόξης ἐσταυρωμένος. *Locus,* πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες. Συγκρίνειν, *Helleniſtis.* σύγκρισις. σύγκριμα. συγκρίματα συγκρίνειν. τὴν σύγκρισιν ἀναγγέλλειν. συγκρίνειν πνευματικοῖς, συγκρίνειν αὐτοῖς. *Locus,* ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος. τὸ ψυχὴ *quam varie vſurpatum Helleniſtis.* ἐμπιπλάναι τὴν ψυχήν. ψυχὴ *de appetitu, etiam contra Legem. idem cum* τῷ בעל *vſurpatum. Animalis anima Magiſtris.* ψυχικοὶ, *animales.*

PRioris (quo cum bono Deo jam peruenimus) quam ad Co- CAP.I.
rinthios diuinus Doctor gentium conſcripſit, primi capi- ℣ſ. 2.
tis initio, poſtquam vſitato more nomen proprium præ-
miſit atque expreſſit, legitur, Τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κο-
ρίνθῳ, ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, κλητοῖς ἁγίοις, σὺν πᾶσι τοῖς ἐπι-
καλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν παντὶ τόπῳ αὐ-
τῶν τε καὶ ἡμῶν. Vbi moleſtam, neque neceſſariam, ni fallor,
tranſpoſitionem vrgent eruditi. Vt Apoſtolus, nimirum, dicat, cum omni-
bus qui inuocant nomen Domini noſtri quouis loco: ac deinde iterum in-
telligat Κυρίου (vt illa, ſcilicet, ἐν παντὶ τόπῳ, prioribus jungantur) quod autem
dicitur, αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν, ad Chriſtum ea lege referatur, vt noſter ac eorum
Dominus dicatur. ſiue, vt non de Corinthiis modo, ſed & iis agat, qui vbique
eundem agnoſcunt ac profitentur Dominum: quem eundem ac commu-
nem habent. Quomodo neceſſe non erit, vt ὑμῶν legatur, quod nonnullis
ex antiquitate placuit. Multo minus vt obſcure ac paraphraſtice reddatur,
cum omnibus qui inuocant nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, quouis loco, Domini,
inquam, *tum ipſorum tum noſtri.* Cum ſimpliciſſimus hic eſſe ſenſus poſſit,
Ieſum Chriſtum in omni loco communem eſſe Dominum. Ordo autem, *qui inuo-
cant nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, in omni loco ipſorum pariter & noſtri.*
Pro quo interim interpres vetus, non recte *noſtro* legit: *in omni loco ipſorum
& noſtro.* quod Ambroſium ac cæteros decepit. Quis autem dubitat, quin
in Iudæa quoque à ſuis inuocatus ſit Dominus? qui & communem no-
biſcum habuerunt Dominum. imo, hoc ipſo vnum in eodem fuerunt Do-
mino. Ambroſius: *Cum Iudæis veris jungit & gentes, quia ſalus ex Iudæis eſt. vt in
omni loco, vbi gentes quæ inuocant nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, & vbi Iudæi
ſupra memorati ſunt, ſimiliter ſint omnes vnum.* Omnes ſint vnum, & vnius
omnes; quia vnus omnium vbique. Chriſtus enim, vt recte hic Eraſmus (qui
fortaſſe & ipſe in diſtinctione fluctuauit) omnium ex æquo eſt communis:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad Cor. Quod ipſum maxime confirmat quæ dixi. hoc eſt, *qui in omni loco noſter, omniumque à quibus recte inuocatur.* Iam autem ante dixerat, τὸ ὄνομα Κυρίου ἡμῶν: cum quo alterum ἐν παντὶ τόπῳ αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν, cohæret. Maxime autem miror, cur vt in vertendo moleſtiam crearent ſibi, à diſtinctione jam recepta, quæ eſt, τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν παντὶ τόπῳ αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν, recedendum quidam judicarint. Si quis tamen alteram hic malit, vt poſt τόπῳ diſtinguatur (nam & Patres fluctuaſſe obſeruo) quanto ſimplicius ſic reddet, *cum omnibus qui nomen inuocant Domini noſtri Ieſu Chriſti quouis loco: eorum pariter & noſtri.* ſiue, *qui eorum pariter & noſter*: vel *Seruator* vel *Dominus.* vt ad ipſum Chriſtum, qui communis eſt, ſic referatur. Neque illo, *inquam*, toties hic opus eſt: quod non ſine cauſa Tullius vitauit. Cap. II. ✝ſ. 8. Capite ſecundo cum dicitur, εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν, vide quæ de voce δόξης, cum ad diuinitatem refertur, ſupra jam diximus. Apoſtolus certe, quanuis ὁ Κύριος ſæpe tetragrammato reſpondeat, aut de nomine illo vſurpetur, neque quicquam Græcis Theologis vſitatius ſit, quam vt κυριολογεῖσθαι dicantur quibus verum Dei nomen recte tribuitur (vt cum Epiphanius aliique S. Spiritum, cum Patre & Filio, κυριολογεῖσθαι, dicunt) ne quis dubitaret, etiam τὸ δόξης addidit. Quod & Filio, vt nomen proprium tribuitur: quem eodem modo δόξαν, quo υἱὸν ac σοφίαν, Iuſtinus Martyr Dialogo cum Tryphone Iudæo, dici notat. Itaque Κύριος τῆς δόξης, vt de Deo paſſim in Fœdere antiquo, ἡ δόξα τοῦ Κυρίου. Adde quod S S. Patres, vix efficaciori ad exprimendam diuinitatem voce vtuntur. quod in animo Cyrillus habebat, qui, cum Baptiſta diceret, ὅτι ὁ Χριστὸς ἔμπροσθεν αὐτοῦ γέγονεν, *ante ſe fuiſſe Chriſtum*, ad τὴν δόξαν, ſeu, *diuinitatem*, referendum id ait. Ἔμπροσθεν αὐτοῦ γέγονε, τουτέστι πρωτεύων κατὰ τὴν δόξαν, inquit. Quemadmodum qui veterum Liturgias legit, qui δοξολογεῖσθαι, proprie dicantur, ignorare non poteſt. Filius nempe, de quo hic agitur, cum Patre, ac Spiritu: qui ab illis, vt ἅγιοι, vt συνάγιοι, vt συνύπαρκτοι, vt ἐνυπόστατοι, vt συνυπόστατοι, vt ὁμόδοξοι, junguntur. iidem, nempe, qui & κυριολογεῖσθαι (de quo jam ante) dicuntur. quod ſint vnus Deus. Vt è nullo ferme loco vel diuinitas illius magis efficaciter probari poſſit, qui & Κύριος & δόξης dicitur: neque alibi manifeſtius ἰδιωμάτων κοινωνία exprimatur, cum ſimul *crucifixus* dicatur. Eodem capite ſecundo cum ab ✝ſ. 13. Apoſtolo dicitur, ἃ καὶ λαλοῦμεν οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς πνεύματος ἁγίου, πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες, ſuſpicetur aliquis, πνευματικῶς πνευματικὰ συγκρίνοντες, ſcriptum fuiſſe. Quo non opus eſt, ni fallor. Συγκρίνειν vero, quid ſit Helleniſtis, quid Apoſtolo, non ſatis forte expenderunt eruditi. Quicquid obſcurum eſt, aut minus intelligitur, συγκρίνεσθαι ab illis dicitur. Σύγκρισις autem, ſiue σύγκριμα, ſignificatione τοῦ פשרא Chaldaici, per totum fere Danielem vſurpatur. Vnde illud cap. 5. ✝ſ. 16. συγκρίματα συγκρῖναι. & 2. 4. τὴν σύγκρισιν ἀναγγέλλειν. paſſim denique, vt dixi. Quemadmodum apud Moſen τὸ פתר, quod alias ἐπαγγέλλειν, & ἐπιλύειν illis, paſſim συγκρίνειν, iiſdem Helleniſtis. Ita Geneſ. 40. ✝ſ. 22. καθὰ συνέκρινεν αὐτοῖς Ἰωσήφ. *quemadmodum interpretatus illis erat Ioſeph.* Ita ibidem 8. καὶ συγκρίνων αὐτὸ οὐκ ἔστιν. *nec eſt qui interpretetur illud.* Iam, cum ſomnia, de quibus plurimum vox ea vſurpatur, magna pars prophetiæ eſſent, vt & Magiſtri aliique non ſemel teſtantur, nihil mirum, ſi Apoſtolus vt obſcurioris interpretationem doctrinæ, σύγκρισιν, ita τὸ διδάσκειν καὶ τὸ ἐπιλύειν, συγκρίνειν dixerit. qui τοῖς πνευματικοῖς, id eſt, *ſpiritualibus, ſpiritualem* σύγκρισιν, *interpretationem*, ſeruari atque ἀπόλυσιν voluit. Porro, συγκρίνειν πνευματικοῖς, ita dictum, vt συγκρίνειν αὐτοῖς. Tale eſt, καὶ συνέκρινεν αὐτοῖς Ἰωσήφ. præceſſit autem, ἐν διδακτοῖς πνεύματος ἁγίου. Vt moneat, iis, qui myſteriorum capaces ſunt ſpiritualium, ſpiritualia communicanda: cum talibus de his agendum. Margaritas enim porcis, vt recte in Euangelio docetur, non objiciendas. Quem ſenſum duo

verſus

verſus qui ſequuntur proxime confirmant. Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος, οὐ δέχεται τὰ τοῦ I. Ad
πνεύματος τοῦ Θεοῦ· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστι, καὶ οὐ δύναται γνῶναι, ὅτι πνευματικῶς ἀνακρί- Cor.
νεται· ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνει μὲν πάντα, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται. *Animalis*
autem homo non admittit ea quæ ſunt Spiritus Dei. Stultitia enim ei ſunt: nec
poteſt ea cognoſcere, quia ſpiritualiter dijudicantur. Vt πνευματικοῖς πνευματικὰ
συγκρίνειν, *ſpiritualia ſpiritualibus interpretari*, hic ſit, *de ſpiritualibus cum his*
conferre qui ſunt tales. Cauſa autem additur; quod eo non aſſurgant qui non
tales. qui & ψυχικοὶ dicuntur. Ergo συγκρίνειν πνευματικοῖς, more Helleniſta-
rum, vt συγκρίνειν αὐτοῖς, eo, quo jam dicebamus, loco. Interpres vetus, *ſpi-*
ritualibus ſpiritualia comparantes. qui de Helleniſtis nunquam cogitauit.
neque magis, vt videtur, recentior, qui, *ſpiritualia cum iis quæ ſpiritualia*
ſunt, conjungentes. Cum autem dicitur, ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύ- ẏſ. 14.
ματος τοῦ Θεοῦ, quanuis Theologis quoque placeat, inter quos Nyſſenus, ὅτι κυ-
ρίως ψυχὴ ἡ λογική ἐστι καὶ λέγεται, *animam proprie dici, quæ rationis eſt capax*, idque
huic animæ conueniat quod rationi, tamen quam varie ψυχῆς vocabulo
vtantur Helleniſtæ, notum iis qui in eorum ſcriptis verſati ſunt. Nam &
appetitum, qualis edendi ac ſaturitatis in nobis, ea exprimunt (vt cum
ἐμπιπλάναι τὴν ψυχὴν dixit ſapiens) vt & ſubinde alienum à diuina Lege ap-
petitum. Adeo vt & cum בעל etiam cupiditatem voce hac deſignent. quem-
admodum בעל נפש, qui *habet animam*, cupiditatibus, nempe, addictam, Salo-
mo Prouerb. 23. 2. dixit. Helleniſtæ, εἰ ἀπληστότερος εἶ. *ſi inſatiabilis ſis.* vt ibi
ψυχή, quod ἐπιθυμητικὸν Philoſophis, dicatur. Hebræi autem, quoties τὸ נפש
ſic vſurpant, vt non appetitum modo talem, ſed & ſimul cæcitatem in-
nuant, eam, quam הבהמית, ſiue, *animalem*, dicunt, tum intelligunt. Qualis
cum ex corruptione anima per ſe ſit, vt Apoſtolus hic loquitur, τὰ τοῦ πνεύ-
ματος τοῦ Θεοῦ οὐ δεχομένη, videlicet, recte ψυχικοὺς tales dixit. Quos *animales* in-
terpres vetus dixit.

Cap. II.

Locus, ὡς νηπίοις ἐν Χριστῷ. ἐν Χριστῷ. *de diſtinctione loci mirifica ac tranſpoſitione*
ex Clementis Alexandrini ſententia. Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα. *Vinum & lac, in oc-*
cidentalibus Eccleſiis, renatis propinatum. Γάλα ποτίζειν καὶ οὐ βρῶμα, *quomodo*
dictum. κωλυόντων γαμεῖν καὶ ἀπέχεσθαι βρωμάτων. *Locus illuſtriſſimus, mul-*
tumque agitatus, Εἰ δέ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον, *&c. quomodo in-*
telligendus. χρυσωρυχεῖα, *in quæ ſontes demittebantur.* σηλαγεῖς. ἑψητήρ.
Auri purgandi igne ratio. Mens Apoſtoli fuſe explicata. πῦρ *&* πύρωσις, δοκι-
μασία. *Hebræorum* כור. *lapides precioſi. adamas, auri comes, Plinio. natalem*
ejus in auro, eidem ſtatui. vim ejus, ignis victricem, eidem dici. Loci ejus ca-
pite quarto, ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ, ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας, *interpretatio.* ἀν-
θρωπίνη ἡμέρα, *quæ.* ἔπαινος, κρίσις. μετεσχημάτισα εἰς ἐμαυτόν. συγκαλύπτειν, μετα-
σχηματίζειν. *veteris ac recentioris interpretatio. Locus,* τί δὲ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες;
Locus περὶ καυχήματος τῆς πίστεως. *Gladiatores qui* ἔσχατοι. *meridiarii.* ἐπι-
θανάτιοι. ἄγγελοι *hoc loco, qui.* πάντων περίψημα. *quid* περίψημα. ψῆγμα, λύ-
ματα, περικαθάρματα, ἀντίλυτρα, ἀντίψυχα. *piaculum. azazel.* ἀποπομπαῖος,
καὶ, τράγος ἀπερχόμενος, *Helleniſtis.* περίψημα, *quomodo nonnunquam iiſ-*
dem vſurpatum.

INitium capitis tertii tale eſt, Καὶ ἐγὼ, ἀδελφοὶ, οὐκ ἠδυνήθην λαλῆσαι ὑμῖν Cap.
ὡς πνευματικοῖς, ἀλλ' ὡς σαρκικοῖς, ὡς νηπίοις ἐν Χριστῷ. Quo loco offendiſſe III.
hæc lectio, aut potius diſtinctio, antiquos videtur. qui, τὸ ἐν Χριστῷ, ali- ẏſ. 1.
ter plerunque vſurpari judicabant. In profectu, nempe, aut σχέσει, ſeu, rela-
tione aliqua, aut cum veritas ſic confirmatur. Quemadmodum, cum ἀδελ-
φοὶ ἐν Χριστῷ, συνεργοὶ ἐν Χριστῷ, παιδαγωγοὶ ἐν Χριστῷ, ἀλήθειαν ἐν Χριστῷ λέγειν,

 & ſi-

I. Ad Cor. & ſimilia dicuntur. Quæ & paſſim apud Apoſtolum leguntur. Diſtinctionem igitur mutarunt, aut diuerſam ex codicibus ſecuti ſunt. Vt legatur, ἀλλ' ὡς σαρκικοῖς, ἀλλ' ὡς νηπίοις. Deinde, ἐν Χριστῷ γάλα ὑμᾶς ἐπότισα. Qui magni viri mirificam nonnunquam exercuerunt criſin. Cujus ſpecimen Clemens Alexandrinus hic dedit, cum Pædagogi lib. 1. cap. 6. ſcripſit, καὶ δὴ ἀναγνωστέον ὧδέ πως τὸ ῥητὸν, Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα ἐν Χριστῷ· καὶ διαστήσαντες ὀλίγον, ἐπαγάγωμεν, ὡς νηπίους· ἵνα κατὰ τὴν διαστολὴν τῆς ἀναγνώσεως, τοιαύτην ἀποδεξώμεθα τὴν διαστολήν· κατήχησα ὑμᾶς ἐν Χριστῷ, ἁπλῇ, τῇ ἀληθεῖ, καὶ αὐτοφυεῖ τροφῇ, τῇ πνευματικῇ· τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ γάλακτος ζωοτρόφος οὐσία, φιλοστόργοις πηγάζουσα μαστοῖς. Cujus ſumma ac mens eſt, legendum, Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα ἐν Χριστῷ: deinde poſt diſtinctionem, ὡς νηπίους, ordine turbato. niſi ſi ſic ordinem reſtituamus, ὡς νηπίους ἐν Χριστῷ γάλα ὑμᾶς ἐπότισα. Cum autem dixit, γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, nulla ſubtilitate opus. quid enim aliud voluit, niſi vt eadem methodus ſeruetur in docendo quæ in nutriendo? Atque hoc eſt, quod præclare ad Lucæ Euangelium Ambroſius dixit, *Quid intereſt, quo quiſque credat ordine? Non in principiis perfecta quæruntur, ſed de principiis ad ea quæ perfecta ſunt peruenitur.* Vnde fluxiſſe videtur, quod Occidentis Eccleſiæ, vinum renatis & lac propinarent. B. Hieronymus ad Eſaiæ 55. *Vt non ſolum vinum emamus, ſed & lac: quod ſignificat innocentiam paruulorum. qui mos ac typus in Occidentis hodie Eccleſiis vſque ſeruatur, vt renatis in Chriſto vinum lacque tribuatur.* Minima autem in eo difficultas eſt, quod, γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, καὶ οὐ βρῶμα, dixit: quaſi ποτίζειν non conueniat vtrique. Quis enim ita vſitatum id neſcit? Tacito inprimis, vt paſſim ſic loquatur? Neque periculum eſt, ne quis Paulum ita nunquam loqui arbitretur, cum omnibus ad manum maximi momenti locus ſit, quem ignorare nemo poteſt. Κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων. 1 ad Timoth. c. 4. ȣ̓ſ. 3. quaſi eorundem, κωλύειν γαμεῖν, καὶ ἀπέχεσθαι βρωμάτων eſſet: cum iidem qui vetarent nuptias, ciborum abſtinentiam, vel, teſte Epiphanio, ſuaderent, aut juberent potius, præſcriberentue. Adde, quod Eccleſiam, de qua nunc agit, γεώργιον mox vocat. In agricultura autem ſufficit ποτίζειν, ſeu rigare, cum id loco vtriuſque ſit. Vnde illud, paulo poſt, Ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισεν, ἀλλ' ὁ Θεὸς ηὔξανεν. quod Optatus Mileuitanus, *Ego plantaui, Apollo rigauit. id eſt, de pagano catechumenon feci. Ille catechumenon baptizauit.* Forte, quod Apoſtolum hac ipſa Epiſtola dixiſſe meminiſſet, οὐ γὰρ

ȣ̓ſ. 13. ἀπέστειλέ με Χριστὸς βαπτίζειν, ἀλλ' εὐαγγελίζεσθαι. Sequitur deinde, εἰ δέ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον, χρυσὸν, ἄργυρον, λίθους τιμίους, ξύλα, χόρτον, καλάμην, ἑκάστου τὸ ἔργον φανερὸν γενήσεται· ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει, ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται· καὶ ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι τὸ πῦρ δοκιμάσει. εἴ τινος τὸ ἔργον μένει ὃ ἐπῳκοδόμησε, μισθὸν λήψεται· εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται· αὐτὸς δὲ σωθήσεται, οὕτω δὲ ὡς διὰ πυρός. Hunc autem locum inter eos eſſe, qui moleſtiæ non parum eruditis attulerunt, donec ad audaciam poſterioris ſæculi deuentum eſt, nemo, arbitror, negabit. Totus ſermo manifeſte ab iis deſumptus, qui ἐν τοῖς χρυσωρυχείοις, ſiue aurifodinis, verſabantur. Quæ, ſubterranea erant loca: in quæ damnati, vel extremæ ſortis, cum conjugibus ac liberis relegabantur. Quos nonnunquam eo ipſe Rex aut præfectus loci demittebat. quod fuiſſe in Ægypto vſitatum, multis in Excerptis Photii antiquus ſcriptor Agatharchides oſtendit. In quibus, poſtquam ad ramenta auri viam plurimis moleſtiis præfectus operarum feciſſet, ſingulis τῆς ἐργασίας partem, quæ non ſine intolerabili labore procedebat, tradere ſolebat. Aurum ipſum, modice purgatum, iis tradebatur, qui ab eo σπλαγεῖς dicuntur. qui, purgatum jam labore maximo, τοῖς ἑψηταῖς, ſiue, iis qui excoquerent, tradebant. Illi traditum, cum plumbo, ſale, paleis, aut fœno, ollæ fictili incluſum, dies quinque, totidemque noctes, excoquebant. Poſt quæ, cæteris abſumptis, ſi officium præclare miſeri feciſſent, nihil, præter aurum purum, & à cæteris diſtinctum, exhibebant.

Quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad Cor.

Quorum vltima δοκιμασία, ſeu probatio, de qua agit hic Apoſtolus, (& huc proprie ſpectant quæ hic dicimus) ipſe ignis erat. Ipſi, alii atque alii. Singulis præerant, qui delicta caſtigabant: & interdum delinquentes aliis laboribus ſeruabant. Vt non fruſtra B. Hieronymus, De locis Hebræis, *metalla damnatorum effodi ſuppliciis*, dixerit. *Vbi æris*, inquit, *metalla, damnatorum ſuppliciis effodiuntur*. Audiamus ipſum. *Ita igitur qui* σπλαγδὺς *dicitur, poſtquam auri ramenta purgauit, tradit iis qui* ἑψηταὶ *dicuntur. Qui acceptum id quod jam collectum eſt juſtaque menſura ac libra examinatum, in vas fictile conjiciunt. additiſque pro ratione copiæ, plumbi maſſa miciſque ſalis quibuſdam, ſtannique particula, ſed & hordei palea, operculum conueniens aptumque poſtquam impoſuêre, ac diligenter vnxêre, quinque continuos dies totidemque noctes camino coquunt. Quem die proximo nonnihil reſtinguunt aut refrigerant: atque ita materiem in vas alterum tranſmittunt. Neque aliud ex iis quæ miſcuere, præter auri liquorem, qui aliquem poſt ramenta paſſus defectum videtur, inueniunt.* οὕτως οὖν οὗτος ὁ σπλαγδὺς, περικαθάρας τὰ ψήγματα τοῦ χρυσοῦ, παραδίδωσι τοῖς ἑψηταῖς. οἱ δὲ λαβόντες τὸ μέτρον τε καὶ σταθμῷ συνηγμένον, εἰς ἄγγος κεραμοῦν ἐνέβαλον· καὶ μίξαντες κατὰ λόγον τοῦ πλήθους μολίβδου βῶλον, καὶ χόνδρους ἁλῶν, καὶ κασσιτέρου βραχὺ, καὶ κρίθινον πίτυρον, κατάλληλον ἐπιθέντες ἐπίθεμα καλῶς ἡρμοσμένον, καὶ πανταχόθεν χρίσαντες, ἕψουσιν ἐν καμίνῳ πέντε ἡμέρας καὶ τὰς ἴσας νύκτας, οὐδὲν διαλείποντες. Τῇ δὲ ἐχομένῃ σύμμετρον τῇ πεπυρωμένῃ προσάγοντες ψῦξιν, εἰς ἀγγεῖον καθήρασαν· ἄλλο μὲν τῶν συμβεβλημένων οὐδὲν εὑρίσκοντες, αὐτὸ δὲ τοῦ χρυσίου χῦμα, βραχεῖαν εἰληφὸς ἀπουσίαν ἀπὸ τοῦ ψήγματος. Reſtat vt Apoſtoli nunc mentem videamus. *Feci, quod præclarus architecton*, inquit. *Fundamentum poſui: ſed vnicum, ſed verum. Reliqui ſuperſtruunt* (τὸ οἰκοδομεῖν, & ἐποικοδομεῖν, quippe, ad doctrinam Apoſtolo refertur. οἰκοδομεῖ, qui docet: ἐποικοδομεῖ qui doctrinam continuat, aut ſuper hac ædificare pergit) *ſed videant quo pacto. Recte id facturi, ſi à fundamento non recedant. Quod non aliud quam Chriſtus. Qui doctrinam puram exigit, quam ipſe ſuo ſpiritu, vt igne, explorat. Quippe, quemadmodum in iis locis, in quibus aurum effoditur atque exploratur, nemo fænum, paleas, aut lignum, quorum ibi vſus eſt, loco auri exhibere poteſt, quia ignis cætera abſumit; ita ad perficiendum opus hoc, quod quiſque confert, tempus arguet: vt ibi ſingula, & quæ quiſque adhibet, explorat ignis. Excepto enim auro, cætera ab igne abſumuntur: vt fænum, ligna, paleæ, aut ſtipulæ, quæ in coquendo adhibentur auro. ita quidem vt cum fumo euaneſcant. Quare, vt ibi, ita hic, pro eo quod non abſumitur, ſed manet, ſuum quemque præmium manebit. Dignus enim præmio habebitur, qui recte laborauerit, qui aurum ſuum exhibere poteſt. Cujus vero euaneſcet labor, non impune id illi erit. Quanuis enim ipſe non intereat, non minus explorabitur in eo quod præſtiterit, quam aurum igne exploratur. Neque aliter ſeruabitur quam illo igne. Rationem enim reddet. Cui? Operis præfecto. Illi, ſcilicet, qui igne ſuo omnia explorat.* Iam vero πῦρ & πύρωσιν, quo S. Petrus vtitur, ἀντὶ δοκιμασίας in Sacris vſurpari, notum eſt. quemadmodum & ſuo כור Hebræi quoque vtuntur. Manet ergo ibi χρυσὸς, ἄργυρος, καὶ λίθος τίμιος, *aurum, argentum, ac lapis precioſus*, cum cætera intereant. De lapidibus precioſis quod addit, nemo mirabitur, qui excellentiſſimi natalem, vel natales, ex Plinio, (ita enim loquitur) in auro poni didicit: tum victricem ei ignium naturam ab eodem tribui. quem &, *auri comitem*, ibidem dixit. *Maximum in rebus humanis, non ſolum inter gemmas, pretium habet adamas; diu, non niſi regibus, & iis admodum paucis, cognitus. vnus modo in metallis repertus, perquam raro: comes auri, nec niſi in auro naſci viſus.* Ibidem: *&, in auro non niſi excellentiſſimo natalis*. Ibidem, *Macedonicum, Philippico in auro repertum*, ait. De igne autem, cui non cedit, ibidem, *Quippe duritia inenarrabilis eſt, ſimulque ignium victrix natura, & nunquam incaleſcens*. Item, *Siquidem illa inuicta vis duarum violentiſſimæ naturæ rerum, ferri igniſque contemptrix, hircino rumpitur ſanguine*. Atque hæc loci, qui illuſtres non paucas

animas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad animas exercuit, interpretatio ac mens eſt. Sequitur eodem loco, cujus jam
Cor. meminimus, Εἴτινος τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται· αὐτὸς δὲ σωθήσεται, οὕτως δὲ ὡς
vſ. 15. διὰ πυρός. Hoc eſt, διὰ πυρώσεως. qualis ea eſt probatio quæ igne inſtituitur.
Si cujuſquam opus, inquit, *igne comburitur, vt qui nihil præter fœnum, ſtipulas, probationi ſubjicit, ac paleas, is labore quidem ſuo ac opere mulctabitur. Ipſe autem, ea tamen lege, ſeruabitur, vt meminerit, ignis examini ſubjiciendum eſſe opus, quod omnino explorandum eſt.* quod ipſum & ſuperiora confirmat. Capite ſequenti, quod ordine quartum eſt, ab Apoſtolo dicitur, Ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχι-
Cap. IV. στόν ἐστιν, ἵνα ὑφ᾽ ὑμῶν ἀνακριθῶ, ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας. Vt hac ratione, *dies*
hominis, pro judicio hominis, ſiue pro vltimo, quo dies hominum defi-
vſ. 3. niuntur, die, ponatur: *cui dies Domini* opponitur. Ideo Apoſtolus, cum ὑφ᾽ ὑμῶν, dixiſſet, more Hebræorum, ita geminat quod dixerat, vt generalius loquatur. *aut à vobis, aut à die hominis.* hoc eſt, *vllius hominis judicio, quod vſque ad diem Domini durabit.* quæ ab iis expectanda qui præpropere nunc judicant. Ipſe autem ſe interpretatur, cum addit, Ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ κρίνετε. *Ne ante tempus judicate.* Verum expectate, vt Sophonias cap. 1. vſ. 14. loquitur, ἡμέρας Κυρίου φωνήν. *ipſam illius diei vocem.* Dies ergo Domini, diem præſupponit hominis. Res planiſſima. Quare ne hic quidem, cur ad dialectum Cilicum in talibus B. Hieronymus confugerit, videre poſſum. De qua mirum, quæ eruditiſſimo illi viro non ſemel in mentem venerint. Sequitur,
vſ. 5. καὶ τότε ὁ ἔπαινος γενήσεται ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Vbi, ne veteres quidem diſſimulant Theologi, tam de improbis quam de cæteris hactenus egiſſe Apoſtolum. Quo enim ſpectant τὰ τοῦ σκότους κρυπτά, niſi ad eos quos προδίδεσθαι ἐν σκότει ipſa veritas declarat? Vnde iidem notarunt, ὅτι ἦν ἀκόλουθον εἰπεῖν, τότε ἡ τιμωρία καὶ ὁ ἔπαινος γενήσεται. *ratione eorum quæ præcedunt, tunc pœna atque laus ſequetur, dicendum fuiſſe.* Quod vt excuſent, ajunt, ὅτι εἰς τὸ χρηστὸν ἀπέθετο τὸν λόγον. *in meliorem partem, ſermonem deflexiſſe, atque ita alterum diſſimulaſſe.* Mihi ἔπαινος hic medium videtur. Et erudite Heſychius, qui κρίσιν, *judicium*, interpretatur. Apud quem inuenias, Ἐπαίνους, τὰς κρίσεις, καὶ τὰς συμβουλίας, καὶ τὰς δεχαιρεσίας. Σοφοκλῆς Θυέστῃ Σικυωνίῳ, καὶ Ἀλκμαίωνι. ita enim legendum. Sed & ἔπαινος Helleniſtis ex conſequenti חמדה, *deſiderium.* vt cum Ioramus obiiſſe οὐκ
vſ. 6. ἐν ἐπαίνῳ 2 Paralip. 21. 20. dicitur. Capite eodem quarto legitur, Ταῦτα δέ, ἀδελφοί, μετεσχημάτισα εἰς ἐμαυτὸν καὶ Ἀπολλώ, δι᾽ ὑμᾶς. Ante de ſe & Apollo egerat Apoſtolus, ita tamen vt neutrius nomen exprimeret, ſed ἀντονομαστικῶς de vtroque ageret. hi enim ſunt, quos paulo ante ὑπηρέτας Χριστοῦ, καὶ οἰκονόμους μυστηρίων αὐτοῦ, dixerat. Addit, ὅτι ταῦτα μετεσχημάτισα εἰς ἐμαυτὸν καὶ Ἀπολλώ. quod συγκαλύπτειν Helleniſtæ interpretes, Symmachus autem, ſemichriſtianus, ex hoc fortaſſe loco deſumptum, μετασχηματίζειν dixit. 1 Reg. 28. 8. Καὶ συνεκαλύψατο Σαοὺλ, καὶ περιεβάλετο ἱμάτια ἕτερα. Symmachus μετεσχημάτισεν ἑαυτόν· εἰς ἄλλον, nempe. cum iiſdem in libris, locis aliquot, συγκαλύπτειν dicatur. Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς Ἰσραὴλ πρὸς Ἰωσαφάτ, βασιλέα Ἰούδα, συγκαλύψομαι, καὶ εἰσελεύσομαι εἰς τὸν πόλεμον. lib. 3. c. 22. 30. Ibidem, καὶ συνεκαλύψατο ὁ βασιλεὺς Ἰσραήλ. vt & in Paralipomenis. Eodem modo, aut non multo certe aliter Apoſtolus, ταῦτα εἰς ἐμαυτὸν καὶ Ἀπολλὼ μετεσχημάτισα. hoc eſt, συνεκαλυψάμην. *occulte ac tecte, de me & Apollo dixi.* de quo non cogitaſſe interpretes, ex ipſa interpretatione patet. Vetus, *Hæc autem, fratres, transfiguraui in me & Apollo, propter vos.* Recentior, *Hæc autem, fratres, figura quadam transtuli ad me ipſum & Apollo, propter vos.* Qui in Notis, *Nominum & perſonarum mutationem intelligit, & figuram vocat, quod vulgo dicimus, vne maniere de parler. vulgaris, transfiguraui, admodum obſcure.* quod σχηματίζειν eſſet. Nam ego, quæ hic perſonarum ſit mutatio, adhuc quæro. nec perſonas Apoſtolus mutauit, qui
vſ. 7. nomina diſſimulauerat, aut circumſcriptione occultarat. Sequitur, τί δὲ ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες; Omnia igitur Deo eripit, qui è bonis, quæ accepit, vllum ſibi

vindi-

I. Ad Cor.

vindicat. Si accepimus enim quod habemus, cui quod accepimus debemus, imo quod habemus? adeo vt & ipſæ cogitationes, omniſque, vt loquitur Gennadius, *bonæ voluntatis motus ſit ex Deo: quia per illum aliquid boni poſſumus, ſine quo nihil poſſumus.* qui, vt idem eleganter, *cum vult, ita in nobis agit, vt quod vult, & velimus & agamus.* Sequitur, Δοκῶ γὰρ ὅτι ὁ Θεὸς ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους ἐσχάτους ἀπέδειξεν, ὡς ἐπιθανατίους. (℣. 9.) Qui eſt locus ille, quem περὶ καταισχυμμοῦ πίστεως παρὰ τοῖς πολλοῖς, veteres inſcribunt. Inter quos Clemens Strom. 4. Qui, Δοκῶ γὰρ ὁ Θεὸς, non, ὅτι Θεὸς, nec ineleganter, legit. Tum & peculiari modo contraxit. ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ, καὶ ἀγγέλοις, καὶ ἀνθρώποις, ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας. Deinde nouo ſenſu, Καὶ πεινῶμεν καὶ διψῶμεν. Addit autor, ἐσχάτους ἀπέδειξεν, ὡς ἐπιθανατίους. Qui autem poſtremi iſti? Gladiatores, quos, vt ille loquitur, *de ruina arena dimiſerat*, omnium poſtremi, ne non perirent, ſine vllis quibus tegerentur armis, ſine ſcutis ac galeis, mutuis vulneribus deſtinabantur: (Ibid.) ἀναγκαζόμενοι ἀλλήλοις χρῆσθαι πολεμίοις, *ita vt inter ſe tanquam cum hoſtibus experiri cogerentur*, inquit Ioſephus. Qui, quia omnium poſtremi iterum exhibebantur, *meridiarii*, à Suetonio, Tertulliano, & aliis, dicuntur. Quos Apoſtolus ἐσχάτους, *poſtremos*, eleganter dixit. Ἐπιθανατίους autem, quia nudi, vt loquitur Seneca, producebantur, ſatiſque in eorum ſpectaculis erat, quod interimerentur. Quos intellexit, cum efficaciſſime de Apoſtolorum contemptu & ignominia dixit, Δοκῶ γὰρ ὅτι ὁ Θεὸς ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους, ἐσχάτους ἀπέδειξεν, ὡς ἐπιθανατίους, ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ, καὶ ἀγγέλοις, καὶ ἀνθρώποις. Nam beſtiarii, de quibus vulgo hoc accipitur, mane exhibebantur. Vnde illud Martialis, *Matutinarum non vltima præda ferarum.* quibus ne cætera quidem ſatis conueniunt quæ hic dicuntur, cum plerunque ſtatim diſcerperentur. Illi autem, μετὰ τὸ θέατρον γενέσθαι, vt hic loquitur Apoſtolus, hoc eſt, poſtquam diu in arena ſpectaculum dediſſent, ad certam ſine armis adigebantur mortem. Τὸ ἀγγέλοις autem, de iis, de quibus c. 6. 3. accipio. οὐκ οἴδατε, ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν, μήτι γε βιωτικά; Vt intelligantur mali. quemadmodum cum Seruator dixit, διαβόλῳ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Quod ſane malo. Vt ſic mundum in malo poſitum, qui calamitatibus piorum ac perſecutione delectatur, intelligat. Sequitur, Βλασφημούμενοι, παρακαλοῦμεν· ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων περίψημα ἕως ἄρτι. (℣. 13.) Vbi vocem περίψημα, vt efficaciorem quam putatur vulgo, vetus interpres ſeruauit. Gloſſarium Noui Teſtamenti hactenus, quod ſciam, non editum, cujus vſum eruditiſſimo Zuerio Boxhornio noſtro debemus, *Peripſema, humillimi atque deſpecti. Peripſema eſt raſura, vel purgamentum alicujus metalli, vel pomi, vel cujuſquam rei abjectioris.* Doctiſſimus Heſychius, Περίψημα, περικατάμαγμα, ἀντίλυτρα, ἀντίψυχα, ἢ ὑπὸ τὰ ἴχνη πάντων. Scribe, Περίψημα, περικατάμαγμα. Περιψήματα, ἀντίλυτρα, ἀντίψυχα. Cætera hoc modo: ἢ τὰ ὑπὸ τὰ ἴχνη περικαθάρματα, ὡς πάντων περίψημα. quæ poſtrema Epitomator, homo Chriſtianus, ex hoc loco manifeſte addidit. Adde, quod τὸ περίψημα, tanquam περίψηγμα, quidam confundunt. Nam ψῆγμα, ramentum, vt metalli. à quo aliud περίψημα, quod erudite Euſtathius idem fere quod λῦμα eſſe voluit. Cujuſmodi purgamenta in profluentem aut mare projici ſolebant. cum quo recte περικαθάρματα conjunxit Apoſtolus. Quales fere & piaculares victimæ, de quibus agi hic Budæus volebat. quæ & περιψήματα dicebant: quia autem loco omnium malorum, auerruncandis iis mactabantur, Heſychius ἀντίλυτρα dixit. Ἀντίψυχα vero, quod, pro multis animabus, vna, vt piacularis hoſtia mactari ſolebat. Tale ἀντίλυτρον & ἀντίψυχον, Apollo, hoſtis generis humani, ac vere homicida, qualis ſemper diabolus fuit, oraculo ſibi deligebat, ac perſolui plerunque jubebat. quod in Sinone ſuo eleganter repræſentauit Maro.

Obſtupuere animi, geliduſque per ima cucurrit
Oſſa tremor, cui fata parent, quem poſcat Apollo.

I. Ad Cor: In caſu enim tali quiſque metuebat ſibi. De Calchante, à quo, tanquam vate, vt Apollinis ſententiam ac voluntatem περὶ ἀντιλύτρου καὶ ἀντιψύχου, diuulgaret, petebatur, idem addit,

Vix tandem magnis Itachi clamoribus actus,
Compoſito rumpit vocem, & me deſtinat aræ.
Aſſensêre omnes: & quæ ſibi quiſque timebat,
Vnius in miſeri exitium conuerſa tulere.

Piaculum enim deſcribitur. quæ Neptuno plerunque offerebantur: vt ex omni parte, & in omni elemento, tyrannidem aduerſus genus noſtrum, conjuratus ejus hoſtis exerceret. Quo ſpectant, quæ ex autore antiquo, quanquam corrupte, vt videtur, Suidas adducit. qui, poſtquam περίψημα, inter cætera, ἀπολύτρωσιν, interpretatus eſt, plura de hoc ritu addit: quæ hic nec adducimus nec emendamus. Quibus aliud primario agendum: neque vlla eruditionis laus aut exiſtimatio ex hujuſmodi digreſſiunculis petenda. Tale περίψημα in Sacris dici recte Azazel poteſt. de quo Leuitici 16. 8. Quem Helleniſtæ ἀποπομπαῖον, & τράγον ἀπερχόμενον dixerunt. quem Pontifex, poſtquam omnia delicta imprecatus capiti illius eſſet, in deſertum, vt vere κάθαρμα, λῦμα, καὶ περίψημα, emittebat. Cæterum, vt propius jam accedamus, περίψημά τινος, Helleniſtis σχετικῶς, ſeu relatiue, is dicitur, qui, comparatione alterius, pro nihilo habendus. Quo illud Tobiæ 5. ℣ſ. 24. ſpectat. vbi Anna, Ἀργύριον τῷ ἀργυρίῳ μὴ φθάσαι, ἀλλὰ περίψημα τοῦ παιδίου ἡμῶν γένοιτο. *Vtinam fœnus nunquam curæ nobis, ſed præ filio noſtro rejectaneum fuiſſet.* Qui locus ab hoc ipſo non alienus, ſi περίψημα πάντων hic, vt ibi περίψημα παιδίου accipias. Sed & mirum minus, cum Helleniſtis, hominem Hebræum, ſuo more & eorum ἑλληνίζοντα, locutum, quam ſi ex vſu Demoſthenis aut Ariſtotelis locutus eſſet. E quibus, qui vbique Græcum confirmare aut illuſtrare Apoſtoli, quod ad ſermonem, contextum conantur, fruſtra ſint neceſſe eſt. Ergo, περίψημα πάντων, *rejectanei præ omnibus.* quemadmodum & Azazel, de quo jam dixi, *rejectaneus pro omnibus.* Melius tamen *purgamentum*, aut, *retrimentum* dixeris, quam *ſordes.*

Cap. III.

Locus, Ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία. τὸ ὅλως *quomodo accipiendum. Quomodo intelligendum,* τὸ, ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται πορνεία. *ſtuprum, de inceſto. ſtupri apud Iuriſconſultos diuiſio.* γυναῖκα τοῦ πατρὸς ἔχειν. ἔχων, בעל. ὁ ἀντικείμενος, *Satan.* ἀλλότριος *idem dictus. Diſtinctio, quam inter* τὸ παραδοῦναι καὶ ἐκδοῦναι *B. Chryſoſtomus ponit. & an Sacræ eam literæ obſeruent. Locus,* ἔγραψα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ. *& de qua Epiſtola intelligendum. Quomodo conceptus ab Apoſtolo idem locus videatur. De ſcribarum negligentia, etiam in Sacris, veterum querelæ.*

Cap. V. ℣ſ. 1. CVm ſtatim capitis initio occurrit illud, Ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία, fateor aliquando exiſtimaſſe me, ita illud ὅλως accipiendum, vt cum בכל מקום, quod eſt, *paſſim* ac *vbique*, Hebræi dicunt: quod & Arabs hic expreſſit. Neque Theophylactus abit. qui hic κοινὸν ποιεῖται τὸ ἔγκλημα, dixit. Quanquam aliud fortaſſe voluit. Quis enim dubitat, quin τὸ ὅλως, vt τὸ καθόλου, cum breuiter effertur aliquid, à Græcis vſurpetur? Vt ſi, ὅλως ταῦτα μὲν πάντα οὕτως ἔχειν, dicas: quod eſt, ὅλως, ſeu καθόλου εἰπεῖν. *omnia, vt paucis dicam, ita ſe habent.* de eo, nempe, quod καθόλου, & in genere effertur: fere vt cum de ſtudiis ſcientiiſque quibus incumbendum eſt, καθόλου ſe dicturum autor non ignobilis promittit. Quomodo hic recte ſumas. vt τὸ ὅλως, nempe, ad πορνείαν referatur: mens autem ſit, Πορνεία μὲν ὅλως, ſiue, ἡ ὅλως, vel καθόλου οὕτως λεγομένη, *quæ in genere ſic dicitur.* Vt πορνείαν, καθόλου μὲν, hoc eſt, *omnem quidem & in genere*

ſic

ſic dictam, graſſari ac audiri inter eos dicat. Ac ſi velit, Ἀκούεται ἐν ὑμῖν, πορνεία
μὲν οὐ μόνον ὅλως οὕτω λεγομένη, ἀλλὰ καὶ τοιαύτη ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται. *Non* I. Ad
ſolum ſcortatio quælibet, aut, *generaliter ſic dicta, inter vos auditur, ſed & talis,* Cor.
à qua gentes quoque abhorrent. Sequitur, ὥστε γυναῖκά τινα τοῦ πατρὸς ἔχειν. vt de Ibid.
nuptiali copula agatur. Quomodo igitur πορνείαν, facinus hoc dixit? quem-
admodum Tullius, inceſtum, *ſtuprum* dixit: Iuriſconſulti item, ſtuprum, in
adulterium, inceſtum, & ſtuprum diuidunt. Sed & τὸ ἔχειν eam notat copu-
lam, quam dixi. B. Hieronymus ad Oſeæ 2. *Lingua Hebræa & Syra* בעל *inter-*
pretatur ὁ ἔχων. *id eſt, habens. Si voluerimus dicere, habens me, dicimus,* בעלי. *Et*
apud vtranque gentem, vxores viros ſuos vocant baali, id eſt, vir meus, quod in-
telligitur habens me. Sequitur, autorem fuiſſe Corinthiis Apoſtolum, talem,
qualis fuit de quo agit, παραδοῦναι τῷ σατανᾷ. Quo ſenſu optime antiqui Pa- ℣ſ. 4.
tres, Satanam jam olim ἀντικείμενον dixerunt. Quomodo & ἄρχων τοῦ αἰῶνος
dicitur. idem qui & ἀλλότριος, *alienus*, aut, *externus*, in regno, nempe, Dei, di-
citur. quomodo in Liturgiis ſuis veteres, ὑπὲρ τῶν χειμαζομένων ὑπὸ τοῦ ἀλλοτρίου,
pro iis, qui ab alieno Spiritu, tanquam in mari, jactantur, intercedunt. Vbicun-
que autem ὁ ἀντικείμενος & mundi Dominus, regnum Chriſti non eſt: quæ
eſt Eccleſia; ſedes vere ac thronus Chriſti. extra quam & Satan. Quo Apo-
calypſeos reſpexit autor, cum dixit, οἶδα τὰ ἔργα σου, καὶ ποῦ κατοικεῖς· ὅπου ὁ
θρόνος τοῦ Σατανᾶ. quemadmodum enim thronus Dei, vbi dixi, ita thronum
dixit Satanæ, qui extra hunc eſt. Quo mirandum magis, alio à Græcis hæc
trahi: cum non male excommunicatio intelligatur. Diſtinctionem enim,
quam inter τὸ παραδοῦναι, & ἐκδοῦναι, B. Chryſoſtomus commemorat, quaſi
illud minus ſit, Sacrarum literarum conſuetudo vix admittit. Certe Pe-
trus aliter, cum de diabolis 2 Epiſtol. cap. 2. dixit, ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρτα-
ρώσας παρέδωκεν, εἰς κρίσιν τετηρημένους. Eodem capite cum legitur, Ἔγραψα δὲ
ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ, difficultatem loci ſatis recentior interpres teſtatus eſt, ℣ſ. 9.
qui monet, Scire ſe, *poſſe de hac ipſa Epiſtola hoc accipi, quoniam paulo ante de*
expurgando fermento monuerat: ſed ſi quis, inquit, *conferat cum* νυνὶ δὲ, nunc
autem, ℣ſ. 15. *mox ſequente, comperiet hoc omnino de alia aliqua Epiſtola, quæ*
interciderit, intelligendum eſſe. Nec enim etiam probabile eſt, Paulum plures
Epiſtolas tot annis non ſcripſiſſe quam hodie extant. Videndum autem primo
quid ab Apoſtolo dicatur. *Scripſiſſe ſe, videlicet, Epiſtolam, qua de ſcortatio-*
ne ageret. neque hoc modo, ſed & monuiſſe eos, ne cum talibus verſarentur. Ea
verba, perperam ab iis fuiſſe intellecta, quaſi tantum monuiſſet eos, ne cum ſcorta-
toribus hujus mundi, *hoc eſt, qui extra Eccleſiam eſſent, verſarentur.* Scortato-
res autem hujus mundi, paganos quidam dici volunt. Theophylactus,
Chryſoſtomi vicarius, Καὶ πάντως οὐ τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου τούτου, συναναμίγνυσθαι
ἐκώλυσα· τουτέστι τοῖς τῶν Ἑλλήνων· ἐπεὶ ἑτέραν οἰκουμένην ὀφείλετε ζητῆσαι· πῶς γὰρ δυ-
νατὸν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει πλειόνων ὄντων τῶν Ἑλλήνων, μὴ συναναμίγνυσθαι τοῖς τοιούτοις; *Nec*
omnino cum mundi ſcortatoribus, hoc eſt, Græcis, ſiue, qui extra Eccleſiam, verſari
vos vetui: ſiquidem alius vobis quærendus orbis eſſet. Qui enim fieri poteſt, vt
cum in eâdem vrbe plures ſint Græci, non verſemini cum talibus? Interpres alius,
Sciendum, quod Apoſtolus ante miſſionem præſentis Epiſtolæ, miſit Corinthiis Epi-
ſtolam quandam, quæ non habetur, in qua juſſit vt non miſcerentur fornicariis.
quod Corinthii non bene intellexerunt: putantes Apoſtolum de ſpirituali for-
nicatione loqui, quæ eſt idololatria. Ideo nunc exponit verba illic ſcripta, & ait,
ſcripſi vobis in Epiſtola illa, quam non habemus. Nemo autem neſcit, quomodo
τὸ πόρνοι καὶ πορνεία, ſpiritualiter accipiatur. vt ex voce tali facile ambiguitas
naſcatur. Primum ergo ſcire velim, vbi μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις, ita vt ambi-
guitas ex voce naſci poſſit, atque aliter intelligendi occaſionem daret, hac
Epiſtola vetuerit. Non enim, niſi fallor, cum ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία
dixit. niſi ſi τὸ, ἐν ὑμῖν, etiam ad eos, qui extra Eccleſiam, referatur. Neque

 video,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

video, quomodo ad eum locum, οὐκ οἴδατε ὅτι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ, quod tamen Græcis placuit, reſpexerit. cum omni peccato hoc conueniat: neque hic πορνεία intelligatur tantum: ſed nec vox πορνείας ibi extet: de Eccleſia quoque ibi manifeſte agatur. Non magis certe quam ad alterum, de quo Photius, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τοιοῦτος, ſiue, ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας, vt loquitur Apoſtolus. Qui, niſi in Eccleſia fuiſſet, tolli ex ea non poterat: nec ſimpliciter πόρνος, verum, cujuſmodi deſcribitur, inceſtuoſus erat. Cæterum, quia, vt Iuriſconſulti ſine lege, ita nos ſine contextu erubeſcimus loqui, quid ſi ipſe Apoſtolus cum ἐν τῇ ἐπιστολῇ dixit, aliam, alio etiam in loco, intelligat? Vt cum 2 ad Corinth. c. 7. ℣ſ. 8. Ὅτι εἰ καὶ ἐλύπησα ὑμᾶς ἐν τῇ ἐπιστολῇ. vbi præcedentem, hoc eſt hanc, etiam primarii intelligunt Theologi. Syrus quod hic, *ſcripſi*, dixit, ibi *contriſtaui*, באגרתא, *per epiſtolam*, dixit. Adde quod & ibi mentem interpretatur, cum ἐπιστολὴ ἐκείνη mox addat: βλέπω γὰρ ὅτι ἡ ἐπιστολὴ ἐκείνη, εἰ καὶ πρὸς ὥραν ἐλύπησεν ὑμᾶς. Vt omittam, quod ad ea ibi, quæ dicuntur hic, alludat. De alia autem ibi agi, ipſa res & hæc epiſtola teſtatur, in qua ea ipſa manifeſte de quibus ibi agitur, leguntur. vt aliam intelligi ne quidem dubitari poſſit. Nec ſi ea ſane, de qua hic agitur, perierat Epiſtola, ex eo ſequitur, quæ ibi ad ſalutem neceſſaria, hic aut alibi in reliquis Canonicis non legi. non magis quam quæ in Nathanis, Gadis, Achiæ, Iddonis, Semaiæ, aliorumque, quorum in veteri Fœdere fit mentio, ſcriptis extabant, hiſtoriis Regum, quæ extant, non contineri. quemadmodum hoc ipſum, quod extitiſſe ibi ait, & repetitur nunc hic & explicatur. Additur deinde, Νυνὶ δὲ ἔγραψα ὑμῖν, μὴ συναναμίγνυσθαι ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος, &c. Quibus verbis, quod ibi non docuerat (quos, nempe, intellexerit) nunc docet. eos qui in Eccleſia, videlicet. Quo ſpectat illud, ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία: de ſcortatione, in genere, nimirum, vt jam ſuo loco diximus: cui addit alteram, quam & paganos deteſtari dixit. Illud autem, Νυνὶ δὲ ἔγραψα ὑμῖν, id eſt, *Hoc autem quod jam addidi*, eo ſpectat, inquit, vt, quos intelligam, ſciatis. fratres, nempe, Eccleſiæ ac membra. Scio quidem, quid in mentem venire eruditis poſſit, qui non neſciunt, quantopere de ſcribis antiqui querantur: & hic & ibi, nempe, ἐν τῇ ἐπιστολῇ α, fuiſſe ſcriptum. Quod quia neutro jam loco extat, & nos inter eos ſumus, qui receptam, vbicunque fieri id poteſt, ſcripturam libentiſſime tuemur, vtrumne à recentioris interpretis ſententia hic abeundum ſit, amplius deliberandum cenſemus, judicamus. Satis ſit interim dixiſſe ea quibus confirmari eam arbitramur.

Cap. IV.

Locus, Βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε *&c. & quomodo intelligendus.* τὸ καθίζετε, *quomodo dictum.* οἱ ἐξουθενημένοι, *qui. an ſarcaſmus eo in loco.* τὸ καθίζειν, *non vno modo vſurpatum.* καθίζετε, *in ſubſelliis collocate, & an recte.* ἐξουθενημένοι, οἱ ἔξω, *qui* τοῖς ἀδελφοῖς *opponuntur.* τὸ malle *quam difficulter exprimant Græci ac Hebræi.* θέλω γὰρ πάντας ἀνθρώπους εἶναι, ὡς καὶ ἐμαυτόν. *Quam leui aut nullo argumento in contemptum adductum ſit matrimonium.* ἐγὼ λέγω οὐχ ὁ Κύριος. οὐκ ἐγὼ λέγω ἀλλ' ὁ Κύριος, *& vnde formulæ ejuſmodi.* οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος. *Locus,* περιτετμημένος τις ἐκλήθη. *De ingenti tranſpoſitione recentioris ſententia interpretis.* ἀλλὰ *Syrorum more vſurpatum.* γνώμη, παραίνεσις *Damaſceno.* ὁ καιρὸς *quis Apoſtolo. Locus,* ὁ καιρὸς συνεσταλμένος τὸ λοιπόν ἐστιν, *& de diſtinctione loci.* τὸ λοιπὸν *Apoſtoli.* τοῦ λοιποῦ, *ejuſdem. Locus,* εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει. *Mens ejus.* ἀσχημονεῖν, *Helleniſtis quid.* καὶ οὕτως ὀφείλει γίνεσθαι. ἀσχημονεῖν ἐπὶ θυγατέρα.

Cap. VI. ℣ſ. 4.

CApite ſexto locus ſequitur, qui non parum difficultatis habere videtur. Βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε, τοὺς ἐξουθενημένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τούτους καθίζετε. Vbi non parum, an eorum admittenda ſit ſententia, qui impe-

imperandi aut jubendi modo, dictum id volunt, dubitaſſe me memini. Dixe- I. Ad
rat, nec recte fieri nec ordine, diuinus autor, quod, qui pars Eccleſiæ ejuſque Cor.
ciues quaſi eſſent, etiam cum inter ſe judicio experirentur, ad profanos judices abirent. Igitur, *Itane vos, qui, qualeſque ſitis, ſoli ignoratis*, inquit? *Ignoratis fore, vt de mundo, iiſque ipſis, quos nunc huic rei adhibetis, ſententiam feratis? Quod ſi à vobis mundus judicabitur, minimis judiciis indigni eſtis? An neſcitis fore, vt de ipſis Angelis, generis humani tyrannis, judicetis? Tantum abeſt, vt quæ vitam hanc caducam ſpectant, extra hoc judicium ponantur.* Sequitur: *Vos tamen, ſi judicia de iis quæ hanc vitam ſpectant inter vos inciderint, extraneos, eoſque, qui nullo in Eccleſia ſunt loco, huic rei adhibetis.* Recentior, *Itaque ſi judicia habeatis, de iis quæ ad hujus vitæ vſum pertinent, eos, qui nullo loco habentur in Eccleſia, eos*, inquam, *in ſubſelliis collocate.* Vbi equidem non video, veriſimile eſſe, vt qui nullo in Eccleſia ſunt loco, huic rei ſint idonei: cum nihil minus quam cujuſvis ſit, ſententiam de controuerſiis pronunciare aut ex æquo ferre: nedum, vt viliſſimæ, quemadmodum hic volunt eruditi, vel conditionis vel loci, arbitros in talibus vel judices præſtare ſe poſſint. cum non ſine cauſa judicandi munus, graue ac detrectandum, Tullius pronunciarit. Vt ſarcaſmus vero ſit, haud facile admittam. qui ne ſubſelliorum quidem vocem, quam non adhibuit Apoſtolus, probare hic poſſum. τὸ καθίζειν enim, quomodo à Græcis ac quam varie vſurpetur, nemo neſcit. Subſellia autem neque occupat, nec ſibi vindicat Eccleſia. Quæ Romanorum erant: quæſtoribus, tribunis, ac triumuiris, vt & iis, qui ad publica judicia admittebantur, deſtinata. Adde quod & τὸ ἐξουθενεῖν, quo hic vtitur, idem Helleniſtis, quod בז Hebræis. ridere, ſcilicet, vel deſpicatui habere. Quales adhiberi לבז, (לחוך Chaldæis) εἰς καταγέλωτα dicuntur Helleniſtis. quos non admittit neque tolerat, quæ, vt oportet, conſtituta eſt Eccleſia. Quod vt emolliat Chryſoſtomus, prudenter ἐλαχίστους interpretatur: eo ſenſu, credo, quo τὰ ἐξουθενημένα elegiſſe ſupra Deus dicitur. Quanquam vix adduci poſſum, vt non recte eos judicare ſentiam, qui τοὺς ἔξω, aut τοὺς ἔξωθεν, vt loquitur Chryſoſtomus, hoc eſt, qui ſunt extra Eccleſiam, intelligunt. Atque ita mens ſit quam dixi. à qua nec B. Hieronymus recedit, qui, *contemptibiles in Eccleſia eos judices dicit, quos appellat infideles.* Quam ſententiam inprimis confirmant quæ ſequuntur. Vt hoc velit: *De rebus, quæ ad vitam hanc pertinent, eos quos contemnit atque excludit Eccleſia, judices hic collocatis. Vt pudeat vos, dico. Adeone nemo inter vos eſt qui tantum ſapit, vt inter fratres dijudicare poſſit? Contra vero, frater cum fratre ſi contendat, ab infidelibus judicatur.* Paſſim autem ἀδελφοὺς, fidei domeſticos dici, καὶ τοῖς ἔξω (iis qui extra Eccleſiam ſunt dico) opponi, nemo ignorat. vnde & ἐξουθενεῖν fortaſſe τὸν ἀδελφὸν 14. Roman. dicitur. Sed nec, quantum recentior exiſtimat interpres, falli eos, dixerim, qui, vt Apoſtoli hic vehementiam intendant, interrogandi nota hæc diſtinguunt: τοὺς ἐξουθενημένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τούτους καθίζετε; neque enim obſtant, quæ obſtare arbitratur. Capite ſeptimo, cum di- Cap.
citur, Τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν. θέλω γὰρ πάντας ἀνθρώπους εἶναι, VII.
ὡς καὶ ἐμαυτὸν, mirum quos errores, res exigua, & olim & hoc tempore, pepe- vſ. 10.
rerit. Vulgaris in Græca lingua ac Hebræa defectus eſt, qui τὸ, *malle*, vel vicina voce, vel, non vna, exprimunt. Quod quales quantaſque moleſtias B. Hieronymo in libro aduerſus Iouinianum & alibi crearit, ſciunt, qui & eos libros & alios legerunt. Quemadmodum τῷ רצה ſimilibuſque, etiam τὸ *malle*, Hebræi exprimunt. quod Græci μᾶλλον βούλεσθαι aut προτιμᾶν, dicunt. Non ergo verum, quod ad hunc locum, teſte eodem B. Hieronymo, Pierius notabat olim. Ταῦτα λέγων ὁ Παῦλος, ἄντικρυς ἀγαμίαν κηρύσσει. *Hoc cum dicit Paulus, ſtricte cœlibatum præcipit.* Qui certe προτιμᾷ, οὐ κηρύσσει: *præfert, non præcipit.* Sequitur enim, ἀλλ' ἕκαστος τὸ ἴδιον χάρισμα ἔχει. Quis autem credat, rei tam exiguæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad Cor. ignorantia, rem ſanctiſſimam, matrimonium, in contemptum potuiſſe ad-
duci? Sequitur, Τοῖς δὲ γεγαμηκόσι παραγγέλλω, οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ Κύριος, γυναῖκα
✝ſ.10. ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι: ac deinde, Τοῖς δὲ λοιποῖς ἐγὼ λέγω, οὐχ ὁ Κύριος, εἴ τις
ἀδελφὸς γυναῖκα ἔχει ἄπιστον, &c. Vbi, cum prius dixiſſet, οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ Κύριος,
mox autem, ἐγὼ λέγω, οὐχ ὁ Κύριος, haud dubio antiquum Prophetarum
morem, qui alia αὐτοκέλευστοι, alia, ἐξ ἐπιταγῆς, ſeu expreſſo mandato dicebant,
reſpexit. Ita 2 Sam. 7.3. καὶ εἶπε Ναθὰν πρὸς τὸν βασιλέα. Et mox, καὶ ἐγένετο ῥῆμα
Κυρίου πρὸς Ναθάν. B. Hieronymus, ex obſeruationibus, vt videtur, Iudæo-
rum, Quæſt. Heb. in lib. Regum, *Dixitque Nathan ad Regem, Omne quod eſt
in corde tuo, vade, & fac, quia Dominus tecum eſt. Hoc enim Nathan, ex ſe quoque
& ſermone Domini dixit ad Dauid. Illud vero quod ſequitur, ex ſermone Domini
dixit: Hæc dicit Dominus, Nunquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum?*
Dicit autem Dominus, etiam quæ in ſcripturis exprimuntur. hoc eſt, τὰ
ἐγγράφως λεγόμενα, vt veteres loquuntur. De tali ergo, vel reuelato alias man-
dato, οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ Κύριος. Quam dicendi formulam & S S. Patres nonnun-
quam expreſſerunt. Nyſſenus De virginitate cap. 6. Οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, ἀλλ' αὐ-
τῆς τῆς θείας φωνῆς. Et ante eos, οἱ ἔξω inter quos Euripides: qui, καὶ οὐκ ἐμὸς ὁ μῦ-
θός ἐστιν, ἀλλὰ τῆς μητρὸς πάρα. E quo Flaccus, *Nec meus hic ſermo eſt, ſed quem præ-
cepit Ofellus.* conciliandæ, ſcilicet, autoritati. Aliquot poſt verſiculis, vt nunc
✝ſ.18. diſtinguuntur, legitur, Περιτετμημένος τις ἐκλήθη; μὴ ἐπισπάσθω. Vbi qui adeo
præfracto aduerſus vere eruditos ſunt animo, vt ne conjecturas quidem
quanuis nihil in contextu immutetur, ſolo eruditionis, aut, vt ipſi vocant,
Criticorum odio, cum ipſum nomen quid velit ſibi, neſciant, admittere
dignentur, videant, quid hic de plurimorum tranſpoſitione verſuum recen-
tior notauerit interpres: qui librariorum (quanquam è conjectura tantum)
culpa factum putat, vt verſiculi iſti 17.18.19.20.21.22.23.24. tranſpoſiti ſint.
De quo quid ſentiam non dicam. quanuis eodem quo nunc modo diſtin-
ctos fuiſſe tum verſus, atque hac occaſione id eueniſſe, quis dicat? mali-
gnitatem tantum deprecor eorum, qui, quid liceat cum non intelligant,
✝ſ.19. nihil licere iis volunt qui melius forte hæc intelligunt. Sequitur, ἡ περιτομὴ
οὐδέν ἐστι, καὶ ἡ ἀκροβυστία οὐδέν ἐστιν, ἀλλὰ τήρησις ἐντολῶν Θεοῦ. Vbi iterum, τὸ ἀλλὰ,
Syrorum more: qui ſuum, aut potius Græcorum, ſic vſurpant. Græce dicas,
οὐδέν ἐστιν, εἰ μὴ τήρησις ἐντολῶν Θεοῦ. *nihil eſt niſi obſeruatio mandati Dei.* nihil
in illis ſpectatur, niſi vt obſeruetur mandatum Dei. ita 2 ad Corinth. c. 2. v. 5.
✝ſ.25. οὐκ ἐμὲ λελύπηκεν, ἀλλ' ἀπὸ μέρους. Sequitur haud ita multo poſt, Περὶ δὲ τῶν παρ-
θένων ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω, γνώμην δὲ δίδωμι, ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι.
Vbi recentior interpres, γνώμην δίδωμι, *do quod ſentio.* An recte, viderint
alii. mihi certe aliud videtur. Veteres, γνώμην hic παραίνεσιν interpretan-
tur. Inter quos Damaſcenus lib. 3. De orthodoxa fide: Ἰστέον δὲ, ὡς τὸ τῆς γνώμης
ὄνομα, πολύτροπον καὶ πολυσήμαντόν ἐστιν. Ποτὲ μὲν γὰρ δηλοῖ τὴν παραίνεσιν, ὥς φησιν
ὁ θεῖος Ἀπόστολος, Περὶ δὲ τῶν παρθένων, διαταγὴν οὐκ ἔχω, γνώμην δὲ δίδωμι. minus
✝ſ.29. igitur moleſte, qui *conſilium* reddidit. Eodem capite, Τοῦτο δέ φημι, ἀδελφοὶ, ὅτι
ὁ καιρὸς συνεσταλμένος· τὸ λοιπόν ἐστιν, ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας, ὡς μὴ ἔχοντες ὦσι. Vbi
cum καιρὸν dixit, eum intelligit, quem καιρὸν τοῦτον, ſiue עולם הזה, *ſæculum hoc,*
ſiue, *præſens,* ad verbum, Magiſtri, alii; *tempus vitæ,* dicunt. quod Apoſtolus
Ibid. voluit. Cum autem additur, τὸ λοιπόν ἐστιν, metuo ne recentiori hic non ac-
cedendum ſit interpreti, qui hæc conjungit, ὁ καιρὸς συνεσταλμένος τὸ λοιπόν
ἐστιν. quod interpretatur, *tempus contractum eſt in poſterum.* Quanto enim me-
lius Robertus Stephanus, & ſi qui alii, ὁ καιρὸς συνεσταλμένος· τὸ λοιπόν ἐστιν, ἵνα καὶ
οἱ ἔχοντες γυναῖκας, &c. Nihil vſitatius Apoſtolo, quam vt peculiares μεταβα-
τικὰς, ex more ſuo, hoc eſt, quibus ad alia tranſire ſolet, adhibeat notas. Qua-
lia ſunt λοιπὸν, τὸ λοιπὸν, τοῦ λοιποῦ. &, quod hic legitur, τὸ λοιπόν ἐστιν. Ita 2 ad Co-
rinth. 13. 11. λοιπὸν, ἀδελφοὶ, χαίρετε, καταρτίζεσθε, παρακαλεῖσθε &c. Ad Gal. 6. 17.
τοῦ λο-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

τοῦ λοιποῦ, κόπον μηδεὶς παρεχέτω. vbi alii, τὸ λοιπὸν habent. Ad Epheſ. 6. 10. Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί μου, ἐνδυναμοῦσθε ἐν Κυρίῳ. & alias non ſemel. vt 2 ad Theſſal. 3. ℣ſ. 1. Τὸ λοιπὸν προσεύχεσθε, ἀδελφοὶ, περὶ ἡμῶν. Quo magis mirum, reperiri, qui diſtinctionem cum recentiori, de qua dicebamus, tuentur. Neque ſane tanti eſt interpretatio, quam adhibuerunt, quibus hoc tantopere placet, vt à veteri interprete recedant. Sed nec aliter jam olim etiam antiquiſſimi legerunt, vt Tertullianus, qui lib. ad vxorem, *Quid ergo fiet, ſi quæ olim deteſtabilia ſunt penes Dominum, ab his nos nunc arceat? Tempus, inquit, in collecto eſt. Supereſt, vt qui matrimonia habent, tanquam non habentes, agant.* Exhortatione ad caſtitatem, *Sane licebit, ſi qui adhuc typi alicujus futuri ſacramenti ſuperſunt, quos nuptiæ tuæ figurent, aut, ſi etiam nunc locus eſt vocis illius, Creſcite, & multiplicamini, id eſt, ſi nondum alia vox ſuperuenit, Tempus jam in collecto eſſe: reſtare, vt & qui vxores habent, tanquam non habentes agant.* Neque aliter Cyprianus: *Tempus collectum. Supereſt ergo, vt & qui habent vxores, quaſi non habentes ſint.* Teſtimon. lib. 3. adverſus Iudæos ad Quirinum. Vt alios omittam. Diuinitus interim Apoſtolus, cum & ea quæ habemus, paulo magis quam quæ non habemus, noſtra dici mereantur (quia non haberi quæ habentur, & amitti poſſunt ſubito, quæ maxime ac immodice amantur) etiam caſtiſſimo puriſſimoque amori moderandum docet, cum præcipit, *vt qui vxores habent, ac ſi non habeant ſe gerant.* Hoc eſt, neque ita ament, vt non primam Dei, ac amoris, qui debetur illi, rationem habeant, neque ita, vt non poſſe amitti, quod habetur, cogitent. Ne vel, cum jam non habentur quæ habuimus, immodice dejiciamur, vel, dum habentur, noſtra eſſe, cum non ſint, exiſtimemus. quæ, vt de liberis vxoribuſque Epictetus loquitur, in poteſtate noſtra eſſe volumus, cum noſtra non ſint. Seruare autem modum hic, quam non ſit omnium, ſi quiſquam, nos, ante annos aliquot, amiſſa ſuauiſſima caſtiſſimaque vxore, Ermgardi Rutgerſia, experti ſumus. Quam & ſuperſtitem tenerrime dileximus, & amiſſam, dolore immenſo proſecuti ſumus. Quod & nænia lugubri θρημίκτῳ, quam eximio tum Medico Iohanni Beuerouicio, optime de valetudine ejus merito, inſcripſimus, teſtati ſumus. nunc autem, ex occaſione oraculi veriſſimi, loco monumenti, inſerendam hic ducimus, exiſtimamus.

I. Ad Cor.

Qualis auia turtur,
Viduata dulci compare infelix gemit,
Noctemque ducit triſtibus querelis,
Deſerta, miſera, nec modum
Ponit flebilibus modis;
Talis ego, mea Vita, mei
Neſcius, infelix, neque mentis
Compos miſeræ, ſolam vnamque,
Te mea quæro, te mea poſco,
Nec tamen inuenio,
Mea Ermegardi, dulcis Ermegardi.
Si nobis ſua vota Deus ſuus,
Si lex non mutanda daret,
Qui nunc omnibus excidimus
Deſerti, miſerabiles,
Non ſaxum fierem, aut lapis,
Non arbos, neque auis vaga,
Sed lachrymæ, lachrymæ fierem,
Mea Ermegardi, dulcis Ermegardi.
Felix Niobe, felix Sipylo

Quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad Cor.

Quæ deſtillat ab imo
Animi ſenſim vulnera mæſti,
Semperque liqueſcit
Indefeſſis anxia curis.
Sic liqueſcam, ſic ſeneſcam,
Nec peream, quamuis peream,
Mea Ermegardi, dulcis Ermegardi.
Mea Ermegardi, lux mea,
Quondam ferocientis
Domitrix inuicta juuentæ,
Cordis hujus machina, in-
expugnabilis, impotens,
Lex pudoris, officina temperantiæ, domus
Anchora vniuerſæ,
Mentis hujus imperatrix, & triumphatrix mea,
Nunc animi laceri,
Fluctuantis, nec ſui,
Naufraga tempeſtas,
Cui me relinquis, ô mea,
Mea Ermegardi, dulcis Ermegardi?
Si mori tecum haud licet,
Nam tecum decuit mori,
Viuendo liceat mori:
Dum viuimus, moriamur.
Memoria nobis, ſola quæ ſupereſt, tui,
Infixa manet ſenſibus imis,
Indomabilis, recens:
Et noua ſemper, ſemperque comes,
Amiſſa monſtrat, nec tamen exhibet:
Sed afflat, vrit, & necat, nec extingit,
Mea Ermegardi, dulcis Ermegardi.
Communis quoties tori
Pignora aſpicio miſer,
Traduces tuos meoſque,
Imaginem ſolam tui;
Toties miſer videre
Te cogor, neque, quam volo,
Video, vt quondam,
Sed video, vt peream,
Imaginem ſolam tui.
Hoc quoque nunc ſupereſt,
Vt videam te, ne videam,
Mea Ermegardi, dulcis Ermegardi.
Si potuit manes arceſſere,
Eurydices, teneræ Eurydices,
Threïcius vates fidibus,
Quam ſuperas rediiſſe in oras
Falſi memorat Græcia mater,
Soliſque Muſis ſæua mors viam pandit;
Non aliud majus
Precium lyræ, meique,
Ardoriſque, Deos rogem,
Quam, tecum vt tumulo tegar,

Atque,

Atque, vt tecūm obeam, tecum abeam, miſer: I. Ad Cor.
Vt, quo ſponte feror, tecum abeam, mea,
Mea Ermegardi, dulcis Ermegardi.

Eodem capite cum legitur, Εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει, locus vſ. 36.
plane elegans. de quo videndum quid interpretes. Recentior inprimis. Notauerat ad eum B. Hieronymus, *Turpis videri poterat, ſi cupientem nubere virginem ſuam, nubere non permittat, & illa fuerit fornicata.* Interpres autem vetus, qui plerunque adhæret verbis, quem idem ſecutus eſt Hieronymus, habebat, *Si quis autem turpem ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua, quod ſit superadulta.* cum in Græco, ἐὰν ὑπέρακμος ᾖ, legatur. Quod ſatisfeciſſe non videtur aliis. Quibus placuit: *Cæterum, ſi quis aliquid non decens à ſe in virginem ſuam committi putat, ſi ſlorem ætatis excedat.* Succeſſu forte non optimo. Ἀσχημονεῖν Helleniſtis dicitur, cui infamia adhæret, qui male audit. Ezech. c. 16. 7. σὺ δὲ ἦσθα γυμνὴ καὶ ἀσχημονοῦσα. In Hebræo, *diſcooperta*, ſiue, *nuda*. hoc eſt, *turpis, famoſa*. ita verſu 22. ὅτε ἦσθα γυμνὴ καὶ ἀσχημονοῦσα, & aliquoties eodem capite. Hoc igitur nunc dicit, *Si quis autem infamiam aliquam, quod ad virginem ſuam, conciliari ſibi exiſtimat, cum ætatis florem exceſſerit, ideoque vt elocetur neceſſe putat; is id faciat. quod præſtat, quam infamiam conciliari illi; ex lubidine aut fornicatione ejus*, nempe. vt recte B. Hieronymus. Nam τὸ, καὶ οὕτως ὀφείλει γίνεσθαι, ipſe interpretatur mox, cum addit, μὴ ἔχων ἀνάγκην. Deinde, ἐπὶ τὴν παρθένον, διὰ τὴν παρθένον, vel κατὰ, Hebraiſmus. Apparet, igitur, quid ſit, ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον. Ita Tobiæ 3. 17. quod Sara dicit, ὅτι οὐκ ἐμόλυνα τὸ ὄνομά μου, οὐδὲ τὸ ὄνομα τοῦ πατρός μου, Apoſtolus diceret, οὐκ ἀσχημονεῖν ἐποίησα τὸν πατέρα ἐπ᾽ ἐμέ. Porro, ἀσχημονεῖ ἐπὶ τὴν θυγατέρα, cujus filia, vel ſe proſtituit, vel talis ex licentia laſciuiaque morum audit. Vnde Rabbi Akiba, vt eſt apud Gemariſtas, legem illam Leuitici 19. 29. *Ne proſtituas filiam tuam, vt illam ſcortum facias*, de eo exponebat, qui nubilem domi detineret filiam; vt qui τῆς ἀσχημοσύνης ἑαυτοῦ θυγατρὸς, & ſibi pariter & illi, cauſa eſſet.

Cap. V.

Locus, Περὶ δὲ τῶν εἰδωλοθύτων. εἰδωλόθυτα. *præcepti cibi, delibati altaribus potus. ſacrificiorum reliquiæ. delibata pocula, Minucio. Locus*, οἴδαμεν ὅτι εἴδωλον οὐδὲν ἐν κόσμῳ. μηδὲν ὄντες, *Dii gentium Helleniſtis*. δαιμόνια אלילים. εἷς Θεὸς, ὁ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς Θεός. *Eodem loco, quare Spiritus Sancti mentio non fiat. Epiphanii ſententia. Epiphanii Græcorumque de Spiritus Sancti ἐκπορεύσεως ſententia.* ὅτι τὸ πνεῦμα ἀπὸ τοῦ υἱοῦ λαμβάνει. *Non nouum in Sacris literis, cum de Trinitate agitur, aliquam diſſimulari perſonam. Locus*, οὔτε γὰρ ἐὰν φάγωμεν, περισσεύομεν. περισσεύειν. οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα. Αἰὼν *quomodo, & hic, & alibi, nonnunquam vſurpetur.* εἰς τὸν αἰῶνα, διὰ βίου.

Capitis octaui initio dicitur: Περὶ δὲ τῶν εἰδωλοθύτων, οἴδαμεν ὅτι πάντες γνῶσιν ἔχομεν. Quales ſunt *præcepti illi cibi, & delibati altaribus potus*, quomodo eleganter Minucius Octauio loquitur. *Conuiuia publica abſque vobis. Sacra certamina, præceptos cibos, & delibatos altaribus potus abhorretis.* Cap. VIII. vſ. 1.
Idem, *Quod vero ſacrificiorum reliquias & pocula delibata contemnimus, non confeſſio timoris eſt, ſed veræ libertatis aſſertio.* Paulo poſt ſequitur, Περὶ τῆς βρώσεως οὖν τῶν εἰδωλοθύτων, οἴδαμεν ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ. quod recentior interpres, *ſcimus idolum nihil eſſe in mundo.* Quare? Omne idolum quippe σχετικῶς, ſeu, relatiue, dicitur. Idola autem, vt inanima ac muta, ita qui repræſentantur, mortui, aut nihil ſunt. Vnde μηδὲν ὄντες, Dii gentium ab Helleniſtis 1 Sam. 12. 21. dicuntur. Καὶ μὴ ἐκκλίνετε ὀπίσω τῶν μηδὲν ὄντων, οἳ περανοῦσιν οὐδὲν, καὶ οὐκ ἐξελοῦνται, ὅτι οὐδέν εἰσι. quod in eo loco תהו, *vanitas*. Eodem capite legitur, ὥσπερ εἰσὶ Θεοὶ πολλοὶ, καὶ Κύριοι πολλοί. Porro, quemadmodum, cum ante vſ. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad Cor. dixit, ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ, locum Pſalmi 96. 5. ὅτι πάντες οἱ Θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια, reſpexit, cum δαιμόνια eo loco אלילים, οὐδὲν, vel οὐδαμινοὶ ſint: de quibus integer Tractatus extat in Thalmudicis עא עבדת אלילים inſcriptus; ita nunc quomodo πολλοὺς εἶναι Θεοὺς, *multos eſſe Deos*, dicat, quæri poteſt. Ac verum quidem reſponderi poſſe, quod præceſſit, λεγομένους intelligi, οὐκ ὄντας, vt Chryſoſtomus. forte & nec eos veriſimile intelligi, quos ante οὐδὲν eſſe dixit: baalim, nimirum, quod hic eruditis videtur. cum præſertim, poſtquam de idolis egit, ὅτι οὐδεὶς Θεὸς ἕτερος εἰ μὴ εἷς, *nullum eſſe Deum, præter vnum*, ſubjunxerit. Vnde & miniſtros cœleſtes intelligi hic malim. qui & ipſi אלהים non אלילים dicuntur. quo alluſiſſe videtur. Quemadmodum autem ea ratione, Θεοὶ ἐν οὐρανῷ πολλοὶ, quorum exercitus diuinam ambire majeſtatem dicitur, ita Θεοὶ ἐπὶ γῆς, qui cum poteſtate in terra verſantur. quos & Κυρίους dixit. Adde quod in cœlo eſſe baalim non poſſunt: quos & nihil eſſe in terra dixit. Et cœleſtes Spiritus, vt Dii, ita nihil quam λεγόμενοι. quibus ineffabile non conuenit nomen. Quod Theodoretus quæſt. 15. in Exodum, vindicaſſe ſibi Deum ait, vt à baalim & elilim diſtingueretur. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ οἱ δαίμονες Θεοὶ καὶ Κύριοι ὠνομάσθησαν ὑπὸ τῶν θεραπευόντων αὐτοὺς, τὸ τετράγραμμον ὄνομα ἔδωκεν ὁ Θεὸς τότε ἀνέκφραστον, τοῖς πιστοῖς. *Quandoquidem enim & dæmones Dii, ac Domini, à quibus colebantur, dici ſolebant, nomen tetragrammaton, tum ineffabile, piis dedit*

℣. 5. *Deus.* Sequitur, Ἀλλ᾽ ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι᾽ αὐτοῦ. Vbi εἷς Θεὸς, *vnus Deus*, qui & ὁ αὐτὸς Θεός. *Vnus idemque Deus, eſt Pater: Vnus idemque Deus, eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus.* Quis autem interpretationem non miretur, quam nonnullis ex antiquis Patribus expreſſit hic locus? Epiphanius, vt cauſam reddat, quare S. Spiritus hic mentio non fiat, Ἐπειδὴ περὶ ἑνὸς, καὶ ἑνὸς διηγεῖται, inquit, οὐκ ἔδει τὸ πνεῦμα αὐτοπούστατον αὐτὸ γίνεσθαι ἑαυτοῦ· ἀεὶ γὰρ φυλάττει ἡ θεία γραφὴ ὑπόγραμμος ἡμῖν γίνεσθαι. ἐφθέγγετο οὖν ἐν πνεύματι ἁγίῳ ὁ Ἀπόστολος, καὶ ἔλεγεν εἷς Θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα. ἦν δὲ σὺν πνεύματι ἁγίῳ τοῦτο λέγων· οὐ γὰρ ἵνα λείψῃ ἡ τριάς. Quem ſi ſequimur, ideo de Spiritu Sancto nihil dixit, quia, Spiritu Sancto dictante, ſcripſit autor. qui Spiritus, ſe ipſe, vt exemplo nobis eſſet, non commendauit. hæc enim mens loci, qui aduerſus Melchiſedecianos extat. Aduerſus Noëtianos autem, dilucidius: Λέγων οὖν περὶ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, οὐκ οὖσα ἦν ἀπὸ πνεύματος ἁγίου, ἀλλ᾽ ἐν πνεύματι ἁγίῳ, ὡς ἔφην, ἐφθέγγετο· εἴωθε δὲ ἀεὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, οὐ σύστασιν ἑαυτοῦ ποιεῖν, ἵνα μὴ ἡμῖν ὑπόγραμμον δώσῃ τοῦ περὶ ἑαυτῶν τὴν σύστασιν ποιήσασθαι. *De Patre igitur & Filio cum agit, S. Spiritu non erat deſtitutus, qui in S. Spiritu, vt dixi, loquebatur. Non ſolet autem commendare ſemet ille Spiritus: ne ad commendationem noſtri hoc nobis præeat exemplo.* Quaſi non, cum alibi, tum apud Iohannem, qui propterea hoc Spiritu non caruit, S. Spiritus ab ipſa veritate commendetur. Vt cum πνεῦμα ἅγιον, πνεῦμα ἀληθείας, ὁδηγὸς ἀληθείας, παράκλητος item, dicitur: aut hæc noua commendatio ac laus ſit, ſi cum Patre & Filio, Sanctus quoque Spiritus laudetur: aut cum ea, qua ſe homines extollunt, commendatione, id quicquam habeat commune. Cæterum, quemadmodum nec Filius, eo minus (abſit enim) Deus, quia Pater ſic vocatur, neque eo minus Pater Dominus, quia ſic vocatur Filius; ita neque Spiritus, qui & vtrunque cum vtroque eſt, omittitur: cum procedere ex vtroque intelligatur. Et vt Filius, ἐκ σχέσεως ad Patrem, ita mirum non eſt ſi & Spiritus ἐκ σχέσεως, quam ex proceſſione ab vtroque, ad vtrunque habet, intelligatur. Quod non cogitabat forte Epiphanius, qui cum Græcis ſuoque more, ex ſolo Patre S. Spiritus proceſſionem profitetur. quanquam Chriſti Spiritum non eſſe neget. Qui ibidem, Ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ Πατρὸς καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεται, ἐνυπόστατον ὂν, καὶ ἐν ἀληθείᾳ τέλειον Πνεῦμα, τὸ τῆς ἀληθείας, τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς, τὸ Πνεῦμα τοῦ Χριστοῦ. *Ex ipſo Patre & Spiritus procedit, qui reuera & per ſe ſubſiſtit: quemadmodum reuera perfectus veri-*

tatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ratis Spiritus, Spiritus Patris, Spiritus Chriſti. quanquam non Chriſti tantum, I. Ad
ſed & διὰ Χριστοῦ διδόμενον, *quod per Chriſtum daretur.* neque ideo ἀπὸ Χρι- Cor.
στοῦ, ſiue, τοῦ Υἱοῦ, ἐκπορεύεσθαι, *à Chriſto*, ſiue, *à Filio*, *procedere*, ſed λαμβάνειν,
ſeu, *accipere* dicebant. quemadmodum non ſemel idem autor loquitur. Sed,
vt dixi, tota difficultas tollitur, ſi ambiguitas τοῦ εἷς tollatur. Vterque enim
idem Deus eſt. Quomodo autem, qui hoc dicit, Spiritum excludit? Adde, ne
mirum quidem eſſe, neque Sacris literis inuſitatum, è tribus aliquem diſſi-
mulari, quia de eodem Deo agitur & vno. Recte apud Photium Aſterius,
qui hoc inſuper familiare Paulo notat: Συνήθες γὰρ τοῦτο τῇ γραφῇ, ποτὲ μὲν ὀνο-
μάζειν μόνον τὸν Υἱὸν, ποτὲ δὲ τὸ Πνεῦμα σὺν τῷ Υἱῷ. Ἄλλοτε δὲ ἄρχεται μὲν τοῦ Πατρὸς, κατα-
λήγει δὲ εἰς τὸ Πνεῦμα· καὶ ἀνάπαλιν, ἀρχὴν μὲν ποιεῖται τὸ Πνεῦμα, ὁδεύει δὲ διὰ τοῦ Υἱοῦ
ἐπὶ τὸν Πατέρα· καὶ τὸ ἰδίωμα μάλιστα τῷ Θείῳ συντηρεῖται Παύλῳ. *Familiare enim id
Scripturæ vt nonnunquam ſolum exprimatur nomen Filii, interdum Spiritus
cum Filio. Interdum incipit à Patre, ac deſinit in Spiritum: interdum contra inci-
pit à Spiritu, per Filium autem progreditur ad Patrem. Quod diuino vſitatum
Paulo, ac quaſi proprium.* Eodem capite, Οὔτε γὰρ ἐὰν φάγωμεν, περισσεύομεν· vſ. 8.
οὔτε ἐὰν μὴ φάγωμεν, ὑστερούμεθα. Quibus verbis, de indifferentibus, quæ ex-
tra infirmorum offenſionem ſunt talia, agitur, ni fallor, vt recentiores
Theologi loquuntur. Cur hoc loco reddiderunt ergo, *Neque enim, ſi veſca-
mur, abundantiores ſumus, neque, ſi non veſcamur, pauperiores reddimur?* Quod
aliud, ſi recte aſſequimur, ab eo quod Apoſtolus volebat. qui, vt arbitror, vo-
lebat, *neque enim ſi comedamus, pluris, neque, ſi non comedamus, ideo minoris
ſumus.* Sub finem dicitur, οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα. vbi notandum, quod
antiqui obſeruant Critici, τὸ αἰὼν, nihil aliud nonnunquam deſignare quam
τὸν βίον. vt in illo Homeri, Ἄνερ ἀπ' αἰῶνος νέος ὤλεο. Cui ſimile quod hoc
loco Sacri notant Critici. inter cæteros Procopius ad 3. Geneſ. Τὸ δὲ εἰς τὸν
αἰῶνα, προσκεῖται, ἀντὶ τοῦ, διὰ βίου. ᾧ ὅμοιον τὸ παρὰ Παύλῳ· οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα.
Et certe nihil aliud voluit Apoſtolus. quomodo & vulgo loquimur.

Cap. VI.

Locus, Μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν; περιάγειν *quid, & quomodo
vſurpatum. trahere fœminas.* ἀδελφὴ γυνὴ, *quæ. fidei domeſtica.* נכר. ἀλλογενής.
ἀλλογενὴς θρησκεία. *Mos circumducendi opulentas fœminas, à quibus aleban-
tur Eccleſiæ doctores, vt toti miniſterio vacarent.* συνείσακτοι, ἀγαπηταί. *&
vnde mos circumducendi tales.* τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι, *& quomodo accipiendum. In-
terpretatio ejus ex ipſo Apoſtolo petita. Locus,* Πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα
ἐγκρατεύεται. ἀναγκοφαγία *athletarum.* ἡ βίαιος τροφή. ἐγκρατεύεσθαι, *de re
Venerea. etiam ad alia tranſlatum. In Venereæ rei continentia eos qui certa-
rent, exerceri ſolere.* Ἐγκράτεια, *de exercitatione ipſa.* ἄσκησις. *tenacitas.* οὕτω
τρέχω ὡς οὐκ ἀδήλως. ἀδήλως τρέχειν, *quid. mouere in currendo, ac promouere.*
ἀέρα δέρειν. *in ventum brachia jactare, ventilare. ictibus auras verberare.*
ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ. *aliud* ὑποπιάζειν, *aliud* ὑπωπιάζειν. πιά-
ζειν *Dorum.*

NOn procul ab initio capitis quod ſequitur, cum Apoſtolus dixit, Cap.
Μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν; περιάγειν ſine dubio IX.
סבב, *de loco*, ſcilicet, *transferre in locum.* Quo ſenſu Seuerus Cæcina vſ. 5.
apud Tacitum, *in ſocios aut gentes trahere fœminas*, eleganter dixit. *Haud
enim fruſtra placitum olim, ne fœminæ in ſocios aut gentes exteras traherentur.*
lib. Annal. 3. Quod περιάγειν Helleniſtæ, quaſi *de loco in locum trahere*, aut
abducere, vt peregrinantes ſolent, Ezech. 47. 2. dixerunt. καὶ περιήγαγέ με τὴν
ὁδὸν ἔξω, πρὸς τὴν πύλην τῆς αὐλῆς. quod eſt, *circuire fecit.* Quare autem ἀδελφὴν
γυναῖκα? Vt intelligamus πίστεως οἰκείαν, *fidei domeſticam.* quemadmodum ad

I. Ad Cor. Galatas cap.6.℣ſ.10. loquitur Apoſtolus. Opponitur autem ἀδελφῇ, ei, quam nonnunquam זרה Hebræi dicunt. quæ peregrina & à fide quaſi aliena, ἀλλογενὴς plerunque Helleniſtis. quales perpetuo ταῖς ἀδελφαῖς aut ἀδελφοῖς opponi ſolent. vt ſi עבודה זרה, quod de cultu gentilium vulgo vſurpatur, ἀλλογενῆ θρησκείαν dicas. Senſum porro hunc eſſe volunt Græci: cum alii ex Apoſtolis non operentur manibus, ſed aliorum (quos erudiunt nimirum) ſumptibus, ope, ac miniſterio, ſuſtineantur (quales ſunt, quos ſanctæ & ætate jam prouectæ comitantur fœminæ, quæ & de ſuo iis aliquid ſuppeditant) quid ni idem mihi liceat ac Barnabæ? niſi forte, id quod ἀδιάφορον in aliis vocatur, aliud in nobis & illicitum dicatur. Idem voluit Chryſoſtomus, cum dixit, Οὐ τρώγομεν οὐδὲ πίνομεν παρὰ τῶν μαθητευομένων λαμβάνοντες, καίτοι ἐξουσίαν ἔχοντες τοῦ λαβεῖν. *Non comedimus nec bibimus eorum ſumptu quos docemus, cum id nobis liceat.* De his matronis Græci, αἱ εὔποροι γυναῖκες ἠκολούθουν ἐνίοις τῶν Ἀποστόλων, εἰς τὰς ἀναγκαίας αὐτῶν χρείας χορηγῆσαι. ὡς αὐτοὺς λοιπὸν ὄντας ἀμερίμνους περὶ τούτου, μόνῳ τῷ κηρύγματι ἀποσχολεῖσθαι. *Matronæ opulentæ quoſdam ſectabantur ex Apoſtolis, quæ in neceſſariis ſubueniebant illis. Vt de his, quæ vitæ ſuſtinendæ faciunt, ſecuri, ſoli poſtea miniſterio vacare poſſent.* Ex qua opinione ac interpretatione loci, peſſimus ſenſim mos inualuit, quem & damnat Epiphanius: qui fœminas ejuſmodi, vt συνεισάκτους, ita ἀγαπητὰς, dixit. Ἀλλὰ μὴ τοῦτο γραφῇ εἰς βλάβην τισὶ, καὶ δόξωσιν ἐν τούτῳ λαμβάνειν πρόφασιν, συνεισάκτους καὶ ἀγαπητὰς ἐπικαλουμένας ἑαυτοῖς ἐπινοεῖν, *Ne hoc tamen fraudi ſit quibuſdam, atque hinc arripiant occaſionem, vt quas* ἐπεισάκτους *& dilectas dicunt, excogitent.* Vide in Antidicomarianitarum hæreſi, vbi locum habes. Et reuera, ſi de vxore accipias, quonam referetur id quod ſequitur, οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι? nam qui τὸ ἐργάζεσθαι, pro μὴ ποιεῖν τοῦτο, accipiunt, non video, quo pacto linguæ Græcæ peritiam tueri poſſint. Quid hæremus autem, cum de hoc ipſo, περὶ τοῦ ἐργάζεσθαι, nimirum, mentem ſuam ipſe Apoſtolus tertio. 2 ad Theſſalonicenſes capite interpretetur? Vbi eadem. Οὐδὲ δωρεὰν ἄρτον ἐφάγομεν παρά τινος· ἀλλ' ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ, νύκτα καὶ ἡμέραν ἐργαζόμενοι, πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν· Οὐχ' ὅτι οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν, ἀλλ' ἵνα ἑαυτοὺς τύπον δῶμεν ὑμῖν εἰς τὸ μιμεῖσθαι ἡμᾶς. Hoc igitur voluit, Μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν; μὴ οὐκ ἔχομεν μόνος ἐγὼ καὶ Βαρνάβας ἐξουσίαν τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι; *Nonne & nobis, conjugem ſororem, è fidei domeſticis, circumducere nobiſcum licet? An ſolis nobis, mihi ac Barnabæ, non operari non licet?* Περιάγειν *autem de vxore*, vt in loco Taciti. Eodem capite cum dicitur,

℣ſ. 25. Πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος, πάντα ἐγκρατεύεται, quæri, neque ſine cauſa, poteſt, quomodo hic athletarum, ſiue eorum qui certare ſolent, autor continentiam commendet, cum de iis conſtet, nullum genus hominum voracius fuiſſe? Nota ἀναγκοφαγία Ariſtotelis, nota βίαιος τροφὴ, & ſimilia. Porro ἐγκράτειαν de continentia in Venere plerunque vſurpari, cum ex aliis, tum ex illo Apoſtoli patet, εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν. Quanquam & ab hac diſtinguatur, &, de omni abſtinentia nonnunquam vſurpetur. vt cum Canone Concilii Carthaginenſis tertio, περὶ ἐγκρατείας καὶ ἁγνείας, quarto autem ſpecialiter, περὶ ἀποχῆς γυναικῶν, agitur. Iam autem in Venereæ rei continentia, exercitari ſolere eos qui certarent, ita quidem vt eſſent qui ab omni prorſus Venere ſe abſtinerent, vix ignorare quiſquam poteſt. Quod ſi voluit Apoſtolus, cur τὸ πάντα, quod eſt, ἐν πᾶσιν, addidit? Manifeſtum ergo, aliud intelligendum. Certum autem eſt, ἐγκράτειαν, de ipſa tum exercitatione tum laboribus quos perferebant οἱ ἀγωνιζόμενοι, in vſu olim fuiſſe. Eruditiſſimus veterum Heſychius, Ἐγκράτεια, ἄσκησις. Nobiliſſimum Henrici Stephani Gloſſarium, non modo, *continentiam*, ſed & *tenacitatem*, interpretatur. Quare, nec recentior interpres, nec antiquus, ſi quid judico, hic audiendus. quorum alter, *in omnibus eſt continens*, alter, *ab omnibus ſe abſtinet*. Cum aliud voluerit Apoſtolus. vtque ſic, πάντα ἐγκρατεύεται, ſit, *cuncta patienter tolerat*,

aut,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

aut, *perfert.* Coguntur, cruciantur, fatigantur, qui decertant, vt Tertullianus alibi. Paulo poſt ſequitur, Ἐγὼ τοίνυν οὕτω τρέχω, ὡς οὐκ ἀδήλως. Vbi ſane I. Ad Cor. vſ. 26. neſcio, cur tantopere & antiquioribus & recentiori illud, *in incertum*, placuerit. Ἀδήλως τρέχουσι, qui, vt loquitur Comicus, in currendo mouent potius quam promouent. Eunucho, *moue vero ocius te nutrix. moueo. video, ſed nihil promoues.* Ait igitur ſe currere, ſed οὐκ ἀδήλως. ac ſi, *cum profectu ac progreſſu*, dicas. Sequitur, οὕτω πυκτεύω, ὡς οὐκ ἀέρα δέρων. hoc autem, quod Seneca, *in ventum brachia jactare ac manum*, dixit. *Soluere iſta quid aliud eſt, quam manum in ventum jactare & brachia?* Nat. Quæſt. lib. 7. Quemadmodum qui Ibid. in certaminum aut prœliorum proluſionibus brachia jactabant. quod *ventilare*, ſiue, ἀέρα δέρειν, dicebatur. Idem Epiſt. 117. *Quam ſtultum eſt, cum ſignum pugnæ acceperis, ventilare? Remoue iſta luſoria arma. Decretoriis opus eſt.* Maro de Darete ſuo, in quo omnia ad oſtentationem compoſita, *& verberat ictibus auras*, dixit.

Talis prima Dares caput altum in prælia tollit:
Oſtenditque humeros latos, alternaque jactat
Brachia protendens, & verberat ictibus auras.

Sequitur ſub finem, ἀλλ' ὑποπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ. Vbi nulla difficultas, nulla ſugillatione opus eſt. vſ. 27. neque ὑπωπιάζω cum nonnullis, ſed ὑποπιάζω potius legendum. Nam πιάζειν, Dorum, pro πιέζειν: vnde ὑποπιάζειν. Erudite, vt omnia, Heſychius, Ὑποπιάζομαι, (ita enim ex literarum ordine ſcribendum) ταπεινοῦμαι, μαραίνομαι· ὑποπιασμὸς γὰρ ταπείνωσίς ἐστι σώματος. Ait ita corporis afflictionem, ſiue humiliationem, dici: ex hoc loco haud dubio. quid autem aliud Apoſtolus voluit? Suo autem loco ac proprio, idem, Ὑπώπια, τὰ ὑπὸ τῶν ὀφθαλμοὺς οἰδήματα, καὶ ἀπὸ μέρους τὴν ὅλην τὴν ὄψιν δηλοῖ, καὶ τὰ πελιώματα. Quod jam aliud.

Cap. VII.

Locus, καὶ πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο. πάντες εἰς ἕνα. πάντες ἕως αὐτοῦ. *Theophylacti ſententia.* τῷ Μωσῇ ἐκοινώνησαν. *Locus,* Μηδὲ γογγύζετε. *Iudæorum de iis, quibus nulla vitæ futuræ pars erit, opinio.* ὑπὸ ὀλοθρευτοῦ ἀπολοῦνται. θραῦσις. *quam &* τῷ ὀλοθρευτῇ, *ſiue, percuſſori Angelo, tribui. Angelis, quæ miniſterio eorum fiunt, ſed à Deo, in Veteri nonnunquam Fœdere aſſignari ac Nouo.* πρὸ προσώπου ἀγγέλου, *Helleniſtis, quod* πρὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ, *Hebræis. Angelus crudelis Chaldæis. vaſtator.* ὀλοθρευτής, *quis ad verbum Syris. Malus Spiritus, lorarius Syris. cui & an* μάστιγες *cum à Marco dicitur,* ὅσοι εἶχον μάστιγας, *tribuantur. Locus,* ἵνα τί γὰρ ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται; χάριτι μετέχειν. *ipſius Apoſtoli interpretatio. Chryſoſtomi ſententia.*

CApite decimo, ſtatim occurrit locus iſte, καὶ πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο. Cap. X. vſ. 2. Vbi videndum, an non eruditos fugerit ratio. Meo quidem animo, cum dixit, πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο, non aliud voluit, niſi, *omnes cum Moſe, omnes, ne excepto quidem Moſe.* vt ſignificet, non quenquam in Moſen, ſed Moſen, reliquoſque, in nube & mari fuiſſe baptizatos. Vt cum πάντες εἰς ἕνα, dicimus (quomodo & alibi Xenophon loquitur) quod *ſigillatim* dicunt. ita, vt ne is quidem de quo agimus, excipiatur. Non igitur πάντες ἐβαπτίσαντο εἰς τὸν Μωσῆν, ſed πάντες εἰς τὸν Μωσῆν, ἐβαπτίσαντο. Vt πάντες εἰς τὸν Μωσῆν; ſit, πάντες σὺν τῷ Μωσῇ במשה. quomodo nonnunquam ſuo beth & lamed Hebræi vtuntur: cujus paſſim obvia exempla. ac tum, *vſque ad illum*, ſiue, *cum illo*, exponunt. vt ſit idem quod nonnunquam Helleniſtæ, πάντες ἕως αὐτοῦ, dicerent. Quemadmodum hoc loco, πάντες ἐς Μωσῆν, hoc eſt, ἕως Μωσέως. *omnes vſque ad Moſen.* incluſiue, vt vulgus loquitur. Exodi 13. 2. *Quicquid aperit vuluam in filiis Iſraël, tam in hominibus quam in jumentis.* Helleniſtæ, ἀπὸ ἀνθρώπων,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad ἕως κλιμὸς. Quo ſpectat illud πάντες, toties repetitum. Ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν, πάν-
Cor. τες ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον, καὶ πάντες εἰς τὸν Μω-
σῆν ἐβαπτίσαντο. ne quis autem de impiis tantum agi credat, quater τινὲς αὐτῶν
repetit. Vnde Theophylactus, *commune hoc cum Moſe habuiſſe*, notat. Nec
℣ſ. 10. Chryſoſtomus abit, qui, præceſſiſſe Moſen, dixit. Eodem capite legitur, Μηδὲ
γογγύζετε, καθὼς καί τινες αὐτῶν ἐγόγγυσαν. Hebræorum autem Iuriſconſulti, cum
de iis agunt, quibus nulla futuræ vitæ pars erit, ita eos diuidunt, vt quoſdam
exſortes fore, quoſdam nec in judicio comparituros, dicant. Inter quos ſæ-
culum diluuii, & ſæculum deſerti, ſiue, viri, vt loquuntur, ſæculi deſerti, ab
illis ponuntur. Hi autem illi ſunt, de quibus Numer. 14. ℣ſ. 35. fore dici-
tur, vt *in deſerto eo abſumantur atque ibi moriantur*. Helleniſtæ, ἐν τῇ ἐρήμῳ
ταύτῃ ἐξαναλωθήσονται, καὶ ἐκεῖ ἀποθανοῦνται. id eſt, ἐξολοθρευθήσονται, *funditus peri-
bunt*. Apoſtolo, ὑπὸ ὀλοθρευτοῦ ἀπολοῦνται. Quod cum dicitur, cauſam equi-
dem non video, quare ad hunc locum, eum præcipue adducant eruditi,
qui Exodi 12. ℣ſ. 23. extat, niſi quod τοῦ ὀλοθρευτοῦ, ſiue, ὀλοθρεύοντος, in eo
fiat mentio. Καὶ οὐκ ἀφήσει τὸν ὀλοθρεύοντα εἰσελθεῖν εἰς τὰς οἰκίας ὑμῶν, πατάξαι. cum
hic, & de peccato, hoc eſt, murmuratione Iſraëlitarum, & de pœna, agatur,
de quibus ibi nihil. Quid quod alterum, ad Ægyptiorum pœnam, alterum
ad דור המדבר, *ſæculum deſerti*, ſiue, ibi murmurantium, ſpectat? De murmura-
tione autem populi eo in loco, ejuſque pœna, aliquoties ſignanter agitur,
quemadmodum Numerorum 14, vt jam dixi. Quorum pœna ℣ſ. 29. deſcri-
bitur his verbis: *In deſerto iſto cadent cadauera veſtra, & omnes numerati ve-
ſtri, ſecundum numerum veſtrum, à filio viginti annorum & ſupra, qui murmu-
raſtis aduerſus me.* vt 32. *Cadauera veſtra cadent in deſerto iſto.* Sed & nume-
rus ſignatur. *Fueruntque qui mortui ſunt percuſſione illa* (cujus ante mentio)
quatuordecim millia & ſeptingenti, præter mortuos propter Corah. 16. 49. Po-
ſteriori autem capite, ipſa pœna, θραῦσις Helleniſtis, נגף ab Hebræo, מותא, ſiue,
mors, Chaldæo dicitur. Quod & alibi Angelo tribuitur cum punit. Exodi,
nimirum, 12. ℣ſ. 23. Quam pœnam, Deo ſimpliciter nonnunquam, non-
nunquam τῷ ὀλοθρεύοντι Scriptura tribuit: cujus, præter illud quod jam
diximus, illuſtre exemplum 2 Sam. 24. ℣ſ. 16. habes, vbi peſtis Angelo tri-
buitur: atque hic ſecutus id Apoſtolus, quod ibi Deo ab hiſtoria tribuitur,
τῷ ὀλοθρευτῇ attribuit. Præterquam enim, quod in Sacris vſitatum eſt, vt à
Deo quæ fiunt, etiam in Fœdere nonnunquam Nouo, Angelo attribuantur
(ſicut Ioh. 5. 4. juſſu haud dubio Dei, Angelus mouiſſe aquas dicitur) illuſtris
Eccleſiaſtæ 5. 5. extat locus. vbi, pro eo quod Hebræi, πρὸ προσώπου ἀγγέλου,
habent, Helleniſtæ πρὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ, reddiderunt: ſicut nihil vſitatius Chal-
dæis, quam, vt perditionem, mortis Angelo aſſcribant: qui jam dicto loco,
מלאכא אכזרא, *Angelus crudelis*, Exodi 12. 23. מחבלא, *vaſtator*, à Syris, מחבלנא, ad ver-
bum, ὀλοθρευτὴς, dicitur: quo vſus eſt Apoſtolus. Syris autem חבלא, funis: quod,
impuro Spiritui, ſed qui Dei exſequitur mandata, vt lorario, tribuunt qui-
dam. Idem interpres Syrus, cum Marci 3. 10. legitur, ὅσοι εἶχον μάστιγας, cum
ſequenti id conjungit verſu. in quo illa, καὶ τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα, ὅταν
ἐθεώρουν αὐτὸν, ita reddit, ac ſi μάστιγας πνευμάτων ἀκαθάρτων, ſcriptum eſſet.
Quanquam hanc interpretationem Marcus pariter ac Lucas locis aliis re-
futent. quibus μάστιξ, נגף, morbus quiuis, ſiue plaga: quæ percutienti ta-
men Angelo, τῷ ὀλοθρευτῇ, videlicet, non male conuenit. Eodem capite &
℣ſ. 29. illud legitur, ἵνα τί γὰρ ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως; Cujus loci
difficultas tanta non eſt, quantam eſſe quidam voluerunt. Mens eſt, *Liber-
tatem tuere; etiam ab alio vocatus. Quicquid appoſitum fuerit, comede: ac, ne qui-
dem, quid & quale ſit, inquire. Quod ſi quis εἰδωλόθυτον eſſe dicat, abſtine: ne alio-
rum conſcientiam offendas. tuam autem alieno ne judicio ſubmittas. Vt quid enim
libertas tua, quæ per ſeſe conſtat tibi, alieno judicio ejuſque damnationi ſubjicitur?*

Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Quod τῇ συγκαταβάσει, ſiue, *accommodatione, euades: ſi, nimirum, hactenus te alteri accommodaris, ne offendas eum.* Te enim quod attinet, τὸν χάριτι μετέχοντα, τί δεῖ καὶ βλασφημεῖσθαι; *quid opus eſt, vt qui cum gratiarum actione participat, tanquam impius à quoquam traducatur?* Quis autem non miretur, τὸ μετέχειν, tertio jungi caſu, cum de re, non de perſona quæ participat, agatur, negare eruditos? Et an mirum eſt, περὶ εὐχαριστίας, ſiue, gratiarum actione, agi, aut hoc ipſum χάριν dici? Quaſi non Apoſtolus 1 ad Timotheum, c. 4. 3. cum de cibis agit, εἰς μετάληψιν μετὰ εὐχαριστίας, dixiſſet. qui ibidem, ὅτι πᾶν κτίσμα καλὸν, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον μετὰ εὐχαριστίας λαμβανόμενον. Et ſi nouum, χάριν idem quod εὐχαριστίαν, eſſe, cur εὐχαριστῶ modo, modo χάριν ἔχω, idem Apoſtolus dixit? quemadmodum nec nouum, quod, χάριτι μετέχειν, pro, σὺν χάριτι, vel, μετὰ χάριτος, nunc dixit. Quid quod ipſe Apoſtolus interpretari id videtur? qui quod primo, χάριτι μετέχω, deinde, ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εὐχαριστῶ, ne quis dubitet, ibidem dixit. Quæ ſententia, non ſine cauſa, magno Chryſoſtomo placuit. qui, πάσης ἀνοίας, inquit, εἴη, ὑπὲρ ὧν οὕτως εὐεργετήθην, ὡς καὶ εὐχαριστεῖν, ὑπὲρ τούτου βλασφημεῖσθαι. *magnæ dementiæ ſit*, inquit, *vt tanti beneficii cauſa, pro quo gratias ago, traducar.* Neque cauſæ erat, cur vetus rejiceretur interpres, qui, *cum gratia*, vertit. ſiue hoc, quod dixi, Apoſtolus voluit, ſiue illud: *Si mihi ex gratia contigit libertas, pro qua Deo gratias ago, cur efficiam, vt eam reprehendat quiſquam?* Manifeſte aliud in Paraphraſi agebat Eraſmus. I. Ad Cor.

Cap. VIII.

Locus, πᾶσα δὲ γυνὴ προσευχομένη *&c. Tonderi infauſtum. quod & in luctu matronis vſitatum.* λυπεῖσθαι κατὰ κεφαλῆς, *de iis qui caput in luctu obnuberent. Locus,* γυνὴ δὲ δόξα ἀνδρός ἐστι. *Fœminæ* ἀκατακάλυπτοι: *malumque id, vel in ſomniis, omen. maphorion. maphorion ereptum.* μαφόριον *quid. idem cum theriſtro quibuſdam.* ἀπὸ ἐξουσίας *dejici.* ἐξουσία. *Tarſenſis fœminarum cultus. mira earumdem temperantia in hoc modeſtiaque. Locus,* διὰ τοῦτο ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν, διὰ τοὺς ἀγγέλους. Ἄγγελοι *qui, eo loco. quid* ἐξουσία, *nonnullis. Theodoreti & aliorum opinio.* ἐξουσία *eadem quæ* ἀποστροφὴ *à Græcis interpretibus nobili loco dicta. eam vocem ibi quomodo interpretetur Aben-ezra.* Ἄγγελοι οἱ τηρήσαντες τὴν ἀρχὴν, *qui in capite ſubſiſtunt. Quid vere* ἐξουσία *hoc loco.* πρὸς σε ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ. *Fœminæ honeſtæ* ἐξουσία ἐπὶ ἀνδρός: *contra meretricis* ἐξουσία *penes ipſam. Fuſior loci mens ac interpretatio.* κομᾶν. κόμας ἔχειν τριχῶν. *monachi* κόμας γυναικείας περιβαλλόμενοι. *Nazaræorum coma. Locus,* Γυνὴ δὲ ἐὰν κομᾷ, δόξα αὐτῇ ἐστιν. *Benedictus, qui Iſraëlem decore coronat. Pileus, ſiue tegumentum capitis,* δόξα ἀνδρὸς, *ex Iudæorum ſententia. Locus,* εἰ δέ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι. *Cypriani interpretatio.* εἴ τις δοκεῖ, *quomodo vſitatum Apoſtolo. Locus,* συνερχομένων οὖν ὑμῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, *&c. mens ejus.*

SEquenti capite, non procul ab initio, occurrit illud: Πᾶσα δὲ γυνὴ Cap. XI.
προσευχομένη ἢ προφητεύουσα ἀκατακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ, καταισχύνει τὴν κεφα-
λὴν ἑαυτῆς· ἓν γάρ ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ. *vnum idemque enim, ac ſi* Vſ. 5.
raſa eſſet. Quod infauſtum, nec boni ominis; cum in luctu ac orbitate, etiam matronæ, tonderentur. Vnde illud, ξύρησαι καὶ κεῖραι ἐπὶ τὰ τέκνα τὰ τρυφερά σου. *rade ac tonde, ſuper delicatis liberis tuis.* Viri enim, cum lugerent, caput obnubebant: quod, λυπεῖσθαι κατὰ κεφαλῆς, ab Helleniſtis Eſtheræ 6. 12. dicitur. καὶ Ἀμὰν ἐπέστρεψεν εἰς τὰ ἴδια, λυπούμενος κατὰ κεφαλῆς. Paulo poſt ſequitur, γυνὴ Vſ. 7.
δὲ δόξα ἀνδρός ἐστιν. *viri autem gloria eſt mulier.* Vnde & caput ei vult obnubi: ne vel oculis hoc modo quicquam de pudore ejus, ſi intecto capite videlicet incedat, delibetur. Quæ cauſa, inter cæteras, quare & apud Romanos obnuberetur ſponſa, vt dixi. quemadmodum, & ſomniorum interpretes, ſi matronæ eueniret, vt velamine amiſſo, capite intecto, hoc eſt, ἀκατακάλυπτον, vel

ἀσκέ-

I. Ad Cor. ἀσκέπαστον fuiſſe ſe ſomniaret, fore viduam prædicerent. Quo ſpectant quæ de maphorio erepto apud Achmetem habes. De quo totum caput 265, vbi de eo agitur, vide. Inter alia, Ἐὰν ἴδῃ γυνὴ, ὅτι μαφόριον αὐτῆς ἤρθη ἀπ' αὐτῆς βίᾳ παρά τινος, ἢ ὅτι κατεκόπη ὅλον, ἀποθανεῖται ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἢ χωρίζεται ἀπ' αὐτῆς τέλεον. *Si mulier ablatum ſibi maphorion vi in ſomnio viderit, aut totum à quoquam abſciſſum, vel morietur, vel in perpetuum ab ea ſeparabitur maritus.* Ita matronæ cuidam, quæ ἀσκέπαστον, id eſt, *intectam*, ſe fuiſſe, eo tempore quo maritus peregre eſſet, ſomniarat, idque interpreti ſignificarat; ὅτι οὐ θεάσεις αὐτὸν, *fore vt non videret eum amplius*, prædictum, ſed & eueniſſe, notant. Μαφόριον autem capitis velamen Græcis ſequioribus. quod cum theriſtro nonnulli ex Eccleſiaſticis ſcriptoribus conjungunt. Idem notat, Si in ſomnis id ex parte conſciſſum videat matrona, periculum metumque, ne ἀπὸ ἐξουσίας dejiciatur vir ejus, ſic ſignificari. Vbi ἐξουσίαν, *magiſtratum* interpretantur. quod & recte *poteſtatem* dicas: fere vt ea voce vſus eſt Apoſtolus, cum dixit, διὰ τοῦτο ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. de quo poſtea. Neque mirum ſane ἀκατακαλύπτους Apoſtolo diſplicuiſſe fœminas, qui paulo ante dixit, εἰ γὰρ οὐ κατακαλύπτεται γυνὴ, καὶ κειράσθω: cum in vrbe patria, quanquam delitiis haud parum eo tempore eneruata, Tharſo nempe, vſitata ejus rei exempla haberet. in qua ſic velatæ incedebant, vt ne quidem facies aſpicientibus pateret, neque in via quicquam earum, præter habitum ac veſtes, oculos incurreret cujuſquam. Dio Chryſoſtomus Tarſenſi Priore, Καί τοι πολλὰ τῶν νῦν ἔτι μενόντων ὁπωσδήποτε, ἐμφαίνει τὸ σῶφρον καὶ τὸ αὐστηρὸν τῆς τότε ἀγωγῆς· ὧν ἐστι τὸ περὶ τὴν ἐσθῆτα τῶν γυναικῶν, τὸ τοῦτον τὸν τρόπον καταστέλλεσθαι καὶ βαδίζειν, ὡς μηδὲν αὐτῶν μέρος ἰδεῖν, μήτε τοῦ προσώπου, μήτε τοῦ λοιποῦ σώματος, μήτε αὐτὰς ἰδεῖν ἔξω τῆς ὁδοῦ. *Neque pauca, quæ adhuc quodammodo ſuperſunt, temperantiam ſeueritatemque priſcæ educationis teſtantur. Inter quæ veſtis muliebris habituſque. qui talis, ac tam modeſtus, vt nullam earum partem, neque faciei, neque reliqui corporis, neque ipſas extra*
ꝟ. 10. *viam quis videat.* Sequitur deinde locus nobiliſſimus, nec parum vexatus, διὰ τοῦτο ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν. Quantas autem & veteres & recentiores, tum aliis, tum ſibi, in hujus loci interpretatione tenebras objecerint, ex eorum abunde, niſi fallor, ſcriptis patet. Et Clementem quidem Græci veteres flagellant, qui Hypotypoſeon tertio, τοὺς δικαίους, καὶ ἐναρέτους, *juſtos ac virtute præditos*, dici hic, *angelos*, exiſtimat. Plerique Epiſcopos, aut Dei in Eccleſia miniſtros, intelligunt. Ἐξουσίαν autem velum metonymice, quod ἐξουσίας, ſiue poteſtatis ejus, quam in fœminam vir habet, indicium ſit, dici volunt. Quod vt noſtris placuit, ita ex antiquorum fontibus manauit. Græcorum Theologi, ἡ γυνὴ, inquiunt, ἐξουσίαν ὀφείλει ἔχειν, τουτέστι, τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐξουσίαν, καὶ κυριότητα, ᾗπερ ὑπόκειται, ὀφείλει ἔχειν, καὶ ἐπιδείκνυσθαι ἐπ' αὐτῆς τῆς κεφαλῆς. Et deinde, διὸ καὶ αὐτὸ τὸ κάλυμμα, εἰκότως ἂν ἐξουσία κληθείη, ὡς τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἐξουσίας καὶ κυριότητος ἐνδεικτικὸν ὑπάρχον καὶ παραστατικόν. Neque ab hac interpretatione multum Chryſoſtomus receſſit. Theodoretus: *Tegumentum, poteſtatem vocauit, vt ſic ſubjectionem oſtendat. Contrahat ſeipſam ac demittat, propter angelos, qui præſunt hominibus inprimis, vt quibus eorum cura ſit commiſſa. Ita & in Actibus, Non eſt ipſe, ſed angelus ipſius. Et Dominus, Videte, ne contempſeritis vnum ex puſillis illis qui in me credunt. Amen dico vobis, angelos eorum faciem videre Patris ſemper, qui in cœlis.* Submiſſionis ergo ſignum, ſiue indicium, τὴν ἐξουσίαν, hic interpretatur. Quod & adeo antiquis quibuſdam placuit interpretibus, vt, non *poteſtatem*, ſed, *velamen*, conuerterent. Quos vox κεφαλὴ, decepit. vnde factum, vt ne quidem, quid hic ἐξουσία eſſet, intelligerent. Iam ante dixit, θέλω δὲ ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι παντὸς ἀνδρὸς ἡ κεφαλὴ, ὁ Χριστός ἐστι· κεφαλὴ δὲ γυναικὸς, ὁ ἀνήρ· κεφαλὴ δὲ Χριστοῦ, ὁ Θεός. Nunc, vt quod voluit obtineat (ὅτι καλύπτεσθαι δεῖ τὴν γυναῖκα, *tegi debere fœminam*, nimirum) ordine ac conuenienter, non illius cauſa virum, ipſam autem viri cauſa, hoc eſt, ſui capitis, creatam oſtendit.

Cujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Cujus cauſa cum creata ſit, æquum eſſe, vt ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, *in ſuo capite*, *non* I. Ad Cor. *in ſe*, poteſtatem ſuam habeat ac gerat. idque vt tecto capite, aut inuoluto, quod ſubmiſſionis ſignum eſt, teſtetur. Hæc illa ἐξουσία eſt, quæ & ἀποστροφὴ Geneſeos 3.16. eleganter dicitur. Vbi Deus fœminæ poſt lapſum, καὶ ἔξει πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου. & ſequitur, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. *ipſe poteſtatem habebit in te*. Vnde & Aben-ezra τὸ תשוקתך, qua voce ibi Moſes vtitur, quod *deſiderium* reddunt *tuum*, *obedientiam tuam*, ſiue, ὑπακοήν, reddidit. idem quod erudite antiquus interpres, *poteſtatem*, id eſt, ἐξουσίαν, interpretatus eſt. vt ſit, *& in viri poteſtate eris*. Atque ita veteres Theologi, qui ad Epiſtolæ hujus decimum quartum caput, vbi de ſubmiſſione fœminarum in Eccleſia ſilentioque agitur: καθὼς καὶ ὁ νόμος λέγει, Πρὸς τὸν ἄνδρα σου, φησίν, ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. Quemadmodum igitur vir ἐξουσίαν ἔχειν ὀφείλει ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, qui eſt Chriſtus, ita fœmina ἐξουσίαν ἔχειν ὀφείλει ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, qui vir eſt. Sicut & οἱ τηρήσαντες τὴν ἀρχὴν ἄγγελοι, *qui ab origene, hoc eſt, à capite, non defecerunt, angeli*, vt Iuda loquitur, hoc vno manent ac ſubſiſtunt, ὅτι τὴν ἐξουσίαν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχουσι. *quod in capite ſuo poteſtatem habent*, atque ab eo ſic dependent. Hæc ergo, illa ἐξουσία, illa ἀποστροφὴ, illa eſt poteſtas, de qua vere & appoſite lib. 6. ad primum Geneſeos Philoponus, Κοινὰ οὖν ἅπαντα δέδωκε τοῖς δύο γένεσιν ὁ Θεός· διὸ καὶ αἱ ἀρεταὶ κοιναὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. Εἰ καὶ ἰδιαίτερον τὸ κατ' εἰκόνα τοῦ ἀνδρὸς κατηγόρησεν ὁ Ἀπόστολος· διὰ τὸ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν εἰρῆσθαι τῇ γυναικὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα σου, ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει· κοινῶς γὰρ εἰρημένου, τοῦ, κατακυριεύσατε αὐτῶν, ἐπιτέτακται ὕστερον τὰ τῆς ἀρχῆς καὶ τὰ τῆς ἐξουσίας τῷ ἄρρενι. Neque aliter 4.7. Geneſeos, πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ αὐτοῦ ἄρξεις, de Abele, qui in poteſtate, propter jus primogenituræ, fratris Caini dicitur. Quod idem ac ſi dicat, ἕξεις τὴν ἐξουσίαν ἐπ' αὐτοῦ. *in poteſtate tua erit*. Neque aliter accipien- dus autoris De virginitate, ad Letoium, Melitæ Epiſcopum, locus, ἀνὴρ μὲν γάρ, ὡς τοῦ ἀγγελικοῦ τρόπον τινὰ ἀξιώματος ὤν, γυμνῇ τῇ κεφαλῇ, τοῖς φράτορ- σι, θαρσῶν ἑωράσθω. γυνὴ δὲ ἀνδρὸς πολλῷ ἐλάττω λαχοῦσα τὴν φύσιν, ἐξουσίαν ἐχέτω ἐπὶ τῆς κεφαλῆς· διὰ τοῦ τὸ ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὴν ἐξουσίαν, τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον ὑποταγὴν, εὐσχημόνως ὁμολογοῦσα. Matrona igitur honeſta, ἐξουσίαν ἐπὶ ἀνδρὸς, *poteſtatem omnem penes virum habet*. quemadmodum contra, ſui meretrix (quod notari velim) ἐξουσίαν habere dicitur. In quam rem Ezechielis cap. 16. ℣ſ. 30. extat locus. vbi meretricis opera, מעשה אשה זונה שלטת, γυναικὸς πόρνης ἐξουσίαν ἐχούσης, di- cuntur. cujus neque maritus neque Chriſtus, caput eſt. Dandam ergo inpri- mis fœminæ operam hanc ait, vt in viri poteſtate ſit ac maneat, omnemque habeat in capite: vtque id ipſum, ſigno hoc ſubmiſſionis publice teſtetur, jubet. διὰ τοὺς ἀγγέλους, inquit: quos & teſtes hic & præeuntes habet. Omnis enim angelorum cura, omne ſtudium, ſeruire Chriſto. quem, vt caput, ita poteſtatis ſuæ fundamentum, habent ſimul & agnoſcunt. Idem hic agendum fœminis. Cauendum quippe, ne ſi impudenter & licentioſe, nudo ac detecto capite in Eccleſia verſentur, impudentiæ licentiæque, qua capitis obedientiæ licenter publiceque renunciant, non Chriſtum modo, ſed & an- gelos illius teſtes habeant. qui ſunt עירים illi, in Eccleſia. hoc eſt, *vigiles*: qui- bus curæ ſemper eſt, vt omnia decenter ac ordine ibi fiant & gerantur. quæ veriſſima loci hujus eſt interpretatio. Quod ad poſterius, Gloſſæ Noui Fœ- deris non editæ, διὰ τοὺς ἀγγέλους, *propter Epiſcopos, qui vicarii Domini ſunt*. quam ſententiam non pauci etiam olim ſecuti. Sequitur, ὅτι ἀνὴρ μὲν ἐὰν κομᾷ. ℣ſ. 14. Quod antiqui Eccleſiæ Doctores, κόμας ἔχειν τριχῶν, ſuo tempore dixerunt. Quæ πολιτεία, (ſiue potius, ἐθελοθρησκείας σχῆμα) à natura, vt hic loquitur Apoſtolus, deinde ab ipſo, qui de eo ſic loquitur, Apoſtolo damnata, ne Epiphanii quidem temporibus ſublata fuit. qui Expoſ. Fidei Catholicæ, Ἤρε- σκε δέ τισι καὶ κόμας ἔχειν τριχῶν, ἕνεκεν δῆθεν πολιτείας, τῆς ἀπ' ἰδίου νοός· οὐ τοῦ εὐαγγελίου προστάξαντος, οὔτε τῶν Ἀποστόλων δεξαμένων· ὁ γὰρ ἅγιος Ἀπόστολος Παῦλος, ἀπέκοψε

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad Cor. τοῦτο τὸ σχῆμα. Quoſdam inſtituto proprio incedere comatos, ait, quod nec ab
Euangelio præſcribitur, nec ab Apoſtolis admiſſum, à Paulo autem etiam
damnatum ſit. Et aduerſus Maſſilianos, in Meſopotamia Monachos fuiſſe
docet, κόμας γυναικείας περιβαλλομένους, ἢ καὶ σάκκῳ περιφανεῖ ἐπερειδομένους. quod
vt à Sacris alienum literis, ita à Nazaræis dimanaſſe, quos in hoc ſequendos
non eſſe, oſtendit: eos enim comam, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διὰ τὴν εὐχὴν, ἕως ὅτου ἦλ-
θεν ἡ εὐχὴ τοῦ κόσμου καὶ ἐπληρώθη, aluiſſe. Addit, κεφαλὴ γὰρ πέφηνεν ὁ Χριστὸς, ὁ μονογενὴς
υἱὸς τοῦ Θεοῦ. hoc eſt, *Chriſtum ipſum jam veniſſe, qui Eccleſiæ eſt caput. cum quo
votum ceſſat, quod non alium reſpexit.* quare cultu eo capitis, nec opus jam
eſſe. Sed & eleganter ex hoc loco addit, ἵν' ὅταν γνῶμεν τὴν κεφαλὴν, οὐ καταισχύ-
νωμεν τὴν κεφαλήν. *ne poſtquam cognouimus caput, dedecoremus caput.* Non ita
vſ. 15. multo poſt cum ſequitur, Γυνὴ δὲ ἐὰν κομᾷ, δόξα αὐτῇ ἐστιν, τὸ פאר alluſiſſe videtur.
quod vt decus, ita ornamentum capitis deſignat. vide Ezech. 24. vſ. 17.
Quo & ſpectat, quod in ſuis brachoth, ſiue, benedictionibus, quas in Syna-
goga pronunciare ſolent, Iudæi addant, *Benedictus, qui Iſraëlem decore coro-
nat:* occaſione tegumenti, quod capiti imponunt. quemadmodum & nudo
capite è cubiculo exire nefas arbitrantur. Pileus enim, ſiue, tegumentum
capitis, ex eorum ſententia, δόξα ἀνδρὸς, *viri gloria.* quemadmodum δόξα γυ-
ναικὸς τὸ κομᾷν, *gloria fœminæ, comatam eſſe,* vt loquitur Apoſtolus. Sequitur,
vſ. 16. εἰ δέ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι. Quod obſcure, vt leuiſſime dicam, ita ad Iulia-
num Cyprianus conuertit: *Si quis autem putatur contentioſus eſſe, nos talem
conſuetudinem non habemus.* Cæterum, εἰ δέ τις δοκεῖ, non aliud, quam ſi, εἰ δέ
τις θέλει, *ſi quis vult,* idiotiſmo autori huic vſitato dictum eſt. vt cum ad Ga-
latas 6. 3. Εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τι. Cogitandum ergo, an recentiores recte, *quod
ſi quis videtur contentioſus eſſe.* cum, quod nemo neſcit, is qui ab Eccleſia diſ-
ſentit, talis ſit, non videatur. neque hoc, ni fallor, voluit Apoſtolus: a quo,
vt recte Scholiaſtæ Græci, οἱ ἐθελόσοφοι tanguntur. Græci, εἰ δέ τις φιλονείκως
διάκειται, dicerent. Τὸ δοκεῖν enim, ἐθελοδοξίας nota. vt cum Matthæi 3. 9. Καὶ
μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς. *& ne velitis dicere intra vos.* ac ſi Latine dicas, *nec
placete in eo vobis quod dicatis.* Ergo, εἰ δέ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι, *ſi cui placeat
contentioſo eſſe. Si quis in eo ſibi placeat, quod contentioſus ſit.* Eodem capite
vſ. 20. quod dicitur, συνερχομένων οὖν ὑμῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, οὐκ ἔστι κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν,
tale eſt, ac ſi dixiſſet, συνερχομένων ὑμῶν, τοῦτο ὃ ποιεῖτε, οὐκ ἔστι κυριακὸν δεῖπνον φα-
γεῖν. *Quod à vobis fit, cum conuenitis, non eſt quod poſtulat à vobis Dominus. Non
enim ejus, vt oportet, corpus comeditis.* Recentior interpres, ac ſi ſcriptum
eſſet, aut mens eſſet, τοῦτο, τὸ συνέρχεσθαι ὑμᾶς, *hoc veſtrum conuenire, non eſt cœ-
nam comedere Dominicam.* Neque ſatis ad mentem Apoſtoli commentatores
Græci, cum notant, συνέρχεσθε μὲν ἐπὶ τὸ φαγεῖν κυριακὸν δεῖπνον, ἀλλ' οὐ ποιεῖτε.
Τοῦτο δηλοῖ τὸ, οὐκ ἔστι. *ad edendum quidem cœnam conuenitis Dominicam, neque
facitis. Quod denotat illud, non eſt.* Aliud enim, ſi dixiſſet, ἀλλ' οὐχ ὡς δεῖ τοῦτο ποιεῖτε.
cæterum, non, vt oportet, illud agitis. Et planius certe B. Hieronymus, ad
participandi modum refert. *Iam non eſt Dominica, ſed humana cœna. quando
vnuſquiſque, tanquam cœnam propriam, ſolus inuadit: & alii qui non obtulerit,
non impertit. Ita vt magis propter ſaturitatem quam propter myſterium conue-
nire videamur.* Vt inſignem ita notet ἀταξίαν, quæ plane tam cœleſti epulo
indigna: in qua qui recte participant, ejus participes fiunt, qui omnem ἀτα-
ξίαν, in Eccleſia præſertim, odit. Vt etiam hic illud ejuſdem Apoſtoli locum
habeat, Πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν γινέσθω.

Cap.

Cap. IX.

I. Ad Cor.

Locus, λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦν. διακρίσεις πνευμάτων. ἑρμηνευταὶ γλωσσῶν. *Locus,* ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους. *& an non rectius,* μέλη ἐκ μέλους, *cum antiquo interprete, legatur.* μέλη μέλη. πρασιαὶ πρασιαί. *eadem ex altero Apoſtoli loco confirmata lectio. Iudæorum Hieroſolymis* ἀπόστολοι. *eorum munus, quod* τὰ ἐγκύκλια γράμματα *ferrent. Opinio ea vnde deſumpta videatur. Apoſtoli, literæ, de quibus Iuriſconſulti. Tractatores, & qui ita dicti. tractatus,* διδασκαλία, *doctrina. Niceni Concilii tractatus. tractare* διδάσκειν. *magiſtri & tractatores, iidem. tractamus,* ἐξερευνῶμεν, *inquirimus. tractatus,* ζήτησις, *quæſtio.* ἀντιλήψεις. τῶν ἰδίων ἀντίληψις. τῶν ἰδίων ἐπιμέλεια. *Locus,* Ζηλοῦτε δὲ τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα. *Varia loci lectio aut diſtinctio. Vera, vt videtur, lectio diſtinctioque.*

DVodecimo capite, ab initio non procul, illud legitur, Διὸ γνωρίζω ὑμῖν, Cap.
ὅτι οὐδεὶς ἐν πνεύματι Θεοῦ λαλῶν, λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦν. Qui in Lege porro, XII.
rem à ſe, vel poſſeſſionem, abdicabant, quam ne æſtimatione quidem ℣ſ. 3.
poſthac vindicare ſibi poterant, voce חרם ſæpe vtebantur. Itaque ἀνάθεμα Ἰησοῦν
λέγει, qui Ieſu renunciat: λέγει Κύριον, qui eum ſibi vindicat, ſeque, vt peculium,
eidem dedicat. Priori ratione Apoſtolus 9. ad Rom. ἀνάθεμα ἀπὸ Χριστοῦ, cum
vocat, qui ad Chriſtum amplius non ſpectat. quid autem quantumque, inter
ἀνάθημα & ἀνάθεμα, ex Helleniſtarum vſu, interſit, ex iis, niſi fallor, quæ ad
locum Apoſtoli, Ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, notata jam
ſunt, ſatis patet: neque, quod ex Plinio ad Trajanum eruditi adferunt, locum
hic habere arbitror. Eodem capite dicitur, ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων, ἑτέρῳ ℣ſ. 10.
δὲ γένη γλωσσῶν. Quo loco, quid, διάκρισις πνευμάτων, ſit, ipſe infra cap. 13. ℣ſ. 29.
interpretatur. vbi, Προφῆται δὲ δύο ἢ τρεῖς λαλείτωσαν, καὶ οἱ ἄλλοι διακρινέτωσαν. non
enim dubium, quin, vt hypocritæ, ita pſeudoprophetæ tum eſſent: quorum
caput, non Chriſti Spiritus, ſed τὸ πνεῦμα, τὸ ἀκάθαρτον, ὁ τοῦ ψεύδους πατὴρ, eſſet.
Cum addit, ἑτέρῳ δὲ γένη γλωσσῶν, ἄλλῳ δὲ ἑρμηνεία γλωσσῶν, non prætermit- Ibid.
tendum videtur, diſſimiles fortaſſe hos γλωσσῶν ἑρμηνευτὰς, ſeu, linguarum in-
terpretes, fuiſſe iis, quos ſuo tempore Epiphanius commemorat. qui, Com-
pendio aduerſus Hæreſes, vbi de ſingulis quæ tum obtinebant muniis, Εἶθ'
ἑξῆς τούτων, inquit, ἐξορκισταὶ, καὶ ἑρμηνευταὶ γλώσσης εἰς γλῶσσαν, ἢ ἐν ταῖς ἀναγνώ-
σεσιν, ἢ ἐν ταῖς προσομιλίαις. *Poſt hos exorciſtæ, linquæque vnius per alteram, tum*
in lectionibus tum in mutuis colloquiis ac diſſertationibus, interpretes. Cum eo
autem quod capite eodem legitur, Καὶ εἴτε πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ ℣ſ. 26.
μέλη, idem fere Seneca lib. De ira 2. dixit. *Vt omnia inter ſe,* inquit, *membra*
conſentiunt, quia ſingula ſeruari totius intereſt: ita homines ſingulis parcent, quia
ad cœtum geniti ſumus. Salua autem eſſe ſocietas, niſi amore & cuſtodia partium,
non poteſt. Paulo poſt cum dicitur, Ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους, ne ℣ſ. 27.
ſibi quidem ſatisfeciſſe recentior videtur interpres, qui *particulatim* vertit.
Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra particulatim. Quare aſſentiri malim
veteri, qui μέλη ἐκ μέλους legit. Vt ſit, quod Hebræi ac Helleniſtæ, μέλη μέλη,
dicerent. quomodo πρασιαὶ πρασιαὶ, alibi. hoc eſt, πάντες μέλη ἐκ μέλους, ἕκα-
στος μέλος ἐκ μέλους. *omnes membra, quæ inter ſeſe in vno corpore cum capite*
cohærent, eſtis. Vos corpus Chriſti, μέλη ἐκ μέλους: ipſe caput. Vt hæc illa, de qua
ad Epheſios c. 4. ℣ſ. 16. agitur, συναρμολογία ſit. vbi itidem, cum, ἑκάστου μέρους,
legatur, Græci, cum interprete antiquo, ἑκάστου μέλους, legerunt. Qui locus
plane hunc interpretatur. Ἀληθεύοντες δὲ ἐν ἀγάπῃ, αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα,
ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ, ὁ Χριστός· ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον καὶ συμβιβαζόμενον διὰ
πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας, κατ' ἐνέργειαν ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάστου μέρους τὴν αὔξησιν τοῦ σώ-
ματος ποιεῖται, εἰς οἰκοδομὴν ἑαυτοῦ ἐν ἀγάπῃ. Hæc eſt illa, de qua Leo Primus: *Eccle-*
ſia quæ capiti inhæret, corpus Chriſti eſt. vt quæ ſic cohærent membra ſingula ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad Cor. ℣ſ. 28. cuncta, *μέλη ἐκ μέλους*, dicuntur. Et ſi, *ἐκ μέρους*, legas, melius *ſinguli*, quam,
particulatim, dicas. Eodem capite legitur, Καὶ οὓς μὲν ἔθετο ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ,
πρῶτον ἀποστόλους. Qui locus in mentem nobis reuocat, quod in Commenta-
riis, ſiue, Catena in Eſaiam Græca, cujus uſum reuerendo eximioque viro
Antonio Thyſio debemus, ab Euſebio notatum meminimus: ſuos etiam Iu-
dæos habuiſſe Hieroſolymis Apoſtolos, quos ad traducendam ab iis Chri-
ſti doctrinam, mittebant. cui rei literas, ſacerdotes iis tradidiſſe ac ſcri-
bas, quibus cæteros, ab ea, quantum pote, auerterent. Qui, in monumentis
antiquorum id ibidem reperiſſe ſe, teſtatur. Atque id vt confirmet, ejuſdem
inſuper Prophetæ, qui cap. 18. ℣ſ. 2. legitur, adducit locum. vbi pro eo
quod ὁ ἀποστέλλων ἐν θαλάσσῃ ὅμηρα, καὶ ἐπιστολὰς βιβλίνας, legitur, Symmachum,
ὁ ἀποστέλλων ἀποστόλους ἐν θαλάσσῃ, reddidiſſe notat. Deinde autem addit, Ἀπο-
στόλους δὲ εἰσέτι καὶ νῦν ἔθος ἐστὶ Ἰουδαίοις ὀνομάζειν, τοὺς ἐγκύκλια γράμματα παρὰ τῶν ἀρχόν-
των αὐτῶν κομιζομένους. *Etiam nunc vſitatum Iudæis, vt eos qui circulares à magi-
ſtratibus ferant literas, Apoſtolos dicant.* vt à Iudæis ad Chriſtianos deuolu-
tum ſic hoc nomen probet. Cæterum, vt de Symmacho ne dicam, qui ſub
Seuero, quis non videt ſcenam hanc ex Lucæ verbis inſtructam, qui Acto-
rum 9. de Paulo, ὅτι ᾐτήσατο παρὰ τοῦ ἀρχιερέως ἐπιστολὰς εἰς Δαμασκὸν πρὸς τὰς
συναγωγάς, ὅπως ἐάν τινας εὕρῃ τῆς ὁδοῦ ὄντας, ἄνδράς τε καὶ γυναῖκας, δεδεμένους ἀγά-
γῃ εἰς Ἱερουσαλήμ. Quod vt per ſe tranſparet, ita magis confirmabitur, ſi ea
quæ præcedunt, videamus. Ita enim ibidem Euſebius: Εὕρομεν ἐν τοῖς τῶν πα-
λαιῶν συγγράμμασιν, ὡς οἱ τὴν Ἱερουσαλὴμ κατοικοῦντες ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἔθνους, ἱερεῖς,
καὶ γραμματεῖς, καὶ πρεσβύτεροι, γράμματα διαχαράξαντες, εἰς πάντα διεπέμψαντο
ἔθνη, διαβάλλοντες τὴν Χριστοῦ διδασκαλίαν, ὡς αἵρεσιν ξένην καὶ ἀλλοτρίαν τοῦ Θεοῦ·
παρηγγέλλοντό τε δι' ἐπιστολῶν, μὴ παραδέξασθαι αὐτήν. *In veterum ſcriptis inueni-
mus, eos qui Hieroſolymæ tum habitarent, Iudæos, inprimis, ſacerdotes, ſcribas,
atque ſeniores, epiſtolas, à ſe ſcriptas, ad omnes miſiſſe gentes, quibus Chriſti
vt peregrinam atque à Deo alienam traducerent doctrinam: iiſdemque, eam ne ad
mitterent, perſuadere conarentur.* Apparet veriſſimum, quod dixi. Quem-
admodum *apoſtoli*, ipſæ dicebantur literæ, de quibus ad titulum De ver-
borum ſignificatione, vt & ad eum, qui *De dimiſſoriis, ſiue apoſtolis*, inſcri-
Ibid. ptus eſt, Iuriſconſulti agunt. Sequitur, τρίτον διδασκάλους. Quos, teſte Vin-
centio Lirinenſe, *tractatores* olim dicebant. Quod, vt ipſe docet, *Sacros
ſcriptores tractarent atque exponerent*. Elegantiſſimus autor Common. I.
*Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia. Primum Apoſtolos, quorum ipſe vnus
erat. Secundo Prophetas, qualem in Actibus Apoſtolorum legimus Agabum. Ter-
tio Doctores, qui tractatores nunc appellantur. quos hic idem Apoſtolus etiam pro-
phetas interdum nuncupat: eo quod per eos prophetarum myſteria populis aperiun-
tur.* Et ita paſſim B. Hieronymus. *Numquid ego in turbam mitto Origenem?
numquid cæteros tractatores? Scio me aliter habere Apoſtolos, aliter cæteros tra-
ctatores.* ad Theophilum, & paſſim alibi. Vnde *tractatus*, διδασκαλία, *doctri-
na*. Ambroſius De incarnatione Domini contra Apollinariſtas. *Etſi mihi
frequenter Niceni Concilii tractatum ſe tenere commemorant. ſed in illo tractatu
Patres noſtri, non carnem, ſed Dei verbum, vnius ſubſtantiæ cum Patre eſſe dixe-
runt.* Et, *tractare, docere.* quemadmodum cum idem Lirinenſis Neſtorium
accuſat, *quod S. Scripturam, ſe primum & ſolum intelligere, & omnes eos igno-
raſſe jactaret, quicunque ante ſe magiſterii munere præditi, diuina eloquia tra-
ctauiſſent.* Vnde & *magiſtri* iidem qui *tractatores*. vt cum S. Athanaſius eidem
antiſtes, ac magiſter fideliſſimus, & confeſſor eminentiſſimus, dicitur. Vetus
Gloſſarium, *Magiſter*, ἐπιστάτης, ἔξαρχος, διδάσκαλος. Idem eruditiſſimus
Gloſſarum autor, *Tractamus*, ἐξερευνῶμεν. *Tractatur*, ἐξετάζεται. *Tractatum* de-
Ibid. nique, ζήτησιν, *quæſtionem*, exponit. Sequitur ibidem, ἔπειτα δυνάμεις, χαρί-
σματα ἰαμάτων, ἀντιλήψεις, κυβερνήσεις, γένη γλωσσῶν. Vbi non male, vt quidem
arbi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

arbitror, recentior interpres, qui ad diaconorum viduarumque miniſte- I. Ad
ria, pauperibus deſtinata, τὸ ἀντιλήψεις, refert. Neque multo aliter 2 Mac- Cor.
cab. 11. 26. vbi procuratio, ſeu cura, quam pro ſuis quiſque rebus ſuſcipit, τῶν
ἰδίων ἀντίληψις dicitur. Ὅπως εἰδότες τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν, εὔθυμοί τε ὦσι, καὶ ἡδέως
διαγίνωνται πρὸς τὴν τῶν ἰδίων ἀντίληψιν. quam paulo ante, τῶν ἰδίων ἐπιμέλειαν di-
xit. Ἀταράχους ὄντας γενέσθαι πρὸς τὴν τῶν ἰδίων ἐπιμέλειαν. Eodem capite ſub finem,
cum dicitur, Ζηλοῦτε δὲ τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα. καὶ ἔτι &c. variant, neque mul- ℣ſ. 31.
tum juuare nos poſſunt codices. Sed & dubitaſſe de hac lectione antiquos,
ſcholia Græcorum docent. quæ cum interrogandi nota legendum monent,
Ζηλοῦτε δὲ τὰ χαρίσματα κρείττονα; καὶ ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι. Photius,
Ἀλλ' οὕτως εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ τῷ θεσπεσίῳ Παύλῳ, Ζηλοῦτέ φησι τὰ χαρίσματα τὰ κρείττο-
να; καὶ οὔπω ὑμᾶς ἐπεισάμην μὴ ἀθυμεῖν ἐπὶ τοῖς ἐλάττοσιν; ἀλλ' ἔτι ἐρασταὶ καὶ ζηλωταὶ τῶν
μειζόνων ἐστέ. Ἐγώ, καὶ ἔτι πρὸς τοῖς εἰρημένοις, μέθοδον καὶ ὁδὸν δείκνυμι, δι' ἧς οὐδὲν τῶν χα-
ρισμάτων τῶν μεγίστων δεηθέντες, καθ' ὑπερβολὴν ἂν τῶν ἄλλων μείζους ἀληθῶς καὶ τελειό-
τεροι φανείητε. *Mihi vero ita à diuino Paulo videtur dictum: Potiora vero dona
ambitis, neque adhuc vobis perſuaſi, ne in minoribus animum deſpondeatis? adeo
adhuc ea quæ majora ſunt amatis, ac ambitis. Ego autem, præter ea quæ jam dixi,
rationem viamque vobis monſtro: quam ſi ſequamini, nec majora vobis dona
deerunt, ſed & excellenter cæteris majores reuera perfectioreſque videbimini.*
Idem & alii obſeruarunt. nec male fortaſſis. Noui qui ſcripſiſſe & diſtinxiſſe
Apoſtolum exiſtimaret, Ζηλοῦτε δὲ τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα, καὶ εἴ τι καθ' ὑπερβο-
λήν. Ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι. Perſpicue inprimis. *Ambite autem dona potiora, & ſi
quid excellens eſt. Ego viam jam monſtrabo vobis.* Quod eorum quæ ſequuntur
argumentum eſſet, aut παρασκευή. Idque vt non improbo, ita ſine codicis
autoritate, meo more, nihil muto.

Cap. X.

Γλώσσαις ἀγγέλων λαλεῖν. *linguæ Angelorum.* νοερὰ *eorundem in communicandis*
νοήμασι δύναμις. *linguæ angelorum, ut, panis angelorum. B. Hieronymi de lin-
guis angelorum locus.* ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται. *quid ſit* περπερεύεσθαι. *recentio-
ris interpretis ſententia. in* περπερείᾳ *quæ concurrant vitia:* βλακεία *nempe,
&* χαυνότης. πέρπεροι, περιαυτολόγοι, περίλαλοι. *Locus M. Baſilii è Canonibus,*
ὅτι πᾶν ὃ μὴ διὰ χρείαν ἀλλὰ καλλωπισμὸν παραλαμβάνεται, περπερείας κατηγο-
ρίαν ἔχει. μὴ ἀπάταλος, μὴ πέρπερος. *Locus,* οὐ παροξύνεται, οὐ λογίζεται τὸ κακόν.
λογίζεσθαι τὸ κακόν, *quid.* λογίζεσθαι, ἐπὶ λογοθεσίου *ſiue, imputandi ſignificatione.*
Ἐκ μέρους γὰρ γινώσκομεν. *Locus,* ἐπιγνώσομαι, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην. *mens loci.*

SCio quæ de linguis Angelorum dicuntur, hyperbolen videri erudi-
tis. Locus ipſe initio decimi ac tertii occurrit capitis: Ἐὰν ταῖς γλώσ- Cap. XIII.
σαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ καὶ τῶν ἀγγέλων, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, γέγονα χαλκὸς ἠχῶν, ℣ſ. 1.
ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον. cum forte, non tam de eloquentiæ, quam linguarum
variarum dono, hoc eſt, non tam περὶ εὐγλωττίας, quod nonnulli volunt, quam
πολυγλωττίας, agat Apoſtolus. Quo ſenſu quidem oratio plana eſſet: ἐὰν ταῖς
γλώσσαις πάντων τῶν ἀνθρώπων, ὡς οἱ ἄγγελοι, λαλῶ. quis enim dubitat, quin
Angeli, quanuis linguas proprie non habeant, quibus loco earum νοερὰν δύ-
ναμιν antiqui tribuunt Theologi, qua diuinas inter ſeſe cogitationes ſine προ-
φορικῷ communicant ſermone, cum ad gentes mitterentur varias, (quemad-
modum commune Angelorum in miſſione miniſterium Hebr. 1. ℣ſ. 14. po-
ſitum Apoſtolus teſtatur) eorumque vbi viſum eſſet, opera in terris vtere-
tur Deus, variis quoque ac diuerſis vterentur linguis? Quid ſi tamen γλῶσ-
σα ἀγγέλων, *lingua Angelorum*, vt, *panis Angelorum*, hoc eſt, cœleſtis, dicatur?
vt, quemadmodum homo panem comediſſe Angelorum, ita hic Angelo-
rum loqui lingua, qui cœleſti facundia eſt præditus, dicatur. Sapientia Salo-

 monis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad Cor. monis cap. 16. ℣ſ. 20. ἀγγέλων τροφὴν ἐψώμισας τὸν λαόν. *nutrimento angelorum
pauiſti populum. B. Hieronymus, *Neque vllo modo Apoſtolus dixiſſet, Si linguis
hominum loquar & Angelorum, niſi hic eſſent Angelorum linguæ, ſicut hominum:
quamuis Angelicæ ſint diſſimiles humanis. Eſt ergo aliquod, & ipſum valde ma-
gnum, ſuper diuerſitate linguarum, inter terrigenas & miniſteria ſuperna, diſcri-
men. Super qua re nos Canonicus liber Noui Teſtamenti, qui Apoſtolica continet
geſta, ſufficienter inſtruxit.* quaſi ſcilicet, πολυγλωττία, aut linguarum, de qui-
bus ibi, dona, linguæ Angelorum fuerint. quanquam non ignorem, in-
℣ſ. 4. telligi & aliter poſſe. Eodem capite cum dicitur, ἡ ἀγάπη οὐ ζηλοῖ, ἡ ἀγάπη
οὐ περπερεύεται, quid ſit περπερεύεσθαι, quæſiſſe multos video. Recentior inter-
pres interim, cum redderet, *non perperam agit*, metuo ne ſatis obiter defun-
ctus ſit. In περπερείᾳ proprie ſic dicta, duo concurrere videntur vitia. Ἡ βλα-
κεία, nempe, & quæ Ariſtoteli χαυνότης dicitur. quæ inſolentiam faſtumque
præ ſe ferunt. Optime Heſychius, Περπερεύεται, ἐπαίρεται, *inſolenter effertur,
inſolenter ſe effert.* Item Πέρπερος, μετὰ βλακείας ἐπαιρόμενος, *qui ſtolide alii ſe præ-
fert.* Vnde & recte, τῷ φυσιοῦται, conjungitur. Accius Pragmatico, *Deſcribere in
theatra perperos populares.* Vbi *perperi*, βλάκες, *ſtolidi:* propter τὴν ἀλαζονείαν, forte,
putidamque arrogantiam; quales glorioſi, quos deſcribunt Comici. Qui &
loquaces; cum præſertim de ſe tinniunt. cujuſmodi, quos περιαυτολόγους Græci
dicunt. Interpres Sophoclis, κομψοὺς γὰρ ἔλεγον, οὓς ἡμεῖς περπέρους καὶ περιλάλους
φαμέν. In Canonibus antiquis certe, ad exceſſum in habitu refertur. Vt cum
Canone 15. Concilii ſeptimi Oecumenici, ſeu, Nicænæ ſecundæ, dicitur,
Ὅτι πᾶσα βλακεία καὶ κόσμησις σώματος, ἀλλοτρία ἐστὶ τῆς ἱερατικῆς τάξεως, tandemque
additur, ὅτι πᾶν, ὃ μὴ διὰ χρείαν, ἀλλὰ διὰ καλλωπισμὸν παραλαμβάνεται, περπε-
ρείας ἔχει κατηγορίαν, ὡς ὁ μέγας ἔφη Βασίλειος. *Omne quod neceſſitatem excedit,
& cultui adhibetur, perperiæ nomine, magno Baſilio teſte, infamari.* Ac ibidem
Zonaras, εἶτα καὶ τὸν μέγαν Βασίλειον εἰς μαρτυρίαν παράγει, ἑρμηνεύοντα, τί ἐστι περπε-
ρεία· ὅς φησιν, ὅτι πᾶν, ὃ μὴ διὰ χρείαν, ἀλλὰ διὰ καλλωπισμὸν, παραλαμβάνεται. Bal-
ſamo, καὶ τὸν μὴ διὰ χρείαν τοῦ σώματος λαμπρότερον ἱματισμὸν, περπερείαν, ἤγουν βλα-
κείαν, ὠνόμαζεν ὁ μέγας Βασίλειος. Conſtit. Apoſt. quæ Clementi aſſcribuntur,
de Epiſcopo, Μὴ τοῖς κυριακοῖς, ὡς ἀλλοτρίοις, κεχρήσθω, ἀλλὰ μεμετρημένοις, &c.
deinde, μὴ σπάταλος, μὴ πέρπερος. Nimis igitur ἀδιορίστως & vniuerſitaliter,
interpres, *non agit perperam.* Aliud eſſet, ſi dixiſſet, *non inſolenter agit.* aut,
nihil inſolenter agit. Inter ea quæ ibidem charitati tribuit Apoſtolus, & illud
℣ſ. 5. eſt, οὐ παροξύνεται, οὐ λογίζεται τὸ κακόν: quæ ita conjunguntur, vt alterius ex al-
tero petenda ſit interpretatio. Quis παροξύνεται? qui de vindicta cogitat.
Quis τὸ κακὸν λογίζεται? qui injuria affectus, τῷ προϋπάρξαντι (qua voce ſic Pla-
tonici vtuntur) hoc eſt, illi qui inferre prior cœpit, non ignoſcit. quem
non minus, imo magis peccare, iidem pronunciant. Maximus Tyrius no-
biliſſima Diſſertatione, *Vtrum referenda ſit injuria*, inter alia, εἴπερ ἐστὶν ἀδικίας
πρὸς ἀδικίαν ὑπερβολὴ, ὁ τιμωρῶν τοῦ προϋπάρξαντος ἀδικώτερος. *ſiquidem altera al-
tera major ſit injuria, injuſtior, qui illatam vlciſcitur, eo qui inferre cœpit.* Apo-
ſtolus, οὐ λογίζεσθαι τὸ κακὸν, charitatem dixit, quia de vindicta non cogitat.
τοῦτο, inquit, Theophylactus, ἵνα μὴ ἀνθυβρίζωσι. *hoc*, inquit, ideo, *ne injuriam
injuria compenſent.* Aliud autem eſt, λογίζεσθαι, cum non aliud quam ἐνθυμεῖ-
σθαι, aut ſimile, deſignat: vt cum eodem capite hoc dicitur, ὅτε ἤμην νήπιος, ὡς
νήπιος ἐλάλουν, ὡς νήπιος ἐφρόνουν, ὡς νήπιος ἐλογιζόμην. Aliud, cum imputandi
notione ſumitur. Gloſſæ nobiliſſimæ, Λογίζομαι, ἐνθυμοῦμαι, *cogito, ineo conſi-
lium, animaduerto, reor.* Λογίζομαι, ὑπολαμβάνω, *opinor, arbitror.* Λογίζομαι
ἐπὶ λογοθεσίου, *imputo.* Vtroque modo accipi hoc loco poſſe, etiam non antiqui
interpretes viderunt. Carthuſianus, *non cogitat malum, id eſt, nocumentum
inferre alicui.* melius, *referre*, dixiſſet. Haymo, *non irritatur, id eſt, etiam ſi læſa
fuerit, non prouocatur ad iracundiam, ſiue furorem: non cogitur ad vindictam,*

vt

vt malum pro malo reddat. Non cogitat malum. id eſt, non ſolum non facit, ſed I. Ad
nec cogitat vt alii noceatur. prior læſus, videlicet: vt ita hæc jungantur. Quid Cor.
ſit παροξύνεσθαι, optime Satyricus expreſſit, cum dixit,

Quantulacunque adeo eſt occaſio, ſufficit iræ.

Quid ſit οὐ λογίζεσθαι τὸ κακὸν, Socrates docuit, qui Anyto ac Melito, vt idem
eleganter ibi, noxam ac vindictam remiſit.

Chryſippus non dicet idem, nec mite Thaletis
Ingenium, dulcique ſenex vicinus Hymetto.
Qui partem acceptæ ſæua inter vina cicutæ
Accuſatori nollet dare.

Inprimis autem Protomartyr ſanctiſſimus, cum moriturus exclamat, Κύριε
μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. Hoc enim, μὴ λογίζου αὐτοῖς τὸ κακόν. Inter-
pretes, *non cogitat malum.* Quod minus eſt. &, τὸ λογίζεσθαι, recte vtroque mo-
do accipitur, vt dixi. Eodem capite & illud habemus, Ἐκ μέρους γὰρ γινώσκο- ṽſ. 9.
μεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν. Vbi, quod alibi, κατ᾽ ἄνθρωπον, ſiue, ὡς ἐν ἀνθρώποις,
nunc ἐκ μέρους dixit. neque aliter Græci. Procopius in Geneſin, τὸ δὲ τέλειον
ἀκουστέον, ὡς ἐν ἀνθρώποις· ὥσπερ ὁ Παῦλος, ἐκ μέρους φησί. Sub finem ejuſdem ca-
pitis illud legitur, ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους, τότε δὲ ἐπιγνώσομαι καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην. ṽſ. 12.
hoc eſt, καθὼς καὶ ἐγνωρίσθην. *pro cognitione qua imbutus fuero.* Ita γνωρίζω erit
הודיע, *cognitione imbuo*, vt τῷ βασιλεῦσιν Helleniſtæ vtuntur: Ἐπεγνώσθην igitur,
pro ἐπιγνωσθήσομαι. illud, pro, ἐπιγνωρισθήσομαι. Quod Helleniſtæ, καθὼς ἐπιγνω-
σθήσεταί μοι Κύριος, *prout Dominus cognoſcendum ſe mihi dabit*, ſuo more dice-
rent. *Ex parte cognoſco*, inquit. *tum vero, pro cognitione, qua imbuet me Domi-*
nus. ita vt poſterius diſerte τῇ ἐκ μέρους γνώσει opponat. nec alia mens eſt Apo-
ſtoli. Non ergo eruditi ſatisfaciunt, cum dicunt, *prout cognitus fuero.* Eraſ-
mus in eruditiſſima Paraphraſi, *Nunc aliquomodo ex parte cognoſco: tunc præ-*
ſens præſentem Deum cognoſcam, ſicut ab ipſo cognitus ſum. quod & recentior
admiſit. Imo potius, *pro cognitione, qua imbuar: pro cognitione, qua ab eo tum*
illuſtrabor. Idem, cum ἐπεγνώσθην, ἐδιδάχθην interpretatur, viam tangit prope
quam non inſtitit. vt nec veteres, qui in voce καθὼς argutantur. Verba,
quibus hoc caput Apoſtolus concludit, hæc ſunt: Νυνὶ δὲ μένει πίστις, ἐλπὶς, ἀγά- ṽſ. 13.
πη, τὰ τρία ταῦτα· μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη. *Quæ, ſi deſit*, inquit ex Auguſtino
Proſper, *fruſtra habentur cætera: ſi adſit, habentur omnia.*

Cap. XI.

Locus, Ὁ γὰρ λαλῶν γλώσσῃ. πνεύματι λαλεῖν *myſteria: & vox* πνεύματος *quo pa-*
cto ibi vſurpata. προσεύχεσθαι πνεύματι, προσεύχεσθαι νοΐ. εἰ τύχοι, *prout inci-*
derit. Φωναί. Καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἄφωνον, *& quomodo intelligendum. Mos Hebræo-*
rum, quibus ſine antecedente interdum ponitur relatum. Locus, Διόπερ λαλῶν
γλώσσῃ, προσευχέσθω, ἵνα διερμηνεύῃ. *Mos Eccleſiæ, ea quæ in homilia dicta*
eſſent, in precibus repetere. Locus, τὸ πνεῦμά μου προσεύχεται, ὁ δὲ νοῦς ἄκαρπός ἐστι.
Diuerſæ interpretationes. quid eo loco ſit πνεῦμα. *Sine ſpiritu, &* ἄνευ πνεύ-
ματος, *vocem non proferri. Locus,* θέλω πέντε λόγους διὰ νοός μου λαλῆσαι. *Alia*
Marcionis, & ſuppoſita lectio. Alia Epiphanii lectio. Locus, ὅτι ἐν ἑτερογλώσ-
σοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ. *Diuerſa loci interpretatio. etiam*
Chaldæi ac B. Hieronymi. Φαυλισμὸς χειλέων, *balbuties. Eſaiæ prophetia,* νό-
μος *dicta. Origenis locus.*

CApite decimo & quarto ſtatim ſeſe offert locus ille, Ὁ γὰρ λαλῶν γλώσ- Cap.
σῃ, οὐκ ἀνθρώποις λαλεῖ, ἀλλὰ τῷ Θεῷ· οὐδεὶς γὰρ ἀκούει· πνεύματι δὲ λαλεῖ μυστή- XIV.
ρια. *Qui peregrina*, inquit, *loquitur lingua, non hominibus jam loquitur,* ṽſ. 2.
ſed Deo. Nemo enim audit aut intelligit. Quare? quia, voce, quæ non intelligitur,
myſteria profatur: neque quicquam præter vocem edit, quæ ſpiritu perfi-
citur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad Cor. citur. Vt ſic πνεῦμα, oris ſit organum, ſiue inſtrumentum, qua vox editur.
quæ & fruſtra editur, ſi non intelligatur. Quod in linguis peregrinis fit ac
ignotis. quæ ſi non intelliguntur, nihil præter ſonum dant, quem lingua
ſpirituſque edit. quomodo accipiendum, vt alibi Eraſmus vidit, ita hic non
vidit. cum ſic voce πνεύματος Apoſtolus vtatur, è qua tota diſputatio depen-
det. Pro quo eruditus hoc loco interpres, τῷ πνεύματι, *id eſt, afflatu, quem
à Spiritu accepit: quo tamen abutitur, cum loquitur myſteria, id eſt, quæ non in-
telliguntur ab ipſo cœtu apud quem loquitur.* Quemadmodum nonnulli infra,
cum dicitur, προσεύχεσθαι τῷ πνεύματι καὶ τῷ νοΐ, non recte ſe torquent. Qui illu-
ſtriſſimus locus, vt hunc interpretatur, ita nec aliter eum præcipui ex Patri-
bus interpretantur: inter quos Chryſoſtomus & alii. Ἐὰν γὰρ προσεύχωμαι γλώσ-
σῃ, τὸ πνεῦμά μου προσεύχεται, ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι. Τί οὖν ἐστι; προσεύξομαι τῷ πνεύμα-
τι, προσεύξομαι δὲ καὶ τῷ νοΐ. Vbi non recte interpres, qui, *Quid eſt igitur? precabor
ſpiritu, ſed precabor etiam intelligentia.* In notis autem addit, *Precabor ſpiritu,
id eſt, lingua peregrina, quam mihi dictat ſpiritus. Nec enim donum linguarum
aboleo.* Ad quem locum plura quæ huc ſpectant. Πνεῦμα igitur, vt diximus,
accipiendum. quemadmodum & γλῶσσα non peregrinam modo linguam,
quod vſitatum, ſed & nihil præter inſtrumentum vocis nonnunquam no-
℣ſ. 10. tat. Aliquanto poſt ſequitur, Τοσαῦτα, εἰ τύχοι, γένη φωνῶν ἐστιν ἐν κόσμῳ, καὶ οὐδὲν
αὐτῶν ἄφωνον. *Tot ac tot, forte, vocum aut linguarum genera in mundo ſunt.* hoc
eſt, infinita prope: nam de numero non definito agit. Infra capite ſequen-
ti, καὶ ὃ σπείρεις, οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον, εἰ τύχοι, σίτου,
ἤ τινος τῶν λοιπῶν. *nudum granum, tritici, forte* (vel, *vt puta*) *aut alicujus è cæteris.* de
re non definita. Gloſſæ, εἰ τύχοι, *vt puta.* Recentior, *Tot, prout inciderit, genera
vocum ſunt.* neque φωναὶ, forte *voces,* ſed *linguæ.* quod qui non obſeruarunt,
videndum an non bis idem dixerint. Quis enim dicat, φωνὰς οὐκ εἶναι ἀφώ-
νους? Vel, πολλὰ εἶναι γένη φωνῶν, καὶ οὐδὲν ἄφωνον, eo ſenſu ſcilicet. Sed & inter-
pres vetus, γένη φωνῶν, *genera linguarum,* dixit. *Tam multa, vt puta, genera lin-
guarum ſunt in mundo, & nihil ſine voce eſt.* melius, *neque vllum,* vel, *vlla, ſine
voce eſt.* Et hoc Theophylactus vidit, qui notauit: Τουτέστι, τοσαῦται φωναὶ ἔτυχον
εἶναι ἐν τῷ κόσμῳ· Σκυθῶν, Ἰνδῶν, Θρακῶν, καὶ ἄλλων ἐθνῶν· καὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ λέγουσί τι.
*Hoc eſt, Tot eſſe voces in mundo contingit. nimirum Scytharum, Indorum, Thra-
cum, aliarumque gentium: omneſque dicunt & ſignificant aliquid. neque enim
Ibid. ſunt mutæ, vel ſine voce gentes.* Sequitur, καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἄφωνον. Vbi ſi eodem
modo, quo cæteri autores Græci, ſcripſiſſet Apoſtolus, relatiuum πρὸς τὸ
διανοούμενον referendum dicerem: quod eſt ἄνθρωποι. Vſitatum vero, inſuper,
nec raro, Hebræis, vt ſine antecedente ponatur relatum. vt Num. 7. 89. ἐν τῷ
εἰσπορεύεσθαι Μωϋσῆν ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου λαλῆσαι αὐτῷ: *cum Deo,* nempe: de quo
nihil proxime præceſſit. Eſther 5. 9. *nec ſe mouiſſet ab eo.* & intelligit τοῦ τόπου.
℣ſ. 11. Ita καὶ οὐδὲν αὐτῶν, hoc eſt, οὐδὲν γένος ἀνθρώπων. Quare igitur tantopere hic labo-
rant eruditi? Sequitur mox, καὶ ὁ λαλῶν, ἐν ἐμοὶ βάρβαρος. Hoc autem eſt quod
Anacharſis dicebat, Ἐμοὶ δὲ πάντες Ἕλληνες σκυθίζουσι. ſiue eos non omnino intel-
ligeret, vtpote Græcos: ſiue omnino non, vt Græci non intelligunt Scythas.
& ad verbum prope cum Apoſtolo poëta, *Barbarus hic ego ſum, quia non in-
℣ſ. 13. telligor vlli.* Eodem capite mox ſequitur, Διόπερ ὁ λαλῶν γλώσσῃ, προσευχέσθω
ἵνα διερμηνεύῃ. Quo loco, etiam è veteribus exiſtimarunt quidam, inter quos
Chryſoſtomus, τὸ προσεύχεσθαι, idem eſſe, quod αἰτεῖν διὰ προσευχῆς: *pre-
cibus petere aliquid, aut poſtulare.* Ac ſi dicat, *petite inſuper interpretationis do-
num.* cum ea, quæ ſequuntur, alium ejus verbi oſtendant vſum. Vt cum ait,
ἐὰν προσεύχωμαι γλώσσῃ, cæteraque eodem modo. Vbi nihil aliud τὸ προσεύχεσθαι
præter התפלל ejuſque vſum, expreſſit. Qui ne hoc quidem voluit, ni fallor,
vt διὰ γλωσσῶν, ſiue, lingua peregrina, cum interpretatione ſingulorum,
concipiantur preces, quod alienum. cum vſitatum videatur potius eo
tempore

tempore fuiſſe, vt ea, quæ in exhortatione aut homilia, ad populum dicta eſ-
ſent, obiter repeterentur. Quod & in pleriſque Eccleſiis nunc tenet. Si quis I. Ad Cor.
ergo, inquit, lingua peregrina vſus eſt, adjungat preces, quibus ante dicta ſic
interpretetur. Peregrina enim lingua preces ſi concipiantur, fruſtra fit hoc
certe, quia non intelliguntur. Sequitur, Ἐὰν γὰρ προσεύχωμαι γλώσσῃ, τὸ πνεῦμά ℣. 14.
μου προσεύχεται, ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι. Vbi fateor nondum aſſequi me poſſe,
quid Apoſtolus voluerit, cum dixit, τοῦ πνεύματος προσευχομένου ἄκαρπον τὸν νοῦν
εἶναι, ſiquidem afflatus, ſiue donum Spiritus, intelligatur. hoc enim eruditi
volunt. Quomodo enim, aut qui Spiritus inſtinctu precatur vel afflatu, po-
teſt non precari mente: aut, qua ratione, Spiritus ac mens, ſeparantur ſic aut
opponuntur? Et quæ cauſa, cur, ſi benedictio, dictante eodem fiat Spi-
ritu, non aſſequatur eam idiota, ſed nec dicere Amen, ad hanc poſſit? Mi-
rum ergo, quam hic ſeſe torſerint & veteres & noſtri. Ambroſius, Πνεῦμα,
ſpiritum qui datur in baptiſmo, exponit. Chryſoſtomus, τὸ χάρισμα τὸ κινοῦν
τὴν γλῶσσαν. qui, ſi, τὸ πνεῦμα, τὸ κινοῦν τὴν γλῶσσαν, dixiſſet, aliud dixiſſet. Gloſſa
ordinaria: *Spiritus meus orat: à Deo datus, facit loqui.* vel, *ratio, quæ id bonum*
putat. Lyranus, *Affectus meus in Deum eleuatur. Spiritus enim importat quan-*
dam vim motiuam. Et ideo voluntas, quæ eſt affectus intellectiuus, vocatur hic
ſpiritus, quia mouet alias animæ potentias ad agendum. Haymo, *Vis animæ meæ,*
id eſt, ipſa anima, quæ viuificat corpus, profert verbum: intellectus autem animæ
meæ, ſine aliqua vtilitate eſt. Sedulius, *Spiritum, vim quandam animæ, mente*
inferiorem, interpretatur. Nunc videamus. Nemo neſcit, ſine ſpiritu, de
quo jam ſupra, vocem edi proferrique non poſſe. quemadmodum & medici,
reſpirationis vociſque materiam, πνεῦμα dicunt. Clemens quoque Alexan-
drinus Pædagogi lib. 3. *Spiritus impulſu, tanquam plectro*, edi vocem ait. Καὶ ἐν
κιθάρᾳ αἰνεῖτε αὐτόν· κιθάρα νοείσθω τὸ στόμα, οἱονεὶ πλήκτρῳ κρουόμενον τῷ πνεύματι.
Ibidem, τὸ στόμα κρουόμενον τῷ πνεύματι, τοὺς φθόγγους ἀποδοῦναι τοὺς ἀνθρωπίνους, *os,*
ſpiritus impulſu, humanas proferre voces, ait. Bene igitur Apoſtolus, *Si lingua,*
inquit, *peregrina preces concipiam, ſpiritus, qui os impellit, vocemque edit* (ſiue,
ſolum os meum, ſola vox mea) *precatur: nullum tamen mens mea percipit ex eo fru-*
ctum. vt, *cum Latini homines*, cum Ambroſio, *Græce aſſolent cantare, oblectati ſo-*
no verborum: neſcientes tamen quid dicant. qui de cujuſque mente accipit. *mens,*
qui eſt animus, ſine fructu eſt. Pergit Apoſtolus. *Quid igitur? Precabor ſpiritu,* hoc
eſt, *voce, ac ore, precabor: ſed & mente precabor. ne*, vt ille loquitur, *ſonum dem ſine*
mente. Canam ſpiritu, hoc eſt, *voce ac ore canam: canam & mente.* Quemadmo-
dum enim qui linguam non intelligit qua vtitur, ore tantum ac voce pronun-
ciat quæ dicit, ita vt ex eo nullum mens percipiat fructum (vere, vt ejuſdem
Apoſtoli verbis vtar, χαλκὸς ἠχῶν, ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον) ita nec alium ædifi-
cat, qui lingua ei vtitur ignota. *Quandoquidem, ſi ſolo ſpiritus impulſu*, (ſiue,
oris motu ac voce) vt illi ſolent, qui peregrina aliiſque ignota vtuntur lin-
gua, *benedicas, quomodo qui inter idiotas eſt, ad ea quæ à te dicuntur, Amen di-*
cet, cum quæ dicis non intelligat? Τὸ πνεῦμα ita vſurpari (vt cum, αἴτιος
πνεύματος, πνεύμων ab Heſychio exponitur, quod vocis ſpirituſque inſtru-
mentum pulmo ſit) nec mirum, vt jam diximus, nec nouum. Cur hic vero, ne
de Helleniſtis quidem cogitabant eruditi: qui τὸ רוח, quod eſt πνεῦμα, etiam
φθέγμα, etiam λόγον, exponunt. vt cum, οὐδὲ γὰρ ὑμῶν φθέγμα ῥήματος ἀνέξομαι.
Iobi 6. 26. dicitur. Item, καὶ ἔσται ὁ ἄνθρωπος κρύπτων τοὺς λόγους. vtrobique autem
τὸ רוח habes. Vt omittam στόμα etiam, eoſdem alibi, πνεῦμα dixiſſe. Quid ergo
ſi Apoſtolus dixiſſet, Ἐὰν γὰρ προσεύχωμαι γλώσσῃ, τὸ στόμα, vel, ἡ φωνή μου,
προσεύχεται, an aliud dixiſſet? Sed nec voce alia vſus hic eſt Syrus, qui רוחיהו מצליא,
Spiritus meus orat. additque, *intellectus autem meus ſine fructibus eſt.* Etiam paulo
poſt cum ſequitur, *canam ſpiritu meo*, eruditi interpretes, *ita canam, vt non*
audiar modo. quod eſt, *canam ore, ac voce:* ita tamen, *vt* quod additur, *& mente*

I. Ad Cor. *ac intellectu canam.* Nam tibicines & ſimiles, qui inſpiratione aut flatu rem
gerunt, totas hiſtorias πνεῖν poëtis dicuntur. Vt cum Epigrammatarius tit.
Εἰς αὐλητάς,

> Σύμφωνον μαλακοῖσι κεραοτάμος θρόον αὐλοῖς
> Δωρόθεος, γοερὰς ἔπνεε Δαρδανίδας,
> Καὶ Σεμέλας ὠδῖνα κεραύνιον· ἔπνεε δ' ἵππου
> Ἔργμα τ', ἀειζώων ἀψάμενος χαρίτων.

℣. 19. Eodem capite, Ἀλλ' ἐν ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγους διὰ τοῦ νοός μου λαλῆσαι. Pro quo
impudenter Marcio, διὰ τὸν νόμον, ſuppoſuerat. quod multis Epiphanius exa-
gitat: qui τῷ νοῒ legit. Ἐν τῷ νοΐ μου, τουτέστι, διὰ τῆς ἑρμηνείας φράσαι &c. quod &
ex codicibus nonnullis eruditi adducunt. Paulo poſt eodem, capite ſequi-
℣. 21. tur, Ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, ὅτι ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ
τούτῳ. Vbi negari non poteſt, paulo aliter nunc loqui Helleniſticum con-
textum, qui habet, Διὰ φαυλισμὸν χειλέων, διὰ γλώσσης ἑτέρας ὅτι λαλήσουσι
τῷ λαῷ τούτῳ. Negari non poteſt, à mente S. Pauli abiiſſe Chaldæum vi-
deri, qui dixit, *Quoniam in mutatione ſermonis, & in lingua ſubſannatio-
nis, irridebant prophetas, qui prophetabant populo huic.* Quomodo igitur,
ſi Apoſtolum ſequimur, Deo hæc aſſcribuntur: qui minatur, aliis in po-
ſterum ſe linguis apud populum vſurum eſſe? In Hebræo quia ידבר legeba-
tur, non prophetam, quod nonnulli ibi ſubſtituunt, ſed irriſorem, intelle-
xiſſe Chaldæus videtur. Græci autem, quia prophetas, aut ſimile, intelle-
xerunt, λαλήσουσι verterunt. cum λαλήσει reddendum eſſet: quod & à B. Hie-
ronymo hic factum, qui *lingua altera loquetur ad populum iſtum.* Ergo λα-
λήσει. Quis? ὁ Κύριος. qui eo loco de ſtupore populi conqueritur. adeo,
vt ad φρενῶν νηπιότητα, & infantiam, jam rediiſſe dicatur. Eſaias ergo, *Quem
docebit,* inquit, *ſcientiam, & quem intelligere faciet, quod audiuit?* propheta,
nempe. *An abductos à lacte, auulſos ab vberibus?* Deinde, poſtquam dixit,
Non ſecus quam pueros omnium ignaros, formandos eſſe; tandem ad-
dit, Ridicula ſe lingua, aut ſubſannationibus linguæ, ad populum iſtum, lo-
cuturum eſſe. בלעגי שפה. vel, *blæſa,* vel, *ridicula,* vel, *illudente lingua.* vt ſolent
qui cum pueris balbutiunt: aut linguas, quæ non intelliguntur, apud alios
loquuntur. quod in Chaldæa Dei populo euênit. Græcus φαυλισμὸν χειλέων
dixit, quia ad balbutiem id retulit. balbuties enim linguæ ac labiorum
φαυλισμός. Quare autem addit quod ſequitur, καὶ οὐδ' οὕτως εἰσακούσονταί μου?
quia paulo poſt Propheta addit, *& noluerunt audire,* καὶ οὐκ ἠθέλησαν ἀκούειν.
Nobis interea ſedet, vt quod ſentio hic dicam, Septuaginta interpretes,
nondum vitiatos aut mutatos, expreſſiſſe Apoſtolum. eo magis, quod ex Ori-
gene, eodem fere modo reddidiſſe Aculam didici: qui, vt vero ſimile,
Septuaginta hic ſecutus fuerat. Locus Origenis in Philocalia nunc legitur:
Ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ Ἡσαΐου προφητεία, νόμος παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ λέγεται, φάσκοντι, ἐν τῷ νόμῳ
γέγραπται, Ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ οὐδ' οὕτως
εἰσακούσονταί μου, λέγει Κύριος. Ac deinde addit, Εὗρον γὰρ τὰ ἰσοδυναμοῦντα τῇ λέξει
ταύτῃ ἐν τῇ τοῦ Ἀκύλα ἑρμηνείᾳ κείμενα. *Sed & Eſaiæ prophetia, Lex Apoſtolo dici-
tur, cum inquit, in Lege ſcriptum eſt, Per diuerſæ linguæ homines & alia labra,
huic populo loquar, neque etiam ita me audient, inquit Dominus. Pene enim eadem
in Aculæ interpretatione inueni.* Quemadmodum nihil vſitatius quam vt
doctrina omnis, inprimis ſacra, ac Scriptura, Lex dicatur. quod cuiuis no-
tum eſſe debet: inprimis autem mirari id non poſſunt, qui quam late pateat
Hebræa vox non ignorant.

Cap.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Cap. XII.

I. Ad Cor.

Parum opportuna verſuum diſtinctio. non neceſſaria interpretationis trajectio. τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν. τίνι λόγῳ, τίνι τρόπῳ, *Theophylacto & Chryſoſtomo. Locus,* καὶ ὅτι ὤφθη τῷ Κηφᾷ· εἶτα τοῖς δώδεκα *&c.* ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς. *& quomodo intelligendus ſit locus. Canon de ſcripturæ conſuetudine; in iis quæ ad tempus omittuntur, ac deinde alibi commemorantur.* τοῖς δώδεκα. *Auguſtini locus.* Ἰακώβῳ, εἶτα τοῖς ἀποστόλοις πᾶσι. Ἀπόστολοι πάντες *&* οἱ δώδεκα. *ea vox latius ſumpta. Locus,* Ἔσχατον δὲ πάντων, ὡσπερεὶ ἐκτρώματι, ὤφθη κἀμοί. ἐκοπίασα. κοπιατὴ, *eorumque munus in Eccleſia.* οἱ κοπιῶντες *Ignatii.* μαρτυρεῖν κατὰ Θεοῦ. ψευδομάρτυρες τοῦ Θεοῦ. μαρτυρεῖν τι τῷ Θεῷ. προσμαρτυρεῖν τι τῷ Θεῷ. κατὰ τοῦ Θεοῦ μαρτυρεῖν, *an idem, quod teſtificari de Deo. Locus,* ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχήν. *de diſtinctione ejus agitur. Locus,* ὅταν δὲ εἴπῃ, ὅτι πάντα ὑποτέτακται. ὅταν δὲ εἴπῃ, *& prolixa de eo Epiphanii diſputatio.* ὅταν εἴπῃ, ὅταν λέγῃ. *& quomodo in citando ſacro contextu eo uti ſoleant Rabbini.*

CApitis decimi & quinti initium, tale eſt: Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὸ Cap.
εὐαγγέλιον ὃ εὐηγγελισάμην ὑμῖν, ὃ καὶ παρελάβετε, ἐν ᾧ καὶ ἑστήκατε. Δι' οὗ καὶ σώ- XV.
ζεσθε, τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν εἰ κατέχετε. Vbi iterum opportuna pa- ℣. 1.
rum, ſi quid judicare poſſum, verſuum interuênit diſtinctio. Nec trajectione illa opus erat: *Per quod etiam, ſi retinetis quo ſermone vobis euangelizauerim, ſeruamini.* cum in Græco ſit, *Per quod & ſeruamini: qua ratione id vobis euangelizauerim ſi tenetis.* Neque video, cur τίνι λόγῳ, *quo ſermone*, eruditi reddant. quos vel Theophylactus monere poterat, qui, τίνι τρόπῳ, reddidit. Vt Chryſoſtomum omittam: qui præterquam quod eodem modo interpretatur, hæc præmittit: Καὶ δηλοῖ, ὅτι, οὐ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἔργων, καὶ σημείων, καὶ θαυμάτων, αὐτὸ παρέλαβον. &c. *Significare, cum ſic loquitur, non ſermone tantum, ſed & factis, & ſignis, & miraculis, id eos accepiſſe, ſe autem tradidiſſe.* Ipſe autem locus ita diſtinguendus videtur, Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὸ εὐαγγέλιον, ὃ εὐηγγελισάμην ὑμῖν, ὃ καὶ παρελάβετε, ἐν ᾧ καὶ ἑστήκατε, δι' οὗ καὶ σώζεσθε, τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν εἰ κατέχετε. Non multo poſt eodem capite & locus ille occurrit:
καὶ ὅτι ὤφθη Κηφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα. Ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς. Vbi, ℣. 5.
quomodo, aut quando, aut quo autore quingentis illis viſus ſit, curioſi quærunt. Quaſi vero, quæ ab aliis conſcripta non ſunt, quæ hiſtoriam præſertim ſpectant, ideo non geſta ſint, non facta. Saltem nobiliſſimum hic Canonem in vſum reuocaſſent, Ὅτι ἡ γραφὴ πολλάκις, ἃ ἐν τῷ πράττεσθαι οὐ λέγει, διά τινος ἐξηγουμένου λέγει. *Morem hunc ſcripturæ eſſe, vt quæ non dicuntur cum fiunt, ab alio deinde narrentur.* Quod ipſum quomodo & vbi fiat, idem Procopius probauit, cum ad triceſimum & tertium Geneſeos notat, φησὶ δὲ Ἰακώβ, ἃ συνέθετό μοι δοῦναι. Καὶ ποῦ συνέθετο; Ἀλλ' ἡ γραφὴ πολλάκις ἃ ἐν τῷ πράττεσθαι οὐ λέγει, διά τινος ἐξηγουμένου δηλοῖ. Καὶ ὁ Λάμεχ γάρ φησιν, ὡς ἀπέκτεινε, μὴ προειπούσης ταῦτα τῆς γραφῆς. & exempla paſſim extant. Neque major difficultas, cum, τοῖς δώδεκα, hic dixit: quod τῷ δωδεκαφύλῳ alias eidem dicitur autori. Vbi operæ videre eſt, quod non deſinant hoc dici, licet vnus deſit aut ſuperſit. non aliter, quam triumuiri Romani aut quinqueuiri, aut quindecimuiri, etiamſi numerus non conſtet, ita ſæpius dicuntur. Nihil opus igitur, vt vel τοῖς ἕνδεκα, cum aliis codicibus, vel τοῖς δέκα, cum recentiori interprete, ex ſola conjectura, legamus. Auguſtinus in libris De ciuitate Dei ad notiſſimum Matthæi 19. locum. *Sedebitis & vos ſuper thronos duodecim, judicantes,* &c. *Alioqui, quoniam in locum*, inquit, *Iudæ traditoris Apoſtolum Matthiam legimus ordinatum, vbi ad judicandum ſedeat, non habebit. Qui profecto cum aliis ſanctis, ad numerum judicum ſe pertinere demonſtrat, cum dicit, Neſcitis quia Angelos judicabimus?*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad Cor. *De ipſis quoque judicandis in hoc numero duodenario ſimilis cauſa eſt. Non enim*
quia dictum, judicantes duodecim tribus Iſraël, tribus Leui, quæ tertia decima eſt,
ab eis judicanda non erit: aut ſolum illum populum, non etiam cæteras gentes, non
judicabunt. Neque in eo difficultas, quod mox, Ἔπειτα ὤφθη Ἰακώβῳ, εἶτα τοῖς
ἀποστόλοις πᾶσι, dicitur. qui in apparitione noua, non τοῖς δώδεκα, ſed Iacobo,
opponuntur. quemadmodum & ſibi poſtea conſpectum Apoſtolus teſta-
tur. Adde quod, οἱ δώδεκα, & πάντες οἱ ἀπόστολοι, etiam alia opponi ratione poſ-
ſunt: cum latius nonnunquam vſurpari Apoſtolorum vocem, etiam vete-
res, notarint. B. Hieronymus, ad Galatas: *Quod autem exceptis duodecim, qui-*
dam vocantur Apoſtoli, illud in cauſa eſt: omnes qui Dominum viderunt, & tum
poſtea prædicabant, fuiſſe Apoſtolos appellatos. niſi forte Apoſtolus, quoties de
Apoſtolis agit, ſolos τοὺς δώδεκα, nec alios intelligit, qui nec inter eos pro-
ỳſ. 8. prie ſic ante dictos fuit. Sequitur autem, Ἔσχατον δὲ πάντων, ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώ-
ματι, ὤφθη κἀμοί. Vbi iterum non parum cum antiqui tum recentiores ſeſe
torquent. Primo autem de iis quæ & poſt aſſumptionem geſta ſunt, hic
agi, vel ipſa Apoſtoli concluſio teſtatur. Præceſſit enim, καὶ ὅτι ἐγήγερται τῇ
τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς. quibus quæ ab Euangeliſtis dicuntur, terminauit
quaſi ac diſtinxit. Quare non erat quod Chryſoſtomi interpretationem eru-
diti agitarent. quam niſi admittamus, plura iterum abſurda ſequentur. nec
à reſurrectione, Petro primum, ſed Mariæ viſus: nec de quingentis, de quibus
hic loquitur, Euangeliſtæ quicquam, vt nec de Iacobo: non magis ſane quam
de Paulo. qui ſi poſt aſcenſionem eum vidit, quid ni & cæteris eodem mo-
do apparere potuit? Quare hic tot difficultatibus, ſi quicquam judico, non
erat opus. Vt nec in illo, quod paulo ante, ἐπάνω πεντακοσίοις, dixit. pro quo, eo
ſenſu quo volunt, ἐπάνω πεντακοσίων, dicendum erat: quod nec ipſi negant.
Recentior interim, τὸ ἤ, intelligi poſſe ait, vt ſit ἐπάνω ἢ πεντακοσίοις inquit. *cum*
alioquin ἐπάνω *ſecundo caſui jungatur, vt Marci* 14. 5. *Hic vero non potuit ſcribi*
ἀδελφῶν, *propter verbum* ὤφθη. Ipſe vero, *viſus eſt amplius quam quingentis*
fratribus, reddidit. Quid ſi autem ἐπάνω hic non aliud quam πάλιν? Eruditiſſi-
mum Stephani Gloſſarium, Ἐπάνω, *inſuper, ſuper, ſupra.* fere vt Iohanni ἄνωθεν
iterum. Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν. Quare, nec hic hærendum videbatur: nec in
numerum, de quo nobis niſi ex autore non conſtat, ſollicite inquirendum.
Sequitur paulo poſt, ἀλλὰ περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα. A qua voce κοπια-
τὰς, ſiue κοπιαστὰς ſuos, in Eccleſiam S S. Patres inuexerunt. Quorum munus,
fratrum mortua curare ac ſepelire corpora: quod τὰ τῶν κοιμωμένων περιστέλλειν σώματα,
illi dicunt. Epiphanius Expoſ. Fidei Catholicæ, λοιποὶ δὲ οἱ κοπιαταὶ, οἱ τὰ σώματα
περιστέλλοντες τῶν κοιμωμένων. *reſtant copiatæ quos dicunt, qui mortuorum curant cor-*
pora. Pauli Apoſtoli in quibuſdam parum prudens imitator, cujus omnes
Epiſtolæ ſub Ignatii leguntur nomine, cum & aliorum ſint, Ἀσπάζομαι ὑπο-
διακόνους, ἀναγνώστας, ψάλτας, πυλωροὺς, τοὺς κοπιῶντας, ἐπορκιστὰς, ὁμολογητάς. Se-
ỳſ. 11. quitur non multo poſt, εἰ δὲ Χριστὸς κηρύσσεται, ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται. qui, vt apud
Nyſſenum eleganter S. Macrina loquitur, ὡδοποίησεν ἡμῖν τὴν ἀνάστασιν, *primam*
ỳſ. 15. *ad reſurrectionem nobis ſtrauit viam.* Cum paulo poſt legitur, Εὑρισκόμεθα δὲ &
ψευδομάρτυρες τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἤγειρε τὸν Χριστὸν, quod dixit, μαρ-
τυρεῖν κατὰ Θεοῦ, nihil eſſe aliud quam quod καταμαρτυρεῖν τοῦ Θεοῦ, Græci, etiam
Helleniſtæ, dicerent, ita planum eſſe exiſtimo, vt nihil ſit planius. vt cum
Prouerb. 25. ỳſ. 18. ὁ καταμαρτυρῶν τοῦ φίλου. De quo ſi quis dubitat, prouocari ad
Apoſtolum poteſt, qui ψευδομάρτυρα εἶναι τοῦ Θεοῦ, &, μαρτυρεῖν κατὰ Θεοῦ, con-
jungit. imo ipſe, quod dicturus eſt, interpretatur. Εὑρισκόμεθα δὲ καὶ ψευδομάρ-
τυρες τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ τοῦ Θεοῦ. Quod, ſicut & Græciſmi ratio, antiquo
interpreti perſuaſerat, vt, *quoniam teſtimonium diximus aduerſus Deum*, ver-
teret. Quid enim aliud vult Apoſtolus, niſi falſum eſſe, quod de Deo, ipſe,
aliis cum Sanctis, docuerat, Chriſtum ab eo excitatum, ſi mortui non exci-
tantur?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

tantur? Adde, quod μαρτύριον & μαρτυρίαν, de doctrina vſurpari, tritum eſt. I. Ad
quemadmodum paſſim μαρτυρεῖν τι τῷ Θεῷ, &, προσμαρτυρεῖν τι τῷ Θεῷ, inprimis Cor.
apud Nyſſenum, libro aduerſus Eunomium 12. Cui Apoſtolus, τὸ μαρτυρεῖν κατὰ
Θεοῦ ſiue, τὸ καταμαρτυρεῖν τοῦ Θεοῦ, opponit. de iis, ſcilicet, quæ falſo vel dicuntur
de Deo, vel docentur. Itaque ſi verum eſt, quod Chriſtum excitarit Deus, qui
hoc dicit, μαρτυρεῖ τῷ Θεῷ, ſiue, προσμαρτυρεῖ τῷ Θεῷ, ὅτι ἤγειρε τὸν Χριστόν. quod
ipſum falſo ſi dicitur, κατὰ τοῦ Θεοῦ μαρτυρεῖ, vel καταμαρτυρεῖ τοῦ Θεοῦ, qui idem di-
cit. Quid erudito igitur perſuaſit interpreti, vt pro iis quæ reppererat, *quo-
niam de Deo teſtificati ſumus*, hic diceret, quaſi ἐμαρτυρήσαμεν περὶ Θεοῦ, aut ὑπὲρ
Θεοῦ, aut ſimile quid, ſcriptum inueniſſet? Nunc ad illum veniamus locum,
ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν, καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν. &c. vbi, videndum, vtrumne recepta
nuper verſuum diſtinctio, non recte diſtinguendo loco occaſionem dederit. ℣ſ. 24.
Vt vera talis ſit: Εἶτα τὸ τέλος, ὅταν παραδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ πατρί. Ὅταν κα-
ταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν, καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν, καὶ δύναμιν (δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν, ἄχρις
οὗ ἂν θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ) ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνα-
τος. Secundum quam, ordinandi eſſent verſus. nunc ſuſpendi mens vide-
tur atque oratio. Vt dicat, *Cum aboleuerit omne imperium, & omnem pote-
ſtatem, & virtutem, vltimus hoſtis, mors, deſtruetur.* vt cætera κατὰ παρένθε-
σιν inſerantur. Quo tamen non opus: & τὸ *autem* fulciendo loco addidit in-
terpres. Sequitur, ὅταν δὲ εἴπῃ, ὅτι πάντα ὑποτέτακται. Vbi mirum, quantopere ℣ſ. 27.
Epiphanius ſe torſerit. Qui in prolixa aduerſus Arrianos diſputatione, eo
ipſo libro, ſeu, refutatione, quam aduerſus eos ſcripſit, curioſe, quonam
referenda ſint hæc verba, ὅταν δὲ εἴπῃ, tum de quo dicantur, quærit ac ſatagit.
Verba ejus ſunt: Εἶτα λοιπὸν μεταβαίνει εἰς πρόσωπον ἕτερον πάλιν, τοῦ Πατρὸς ὑποτάσ-
σοντος πάντα τῷ Υἱῷ, καί φησιν, Πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. ἔσχατος δὲ ἐχθρὸς
καταργεῖται ὁ θάνατος. Οὐκέτι δὲ ἀπὸ προσώπου Πατρὸς μόνον, οὐδὲ ἀπὸ προσώπου Υἱοῦ
μόνον, ἀλλὰ μεσαίτατα τῶν προσώπων Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, φησὶν, Ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ
θάνατος. Ὅταν δὲ εἴπῃ, ὅτι πάντα ὑποτέτακται αὐτῷ, ἤθελον ἐρωτῆσαι τοὺς αὐτοὺς, ἀπὸ
προσώπου τινὸς, τὸ εἴπῃ, λέγει. Τὸ βάθος γὰρ τῶν μυστηρίων τοῦ Θεοῦ, πνευματικῶς τοὺς σαρ-
κικοὺς κρίνει· ὁ γὰρ σαρκικὸς οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστίν. ἐνταῦθα γὰρ,
ἐν τῷ, ὅταν εἴπῃ, ὅτι πάντα αὐτῷ ὑποτέτακται, εἰ μὲν ὁ Πατὴρ λέγει πρὸς τὸν Υἱὸν, ἐλλιπὴς ἡ
πραγματεία· ὑπέταξε γὰρ ὁ Υἱὸς τὰ πάντα τῷ Πατρί· εἰ δὲ ἀπὸ προσώπου Υἱοῦ, τὸ, ὅταν εἴπῃ,
ὅτι τὰ πάντα αὐτῷ ὑποτέτακται, λέγεται, ἐλλιπὲς τὸ φρόνημα, ὅτι μελλητικά τινα ἐν Θεῷ,
ἢ ἐν Πατρὶ, ἢ ἐν Υἱῷ λογίζεται. Τίς δέ ἐστιν, ὁ λέγων, ὅτι πάντα ὑποτέτακται; Οὐ γὰρ εἶπεν,
ὅταν εἴπωσιν. Εἰ γὰρ ἦν τοῦτο τοῦ Υἱοῦ, τὸ, ὅταν εἴπωσι, λεγόμενον, ἠδύνατο πληροῦσθαι ἐπὶ
τοὺς ἀγγέλους, ἢ ἐπὶ τοὺς ὑποταγέντας. Ἐπεὶ δὲ ἄνω ἐσήμηνε τὸν Υἱὸν ὑποτάσσοντα τῷ Πα-
τρὶ καὶ παραδιδόντα, καὶ τὸν Πατέρα ὑποτάσσοντα τῷ Υἱῷ τὰ πάντα, περιελείπετο δὲ τοῖς
λεξιθήρεσι τὸ τοῦ Πνεύματος ἁγίου πρόσωπον, τούτου ἕνεκα ἀπαρεμφάτως μετὰ τὸ πρόσωπον
τοῦ Υἱοῦ καὶ τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρὸς, τὸ πρόσωπον ὑπέφαινε τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τοῦ ἀναγ-
γέλλοντος ἀεὶ τὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ διδάσκοντος, ἵνα μὴ ἐλλιπῆ ποιήσῃ τὴν τελείαν γνῶ-
σιν τῆς περὶ τριάδος, καὶ τῆς δυσπαρκοῦς (?) περιληπτικῆς δόξης παρουσίας. Vt ſumma eorum quæ
dicuntur hæc ſit: Cum Pater omnia dicatur ſubjeciſſe Filio, qui, quod paulo
ante Apoſtolus dixit, & in hac diſſertatione Epiphanius præmiſit, tradi-
diſſe Deo ac Patri Regnum dicitur, quæ duæ Trinitatis ſunt perſonæ, ac
deinde addatur, ὅταν δὲ εἴπῃ, *cum autem dicit*, idque nec de Patre, nec de Filio
dicatur, reſtare, vt de Sancto Spiritu intelligatur. hoc enim modo plenam
perfectamque ſtatui hic Trinitatem. Quaſi aut qui Trinitatem ac S. Spiri-
tum agnoſcunt, id ex hoc probare loco debeant: aut qui non agnoſcunt,
profligari ex hoc loco ac conuinci poſſint. Cum, quod ad ipſum ſpectat
locum, fluctus tam ingentes ac molimina, *Pulueris exigui jactu compreſſa
quieſcant*. Nam quod ſæpe, inprimis autem ad Hebræos pluribus proba-
mus, τὸ, ὅταν εἴπῃ, de Scriptura intelligendum: neque aliud quam quod fami-
liari illa nota במש, quod eſt, במה שאמר, vel במה שכתב, *in eo quod dixit*, vel, *in eo*

I. Ad Cor. *quod ſcriptum*, Hebræorum denotent Magiſtri. Quis ergo dicit? Scriptura, nempe, ſiue, autor ſacer, de quo agit qui ſic loquitur. Neque aliud eſt, ὅταν εἴπῃ, quam, ὅταν λέγῃ. Hoc autem idem quod שנאמר, ὅταν λέγεται ἐν τῇ γραφῇ, *cum dicitur in Scriptura*, nimirum. Vt cum ad Hebræos 1. 7. καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει, *& quod ad Angelos, dicit*. ἡ γραφὴ, nempe, vt dixi. Ergo, ὅταν ᾖ εἴπῃ, ὅταν ᾖ λέγηται, vel, ὅταν ᾖ λέγεται, *cum dicitur*. Ac de hoc quidem plura alibi.

Cap. XIII.

Locus illuſtriſſimus, Ἐπεὶ τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν. *& an de mortuali, vt vocant, ablutione, aut baptizatione in cœmiteriis, accipiendum.* ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, *an baptizentur, qui vice mortuorum baptizantur. B. Chryſoſtomi ſententia, qui ad formulam baptiſmi reſpexiſſe Apoſtolum exiſtimat. Vetus baptizandi conſuetudo.* κατάδυσις *in baptiſmo.* ἀνάδυσις *in eodem.* ὑπὲρ ἀναστάσεως, *pro* εἰς ἀνάστασιν, *quibuſdam. Illuſtris Scaligeri ſententia. quæ examinatur. Noſtra, de qua fuſe. Impoſitio in baptiſmo nominis. nominalia ei rei inſtituta. Nomen mutatum aut ſeruatum. Quorum nomina baptizandis imponerentur. plerunque defunctorum, & quare. Nomina quædam magis vſitata ac familiaria fuiſſe, vt Iohannis, Petri, Pauli, ac ſimilia. Baptizari* ὑπὲρ ἐκείνου *ἢ* ἐκείνου, *quid ſit.* ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, *&* ὑπὲρ νεκρῶν. οἱ νεκροὶ, *non qua mortui, ſed qua vixerunt.* οἱ μακάριοι. *Certo die certis pueris alibi impoſita fuiſſe nomina. Etiam quorundam præſulum ſimiliumue in quibuſdam vrbibus. Deus* ὁ ὢν καὶ ὁ ζῶν. *Baptiſmus fidei de reſurrectione, arrha ac compendium. Ejus ſpes, fides, memoria, baptizandis propoſita: quæ immerſione triplici in mentem reuocata. iterum,* ὑπὲρ νεκρῶν βαπτίζεσθαι, *quomodo dicatur.* חלף *Syrorum. alia.*

Cap. XV. ỷſ. 29. CApitis ejuſdem verſu, vt nunc diſtinguuntur ſingula, vigeſimo & nono, nobiliſſimus ille occurrit locus, Ἐπεὶ τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; Et ſane alius vix extat, ad quem penetrandum plus ingenii ac eruditionis ſummi contulerunt viri. In quo tamen tanto forſan opus molimine non fuit. quemadmodum nec prolixa eorum quæ ab aliis dicuntur refutatione opus eſſe judicamus: cum plerique opiniones aliorum refutarint. Inter quos & eos pono, qui de mortuali hoc ablutione acceperunt. cui ſimilem, & apud paganos fuiſſe volunt. vt cum ab Ennio, *Tarquinii corpus bona fœmina lauit & vnxit*, dictum eſt: quod vt longius petitum, ita alienum hic nobis videtur. Neque firmum ſatis argumentum dicas: Mortui lauantur à quibuſdam, ergo qui hos lauant, reſurrectionem credunt, aut in reſurrectionis ſpem id faciunt. cum à pluribus qui tale nihil crederent, id fieret: inter quos ii ipſi, de quibus Ennius hic loquitur, Romani. Et vt ita fieri hoc à quibuſdam concedamus, quomodo probabunt, mortuum, qui lauatur, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν lauari? Quod ipſum, niſi fallor, quomodo dicatur, nondum ſatis aſſequuntur. quemadmodum inprimis id teſtantur, qui de abolitione mortis id accipiunt. vt βαπτίζεσθαι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν dicantur, qui, vt mors extinguatur, baptizantur: quod Græcis placet. Similis interpretatio eorum, qui de baptizatione in cœmiteriis accipiunt: quaſi, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, *ſuper jam defunctos* baptizare ſit. Eorum item, qui, τὸ ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, *vice mortuorum*, interpretati ſunt. nemo enim ita loquitur, quod ſciam. Beato Chryſoſtomo ſi credimus, baptiſmi formulam Apoſtolus reſpexit. In qua, inter cætera, ſub finem, Ὅτι πιστεύω εἰς νεκρῶν ἀνάστασιν, baptizandum profiteri ait: idque ὑπὲρ τῶν νεκρῶν βαπτίζεσθαι, hic dici. Sed & Canoniſtæ Zonaras & Balſamo, ad Canonem Concilii Carthaginienſis 18, ad ritum id referunt. Vſitatum quippe, vt mergerentur, ac deinde ex aqua tollerentur baptizati: quorum alterum κατάδυσιν, alterum ἀνάδυσιν tum dictum. Conſtit. Apoſtol. Clementis lib. 3. Ἡ κατάδυσις τὸ ἀποθανεῖν, ἡ ἀνάδυσις,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

δυσις, τὸ συναναςῆναι, σημαίνει. Vt mens ſit, οἱ βαπτιζόμενοι ἐπ' ἐλπίδι τοῦ ἀναςῆναι τοὺς νεκροὺς, *qui in ſpem baptizantur, fore vt mortui reſurgant.* Quo ſi Apoſtolus I. Ad Cor. reſpexit, non jam de quibuſdam, ſed, de omnibus qui baptizantur, loquitur. cum manifeſte, de quibuſdam agat. ne jam dicam, duriſſimum videri, vt, qui in ſpem reſurrectionis baptizantur, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, baptizari dicantur. nec vt ἀναςάσεως intelligatur, placet, cum ſic potius εἰς νεκρῶν ἀνάςασιν dicendum eſſet. Erudita ſunt, quæ ad eundem locum attulit illuſtris Scaliger: vt de iis, qui, pro refrigerio ſuorum, baptizari olim in Eccleſia ſolebant, ab Apoſtolo agatur. non, quod recte fieri hoc vellet, ſed vt ſic probaret quod agebat. Tertullianus De reſurrectione carnis, *Si autem & quidam baptizantur pro mortuis; videbimus, an ratione. Certe illa præſumptione hoc eos inſtituiſſe contendit, qua alii etiam carni vicarium baptiſma profuturum exiſtimarunt ad ſpem reſurrectionis.* Primo igitur videndum eſſet, an tam fœdus de baptiſmo error, Pauli tempore in vſu eſſet. Tum, cur eam non caſtiget ſuperſtitionem, atque abuſum: etiam ab ea argumentum, apud Eccleſiam præſertim & fideles ad quos ſcribit, ducat ac deſumat. is dico, qui in eo totus eſt, vt reſurrectionem probet. Quare, ne dubitandum quidem reor, quin de vſitato in Eccleſia baptiſmo ac recepto, neque de abuſu, ſed de Chriſtiana conſuetudine, agat. In baptiſmo (qui & circuncisioni, quod inprimis notum eſt, ſucceſſit) nihil mirum, ritus quoſdam in Eccleſia, præſertim veteri, ſeruatos. Inter quos & nominis ipſius impoſitio. cui rei nominalia inſtituerunt Chriſtiani. Nomen baptizandi dabant & accipiebant. Dabant, tum adulti, tum infantes, cum profiterentur nomen. quod in tabulas referebatur: niſi forte antiquum, qui adulti eſſent, retinerent. Ita Saulus, Paulus dictus. Cornelio, de quo in Actis S. Lucas agit, vt & aliis non paucis, vetus hæſit. Adde, quod ſuperſtitum vel defunctorum nomina imponebantur. Quod, præſertim in infantibus, ab omnibus fere vſitatum, & haud dubio, ex circunciſione fluxit. in qua, niſi aliud moneret Deus, patrum nomina aut propinquorum, qui exemplo ſuis fuerant, vt plurimum imponebantur. Idem & à Chriſtianis factum. qui plerunque Apoſtolorum, martyrum, ſanctorum Patrum, aut ſuorum, qui virtute ac probitate excelluiſſent, nomen ſuis imponebant. vt ſic viuere ſic ſupereſſe viderentur: aut, vt poſtea reſurrecturi, quieſcere ac dormire ad tempus, crederentur. ita tamen vt præ cæteris, in vſu quædam eſſent: quod & nobis vſitatum. Quo & argumento olim vſi ſunt, qui de autore Apocalypſeos ſe dubitare fatebantur. Inter quos Dionyſius Alexandrinus. qui apud Euſebium, Iohannem quidem eſſe autorem, neque ignorari poſſe, cum id ipſe, præter conſuetudinem Euangeliſtæ, toties inculcet. Quis autem fuerit Iohannes, ideo obſcurum eſſe, quod id nomen plurimis quotidie, vt Petri quoque ac Pauli, eo tempore imponeretur. Πολλοὺς δὲ, inquit, ὁμωνύμους Ἰωάννῃ τῷ Ἀποςόλῳ νομίζω γεγονέναι, οἳ διὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἀγάπην, καὶ τὸ θαυμάζειν αὐτὸν καὶ ζηλοῦν, ἀγαπηθῆναί τε ὁμοίως αὐτῷ βούλεσθαι ὑπὸ τοῦ Κυρίου, καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην ἠσπάσαντο· ὥσπερ δὴ καὶ ὁ Παῦλος πολὺς καὶ ὁ Πέτρος, ἐν τοῖς τῶν πιςῶν παισὶν ὀνομάζεται. *Iohanni quidem Apoſtolo multos cognomines fuiſſe exiſtimo, qui propter ſingularem, quo erga eum affecti erant, amorem, ſed & admirationem ac zelum, quodque eodem modo diligi à Domino optarent, etiam illud amplectebantur nomen: quemadmodum & Petri, ac Pauli in fidelium liberis multum vſitata ſuntnomina.* Talia ergo mortuorum nomina, infantibus, aut ſuis, imponebant. qui, quia baptizari, in eorum, quod ſoli Deo conuenit, ſecundum Apoſtolum, 1 Corinth. 1. 13. & ibid. ℣ſ. 15. nomina dici non poterant (nam qui baptizantur, Deo initiantur) ὑπὲρ ἐκείνων, id eſt, in piorum, vel honorem vel memoriam, baptizari dicebantur. Quemadmodum nec ὑπὲρ νεκρῶν, ſed ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, vt præclare vidit magnus Scaliger, Apoſtolus hic dixit. quod pro nobis vel inprimis. non in omnibus enim, ſed quibuſ-

dam

I. Ad Cor.

dam tantum id fiebat. Adde quod ne illud quidem obſeruatum eſt, τοὺς νεκροὺς, non, qua mortui, ſed, qua vixerunt olim, dici. Quaſi dicas, qui nunc inter plures verſantur. quos beatæ memoriæ dicimus, cum præſertim noſtrorum meminimus. Ii autem ſunt, οἱ τεθνηκότες. quos nunc μακαρίους vulgo dicimus. Iohannes, puta, Petrus, Paulus. Idem autem fieri hoc tempore quis neſcit: cum majorum alii ac parentum, Apoſtolorum alii, atque aliorum, ita rationem ſe habere teſtantur? Quid quod in quibuſdam Eccleſiis, vt olim ita nunc ſeruatum fuit, vt certo die, certis pueris, ſanctorum etiam martyrum, ſpe æternitatis, imponeretur nomen? Quid, quod in nonnullis vrbibus, patroni præſulisue, aut herois cujuſdam, impoſitum fuiſſe nomen ſcimus? vt apud Mediolanenſes, Caroli. qui & ipſi ὑπὲρ τῶν νεκρῶν baptizantur. Quod non male, *nomen defuncti ſuſcitare*, dicas: alia in re Iudæis vſitatum. cum cognatus, nempe, proximuſue, in memoriam להקים שם המת, ſiue, *ad defuncti nomen ſuſcitandum*, uxorem ſibi jungere jubetur. de quo Deut. 25.7. Rut. 4.10. alibi. quod & ipſum, immortalitatem quoque animæ ac reſurrectionem, figurabat. Quare enim hoc, ſi nulli ſunt poſt obitum hi ipſi? Deo enim viuunt, quos interiiſſe dicimus. hoc autem credunt qui ſuperſunt. Ita cum parentes pii, etiam hoc tempore, parentum defunctorum liberis imponunt nomina, reipſa illud, quod à Seruatore Matthæi 22. Marci 12.27. Lucæ 20.38. dicitur, *non mortuorum, ſed viuorum, eſſe Deum*, Deum noſtrum, ſancte teſtantur. qui, præterquam quod memoriam ſuorum ita colunt, certiſſimam & immortalitatis animarum, & ἀναβιώσεως, quæ ex iis validiſſime, vt ſupra diximus, probatur locis, ſpem, atque ita fidem ſuam, etiam de reſurrectione, quæ ſine hac non eſſet, ſancte profitentur. Si perpetuum enim, ſi æternum, quod cum Patribus contraxit Deus noſter, fœdus eſt, eos etiam qui contraxerunt, ſiue partes, vt loquuntur vulgo, contrahentes, eſſe, ac exiſtere perpetuo oportet. Si quidem extincto è relatis altero, hoc ipſo σχέσις extinguetur ac relatio. quod fieri non poteſt, cum non pater modo, ſed & Deus mortuorum, Deus ſit, ac ſic dicatur. Qui οἱ νεκροὶ itaque hic dicuntur (pro quibus, nempe, baptizantur alii) reuera viuunt. quos & *ſuos* recte dicas: vt amicos proximoſque intelligas. quemadmodum, qui moriuntur, *colligi ad ſuos*, vulgo ab Hebræis dicuntur. Iam vero, cum & vitam noſtram, quæ ſecundum ſpiritum hic viuitur, in reſurrectionem intueri, eorumque qui defuncti jam ſunt, animas, non aliter conſideremus (neque enim immortalitatem animarum ſine hac fide Chriſtianus aſtruit) quiſnamne dubitare poteſt, quin pie in memoriam jam defunctorum, ſic baptizent ſuos, reſurrectionemque ſic ſtatuant, & credant, idque in baptiſmo teſtentur? quem confeſſionis noſtræ pariter ac fidei de reſurrectione, arrham eſſe ac compendium, antiqui docent. Quo, vt ante diximus, ἀνάδυσις ſpectabat. ſuo enim modo reſurgebant, qui immerſi ante, & ſepulti quaſi mortuique, rurſus emergebant. Quare poſtquam hic de reſurrectione aliquamdiu autor noſter egit, nouo idem argumento probat. Quod ab iis ſumitur, qui conſuetudine hac & ritu in Eccleſia recepto, vtebantur. Ἐπεὶ, τί ποιήσουσιν; nam quid illis fiet, inquit, aut quid reſpondebunt, ſi de reſurrectione dubitant, nec eam credunt, qui in mortuorum ſuos vel baptizant memoriam, vel baptizantur? Reſurrectionem enim ſi non credunt, quare mortuos conſiderant, vt viuos, cum eorum nomina infantibus aut aliis imponant, aut imponi ſibi patiantur? Nam vt Deus non eſt mortuorum, ita neque reſurrectio eſt mortuorum. & ſi nulla reſurrectio ſperatur, ne poſt vitam quidem, vita altera ſperatur. Quod ſi verum eſt, quid tandem ſpectant illi, qui vel ſanctos vel amicos, ita celebrant, memoriamque eorum colunt, vt pro iis (ὑπὲρ αὐτῶν) baptizentur ac baptizent? Cur potiſſimum autem à baptiſmo argumentum ſumpſerit, jam diximus: cum in memoriam ac confirmandæ reſurrectioni, inſtitutum diximus. Quam, certamque

ejus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ejus ſpem, fidem, ac memoriam; tum, catechumenis præſertim, proponebant, ac immerſione triplici in mentem reuocabant. Cyrillus Hieroſolymitanus, Καὶ ἐρωτᾶται ἕκαστος, εἰ πιστεύοι εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος. καὶ ὡμολογήσατε τὴν σωτήριον ὁμολογίαν· καὶ κατεδύετε τρίτον εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ πάλιν ἀνεδύετε· καὶ ἐνταῦθα διὰ συμβόλου, τὴν τριήμερον τοῦ Χριστοῦ αἰνιττόμενοι ταφήν. Καθάπερ γὰρ ὁ σωτὴρ ἡμῶν, τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς γῆς ἐποίησεν, οὕτω καὶ ὑμεῖς, ἐν τῇ πρώτῃ ἀναδύσει, τὴν πρώτην ἐμιμεῖσθε τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ γῇ ἡμέραν, καὶ τῇ καταδύσει, τὴν νύκτα. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἐν νυκτὶ οὐκέτι βλέπει, ὁ δὲ ἐν ἡμέρᾳ ἐν φωτὶ διάγει· οὕτως ἐν τῇ καταδύσει, ὡς ἐν νυκτὶ, οὐδὲν ἑωρᾶτε· ἐν δὲ ἀναδύσει πάλιν, ὡς ἐν ἡμέρᾳ ἐτυγχάνετε ὄντες. *Rogabatur autem quiſque, vtrumne in nomen Patris, Filii, credat, ac Spiritus Sancti: confeſſuſque ſalutarem confeſſionem eſt. merſique ter in aqua, iterum emerſiſtis: quo iterum ſymbolo triduanam Chriſti ſignificaſtis ſepulturam. Vt Seruator enim noſter dies tres nocteſque totidem in ventre egit terræ, ita & vos prima in emerſione, primam Chriſti, quam in terra egit, imitati eſtis diem, merſione autem, noctem. Quemadmodum enim qui in nocte verſatur, amplius non videt, qui in die autem eſt, in luce agit: haud ſecus in merſione, tanquam in nocte, nihil videbatis; in emerſione autem, quaſi in ipſa die eratis.* Sicut igitur, in repræſentationem mortis pariter ac reſurrectionis ſpem, ipſa immerſio fiebat: ita non interiiſſe, ſed viuere adhuc, adhuc ſupereſſe eos, quorum nomina repræſentabant, eo ipſo teſtabantur. Ii autem apud Deum viuunt, in cujus nomen baptizantur omnes. vtrique enim viuunt, & qui viuunt, & qui diſceſſerunt vt reſurgant, ne eorum qui non ſunt, Deus ſit Deus. quemadmodum nec, *eram*, dicitur, ſed, *ſum*. Hi ſunt igitur οἱ νεκροὶ, ὑπὲρ ὧν ἐβαπτίζοντο. *mortui, in quorum memoriam baptizabantur.* Nihil autem de vicario baptiſmo, multo minus, aliis non ſanis ritibus ac vanis, Apoſtolo veniſſe in mentem, patet. qui & grauiter & ſerio hoc agit. Cæterum, vt ὑπέρ τινος, pro, *in gratiam alicujus*, dicatur, aut *memoriam*, non inuſitatum, Græcis etiam ſcriptoribus. Vetus igitur ad verbum, *qui baptizantur pro mortuis.* Syro τὸ חלף placuit: quod, nec raro, τῷ ἀντὶ illis reſpondet. ac ne ita quidem ab interpretatione hac alienum erit. cum ὁ ὁμώνυμος, & cui jam defuncti imponitur nomen, in ejus, pro tempore quaſi, ſurrogetur locum. Paulus, vel Petrus, ſcilicet, vel alius, qui in ſpem reſurrectionis ejus qui alibi jam viuit, baptizatur, vt jam dixi. quemadmodum τὸ חלף, immutandi etiam ſignificatione, Chaldæis vſurpatur. Neque adhuc ſatis cauſæ video, cur *ablutionem* pro *baptiſmo* eruditi ſollicite hic reponant: quibus, βαπτίζεσθαι, *ablutione vti.* Non enim dubito, quin ſi Hebraice Apoſtolus ſcripſiſſet, τῷ טבל, ſi Syriace, τῷ עמד, vſurus fuerit. Quod & à Metaphraſte Syro factum hic video. Atque hæc ſunt quæ de hoc loco nobis videbantur. I. Ad Cor.

Cap. XIV.

Locus, πάντα γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. *de quo fuſe agitur. Mos Scripturæ, quæ de aliis atque aliis rebus, iiſdem verbis vtitur. Locus Pſalmi* 8. *Quid eſt homo? quem ſimpliciter ad Chriſtum nonnulli retulêre. Locus ibidem, Et filius hominis? Item, gloria & honore coronaſti eum. B. Hieronymi interpretatio. Eadem nonnunquam in citando verba, ſenſu vſurpari alio. Singula quæ Pſalmo octavo dicuntur, an ad prophetiam trahenda. Locus,* Εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα. θηρία. *B. Hieronymi locus.* θηρία ἀνθρωπόμορφα *Ignatii. Locus,* εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, φάγωμεν καὶ πίωμεν. *id quale, & vnde tranſlatum. Scholia, & cujuſmodi poëmatis id genus. Locus,* φάγωμεν πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. *Locus,* πάντες μὲν οὖν οὐ κοιμηθησόμεθα.

ATque hæc quidem hactenus. Interim illud quod vigeſimo verſu & ſeptimo, ſed initio illius, legitur, exciderat. De quo hoc capite, cum aliis nonnullis quæ ſequuntur, agendum erit. interim retrogredi, cum venia lectoris, aliquantum liceat. Eſt autem illud: Πάντα γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς Cap. XV. vſ. 27.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad Cor. πόδας αὐτοῦ. Quem locum ex octauo adduci Pſalmo, iiſdem verbis pariter & ſenſu, plerique exiſtimant. non enim omnes: ac ne is quidem, cui omnia nonnulli deferunt. extare autem ibi nemo negat. Qua occaſione factum, vt ad verbum prope quæ dicuntur ibi omnia, de Chriſto, etiam è veteribus nonnulli, accipienda judicarint, ſingulosque locos, mirificis allegoriis deſtruxerint. Ne excepto quidem illo, *Quid eſt homo?* quod ad eundem referunt. nam de iis quæ ſequuntur, *quod memor ejus es, quod viſitas eum*, mox dicemus. Quanquam id Ambroſio non placuit. qui, *Quid eſt homo, cum deſpectu pronunciandum*, inquit. *id eſt, fragilis ac caducus. Adæ ſequax, qui in veteri ſit peccato prauitate generali deuinctus.* niſi quod mox ipſe à ſe deficit, cum ab homine ibi filium diſtinguit hominis. quaſi aliud homo, aliud ibi filius ſit hominis. B. Hieronymus poſtquam dixiſſet, *Quid eſt homo? hoc eſt, quale meritum ſtat hominis, vt memor ejus factus, pro redemptione ejus ſuſcipias carnem?* deinde, ad illud, *aut filius hominis; Filius*, inquit, *Dei factus eſt filius hominis. id eſt, filius virginis Mariæ, qui viſitauit corpus humilitatis noſtræ, quod aſſumere eſt dignatus.* Vt alius homo, alius ſit filius hominis: vt filius item hominis ſit, qui, vt alii volunt, viſitauit hominem. Filius, nempe, Dei: qui factus eſt filius hominis. Ne jam dicam, quam ibidem multa dicantur, quæ non ſine ſumma, quod & faſſi ſunt præcipui ætatis hujus viri, vel difficultate, vel moleſtia ad Dei ſimul Filium & hominis referri poſſunt. Vtrum autem efficacius, an vt, vbi de ſummis plurimiſque (præcipue tamen quod ad creationem ac dominium omnium) Dei in hominem beneficiis agitur, dicam, *Quid eſt* autem *homo? Terra*, ſcilicet. *Quid ſunt Adæ filii ac filiæ? Vanitas*, qui ipſi, ſi, *vt puluis, in ſtatera appendantur, vanitate*, vt Propheta idem loqui amat, *leuiores erunt.* Hominis *tamen meminiſti.* Meminiſti autem quomodo? *Omnia ſub pedibus illius poſuiſti. Armenta quoque & pecudes: aues ac piſces.* quibus nomina impoſuit, ac ſingula diſtinxit. Et ſi vlterius eundum videatur: *quod collapſum, denuo reſtituiſti: quod gloriæ, quod majeſtatis tuæ ſplendor, quod perſonæ character, quem hæredem omnium conſtituiſti, per quem ſæcula feciſti, ejus, quem è terra ac puluere creaſti, naturam mirabiliter aſſumpſit.* An vero, *Quid eſt autem homo?* quid eſt *filius hominis*, hoc eſt Chriſtus, *quod memineris illius? Omnia ſub pedibus ejus poſuiſti. Pecudes & boues*, &c. Quod quam moleſte ad prærogatiuas referatur Domini, commentator, qui Auguſtinus nunc dicitur, ad eum notat locum. *Nec tamen quaſi aliquid*, inquit, *magnum videtur adjungere, cum dicit, oues & boues vniuerſos. Videtur enim, relictis cæleſtibus virtutibus & poteſtatibus, & omnibus exercitibus angelorum, relictis etiam ipſis hominibus, tantum ei pecora ſubjeciſſe.* Quid igitur? Hoc ipſum occaſionem ei dedit, vt ad allegoriam & mirificam quidem, ſe conuerteret. Sequitur enim, *Niſi oues & boues intelligamus, animas ſanctas, vel innocentiæ fructum dantes, vel etiam operantes vt terra fructificet. id eſt, vt terreni homines, ad ſpiritualem vbertatem regenerentur. Has ergo animas ſanctas, non hominum tantum, ſed etiam omnium angelorum, accipere oportet, ſi volumus hinc intelligere, omnia eſſe ſubjecta domino noſtro Ieſu Chriſto. Nulla enim creatura ſubjecta non erit, cui primates, vt ita dicam, ſpiritus ſubjiciuntur.* Quo autem deueniat, vide. *Sed vnde*, inquit, *probabimus, oues poſſe accipi, etiam ſublimiter beatos, non homines, ſed angelicæ creaturæ ſpiritus? An ex eo quod Dominus dicit, reliquiſſe ſe nonaginta nouem oues in montibus, id eſt, in ſublimioribus locis, & deſcendiſſe propter vnam? Si enim vnam ouem lapſam, humanam animam accipiamus in Adam, quia etiam Eua de illius latere facta eſt, reſtat, vt nonaginta nouem, relictæ in montibus, non humani ſed angelici ſpiritus intelligantur.* Hæ igitur oues. Quid autem boues? *De bobus*, inquit, *facilis expoſitio eſt hujus ſententiæ. quoniam ipſi homines, non ob aliud boues dicti ſunt, niſi quod euangelizando verbum Dei, angelos imitarentur, vbi dictum eſt, Boui trituranti os non infrænabis.* Quæ, aliaque ejuſdem generis, mirabor ſane ſi

quis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

quis excidiſſe viris tantis non miratur? Ne de recentioribus jam dicam. I. Ad Cor. inter quos ſunt, qui oues bouesque, non ad hunc, ſed futurum referre mundum malunt, cujus hic primordia appareant. Qui non longe ab Auguſtino recedere videntur. Vt omittam alium, qui, *boues*, *angelos* eſſe ait, qui ſalutem aliquam hominibus annunciant: inter quos Gabrielem, incarnationis nuncium, reponit. Vt alium omittam, qui, cum dicitur, *Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum, Lunam & ſtellas, quæ tu fundaſti;* digitorum, *id eſt potentiæ*, inquit. *quanquam poſſit eſſe myſterium Filii & Spiritus Sancti. qui ſunt Dei Patris quaſi digiti, per quos omnia facta ſunt: vt conſubſtantiales, & vires naturales. Sic in Eſaia, Tribus digitis appendit cœlum Deus.* Id autem, quid aliud quam inclementer ludere ac μετεωρεῖν, imo, vt cum Comico loquar, ἀεροβατεῖν in Sacris? Quod cum videret, prudentius, ni fallor, ſummus hujus temporis ad hunc locum Theologus: *Nonnulli teſtimonium ex octauo deſumptum Pſalmo volunt. Cum quibus nec contendam. quanquam ſine vllo dici periculo poſſit, verba eſſe quæ è circumſtantiis regni Chriſti Apoſtolus colle-git.* Qui & ad octauum, de quo jam agimus, de his ſimilibuſque locis: *Non neſcimus, qua libertate in citandis SS. Scripturæ locis vſi ſint Apoſtoli. non vt à legitimo quidem eos deflecterent ſenſu, ſed, quod ſatis eſſe exiſtimarent, ſi, ad digitum quaſi, quod dicerent, Dei verbo confirmari probarent. Itaque, modo id quod vellent recte intelligeretur, mutare interdum parum ſollicite, ac, ſine ſcrupulo, verba conſueuerunt.* Adde & mutuari quæ alibi dicuntur: cum non vbique de vna eademque re eadem ab illis vſurpentur. Quod præclare idem ille, cujus jam meminimus, nec ſemel alibi, probauit. nam in Patribus hæc ὅση κόνις: qui hoc ipſum ſæpius affectant. Nos nunc videamus. Nam de loco ad Hebræos, ſuo tempore fortaſſis ac loco. Filio Dei omnia ſubjecta eſſe, aut ſubjectum iri, ipſos quoque hoſtes, paſſim, licet non iiſdem verbis, Dei verbum teſtatur. Inprimis ipſe ad Epheſios 1. 22. Apoſtolus. qui vt ad dextram Dei collocatum eſſe Chriſtum, ita omnia pedibus ejuſdem ſubjecta prædicat. Et ad Pſalmos quidem quod attinet, in quibus toties Meſſiam ſpirat Regius Propheta ac prædicit, ſtatim ſecundo, plane prophetice dictum, *Poſtula à me, & dabo gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Vbi Meſſiæ pariter ac Verbi Iehouæ, à Chaldæo fit mentio. Ita ſeptuageſimo primo, qui בנבואה, *in prophetia*, ſcriptus à Salomone eidem dicitur, *Dominabitur à mari vſque ad mare, & à fluminibus vſque ad terminos orbis terræ.* Nullus centeſimo & decimo illuſtrior: cujus initium, *Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis.* De quo notum eſt quid judicarit ipſe de quo loquitur Propheta: Dominus nimirum ac Seruator noſter. E quo verba illa, ἄχρις ὃ ἂν θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, autor noſter hic præmiſit. quæ nec ſemel, vt Actor. 2. 34. & 35. Heb. 1. 13. atque ibidem alibi, citantur. Eadem ergo verba jam præmiſſa, aliis Scripturæ verbis, poſtquam mortis, de qua triumphauit, mentionem fecit, latius extendit. Addit enim, πάντα γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Ac ſi dicat, *illi enim omnia ſubjecit.* ſiue, *quod de homine ibi dicitur, verum in illo, ac impletum eſt.* Neque enim nouum, quod jam dixi, vt iiſdem dictionibus, aut phraſi, de re alia, vtatur vel ſcriptura, vel qui hac vtuntur. Quod cum nec antiqui ignorarent, ſollicite inprimis axioma hoc promulgarunt, *Vt, quoties in Nouo Teſtamento eadem leguntur verba quæ in Veteri habentur, videndum eſſe, an ſenſus, an ſermo tantum, conſentiat.* Quod vt probent, locum, è Micheæ ſeptimo adducunt. vbi, cum de corruptela ſui temporis Propheta conqueratur, qui, *Filius vituperat, patrem, filia inſurgit in matrem, nurus in ſocrum, inimici domeſtici ejus;* Dominus de ſe, *Veni ſeparare, hominem, filium à patre, & filium à matre, nurum à ſocru: & inimici ejus domeſtici ejus erunt.* Quæ iiſdem prope verbis cum dicantur, an eodem ſenſu, eruditi jam notarunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad Cor.

Ita Eſaias, cum de corruptela iterum eorum, qui inter ipſas Prophetarum minas, totos voluptati ſe darent, cap. 22. verba illa vſurpaſſet, φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν· eadem diuinitus ad reſurrectionis contemptores, (quod hic eruditi monuerunt) Apoſtolus reſtrinxit. Cui & verba Apoſtoli Rom. 10. ℣ſ. 6. addunt: quibus ad locum Moſis de doctrina legis alludit, cum de promiſſis Euangelii ipſe agat. Ita cum Pſalmo 19. (quo exemplo & alii jam vſi ſunt) *Cæli enarrant gloriam Dei*, dixiſſet Propheta, ac deinde de iiſdem addidiſſet, *In vniuerſam terram exiuit regula eorum* (pro quo Helleniſtæ, εἰς πᾶσαν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν) id ipſum ad miniſtros Euangelii, ſeu, τοὺς κηρύσσοντας, vt ipſe loquitur, tranſtulit Apoſtolus. quanuis eſſe ſciam, qui ad alteram ſimul partem, vbi de doctrina, ſeu, de Lege Dei agitur, reſpexiſſe eum velint. cum in genere ea tantum commendetur. *Doctrina Iehouæ*, inquit, *eſt perfecta* &c. *teſtimonium Iehouæ certum. ſtatuta Iehouæ recta. timor Domini ſincerus. judicia Iehouæ ſunt veritas*, &c. *optabiliora auro, & quidem obrizo. dulciora melle, & faui liquore.* neque illa ibi, aut ſimilia, leguntur. An autem hæc ad illa, *in vniuerſam terram exiuit regula eorum?* Vt vt ſit, etiam hoc occaſionem dedit, vt illum quoque Pſalmum (quod & recte magnus obſeruat Theologus) ad mirificas allegorias veteres pertraxerint. Exemplo hîc ſit Commentariorum autor, quos ſub nomine Auguſtini legimus. qui illa, *Non eſt ſermo, nec ſunt verba, vbi non audiatur vox eorum*, ad linguarum donum, de quo Actorum 2. agitur, referre non dubitat. Non ergo ſi Apoſtolus de Chriſto dixit, ὅτι ὁ Θεὸς πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, quod ſæpe de eodem, licet aliis ſubinde verbis dicitur, ideo neceſſe eſt, eo pſalmo (vt interpres ſummus monet) de eo loqui, qui iiſdem verbis vſus eſt aut phraſi. Quod ipſum nec antiquis ſane omnibus probari potuit. Inter quos Primaſius Vticenſis, quem vt in Scripturis Sanctis eruditum, ſæcularium autem literarum diſciplinis glorioſe imbutum, etiam beati Auguſtini quondam diſcipulum, Trithemius commendat, ad hunc locum, *Omnia enim ſubjecit pedibus ejus*, diſerte, *Dauid*, inquit, *hoc de homine dicit.* Neque ex eo tamen ſequitur, de Chriſto hoc Pſalmo, ſummoque ejus, qui homo factus eſt, in homines beneficio, non cogitaſſe prophetam. Poſtquam enim dixit, *Quid eſt homo, quod meminiſti ejus?* Sequitur, *aut filius hominis, quod viſitas eum?* Quod ſi quis ad œconomiam, & ineffabile illud beneficium, à Dei Filio, cum homo factus eſt, collatum in hominem, accipiat, non repugnabo. & certe, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν, Helleniſtæ reddiderunt. De ineffabili autem illo myſterio, quis ignorat, excellenter illud ἐπισκέπτεσθαι vſurpari? vt cum apud Lucam cap. 1. ℣ſ. 68. Zacharias, Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραήλ, ὅτι ἐπεσκέψατο καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ, dixit. Adde, quod in verbis Zachariæ Metaphraſtes Syrus, voce eâdem, qua Chaldæus, τῷ פקד, nempe, vſus eſt: quod, *viſitare*, &, *curam gerere*, illis denotat. Quemadmodum cum capite eodem, ℣ſ. 78. de eodem, ἐν οἷς ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, ſignificanter idem Zacharias dixit. Capite item 7. v. 16. ejuſdem, vbi, poſtquam dictum eſt, *Propheta magnus ſurrexit*, additur, καὶ ἐπεσκέψατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ. Intelligitur enim magna illa ἐν σωτηρίῳ, vt cum Regio, ſecundum Helleniſtas, Propheta loquar, ἐπίσκεψις. qui alibi, Ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ἐν τῷ σωτηρίῳ σου. Quibus verbis ſupplicat, vt ſe cum ſuis, quos deſeruiſſe videbatur, Dominus reſpiciat, iiſque in ſalutem adeſſe dignetur. Quem tamen locum ſimileſque, ſi quis de œconomia & ſalutari viſione Domini vſurpet, ac de ea, ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἐν τῷ σωτηρίῳ αὐτοῦ, dicat, quid peccabit? Quod nec magnus Chryſoſtomus non vidit, qui ad ea verba, *Quid eſt homo, quod memineris ejus, aut filius hominis quod viſitas eum?* non pauca. quorum ſumma: *De creatione hactenus egiſſe: nunc de cura agi, quam pro homine inprimis gerit. Quid eſt*, inquit, *homo? hoc eſt, nihil, nulli rei homo. cui tamen tam ſollicite proſpexit. Cujus cauſa, quæ videntur omnia, creata. Cujus cauſa,*

homo

homo factus ipſe Dei Filius. De quibus cum hic cogitaret, Quomodo autem tanti homo eſt? inquit: in quem tam benigne hæc collata ſunt? Neque repugnabo, ſi, I. Ad Cor. quis eum, de quo agimus nunc, Pſalmum, ὁμιλίαν, aut, vt ſequioris æui nonnunquam loqui placuit ſcriptoribus, ejaculationem, ad Meſſiam, ipſam Dei Sapientiam ac Verbum dicat, cum quo, præeunte ac dictante Spiritu, Propheta agat: ad quem illud de felicitate humana εὐχαριστικὸν effundit. Quo nos ipſa illa Sapientia deducit. Cui cum in templo acclamarent pueri, *Hoſanna, Filio Dauidis*, proceresque ex eo ſacerdotum ſcribarumque, vtrum hæc audiret, quærerent; audire ſe reſpondit. viciſſim autem ipſe, *Numquam hactenus legiſtis*, inquit, *id quod dicitur, Ex ore infantium lactentiumque perfeciſti laudem?* ὅτι ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον; quod ſtatim tertio Pſalmi, de quo agimus, verſiculo occurrit. Sequitur autem, ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν σου, τοῦ καταλῦσαι ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητήν. quo nihil vſurpari efficacius aduerſus hoſtes, eo tempore, à Seruatore, ex occaſione, potuit. qui priora tantum verba prudentiſſime adduxit, ſupplenda autem iis cætera reliquit. Accedit, quod Chaldæus Paraphraſtes, qui in præcedentibus Pſalmis, voce ייי, quod & tetragrammato reſpondet, cum alia vſus fuit, initio illius רבוננא (quod, non Dominum modo, ſed & *præceptorem* notat, ſeu, *doctorem*) dixit: quem hic, ſcilicet, compellat. quomodo & hymnum concludit. Quod nomen primo conuenit Doctori. qui, vt ſic excellenter dicitur, ita & in Nouo Fœdere ſic compellatur. Vt cum Ῥαββί, σὺ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, Iohan. 1. 49. vt cum Ῥαββονί, Ῥαββουνὶ item, Syro, & רבולי, *Rabbouli*, à ſuis dicitur. quod cur ibi Hebraicum dicatur, eruditi docuerunt. Adde quod hic ſimul is eſt, per quem omnia creata: cauſa omnium efficiens cum Patre. Cui vtrum potius conueniat quam homini, quod præcedit, καὶ κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου, videant qui omnia prophetice ibi dicta exiſtimant. Ad hominem certe Hebræorum 2. Apoſtolus vtrunque refert: quam difficultatem cæteraſque eruditi cum viderent, futuri mundi homines intelligi dixerunt. de quo alias videndum. Et candide recentior interpres, cum de loco illo agit, ita adferre ſe teſtatur quæ dixit, vt ſymbolam ad loci obſcuriſſimi interpretationem adferret, non vt noui aliquid dixiſſe videretur. quomodo qui loquitur, nemini, ni fallor, certi aliquid præſcribit, aut aliter, modo orthodoxe, ſentiendi libertatem eripit. Si quis illum ergo Pſalmum, de quo agimus, ſpiritualem ὁμιλίαν, vt jam dixi, qua Dominum, qui viſitare nos dignatus eſt, in ſpiritu affatur Propheta, eſſe exiſtimet; neque hic, niſi fallor, neque in loco ad Hebræos, magna difficultas reſtabit: quæ exigua diſtinctione tollitur. Ego, vt ex animo τοὺς Ἰουδαΐζοντας, ipſoſque adeo Iudæos, qui illuſtres tot de Meſſia locos, quantum in ipſis fuit, extorquere nobis ſatagunt, non deteſtari non poſſum, ita nec eos (vt non ſemel alibi vir ſummus Mercerus monuit) qui omnia ad allegoriam, aut prophetiam trahunt, atque hoc nomine ludibrium iis debent, probare poſſum. Qui ſane Regium Prophetam, cum auguſtum illum hymnum ſcriberet, optaſſe, vt videret diem Servatoris, quemadmodum de credentium parente loquitur Seruator ipſe, exiſtimabit, nunquam ſine motu animi, imo & horrore quodam illa leget, *Quid eſt homo, quod memineris illius? quid autem filius hominis, quod viſitaſti eum?* Inprimis autem, ſi cum Chaldæo interpretetur, ac cum interiore animi affectu dicat, ייי רבוננא מה בר נש ארום תדכר עובדוי ובר נש ארום תסער עלוי. Ῥαββί ἡμῶν, τί ἐστιν υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι μιμνήσκῃ τῶν ἔργων αὐτοῦ; καὶ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; Mihi metuendum ſemper viſum eſt, quod paulo alia occaſione aduerſus Arrianos dixit Epiphanius, Ne, ſi nonnulla, quæ in antiquo præſertim Fœdere occurrunt, allegorice, aut τροπικώτερον, de Seruatore exponantur, etiam quæ neceſſario de eo credenda aut intelligenda ſunt, εἰς δόκησιν, paulatim, & imaginationem, euaneſcant. Non multo poſt, illud habes, Εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ, τί μοι ὄφελος εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; Vbi v. 32.

I. Ad Cor. quæ ſint θηρία, non magis dubito, quam beſtiarium nunquam fuiſſe Apoſtolum credere audeo. qui aliter ſentiunt, non meminerunt, quare Cretenſes, etiam ab Apoſtolo, verbis poëtæ, κακὰ θηρία, dicantur. Quare B. Hieronymum audire hic malo quam Eraſmum: qui ad Iobi 5. *Beſtiæ appellantur, mores habentes ſimiles beſtiarum, contra quas pugnaſſe ſe Epheſi dicit Apoſtolus.* quos non male Epiſtolarum, qui Ignatio aſſcribuntur, autor, ἀνθρωπομόρφους dixit, quod tantum forma hominem referrent. Ἀπὸ Συρίας μέχρι Ῥώμης θηριομαχῶ, οὐχ ὑπὸ ἀλόγων θηρίων βιβρωσκόμενος &c. ἀλλ' ὑπὸ ἀνθρωπομόρφων. *A Syria Romam vſque cum beſtiis pugnaui; non earum quæ ratione carent, ſed quæ formam habent hominis, morſibus petitus.* Eodem capite, cum nobiliſſimus

Ibid. ille legitur locus, εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν, qui Laconicum eſſe prouerbium in codicum quorundam margine notarant, non meminerant, aliter ſic efferendum ac ſcribendum fuiſſe. Neque dubitamus, quin alterum eâdem mente illis impoſuerit. illud nempe, πιὲν, φαγὲν, καὶ πάντα τᾷ ψυχᾷ δόμεν: cujus & nonnemo mentionem ad hunc locum fecit. Ac Prophetæ quidem verba, אכול ושתו׳ כי מחר נמות, *edere & bibere, cras enim moriemur,* his verbis, quæ & forte hinc in κοινὴν tranſlata, ibi leguntur. quanquam nec in eundem hic adduci finem, jam monuerit interpres. neque ibi ſane de reſurrectione quicquam. Illud conſtat, ſemper in ore id ac ſimilia habuiſſe, Græculos præſertim, qui edendi ac bibendi ſola voluptate vitæ vſum definirent. inter quos haud poſtremi Corinthii. Quid ſi igitur, præterquam quod Prophetæ, vt Hebraice concipitur, in animo haberet locum, ad ſimilem, tum Corinthiis in vſu, alludat? qui in vino, καὶ ταῖς συμποτικαῖς ὁμιλίαις, ſcholia haud dubio canebant. quod vt ſuauiſſimum ita liberrimum carminis genus: cum ne ſtropharum quidem aut epodon vicibus coërceretur. E quo genere vnum, aut vnius forte locum, reſpexit. Cujus verba fuerint,

Φάγωμεν οὖν, πίωμεν·
αὔριον γὰρ ἀπο-
θνήσκομεν.

Quod continuari ſic poſſet,

αὐτίκα δ' ἡμέας
κόνις ἀμφέχει βαθεῖα.

Vt ἐφύμνιον, aut repetita, vt in talibus, concluſio fuerit: qua ad edendum ac bibendum, cæteraſque voluptates, mutuo ſe hortabantur. Quo & illud ſpectat, *Mortem imminere.* Notum illud Anacreontis,

Τὸ δ' αὔριον τίς οἶδε;

Et illud, *Mors aurem vellens, viuite, ait, venio.* Quidam ergo nondum bene conſtituti, cum de mortuorum reſurrectione dubitarent, quaſi totus moreretur homo, quod in illis σκολίοις periculoſe homines profani innuebant, aut cum talibus quidam forte ex iis ad quos ſcribit, verſarentur, elegantiſſimam alterius poëtæ profani ῥῆσιν, quam in ore Græci perpetuo habebant, idem Apoſtolus reponit. Illam nempe, Φθείρουσιν ἤθη χρῆσθ' ὁμιλίαι κακαί. qua ejuſmodi impietatis ſeminaria, taliumque conſortia, vitanda monet. Eodem ca-

vſ. 51. pite, in quo verſamur hactenus, ſequitur, πάντες μὲν οὖν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. De quo loco Noui Teſtamenti Gloſſarium, cujus vſum præclari ingenii viro, Zuerio noſtro debemus, *In Latinis codicibus legitur, Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. In Græcis autem duobus modis continetur, Omnes quidem reſurgemus, non omnes autem immutabimur. vel, Non omnes dormiemus, omnes autem immutabimur.* Quorum alterum, Πάντες μὲν ἐγερθησόμεθα, οὐ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. Alterum, οὐ πάντες κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. De quibus lectionibus, quid ſentiendum ſit, omnes, vel mediocriter in his verſati, vident.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Cap. XV.

Locus, σαλπίσει γάρ. & quomodo dictum videatur. Græci poſteriores quid intellexerint. σαλπίσει ἄγγελος. Θεὸς σαλπιεῖ. Locus, κατεπόθη ὁ θάνατος. εἰς νῖκος, εἰς τέλος. εἰς νῖκος, ad victoriam, & an recte. in contentione. εἰς αἰῶνα. quam diuerſis modis, τὸ νῖκος reddiderint veteres. ὅτι αὖ εὐοδῶται. εὐοδοῦν. εὐοδία. εὐλογία. Locus, θύρα γάρ μοι ἀνέῳγε μεγάλη. θύρα. θύρα ἐλπίδος. Locus, ἤτω ἀνάθεμα μαρὰν ἀθά. corrupte idem apud Stephanum, qui de gentibus ſcripſit, ῥαμάνθας. cui ῥάμαν τὸ ὕψος, ἄθας δὲ, ὁ Θεός.

QVæ eodem capite, in quo hactenus verſati ſumus, obſeruanda reſtant (in quo ſane præter expectationem noſtram, plurima, de quibus aliquid dicendum videbatur, vltro hactenus ſe obtulerunt) hoc ipſo, quod nunc inſtituimus, vt abſoluamus (ſunt enim pauca) operam daturi ſumus. Inter alia cum dicitur, σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι, Cap. XV.
καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα, ita dici, τὸ σαλπίζειν, videtur, quemadmodum τὸ ὕειν, & τὸ ℣ſ. 52.
βροντᾷν, vulgo, aliaque à Græcis ac Latinis, ἐλλιπῶς, aut abſolute vſurpantur. Poſteriores Græci, τὸ ἄγγελος, ex illo Apoſtoli, ni fallor, loco, ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, addiderunt. Credo, vt quod dicitur, ad Michaëlem ſuum ſic referrent. Pantaleon libello De miraculo Archangeli illius nondum edito: Περὶ οὗ καὶ ὁ θεῖος καὶ οὐρανόφοιτος Ἀπόστολος διαῤῥήδην ἐβόησεν, Ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ, καταβήσεται· πάντες ἐξαναστήσονται πρὸς τὴν τῶν βεβιωμένων ἀντίδοσιν· σαλπίσει γὰρ ὁ ἄγγελος, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι, καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα. *De quo & diuinus ac cæleſtis Apoſtolus manifeſte clamat, In voce archangeli & in tuba Dei deſcendet. Omnes reſurgent, vt vitæ ſuæ præmia accipiant. Canet enim tuba angelus, reſurgentque mortui incorrupti: nos autem mutabimur.* Quo nihil opus. quod enim deeſt, vel è Zacharia expleri poteſt. apud quem Helleniſtæ, καὶ Κύριος ὁ Θεὸς ἐν σάλπιγγι σαλπιεῖ, cap. 9. ℣ſ. 14. Ad verbum, ואדני יהוה בשופר יתקע. Deo enim, etiam per angelos quæ agit, recte aſſcribuntur. quemadmodum & angelis nonnunquam, quæ à Deo, ſed per ipſos, fiunt. de quo ſupra. Eodem capite & illud occurrit, τότε γενήσεται ὁ λόγος ὁ γεγραμμέ-
νος, κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. Qui locus, quantum Helleniſtarum ſui temporis interpretationibus ac linguæ, tribuerit Apoſtolus, monere omnes poterat. quas qui non legunt, vel non æſtimant, ideoque negligunt, vbique hoc teſtantur. Quod hodie in verſione illa legitur, κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας, idem, κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος, interpretatus eſt Apoſtolus. cum in Hebræo ſit, *Perdet mortem in ſempiternum, & abſterget Dominus Iehoua lachrymam ab omni facie.* Eſaiæ 25. 8. vbi לנצח habes. Quod modo, εἰς νῖκος, modo εἰς τέλος, Helleniſtæ reddunt. vt in illo, *Non prohibet à juſto oculos ſuos, & cum Regibus in ſolio collocat eos in perpetuum,* Iobi 36. 7. vbi Helleniſtæ, καθιεῖ αὐτοὺς εἰς νῖκος. in Hebræo idem quod ſupra. In illo item, *Et clamauit Abner ad Ioab, & ait, Num in perpetuum deuorabit gladius?* μὴ εἰς νῖκος καταφάγεται ἡ ῥομφαία; 2 Sam. 2. 26. Neque aliter illo, *Vt quid in perpetuum obliuiſcêris noſtri?* Thren. 5. 20. vbi Helleniſtæ, ἵνα τί εἰς νῖκος ἐπιλήσῃ ἡμῶν; hoc eſt, εἰς αἰῶνα, εἰς τέλος. & ſic fere ſemper. Quare ergo eruditi, *ad victoriam*, verterunt? quod non minus alienum ab hoc loco quam quod quidam ex antiquis, quos reprehendunt ipſi, *in contentionem*, reddiderunt. Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος, hoc eſt לנצח, εἰς αἰῶνα. quod non ſemel peſſime ab antiquis ad victoriam tranſlatum, vir præclarus, Mercerus obſeruauit. & nos plura ad Matthæum. Cæterum, qui de lingua, vt jam dixi, Helleniſtica non cogitant, fieri vix poteſt, hoc quin ipſi profiteantur. Hoc ergo dixit, *mortem in æternum eſſe abſumptam.* quod & in Hebræo legitur. Sed & Chaldæus, ne quis dubitet, לעלמין, hoc eſt, εἰς αἰῶνα, habet. Optime. cum hoc loco Syrus, quod

tam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad Cor. tam magno interpreti non ſemel accidit, linguæ Helleniſticæ, quæ alia à Græca eſt, non ſatis memor aut intelligens, בזכותא, εἰς νίκην reddiderit. Symmachus, καταποθῆναι τὸν θάνατον εἰς τέλος, reddiderat. quod eſt, εἰς νῖκος, vt jam diximus. Nec obſtat, quod hic vulgo in Oſeæ loco, Ποῦ σου, θάνατε, τὸ νῖκος, ποῦ σου, ᾅδη, τὸ κέντρον, de quo multis recentior interpres diſputat, τὸ νῖκος ſignificatione alia legatur. cum nihil minus quam ad voces, ſed ad mentem reſpexerit Apoſtolus, & interpres ipſe ibi νεῖκος exiſtimet legendum. qui, inter alia, *Nihil tamen volui temere mutare.* (quod & laudo) *quanquam ad illam conjecturam, altera etiam accedit: quia in præcedente verſiculo, itemque in 57. ſcriptum eſt* νῖκος, *facile fuiſſe hominibus imperitis, exiſtimare, etiam hoc loco, ſcribendum eſſe.* Qui & recte aliter in Græco Oſeæ locum legi notat. Helleniſtæ enim, ποῦ ἡ δίκη σου, θάνατε, ποῦ τὸ κέντρον σου, ᾅδη; Hebræus, *ero peſtes tuæ, mors, ero pernicies tua, inferne.* אהי דבריך מות. Chaldæus, *erit verbum meum contra eos in necem.* Vt omittam, quam longe aliter, cum Iarchius tum Kimchius, illud דבריך, quod nihil ad לנצח, interpretati ſint. quemadmodum, vt vt accipiatur, aliud, τὸ νῖκος, aliud εἰς νῖκος: ita, vt commune hæc ſane nihil habeant. Quantum autem in diuerſa, quod ad Oſeæ locum, ierint interpretes, prolixe B. Hieronymus notauit. Tertullianum certe νεῖκος legiſſe ſatis patet. qui, *contentionem*, nec ſemel, reddidit. Ita libro De reſurrectione carnis, *Vbi eſt, mors, aculeus tuus, vbi, eſt mors, contentio tua?* atque ita aliquoties. Quod minus mirabitur, qui τὸ דבר, ἀντιλογίαν, hoc eſt, *contentionem*, alibi ab Helleniſtis reddi meminerit. vt in illo, ὅταν γὰρ γένηται αὐτοῖς ἀντιλογία. hoc eſt, νεῖκος. Exodi 18. 16. quare ne hic quidem *victoriam* cum interpretibus intellexit.

Cap. XVI. ℣ſ. 2. Sequenti capite cum legitur, κατὰ μίαν σαββάτων ἕκαστος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ τιθέτω θησαυρίζων, ὅ,τι ἂν εὐοδῶται, non raro ſubiit mirari, quid in mente eſſet veteri interpreti, homini haud dubie doctiſſimo, cum, ὅ,τι ἂν εὐοδῶται, *recondens, quod ei bene placuerit*, conuertit. Certe quid ſit εὐοδοῦν, nemo neſcit. nihil enim apud Helleniſtas frequentius. Heſychius, Εὐοδία, εὐπραξία. Erudite, vt omnia. nam & Dei benedictio, & quod à benedictione Dei, εὐοδία. Ergo, ὅ,τι ἂν εὐοδῶται, *pro benedictione Dei*, vel, *pro eo, quod à benedictione Dei.* quo ſenſu ejuſmodi pecuniam εὐλογίαν 2 Cor. 9. ℣ſ. 5. Apoſtolus dixit. Quanquam & nonnunquam, quem vel dirigit, vel cui aliquid inſpirat Deus, εὐοδοῦσθαι dicitur. vt in illo, καὶ εἶπε Δαβὶδ πάσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ Ἰσραήλ, εἰ ἐφ' ὑμῶν ἀγαθὸν, καὶ παρὰ Κυρίου Θεοῦ ἡμῶν εὐοδωθῇ. Vetus, *ſi placet vobis*, & *à Domino Deo noſtro egreditur.* in Hebræo, *& à Deo noſtro Iehoua eſt.* Ita, ὅ,τι ἂν εὐοδῶται, erit, *prout ei Deus bene inſpirauerit.* Quod, vt arbitror, interpres vetus voluit, cum dixit, *quod ei bene placuerit.* ex inſpiratione Dei, ſcilicet. Neque enim vult, πᾶν ὅ,τι ἂν εὐοδῶταί τις, vt ſit, *quicquid à benignitate Dei quis acceperit.* ſed, partem ejus. prout, nempe, cor ejus dilatauit Deus. Nec negare auſim, voluiſſe id Apoſtolum. qui ſe ſatis altera ad Corinthios, ni fallor, explicat, cum dixit, ἕκαστος καθὼς προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ, μὴ ἐκ λύπης, ἢ ἐξ ἀνάγκης· ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ Θεός.

℣ſ. 9. à quo voluntas, de qua agitur. Cum eodem capite legitur, θύρα γάρ μοι ἀνέῳγε μεγάλη καὶ ἐνεργὴς, quid ſit hoc loco aliiſque θύρα, neſcio an ſatis viderint interpretes. Θύρα eſt, θύρα ἐλπίδος, *oſtium ſpei.* Oſeæ 2. לפתח תקוה, *in oſtium ſpei.* B. Hieronymus ad eum locum, *Pro eo quod nos diximus, ad aperiendam ſpem, & ſeptuaginta verterunt, ad aperiendam intelligentiam ejus, interpretatus eſt Symmachus,* εἰς θύραν ἐλπίδος, *id eſt, in oſtium ſpei.* Kimchius ad Oſeam, *Eritque illis ſpes & exitus boni.* Sicut igitur θύρα, eſt, θύρα ἐλπίδος, ita θύρα ἐλπίδος, eſt ἐλπὶς, *ſpes.* ideoque & τὸ ἐνεργὴς addidit: ac ſi ἐλπὶς dixiſſet. Paulo aliter 2 Cor. 2. 12. Coloſſ. 4. 3. ἵνα ὁ Θεὸς ἀνοίξῃ ἡμῖν θύραν τοῦ λόγου. Sub finem & capitis hujus & Epiſtolæ, dicitur, Εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἤτω ἀνάθεμα, μαρὰν ἀθά. Nec abire ab hoc videtur id quo in concluſione operis autor Apocalypſeos vſus eſt. vbi, poſtquam multis deuouit ac deteſtatus eos eſt, qui aliquid vel

additurі

additurі ſcripto illi, vel dempturi de eo eſſent, tandem addit, λέγει ὁ μαρτυρῶν ταῦτα, Ναὶ ἔρχομαι ταχύ. ἀμήν. Reſpondet autor, Ναὶ ἔρχου Κύριε Ἰησοῦ. I. Ad Cor.
תא מריא ישוע. quemadmodum in Syriaca interpretatione legitur. quam & edidit & nomini noſtro vir ille inſcripſit, qui ab eruditione ſumma ac pietate commendari ſatis non poteſt, non poterit vnquam; Ludouicus de Dieu. vt, præter extremi vſum anathematis, quaſi telum fuiſſe formula hæc videatur, qua ab improbis oppreſſi, etiam ii vterentur, qui in aduentu Domini omnem ſolamque ſpem repoſitam haberent. Iiſdem verbis, aut formula, vix dubium quin in ſubitis quoque caſibus vterentur, vbi præter expectationem eueniſſet aliquid. Extat apud Stephanum De gentibus, quem vulgo De vrbibus inſcribunt, hiſtoria paſtoris: qui, cum fulmine percuteretur, Ῥαμάνθας, voce corrupta, exclamaſſe dicitur. Quod linguæ Syriacæ ignarus autor, ἀφ᾽ ὕψους ὁ Θεὸς, exponit. additque, ῥάμαν γὰρ τὸ ὕψος, ἄθας δὲ ὁ Θεός. Sed locum videamus. Λαοδίκεια, πόλις τῆς Συρίας, ἡ πρότερον λευκὴ ἀκτὴ λεγομένη, καὶ πρὸ τούτου Ῥάμιθα. Κεραυνωθεὶς γάρ τις ποιμὴν, ἔλεγε, ῥαμάνθας, τουτέστιν, ἀφ᾽ ὕψους ὁ Θεός· ῥάμαν γὰρ τὸ ὕψος, ἄθας δὲ ὁ Θεός. οὕτω Φίλων. Paſtorem ait fulmine percuſſum, ῥαμάνθας dixiſſe. id autem eſſe, *ab alto Deus*: ῥάμαν enim altum, ἄθας ſignificare Deum. Cum paſtor ille, viſo fulmine, quod Dei telum dicitur, lingua ſua Μαρὰν ἀθὰ, exclamauerit. ὁ Κύριος, ἤγουν ὁ Θεὸς, ἔρχεται. Tantum abeſt, vt ἄθας ſit Θεὸς, aut ῥάμαν, ὕψος. Ex eo quoque patet, quam peritus harum linguarum fuerit Philo. quaſi non שם אתא, quod idem, (ὁ Θεὸς, nempe, ἔρχεται) ſatis id interpretur. Heſychius, Μαραναθα, ἦλθεν ὁ Κύριος, ἢ Κύριον εἶδον. Quorum poſterius, interpretatio Græcorum eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Capita Epiſtolæ II. ad Corinthios.

α'. ΕΥ'χαριστία περὶ Θεοῦ βοηθείας, ᾗ πεποιθέναι φησί.

β'. Περὶ τῆς ἀγάπης πρὸς αὐτοὺς καὶ φειδοῦς εἰς τὸ μὴ λυπεῖν, εἰ καὶ λυπῶν ὠφελεῖ, ὡς ἐπὶ τοῦ διὰ πορνείαν ἐπιτιμηθέντος, ᾧ καὶ συγχωρεῖ.

γ'. Περὶ τῆς δι' αὐτοῦ θείας ὠφελείας τοῖς ἐπιτηδείοις, δι' ἧς καὶ συνίστασθαί φησι.

δ'. Περὶ τῆς κατὰ πνεῦμα λειτουργίας, καὶ δόξης θειοτέρας τῆς κατὰ τὸν νόμον.

ε'. Περὶ τῆς θείας δόξης, καὶ τοῦ ἀκολούθου βίου, ὅτι τοῖς ἁγίοις γνώσκεται.

ϛ'. Περὶ τῆς κατὰ σῶμα ἀσθενείας, καὶ τῆς τοῦ σώματος ἀποθέσεως καὶ ἐπαναλήψεως.

ζ'. Περὶ τῆς ἑαυτοῦ φιλοθεότητος καὶ φιλαδελφίας τῆς κατὰ Χριστόν.

η'. Ἀποδοχὴ τῆς Κορινθίων ὑπακοῆς καὶ ἀγάπης εὐφραινούσης αὐτόν.

θ'. Προτροπὴ πρὸς ἐπίδοσιν χρημάτων τοῖς ἁγίοις, καὶ τιμὴν τῶν διὰ τοῦτο ἐρχομένων. περὶ τῆς Τίτου ἀποστολῆς, καὶ τῶν ἄλλων πρὸς αὐτούς.

ι'. Διήγησις τῶν ἰδίων πόνων, καὶ προθέσεως, καὶ τῆς ἐπ' αὐτῷ χάριτος, πρὸς τὸ μὴ τοῖς ἐπιπλάσοις προσίθεσθαι Κορινθίους. ἐν ᾧ, ἀντεξέτασις ἑαυτοῦ πρὸς ἐκείνους. ἔλεγχος ἐκείνων.

ια'. Περὶ ἑαυτοῦ, τὸ ἐπίπονον, τὸ παρὰ Θεῷ τίμιον, τὸ ὠφελίμως αὐτότροφον. παρασκευὴ πρὸς τὴν μέλλουσαν ἑαυτοῦ παρουσίαν.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

DANIELIS HEINSII EXERCITATIONES SACRÆ IN II. EPISTOLAM PAVLI AD CORINTHIOS.

SIVE

LIBER OCTAVVS.

CAPVT I.

Locus, τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν. *Interpretatio ejus ac mens Apoſtoli. Recentioris ac veteris interpretatio. Reſpondere quid Iuriſconſultis. reſponſa, oracula.* ἀπόκριμα, מענה. *Micheæ locus. Chaldæorum interpretatio.* ἀποκρίματα *per Vrim & Thummim. reſpondere, audiendo liberare. Locus,* Πιστὸς δὲ ὁ Θεός. πιστὸν, ἀληθές. *quomodo intelligendus ſit locus.* Πιστὸς ὁ λόγος. *aliud,* ὁ πιστὸς δὲ Θεὸς, *aliud,* πιστὸς δὲ ὁ Θεός. *Locus,* ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ ναὶ ναὶ, καὶ τὸ οὔ, οὔ. *& ,an aliquid mutandum. Diſtinctio* τοῦ ναὶ καὶ τοῦ ἀμήν. *Locus,* Οὐχ' ὅτι κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως. *Locus capite ſecundo,* Εἰ δέ τις λελύπηκεν, οὐκ ἐμὲ λελύπηκεν, ἀλλ' ἀπὸ μέρους *&c.* τὸ ἀλλὰ *iterum Syrorum more vſurpatum. Mens loci. Locus,* Ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη, ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων. ὑπὸ τῶν πλειόνων, *&* ὑπὸ πλειόνων. οἱ πλείονες, *qui.* ἐν προσώπῳ Χριστοῦ. χαρίζεσθαι. θριαμβεύειν.

CApite hujus Epiſtolæ primo, ſemper, ſi quis alius, examine ac conſideratione dignus nobis locus ille viſus: Ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν· ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Θεῷ, τῷ ἐγείροντι τοὺς νεκρούς. Quem hoc modo vetus reddidit interpres: *Sed ipſi in nobiſmetipſis reſponſum mortis habuimus, vt non ſimus fidentes in nobis, ſed in Deo qui ſuſcitat mortuos.* Recentior autem, *Sed ipſi apud nos decretum mortis habuimus, ne confideremus in nobis ipſis, ſed in Deo qui mortuos excitat.* Vbi nos quidem Apoſtoli videmus mentem. qui, ſi quid judicamus, adhuc probat quæ præmiſit. Quorum ſumma iſtis continetur: Ὅτι καθὼς περισσεύει τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ εἰς ἡμᾶς, οὕτω διὰ Χριστοῦ περισσεύει καὶ ἡ παράκλησις ἡμῶν. *Nam, ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra.* Quod vt probaret, πάθημα proprium, nec longe petitum, adducit. calamitatem, quam in Aſia, nimirum, tulit. Quæ & tanta fuit, vt vicinus morti, ab eo ſolo, nec alio, ſperaret vitam, à quo omnis conſolatio & ipſa vita. totus enim qui præceſſit locus, ab initio, eodem tendit. Quo præclara illa ſpectant, Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως· ὁ παρακαλῶν ἡμᾶς ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν· εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς παρακαλεῖν τοὺς ἐν πάσῃ θλίψει, διὰ τῆς παρακλήσεως ἧς παρακαλούμεθα αὐτοὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. *Benedictus ſit,* inquit, *Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſerationum, & omnis conſolationis Deus: qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra: vt poſſimus eos, qui in omni tribulatione, conſolari ea conſolatione, qua nos conſolatur Deus.* hoc ipſo capite ℣ſ. 3. & 4. Quod vt probaret, fidejuſſorem vitæ, cum vicinus eſſet morti, accepiſſe eum ſe ait, qui nec fallit vnquam, & in calamitate ſuis adeſt. Interpres ergo vetus, quemadmodum jam diximus: *Sed ipſi in nobiſmet ipſis reſponſum mortis habuimus.* Obſcurius fateor. & quia nihil mutat, erudite: quanquam nec à Latina quidem conſuetudine ac vſu aliene. Reſpondet, qui dubitantem Cap. I. ℣ſ. 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

II. Ad Cor. ſecurum eſſe jubet, & hoc modo cauet. vnde *reſponſores*. Horatius, *Quo reſponſore & quo cauſæ jure tenentur?* Vbi *fidejuſſorem* nonnemo interpretatus eſt. quomodo an loquantur Iuriſconſulti, ſi quis dubitat, videat quæ jam alii notarunt: qui *ſponſores* ac *reſponſores*, diſtinguunt: quanuis qui reſpondet, quodammodo cauet. Vt cum reſponſa conſulentibus prudentes ac conſulti juris reddunt. quæ, *reſponſa prudentum*, vulgo dicuntur: quomodo, *reſponſa*, & *oracula* dicuntur. vt cum Mantuanis, de agris ſuis laborantibus, reſponſum Princeps dediſſe dicitur. *Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti;* tanquam ex oraculo, nimirum & adyto. cum Laribus enim tum colebatur Auguſtus. Sed & propius ex Hebræorum vſu, cum ἀπόκριμα dixit, τὸ מענה expreſſit. vt cum Micheæ tertio, 7. כי אין מענה אלהים. ὅτι οὐκ ἔστιν ἀπόκριμα ἀπὸ Θεοῦ, dicitur: quod Helleniſtis, διότι οὐκ ἔστιν ὁ ἐπακούων αὐτῶν. Quem locum licet aliter interpretentur alii, erudite Targumiſtæ, ad reſponſum Spiritus, ſeu prophetiam, referunt. quemadmodum fieri poteſt, vt occultum Spiritus de morte reſponſum acceperit Apoſtolus: futurum, ſcilicet, ne moreretur, licet mors ante oculos jam eſſet. Quale ἀπόκριμα Actorum 27. ℣ſ. 24. & quidem θανάτου, idem Apoſtolus accepit, Μὴ φοβοῦ Παῦλε· Καίσαρί σε δεῖ παραστῆναι· καὶ ἰδοὺ, κεχάρισταί σοι ὁ Θεὸς πάντας τοὺς πλέοντας μετὰ σοῦ. Qualia ἀποκρίματα, quæ per Vrim & Thummim reddebantur. quærebant enim, & reſpondebat Dominus. Quanquam efficacius hoc loco. ſæpe enim liberationem, aut promiſſionem ejus, includit. vt apud Michæam, paulo ante locum illum cujus jam meminimus: *Tunc clamabunt ad Dominum, & non reſpondebit illis.* hoc eſt, *audiendo liberabit*, vt paſſim. Quanquam eleganter, & de fidejuſſione vſurpetur illis. vt cum, *& argentum reſpondebit omnia*, והכסף יענה את הכל Eccleſiaſtes dixit. quod, καὶ ἄργυρος vel, ἀργύριον, ἐγγύη πάντων Græci dicerent. id autem ἀπόκριμα πάντων, Helleniſtis eſſet. Dicit igitur Apoſtolus, quanuis vicinus eſſet morti, intra ſe ἀπόκριμα θανάτου, atque ita fidejuſſorem quaſi Deum habuiſſe. qui, vt exaudiretur mortique ſubduceretur, ſic futurum ſponderet. vnde & intra ſe, vt Hebræorum more loquar, מענה, *reſponſum*, ideoque, *fiduciam de liberatione mortis*, habuiſſe: vt hoc ſit cur addat, ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Θεῷ, τῷ ἐγείροντι τοὺς νεκρούς. Quæ verba, quomodo cum mortis conueniant decreto, quod recentioribus placere video, non ſatis aſſequor. quemadmodum nec veteres, quid interpres vetus vellet, cum ad verbum hîc *reſponſum* redderet. Chryſoſtomus, προσδοκίαν, ſiue *expectationem*, exponit. cujus mentem magis Theophylactus inuoluit: qui videatur.

℣ſ. 18. Capite eodem cum dicitur, Πιστὸς δὲ ὁ Θεὸς, ὅτι ὁ λόγος ἡμῶν, ὁ πρὸς ὑμᾶς, οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ, contractum illud dicendi genus, quo non ſemel vtitur Apoſtolus, non ſatis aſſecuti videntur eruditi. qui, *Imo fidelis Deus nouit*, reddiderunt. Cum aliud voluerit. Πιστὸς, nempe, ὁ Θεός ἐστιν, ὅτι. *Quam verus eſt Deus, tam verum eſt quod dicimus. Deus, qui verus eſt, teſtis eſt, verum eſſe quod dicimus.* Quale eſt vſitatum illud juramentum, חי יהוה, *viuit Deus.* Neque πιστὸς hoc vſu Helleniſtis *fidelis* eſt, ſed, *verus*. quanquam alias nonnunquam confundantur; quod vtrunque vox Hebræa notet. vt cum Ieremiæ 10. 10. dicitur: *Iehoua Deus, verus* ſeu, *veritas*, hoc eſt, אמת. quod πιστὸν modo, modo ἀληθὲς, Helleniſtis. Non tamen, vt cum ita πιστὸν dicunt, non magis ἀληθῆ, ſiue, *verum*, dicant. quod & in hoc ſiue juramento Apoſtoli, ſeu affirmatione, locum habet. Πιστὸς δὲ ὁ Θεός ἐστιν, ὅτι ὁ λόγος ἡμῶν ὁ πρὸς ὑμᾶς, οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ. Plane, vt cum dicunt, ζῶν ὁ Κύριος, ὅτι. *Viuit Deus, quod hoc aut illud ita ſe habet.* hoc eſt, *tam vere quam viuit Deus.* Tale eſt, Ζῶ ἐγὼ, λέγει ὁ βασιλεὺς, Κύριος τῶν δυνάμεων, ὅτι ὡς ὁ Θαβὼρ ἐν τοῖς ὄρεσιν, καὶ ὡς ὁ Κάρμηλος ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἥξει. Ierem. 46. Item, Ζῇ γὰρ ὁ βασιλεὺς, &c. καὶ ζῇ τὸ κράτος αὐτοῦ, &c. ὅτι οὐ μόνον ἄνθρωποι, διὰ σοῦ δουλεύουσιν αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ. Iudithæ c. 11. 5. vt & ibidem c. 12. 4. Ζῇ ἡ ψυχή σου, Κύριέ μου, ὅτι οὐ δαπανήσει ἡ δούλη σου τὰ ὄντα μετ' ἐμοῦ. Ergo, πιστὸς ὁ Θεὸς, quod Ieremias,

יהוה

יהוה אלהים אמת, Κύριος Θεὸς ἀλήθεια, hoc eſt, ἀληθὴς, diceret, aut, vt loquitur II. Ad
Apoſtolus, πιστός. quanquam alias, vt dixi, Helleniſtis, ἀληθὴς & πιστός. Id quod Cor.
jam dicimus, non ſemel ipſe Apoſtolus confirmat. inprimis, cum, con-
firmationis cauſa, Πιστὸς ὁ λόγος præmittitur. vt 1 ad Timotheum 1. ✝ſ. 15.
Πιστὸς ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος. ibid. 3. 1. & 4. 9. vt alibi non ſemel:
quod τῷ ἀμὴν reſpondere diximus. Si autem quæras, quare hic addiderit τὸ
πιστός: quia, dicerent Magiſtri Hebræorum, primariæ proprietatis miſericor-
dia ac veritas. In quarum, inquiunt, fiducia, in ejus quotidie aſpectum ince-
dimus. quanquam hic relationem, ſiue χέσιν, ad hoc habet quod dicitur.
Hoc ergo voluit, *quam certum eſt, verum eſſe Deum, tam certum eſt.* Græci μὰ
τὸν ἀληθῆ Θεὸν, vel νὴ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀλήθειαν, dicerent. Nam ſi illud quod vulgo eru-
diti volunt, intelligendum, quis dubitat quin potius, ὁ πιστὸς γὰρ Θεὸς οἶδε, non
πιστὸς γὰρ ὁ Θεὸς, ὅτι dicendum fuerit? quod non ignorant, qui Græce ſciunt.
Pene exciderat quod præcedit, ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ ναὶ ναὶ, καὶ τὸ οὒ οὔ. Vbi eruditos ✝ſ. 17.
qui poſtremo Nouum Fœdus illuſtrarunt, repetitio offendit. qui pro ναὶ ναὶ,
καὶ οὒ οὔ, ναὶ καὶ οὔ, antiqui interpretis & vnius M S. fide, in contextu reponunt.
Quod ſequi, hoc præſertim loco, nolim. Ναὶ ναὶ eſt, quod ישר ישר Hebræi dicunt:
quoties affirmant aliquid, aut vehementer apud ſe conſtituunt ac decer-
nunt. Tale eſt, *Reſpondit Iehonadab*, ישר ישר. idem autem de negatione dicendum.
Mens ergo, vt nunc dicam, ναὶ ναὶ, quod eſt, vehementer aliquid affirmem:
nunc, οὒ οὔ, vehementer idem negem. Et, an non ipſe Dominus, Ἔστω δὲ ὁ λό-
γος ὑμῶν, ναὶ ναὶ, οὒ οὔ dixit? an non idem ἀμὴν ἀμὴν, apud Iohannem præſer-
tim, ſemper fere dixit? vt omittam apud Græcos, etiam Ariſtophanem, Epi-
grammatarios, alioſque, τὸ ναὶ geminari. Sequitur non ita multo poſt, ὁ γὰρ ✝ſ. [illegible]
τοῦ Θεοῦ υἱὸς Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ ἐν ὑμῖν δι' ἡμῶν κηρυχθεὶς, δι' ἐμοῦ, καὶ Σιλουανοῦ καὶ Τιμοθέου, οὐκ
ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ, ἀλλὰ ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονεν. Quem locum candidiſſime ac ſimpliciſ-
ſime Græci interpretantur, vt videtur, Theologi. qui, ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ Θεοῦ φησιν,
ὁ ἐν ὑμῖν κηρυχθεὶς, οὐ γέγονε ναὶ καὶ οὔ. τουτέστιν, οὐ νῦν μὲν, τοιῶσδε, ἄλλοτε δὲ τοιῶσδε κεκή-
ρυκται, ἀλλὰ ναὶ ἐν αὐτῷ, τουτέστιν, ἀπαράσαλευτα τὰ κηρυχθέντα γεγένηται. *Filius enim*
Dei, inquiunt, *qui in vobis prædicatus eſt, non factus eſt ita & non. hoc eſt, non nunc*
quidem ſic, nunc autem ſic, prædicatus eſt: ſed ita in ipſo, hoc eſt, immota in eo quæ
prædicata ſunt, fuerunt. ſiue, *in ipſo veritatem ſuam habent, & completa ſunt.*
cum præſertim in iis quæ ſequuntur ſe explicet Apoſtolus. Ὅσαι γὰρ ἐπαγγε-
λίαι τοῦ Θεοῦ, ἐν αὐτῷ, τὸ ναὶ, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμήν. quo loco τὸ ναὶ, ad promittentem;
τὸ ἀμὴν, ad ipſum qui promiſſiones impleuit, Chriſtum, nempe, recentiores
referunt. Quanto autem ſimplicius, *Quotquot enim ſunt promiſſiones Dei, in*
ipſo (nempe Chriſto) in ipſo ita, & in ipſo amen habent? hoc eſt, in Chriſto com-
plentur, firmæ ac ratæ ſunt. cum præſertim ſequatur, τῷ Θεῷ πρὸς δόξαν δι' ἡμῶν.
neque, cur poſterius illud ἐν αὐτῷ, Chryſoſtomus & alii, referre ad Patrem
malint, ſatis videam. Sequitur enim, ὁ δὲ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν εἰς Χριστὸν, καὶ χρί-
σας ἡμᾶς Θεός. vt planum ſit, de Chriſto ante locutum eſſe. Neque aliter
Theodoretus ſenſit, cum ad hunc locum, *Multæ ſunt Dei promiſſiones, mor-*
tuorum reſurrectio, corporis à corruptione & interitu conſeruatio, vita nunquam
finem acceptura, regnum cælorum. Sed hæc quidem vniuerſorum Deus, per vni-
genitum ſuum filium largitus eſt. Sub finem legitur, Οὐχ ὅτι κυριεύομεν ὑμῶν τῆς ✝ſ. 24.
πίστεως, ἀλλὰ συνεργοί ἐσμεν τῆς χαρᾶς ὑμῶν· τῇ γὰρ πίστει ἑστήκατε. Quæ manifeſta ac
Paulina tranſpoſitio. Volebat, Οὐχ ὅτι κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως· τῇ γὰρ πίστει ἑστή-
κατε· ἀλλὰ συνεργοί ἐσμεν τῆς χαρᾶς ὑμῶν. *Non enim fidei veſtræ imperamus (fide enim*
immoti ſtatis) ſed gaudium veſtrum promouemus. neque συνεργοὶ ſunt *admini-*
ſtri, ſed *adjutores* potius, quod antiquo placuit interpreti. Capite ſecundo, Cap. II.
non ita procul ab initio, locus ille occurrit, Εἰ δέ τις λελύπηκεν, οὐκ ἐμὲ λελύπη- ✝ſ. 5.
κεν, ἀλλ' ἀπὸ μέρους, ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ πάντας ὑμᾶς. Vbi quibuſdam euenire quod
mihi, credo, vt, quare ita reddiderit hunc locum recentior interpres,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

II. Ad Cor. cum hic vertit, ſecum quærant: *quod ſi quis triſtitiam attulit, non mihi triſtitiam attulit, ſed quadantenus, ne illum aggrauem, vobis omnibus.* Quomodo enim
illum non grauat, quem mœrorem, non vni ſibi, ſed omnibus, attuliſſe ait?
magis enim, ſi quid intelligo, grauatur, qui mœrorem attuliſſe omnibus
quam qui vni dicitur. hoc ergo ἀσύστατον. Neque cogitabat, Syrorum mo-
re accipiendum, τὸ ἀλλὰ, vt paſſim. quibus, quod ſæpe diximus, non aliud
quam εἰ μὴ, τὸ אלא. Quod ſi durum arbitramur, licebit omnes Syriaſmos è
Nouo Fœdere ac Hebraiſmos tollamus. quis enim neſcit linguam Helle-
niſticam, quæ vſitata hic ac peculiaris dialectus, his conſtare? Mens eſt:
Quod ſi quis, hoc eſt, *ſi vnus aliquis mærorem attulit, non mihi attulit niſi ex*
parte ſua, ne omnes vos grauem. Non omnes me contriſtaſtis (qua voce vetus vti-
tur interpres) *pariter, ſed vnus tantum: ne, quod vnus commiſit, omnibus aſſcri-*
bam: ne ſic omnes grauem, quia vnus peccauit. hæc Apoſtoli, hæc nobis loci
vſ. 6. mens videtur. Sequitur, ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη, ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων. Vbi
non ὑπὸ πλειόνων, vt vulgo ſumitur, ſed, ὑπὸ τῶν πλειόνων, dixit. Aliud autem,
πλείονες, aliud οἱ πλείονες. Nam οἱ πλείονες, qui digniores ſunt, potiſſimamque
conſtituunt partem. Πλείονες, qui numero excedunt tantum, aut ſuperant.
adeo, vt τῶν πλειόνων numero, præcipui, qui in Eccleſia, comprehendantur. Ne-
que vſquam præcipitur, vt increpatio à plebe, ſed vt à primoribus Eccleſiæ
preſbyteriſque fiat: qui & Eccleſia, Matt. 18. 17. dicuntur. *Quod ſi neglexerit*
eos audire, dic Eccleſiæ. quanquam hæc confundi nonnunquam ab Apoſtolis
vſ. 10 videntur. Sequitur, ᾯ δέ τι χαρίζεσθε, καὶ ἐγώ· καὶ γὰρ ἐγὼ εἴ τι κεχάρισμαι, δι' ὑμᾶς
ἐν προσώπῳ Χριστοῦ. hoc eſt, *ex autoritate Chriſti*, ſiue, *quam à Chriſto accepi.*
non, vt recentior interpres, *in conſpectu:* nec in *perſona*, vt antiquus. qui quan-
uis religioſe, & ſuo more, à verbis non receſſerit, mirum tamen quantam La-
tinis Patribus hallucinandi occaſionem præbuerit. cum vel Græca non affe-
querentur, vel ad ea non recurrerent: vitanda autem vel inprimis ambigui-
tas hic eſſet. Vnde illud Ferrandi Diaconi, Epiſtola ad Egippium: *Dicimus*
ergo, vnus eſt Chriſtus, vnus eſt Dei hominiſque Filius: id eſt, vna eſt Chriſti Dei ho-
miniſque perſona. non tamen dicimus, vnam eſſe Chriſti Dei hominiſque natu-
ram: concordantes cum Apoſtolo, volente probare vnitatem perſonæ. Nam in
quo, inquit, *Corinthiis quod donaui, ſi quid donaui propter vos in perſona Chri-*
ſti? Nunquid non melius perſonas diceret, ſi vellet in Chriſto duas ſignificare ſub-
ſtantias? quaſi τὸ πρόσωπον ad perſonam Filii, qua alius, non aliud, à Patre eſt,
referendum eſſet. quomodo & Vigilius, de quo recentior interpres, accepit:
neque χαρίζεσθαι, *donare*, vt vetus, ſed *remittere*, aut *concedendo largiri.* Eodem
vſ. 14. capite & illud habes, τῷ δὲ Θεῷ χάρις, τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ.
vbi θριαμβεύειν, vt cætera ejuſdem formæ, βασιλεύειν, ἐπισπεύδειν, nempe, ac
ſimilia, ab Helleniſtis exprimendo Hebraiſmo; vſurpatur. Tale eſt illud,
ἐπισπεύδοντες τὸν Ἀμάν. Eſtheræ 7. Ἐπισπεύδειν, enim, *facere vt feſtinet:* ſicut
θριαμβεύειν, *vt triumphet:* βασιλεύειν, *vt regnet.* Melius igitur recentior inter-
pres quam vetus, qui *triumphandi* tantum verbo vſus eſt. *qui ſemper trium-*
phat nos in Chriſto Ieſu. Eraſmus, *qui ſemper triumphat per nos in Chriſto.* ac ſi
δι' ἡμῶν, ſcriptum eſſet. Et an non, τῷ πᾶσι περιφανεῖς ποιοῦντι, Chryſoſtomus?
an non, εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, ὅτι πάντοτε θριαμβεύει ἡμᾶς, τουτέστι περιφανεῖς δείκνυσι,
Theophylactus dixit? Ambroſius, *triumphare, victores facere.* Sedulius,
triumphat, hoc eſt, triumphare nos facit. quanuis aliter alibi id à noſtro
vſurpetur.

CAP. II. COR. II. AD

Locus, ὅτι ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ, διακονηθεῖσα ὑφ᾽ ἡμῶν. διακονεῖν ἐπιστολὴν *quid ſit. Literarum* διάκονοι רצים. ἐγγεγραμμένην, οὐ μέλανι. μέλαν. *& Magiſtris Hebræorum quomodo dicatur. Locus,* ἡνίκα δ᾽ ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς Κύριον, *& quid intelligendum.* παρενθήκη *Paulina, ſiue noua loci diſtinctio. Locus,* ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου. *&c. eum Auguſtinus quomodo diſtinxerit.* ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου, *quis.* Θεὸς καὶ Κύριος, ὁ τῆς πονηρίας ἄρχων, *in Sacris, ex antiqui ſententia Theologi.* ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους τούτου. *terreſtris hujus domus noſtræ tabernaculum.* σκῆνος τοῦτο. ἐφ᾽ ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, *& quomodo id dictum. Locus,* ὁ δὲ κατεργασάμενος ἡμᾶς. κατεργάζεσθαι, *& quid Apoſtolo.* περιπατεῖν διὰ εἴδους. *& quid eo loco* εἶδος. *per ſpeciem. ſpecies, aſpectus.* εἰδότες οὖν τὸν φόβον τοῦ Κυρίου. εἰδέναι τὸν φόβον Κυρίου, *quomodo dictum. Iterum* παρενθήκη *Paulina. Locus,* εἴτε γὰρ ἐξέστημεν. παρεστηκότες *&* πνευματοφόροι.

TErtio capite, ab initio non procul, locus ille occurrit: φανερούμενοι ὅτι Cap.
ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ, διακονηθεῖσα ὑφ᾽ ἡμῶν, ἐγγεγραμμένη, οὐ μέλανι, ἀλλὰ πνεύ- III.
ματι Θεοῦ ζῶντος. vbi intelligimus, ni fallor, quid voluerit Apoſtolus. V. 3.
Notum, quid Græcis, διακονεῖν γάμον, διακονεῖν τὰ ἐρωτικὰ, & ſimilia ſint, quæ
eleganter dicuntur. Quomodo διακονεῖν ἐπιστολὴν, de eo dicas, qui perferendæ
dat operam. Nec longe aliter διακονῆσαι τὸν νόμον, eleganter pariter ac vere, de
Moſe dicas. ita enim & de ipſa Lege, ὁ νόμος ὑπὸ Μωσέως διακονηθεὶς, recte dice-
tur. Vnde & commode inprimis Theophylactus, ὅτι ὥσπερ ὁ Μωσῆς διάκονος τοῦ
νόμου ἐγένετο, οὕτω καὶ ἡμεῖς τῆς ὑμετέρας εἰς τὸ κήρυγμα πίστεως διάκονοι ἐγενόμεθα. *Vt Moſes
miniſter,* inquit, *fuit Legis, ſic & nos veſtræ in verbum fidei miniſtri fuimus.* Græci
dicerent, διακονεῖν τὸν λόγον, διακονεῖν τὴν εἰς τὸν λόγον πίστιν. eo fere modo quo Theolo-
gi ea de quibus quæritur aut diſputatur, ſolas, nempe, Sacras literas, κανονικῶς,
cæteros, διακονικῶς determinare dicunt. Quemadmodum eleganter, à Nyſſe-
no, διακονῆσαι τοῖς μαθηταῖς τοὺς τῆς ἀναστάσεως λόγους, Maria dicitur, quæ reſurre-
ctionem Domini ejuſque verba diſcipulis annunciauit. Libro aduerſus Eu-
nomium XI. οὕτω τοῦ θανατώσαντος τὸν δράκοντα τοὺς λόγους τοῖς μαθηταῖς διακονησάσης.
Ita ejus qui draconem interfecerat verba diſcipulis miniſtrauit. Ibidem, ὅπερ τῆς
ἀνθρωπίνης φύσεως ἴδιόν ἐστι, τῇ Μαρίᾳ τὴν ἐντολὴν ἐδίδου, πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς διακονῆ-
σαι τὸν λόγον. *quod naturæ proprium humanæ, mandatum Mariæ dedit, fratribus
ſermonem vt miniſtraret.* Quid ſit igitur ἡ διακονηθεῖσα ὑφ᾽ ἡμῶν ἐπιστολὴ quod
Apoſtolus, intelligo: quid ſit *ſubminiſtrare epiſtolam*, quod eruditis placuit,
non ſatis aſſequor. Qui, *dum palam ſit vos eſſe epiſtolam Chriſti, ſubminiſtratam
à nobis. Cui,* inquiunt, *veluti ſcribendæ operam impendimus.* Subminiſtrat igi-
tur epiſtolam, qui excipit hanc ipſam aut deſcribit. Cui addunt, *quaſi fueri-
mus Domini ſtylus.* Cum ne ſtylus quidem, epiſtolam, ni fallor, ſubminiſtret,
aut de ſtylo vſurpari id poſſit. nam quis ita loquitur? Vetus, *miniſtrata à no-
bis.* Quod optime Sedulius interpretatur, *per prædicationem miniſtrata à
nobis.* Literarum autem διάκονοι, רצים: qui currendo literas ferebant. cui
ſimiles Apoſtoli, quos שלוחים hinc dicas. Sed & Prophetæ, quorum mini-
ſterium recte δρόμος, ſiue curſus, dicitur. notum illud Ieremiæ, οὐκ ἀπέστελλον
τοὺς προφήτας, καὶ αὐτοὶ ἔτρεχον, οὐκ ἐλάλησα πρὸς αὐτοὺς, καὶ αὐτοὶ προεφήτευον. Eru-
dite Heſychius, τὸ διακονουμένους, τοὺς ἀποκρίσεις ἐκπληροῦντας, interpretatur. qua-
les ſunt qui reſponſa epiſtolarum curant. Addit Apoſtolus, ἐγγεγραμμένην, Ibid.
οὐ μέλανι. Quod etiam, ſi Theophylacto credimus, ad Legem referendum
erit. Quomodo autem μέλανι, ſiue atramento, ſcripta dicitur, quam Dei
digito conſcriptam conſtat? An igitur proleptice locutus eſt, quia, vt non-
nulli volunt, atramento poſtea Lex ſcripta eſt? An τὸ חרות, qua voce in hiſto-
ria Legis ſcriptæ vſus eſt Moſes, reſpexit? cum dicitur, *Et ſcriptura erat
ſcri-*

II. Ad *ſcriptura Dei*, חרות, *ſculpta*. מכתב חרות. vnde חרתא, *charta*, atramentum Magi-
Cor. ſtris. Sedulius Scotus, *non atramento*, inquit, *ſicut commendatitiæ epiſtolæ.*
Ad epiſtolam certe, de qua proxime; magis quam ad Legem referri patet.
vſ. 16. nec difficultate opus eſt. Eodem capite legitur, ἡνίκα δ᾽ ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς Κύ-
ριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα. Vbi recentior interpres, *quando vere ſeſe conuerterit
ad Dominum*. quemadmodum & cæteros, quo referendum illud ἐπιστρέψῃ
eſſet vt reperirent, laboraſſe video. Itaque certatim, alii, τὸ Iſraël, alii Moſen,
ille, καρδίαν, intelligit. vt omittam è veteribus aliquot, qui ſecunda perſo-
na id accipiendum judicarunt: inter quos ſane Auguſtinum eſſe nolim. Meo
animo minime errabit, qui hyperbaton Paulinum; aut, meram παρένθεσιν,
hic ſtatuet. Vt ordo talis ſit: Ἀλλ᾽ ἐπωρώθη τὰ νοήματα αὐτῶν· ἡνίκα δ᾽ ἂν ἐπιστρέ-
ψῃ πρὸς Κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα. Hoc eſt, *Sed occalluerunt mentes eorum:
quæ vbi ad Dominum ſe conuertent, tolletur velamen illud.* Quid ſimplicius?
Quo ſenſu ita diſtinguetur locus: Ἀλλ᾽ ἐπωρώθη τὰ νοήματα αὐτῶν (ἄχρι γὰρ τῆς σή-
μερον, τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης μένει, μὴ ἀνακαλυπτόμε-
νον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται, ἀλλ᾽ ἕως σήμερον, ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωσῆς, κάλυμμα
ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται) ἡνίκα δ᾽ ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς Κύριον, περιαιρεῖται. Vnde
apparet, quo referendum ſit de quo dubitatur. quod præceſſit enim paren-
thecam, proxime cum eo quod poſt eam ſequitur, non quod in ipſa eſt, vt
paſſim, cohæret. neque id ignorare poſſunt, qui in hoc Apoſtolo, ejuſ-
que ſcriptis, vt oportet, verſati ſunt. Ita autem, ἐπιστρέφεσθαι τὰ νοήματα αὐτῶν
πρὸς Κύριον, quo nihil vſitatius hic dici poteſt, ipſæ, nempe, eorum mentes,
Cap. vel cogitationes, *conuertere ſe ad Dominum*, dicentur. Capite quarto cum
IV. legitur, ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, quis non,
vſ. 4. vt cæteros omittam, magni Auguſtini criſin hic ſollicitam miretur? qui di-
ſtinxit, ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων. Verba ejus ſunt:
*Sed cum alter pateat intellectus, quid neceſſe eſt hic diabolum putare ſignificatum,
ac non potius Deum, verum, bonum, & juſtum, qui excæcauit mentes infidelium
ſæculi hujus? Vt non hic diſtinguatur, In quibus Deus ſæculi hujus: ac deinde ſub-
inferatur, excæcauit mentes infidelium. Sed ita potius, In quibus Deus: ac deinde
ſubinferatur, ſæculi hujus mentes infidelium. hoc eſt, infidelium ſæculi hujus men-
tes excæcauit.* Lib. de Spiritu, & litera, ad Marcellum. Cum hoc loco, Θεὸς
τοῦ αἰῶνος τούτου, nihil ſit aliud, quam, אלהי העולם הזה. ſecus quam Theologo an-
tiquo apud Photium videtur: qui pro generis humani hoſte hic ſimpliciter,
τὸ Θεὸς, poni voluit. Qui & hac interpretatione nodum iſtum ſecat, quod in
libris Regum, Deus, ſiue, ὁ Κύριος, Dauidi perſuaſiſſe dicitur, vt numeraret
populum. cum in Paralipomenon libris, idem diabolo attribuatur. quæ duo
ſic conciliat, quod, τὸ Θεὸς, & τὸ Κύριος, in Sacris, τῆς πονηρίας ἄρχοντα, deſignent.
quaſi non priori quem adducit loco, nomen tetragrammaton diſerte ex-
tet, aut quis dubitare poſſit, quin ὁ ἀντικείμενος, cor hominum, quo viſum
Deo eſt, inflectat: aut non paſſim ipſe Apoſtolus, cum τοῦτον τὸν αἰῶνα dicit, τὸν ἐν
κακῷ κείμενον, intelligat: aut præſes alius ſit infidelium quam ipſe ἀντικείμενος.
qui, ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, Ioh. 12, 31. 16, 11. 14, 30 dicitur. Ejuſdem judicii eſt, quod
Κύριον pro diabolo nonnunquam poni ait: quia Veritas dixit, Οὐ δύνασθε δυσὶ
Κυρίοις δουλεύειν. Qualia non pauca excidiſſe antiquis, quis non admiretur?
Cap. V. ne de Irenæo, Hilario, ac Græcorum Scholiis, nunc dicam. Capitis quinti
vſ. 1. initium eſt, Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ. Vbi &
quæ hic de hypallage notarunt eruditi non admitto. Σκῆνος vocabulum an-
tiquum, & quidem, vt videtur, Pythagoricum eſt: quo & alii deinceps philo-
ſophi ſunt vſi. quod ſimpliciter, vt ſupra probauimus, τὸ σῶμα, ſiue *corpus*, de-
notat: quemadmodum & paulo poſt, cum dicitur, καὶ γὰρ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει,
στενάζομεν βαρούμενοι. Autor Axiochi Dialogi Socratici, qui Platonicis ad-
jungitur: Ἡμεῖς μὲν γάρ ἐσμεν ψυχὴ, ζῶον ἀθάνατον, ἐν θνητῷ καθειργμένον φρουρίῳ·

τὸ δὲ

τὸ δὲ σκῆνος πρὸς κακοῦ περιήρμοσεν ἡ φύσις. Vbi non recte interpres, *tabernaculum* II. Ad
reddidit: cum paſſim in veterum philoſophorum, etiam apud Stobæum, Cor.
fragmentis, ea vox occurrat. Interpres recentior, *Scimus enim nos, ſi terreſtris*
hujus domus noſtræ tabernaculum diſſolutum fuerit. ac ſi ſcriptum eſſet, οἴδαμεν
γάρ, ὅτι, ἐὰν ἡ τῆς ἐπιγείου ἡμῶν οἰκίας σκηνὴ καταλυθῇ. Quid autem ſimplicius, quam
ἡ ἐπίγειος οἰκία τοῦ σκήνους, *terreſtris domus corporis* ſit? cum & ita hac voce vſi Hel-
leniſtæ ſint. Vt ſimpliciter παντοδυναμοῦντα ſint, τὸ σῶμα, & τὸ σκῆνος. neque ali-
ter paulo poſt, οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει, qui deinde, ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι, ℣ſ. nempe
4. & 6. dicuntur. vbi, καὶ γὰρ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει τούτῳ στενάζομεν βαρούμενοι, ἐφ' ᾧ οὐ θέ- ℣ſ. 4.
λομεν ἐνδύσασθαι, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι. Quo loco, ſiue, ἐπειδὴ οὐ θέλομεν, cum quibuſdam,
ſiue ἐφ' ᾧ, cum noſtro legas, eadem manet ſententia. minime tamen illud,
in quo, placet. Græce qui ſciunt, quid hoc loco ſit ἐφ' ᾧ, ſciunt. qui autem
neſciunt, eos mens Apoſtoli docere poteſt. Sequitur non ita multo poſt, ὁ δὲ ℣ſ. 5.
κατεργασάμενος ἡμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο Θεός. vbi κατεργασάμενος quid ſit, ipſe autor do-
cet, cum addit, ὁ καὶ δοὺς ἡμῖν τὸν ἀρραβῶνα τοῦ πνεύματος. Κατεργάζεται ergo, qui ido-
neum reddit. quod ſane malim, quam, *qui condidit:* quod recentiori placuit.
quomodo lignum κατεργάζεσθαι, aurum, εἰς τὰ ἔργα κατεργάζεσθαι, quod eſt, *idoneum*
aptumque reddi, non ſemel Helleniſtis dicitur. Ita, χρυσίον, ὃ κατεργάσθη εἰς τὰ ἔργα
Deut. 38. 34. quemadmodum hoc loco, ὁ κατεργασάμενος ἡμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο. εἰς
τὸ θέλειν ἐπενδύσασθαι, nimirum, quod præceſſit: vt idem ſit, quod ἱκανοῦν, hoc loco.
Atque ita, ὁ κατεργασάμενος εἰς αὐτὸ τοῦτο ἡμᾶς, idem quod, ὁ ἱκανώσας, *qui idoneos*
aptoſque reddidit, hic erit. Interpres vetus, qui tale aliquid conjectaſſe vide-
tur, *qui autem efficit nos in hoc ipſum*, dixit. Eodem capite & illud legitur, διὰ ℣ſ. 7.
πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους. Vbi cum veteres, *non per ſpeciem* verterunt;
planum eſt, nihil minus voluiſſe, quam vt id quod non eſt non exiſtit,
cum in oculos incurrat, *ſpecies* dicatur. Mirum quoque, id aut illis aut Eraſ-
mo objici, ab iis qui Iohannis 5. ℣ſ. 37. in illo loco, Οὔτε φωνὴν αὐτοῦ ἀκη-
κόατε πώποτε, οὔτε εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε, eandem vocem vſurparunt. reddiderunt
enim, *neque ſpeciem ejus vidiſtis*. Quanquam aliud ibi ſpecies: quod audacius,
videlicet, aliquanto ὁμοίωμα Helleniſtæ reddiderunt. quemadmodum nec
ſpeciem, id quod videtur, vt exiſtimauit Proſper lib. De vita contemplatiua
1. cap. 6. Apoſtolus dixit. *Attende, quam diuine Sanctus Apoſtolus ſpeciem fidem-*
que diſtinxit, vt diceret, Per fidem ambulamus, non per ſpeciem. Fides ergo eſt, per
quam ambulamus, ſpecies quæ videtur. cum ſit potius id, quo videmus. ὄψις
ſcilicet aut ὅρασις: *viſus ipſe*. Quod nonnunquam *ſpeciem* Romani quoque
veteres dixerunt. Lucret. lib. 4.

in luci quæ poterit res
Accidere ad ſpeciem.

Item,

Verum, nos oculis quia ſolis cernere quimus,
Propterea fit, vti ſpeciem quo vertimus, omnes
Res ibi eam contra feriant forma atque colore.

& alibi. Melius igitur pro hoc ſenſu Ambroſius, *Manifeſtum eſt, quia per fidem*
cum Domino ſumus, non per præſentiam, ac per hoc peregrinamur, non fide, ſed ſpe-
cie. οὐχὶ πίστει, ἀλλ' ὁράσει: qua adhuc, nimirum, deſtituimur. alterum tamen ſi
quis planius dicat, non pugnabo. Haud multo poſt legitur, Τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς ℣ſ. 10.
φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ. Vbi non male interpres vetus ac
pro mente, *manifeſtari oportet:* neque aliter ſequenti verſu. Dilutius alii, *com-*
parere oportet. quod forte cum metuerent ipſi, in Notis, *ſiſti præſentes, & illic*
in nos inquiri, vt palam fiat quid fuerimus, interpretantur. qui ſequenti verſu,
pro eo quod vulgo & efficacius, *manifeſtati ſumus*, *manifeſti ſumus*, cum ve-
teri reddiderunt. Mihi autem anxia Latinitas, cum detrimento ſenſus, aut
minori efficacia, non placet. Sed nec errare eos arbitror, qui interdum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

voces, vt commodius Græca reddant, ad eorum imitationem formant,
quod & extra interpretationem ab Apuleio aliiſque non infeliciter factum
℣ſ. 11. eſt. Paulo poſt ſequitur, εἰδότες οὖν τὸν φόβον τοῦ Κυρίου. Ante, ſummam felici-
tatis eſſe in eo, vt εὐάρεστοι τῷ Κυρίῳ ſimus, dixerat Apoſtolus. quod abſque
Domini timore fieri non poteſt. Iam, εἰδέναι τῷ ידע reſpondet. Εἰδότες τὸν φόβον
τοῦ Κυρίου, eſt, εἰδότες φοβεῖσθαι τὸν Κύριον, vel φοβοῦντες τὸν Κύριον, *timentes Dominum*.
quanquam Hebraiſmus efficacior. Ita quod Salomo, τὴν ἀρχὴν τοῦ εἰδέναι, τὸν φόβον
τοῦ Κυρίου, dixit, tale eſt, ac ſi, τὴν ἀρχὴν τοῦ εἰδέναι, τὸ εἰδέναι τὸν φόβον τοῦ Κυρίου, non in-
uſitato Hebraiſmo dixiſſet. Recentior interpres, vt & Eraſmus, quia, κατὰ
παρενθήκην, quædam de ſupremo inſeruntur Domini aduentu, *terrorem* pro
timore ſuppoſuit. *Scientes terrorem illum Domini.* Videatur locus ipſe. qui
manifeſte ita diſtinguendus: Διὸ καὶ φιλοτιμούμεθα, εἴτε ἐνδημοῦντες, εἴτε ἐκδημοῦντες,
εὐάρεστοι αὐτῷ εἶναι (τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ
Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ὃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν.)
Εἰδότες οὖν τὸν φόβον τοῦ Κυρίου, ἀνθρώπους πείθομεν, Θεῷ δὲ πεφανερώμεθα. Res enim
ipſa docet, hæc, Διὸ καὶ φιλοτιμούμεθα, εἴτε ἐνδημοῦντες, εἴτε ἐκδημοῦντες, εὐάρεστοι αὐτῷ
εἶναι, cum eo quod ſequitur, Εἰδότες οὖν τὸν φόβον Κυρίου, jungenda eſſe. Oſten-
dit enim, quomodo placere Domino quis poſſit. Si vere eum timeat, nimi-
rum. Hoc enim vult: *Ideoque omni ſtudio hoc agimus, vt, ſiue in corpore, ſiue ex-
tra illud ſimus, Deo placeamus. Timentes ergo Dominum* (hoc enim voluit, cum
εἰδότες τὸν φόβον τοῦ Κυρίου, dixit) *fidem hominibus perſuademus.* Recentior, *Pro-
pterea etiam ambimus, & in corpore aduenæ, & ex corpore migrantes, ei eſſe acce-
pti. Scientes igitur terrorem illum Domini, homines ad fidem adducimus.* quaſi
non ſimpliciſſime, quanuis propter Hebraiſmum obſcure, vetus interpres,
Scientes ergo timorem Domini. Cæteros Chryſoſtomus decepit, qui cum idio-
tiſmum non aſſequeretur, ταῦτα οὖν εἰδότες, φησί· τὸ δικαστήριον ἐκεῖνο τὸ φοβερόν.
Hæc igitur ſcientes, inquit: *timendum illud, ſcilicet, judicium.* Quaſi φόβος illud
vel judicium notaret, vel ejus metum. Atqui, nihil minus. Εἰδέναι φόβον, ἀντὶ
τοῦ φοβεῖσθαι, ita dicitur, vt εἰδέναι ἀλαλαγμὸν, ἀλαλάζειν, *jubilare.* Vt in eo, *Beatus
populus qui ſcit jubilationem,* אשרי העם יודעי תרועה. μακάριος ὁ λαὸς ὁ εἰδὼς ἀλαλαγμόν.
Helleniſtæ, ὁ γινώσκων ἀλαλαγμὸν, eadem mente. Vt ſi hic, Γινώσκοντες οὖν τὸν
φόβον τοῦ Κυρίου dicas. quod eleganter Belgæ, *vvetende dan vvat het is den
Heere te vreeſen.* quod an Syrus quoque interpres ſatis expreſſerit, eruditi
℣ſ. 13. videant. Paulo poſt ſequitur, Εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, Θεῷ, εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν. qui
elegans plane euphemiſmus. quo ad Prophetarum ἐκστάσεις alludit: ideoque
addit, Θεῷ. adeo, vt Marci 3. ℣ſ. 21. ejuſmodi ἔκστασιν propinqui Domino
tribuant, de quo ibi pluribus: quemadmodum pſeudoprophetæ, παρεξε-
℣ſ. 16. στηκότες & πνευματοφόροι, dicuntur. Cum dicitur, εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρ-
κα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι γινώσκομεν, quanuis non ignorem, quomodo & in
carne, & tamen extra peccatum, hic vixerit Chriſtus, præter ea quæ ab
aliis dicuntur, κοινωνία nobis videtur. ac ſi dicat, εἰ δὲ καί τινες ἔγνωσαν κατὰ σάρ-
κα Χριστόν. Vt ſignificet, ne illis quidem, qui in terris viderunt Chriſtum, ita
nunc conſiderandum eſſe eum ac videndum: poſtquam, ſcilicet, ad ſummam
caro quoque ejus gloriam euecta eſt. Non aliter quam ſi, εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν, di-
xiſſet: vt ſi ipſe inter eos fuiſſet. quo nihil vſitatius. Fieri quoque poteſt, vt
& eos tangat obiter, qui omnia, aut plus quam par eſſet, ſolis iis tribue-
rent, qui in carne hic Dominum noviſſent: qui edentem, qui bibentem
vidiſſent: *quorum manus denique eum contrectaſſent,* vt Epiſtola 1. ℣ſ. 1. loqui-
tur Iohannes. Inter Apoſtolicas autem vrbanitates, merito referri κοινωνία
poteſt. Quod ignorare non poſſunt, qui in eo verſati ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Cap. III.

II. Ad Cor.

Locus, διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν, *& quæ arma illa.* ἀμφιδέξιοι, *&* ἀμφοτεροδέξιοι, *in bello commendati. Aſteropæus* περιδέξιος. *Ehud judex, ſcæuola. Locus,* οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν. στενοχωρεῖσθαι ἐν τοῖς σπλάγχνοις. στενοχωρεῖν τὸν ναόν. *Locus,* τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν, ὡς τέκνοις λέγω. *&c. quomodo redditus ab interpretibus.* τὴν αὐτὴν ἀντιμισθίαν, παραλλάξ. *Locus,* οὐ κατοχυρωθῆς τὰ πλέον στο τοῖς ἑτεροζύγοις. ἑτερόζυγα. *Locus,* ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς. *& quæ* ἐνοίκησις *intelligatur. Locus ab Apoſtolo obiter ac contracte adductus, ita vt nonnulla prætermittantur. Locus,* κἀγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς, *& an in ipſo Eſaia verba ea extent. Locus capite ſeptimo,* ἀλλὰ ζῆλον, ἀλλ' ἐκδίκησιν. ἐκδίκησις *Helleniſtis quid. Locus,* οὐχ ἕνεκεν τοῦ ἀδικήσαντος, οὐδὲ ἕνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος. ὁ ἀδικηθεὶς *quis, diſputatum ab aliis.* τοῦ ἀδικηθέντος, *quomodo dixerit Apoſtolus, & quid intelligat. Locus cap.8.* ὅτι ἐν πολλῇ δοκιμῇ θλίψεως ἡ περισσεία τῆς χαρᾶς αὐτῶν: *& quæ* χαρὰ, *ſiue gaudium intelligatur.* προθυμούμενοι, αὐθαίρετοι, ἑκουσιαζόμενοι. πληρῶσαι τὰς χεῖρας τῷ Κυρίῳ. *Locus,* εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν. ἁπλότης, *quæ hic virtus.* δαψιλεία. *Locus,* εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται. τὸ προκείμενον. στελλόμενοι τοῦτο, *& quomodo ab Apoſtolo vſurpetur. Locus,* εἴτε ὑπὲρ Τίτου· κοινωνὸς ἐμός. *mens loci.*

CApite ſexto cum dicitur, διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης, τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν, quæ ſint arma illa dextra ac ſiniſtra, aut quid ſibi velit cum de iis agit Apoſtolus, quæri video. Qui hoc præcipit haud dubio, vt qui in hac militant militia, quaſi ἀμφιδέξιοι, ſiue ambidextri ſint, & ad diaboli inſidias, quas μεθοδείας dixit alibi, auertendas, vtrinque parati. Notum autem celebrari eo nomine heroas maximos, quod ἀμφιδέξιοι, ſiue ἀμφοτεροδέξιοι, eſſent. Qualis Homeri Aſteropæus ille, quem περιδέξιον Poëta dixit. qui Iliados φ, Cap. VI. ℣ſ. 7.

ὁ δ' ὁμαρτῇ δούρασιν ἀμφὶς
Ἥρως Ἀστεροπαῖος, ἐπεὶ περιδέξιος ἦεν.

Quales nonnulli, inter quos Helleniſtæ, fuiſſe eos voluerunt, quorum Iud.20.16. fit mentio, qui *clauſa manu dextera jeciſſe lapidem,* dicuntur. Helleniſtæ ἀμφοτεροδεξίους dixerunt: cum ſcæuolas fuiſſe velint alii, quod ſiniſtra tantum vterentur manu. qualis Ehud ibid. c.3. ℣ſ.15. judex Iſraëlis. quem, vt ſuperiores, de quibus diximus, ἀμφοτεροδέξιον fuiſſe iidem Helleniſtæ volunt. Eodem capite cum ſequitur, οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν, στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν, mens eſt, *forte creditis,* στενοχωρεῖσθαι ὑμᾶς ἐν ἡμῖν, *me non totum patere vobis: ego viciſſim vobis dico, vitium hoc veſtrum eſſe, qui me non admittitis, vt debebatis.* Igitur, πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς: *dilatate vos: vt me viciſſim, quemadmodum oportet, toto pectore admittatis.* Ergo, Στενοχωρεῖσθε ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν, *contrahitis amorem illum quem mihi debebatis.* Notum quid מתמים Hebræis ſit. Στενοχωροῦνται, qui anguſte habitant aut agunt. quemadmodum Nyſſenus eleganter στενοχωρεῖν τὸν ναὸν, eos dixit, quos præ multitudine templum non capit: qui viciſſim στενοχωροῦνται ἐν τῷ ναῷ. Καὶ στενοχωρεῖ, inquit, ὁ λαὸς τὸν ναὸν, homilia Εἰς ἡμέραν τῶν Φώτων. Quid igitur B. Hieronymus volebat, vbi ad hunc notat locum, *non ex nobis ſermonis anguſtia, ſed quod validiorem vos non poteſtis audire doctrinam, ideo ex vobis cauſa procedit anguſtiæ?* Cum legitur, τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν, ὡς τέκνοις λέγω, mirum quid eruditis perſuaſerit, vt hæc verba ſic conciperent, *Loquor autem vt filiis de pari compenſatione:* ita enim recentior. Vetus, *Eandem autem habentes remunerationem.* quorum alterum, ni fallor, obſcurum, alterum, diuerſum, vel alienum. Eraſmus, *Eandem autem remunerationem (vt à filiis exigo) dilatemini & vos.* Legit enim, vt & vetus, τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν· ὡς τέκνοις λέγω· πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς. Mens eſt, λέγω δὲ ℣ſ. 12. ℣ſ. 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

II. Ad Cor. ὑμῖν ὡς τέκνοις, τὴν αὐτὴν ἀντιμισθίαν πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς. *Dico autem vobis, vt filiis, etiam vos viciſſim dilatamini.* vel, *dilatate veſtra viſcera.* Hoc eſt, *eundem exhibete affectum.* Cæterum τὴν αὐτὴν ἀντιμισθίαν, quod eruditos torſit (qua voce paulo aliter ad Rom. 1. 27. vſus eſt) idem eſt, quod παραλλὰξ Græci, Latini *viciſſim* dicunt. Hoc ergo voluit Apoſtolus, *Petere ac poſtulare ſe, tanquam à filiis, vel monere ſe, tanquam filios, vt viciſſim ſe ament: vt amore eodem reſpondeant: eandem exhibeant beneuolentiam: vt ſimili modo viſcera dilatent.* quod quid ſit, norunt, qui Hebraiſmum intelligunt.

℣ſ. 14. Eodem capite, & quidem ſtatim poſt hæc ipſa verba, ſequitur, μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες τοῖς ἀπίστοις. hoc eſt, μὴ ὁμιλεῖτε τοῖς ἀζύγοις: quos infideles nunc interpretatur. In Lege autem inuenerat Apoſtolus, οὐ κατοχεύσεις τὰ κτήνη σου τῷ ἑτεροζύγῳ. Leuit. 19. 19. (ἑτερόζυγα enim כלאים ſunt.) quod eſt, *animal tuum coire cum altero genere non facies.* Quæ vt fidelis ac infidelis differunt. nam & hi alterius ſunt quaſi generis. Quamquam vero non omnino errent, qui ex conſetudine Græcorum, ἑτερόζυγα, τὰ μὴ ὁμοζυγοῦντα, interpretantur (vt diuerſa animalia, quæ ſimul jugum ſubeunt, intelligantur) metuo tamen, ne alluſionis venuſtatem quæ inprimis hic ſpectanda, ſatis aſſequantur eruditi.

℣ſ. 16. Sequitur, ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς. Quæ præclari ſane ac vere diuini loci, quem ex Moſe adducit, interpretatio eſt. qui non niſi ex collatione recte intelligitur. E quo patet, hanc ἐνοίκησιν, ad Spiritus diuini præſentiam atque habitationem, eſſe referendam. quæ שכינה, vt ſæpius ex occaſione jam monuimus, Hebræis dicitur. cujus olim quaſi pignus ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου erat. Vnde & Græci locum hunc Leuit. 26. 11. ita reddiderunt, καὶ θήσω τὴν σκηνήν μου ἐν ὑμῖν, καὶ οὐ βδελύξεται ἡ ψυχή μου ὑμᾶς, καὶ ἐμπεριπατήσω ἐν ὑμῖν. cum in Hebræo ונתתי משכני ſit. vt hæc ipſa vox ſit à qua Spiritus diuini præſentiam, imo à qua σκηνὴν dixerunt Græci. Quæ Apoſtolus ad ſuum accommodauit tempus, cum ſimpliciter ἐνοίκησιν reddit: quod de hac præſentia, atque habitione, vt ante dixi, de qua nunc agimus, non ſemel ab autore hoc vſurpatur. vt Rom. 8. 11. διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ πνεύματος ἐν ὑμῖν. Item, τὴν καλὴν παραθήκην φύλαξον, διὰ πνεύματος ἁγίου τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ὑμῖν. 2 ad Timoth. Sed & obſeruandum, quod in ſcriptis Apoſtoli non ſemel jam notauimus, partem loci quem adducit obiter, ſic prætermitti. Ac ſi Hebraice adduceret hoc modo, ונתתי משכני בתוככם וגו': deinde autem, והתהלכתי בתוככם. media enim, καὶ οὐ βδελύξεται ἡ ψυχή μου ὑμᾶς, prætermiſit. Quæ tamen verba, licet minus huc quam reliqua ſpectare videantur, mirifice ad locum accommodat Chaldæus. qui, *& non abjiciet vos verbum meum*, eleganter tranſtulit. Quemadmodum & illa, κἀγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς, in ſequenti, quem adducit, Eſaiæ loco non leguntur: cum interpretationem loci potius, aut applicationem, ſpectent. In Eſaia legitur, Ἀπόστητε, ἀπόστητε, ἐξέλθετε ἐκεῖθεν, καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε, ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῆς, ἀφορίσθητε οἱ φέροντες τὰ σκεύη τοῦ Κυρίου. Apoſtolus autem, Διὸ ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, καὶ ἀφορίσθητε, λέγει Κύριος, καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε· κἀγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς. niſi quod aliquanto poſt Propheta addit, καὶ ἐπισυνάγων ὑμᾶς Θεὸς Ἰσραήλ.

Cap. VII. ℣ſ. 11. Capite ſequenti locus ille extat: Ἰδοὺ γὰρ αὐτὸ τοῦτο, τὸ κατὰ Θεὸν λυπηθῆναι ὑμᾶς, πόσην κατειργάσατο ἐν ὑμῖν σπουδήν; ἀλλὰ ἀπολογίαν, ἀλλὰ ἀγανάκτησιν, ἀλλὰ φόβον, ἀλλὰ ἐπιπόθησιν, ἀλλὰ ζῆλον, ἀλλ' ἐκδίκησιν. Vbi ἐκδίκησις, quam alias ἐλεγμὸν, aut ἔλεγχον, antiqui Fœderis interpretes, Helleniſtæ dicunt. Acris autem reprehenſio, ἐκδίκησις. quæ & ἐκδίκησις θυμοῦ Ezech. 5. 15. dicitur. quod interpretes pro נקם, *vindicta*, hic acceperunt. Vetus *vindictam*, recentior, *vindicationem*, reddidit.

℣ſ. 12. Paulo poſt, capite eodem ſequitur, ἄρα εἰ καὶ ἔγραψα ὑμῖν, οὐχ ἕνεκεν τοῦ ἀδικήσαντος, οὐδὲ ἕνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος. Vbi certiſſimum eſt, grauiſſimam fuiſſe Pauli reprehenſionem, qua ejus in Eccleſia flagitium, qui patris duxerat uxorem, initio quinti capitis ſuperioris exaggerauerat Epiſtolæ. Vt mirum minime eſſet, vehementer perculſos ea reprehenſione atque afflictos eorum animos fuiſſe. Præclare autem magnus Chryſoſtomus

ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ad eum notat locum, peculiari plane modo Corinthios affari de hoc crimine Apoſtolum, ac ſi dicat. Non enim quiſquam hunc mœchatum, aut illum, Cor. II. Ad ſed in veſtra factum id Eccleſia, dicet. nec tam ejus qui peccauit, aut peccati, quod commiſſum eſt, quam veſtri ratio habetur. Omnes enim ſic polluti quaſi ac fœdati eſtis. Ideoque, ὡς οἷόν τε, κοινοῦ τοῦ ἐγκλήματος τὸ ὄνειδος, inquit. hoc eſt, *ad illos quoque, quantum poteſt, crimen illud pertinere oſtendit.* Quare? quia curam illorum ſollertiſſime gerebat: quia, quod commiſſum in Eccleſia hac fuerat, ad vniuerſam pertinere intelligebat. quam ἄμωμον & extra ſcandalum volebat eſſe. Ideoque ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία, non, vt recte obſeruat idem, διὰ τί ὁ δεῖνα ἐπόρνευσεν; dixit. Certe enim, ſi in ea vrbe tantum in qua tot fœdiſſima ac ſine exemplo flagitia committebantur, non autem in Eccleſia, patratum facinus fuiſſet, (quis enim deteſtandam ejus gentis luxuriem lubidinemque ignorat, qui vel Comicos antiquos legit: quas nondum ſine dubio horrendus ille Romanorum ignis expiauerat?) ne mentionem quidem forte ejus criminis feciſſet: nec vt traderetur Satanæ mandaſſet, qui in cenſu patrimonioque ejus jam erat. Quare tam acerbe ergo ac ſollicite, de eo primum qui deliquerat, deinde & de delicto illo ſcripſit? Cauſam ibi idem, quem jam diximus, præclare reddit, ἵνα μὴ ὡς ἀλλότριοι πάντη τῆς λειτουργίας ὄντες, ῥαθυμήσωσιν, ἀλλ' ὡς τοῦ κοινοῦ πληγέντος, καὶ τῆς ἐκκλησίας διαβληθείσης, οὕτω γένωνται ἐναγώνιοι. *ne, quaſi ea res ad eos tanquam exteros non ſpectaret, negligenter agerent, ſed vt Eccleſiam accepiſſe vulnus, ac calumniæ expoſitam, non ignorarent, ideoque ſe certamini accingerent.* Cauſam reddit hic Apoſtolus, cum ait ſe, οὐχ ἕνεκεν τοῦ ἀδικήσαντος, οὐδὲ ἕνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος, ſed ob ſingularem curam ſtudiumque erga Eccleſiam eorum, ſcripſiſſe. Scripſiſſe, ne ſerperet contagium, ſcripſiſſe ne ad plures perueniret morbus, ne exemplo aliis noceret. Quis ergo ὁ ἀδικηθεὶς eſt, aut quare tantam ejus curam Apoſtolus hic gerit? Pater ejus, inquiunt, qui eam duxit poſtea. Quomodo ἀδικηθεὶς, autem, ſi jam amplius non erat? Nam ſuperſtite eo factum id quis credat? quod videntur velle, qui ab eo raptam dicunt. Theophylactus cæterique Græci, ἀδικήσαντα & ἀδικηθέντα, eos qui facinus commiſerant, dici voluerunt. Sed, quomodo ἀδικηθεὶς, de fœmina? Dixit enim ſupra Apoſtolus, illum ἀδικήσαντα patris conjugem dixiſſe. Et tamen diſerte apud eos legas, τίς ὁ ἀδικήσας, καὶ τίς ὁ ἀδικηθείς; οἱ πεπορνευκότες. ἠδίκησαν γὰρ ἑαυτοὺς, καὶ ἠδικήθησαν ὑφ' ἑαυτῶν. *Quis qui injuriam fecerat? quis cui facta? qui ſcortati erant. Mutuo enim inter ſe & fecerant injuriam & paſſi erant.* Græci certe nihil intentatum hic quidem reliquerunt. Adde, quod nuſquam de injuria patri facta Apoſtolus expoſtulauit. quanuis quodammodo & illi factam conſtet. Quid ſi autem, non, τὸν ἀδικηθέντα, hoc eſt, eum qui injuria affectus erat, ſed τὸ ἀδικηθὲν, quod commiſſum erat, ſiue ipſum crimen, intelligit? Scortationem ipſam, ipſum inceſtum, dico. De qua πορνεία nunquam ſic ſcripſiſſet, niſi in Eccleſia commiſſa eſſet. Quod de peccatoribus enim, de quibus hic agitur, ab antiquis dicitur Theologis, de peccato quoque dici poteſt: οὐ πρωτοτύπως ἕνεκεν ἐκείνων ὑμῖν ἔγραψα, ἀλλ' ἕνεκεν ὑμῶν αὐτῶν, ἀσφαλιζόμενος ὑμᾶς, μή πως ὁδῷ βαδίζον καὶ εἰς ὑμᾶς ἔλθῃ τὸ κακόν. *Non primario propter ipſos vobis ſcripſi* (qui peccatum commiſerunt nempe) *verum veſtra cauſa, quibus ita caueo, ne ſic ſerpat atque etiam ad vos perueniat hoc malum: cum fermenti parum, totam,* inquiunt, *fermentet maſſam.* Eo enim hic vtuntur loco. Idem multis Chryſoſtomus & Theophylactus, qui exemplo hoc confirmat. Vt cum dixit, inquit, Apoſtolus, *Nunquid Deus curam gerit boum, non hoc dicit, quod Deum nulla cura tangat boum, ſed quia non præcipue propter hos ſanxit leges.* Quare amplius de loco cogitandum videbatur. Ita autem mens eſſet, *Nec primario illius qui peccauit, aut peccati cauſa, quod commiſſum eſt, quanuis vtrunque deteſtandum ſit, hæc ſcripſi, ſed vt cura, quam pro vobis gero, manifeſta vobis coram Deo fiat.* Capite octauo ſtatim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

II. Ad Cor. Cap. VIII. ℣ſ. 2. locus ille occurrit, ὅτι ἐν πολλῇ δοκιμῇ θλίψεως ἡ περισσεία τῆς χαρᾶς αὐτῶν, καὶ ἡ κατὰ βάθους πτωχεία αὐτῶν ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν. Vbi gaudium, ſiue χαρὰν, intellige, non illam, quæ affectus eſt, interque affectus ponitur, vt notum, ſed virtutem, quam iis tribuit ſcriptura, qui προθυμούμενοι, qui αὐθαίρετοι, qui ἑκουσιαζόμενοι, ab Helleniſtis dicuntur. Tales autem, qui lubentes hilareſque, qui ſponte donant & cum gaudio. quales, qui ad ædificationem olim templi, nunc ad ſuſtentationem pauperum, hoc eſt, membrorum Chriſti, ſponte ſua hilareſque conferunt quæ habent. De qua virtute multa, cum alibi, tum 1 Paralip. 29. in diuina illa cum oratione, tum precatione Dauidis, habes. vbi, qui gaudio liberalitatis diuinitus ſunt præditi, προθυμούμενοι πληρῶσαι τὰς χεῖρας αὐτῶν τῷ Κυρίῳ, *cum voluptate implere manus ſuas Domino*, Hebraiſmo notiſſimo, & ἑκουσιάζεσθαι, dicuntur. *Nam quis ego*, in precatione ſua cum ingenti gaudio exclamat Rex, *& quis populus meus, vt obtineamus vires* τοῦ ἑκουσιάζεσθαί σοι οὕτως? Quemadmodum & eadem virtus cap. eodem ἑκουσιασμὸς dicitur. vbi & gaudium, de quo hic agit Apoſtolus, exprimitur. *Lætatuſque eſt*, inquit, *populus* ἐπὶ τῷ ἑκουσιασμῷ. Sed & eodem forte in loco mentem habebat autor, cum adderet, εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν. ſequitur enim, καὶ ἡ κατὰ βάθους πτωχεία αὐτῶν ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν. Ibi autem idem Rex ac Regius Propheta ℣ſ. 17. Καὶ ἔγνων, Κύριε, ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐξετάζων καρδίας, καὶ ἀγαπῶν δικαιοσύνην· καὶ ἐγὼ ἐν ἁπλότητι καρδίας μου ἐξεκουσιάσθην ταῦτα πάντα. Porro, in eo qui ſponte donat, nihil magis quam cor rectum, & ab omni auaritia inprimis alienum ac ambitione, ſpectatur. quam virtutem idem Regius Propheta ישר, hoc eſt, *rectitudinem*, Helleniſtæ ἁπλότητα, *ſimplicitatem*, dixerunt. Quare mihi quidem, nihil opus illa Græcorum interpretatione videtur, qui δαψίλειαν habere hic locum arbitrantur. Ita enim veteres Theologi, ſeu Scholiaſtæ, εἰς πλοῦτον ἁπλότητος, τουτέστι δαψιλείας· ὡς εἰ ἔλεγεν, ὢ τοῦ παραδόξου, ἡ πτωχεία εἰς δαψιλῆ πλοῦτον οὐ μόνον ὑπούργησεν, ἀλλὰ καὶ ἐπερίσσευσεν. quæ tanti nobis non ſunt, vt magna eorum ratio habenda videatur. neque enim δαψίλειαν, ſeu prolixitatem in ſumptu, ſed, quod fatetur ipſe, προθυμίαν, ſiue hilaritatem animi, conſiderat. Quomodo autem δαψίλειαν in illis, quorum βάθος τῆς πτωχείας, ſiue, extremam paupertatem, commemorat? Et an non δαψίλειαν diſſuadet potius, cum inquit, οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις ἄνεσις, ὑμῖν δὲ θλίψις: *non vt bene aliis, vobis male ſit?* In eo autem qui multum non habet, quomodo δαψίλεια, niſi quæ, pro tenuitate ejus & animo, ſic dicitur? Gloſſæ veteres, Δαψιλῶς, *impenſe, large, largiter, prolixe, adfatim, abunde.* Nec Latini ea voce abſtinent: vt cum *dapſiles ſumptus* dixit Comicus. quemadmodum & in illo capitis ſequentis loco, ℣ſ. 11. cum ἐν παντὶ πλουτιζόμενοι εἰς πᾶσαν ἁπλότητα, verſu item 13. cum ἁπλότητα τῆς κοινωνίας, dixit, nihil aliud quam requiſita virtus in communicandis iis, quæ donauit Deus, intelligenda eſt. In eo quippe, qui per ſe, qui ſponte donat, etiam, vt gratis, vt libenter, vt hilariter, vt ſine vlla oſtentatione donet, vel inprimis requiritur. quæ omnia τὸ ישר, rectitudo illa, quæ ἁπλότης Helleniſtis, complectitur. Neque video, cur in eo Iacobi loco, εἰ δέ τις ὑμῶν λείπεται σοφίας, αἰτείτω παρὰ τοῦ διδόντος Θεοῦ πᾶσιν ἁπλῶς, eodem modo δαψιλῶς interpretati quidam ſint, cum ἁπλῶς ſimpliciter ἅπαξαπλῶς eſſe poſſit: de eo, ſcilicet, qui, nullo excepto, ſua quibus viſum eſt libenter confert. Recentior, *benigne.* non male fortaſſis. vetus *affluenter*. Longe interim aliud ἁπλότης, aliud δαψίλεια. ſimplicitatem enim, vt alias, ita hic, non multitudo conferentis, ſed τὸ ἀποίκιλον καὶ ἀνενδοίαστον, vt Clemens loquitur Alexandrinus, commendat. Eodem capite & illud legi-
℣ſ. 12. tur, Εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται, καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις, εὐπρόσδεκτος, οὐ καθὸ οὐκ ἔχει. Vbi, quid voluerit Apoſtolus, intelligo, quid interpretes, vix aſſequor. quorum recentiſſimus hæc ita concipit: *Etenim ſi prius adſit promptus animus, aliquis acceptus eſt pro eo quod habet, non pro eo quod non habet.* Cum hoc dicat Apo-

ſtolus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ſtolus, *quanuis enim primum locum promptus obtineat animus, quiſque pro eo quod*
habet, non pro eo, quod non habet, acceptus eſt. Vt dicat, quanuis Deus primo ſpe- II. Ad Cor.
ctet animum, vim quoque ac rationem facultatum ſpectat: neque προθυμίαν,
ſiue promptum ſupra facultatem animum, requirit, exigitue. qui ex eo quod
adeſt, non ex eo quod non adeſt, æſtimatur. Non enim in diuite eodem modo
& in paupere. quales erant Macedones, de quibus agit. Προκεῖσθαι autem ita
dicitur, vt cum Græci προκείμενον γράμμα, τὸ πρῶτον, ſiue, *primam literam*, προ-
κειμένην dicunt. Τὸ εἰ autem, vt in eo, *Nam ſi ego digna hac ſum contumelia ma-*
xime, At tu indignus qui faceres tamen. hoc eſt, *quanuis*. Et hoc quidem mo-
do optime cohæret locus. *Nunc vero idem,* inquit, *luculentam voluntatem ve-*
ſtram, benignumque animum, etiam facto ac reipſa, Deus perficit. vt, ſicut prom-
pta adfuit voluntas, ita nunc ipſum perficere adſit: ex eo, ſcilicet, hoc eſt, *pro eo,* ſiue,
pro ratione ejus, quod habetis. Quanuis enim præcipue promptus ſpectetur animus,
primumque obtineat locum apud Deum, quiſque pro eo quod habet, non pro eo quod
non habet, acceptus eſt. Non enim hoc dico, vt iis qui de paupertate nunc querun-
tur, per vos bene ſit, vobis autem, male. Id autem fit, vbi προθυμία, ſiue promptus
animus, facultates excedit: quod non vult Deus, qui datorem quidem
hilarem, pro ratione tamen facultatum, amat & requirit. cæterum, τὸ εἰ,
etiam Apoſtolo ſic vſurpari norunt, quibus vel in mente illud cap. 13. ℣ſ. 4.
vnquam fuit, Καὶ γὰρ εἰ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ. Capite eodem
etiam illud legitur, στελλόμενοι τοῦτο, μή τις ἡμᾶς μωμήσηται ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ τῇ
διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν, πρὸς τὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου δόξαν καὶ προθυμίαν ὑμῶν. ℣ſ. 20.
μενοι τοῦτο, non aliud quam φοβούμενοι τοῦτο. Vt Malach. 2. 5. καὶ ἔδωκα αὐτῷ φό-
βῳ φοβεῖσθαί με, καὶ ἀπὸ προσώπου ὀνόματός μου στέλλεσθαι αὐτόν. vbi τὸ נחת ita Helle-
niſtæ expreſſerunt. Eodem capite & locus ille legitur, Συνεπέμψαμεν δὲ ℣ſ. 21.
αὐτοῖς ἀδελφὸν ἡμῶν, ὃν ἐδοκιμάσαμεν ἐν πολλοῖς, deinde, Εἴτε ὑπὲρ Τίτου, κοινωνὸς ℣ſ. 23.
ἐμὸς &c. Hic autem locus ille eſt, quem ἀσύμφωνον omnino, nec hærere, vir
eruditiſſimus pronunciat. Recentior interpres, etiam ſolœcis plurimis ſca-
tere voluit, ſi proximis jungantur quæ ſequuntur. qui, quod nolim, ἐξετά-
ζεται intelligit: vt ſit, εἴτε ὑπὲρ Τίτου ἐξετάζεται. redditque, *Siue de Tito quæri-*
tur, ſocius meus eſt, &c. Quare rem expediamus. Græcis ac Romanis vſita-
tum, vt τῷ *ſin* & *ſiue*, ſi præſertim repetatur, ἀποτόμως vtantur. Cicero ad At-
ticum lib. 16. Epiſt. 13. *Veruntamen, ſi pares æque inter ſe, quieſcendum; ſin, la-*
tius manabit. & ita paſſim. Quomodo & Ariſtophanes alibi τῷ εἴτε vtitur. ac ſi
dicat, εἴτε ὑπὲρ Τίτου· κοινωνὸς ἐμὸς καὶ εἰς ὑμᾶς συνεργός· εἴτε, ἀδελφοὶ ἡμῶν, ἀπόστολοι
ἐκκλησιῶν, δόξα Χριστοῦ. *ſiue, quod ad Titum; ſocius meus eſt, & apud vos adjutor:*
ſiue, (quod ad cæteros nimirum) *fratres noſtri, Apoſtoli eccleſiarum, gloria Chri-*
ſti ſunt. Quis autem dicat, εἴτε ὑπὲρ Τίτου, εἴτε ἀδελφοί? quod cum ferri non
poſſe ipſi viderent, bis à ſuo ἐξετάζεσθαι ſubſidium hic petierunt. quaſi hoc
Apoſtolus vellet, εἴτε ὑπὲρ Τίτου ἐξετάζεται, deinde, εἴτε ἀδελφοὶ, hoc eſt, εἴτε
ἀδελφοὶ ἐξετάζονται. quod metuo ne inconcinnum Græce Latineque doctis
videatur. Quid autem ſimplicius hoc ipſo quod jam dixi? εἴτε ὑπὲρ Τίτου·
κοινωνὸς ἐμὸς, &c. εἴτε ὑπὲρ τῶν ἄλλων· ἀδελφοὶ ἡμῶν. Nam præceſſit πεποιθήσει πολλῇ
τῇ εἰς ὑμᾶς. *Fiducia magna, quam de vobis concipio.* Συνεπέμψαμεν δὲ αὐτοῖς τὸν ἀδελ-
φὸν ἡμῶν, inquit, ὃν ἐδοκιμάσαμεν ἐν πολλοῖς πολλάκις σπουδαῖον ὄντα, νυνὶ δὲ πολὺ σπου-
δαιότερον, πεποιθήσει πολλῇ τῇ εἰς ὑμᾶς· εἴτε ὑπὲρ Τίτου· κοινωνὸς ἐμὸς, καὶ εἰς ὑμᾶς συνερ-
γός· εἴτε, ἀδελφοὶ ἡμῶν, ἀπόστολοι ἐκκλησιῶν, δόξα Χριστοῦ. *Miſimus autem cum illis*
fratrem noſtrum, quem ſæpe in multis ſedulum experti ſumus: nunc autem multo
magis, propter magnam quam de vobis concepit fiduciam. Siue quod ad Titum: qui
ſocius meus & apud vos adjutor: ſiue, (quod ad alios) *fratres noſtri, Apoſtoli Ec-*
cleſiarum, gloria Chriſti ſunt. Quanuis ſciam & paulo aliter diſtingui poſſe,
εἴτε ὑπὲρ Τίτου, εἴτε, ἀδελφοὶ, ἡμῶν. Vt de ſe quoque Apoſtolus loquatur: *Siue*
quod ad Titum, ſiue quod ad nos, fratres. Siue quod ad Titum ſpectat, ô fratres,
ſiue

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

II. Ad Cor.

ſiue quod ad nos; Titus ſocius meus, & apud vos adjutor: nos Apoſtoli Eccleſiarum, gloria Chriſti ſumus. vt, quemadmodum, εἴτε ὑπὲρ Τίτου, ſic, εἴτε ὑπὲρ ἡμῶν, dicatur. vtro modo diſtinguas, plana res & expedita. Quanquam nec initio verſus qui præcedit, cum dicitur, Προνοούμενοι καλὰ, οὐ μόνον ἐνώπιον Κυρίου, ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον ἀνθρώπων, cum recentiori, *Vt qui procuremus honeſta*, ſed potius, *Prouidentes*, ſiue, *ſperantes bona, non ſolum coram Deo, ſed & coram hominibus*, dicam: vt ita, προνοούμενοι, προνοούμενοι δὲ, ſit. Sed, ne legatorum quidem nomen, pro Apoſtolis, hic placet, cum dicitur, *ſiue de fratribus noſtris, legati ſunt eccleſiarum.* cum præſertim Apoſtolorum voce, etiam Iuriſconſulti & Romani ſcriptores vtantur. Quomodo autem ea vtantur, jam ſupra diximus. neque eſt cur hoc nomen, quod paginam vtranque hic facit, peregrinum nobis videatur.

Cap. IV.

Locus, ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτης τῆς καυχήσεως. ὑπόστασις. καύχησις ἐν ὑποστάσει. *præfidens gloriatio. ſubſtantia. in hac parte.* εὐλογία *quid, cum* τὴν προκατηγγελμένην εὐλογίαν, *dixit. Locus,* καὶ αὐξήσαι τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν. *quid* γέννημα, *quid* τόκος. *Loci duo aliter diſtinguendi, & à ſolæco vindicandi.* ἀπὼν δὲ θαῤῥῶ, *&,* δέομαι δὲ μὴ θαῤῥῶν, *quomodo intelligenda.* λογισμοὺς καθαιροῦντες, *& an ita legendum. quid ſit* λογισμοὺς καθαιρεῖν, *quod diuerſum. Locus,* καὶ πᾶν ὕψωμα. ὕψωμα *quid. peccatum* ἐν χειρὶ ὑπερηφανίας *dictum: quod & tragelaphus* χηλίασις *à Canoniſtis dicitur. & quale illud.* ὑπερεκτείνειν *quid. longos imitari.*

Cap. IX. vſ. 4.

CApite ejuſdem Epiſtolæ 9. extat locus ille: Μήπως &c. καταισχυνθῶμεν ἡμεῖς, ἵνα μὴ λέγωμεν ὑμεῖς, ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτης τῆς καυχήσεως. Vbi quænam illa ſit καυχήσεως ὑπόστασις, cujus autor ſanctus hic meminit, quærunt eruditi. Atque ego quidem, ὑπόστασιν nonnunquam eſſe non ignoro, quod Hebræi משא, Græci ἄχθος dicunt. quemadmodum nec illud, gloriationem aliis moleſtam, ἐπαχθῆ & φορτικὴν, nonnunquam dici. vt & illud quod graue eſt. quomodo 1. Deut. 12. vſurpaſſe id Helleniſtæ videntur. Πῶς δυνήσομαι μόνος φέρειν τὸν κόπον ὑμῶν καὶ τὴν ὑπόστασιν; Obſtat vero, quod non de ſe hic Apoſtolus, ſed de Corinthiis, ſe gloriatum ait. A quibus ne fallatur, monet. Videndum ergo, an non hic ὑπόστασις, quod מעמר Hebræis. vt in illo, Ἐνεπάγην εἰς ἰλὺν βυθοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. Vt ita καύχησις ἐν ὑποστάσει, vel ὑπόστασις καυχήσεως, ea ſit, quæ fundamentum habet, aut habere videtur. vt, ὑποστατικὴ καύχησις, *fundata*, vt ſic dicam, *gloriatio* ſit: quæ ne ἀνυπόστατος fiat, monet nunc Apoſtolus. ea autem de qua nunc agitur, Corinthiorum προθυμίᾳ ac benignitate nitebatur. vt non tam de præfidenti gloriatione, quam de certiſſima, vt videbatur, quæ ab illis tamen dependebat, ſanctus autor agat. Quid ergo, quod de ſubſtantia interpres vetus: qui τὸ καυχήσεως, vnde alterum dependet, prætermiſit? Ita enim ille: *ne erubeſcamus nos, (vt non dicamus vos) in hac ſubſtantia.* quanquam veroſimile eſt in MS. quo tum vſus fuit, non comparuiſſe cætera. Quis enim ita leuiter hic defungatur, vt præcipuum non addat, è quo alterum dependet? Et Ambroſium quis non miretur, qui tantum, *in hac parte*, reddidit? *Ne cum venerint mecum Macedones, & inuenerint vos imparatos, erubeſcamus nos, vt non dicam omnes vos, in hac parte.* quod, non hoc, quem interpretatur, loco, verum præcedenti, tertio, nimirum, verſu legitur. ἵνα μὴ τὸ καύχημα ἡμῶν τὸ ὑπὲρ ὑμῶν, κενωθῇ ἐν τῷ μέρει τούτῳ. Græci Scholiaſtæ, forte nec peſſime, ἐν τῇ ὑποστάσει, φησὶ, ταύτης τῆς καυχήσεως· ὡς εἰ εἶπεν, οὐκ ἀλλαχοῦ καταισχυνθῶμεν, ἀλλ' ἐν μόνῃ τῆς ἐλεημοσύνης καυχήσει. *ac ſi dicat, non alibi pudefiamus, niſi in ſola hac de eleemoſyna gloriatione.* quaſi *de præſenti gloriatione*, dicas. Interim ὑπόστασις, vt dixi, quaſi fundamentum rei eſt: vt in liquore quod ſubſidit. Ὑπόσταθμη vulgo. vt fraces in oleo, fæces in vino. Gloſſa-

rium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

rium vetus, τ' πόςασις ἐλαίου, *fraces, fæces.* In cæteris, quo ſingula nituntur. II. Ad
quod Hebræi ea voce exprimunt quam dixi. Eodem capite cum legitur, Cor.
Ἀναγκαῖον οὖν ἡγησάμην παρακαλέσαι τοὺς ἀδελφοὺς, ἵνα προέλθωσιν εἰς ὑμᾶς, καὶ προ- ℣ſ. 5.
καταρτίσωσι τὴν προκατηγγελμένην εὐλογίαν ὑμῶν, vix dubitandum videtur, quin
εὐλογία hæc talis, qualis illa Abigaelis ſit: quæ munera ſua ſponte à ſe Da-
uidi oblata, ex Helleniſtarum interpretatione, εὐλογίαι 1 Sam. 25. 27. dixit. Καὶ
νῦν λάβε τὴν εὐλογίαν ταύτην, ἣν ἐνήνοχεν ἡ δούλη σου τῷ Κυρίῳ μου. Eodem capite
cum legitur, καὶ αὐξήσαι τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ἡμῶν, nobiliſſimum Oſeæ lo- ℣ſ. 10.
cum, ἕως τοῦ ἐλθεῖν ὑμῖν γεννήματα τῆς δικαιοσύνης, Helleniſtarum verbis expreſſiſſe
videtur. cum in Hebræo ſit, *donec veniat & doceat vos juſtitiam.* Notum au-
tem, quod & de tempore heroum Græci notant, Patriarchis veteribus ſan-
ctiſque, rem omnem in pecudibus fuiſſe. quorum γεννήματα tum loco fœ-
neris, ſeu τόκου, erant. Nam hoc vere γέννημα, ſeu τόκος: quod ad nummum
poſtea tranſlatum eſt: ſicut poſtea pecunia, & γέννημα pecuniæ, excogitatum
eſt. τὰ γεννήματα δικαιοσύνης, recte *fœtum juſtitiæ*, quis dixerit. quemadmodum
fœtus pecuniæ, eſt fœnus. Neque ab hac ſententia recedit Kimchius, qui
notat, *Quicquid meſſueritis in hoc ſæculo, gratia erit, donec veniat in futurum
ſæculum, & projiciat vobis ſortem: vt dixerunt Doctores noſtri p.m. Quam multa
ſunt præcepta, quorum fructus homo comedit in hoc ſæculo, & fructus permanet ei
in futurum!* Vnde apparet, quonam referenda ſint quæ mox ſequuntur, Ἐν
παντὶ πλουτιζόμενοι. ad ſuperiora illa, nempe, ἵνα ἐν παντὶ πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν
ἔχοντες, περισσεύητε εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν. &c. ἐν παντὶ πλουτιζόμενοι. Quæ præcedunt
enim, cum ſcripturæ loci ſint, eorumque interpretatio, ideoque & παρενθήκη,
more Apoſtolo plerunque vſitato, vt ſolœcus ſic vitetur, includenda ſint,
non video cur quidam eum hic admittant aut non ſatis efficaciter excuſent.
qui ab ipſis quoque Patribus, niſi hoc aut ſimile adhibeatur remedium,
non raro committitur. Exemplo ille Athanaſii de natura à Domino ſuſ-
cepta, locus ſit, Ὁ δεσπότης τοῦ οὐρανοῦ ἐν ὁμοιώματι ἡμῶν γέγονε, καὶ ἔλαβε τὸν ἀνθρώπινον
θρόνον Δαβὶδ, τοῦ κατὰ σάρκα πατρὸς αὐτοῦ, εἰς τὸ ἀνοικοδομῆσαι καὶ ἀνορθῶσαι αὐτὸν, ἵνα, ὅταν
ἀνορθωθῇ, πάντες βασιλεύσωμεν· παραδοὺς τὴν ἀνθρωπίνην βασιλείαν κατορθωμένην τῷ
πατρί. Manifeſtum enim, τὸ παραδοὺς, ad priora referendum: illa autem, εἰς τὸ
ἀνοικοδομῆσαι, & quæ ſequuntur, includenda eſſe. Diſtingue igitur hoc modo:
ἵνα ἐν παντὶ πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες, περισσεύητε εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν (καθὼς
γέγραπται, Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα· ὁ δὲ ἐπιχο-
ρηγῶν σπέρμα τῷ σπείροντι, καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν, χορηγήσαι καὶ πληθύναι τὸν σπόρον ὑμῶν, καὶ αὐ-
ξήσαι τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν) ἐν παντὶ πλουτιζόμενοι εἰς πᾶσαν ἁπλότητα. Quod
qui in Paulo miratur, hoſpitem in eo ſe profitetur: nec rejiciendus hic Valla.
Eodem capite legitur, Διὰ τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύτης δοξάζοντες τὸν Θεόν. Vbi de ℣ſ. 13.
ſolœco ſollicitos fuiſſe etiam recentiores, vel ex iis quæ de Hebraiſmo an-
notarunt ſatis patet: cujus tamen rationem hic non expreſſerunt. Nam quæ
ex Thucydide, ne locum quidem habent. neque metuendum, ne vel σόλοι-
κα, vel ὑποσόλοικα, vel σολοικοφανῆ Atticorum exprimat Apoſtolus. Nec nos
ignoramus, quid hic dici poſſit. nihil vſitatius nimirum eſſe, quam vt beno-
ni, quod paſſim obuium, cum ellipſi verbi ſubſtantiui, præſentis loco po-
natur: quemadmodum nec vſitatior ellipſis vlla, quam vt hoc prætermitta-
tur. ac ſi dicat, Διὰ τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύτης δοξάζοντές εἰσι τὸν Θεόν: quæ & ſic
forte melius junguntur: cum nunc, etiam diſtinctione noui verſus ſeparen-
tur. Tale eſt illud Rom. 9. 28. Λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ. Inter-
pres Vetus, *Verbum enim conſummans & abbreuians in æquitate.* vt ſit, συντελῶν
ἐστι, συντέμνων ἐστι. Ita hic. quod vt obtineatur, ita diſtinguendum, vt diximus.
Capite decimo ab Apoſtolo dicitur, Δέομαι δὲ τὸ μὴ παρὼν θαῤῥῆσαι τῇ πεποιθήσει, Cap.
ᾗ λογίζομαι τολμῆσαι ἐπί τινας τοὺς λογιζομένους ἡμᾶς ὡς κατὰ σάρκα περιπατοῦντας. Vbi X.
quomodo, vt eruditi volunt, ab Apoſtolo repetitur, quod ante dixit, ſi ℣ſ. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

II. AD COR. aliud jam dicit? Præceſſit ἀπὼν ἢ θαῤῥῶ. nunc autem παρὼν ait. Quomodo
igitur idem dicit? & cur dixit, ὅτι θαῤῥῶν, ſi ab iis petit τὸ μὴ θαῤῥῆσαι? Neque
opus eſt, vt cum Eraſmo, quæ præcedunt ad poſtrema capitis, quod an-
teceſſit, referantur. Quæ eruditus interpres ita reddidit: *Hoc autem rogo, ne*
præſens confidenter agam, fiducia, qua exiſtimor audax fuiſſe in quoſdam, qui
de nobis exiſtimant, quaſi ſecundum carnem incedamus. An ergo hoc voluit, *Ab-*
ſens confidenter ago ac rogo, ne præſens id facere cogar, ne præſens confidenter agere
cogar? Noui, qui μὴ παρὼν, idem quod ἀπὼν eſſe vellet. Δέομαι δὲ τὸ, μὴ πα-
ρὼν θαῤῥῆσαι. Vt mens ſit, *Precor autem, vt abſenti confidenter agere vobiſcum*
liceat, hac fiducia, qua aduerſus quoſdam vti ſtatui, qui ſecundum carnem am-
bulare nos exiſtimant. Plana ſententia & expedita: quam ſequentia con-
firmant. Et Syrus, τὸ λογίζομαι, vix aliter priori quam poſteriori loco ac-
cepit. quomodo & poſtea in ſequentibus accipiendum. licet cætera paulo
℣ſ. 4. aliter. Eodem capite, Τὰ γὰρ ὅπλα τῆς ςρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ
Θεῷ, πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων, &c. Λογισμοὺς καθαιροῦντες. Vbi legiſſe etiam
veteres καθαίροντες, ad Concilii 7. Oecumenici Canonem 22. notant inter-
pretes Zonara & Balſamo. Quam lectionem ſine cauſa rejicere non auſim.
neque opus erat, vt interpretes iterum de ſolœciſmo ſolliciti, *euertendo*
redderent, ne, *euertentes*, male cohæreret. Atqui dixerat Apoſtolus, Ἐν
σαρκὶ γὰρ περιπατοῦντες, οὐ κατὰ σάρκα ςρατευόμεθα. Cui nunc ſubjungit, λογισμοὺς κα-
θαίροντες, quod eſt, *cogitationes purgantes*, non autem, *ratiocinationes euertendo.*
vt Paulino more cum inſerta, ſiue παρενθήκη legatur locus. Ἐν σαρκὶ γὰρ περι-
πατοῦντες, οὐ κατὰ σάρκα ςρατευόμεθα (τὰ γὰρ ὅπλα τῆς ςρατείας ἡμῶν, οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυ-
νατὰ τῷ Θεῷ, πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων) λογισμοὺς καθαίροντες. Longe autem
aliud, καθαίρειν & καθαιρεῖν, eſſe ſciunt, qui λογισμοὺς, etiam in Sacris, τῶν ἐν μέσῳ
κειμένων, hoc eſt, ex iis, quæ vtroque modo, nec in malam tantum partem
vſurpantur, eſſe ſciunt. quemadmodum & Hebræorum חשב, quod λογισμὸν
Helleniſtæ reddiderunt. De quo Theophylactus cum non ſatis cogitaret,
vt videtur, ad Græcorum ſyllogiſmos id rettulit. Haymo: *philoſophorum &*
dæmonum conſilia, interpretatus eſt. Atqui, λογισμοὺς καθαίρειν, eo modo di-
ctum, quo, καθαίρειν τὴν συνείδησιν, autor ad Hebræos c. 9. ℣ſ. 14. dixit. Et Apo-
ſtolus cap. 2. ad Rom. ℣ſ. 15. τὴν συνείδησιν καὶ τοὺς λογισμοὺς conjungit. συμμαρ-
τυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως, καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων, ἢ καὶ ἀπολογου-
μένων. (quemadmodum τῆς συνειδήσεως tres nonnulli è Theologis fecere par-
tes, vt aliquid teſtetur factum, vt excuſet vel accuſet facta, vt impellat ad
agendum.) quæ non magis καθαιρεῖσθαι quam οἱ λογισμοὶ, vtraque autem,
vt & mens humana, optime καθαίρεσθαι dicuntur. Si quis tamen, quia ſequi-
tur, καὶ πᾶν ὕψωμα, alterum malit, judicio hic ſuo fruatur. Quanquam ſane,
qui cogitationes purgat, etiam faſtum καὶ τὸ ὕψωμα καθαίρει, quod ibi naſci-
tur. vt ſi purgare ſordes dicamus, cum ſubjectum in quo ſunt, purgatur:
aut, ſi de Ezechia, qui Paralipom. 2. 32. 26. humiliaſſe ſe ἀπὸ τοῦ ὕψους, ſiue
τοῦ ὑψώματος τῆς καρδίας αὐτοῦ, dicitur, ὅτι ἐκάθηρε τὸ ὕψωμα τῆς καρδίας dicas.
℣ſ. 5. יכנע בגבה לבו. Cum autem dicitur, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως Θεοῦ,
recte τὸ ὕψωμα de effræni ſapientia, quæ ſupra Chriſtum ſe attollit, accipitur.
vt ſit מרום. Quanquam non ignoro ſubtilitatem veterum: qui peccatum
illud, quod à volentibus committitur, & ἐν χειρὶ ὑπερηφανίας iis dicitur, in-
telligunt. Aſceticorum autor: Καὶ ψυχὴ ἥτις ἐποίησεν ἐν χειρὶ ὑπερηφανίας· χεῖρα
ὑπερηφανίας ἢ καλεῖ τὴν τόλμαν τῶν ἑκουσίως ἁμαρτανόντων, ὅπερ Ἀπόστολος, ὕψωμα
ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ ὀνομάζει. quemadmodum τραχηλίασιν Canonici
ſcriptores id interpretantur: quod duræ ceruicis peccatum eſt. Eodem
℣ſ. 14. capite & illud legitur, Οὐ γὰρ ὡς μὴ ἐφικνούμενοι εἰς ὑμᾶς, ὑπερεκτείνομεν ἑαυτούς.
Vbi, τὸ ὡς, vanitatem ejus forte & defectum qui inepte gloriatur notat. qua-
les ſunt, qui formam corporis & modum, ridicule intendunt, vt majores
quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

quam ſunt eſſe videantur. Horatius eleganter, *longos imitari*, dixit. quod exemplo. Turbonis deſcribit. II. Ad Cor.

Ædificas, hoc eſt, longos imitaris; ab imo
Ad ſummum totus moduli bipedalis. & idem
Corpore majorem rides Turbonis in armis
Spiritum & inceſſum.

Locus interim obſcurior. cujus mens videtur: *Non ultra quam par eſt me extendo. non fruſtra glorior, quaſi ad vos vſque peruenerim, cum non peruenerim.* Ac ſi dicat, οὐ γὰρ ἑαυτοὺς ὑπερεκτείνομεν, ὡς ἐφικνούμενοι εἰς ὑμᾶς, τοῦτο μὲν λέγοντες, οὐκ ἐφικνούμενοι δέ. *non fruſtra gloriamur, quaſi qui non peruenerimus ad vos vſque, cum perueniſſe dicamus.* βραχυλόγως. Nam contraxit quod voluit. Recentior, *Non enim vt ſi non perueniſſemus vſque ad vos, extendimus nos ipſos vltra quam deceat.* Neque parum obſcure vetus, *Non enim quaſi non pertingentes ad vos, ſuperextendimus nos.* Et tamen ipſe interpretatur, ac difficultatem tollit, cum addit, ἄχρι γὰρ καὶ ὑμῶν ἐφθάσαμεν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ.

Cap. V.

Locus, ὁ ἐρχόμενος. καλῶς ἠνείχεσθε, *& quomodo intelligendus videatur locus.* οὐ κατενάρκησα οὐδενός. καταναρκεῖν τινός. πλεονεκτεῖν. καταβαρεῖν. ἐν βάρει εἶναι. οὐκ ὠφέλησέ με οὐδείς. ὅτι ἡ καύχησις αὕτη οὐ φραγήσεται εἰς ἐμέ. τὸ εἰς ἐμὲ, *quomodo vſurpetur.* κατ' ἐμέ. κατ' ἐμὸν μέρος. εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν. μή τις εἰς ἐμὲ λογίσηται. *Locus*, κατὰ ἀτιμίαν λέγω. *Locus*, νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα. ἐν τῷ βυθῷ ποιεῖν. χωρὶς τῶν παρεκτός. τὰ παρεκτός. ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθ' ἡμέραν. ἐπισύστασις *quid. contentio Hillel & Schamæi.* ἡ μέριμνα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν, *&* φροντὶς τῶν ἐκκλησιῶν. μέριμνα τῶν ἐκκλησιῶν. *Locus*, τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; σκῶλα.

NOn procul ab initio capitis vndecimi locus ille occurrit, Εἰ μὲν γὰρ ὁ ἐρχόμενος ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσει, ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν. Vbi ὁ ἐρχόμενος, eſt, ἄλλος τις ὁ μέλλων ἔρχεσθαι: *alius quis, qui venturus ſit, aut venire poſſit.* Titius aut Seius, puta. Quemadmodum ὁ ἐρχόμενος recte dici ante aduentum Meſſias potuit. vt cum Matth. 11. ℣ſ. 3. Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος; dicitur. Ibidem cum ſequitur, καλῶς ἠνείχεσθε, quis exiſtimet S. Apoſtolum ea καταβάσει vſum, vt Corinthiis concedat, bene ab iis tolerari potuiſſe, etiam qui alium quam ipſi Ieſum prædicarent? Quare, & olim Græci Theologi pugnare id cum illo ad Galatas loco, notarunt: *Sed etiam ſi nos, aut Angelus è cælo, euangelizet vobis, præter id quod vobis euangelizauimus, anathema eſto.* cap. 1. ℣ſ. 8. Cum hic diſerte ex interpretatione eruditorum dicatur, *Enimuero ſi veniat qui alterum Ieſum prædicet quem non prædicauerimus, aut ſi ſpiritum alterum accipiatis quem non acceperitis, aut euangelium alterum quod non receperitis, recte illum toleraueritis.* Quanquam ſane, nec qui hoc jam olim mouent, nobis ſatisfaciunt, nec illi plane, qui vt in celebri ad Galatas, quem dixi, loco, *euangelium aliud*, falſum dici voluerunt, cum hic, vt volunt, de miniſterio agatur. vt hoc dicat, *ſi illorum miniſterio, non meo, ad vos perueniſſet euangelium.* Manere enim illud interim videtur, ſi alterum, quo pacto non & falſum: quo pacto alius ab eo Spiritus, quo præditi Apoſtoli tum erant, idem tamen eſſe poſſit: alius denique Ieſus, verus eſſe Ieſus poſſit: cum non niſi vnus ſit, quem & propoſitum à ſe Apoſtolus teſtatur. quomodo Hebræi cum loquuntur, vt plurimum, זר, quod eſt *alius*, ſiue, *alienus*, ἄλλος Helleniſtis, adhibere ſolent. vt cum *cultum alium*, ſtellarum dæmonumue vulgo dicunt: ad quem, incuruatio, libatio, altare, ac ſimilia, quæ idololatrica, requirebantur. Quod ſi autem omnia de quibus agitur hoc loco, alia reipſa, quomodo non falſi, de quibus agitur, Apoſtoli? Quod & Græci fatentur, qui, περὶ τῶν

 ψευδα-

II. AD COR. ψευδαποστόλων, ἐπισάκτων, καὶ ξένων, *de falſis, ſuppoſitiis, ac diuerſis plane Apoſto-*
lis, hic agi notant. De illis autem eorumque ſi hic agitur doctrina, quomodo,
aut hos, (doctores dico ipſos) aut doctrinam hanc, quæ falſa, recte tolera-
turos fuiſſe ait? Tum quo pacto quæ ſequuntur, Λογίζομαι γὰρ μηδὲν ὑστερηκέναι τῶν
ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων, cum hoc ſenſu hærent? An enim illa quæ de hypotheſi hic
adferuntur ſatisfaciunt? An illa, *Ponitur quidem* γὰρ *cauſalis, ſed ita vt hoc non*
referatur ad ſuperius dictum, ſed ad reſponſionem ad quam confitendam Corinthios
redegerat: non expreſſam tamen, vt eorum pudori parceret? Tum & deinceps
quæ ſequuntur. quæ inſpiciat qui velit. Quare redeamus. Dixerat jam ante
Apoſtolus, Ὄφελον ἠνείχεσθέ μου μικρόν τι τῆς ἀφροσύνης, ἀλλὰ καὶ ἀνέχεσθέ μου. ℣ſ. 1.
κἂν ὡς ἄφρονα δέξασθέ με. verſu 16. Ἡδέως γὰρ ἀνέχεσθε τῶν ἀφρόνων, φρόνιμοι ὄντες.
℣ſ. 19. Quid ſi igitur, vt ibi, ita hic, non ad pſeudapoſtolos ſed ad Apoſtolum,
hoc referatur? Vt dicat, Etiamſi quis, quicunque tandem poſt nos venturus
eſſet, alium, vt nouitatis ſtudioſi plerunque ſunt homines, vobis, cui fidem
haberetis, Ieſum proponeret; aliquo tamen & me loco, ob immenſos quos
in prædicando euangelio, quos in Apoſtolatu meo pertuli labores ac in-
commoda, cum nemini concedam hic, habere poteratis. recte, vel hac de
cauſa, tolerare nos ac ferre poteratis. cauſas autem fuſe ℣ſ. 7. 8. & ſequenti-
bus aliquot deinceps habes. Quare & merito ſubjungit, Λογίζομαι γὰρ οὐδὲν
ὑστερηκέναι τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων. *in muneris enim mei diligentia, ne primis quidem*
omnium Apoſtolorum conceſſiſſe me exiſtimo. Vt cum cap. 12. 11. Γέγονα ἄφρων καυ-
χώμενος. ὑμεῖς με ἠναγκάσατε· ἐγὼ γὰρ ὤφειλον ὑφ᾽ ὑμῶν συνίστασθαι· οὐδὲν γὰρ ὑστέρησα
τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων, εἰ καὶ οὐδέν εἰμι. *Fui deſipiens in gloriando. vos me coëgiſtis: ego*
enim commendari à vobis debui: nulla quippe in re ſummis Apoſtolis inferior fui,
etiamſi nihil ſum. qui locus pene parallelus. Eodem capite cum dicitur,
℣ſ. 8. οὐ κατενάρκησα οὐδενὸς, quid, καταναρκεῖν τινὸς, autori noſtro ſit, adduci non poſ-
ſum, vt aſſecutos eos arbitrer, qui *non obtorpui cum cujuſquam incommodo,*
hic, capite autem duodecimo, οὐ κατενάρκησα ὑμῶν, *non obtorpui cum veſtro*
incommodo, nec ſemel, reddiderunt. Cum interim nemo melius ſe autore
ipſo expreſſerit: qui modo, καταπλεονεκτεῖν, vt aliquoties hac ipſa Epiſtola,
inprimis autem cap. 7. οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν, modo καταβαρεῖν, vt Epiſtolæ
hujus cap. 12. ℣ſ. 16. modo ἐν βάρει εἶναι, vt 1 ad Theſſalon. c. 2. ℣ſ. 6. modo
ἐπιβαρεῖν, vt 1 eadem 2. ℣ſ. 9. idem dixit. Vt interim, οὐκ ἐπεβάρησα id ſit,
quod לא נשיתי Ieremiæ 15. 10. dicitur. quod mirifice, οὐκ ὠφέλησα, οὔτε ὠφέλη-
σέ με οὐδεὶς Helleniſtæ, *non fœneraui, nec fœnerauit mihi quiſquam*, vulgatus
dixit. quod καταβαρεῖν eſt. Quis enim grauior quam fœnerator? Quod quia
ſimul exprimit τὸ נשה, ἐνάρκησεν iidem Helleniſtæ reddiderunt. vt in illo,
τοῦ νεύρου ὃ ἐνάρκησε Geneſ. 32:32. Vocem igitur pro voce ex conſuetudine eo-
rum, quibus nihil vſitatius, vt ſæpe dixi, vſurpauit. οὐκ ἐνάρκησα οὐδενός. *nulli mu-*
tuum ſumendo, aut mercede vlla, incommodaui. Quod vt alii non ſatis aſſecuti
ſunt, ita nec B. Hieronymus, qui vocem Cilicibus propriam notauit. ita enim
dubitare ac elabi hîc doctiſſimus vir ſolet. Quid quod ipſe ſe interpretatus
eſt Apoſtolus, cum cap. 14. 12. καὶ οὐ καταναρκήσω ὑμῶν ait? addit autem, οὐ γὰρ ζητῶ
τὰ ὑμῶν, ἀλλ᾽ ὑμᾶς. *non enim veſtra, ſed vos, quæro.* quid autem planius? Sed &
addit, οὐ γὰρ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι θησαυρίζειν, ἀλλ᾽ οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις. *nec enim*
filii parentibus theſauros, ſed parentes congerunt filiis. Haud commodius tamen
ipſam, vt jam dixi, vocem, quam c. 12. 16. interpretatur: Ἔστω δὲ, ἐγὼ οὐ κατεβάρησα
ὑμᾶς. vbi & paulo poſt τὸ πλεονεκτεῖν addit. Μή τινα ὧν ἀπέσταλκα πρὸς ὑμᾶς, δι᾽ αὐτοῦ
ἐπλεονέκτησα ὑμᾶς; Eruditiſſimus Heſychius, Κατενάρκησα, ἐβάρυνα. An non igitur
melius interpres antiquus, qui *grauare*, aut, *grauem eſſe*, reddidit? Capite eo-
℣ſ. 10. dem, verba ſunt Apoſtoli, Ἔστιν ἀλήθεια Χριστοῦ ἐν ἐμοὶ, ὅτι ἡ καύχησις αὕτη οὐ φραγή-
σεται εἰς ἐμὲ ἐν τοῖς κλίμασι τῆς Ἀχαΐας. Vbi τὸ εἰς ἐμὲ, vel non legit, vel non reddidit
interpres vetus. qui obſcure, *quoniam hæc gloriatio non infringetur in regionibus*

Achaiæ:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Achaiæ: & fortaſſis, aliene. Atqui εἰς ἐμὲ, eſt, quod, κατ᾽ ἐμὲ, κατ᾽ ἐμὸν μέρος, II. Ad
Græci. Vt cum ad Epheſios cap. 5. ℣ſ. 32. τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Cor.
Χριστὸν, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν. vbi recte, vt quidem arbitror, *dico autem, quod*
ad Chriſtum & Eccleſiam, reddas. Quis enim dubitat, quin copulæ reſpectu,
qua cum Chriſto conjungitur Eccleſia, id dici velit? quod eſt magnum illud
myſterium, cum quo conjugalis copula confertur. Ita capite Epiſtolæ hu-
jus 12. φείδομαι δὲ, μή τις εἰς ἐμὲ λογίσηται, ὑπὲρ ὃ βλέπει ἢ ἀκούει τι ἐξ ἐμοῦ. Recen-
tior interpres, *Eſt veritas Chriſti in me, quod hæc gloria non obruetur in me*
in regionibus Achaiæ. Mens Apoſtoli eſt: *Affirmare vobis, ſecundum verita-*
tem Chriſti poſſum, quæ in me eſt, & quam vbique ſequor, ad me quod attinet, da-
turum operam, ne quis hoc, de quo glorior, ignoret in Achaia. Eodem capite legi-
tur, κατὰ ἀτιμίαν λέγω, ὡς ὅτι ἡμεῖς ἠσθενήσαμεν. *Quod ad ignominiam*, inquit, *lo-* ℣ſ. 21.
quor. qua, nempe, affecti eſtis. *quemadmodum & nos infirmi fuimus:* ſiue, *ea-*
dem ſubiimus: vt infimæ conditionis ſolent. Non ita multo poſt, quod dici-
tur, νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα, prouerbialiter, vt quidem videtur, & hy- ℣ſ. 25.
perbolice dictum: vt de ſummo in quo verſatus fuerat periculo. Notum,
quomodo ſuum מצולה vſurpent Hebræi. quod modo βάθος, modo βυθὸν,
Helleniſtæ reddunt. Notum illud Regii Prophetæ, μηδὲ καταπιέτω με βυ-
θὸς, aliaque ejuſdem generis. Sed & Græci curam βυθοῦ illi, cui maris tri-
buunt, ſimul committunt. Vt gubernatori Dio Chryſoſtomus Orat. 3. De
Regno. οὐ μὴν οὐδὲ τὰ ἐν τῷ βυθῷ χρὴ λανθάνειν αὐτόν· ἢ λήσεται περιπεσὼν ὑφάλοις
πέτραις, ἢ ἀδήλοις ἕρμασι. *Sed neque quæ in profundo ignorare poteſt: alias enim*
petris in mari abditis occultiſque ſcopulis ignarus impinget. Recte igitur fortaſ-
ſis ac proprie, qui in ſcopulis, aut ſaxis ejuſmodi, aut vndis, hæſerunt, ἐν τῷ
βυθῷ πεποιηκέναι dicentur. Quales illi, quos apud Poëtam

Eurus ab alto
In breuia & ſyrtes vrget, miſerabile viſu,
Illiditque vadis, atque aggere cingit arenæ.

ita interim, vt, quod jam dixi, ſummum vel periculum ſic deſignetur non-
nunquam, vel calamitas. quomodo in Excerptis Panopliæ aduerſus hæreti-
cos Euthymius, βυθὸν καὶ διαφθορὰν conjungit. καταποντίζουσιν, inquit, τὸν βυθοῦ καὶ
διαφθορᾶς ἐπάξιον. Capite eodem etiam locus ille extat: Χωρὶς τῶν παρεκτὸς, ἡ ℣ſ. 28.
ἐπισύστασίς μου ἡ καθ᾽ ἡμέραν. vt hoc velit, *toties in me inſurgitur, quoties Ec-*
cleſia affligitur: toties autem affligor ipſe, quoties affligitur Eccleſia. quod fit
quotidie. Τὰ παρεκτὸς igitur, quæ τὰ ἔξωθεν vulgo dicunt Philoſophi. Qualis
eſt κόπος, μόχθος, ἀγρυπνία, λιμὸς, δίψος. *defatigatio, labor, inſomnia, fames,*
ſitis: cæteraque, quæ hactenus recenſuit, & proprie ad corpus ſpectant.
Mire igitur Chryſoſtomus, qui de iis quæ prætermittuntur, hoc accipit: ac
ſi dicat, *præter hæc quæ prætermitto.* quod an vlla ratione hic admittendum ſit,
eruditi viderint: quanquam & nouum, quod de, *conſurgente agmine ac vrgen-*
te, hic alii. Quid igitur? *Vt externa omittam,* inquit, *quotidiana mea afflictio,*
omnium Eccleſiarum moleſtia eſt. Ἐπισύστασις autem proprie, qualis illa Ab-
ſalonis, qua aduerſus patrem inſurrexit. quæ licet Abſalonis ἐπισύστασις,
recte Dauidis (quatenus Dauidi id euênit, quatenus aduerſus Dauidem) dici
poteſt. quomodo, ἡ ἐπισύστασίς μου, Apoſtolus hic dixit. Quid autem ſit ἐπισύ-
στασις, recte intelliget qui de loco Num. 26. ℣ſ. 9. cogitabit: Οὗτοί εἰσιν οἱ ἐπισυ-
στάντες ἐπὶ Μωυσῆν καὶ Ἀαρὼν ἐν τῇ συναγωγῇ Κορὲ, ἐν τῇ ἐπισυστάσει Κυρίου. Vbi ἐπισύ-
στασις Κυρίου, *quæ aduerſus Dominum.* Ex ſequenti autem, *afflictio, inquietudo.* He-
bræi מחלקת dicunt. quemadmodum ipſa illa, de qua dixi, Core contentio, hoc
nomine à Magiſtris indigitatur. qui &, *omnem contentionem, Dei cauſa ſubor-*
tam, duraturam, quæ autem non, non duraturam dicunt. Quod exemplo fa-
miliari, contentione Hillel, nempe, & Schamæi, confirmant: qui maximi
cum eſſent Doctores, in duas diuiſi ſunt partes. vt ſectæ alterius diſcipuli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

II. Ad Cor. בית הלל, *domus Hillelis*, alterius בית שמאי, *domus Schamæi*, dicerentur. Contentione item, ſiue ἐπισυστάσει, Core, totiuſque cœtus qui ſecutus eum eſt, quam Dei cauſa inſtitutam negant. Vtraque autem, vt jam monui, eadem voce ab iis dicitur. οἱ ἐπισυστάντες igitur *rebelles*, aut, *qui conjurationi ſe dedêre*. Cum alias nihil aliud ſit ἐπισύστασις quam עדה. vt Num. 16. 40. de iiſdem, καὶ οὐκ ἔσται ὥσπερ Κορὲ, καὶ ἡ ἐπισύστασις αὐτοῦ. Quæ aliter reddenda non eſſe, voces Hebrææ euincunt. quod metuo ne ab iis factum ſit, qui hic voce *agminis* vtendum exiſtimarunt. Videamus contextum. χωρὶς τῶν παρεκτὸς, ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθ' ἡμέραν, ἡ μέριμνα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν. Vetus, *Præter illa quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana ſollicitudo omnium Eccleſiarum.* Recentior, *Abſque iis quæ extrinſecus* eueniunt, *vrget agmen illud in me quotidie conſurgens*, id eſt, *ſollicitudo de omnibus Eccleſiis.* Hoc volebat, *Præter externa, afflictio mea quotidiana, omnium Eccleſiarum ſollicitudo.* hoc eſt quod me angit, ſcilicet. Vel, *Partim quod aduerſus me inſurgitur, partim Eccleſiarum cura aut calamitas.* Sequitur, *Quis enim affligitur, & non ego affligor?* &c. Additur autem, ἡ μέριμνα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν. Quo, ſi eruditis credimus, ſollicitudinem ac curam quam gerebat de Eccleſiis, aut, pro Eccleſiis, ſignificauit. Reddunt enim, *hoc eſt, ſollicitudo de omnibus Eccleſiis.* quaſi idem φροντὶς, & μέριμνα ἐκκλησιῶν ſit. quæ diuerſa eſſe, nemo, vt arbitror, ignorat. Niſi quis dici poſſe exiſtimet, οὐ μέριμνα Ἱπποκλείδῃ, quod vulgo, οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ. quæ quam diuerſa ſint, dici ſatis non poteſt. Hoc autem voluit Apoſtolus, curam ac calamitates Eccleſiarum, eſſe ſuas. Partim aduerſus ſe inſurgi: partim affligi Eccleſias. niſi quis malit, *vt toties aduerſus ſe inſurgi dicat, quoties Eccleſiæ affliguntur.* Vt μέριμναν τῶν ἐκκλησιῶν, ſuam eſſe ἐπισύστασιν dicat. Et jam ante diximus, ἐπισύστασίν μου, ita dici, vt ἐπισύστασιν Κυρίου, quæ aduerſus Dominum mouetur. Nam vt curam, quod jam dixi, quam pro Eccleſiis gerebat, μέριμναν τῶν Ἐκκλησιῶν, dicat, non puto quenquam qui Græce didicit, admiſſurum eſſe.

ỳ. 29. Eodem capite cum legitur, τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; palos reſpicere acutos videtur, quos σκῶλα dicebant, ad quos qui offenderent, correptos igni tradebant. Quo alluſit Dominus Matt. 13. 41. Ἀποστελεῖ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ συλλέξουσιν ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ πάντα τὰ σκάνδαλα, &c. καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός. Vt de ſcandalo accepto, quod tanquam datum à miniſtris Eccleſiæ, nonnulli cupide arripiunt, eoſque affligunt, ſic agatur. Sicut τὰ σκῶλα: ad quæ qui offendunt, comburunt ea, & in ignem conjiciunt.

Cap. VI.

Locus, οἶδα ἄνθρωπον ἐν Χριστῷ, ἁρπαγέντα, *&c.* ἄνθρωπος ἐν Χριστῷ. *& quo illud* ἐν Χριστῷ *referendum ſit.* σκόλοψ *quid.* σκόλοψ πικρίας. σατανᾶς πρὸς τὸ συμφέρον. *Locus*, ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ, καὶ πορνείᾳ, καὶ ἀσελγείᾳ, ᾗ ἔπραξαν. *Decimi & tertii capitis initium*, ἰδοὺ τρίτον τοῦτο ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. *& quomodo accipiendum.* ἔρχομαι. ἔρχομαι λέξων. *Locus*, ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν σταθήσεται πᾶν ῥῆμα. μάρτυρες. οἰκοδομὴ *&* καθαίρεσις. οἰκοδομεῖν τὴν ἐκκλησίαν. οἰκοδομεῖσθαι, *augeri.*

Cap. XII. ỳ. 2. CApite quod ſequitur, nec procul ab initio, cum legitur, οἶδα ἄνθρωπον, πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων, &c. ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον, &c. ibique recentior interpres reddidit, *Noui hominem*, quaſi de alio agatur quem nouerit Apoſtolus, aut ita loqui voluerit; videndum, cur non potius, *Scio hominem*, cum antiquo, & Apoſtolo, qui ipſe mox hoc ipſum interpretatur, reddiderit. *Scio hominem: raptum*, videlicet: vt ſic ſimpliciter accipiatur τὸ οἶδα. ordo autem ſit, οἶδα ἄνθρωπον πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων ἁρπαγέντα ἕως τρίτου οὐρανοῦ. Cum præſertim illud, τὸν τοιοῦτον, vacare, non ſine cauſa, idem interpres obſeruauerit: qui vt ipſe hoc prætermiſit, ita à Clemente prætermiſſum notat. Sequitur autem, καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον &c. ὅτι ἡρπάγη, pro quo vulgo,

ὅτι

ὅτι ὁ πιστὸς ἄνθρωπος ἡρπάγη. quomodo & paſſim Attici loquuntur. Iam vero II. Ad
cum ἐν Χριστῷ additur, dubitare ſe iidem eruditi fatentur, vtrum, τὸ ἐν Χριστῷ, Cor.
ad τὸν ἄνθρωπον, vt Chriſtianum intelligat, hic referendum ſit, an vero, ἐν Χρι-
στῷ οἶδα, dixerit. Quid ſi autem, ἁρπαγέντα ἐν Χριστῷ, dixit; eo ſenſu, quo infra
& alibi hac ipſa Epiſtola, ἐν Χριστῷ λαλεῖν, & ſimilia? vt ipſam, de qua agit,
ἔκστασιν, Chriſto aſſcribat? Qui alibi non multo aliter, εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, Θεῷ· εἴτε
σωφρονοῦμεν, ὑμῖν. quemadmodum cum hoc euênit, de quo nunc agitur, etiam
ἐν Θεῷ ἐξέστη. & certe vbi ἐκβεβηκὼς αὐτοῦ, niſi in Chriſto eſſe potuit Apoſto-
lus? Sed nec vlla in tranſpoſitione, etiam ſecundum ipſum, de quo agimus,
interpretem, eſſe difficultas poterit. ſi præſertim illud, τὸ πιστὸν, quod diximus,
accipiatur. vt dicat, *Scio hominem ante annos quatuordecim*, &c. *raptum in ter-
tium vſque cælum.* Eodem capite, loco illo, Καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα ỷſ. 7.
μὴ ὑπεραίρωμαι, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ, ἄγγελος σατᾶν, cum σκόλοψ τῇ σαρκὶ di-
citur, fruſtra ſunt, qui de ſurculo aut ſude agunt. Σκόλοψ, eſt, σκόλοψ σκανδάλου,
ſiue, ἀσθενείας, de quo ad Marcum diximus. qui locus videatur. Forte &
πικρίας. vt Ezechielis cap. 28. ỷſ. 24. reſpiciat locum, Καὶ οὐκ ἔσονται ἔτι ἐν τῷ
οἴκῳ Ἰσραὴλ σκόλοψ πικρίας, καὶ ἄκανθα ὀδύνης. Prouerbio tum vſitato: quo de
poteſtate aduerſaria, ſeu diabolo, hic vſus eſt. quod ad eum, quem diximus,
Ezechielis locum B. Hieronymus obſeruat. *Quicunque illic*, inquit, *ceſſauerit,
nequaquam vltra erit offendiculum amaritudinis, & ſpina doloris, compungens &
vulnerans populum Dei. Omnia autem hæc dicuntur contra aduerſarias poteſtates.
quod in extremo tempore deleantur, & ſit æterna ſecuritas. quando*, &c. Vbi
mirifice Chaldæi מלך מבאש & שלטון מעיק: *Rex malefaciens*, &, *princeps tribulans.*
Qualem Apoſtolus ſibi hoſtem additum hic ait. qui & eleganter pro מלך, vici-
na voce מלאך, hoc eſt, ἄγγελος, hic vſus eſt. Vnde & ſubjungit, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι.
vox Chaldæa enim & peruerſum denotat & miſerum. *vt ſubmiſſe me*, inquit,
geram, nec nimium attollar. Vnde Nazianzenus hunc Satanam, σατανᾶν πρὸς τὸ
συμφέρον, *Satanam ad vtilitatem*, dixit. qui, τὸν τοῦ ἡμετέρου Παύλου, inquit, σατανᾶν πρὸς
τὸ συμφέρον. Illud *infixus*, interim, de ſuo recentior interpres addidit. *datus eſt
mihi ſurculus* infixus *carni.* quid autem, *ſurculus infixus carni*, ad τὸ κολαφίζειν,
quod additur? Mens eſt, *carni meæ in ſtimulum additus eſt Satanas.* Quare? *ne
plus æquo efferar.* Eodem capite, ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ, καὶ πορνείᾳ, καὶ ἀσελγείᾳ, ᾗ ἔπραξαν. ỷſ. 21.
quod Tertullianus lib. De pudicitia, *Ne rurſus cum venero humiliet me Deus, &
lugeam multos eorum, qui ante deliquerunt, & pœnitentiam non egerunt, ſuper im-
mundicia, quam admiſerunt, fornicatione & vilitate.* vbi vilitas, ἀσέλγεια, quod
eſt נבלה: Helleniſtis, modo ἀφροσύνη, modo ἄσχημον: de ſcortatione & ſimili-
bus, nimirum, quæ infamiam in ſeſe habent. Capitis decimi & tertii, quod Cap.
hic poſtremum eſt, initium eſt, Τρίτον τοῦτο ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. Quæ verba XIII.
appendicem quaſi quandam eorum quæ dicta hactenus fuêre, præ ſe ferre ỷſ. 1.
videntur. Quod qui non cogitarunt, ad corporis hæc retulere aduentum.
Alii binas epiſtolas pro totidem ad illos itineribus ab eo recenſeri volunt.
Quod ſi verum, licet vt hoc caput, tanquam tertia ac ſeparata accipia-
tur epiſtola. & ſic loquatur haud dubio, vt acrius vrgeat quod agit. Neque
quicquam vſitatius quam vt ἔρχεσθαι dicatur, ὁ λέγων, ἢ ὁ λέγειν μέλλων. *qui vel* ỷſ. 2.
dicit, vel dicturus eſt. à quo vſitatus Atticiſmus vix recedit, ἔρχομαι λέξων. He-
ſychius, Ἔρχομαι, ἐπέρχομαι, λέξω, μέλλω λέγειν. Sequitur, ἐπὶ στόματος δύο μαρτύ- Ibid.
ρων καὶ τριῶν σταθήσεται πᾶν ῥῆμα. Qui locus inter eos recenſeri poteſt, qui vrbane
ſenſu paulum diuerſo ab eo quod in Lege extat, vſurpantur. Μάρτυρας enim
Epiſtolas dixit, quas ſcripſit: quemadmodum μαρτύριον paſſim pro doctrina
vſurpatur. vt ita τρίτον ſe venire dicat, quia ſecundam Epiſtolam ſic ſepara-
tim concludit. Eodem capite, non procul à fine legitur, ἣν ἔδωκέ μοι ὁ Κύριος, ỷſ. 10.
εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν. Vbi notandum videtur, aliud eſſe Apoſtolo
οἰκοδομὴν, cum ſcandalo, aliud cum τῇ καθαιρέσει opponitur. Nam, quemad-
modum

II. Ad Cor. modum Hebræi, *facere* aut *ædificare* domos, quod, πληθύνειν, *multiplicare, augere*, eſt, Apoſtolus οἰκοδομὴν ἐκκλησίας dixit. *Et vide, ne forte hoc ſit*, inquit antiquus, *quod in Exodo dicitur, Benedixit Deus obſtetricibus: ædificarunt ſibi domos.* Vel, *ædificauit eis domos.* Vbi Scholion Græcum, ἀντὶ τοῦ, ἐξ αὐτῶν γένος ἐπλήθυνεν· ηὔξησεν ὁ Θεὸς αὐταῖς τὸ γένος. Ita οἰκοδομεῖν τὴν ἐκκλησίαν, πληθύνειν. Et ſic οἰκοδομὴ hoc loco. quemadmodum οἰκοδομεῖν, de felicitate qua augentur etiam qui male agunt nonnunquam. Malachiæ 3.15. καὶ ἀνοικοδομοῦνται πάντες οἱ ποιοῦντες ἄνομα. Interpres, *ædificati ſunt facientes impietatem.*

Capita Epiſtolæ ad Galatas.

α΄. Μετὰ τὸ προοίμιον, διήγησις τῆς ἑαυτοῦ μεταστάσεως ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ κατὰ ἀποκάλυψιν.

β΄. Περὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἐπιμαρτυρήσεως εἰς τὴν ἐν πίστει ζωήν.

γ΄. Περὶ τῆς πρὸς Κηφᾶν ἀντιρρήσεως, ὑπὲρ τῆς ἐν πίστει καὶ οὐκ ἐν νόμῳ σωτηρίας.

δ΄. Ὅτι διὰ πίστεως ὁ ἁγιασμὸς, οὐ διὰ νόμου.

ε΄. Ὅτι καὶ ὁ Ἀβραὰμ ἐκ πίστεως ἐδικαιώθη εἰς τύπον ἡμῶν.

ϛ΄. Ὅτι ὁ νόμος οὐ δικαιοῖ ἀλλ᾽ ἐλέγχει, καὶ κατάραν ἐπιτίθησιν, ἣν λύει ὁ Χριστός.

ζ΄. Ὅτι οὐκ ἐκ νόμου ἀλλ᾽ ἐξ ἐπαγγελίας τὰ ἀγαθά· ὁ δὲ νόμος παρασκευαστὴς δι᾽ ἐλέγχου.

η΄. Ὅτι ὑπὸ κρίσιν ἦσαν οἱ ἐν νόμῳ.

θ΄. Ὅτι ἐν τῇ ἐλευθέρᾳ γυναικὶ τοῦ Ἀβραὰμ καὶ τῷ γνησίῳ παιδὶ ὑποτυπωθέντας οὐ χρὴ δουλεῦσθαι νόμῳ.

ι΄. Ὅτι ἡ κλῆσις ἡμῶν οὐχ ὑπόκειται περιτομῇ καὶ νόμῳ, διὰ τὸ Χριστοῦ πάθος.

ια΄. Ὑπογραφὴ τοῦ κατὰ πνεῦμα ἐλευθερίας.

ιβ΄. Ἀποτροπὴ ἀπὸ τῶν ἑλκόντων ἐπὶ τὴν περιτομὴν, καὶ προτροπὴ πρὸς νέαν ζωὴν τὴν ἐν πνεύματι.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

DANIELIS HEINSII
EXERCITATIONES SACRÆ
IN EPISTOLAM PAVLI
AD GALATAS.
SIVE
LIBER NONVS.

Capvt I.

Locus, Ἀλλὰ ϗ̀ ἐὰν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν *&c. Angelus alias pro doctore.* κῆρυξ. *eamque vocem ad ſe tranſtuliſſe Syros. Locus,* Ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν Θεόν. πείθειν ἀνθρώπους, πείθειν Θεόν. *& quomodo dicatur. placare.* καλλιερεῖν. τὸ πείθειν *eo ſenſu quomodo Chaldæi exprimant ac Syri.* προσαναθέσθαι σαρκὶ ϗ̀ αἵματι. *referre ad carnem & ſanguinem, Tertulliano.* εὐθέως οὐκ, *pro,* οὐκ εὐθέως. *quam multis illud de quo agitur B. Hieronymus expreſſerit.* ἱστορεῖν τοὺς τόπους. *Chryſoſtomi interpretatio.* ἱστορῆσαι τὸν Πέτρον, *quomodo Apoſtolus dixerit. niſi ſi hiſtoriam ſcripturi ſumus.* τόποι ἱστορούμενοι. πολλὴν ἱστορίαν ἔχειν, *de loco aut regione vſurpatum. Democritum, plurimas vidiſſe terras,* ἱστορέοντα τὰ μήκιστα.

STatim, non procul ab Epiſtolæ hujus, vere admirandæ, ini-
tio, notiſſimus ille occurrit locus, Ἀλλὰ ϗ̀ ἐὰν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος Cap. I.
ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω. vſ. 8.
Quod cum emphatice inprimis ab Apoſtolo ac efficaciter
dicatur, dilutum nobis καὶ αὐτοσχέδιον, nec ſatis loco conue-
niens, illud Procli libro ad Armenios De fide, viſum ſemper
fuit. qui ideo mentionem feciſſe Angeli Apoſtolum exiſti-
mat, ὅτι λειτουργεῖν ἄγγελος ἐτάχθη, οὐ δογματίζειν· καὶ ἐπισφαλὲς τυγχάνει, τὸ μὴ
ἕκαστον ἐν οἷς ἐτάχθη ἐμμένειν, ἀλλὰ τοῖς ὑπὲρ φύσιν ἐπιχειρεῖν. *quia ſacris miniſteriis*
Angeli, non prædicando, deſtinati ſunt: &, quia cum periculo conjunctum, non
in eo, cui deſtinati ſunt, ſed ſupra naturam, aliquid tentare ſingulos. Quaſi nun-
quam doceant in Sacris, nullam annuncient doctrinam Angeli. Et quis, niſi
Angelus è cœlo, Sacrum de incarnatione attulit myſterium? Quid autem
aliud quam docuit, qui Ieſum, vt in terris naſciturum, ita Dei eſſe Filium,
regnique ejus finem non futurum nunciat? vt & reliqui non vno loco quæ
jubentur docent? Vnde & pro doctore Angelus. quemadmodum & ἄγγε-
λος, idem qui κῆρυξ. quam vocem Syri mutuarunt: quibus כרוזא, vt nuncius, ita
& is qui prædicat aut docet. Adde quod, ἡμεῖς ἢ ἄγγελοι, dixit. niſi ſi quis,
Paulum quoque muneris quod ſuſtineret, exceſſiſſe dicat limites, cum do-
cuit: qui ne ſibi quidem credi, aduerſus id quod docuit, jam ante, poſtulat.
Neque εὐαγγελίζηται ſimpliciter, ſed &, παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα, diſerte, dixit.
quod jam non docere, ſed aliud docere euangelium eſt. Capite eodem, cum
dicitur, Ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν Θεόν; ἢ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν; nullum, vſ. 10.
qua vtuntur hic interpretes, ſuadendi vox, niſi fallor, locum habet. Quan-
tus in Græcorum porro Latinorumque conjugationibus defectus ſit, no-
runt qui cum Oriente has linguas conjunxerunt. Sed nec vulgare illud quiſ-
quam neſcit, Δῶρα θεοὺς πείθει, δῶρ' αἰδοίους βασιλῆας. quod Latinus poëta,
cum aliter non poſſet, *placandi* verbo expreſſit. *Placare* autem, *conciliare*
eſt. quod in Sacris qui faciunt, καλλιερεῖν dicuntur. Syri ſuo etpahel vtuntur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

AD GAL. quod à שפר deducunt. ac ſi quis, *placere ſtudeo*, hic dicat. πείθω ergo, qui dat operam vt placeat. quod à ſeruis exigit Apoſtolus ad Titum: vbi eam vocem Syrus habet. cum Chaldaicum potius, τὸ פיס, ſcilicet, nunc expreſſiſſe videatur. quod, *contentum reddere* eſt, vt vulgo quidam nunc loquuntur. Tale eſt, καὶ ἔπεισε Δαβὶδ τοὺς ἄνδρας αὐτοῦ. quemadmodum Helleniſtæ 1 Sam. 24. 8. loquuntur. Syrus מפיס hoc loco. quod à Græcorum πείθω deducunt. Apoſtolus, ζητῶ ἀρέσκειν, interpretatur. Fere enim idem eſt quod ſequitur, ἢ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν; Belgice dicas, *Soecke ick God te voldoen, ofte de menſchen?* Falluntur ergo, qui τὸ πείθειν, κηρύττειν hic interpretantur. hoc enim cui perſuadebunt? Sed & aliud quod Actorum 28. 23. legitur, πείθων τε αὐτοὺς τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἀπό τε τοῦ νόμου Μωσέως. &c. Quis enim πείθων τὸν Θεὸν hoc ſenſu dicat? quemadmodum & aliud ab eo, πείθειν τοὺς ἀνθρώπους. Ibi enim operam dediſſe Apoſtolus dicitur, vt è Fœdere Antiquo quæ in Nouo reuelata ſunt aſſereret (*Vetus enim Teſtamentum*, vt recte Auguſtinus, *in Nouo reuelatum, Nouum in Veteri velatum eſt)* atque ita plures ad euangelium regnumque Dei, vt ibi dicitur, vocaret: quod non in omnibus ſucceſſit. Hic autem quæritac teſtatur ſuos, vtrumne hactenus, vt Deo, an vt hominibus probaret ſe, ac ſatisfaceret, dediſſe ſe operam exiſtimarent. quæ diuerſa, ni fallor. Eodem capite &

℣ſ. 16. illud legitur, εὐθέως οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι. Quod Tertullianus, lib. De Reſurrectione carnis, *ſtatim non retuli ad carnem & ſanguinem.* quanuis non plene, ac ſatis obſcure. Eraſmus, *non contuli cum carne & ſanguine.* Vetus, *non acquiſiui carni & ſanguini.* quod jam aliud. Mens eſt, *non prouocaui ad carnem & ſanguinem: non commiſi carni & ſanguini.* Nec male, *communicaui, aut contuli.* niſi quod minus. Cui vt occurreret recentior interpres, τὸ *præterea*, addidit. qui, *non ſtatim præterea contuli cum carne & ſanguine.* Cæterum εὐθέως οὐκ, pro, οὐκ εὐθέως, dixit. Quod & recte B. Hieronymus vidit. qui vt vim exprimeret, multis vſus eſt. Sed & eorum eſſe notat, qui, *quæ norunt cum amicis conferunt, & quaſi in ſinum eorum & conſcientiam reponunt, vt pari conſilio, vel probanda ſint vel improbanda quæ nouimus.* Non

℣ſ. 18. multo poſt & illud legitur, Ἔπειτα μετὰ ἔτη τρία ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα ἱστορῆσαι Πέτρον. Nemo autem neſcit, eos, qui videndi ſtudio, vel cognoſcendi, loca adeunt luſtrantque, ἱστορεῖν τοὺς τόπους: atque ita Græcos loqui. Vt vero ἱστορεῖν ἄνδρα dicatur, qui, viſendi ejus cauſa aut videndi, eum adit, Græcis auribus & nouum eſt, & abſonum. Licet magnus Chryſoſtomus, cum ἰδεῖν interpretatus eſſet, ſatisfacere ſibi non potuit, quin adderet, ἱστορῆσαι γάρ φησι Πέτρον· καὶ οὐκ εἶπεν, ἰδεῖν Πέτρον, ἀλλ' ἱστορῆσαι Πέτρον, ὅπερ οἱ τὰς μεγάλας πόλεις καὶ λαμπρὰς καταμανθάνοντες λέγουσι. *Ait*, ἱστορῆσαι *Petrum, non autem, vidiſſe ſe Petrum, quomodo qui magnas ſplendidaſque luſtrant vrbes, loqui ſolent.* vbi diſtinctionem habes quam dixi. Si non venit autem aliquid vt diſceret, certe vt de quibuſdam eum conſuleret (id autem ἱστορεῖν dicitur) vt de profectu ſuo in Eccleſiis conferret cum eo ageretque, venire potuit. Quod & idem, quem jam dixi, autor, præclare confirmat, cum ad Petrum veniſſe eum ait, vt Actor. 21. 18. idem Paulus ad Iacobum alioſque venit. vbi ſingula quæ apud gentes, vt miniſter Dei, feliciter ac cum ſucceſſu geſſerat, exponit. Neque hoc modo, ſed, vt recte idem Chryſoſtomus obſeruat, συμβουλεύοντος ἀνέχεται αὐτοῦ, *conſilium Iacobi minime aſpernatur.* imo paret, & exſequitur. Nec videre poſſum, cur minori fuerit autoritate Petrus (qui autem vir quantuſque!) vt cum eo agere & interrogare de quibuſdam erubuerit Apoſtolus. licet non vbique eum ſit ſecutus. Ergo, ἱστορῆσαι Πέτρον, *vt interrogarem de quibuſdam Petrum:* aut, *vt agerem cum Petro.* Optime Heſychius, Ἱστορεῖν, πυνθάνεσθαι, ἐρωτᾶν, ἀνακρίνειν, exponit. Nam pro ὁρᾶν eo modo vſurpatur, quo jam dixi. cum de vrbibus agitur, videlicet, aut locis. Feſtiue apud Comicum Meſſenio Menæchmis, poſtquam herum loca plurima luſtraſſe, inueſtigandi fratris cauſa, memorauit, tandem addit,

In

In ſcirpo nodum quæris. quin nos hinc domum Ad
Redimus, niſi ſi hiſtoriam ſcripturi ſumus? Gal.

Quid quod τόποι ἱςορούμενοι dicuntur, qui hoc fine perluſtrantur? quemadmodum & regio πολλὴν ἱςορίαν ἔχειν dicitur, in qua multa viſu digna aut ſcitu. Dio Chryſoſtomus Oratione I. De regno: περὶ δὲ τὴν χώραν διέτριβεν, ἅτε πολλὴν ἱςορίαν ἔχουσαν. ac ſi dicas, *in ea regione diutius verſatus eſt, vt quæ multam hiſtoriam, hoc eſt, ſcitu digna haberet plurima.* Quo ſenſu Democritus gloriatur, plurimas vidiſſe ſe terras, ἱςορέοντα τὰ μήκιςα, *dum, quam longiſſime diſſita perluſtrat.*

Cap. II.

Locus, μήπως εἰς κενὸν ἔδραμον, ἢ τρέχω; *Idem locus aliter, teſte Auguſtino, diſtinctus in quibuſdam codicibus, aut ſcriptus.* εἰς κενὸν τρέχειν. τρέχειν *de Prophetis non miſſis à Domino. Locus,* ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναί τι, *&c.* οὐδέν μοι διαφέρει. οὐ διαφέρεσθαί τινι, *&* τινός. ἀλλήλοις καὶ ἀλλήλων διαφέρεσθαι. *Locus,* ἐμοὶ γὰρ οἱ δοκοῦντες οὐδὲν προσανέθεντο. διαφέρει τοῦτό μοι, καὶ τούτου. τὰ διαφέροντα. ὁποῖοί ποτε ἦσαν. *Locus,* ὅτι κατεγνωσμένος ἦν. *& quomodo intelligendus.* אין חקר, οὐ οὐκ ἔςι γνῶσις. καρδία βασιλέως, ἀνεξέλεγκτος. καταγινώσκειν. ὁ δὲ νοήμων καταγνώσεται αὐτοῦ. κατάγνωσις, *ſimulationis detectio.* κατάγνωσις πονηρὰ ἐπὶ διγλώσσῳ. *ingratum eſſe bilingui, quod conuincitur, aut fraus detegitur. eruditorum interpretatio.*

NOn procul à capitis ſecundi initio quod legitur, *μή πως εἰς κενὸν τρέχω ἢ ἔδραμον*, aliter, ſi S. Auguſtino credimus, ſcriptum in quibuſ- Cap. II. ✠ſ. 2.
dam codicibus fuiſſe oportuit. Vt ſeorſim, ſcilicet, poſtrema, cum interrogandi nota, dicantur: vtque τὸ μή πως, quemadmodum τὸ μὴ, vſurpetur. μή πως εἰς κενὸν τρέχω, ἢ ἔδραμον; *nunquid fruſtra curro aut cucurri?* Ac ſi dicat, *tantum abeſt, vt fruſtra hactenus cucurrerim, aut curram.* Verba ejus ſunt: *Non ad illos, cum quibus ſeorſim contulit euangelium, ſed ad iſtos, quibus ſcribit, quaſi per interrogationem dictum, intelligendum eſt. vt ex eo appareret, non eum in vacuum currere aut cucurriſſe, quia jam etiam atteſtatione cæterorum, nihil ab euangelii veritate diſſentire approbatur.* quod & aliquanto, vt videtur, efficacius, ac τῇ συντάξει vſitatius. Porro illud, εἰς κενὸν τρέχειν, recte ad pſeudoprophetas, quibus diſſimillimus Apoſtolus, referas: de quibus, nempe, Ieremias, οὐκ ἀπέςελλον τοὺς προφήτας, καὶ αὐτοὶ ἔτρεχον. Quo loquendi genere delectatus videtur Apoſtolus. Ita, ὅτι οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, οὐδὲ εἰς κενὸν ἐκοπίασα. ad Philipp. 2.16. Et certe jam ante de electis, ex interpretatione Helleniſtarum, Eſaias dixerat; οὐ κοπιάσουσιν εἰς κενὸν, οὐδὲ τεκνοποιήσουσιν εἰς κατάραν, ὅτι σπέρμα εὐλογημένον ὑπὸ Θεοῦ ἐςι. ne quis miretur, ſi electionis vas hoc ſibi vindicet. qui paulo aliter de ipſo euangelio, 2 ad Theſſal. 3. ✠ſ. 1. ἵνα ὁ λόγος τοῦ Κυρίου τρέχῃ. Quo & illud ſpectare poteſt, τὸν δρόμον τετέλεκα 2 ad Timoth. 4. 7. In curſu enim duo ſpectantur: labor, & meta, ſiue, finis. quo qui non perueniunt, לריק, εἰς κενὸν, & laboraſſe & cucurriſſe dicuntur. Eodem capite, de loco illo, Ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναί τι, ὁποῖοί ποτε ἦσαν, οὐδέν μοι διαφέρει, vehementer, ✠ſ. 6.
jam inde à Græcis interpretibus, quid ſibi velit, dubitatum video. Quis enim ſic loquatur? Græci autem Scholiaſtæ, οὐδὲν διαφέρει μοι, pro, οὐδὲν διαφέρομαι, dictum volunt. Ita enim illi, ἀπὸ τῶν δοκούντων εἶναι μεγάλων, τῶν ἀμφὶ Πέτρον, ὁποῖοί ποτ᾽ ἦσαν, εἴτε εὐαρεςοῦνται Θεῷ, εἴτε οὔ, διὰ τὸ συγχωρεῖν προειλόμην, ἐγὼ οὐ διαφέρομαι· οἶδα γὰρ ὅτι λόγον ἕκαςος Θεῷ δώσει, καὶ οὐκ ἂν αὐτὸς Θεὸς ἐρυθριάσαι, διὰ τὸ εἶναι κορυφαίους. vt, quales ſint magni illi, quod dicuntur, vtrum Deo item placeant, an non, nec diſputare ſe, nec ſua id referre, dicat. Cum quibus eadem fere Chryſoſtomus. qui tamen, nec difficultatem tollit, nec de ea agit. An autem Græce οὐδὲν ἀπὸ τούτων διαφέρομαι recte dicat, qui ſignificare velit, diſputare ſe de aliqua opinione nolle, aut contendere, eruditi viderint.

Ad Gal.

Διαφέρεσθαι enim τινὶ, & τινὸς, non eodem modo vſurpantur. Ἀλλήλοις enim, ſiue, πρὸς ἀλλήλους, διαφέρεσθαι dicuntur, qui contendunt: ἀλλήλων, qui diſſentiunt. Quod ſi dicas, mentem eſſe Apoſtoli, ὅτι οὐδὲν διαφέρεται τῶν εἶναί τι δοκούντων, *non diſſentire ſe ab iis qui viderentur magni hac in parte*, concedendum erit, id, quod ii, de quibus agitur, conceſſerant, probaſſe Apoſtolum, cum hoc nomine eos reprehendat. Ἐνταῦθα, inquit Chryſoſtomus, οὐ μόνον οὐκ ἀπολογεῖται ὑπὲρ τῶν ἀποστόλων, ἀλλὰ καὶ σφόδρα βαρεῖ τοὺς ἁγίους, ἵνα ὠφελήσῃ τοὺς ἀσθενοῦντας. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Εἰ καὶ ἐπιτρέπουσιν ἐκεῖνοι περιτέμνεσθαι, τὸν λόγον αὐτοὶ τῷ Θεῷ δώσουσιν. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ μεγάλοι εἰσὶ καὶ ἔξαρχοι, ὁ Θεὸς πρόσωπον αὐτῶν λήψεται. *Hic non modo non Apoſtolorum agit cauſam, ſed & vehementer ſanctos grauat, vt infirmis proſit. Quod autem dicit, tale eſt: Etiamſi circumciſionem concedant illi, tamen rationem reddituri ſunt Deo. Non enim quia magni illi aut præcipui, eximios eos ſupra cæteros habebit Deus.* Et certe, ſi hæc mens Apoſtoli, vt à Petro ſe reliquiſque, qui circuncíſionem κατὰ συγχώρησιν admiſerant, vel non diſſentire, vel de eo contendere non velle, dicat, quis dubitat quin & ipſe jam tacite admittat, quod reprehendendum putabat? Quanquam enim alibi idem Chryſoſtomus, aliud eſſe notet, jubere circuncíſionem, aliud, concedere receptam (quorum alterum pſeudapoſtolis, alterum apoſtolis tribuitur) diſerte tamen, quantopere id Paulo diſpliceret, ad hunc locum, vt jam diximus, teſtatur. qui non modo non defendit eos, ſed prudenter & ex arte, reprehendit. Multo autem minus probare eorum ſententiam poſſum, qui ἀποσιώπησιν, aut neſcio quam ſtatuunt ellipſin. quam vt ſuppleant, οὐδὲν ἔλαττον intelligunt. An, quia ſequitur, ἐμοὶ γὰρ οἱ δοκοῦντες οὐδὲν προσανέθεντο? Quod ipſi tamen aliter interpretantur. vt mens ſit, *nihil mecum præterea contulerunt*. Ne moremur ergo eruditos, qui hoc potiſſimum agimus, vt eos illuſtremus locos, quorum mentem alios non ſatis aſſecutos arbitramur, id quod vulgo Græci dicerent, τῶν δὲ δοκούντων τι εἶναι, ὁποῖοί ποτ' ἦσαν, οὐδέν μοι λυσιτελεῖ, ſiue, οὐδὲν ὠφέλιμόν μοί ἐστι, *ab iis, qui aliquid videntur eſſe, qualeſcunque fuerint, nihil mihi accedit*, pro eo ἀπὸ τῶν δοκούντων dixit. Vt autem διαφέρει τοῦτό μοι καὶ τούτου, vbi intereſſe ſua tantum denotant, promiſcue dicunt Græci; ita amplius ſignificare hic, lucrumque, aut id quod accedit, notare videtur. Vt quod alii, ἀπὸ τούτων οὐδέν μοι βέλτιόν ἐστι, *ab iis nihil accedit mihi*, ἀπὸ τούτων οὐδέν μοι διαφέρει, Apoſtolus dicat. Adde quod τὸ διαφέρει, non ἀνήκει, προσήκει, & ὑπερέχει, modo, verum, quod & proprie ac inprimis huc ſpectat, βέλτιόν ἐστιν, eruditionis fons Heſychius interpretatur. Sed & notum, quæ ſint τὰ διαφέροντα. Vt ὁποῖοί ποτε ἦσαν, nihil aliud ſit, quam ὁποῖοί ποτέ εἰσιν: quæ promiſcue vſurpantur. *qualeſcunque ſint*, aut *fuerint*, de quibus hoc dicitur, vel, *qualeſcunque eſſent, cum ita ſentirent*. id enim de quo agit, vt rem præteritam, ſupra exponit. Recentior ſuſpenſo ſenſu, *Ab iis autem qui exiſtimantur eſſe aliquid, quales olim fuerint, nihil mea refert*. Cum mens, vt dixi, ſit, *Ab iis autem, qui exiſtimantur eſſe aliquid, qualeſcunque ii fuerint, nihil mihi accedit*. Locus, qui eodem legitur ca-
Vſ. 11. pite, Ὅτε δὲ ἦλθε Πέτρος εἰς Ἀντιόχειαν, κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην, ὅτι κατεγνωσμένος ἦν, locus vel inprimis præclarus, ſed in quo tamen fieri poteſt, vt non parum ab autoris mente eruditi receſſerint, cum alii, tum ii ipſi qui hic ab aliis diſſentiunt. Hebræi de eo, cujus cor penetrari non poteſt, אין חקר, (ac ſi Græce, οὐκ ἔστι γνῶσις, dicas) eleganter dicunt. quod aduerſus γνῶσιν, ſeu, cognitionem, ſiue, conſcientiam hominum, accurate, qui tales ſunt, ſe muniant. Quo ſenſu Salomo, τῆς καρδίας τοῦ βασιλέως οὐκ ἔστι γνῶσις. quod nunc Helleniſtæ, καρδία δὲ βασιλέως ἀνεξέλεγκτος. Qui ſcrutatur vero id aut penetrat, qui diſſimulationem, aut errorem detegit, καταγινώσκειν Helleniſtis dicitur. Tale eſt, Σοφὸς παρ' αὐτῷ ἀνὴρ πλούσιος, ὁ δὲ νοήμων καταγνώσεται αὐτοῦ. Item, Σοφὸς παρ' αὐτῷ ἀνὴρ πλούσιος, ὁ δὲ νοήμων πένης, καταγνώσεται αὐτοῦ. Prouerb. 28. 11. In Hebræo יחקרנו. Nam τὸ חקר modo ἰχνεύειν, modo ἐξιχνιάζειν, modo δοκιμάζειν,

modo

modo ἐλέγχειν, modo καταγινώσκειν, Helleniſtis. Cujus linguæ rationem qui non Ad habet, ne veritatis quidem in Nouo Fœdere habet. Vt enim nemo ſine ver- Gal. bis ſe exprimit, ita ſine iiſdem nemo intelligit quod dicitur. Iis ergo qui hypocriſin aut penetrat aut detegit, καταγινώσκειν dicitur. vnde κατάγνωσις, *ſimulationis detectio.* Illuſtris Syrachidæ locus, Ἐπὶ γὰρ τῷ κλέπτῃ ἐστὶν αἰσχύνη πονηρὰ, καὶ κατάγνωσις πονηρὰ ἐπὶ διγλώσσῳ. talis autem, qui aliter loquitur ac ſentit. Vbi vulgo, *bilinguem vero peſſima damnatio conſequitur.* cap. 5.17. non minus aliene forſan quam quod eruditis hic placuit. Sed & πονηρὰ, *ingrata, grauis.* nihil enim minus gratum tali quam convinci. Recentior interpres, *in os ei reſtiti, eo quod condemnandus eſſet.* Eraſmus, *eo quod reprehenſus eſſet.* Vetus, *quia reprehenſibilis erat.* qui nihil de hypocriſi, de qua agitur, & quæ prodebatur, cogitaſſe videntur. De ea autem agi, etiam illud quod ſequitur, confirmat, Καὶ συνυπεκρίθησαν αὐτῷ καὶ οἱ λοιποὶ Ἰουδαῖοι. Sed & longe aliter Syrus.

Cap. III.

Locus, οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς Ἰησοῦς Χριστὸς προεγράφη ἐν ὑμῖν ἐσταυρωμένος. *ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt.* προγράφειν. πρὸς τὸ ὑπογραμμὸν γράφειν. *Locus,* τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῆ; εἴγε καὶ εἰκῆ. *& τὸ εἰκῆ quomodo accipiendum. Locus,* ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. *B. Hieronymi de eo ſententia. etiam Procopii.* κατάρα Θεοῦ ὁ κρεμάμενος *ex interpretatione Acylæ. quam Hebræis vſitatum ſit, vt τὸ* אלהים, *cum additur, intendat, aut vacet.* κατὰ ἄνθρωπον λέγω. *& quomodo id vſurpetur. B. Hieronymi de loco ſententia, & quo ea verba referenda putet.*

CApite tertio, omnium primo locus ille occurrit, οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς Ἰη- Cap. σοῦς Χριστὸς προεγράφη ἐν ὑμῖν ἐσταυρωμένος. Vbi nihil cauſæ fuit, ſi quid III. judico, cur laborarent eruditi. Græci dicerent, οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς προε- ſ. 1. γράφη Ἰησοῦς Χριστὸς ἐσταυρωμένος. Vel, ὑμῖν γὰρ κατ' ὀφθαλμοὺς Ἰησοῦς Χριστὸς προεγράφη, ἐσταυρωμένος. quod idem eſt. vt ſit antecedens cum relato, Hebræorum more. Tale eſt, ὃν ἐπάταξε Μωϋσῆς αὐτόν. Ioſuæ 13.21. Neque multo aliter, id quod ad nomen refertur, præmittunt, ac deinde ipſum exprimunt Doctores. Vt cum dicunt, *qui irritum facit,* בריתו של אברהם אבינו, *fœdus ipſius, Abrahami, patris noſtri.* Fruſtra ergo ſunt, qui, τὸ ἐν ὑμῖν, ad τὸ ἐσταυρωμένος, referunt. Cum illud de quo agimus, οἷς προεγράφη ἐν ὑμῖν, eodem dicatur modo, quo illud, παρθένος, ἣν ἀνὴρ οὐκ ἔγνω αὐτήν, de Rebecca. item, οὗ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἰάθητε, *cujus vibice ipſius ſanati eſtis.* 1 Petri 2.24. item, ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτούς. Vetus interpres, *ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt, inter vos crucifixus.* Cujus, vt non ſemel alias, religio fraudi S S. Patribus fuit. Etiam B. Auguſtino: qui, τὸ *proſcriptus,* more Romanorum accepit. quaſi, ſcilicet, Latine Apoſtolus ſcripſiſſet. Verba ejus ſunt: *Ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt, crucifixus. Hoc eſt, quibus videntibus Ieſus Chriſtus hæreditatem poſſeſſionemque ſuam amiſit.* Et paulo poſt, *Proſcripto etiam quod tenebat, aufertur. Proſcriptus autem, relegatus.* Quæ quis non miretur? Προγράφειν quid ſit, non ignorant, qui quid ſit πρόγραμμα, non neſciunt. Idem, ſcilicet, quod & ὑπογραμμὸν dicebant: id quod pueris præſcribunt, qui ſcribendo præeunt cum docent. vnde πρὸς τὸν ὑπογραμμὸν γράφειν, qui ad præſcriptum, quod ob oculos habet, literas conformat, dicitur. Ita in doctiſſimis Colloquiis, τῷ ἐμῷ τόπῳ καθήμενος, προσγράφω πρὸς τὸ ὑπογραμμόν. qua voce & S. Petrus vſus eſt. Eodem capite, cum dicitur, Τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῆ; ſ. 4. εἴγε καὶ εἰκῆ, vetus interpres, *ſine cauſa.* Quod hic locum non habet. qui, *Tanta paſſi eſtis ſine cauſa?* Fortaſſe, ne *fruſtra* quidem, quod recentiores maluerunt. Mens eſt, *Tantane ſine vllo bono veſtro paſſi eſtis, ſi non & cum malo?* Quam mentem magnus Baſilius Homilia Aduerſus ebrios, expreſſit. Ὦ πόσας νύκτας εἰκῆ ἠγρυπνήσατε; πόσας ἡμέρας εἰκῆ συνηθροίσθητε; εἴγε καὶ εἰκῆ· ὁ γὰρ ἐν πονηρῷ γινόμενος

AD GAL.

μενος ἀγαθῶν ἔργων, εἶτα παλινδρομήσας πρὸς τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν, οὐ μόνον τῆς ἐπὶ τοῖς πεπονημένοις μισθὸν ἐζημιώθη, ἀλλὰ καὶ βαρυτέρας ἀξιοῦται τῆς κατακρίσεως· ὅτι γευσάμενος καλὸν Θεοῦ ῥῆμα, καὶ γνώσεως μυστηρίων ἀξιωθεὶς, πάντα προέδωκεν, ἡδονῇ βραχείᾳ δελεασθείς. *O quot noctes ſine ſomno traduxiſtis! quot dies inutiliter una conueniſtis! ſi quidem inutiliter tantum. Qui enim in bonis proficere operibus cœpit, deinde autem ad antiquam retro conſuetudinem curſum flectit, non laborum modo fructu excidit mulctaturque, ſed & grauiore dignus pœna judicatur: quia poſtquam præclarum Dei guſtauit verbum, ac myſteriorum conſcientia dignatus eſt, omnia, voluptate exigua ineſcatus, prodidit.* Εἰκῇ igitur, ἀνωφελῶς, *inutiliter, nullo bono.* vt ſit, *inutiliter, ſi tantum inutiliter, & non cum malo.* Eodem capite cum
℣ſ. 13. legitur, Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου, ſcio eſſe, qui mirantur nodum, quem hic nectunt SS. Patres. B. Hieronymus inprimis. adeo quidem, vt inter cætera, poſt paſſionem Chriſti, Græcos Hebræoſque codices corruptos exiſtimet, quod in vtriſque Θεοῦ legatur nomen, ab Apoſtolo omiſſum. In Græco quippe Deuteronomii 21. ℣ſ. 23. ὅτι κεκατηραμένος ὑπὸ Θεοῦ πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. cum in Hebræo קללת אלהים legatur. Neque Græci parcius. Inter quos Procopius, qui vel Galatarum cauſa, quod in multis adhuc inſanirent, prætermiſſum ab Apoſtolo, vel quod blaſphemum videretur, eraſum Dei nomen exiſtimat. Verba ejus in hunc ſenſum ad Deuteronomium, Græce nondum edita. Ὅτι κεκατηραμένος ὑπὸ Θεοῦ πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. Ἀκύλας δὲ ἐξέδωκεν, κατάρα Θεοῦ, κρεμάμενος· ὁ δὲ θεῖος Ἀπόστολος, ὑπὸ Θεοῦ, οὔτε Θεοῦ φησι, μνησθεὶς τοῦ ῥητοῦ πρὸς Γαλάτας, οὓς ἀνοήτους καλεῖ. καὶ ἴσως διὰ τοῦτο παρέλιπεν, ὡς οὔσης ὑπὲρ αὐτοὺς τὴν προσθήκην. ἢ τάχα τις, ὡς βλάσφημον, ἐκ τῶν ἀρχαιοτέρων ἐξεῖλε βιβλίων. Quaſi aut flagitium ſit, profiteri, Chriſtum in ſe ſuſcepiſſe maledictionem Dei, qui pro nobis maledictio hac ipſa factus Epiſtola dicitur: aut, qui *male dictum*, non *à Deo* autem *maledictum dicat*, ſenſum ſic ſententiamque mutet. Cum præſertim vox Hebræa, quæ in Lege extat, vel intendat id quod dicitur (quo nihil vſitatius in Sacris literis) vel confirmet. Ita cum, exempli cauſa, *terra* Geneſ. 5. *maledicta* dicitur à Deo, ibi καὶ ἀπὸ γῆς ἧς κατηράσατο Κύριος ὁ Θεὸς, dicunt Helleniſtæ. Ego autem, ſi quis κατάρατον, aut maledictam dicat, nondum aliud ab eo dici video. cum, vt benedictio, ſic maledictio, à Deo ſit, quod nemo neſcit. Quid quod paſſim abſolute, ἐπικατάρατος, qui ὑπὸ Θεοῦ ἐπικατάρατος, vel ἔναντι Κυρίου, aliis in locis dicitur? Vt omittam locos alios, Deuteron. 27. 15. vbi maledictiones proponuntur, duodecies minimum ἐπικατάρατος, qui peccat, dicitur. de quo non dubitatur, quin ὑπὸ Θεοῦ ἐπικατάρατος intelligatur. Ἐπικατάρατος ὁ ἄνθρωπος ὅστις ποιήσει γλυπτὸν καὶ χωνευτόν. Ἐπικατάρατος ὁ ἀτιμάζων πατέρα αὐτοῦ, ἢ μητέρα αὐτοῦ. Et ne procul abeamus, nonne hoc ipſo capite, verſu, nempe, decimo, abſolute ἐπικατάρατος πᾶς, ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου &c. dicitur? cum ibi vel quod dixi, vel ארור, ſeu, ἐπικατάρατος, vt Deuteronomii 27. ℣ſ. 26. in Hebræo; hic autem אלהים Θεοῦ, addatur. Ad verbum enim, κατάρα Θεοῦ πᾶς κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου: quod ἐπικατάρατος Apoſtolo. qui non minus interim, nec ſenſu dixit alio quod dixit, quam quod dictum fuerat à Moſe. Vt antiquos qui in his minutiis hæſerunt, admirari ſatis equidem non poſſim. quanquam Hebraiſmi ignorantiam, dediſſe cauſam, du-
℣ſ. 15. bitandum non ſit. Eodem capite, cum illud legitur, Ἀδελφοὶ, κατὰ ἄνθρωπον λέγω, ὅμως ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην οὐδεὶς ἀθετεῖ, ἢ ἐπιδιατάσσεται, non longe à Talmudiſtis, ſiue νομικοῖς, abiiſſe videtur: qui, cum de Deo diuiniſque rebus, humanitus loquuntur, plerunque, ὡς κατ' ἄνθρωπον λέγω, aut ſimile quid, addunt: ne diuinam majeſtatem, ſi ſimpliciter de ea quid pronuncient, imminuant ſic aut offendant. quod contracte lingua ſua, eodem ſenſu, כביכול, ipſi ſcribunt. Ac ſi, ὡς ἐπὶ δυνατοῦ, vel, cum Apoſtolo, ὡς κατ' ἄνθρωπον λέγω, quis dicat. vt cum, *dolere Deum*, aut, *affligere ſe*, exempli cauſa, *ob ſanguinem improborum,*

borum, multo autem magis, juſtorum, dicunt. Sed & B. Hieronymum fugiſſe rationem, qui hæc verba, ad ea quæ mox ſequuntur, οὐ λέγει, καὶ τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν, ἀλλ᾽ ὡς ἐφ᾽ ἑνός, καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅς ἐστι Χριστός, referenda arbitratur, mox dicetur. AD GAL.

CAP. IV.

Amplius eodem capite tertio quædam notata. Locus, οὐ λέγει καὶ τοῖς σπέρμασιν. id quomodo intelligendum. Seth, σπέρμα ἕτερον. B. Hieronymi de eo loco, de quo agitur, judicium. σπέρμα de vno dictum. vt cum σπέρμα γυναικὸς dicitur. τῷ σπέρματι, ἐν τῷ σπέρματι. ἐνευλογηθήσονται τῷ σπέρματί σου. Locus, τῶν παραβάσεων χάριν προσετέθη, & Paulina in eo notata trajectio. ἐν χειρὶ μεσίτου. & quis intelligendus. ἐν χειρί. ὁ δὲ Θεὸς εἷς ἐστιν, & quomodo dictum. μεσίτης internuncius interpreti, & an non rectius mediator cum antiquis dicatur. internuncius quis.

CApite eodem ſequitur, τῷ δὲ Ἀβραὰμ ἐρρέθησαν αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. οὐ λέγει, καὶ τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν· ἀλλ᾽ ὡς ἐφ᾽ ἑνός, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, ὅς ἐστι Χριστός. Quibus verbis vrget quod ante dixerat, ἵνα εἰς τὰ ἔθνη ἡ εὐλογία τοῦ Ἀβραὰμ γένηται ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Quod ex eo probat loco qui 22. c. ℣ſ. 18. Geneſeos legitur. καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. non autem altero, quod quidam volunt, εἶναί σου ὁ Θεός, καὶ τοῦ σπέρματός σου μετά σε. qui 17. 7. ejuſdem libri legitur. Priori loco ſemen, non collectiue accipi, ſed ita accipi vult Apoſtolus, vt cum dicitur, *Ponam inimicitias inter te & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius. ipſum conteret tibi caput*, &c. quemadmodum & Seth, ſub quo inuocari cœptum eſt nomen Dei, & cujus filii, filii dicuntur Dei, *ſemen aliud*, σπέρμα ἕτερον, ejuſdem lib. c. 4. 25. dicitur. vt ſic ipſe & Abel, ea voce diſtinguantur. Ibi enim, *Dedit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem interfecit Cain.* ita, vt ſinguli eorum, quanquam matre eâdem nati, σπέρμα dicantur. Apoſtolus, non orthodoxus modo, ſed θεόπνευστος & ἀναντίῤῥητος, loci ejus, cujus jam meminimus, interpres, in eodem, vnum non minus denotari Chriſtum probat, quam cum σπέρμα γυναικὸς vocatur. vt ſi Abel, vt ſi Seth, ſinguloſque ex aliis ſic dicas: & hac voce vnum aliquem eximie deſignes. Vnde ſatis equidem mirari B. Hieronymum non poſſum, qui, vt abſurdum, hoc traducit. Et inter alia, *Omnes ſcripturas ſenſu ac memoria peragremus, nunquam plurali numero ſemina ſcripta repperi: ſed, ſiue in bonam, ſiue in malam partem, ſemper ſingulari numero.* Tum, quod excidiſſe illi nolim, *Vnde manifeſtum eſt, id feciſſe Apoſtolum quod promiſit: nec reconditis ad Galatas vſum eſſe ſenſibus, ſed quotidianis & vilibus, & quæ poſſint, niſi promiſiſſet, ſecundum hominem dico, prudentibus diſplicere.* Quaſi, ſcilicet, vel illud, κατὰ ἄνθρωπον λέγω, quod περὶ τῆς διαθήκης præceſſerat, huc referendum vel ita ſit accipiendum, aut Apoſtolus, σπέρματα, hoc ſenſu, numero plurali in ſcriptura legi dicat. qui τὸ σπέρμα, ſiue, *ſemen*, modo ὡς ἐφ᾽ ἑνός, vt de vno, modo ὡς ἐπὶ πολλῶν, vt de multis, eo autem loco de quo agit, vt de vno, recte ac merito accipiendum notat. Quomodo de vno? Vt cum ſemen mulieris dicitur de vno. Grammaticorum ergo more ac τεχνικῶς loquutus eſt. Non dixit σπέρμασι, vt σπέρματα ſignificaret, ſed vt vnum aliquem ſignificaret, inquit. Accedit quod τὸ λέγειν, de ſignificatione & intellectu vſurpatur. Ita ex Homeri interprete ſi quæras, quid Poëta velit, cum μῆνιν dicit, quæ prima Iliados totius vox eſt, λέγει τὸν ἐπιμονον χόλον, reſpondebit. hoc eſt, *iram ſignificat conſtantem.* Ita noſter qui dixit, οὐ λέγει, καὶ τοῖς σπέρμασι, ſimul, τοῦτο τὸ σπέρμα λέγεσθαι, hoc vnum ſignificari, addit. non enim collectiue accipi *ſemen*, vt de pluribus, ſed vt de vno. Σπέρματι, hoc eſt, Chriſto. Nam τὸ σπέρμα collectiue poſitum, τὰ σπέρματα ſignificat. Vt, Chriſtum, Seth, Abel. Et hic Chriſtum: de quo in promiſſione dicitur,

εὐλο-

CAP. III. ℣ſ. 16.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

AD GAL.

ἐνευλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου. Quanquam ſuſpicor & aliud hic eſſe quod decepit eruditos. quod, τῷ σπέρματι, nimirum, dixit. cum eo loco, ἐν τῷ σπέρματι legatur. καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου. Qui non obſeruarunt, in antiquis Græcis codicibus ἐνευλογηθήσονται legi. quomodo Apoſtolus haud dubio legit. Ἐνευλογηθήσονται τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. melius quam ἐν τῷ σπέρματι, quod noſtri habent codices. Pſalmo autem 71. 18. καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πᾶσαι αἱ φυλαί. Cum vero locis prope infinitis, tum in Sacris tum in ipſa Geneſi propemodum vbique, τὸ *ſemen*, collectiue vſurpetur, vt in illo, *Semini tuo dabo terram hanc*, &, *Multiplicabo ſemen tuum*, &, *Inter me, & vos, & ſemen tuum*, eodemque modo ſingulis fere, vt nunc diſtinguuntur capitibus, de vno autem rarius & efficaciter; quid mirum, ſi in eo de quo agitur nunc loco, non de ſemine eum loqui dicat, quod plurali numero exprimitur, & ſemina deſignat, ſed de vno, qui eſt Chriſtus? Et quo B. Hieronymi hic obſeruatio: qui, *ſemina, multitudinis numero in Sacris reperiſſe literis*, ſe negat? neque video, cur, ἀπερισκέπτως, aut imprudenter, loquatur, qui benedictum illud ſemen, ἐξόχως ita dicit, aut ita dici, ait. de quo & plurima recen-

vſ. 19. tiores. Eodem capite in illo loco, Τί οὖν ὁ νόμος; τῶν παραβάσεων χάριν προσετέθη, &c. διαταγεὶς δι' ἀγγέλων ἐν χειρὶ μεσίτου, cum διαταγεὶς δι' ἀγγέλων ἐν χειρὶ μεσίτου dicitur, non poſſum aſſentiri iis, qui alium μεσίτην præter magni Angelum conſilii intelligunt. Ita autem etiam ſentire antiquos, aut pleroſque ex iis ſaltem, ne illi quidem negant qui hic Moſen deſignari credunt. quem nos, vt fidelem Domino miniſtrum, etiam in Lege, ὑποτάττεσθαι, ac ſubjici, nuſquam ἀντιδιαλῆφθαι, *opponi* illi *aut componi*, de quo agitur, exiſtimamus. B. Ambroſius, qui Angelos, Prophetas (de quo alibi) dici arbitratur, *Per hos Lex ordinata*, inquit, *ac diſpoſita à Deo eſt: in manu, id eſt, poteſtate, Saluatoris*. Theophylactus, ἐν χειρὶ μεσίτου, τουτέστι Χριστοῦ. δείκνυσι γάρ, ὅτι τὸν νόμον ὁ Χριστὸς δέδωκε. Et ante magnus Chryſoſtomus, Ἢ τοὺς ἱερέας ἀγγέλους καλεῖ, ἢ καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀγγέλους ὑπηρετήσασθαί φησι τῇ νομοθεσίᾳ· μεσίτην δὲ ἐνταῦθα τὸν Χριστόν φησι, δεικνὺς ὅτι προῆν, καὶ τὸν νόμον αὐτὸς ἔδωκε. *Vel ſacerdotes dicit Angelos, vel, ipſos Angelos inſeruiiſſe vult Legi. Mediatorem autem dicit hic Chriſtum. quo, & jam ante fuiſſe, & dediſſe ipſum Legem, oſtendat*. vt alios omittam. Qui ne quidem video, cur illud ἐν χειρὶ, quod poteſtatem notat, Dei Filio, etiam priuſquam aſſumpſiſſet hominem, non recte tribuatur, neque quicquam, præter miniſterium & operam, non autem amplius (quod eruditi volunt) denotare poſſit: cum, *in manu Dei eſſe aliquid*, etiam αὐτοκρατορικῶς, qua voce hic vtuntur, ſine majeſtatis imminutione aut poteſtatis, dicatur: vt, cum Regis cor, *in manu Domini eſſe*, ait Sapiens. qualia vbique ἀνθρωποπρεπῶς, vt loquuntur antiqui, vſurpantur. Si hoc autem modo, τῷ μεσίτῃ, qui eſt Chriſtus, aliquid detrahitur, aut parum illo dignum id videtur, Stephano quid fiet, qui Actor. 7. 35. Moſen, ἐν χειρὶ ἀγγέλου, τοῦ ὀφθέντος ἐν τῇ βάτῳ, eſſe miſſum dicit? vbi ipſe interpres noſter, *ductu Angeli, qui viſus ei fuerat in rubo*, dixit. Si ergo, τὸ ἐν χειρὶ, huic ipſi nihil eo detrahit in loco, quomodo hic detrahat, non video. Ne jam dicam, prius cogitandum, quomodo ἐν χειρὶ τοῦ μεσίτου, ordinata Lex aut diſpoſita dicatur. Ne jam dicam, licet Angelos, qui ita proprie dicuntur, hic intelligamus, longe ſupra eos eſſe, qui hic mediator dicitur: ſiue ſimpliciter, qua Dei mediator atque hominum futurus erat (quod nonnullis ex antiquis, etiam Ambroſio, videtur) ſiue, qua idem ille, inter Deum (qui tum Legem tulit, cujus majeſtatem ac terrorem ferre Iſraël non poterat) hominemque qui accepit, mediator fuit. Qui vt tantum *internuncius* dicatur, admittendum vix arbitror. cum præſertim munus internuncii, vt in bello ita & alibi, etiam viliſſimis, citra fœderis effectum quoque aut pacis, tribuatur. quemadmodum in Comœdia, internuncios ſuos milites atque amatores mittunt. Quod & ſeruorum munus. Liuius, *Seruus erat Zeuſippo, totius inter-*

nuncius

nuncius & miniſter rei. Apud quos, etiam in Sacris, idem quod *interpres.* minime autem, quod ille, qui, *mediator & duplex genus*, dicitur Prudentio. (AD GAL.) Eruditiſſimum Gloſſarium, Μεσίτης, *ſequeſter, arbitrator, mediator.* neque aliam in exprimendis Græcis felix artifex inuenit Apuleius, qua μεσίτην, etiam cum de hominibus vſurpatur, exprimeret. Ego, vt iterum hoc dicam, præterquam quod ſatis, præſertim in ſacris, commendatas nobis voces eſſe ſciam, quibus S S. Patres vtuntur, malim in contextu ſane, minus, vbi opus eſt, Latine, quam non ſatis efficaciter efferre quæ dicenda ſunt. Vt autem aliquid ἐν χειρὶ, ſiue, in poteſtate, internuncii dicatur eſſe, quis admittat? Adde quod poſtquam ἐν χειρὶ μεσίτου hic dixit, ſtatim ſequitur, ὁ δὲ μεσίτης, ἑνὸς οὐκ ἔστιν· ὁ δὲ Θεὸς εἷς ἐστιν. vbi de eodem mediatore agi, idemque ad ſuperiora referendum, nec dubito, nec dubitaſſe antiquos arbitror: tantum abeſt, vt ad Moſen hæc, aut ſuperiora, referam. Quemadmodum nec arbitror, cum ὁ δὲ Θεὸς εἷς ἐστι dicitur, *Deum eſſe ſemper ſui ſimilem* dixiſſe, aut id voluiſſe Apoſtolum. Qui, *Mediator autem, inter vnum*, inquit, *eundemque*, aut, *vnius*, *non eſt* (non enim mediator eſſet) *quamuis ipſe Deus vnus eſt*, aut, *cum Deus tantum vnus ſit.*

CAP. V.

Locus, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικός. τὸ γυνὴ, *quomodo accipiendum eo loco.* γυνὴ, ἡλικία τις. *mulieris appellatione, etiam virginem, è Iuriſconſultorum mente, contineri. Hebræorum* עלמה. ἀπόκρυφος. ἔνδον μίμνουσα. ἡ ἄνωθεν δουλεία. πάλιν & ἄνωθεν, ἐκ παραλλήλου. *Locus,* γίνεσθε ὡς ἐγώ, *& quæ ſequuntur. de eo Chryſoſtomi ſententia.* Ἡ ἀσθένεια τῆς σαρκός. *& an* τῆς σαρκός μου, *legendum.* δι' ἀσθένειαν, *&*, κατ' ἀσθένειαν εὐαγγελίζεσθαι. τὸ εὐαγγελίζεσθαι, *quomodo accipiendum.* εὐηγγελισάμην ὑμῖν τὸ πρότερον. *Loci quæ obtinet diſtinctio examinata.* Οὓς πάλιν ὠδίνω. ὠδίνειν *quid.* μορφοῦσθαι. ἐξεικονίζεσθαι. εἰς σύστασιν ἔρχεσθαι. εἰδοποιεῖσθαι. διοργάνωσις, διάπλασις. ὠδίνειν *& parturire. Locus,* ἤθελον δὲ παρεῖναι πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἀλλάξαι τὴν φωνήν μου. ἀλλαγὴ καὶ παραλλαγὴ τῆς φωνῆς. στροφή. *Locum Apoſtoli quomodo expoſuerit Nyſſenus. Locus,* μία μὲν ἀπὸ ὄρους Σινᾶ, εἰς δουλείαν γεννῶσα, *&c. loci interpretatio.* Τὸ γὰρ Ἄγαρ, *&c. quomodo accipiendum. loci totius mens &* ἀκολουθία. *Locus,* ῥῆξον καὶ βόησον. ῥηγνύειν. *Locus,* Ἀλλ' ὥσπερ τότε ὁ κατὰ σάρκα γεννηθεὶς, ἐδίωκε τὸν κατὰ πνεῦμα. *quid in eo loco,* τὸ διώκειν. *Helleniſtis quomodo vſitatum. fraudem incogitare.* καταςοφίζεσθαι. δολιοῦσθαι. ἐνεδρεύειν.

CApite quarto cum dicitur, Ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον, recte ad mentem loci Heſychius: (CAP. IV. ℣ſ. 4.) qui, τὸ γυνὴ, ἡλικία τις interpretatur. Γυνὴ, ἡλικία, ἡ παρὰ Πυθαγόρᾳ. Qui Pythagoras, de nuptiarum ætate cum ageret, qua jungenda viro eſſet virgo, quod & à Platone, Heſiodo, cæteriſque factum, voce γυναικὸς vtebatur. Heſiodus, Ἡ δὲ γυνὴ τέτορ' ἡβώῃ, πέμπτῳ δὲ γαμοῖτο. Vbi γυνὴ eſt virgo, cujus ætatem annis quatuordecim definit. ea lege, vt quinto & decimo jungatur viro. Hoc voluit, cum erudite ad hunc locum notat Procopius, Γυνὴ γὰρ λέγεται καὶ ἡ παρθένος· ἡλικίας γὰρ ἡ κλῆσις, τῆς οὐκ ἔτι παιδίου, ὡς καὶ ἡ τοῦ ἀνδρὸς, κἂν ἐν τῷ πείρᾳ μὴ ἔχῃ πρᾶξιν. Διὸ καὶ Παῦλος φησὶν, Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικός. Sed & Iuriſconſulti tit. De verb. ſignif. *Mulieris,* inquiunt, *appellatione, etiam virgo viripotens continetur.* quod Iuriſconſulti Græci, τῷ ὀνόματι τῆς γυναικὸς καὶ ἡ ἔφηβος παρθένος δηλοῦται. Eſt igitur γυνὴ, ἡλικία τις, & quidem virginis. Quod Hebræi elegantiſſima voce עלמה expreſſerunt. antiqui autem, ἀπόκρυφος interpretantur: quaſi, ἔνδον μίμνουσα, dicas. quomodo de Virgine Heſiodus loquitur. Eodem capite ſequitur, πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν (℣ſ. 9.) ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε. Vbi ἄνωθεν, *vt prius, vt ante.* Ἡ ἄνωθεν δουλεία, de qua agit, eſt, *antiqua ſeruitus.* Autor, qui vitam

Theclæ deſcripſit, οὔτε γὰρ σῶν ἠθῶν καὶ τρόπων, οὔτε τῆς αἰδοῦς τῆς ἄνωθεν καὶ σεμνότητος,
ταῦτα τὰ παρά σου γινόμενα. idem paulo poſt, πειρωμένου παρατρέψαι σε μὲν ἐκ τοῦ καθή-
κοντος λογισμοῦ, ἀνατρέψαι δὲ τὴν ἄνωθεν τῆς οἰκίας εὐδαιμονίαν. Simpliciter interpres
vetus, *denuo* dixit. qui, *quibus denuo ſeruire vultis.* Operoſius recentior, *ad ſupe-*
vſ.12. *riora regreſſi.* Πάλιν, ergo & ἄνωθεν, ἐκ παραλλήλου. Sequitur, Γίνεσθε ὡς ἐγὼ, ὅτι
κἀγὼ ὡς ὑμεῖς. ἀδελφοὶ δέομαι ὑμῶν· οὐδέν με ἠδικήσατε. Οἴδατε δὲ, ὅτι δι' ἀσθένειαν τῆς σαρ-
κὸς, εὐηγγελισάμην ὑμῖν τὸ πρότερον. Quo in loco, an non aliquid ſibi permiſerint
interpretes, videndum: qui nec, vt oportet, diſtinxiſſe eum, ideoque nec ſatis
expendiſſe, videntur. Ad cætera autem priuſquam veniamus, ſatis aſſequi
non poſſum, τί παθὼν magnus Chryſoſtomus, neque modo linguæ gnarus,
ſed & eloquentiæ anteſignanus, τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς, ad perſecutiones refe-
rat Apoſtoli. Quemadmodum & Græci cæteri, qui ad hunc locum notant,
οἷον μετὰ ἀσθενείας σαρκικῆς, τουτέστι, μετὰ δεσμῶν καὶ πληγῶν, καὶ φυλακῶν, ἅπερ ὑπὸ τῶν
ἐναντίων τῷ κηρύγματι ὑπέμενον. Cauſam arbitror, quod, contra quam noſtra
habent exemplaria, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκός μου, legerint. cum ſimpliciter, τῆς
σαρκὸς, legendum videatur. Ea res effecit, vt magnus Theologus ille, vtrunque
verſiculum conjungeret, quaſi idem in vtroque ab Apoſtolo dicatur. At vero,
aliud, δι' ἀσθένειαν, &, κατ' ἀσθένειαν, εὐαγγελίζεσθαι. quemadmodum peculiaris
vis, in voce εὐαγγελίζεσθαι: quam non ſatis expendiſſe videntur. *Annuncia-*
ui primo vobis, propter infirmitatem veſtram, læta ac grata, inquit. qualis eſt re-
miſſio peccati, & inuitatio ad pœnitentiam: *vt vos lucrifacerem.* cum pec-
cati accuſatio plerunque præmittatur: quæ eſt Legis, ſicut iſta Euangelii.
E quo patet jam quid ſit εὐαγγελίζεσθαι: quid ſit item εὐηγγελισάμην ὑμῖν τὸ
πρότερον. Nunc ad vitiorum reprehenſionem me accinxi: propterea minus
ſum gratus vobis. & hoc eſt, quod mox ſequitur, ὥστε ἐχθρὸς ὑμῶν γέγονα, ἀλη-
θεύων ὑμῖν. Quo magis noſtros miror, qui cum δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς legerint,
nihilominus ad perſecutiones id referunt: quod, *per infirmitatem carnis*, in-
terpretantur. id eſt, *per varias*, vt hic loquuntur, *afflictiones, quibus quotidie*
exercebatur Apoſtolus. Adeo, vt nihil illo eſſet abjectius, ſi externam ſpeciem, atque
adeo, ſi hominem ſpectes. Neque cætera ſane ſatis expendiſſe videntur. Γίνεσθε ὡς
ἐγὼ, ὅτι κἀγὼ, ὡς ὑμεῖς. Hoc eſt, quemadmodum hactenus, κατὰ μηδὲν ἑτεροζυγοῦν-
τες, *nuſquam contenſioſi, ſed ſumma inter nos egimus concordia, ita porro agamus.*
ego vt vos, vos vt ego. Id vos rogo. Ita enim hactenus egimus. Vos quidem, vt nulla
in re minus benigne mecum ageretis, quamdiu, propter infirmitatem veſtram, præ-
dicationem meam ſic accommodaui. quod & intellexiſtis ipſi. quemadmodum nec
meam etiam, quæ in afflictionibus conſiſtit, contempſiſtis. Vt τὸ, εὐηγγελισάμην ὑμῖν
τὸ πρότερον, ad œconomiam, qua in docendo vſus eſt, referatur: vtque verba
illa, Οὐδέν με ἠδικήσατε, verſus ſint initium, & cum illis τὸ, οἴδατε δὲ, conjungan-
tur: contra quam nunc fit. Hoc modo, Γίνεσθε, ὡς ἐγὼ, ὅτι κἀγὼ ὡς ὑμεῖς, ἀδελ-
φοὶ, δέομαι. Οὐδέν με ἠδικήσατε· οἴδατε δὲ, ὅτι δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς εὐηγγελισάμην ὑμῖν
vſ.19. τὸ πρότερον. Eodem capite & illud legitur, Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω. Vbi, *quos*
iterum parturio, vulgo. parum concinne, meo quidem animo. Quis enim par-
turit, ἵνα μορφωθῇ, vt formetur (hac enim voce vtuntur) quod in vtero jam
geritur? cum ipſa μόρφωσις fœtuſque formatio, diu legitimum, quod ignorare
nemo poteſt, antecedat partum? In eâdem autem tranſlatione quis dubitat,
quin perſiſtat, cum addit, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν? Μορφοῦσθαι autem eſt,
quod ἐξεικονίζεσθαι inprimis eleganter Helleniſtæ dicunt. Conſtitut. Clemen-
tis, Πᾶν γὰρ τὸ ἐξεικονιζόμενον, ψυχὴν λαβὸν παρὰ Θεοῦ, φονευθὲν, ἐκδικηθήσεται, ἀδί-
κως ἀναιρεθέν. Nota lex eſt Exodi 21. Ἐὰν δὲ μάχωνται δύο ἄνδρες, καὶ πατάξωσι γυ-
ναῖκα ἐν γαστρὶ ἔχουσαν, καὶ ἐξέλθῃ τὸ παιδίον αὐτῆς, μὴ ἐξεικονισμένον, ἐπιζήμιον ζημιω-
θήσεται. Magnus Baſilius hoc, &, εἰς σύστασιν ἔρχεσθαι, ad 33. Pſalmum conjunxit.
Vbi, ὁ γὰρ παρά τινος τὴν μόρφωσιν τῆς εὐσεβείας δεχόμενος, οὗτος οἱονεὶ διαπλάττεται
παρ' αὐτοῦ, καὶ εἰς σύστασιν ἔρχεται. Vbi & de hoc loco. Alii nonnunquam εἰδοποιεῖσθαι
fœtum

fœtum dicunt cum formatur. Procopius ad Leuiticum, φασὶ δὲ οἱ ταῦτα σοφοὶ, AD GAL. εἰ μὲν ἄρσεν εἴη τὸ ἐν μήτρᾳ καταβληθὲν, ἐν μ' μόλις ἡμέραις εἰδοποιεῖσθαι, εἰ δὲ θῆλυ, ὡς ἂν ἀσθενὲς διπλασίονος χρόνου προσδεῖσθαι. Phyſici διοργάνωσιν & διάπλασιν dicunt. qui tum demum animal, ἔμβρυον vocari volunt: poſt quod reliqua, & ratio, ſequuntur. vt non fruſtra ſic locutus ſit Apoſtolus. Elegans Philoponi ad primum Geneſeos caput, lib. 6. locus eſt. Ἐντεῦθεν οὖν καὶ παρὰ τοῖς φυσικοῖς ὁμολογούμενον διδασκόμεθα, ὅτι ζῶον οὐκ ἔστι πρὶν διαπλασθῆναι τὸ κατὰ γαστρός· ἅμα δὲ τῇ διαπλάσει ψυχοῦται ζωογονούμενον. Atqui, *Mulier*, inquit interpres, *grauida toto geſtationis fœtus tempore ὠδίνειν dicitur*. quod vt concedamus, etiam de ea dici poſſe, quæ vterum & imperfectum adhuc geſtat fœtum, (qualis הרה dicitur in Lege, quemadmodum & τὸ ὠδίνειν ἐγκυμονεῖν, de grauida Heſychius interpretatur) anne ideo & parturire dicitur, quæ vterum vel gerit, vel formatum necdum geſtat fœtum? Quomodo enim parturigo, vt loquuntur medici, formationem fœtus antecedet? quomodo dicetur parturire vlla, vt formetur fœtus? quod nonnulli, credo, cum viderent, inter quos & Haymo, *parere deſidero*, interpretati ſunt: vt ſic ante partum, ſcilicet, formari fœtus poſſet. Eraſmus, in Paraphraſi, *ſemel vos genui Chriſto*: quia 1 Cor. 4. 15. ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα, legerat, ni fallor. (cum nec gignat fœmina, nec τὸ ὠδίνειν proprie de viro vſurpetur: nec in vtero gignentis μορφωθῆναι fœtus dicatur.) qui mox addit, *nunc deſciſcentes à Chriſto denuo parturio, donec plene formetur in vobis*: quod eodem redire eſt. Quemadmodum nec ad abortum referre hoc poſſum. quales proprie non τίκτειν aut ὠδίνειν, ſed ἐξαμβλοῦν dicuntur. Quid ſi autem quod Apoſtolus hic dixit, ante Moſes dixit, quem expreſſit noſter? Qui, *An ego vniuerſum iſtum populum concepi*, inquit. vbi הריתי eſt in Hebræo. quod, Μὴ ἐγὼ ἐν γαστρὶ ἔλαβον πάντα τὸν λαὸν τοῦτον, ἢ ἐγὼ ἔτικτον αὐτούς; Helleniſtæ dixerunt. Ponamus ergo, οὓς πάλιν ἔλαβον ἐν γαστρὶ, *quos iterum concipio, iterum in ventre geſto*, Apoſtolum dixiſſe. Sequitur; Ἤθελον δὲ παρεῖναι πρὸς ὑμᾶς, καὶ vſ. 20.
ἀλλάξαι τὴν φωνήν μου. Quo in loco quoque mirum, quantopere etiam ex antiquis quidam fluctuarint. Inter quos Nyſſenus. qui vt hanc ſiue ἀλλαγὴν τῆς φωνῆς, ſeu παραλλαγὴν, aduerſus Eunomium, στροφὴν dixit, ita de allegoria, qua mox vtitur, intelligit. Verba ejus ſunt: Τὸ γὰρ μὴ ἐπ' εὐθείας νοούμενον, στροφῆς τινὸς χρῄζει πρὸς τὴν τῶν κεκρυμμένων περίληψιν· καὶ, ὥσπερ ὁ Παῦλος, ἀλλάξαι ἑαυτοῦ τὴν φωνὴν ἐπηγγείλατο, μέλλων μεταθεῖναι τὴν ἱστορίαν εἰς τροπικὴν θεωρίαν· οὕτως ἐνταῦθα ἡ τῶν κεκρυμμένων φανέρωσις, στροφὴ τοῦ λόγου παρὰ τοῦ Σολομῶντος καλονομάζεται. Quo nihil magis alienum. quid enim hæc ad eam, quæ mox ſequitur, allegoriam? quare id, ad affectus ac lachrymas, quas præſens expreſſurus erat, referre maluit Chryſoſtomus. Οὐκ ἀρκεῖται τοῖς ῥήμασιν, ἀλλ' ἐπιζητεῖ καὶ τὴν παρουσίαν· ὥστε ἀλλάξαι τὴν φωνήν μου φησὶ, τουτέστιν, ἀλλάξαι τὸν ὀλοφυρμὸν, ποιῆσαι καὶ δάκρυα, καὶ πάντα εἰς θρῆνον ἐπισπάσασθαι. Nec multo aliter Eraſmus, qui ad proprias orationis formas, quibus, qui præſentes ſunt, vtuntur, hoc refert: quales, qui caſtigant modo, modo ad mœrorem animos inflectunt. neque multum cæteri recedunt. Quia autem paulò ante, Errare eos dixit, quod præſentem optarent tantum, cum abſentis eadem habenda eſſet ratio, quid ſi hoc dicat, *Imo, nunc adeſſe optarem, ac mutari poſſe id quod dixi. in has enim me anguſtias jam redegiſtis?* Eodem capite legitur, Ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα. αὗται γάρ vſ. 24.
εἰσιν αἱ δύο διαθῆκαι· μία μὲν ἀπὸ ὄρους Σινᾶ, εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἥτις ἐστὶν Ἄγαρ. Quo ipſo in loco, ſi quid judicamus, magno molimine opus non erat. Non parum enim ſe inuoluunt, etiam qui a mente Apoſtoli non procul abſunt. *Mons*, inquit, Sina, *eſt Agar*. hoc eſt, *peregrina illa*. Vt ad ſignificationem τοῦ Ἄγαρ alludat. quæ, vt extra benedictionem, ita extra terram promiſſionis, Sina. *Fœdus*, inquit, *alterum*, ſiue, *Lex, quæ ſeruitutis eſt, à monte Sina deducitur: quæ eſt Agar*, id eſt, *peregrina*. nam & ipſa peregrinis paret, quandiu extra fœdus eſt, vt Agar. Sequitur, τὸ γὰρ Ἄγαρ. vbi, τὸ, τεχνικῶς ſumitur. quomodo qui gloſſas, hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

AD GAL. hoc eſt, peregrinas interpretantur voces, vti eo ſolent. Τὸ enim Ἄγαρ ſic interpretatur, quod eſt *peregrina*. Ac ſi dicat, *Vox enim* Ἄγαρ, *Sinæ reſpondet: qui mons eſt Arabiæ ac peregrinus.* Quæ vt olim extra promiſſionis terram, ita Iudæorum Hieroſolymæ reſpondet. *quæ & ipſa Legi nunc adhæret: multum diſſimilis cæleſti illi, cujus filii nunc ſumus.* Tantum abeſt, vt aut montem Arabiæ, aut eandem cum Sina fuiſſe Agar dicat. Cum montem Sina, in qua data Lex eſt, συστοιχεῖν τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ, *commune id cum Iudæorum Hieroſolyma habere*, dicat, quod peregrina ſit vtraque. Peregrina autem Hieroſolyma, quandiu extra Euangelium, quam diu in Sina, hoc eſt, in vepretis ſuis hæret. id enim Sina notat. Nihil autem dici ſimplicius poteſt. Vt totius loci à verſu 22. mens ſit. *Scriptum enim eſt, duos Abrahamum habuiſſe filios: alterum, ex ancilla, cui nomen Agar (quod eſt, ſi interpreteris, peregrina) alterum, ex ingenua ac libera, quæ Sara, hoc eſt, domina, aut princeps, dicta. Qui ex ancilla autem, ſecundum carnem, qui è libera, vi promiſſionis eſt genitus. Quæ aliud deſignant. Duo Fœdera, nimirum: Legis,* nempe, *ac Promiſſionis, ſiue,* Euangelii. *Quarum illa originem ex monte Sina habuit. quæ vt ancilla, ita ſeruos parit. Plane vt Agar illa, quæ & ſeruum peperit. Quippe vt Agar, peregrina ſimul & ſignificatione vocis & re fuit, ita Sina, mons Arabiæ, & extra terram illam fuit quæ promiſſionis dicitur. Quæ commune id cum ea quæ nunc eſt Hieroſolyma inprimis habet, quod cum ſuis liberis, id eſt, Iudæis, ſeruiat.* Quare ne illa quidem obſeruatione opus eſſe arbitror, *Ex Sina, id eſt, Arabia, ab Apoſtolo dici, non quod Agar inde eſſet orta, (erat enim Ægyptia) ſed quia cum Iſmaële & ſuis nepotibus Arabiam incoluit.* Satis enim ſit, Sinam cum Lege ſua, & ancillam eſſe & peregrinam. hoc eſt, veram Agar: qualis & terreſtris Hieroſolyma eſt, quam diu talis. De quibus vellem in Paraphraſi Eraſmus noſtras cogitaſſet. Qui inter cætera, *Si quidem mons Sina eſt in Arabia, quæ Chaldæorum lingua Agar ancillæ nomen refert; confinis monti Sion: in quo ſita eſt ciuitas, cui quondam erat nomen Iebus, nunc Ieruſalem dicitur.* ne de ſingulis nunc

vſ. 27. agam. Paulo poſt, cum ſequitur, ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον, ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα, notari velim τὸ ῥῆξον, aut τελικῶς, junctum cum alio, aut ἁπλῶς, ſeu, ſeorſim, Helleniſtis vſurpari. qui in eo, de quo nunc agitur, Eſaiæ loco, τὸ רנן ea voce expreſſerunt. quod, *in laudem prorumpere*, eſſet. Cum interdum τὸ ῥηγνύειν abſolute de vociferatione vſurpetur. Heſychius Ῥῆξαι, ἐκρῆξαι φωνήν. Ῥηξάτω, κραξάτω, &, Ῥῆξε, ἔκραξε. quomodo ταυτοδυναμοῦντα eſſent quibus vtitur Apoſtolus. Idem autor eruditiſſimus, ex ſcriptore antiquo, ῥῆξαι, inter alia, κράξαι, interpretatur. Quare, vel, *erumpe in laudem*, ex loco Eſaiæ, vel, *vociferare & clama*, ex Helleniſtis, reddendum erat. quanquam &, *erumpere laudem*, ac *vociferationem*, Latine dicas, vt *gaudium* Comicus. *Iamne erumpere hoc licet mihi gaudium?* Capite eodem, & quidem paulo

vſ. 29. poſt, quod legitur, Ἀλλ' ὥσπερ τότε ὁ κατὰ σάρκα γεννηθεὶς, ἐδίωκε τὸν κατὰ πνεῦμα, ita interpretantur eruditi: *Sed quemadmodum tunc is, qui ſecundum carnem genitus fuerat, perſequebatur eum qui natus erat ſecundum ſpiritum.* Cum ad verbum hoc in hiſtoria Sacra legi non meminerim. nihil enim aliud, puto, dicitur, niſi quod Sara Iſmaëlem viderit *ludentem:* aut, vt alii, *ſubſannantem.* Procopius, qui ex omnibus Græcorum Commentariis potiſſima elegit, ad τὸ παίζειν, quo vtuntur ibi Helleniſtæ, quod eſt, *ludere*, recurrit. quos nonnunquam, ἀντὶ τοῦ τύπτειν ἢ μάχεσθαι, de verberibus, aut pugna, vſurpare id vult: quaſi, idem nempe, hic repperiſſet quod ibi legitur, vbi μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς παίζοντα Iſmaëlem inueniſſe Sara dicitur: idem ergo & Apoſtolum voluiſſe, cum διώκειν, dixit. Cæterum, aliquid malignitatis hic fuiſſe, ex indignatione Saræ facile appa- ret: quia Iſmaëli cum matre ejiciendo ea res occaſionem dedit. B. Hieronymus, *In Geneſi quidem hoc ſcriptum eſt, quia illuſerat Iſaac Iſmaël. Sed Apoſtolus oſtendit, non ſimplicem luſum fuiſſe, quem perſecutionem appellat. Quia ſcurrilem*

rilem

vilem eum & leuem facere cupiebat, ne illi poſſet in hæreditate præferri. Ideo AD GAL. *Abraham ejiciendo eum, vocem Saræ jubet audire.* Quæ nihil hic nos juvant. Quid igitur? In legendis Helleniſtis obſeruaui, id quod דמה ab Hebræis dicitur, voce διώκειν reddi. Quod de eo vſurpatur, qui occulte malum ſtruit, &, vt loquitur Flaccus, *fraudem ei, cum quo agit, incogitat.* Vt cum dicitur, ὁ ἀνὴρ, ὃς συνετέλεσεν ἡμᾶς, καὶ ὃς ἐδίωξεν ἡμᾶς: cum in Hebræo ea vox ſit quam diximus, 2 Sam. 21. 5. Vbi eleganter Chaldæi, *qui aduerſus nos cogitauit.* Hoc vero, quod, modo κατασοφίζεσθαι, vt Exodi 1. 10. Act. 7. 19. modo δολιοῦσθαι, vt Pſal. 105. 25. Helleniſtæ dicunt. Quales ἐνεδρευτικοὶ Græcis dicuntur. Qui verſuti ac doloſi, fraudem ſemper cogitant, interdum produnt. Quod notaſſe in eo Sara videtur.

CAP. VI.

Locus, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν, *de tota Lege. inſtitutum Apoſtoli. Priori Legis tabulæ quantum tribuerent Iudæi.* τὸ πλήρωμα τοῦ νόμου, *prior illis tabula. Lex contracta. & quo pacto impleatur.* Τὸ πληροῦν *quomodo nonnunquam Græcis vſurpatum, etiam Platoni.* τὸ כלה *interdum* τελειοῦν; *interdum* πληροῦν, *Helleniſtis. Locus,* ἕκαστος τὸ ἴδιον φορτίον βαστάσει. βάρος *&* φορτίον, *vtrum eadem. Locus,* Ἴδετε, πηλίκοις ὑμῖν γράμμασιν ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρί. *De diſtinctione loci & Apoſtoli mente. Stylo ferreo ſcribere. literæ majores, earumque vſus. vnciales literæ B. Hieronymi.* Πηλίκα, διάφορα, *quæ eminent. Recentioris interpretis ſententia. an idem hic* γράμμα *quod* ἐπιστολή. μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν. *quid eo loco* πνεῦμα. *Adulatoriæ compellationes etiam in Eccleſiam inuectæ, plurimaque earum exempla. Quid ſit* τὸ πνεῦμα ὑμῶν, *plurimis exemplis confirmatum.*

CApite quinto cum dicitur, Ὁ γὰρ πᾶς νόμος ἐν ἑνὶ λόγῳ πληροῦται, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν, CAP. V. ℣. 14. nunquam nobis illa celeberrimorum Theologorum ſatisfecit ad hunc locum obſeruatio, *Quod in genere apud Paulum dicitur, interdum reſtringendum eſſe ad id de quo agitur, vt hoc loco Legis nomen ad ſecundam tabulam.* Quaſi Synecdochice Lex, Legis pars, & ea quidem pars, in qua non de Dei, ſed de proximi amore agitur vel charitate, ſic dicatur. quam Legis ſummam 13. 9. ad Romanos dixit autor. Τὸ γὰρ οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, &c. καὶ εἴτις ἑτέρα ἐντολή, ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται, ἐν τῷ Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν. Ne jam dicam, vniuerſalem addi hic notam. Interim, non cuiuis obuium Apoſtoli hic inſtitutum puto. fruſtra certe Chryſoſtomum, Ambroſium, Theodoretum, alioſque hic accedas. Iudæi tantum priori tribuebant tabulæ, vt diſerte de ea dicerent, כל התורה כלולה באהבת ה׳ בכל לב ובכל נפש: hoc eſt, πᾶς ὁ νόμος, τῇ ἀγάπῃ τοῦ Κυρίου ἐξ ὅλης καρδίας καὶ ἐξ ὅλης ψυχῆς, πληροῦται. *omnis Lex, amore Domini ex toto corde & anima, impletur.* atque ita alteram quaſi præteribant partem. Quod non raro illis, vt & alibi diximus, à Domino objicitur. qui Matthæi 22, cum Legem contrahit, ſecundam tabulam, haud parum præter expectationem ejus à quo tum conſulebatur, ὁμοίαν τῇ πρώτῃ, *priori* dixit *ſimilem:* vt & Marci 12. Matthæi autem 19. 19. cum de præceptis agit, ſola tabulæ ſecundæ ponit. *Si vis autem vitam ingredi, ſerua mandata. Dicit ei, Quæ? Ieſus autem dixit, Non occides, Non mæchaberis, Non furaberis, Non dices falſum teſtimonium, Honora patrem & matrem, &, Diliges proximum tuum, vt te ipſum.* Sed & apud eundem alibi, *Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc eſt enim Lex & Prophetæ.* De quo cum diſputant nonnulli, vtinam hanc quæſtionem omnino expedirent. Τὸ πλήρωμα τοῦ νόμου, priorem vulgo tabulam, vt de altera ſecuri, vocabant Iudæi. Quomodo autem πλήρωμα, pars vt vna, ita prima, quæ & à toto ſeparari poteſt? quod ab ipſis etiam Iudæis fiebat. Lex autem, cum, vt oportet, factumque eſt à Domino, contrahitur,

Ad Gal. duobus, ſiue λόγοις, conſtat, ſeu præceptis. Quemadmodum autem amor Dei, niſi proximi amore non completur (quia objectum caritatis proprium & verum, cum Deo, id quod diligi vult Deus, recte ponitur) ita, qui ſic Deum amat vt excludat proximum, nec primam Legis recte obſeruat partem, neque implet totam. Iudæi igitur, quemadmodum non parum aberrarunt, cum ſolum illud, quod ſexto Deuteronomii ỷſ. 5. extat, *Diliges Dominum Deum tuum* &c. à parte altera, quæ Leuitici 19. ỷſ. 18. legitur, *Diliges proximum tuum, vt te ipſum,* ſepararent: ita qui priorem partem, πλήρωμα τοῦ νόμου, dicerent, haud minus fallebantur. quod poſteriori conuenit. Non tantum, quia ex amore Dei vero, amor proximi exoritur, eumque complet, vt diſerte à Iohanne 1 Epiſtola c. 4. ỷſ. 12. dicitur, *Si diligamus alii alios, Deus in nobis habitat, ejuſque charitas in nobis completa eſt:* ſed &, quod hæc pars, ſuperiori addita, abſoluit, ſeu conſummat Legem. quemadmodum & paſſim ea voce vtuntur Græci. Vt cum Plato in Timæo, τὸν τέλεον χρόνου ἀριθμὸν, τὸν τέλεον πληροῦν ἐνιαυτὸν, dixit. Neque enim hic πληροῦν τὸν νόμον, ita dicitur, vt cum πληροῦν τὸν νόμον, qui perfecte Legem implet, vulgo dicitur: ſed, qui τὸ πλήρωμα, quod adhuc deficit vel deeſt, addit atque apponit. Quod quidem πλήρωμα, compendio contractum, vt hic factum ab Apoſtolo, ἐν ἑνὶ λόγῳ ὅλον τὸν νόμον πληροῖ, *vnico præcepto totam complet Legem.* quemadmodum qui illud præſtat, totam complet Legem. Idem autem, πληροῦν & τελεῖν, interdum Helleniſtæ dicunt. (vt cum, ἕως οὗ ἐτελείωσε Σολομὼν τὸν οἶκον dicitur.) vere enim complet, qui poſtremam partem addit primæ, ac conſummat ſic quod cœpit. Cui autem deeſt aliquid, nec πλήρωμα nec πληροῦσθαι dicitur. contra vero ſi quis diem anno addat vltimum, πληροῦν eum dicitur. qui & recte πλήρωμα τοῦ ἐνιαυτοῦ dicetur. Quemadmodum amorem proximi, qui alteri accedit, recte παντὸς πλήρωμα τοῦ νόμου, dicas: vt cum, finem *abſoluere,* aut, *coronare opus,* dicimus. Ergo vt finem, πλήρωμα τοῦ ἔργου, dicunt Græci, ita finem Legis, amorem proximi, Apo-

Cap. VI. ỷſ. 5. ſtolus. Capite ſexto cum dicitur, Ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον φορτίον βαστάσει, operæ pretium eſt audire B. Auguſtinum, qui De conſenſu Euang. lib. 2. c. 30. *Niſi oneris nomen ſub diuerſis ſignificationibus acceperis, proculdubio putabis eundem in loquendo ſibi eſſe contrarium: & hoc in vna ſententia tam vicinis poſitis verbis. qui, cum paulo ante diceret, Alter alterius onera portate, poſtea dixit, Vnuſquiſque proprium onus portabit. Sed alia ſunt onera participandæ infirmitatis, alia reddendæ rationis Deo de actibus noſtris.* cum in altero ſit βάρη, in altero φορτίον. quæ omnino diuerſa. Βαστάζειν τὰ ἀλλήλων βάρη; eſt, τὰ ἀλλήλων βάρη συμβαστάζειν: aut potius, ἀλλήλοις συμβαστάζειν τὰ βάρη. quod ab operis deſumptum, quæ eandem, puta, trabem, aut quid ſimile, communicatis inter ſeſe viribus, mouere aut geſtare ſolent. Alterum, è re militari. & fortaſſe locum, καὶ ἔκοψαν καί γε πάντες αὐτοὶ ἕκαστος φορτίον, καὶ ἦραν, Iud. 9. 49. reſpexit. Eodem capite,

ỷſ. 11. cum legitur, Ἴδετε, πηλίκοις ὑμῖν γράμμασιν ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρὶ, mirum nobis videri ſolet, tantum, etiam hic, operæ adhibuiſſe interpretes. Quorum princeps B. Hieronymus fuit. qui ex hoc loco, non fuiſſe totam ab Apoſtolo ſcriptam hanc Epiſtolam, ſed, affectus cauſa, manu propria, quædam in fine tantum ſcripſiſſe eum, judicauit. Videndum autem, an non eruditis impoſuerit diſtinctio (quod ſane mirum nemini videri poteſt, cum pleriſque antiquiſſimi, vt plurimum, deſtituantur codices.) cujus eſſe teſtes poſſunt, quibus vnquam aliquid commercii cum illis fuit. Vt, poſt illa, τῇ ἐμῇ χειρὶ, plena tollatur. Hoc modo, Ἴδετε πηλίκοις ὑμῖν γράμμασιν ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρὶ, Ὅσοι θέλουσιν εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκὶ, οὗτοι ἀναγκάζουσιν ὑμᾶς περιτέμνεσθαι, μόνον, ἵνα μὴ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ διώκωνται. Locus elegantiſſimus. Vſitatum eſt prophetis quoque, vt ſi quæ præ reliquis notari à lectoribus in ſcriptis ſuis velint, ea ſtylo ferreo, aut ratione aliqua peculiari, ſcribere ſe dicant. vt apud Iobum alibi. Eſaias: *Sume tibi librum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis, Velociter*

ſpolia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ſpolia detrahe, cito prædare. Literas enim eminentes notat. quales erant quibus in inſcriptionibus Romani quoque vtebantur. vt & nos hodie, quoties aliquid in ſcripto præ cæteris notari volumus. Ita hic Apoſtolus, magnis atque eminentibus ſcripſiſſe literis ſe ait quæ ſequuntur. vt ea animo infigerent, nimirum. Quales *vnciales illæ literæ*, de quibus Præfat. in Iobum B. Hieronymus. *Habeant qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis auro argentoque deſcriptos, vel vncialibus, vt vulgo ajunt, literis.* Fere vt *cubitales*, ſiue *cubitum longas literas*, quæ eminerent, dixit Comicus. Qui Rudente, AD GAL.

Cubitum hercle longis literis ſignabo jam vſquequaque.

vt & alibi. Mens eſt: *Putate me hæc verba, quæ totius fere ſummam continent Epiſtolæ, literis maximis exarare vobis, vt ea infigatis animo. Videte, quantis literis hæc manu mea ſcripſerim.* Πηλίκα, ſunt διάφορα, aut διαφέροντα. quæ cæteris majora ſunt. Heſychius, Πηλίκοις, διαφόροις. erudite. Hodie hæc itaque, vel ſcribæ noſtri, vel typographi hoc modo exprimerent: Ἴδετε, πηλίκοις ὑμῖν γράμμασιν ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρί, ΟΣΟΙ ΘΕΛΟΥΣΙΝ ΕΥΠΡΟΣΩΠΗΣΑΙ ΕΝ ΣΑΡΚΙ, ΟΥΤΟΙ ΑΝΑΓΚΑΖΟΥΣΙΝ ΥΜΑΣ ΠΕΡΙΤΕΜΝΕΣΘΑΙ, ΜΟΝΟΝ ΙΝΑ ΜΗ ΤΩι ΣΤΑΥΡΩι ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΔΙΩΚΩΝΤΑΙ. Vulgo, *grandes literæ*, dicuntur. vt in illo, *Grandibus in tumuli marmore cæde notis*: de inſcriptione enim ſepulchrali agit. Talibus autem tituli vulgo, ac ſimilia, concipi ſolebant. Qualis in cruce pendentis fuit Domini: de quo recte dicas, πηλίκοις γράμμασιν οἱ θεοκτόνοι ἔγραψαν, ΟΥΤΟΣ ΕΣΤΙΝ ΙΗΣΟΥΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ; Talibus, vt veriſimile, januis inſcriptum, CAVE CANEM: quod quadrata litera expreſſum, autor elegans & nequam, notat. Vt & titulus, eodem autore, pittaciis, quæ vini amphoris affixa, inſcriptus. idque, quod Tuſcorum, vt Afranius volebat, lingua, deprecando incendio, oſtiis inſcribebatur: ARSE VORSE, ſcilicet: aliaque innumera. magnam enim partem ſupellectilis Romani, literatam, hoc eſt, longis literis, vt loqui ſolet Comicus, inſcriptam habebant. Quale & S illud haud dubio fuit: quod tricliniorum diætarumque foribus, ad imperandum maledicendi ſilentium, inſcribi ſolitum. Neque refert, quod nonnullos ex antiquis, ſemper grandioribus, quas capitales vulgo dicimus, fuiſſe vſos quidam velint. nihil enim obſtat, quominus & inter tales eminere quædam potuerint. Recentior interpres, qui miratur, cur tantopere hic ſeſe torqueant interpretes, ipſe interim Hilarii, Hieronymi, Theophylacti, Chryſoſtomi, aliorumque rejicit ſententiam; longas, vt videtur, literas epiſtolas vult eſſe: cum tamen ipſe fateatur, longiores ad Romanos Corinthioſque ſcripſiſſe Apoſtolum. Et quid refert, cujus manu ſcriptæ fuerint? An enim ideo prolixæ minus? Adde quod, illud τῇ ἐμῇ χειρί, quod eſt, αὐτοχειρί, vel ad hanc epiſtolæ partem, vel ad ipſa, quæ diximus, verba, quibus totius Epiſtolæ compendium ac ſumma continetur, referri poteſt. vt tanto plus autoritatis iiſdem ſic conciliet. Neque γράμμα, quanuis id nonnunquam Attici affectant, de epiſtola recte ſemper dicas. vt ſi quis, τὴν πρὸς Ῥωμαίους καὶ Ἐφεσίους ἐπιστολήν, τὸ πρὸς Ῥωμαίους ἢ Κορινθίους γράμμα dicat. Mihi certe aliud Ἐφεσίων ἐπιστολαί, aliud ſuperſtitioſa, de quibus Græci, Ἐφεσίων γράμματα. Et quis libellum, qui nunc Ἐπιστολικοὶ χαρακτῆρες inſcribitur, χαρακτῆρας γραμμάτων inſcribat? Syrus autem plane aliud agebat. Igitur πηλίκοις, μεγάλοις. *Videte, quantis literis*, hoc eſt, *quam ſerio*, quod ſequitur, hic ſcribam. Sed & in concluſione, vbi dicitur, ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν, haud facile impetrare à me poſſum, vt cum iis ſentiam, qui, *ſpiritum, carnis, juſtitiæ* opponi volunt. cum, τὸ πνεῦμά σου, Apoſtolo is ipſe ſit ad quem ſcribit. Pro quo poſtea in Eccleſiam, illa paſſim, etiam in Patrum Epiſtolis, obuia, ἡ σὴ φιλαδελφία, ἡ σὴ εὐσέβεια, ἡ σὴ λογιότης, ἡ σὴ θεοσέβεια, ἡ σὴ ἀγάπη, ἡ σὴ v. 18.

AD GAL. ἡ σὴ καλοκαγαθία, ἡ σὴ δεξιότης, ἡ σὴ τιμιότης, ἡ σὴ φιλανθρωπία, & quod magis adulationem ſapit, ἡ σὴ πλατότης, ἡ σὴ ἱερὰ διάθεσις, & ſimilia, paulatim irrepſerunt. Quemadmodum contra, cum de ſe agerent, ἡ ἐμὴ βραχύτης (*quod mea paruitas* Valerio Maximo) aliaque ejuſdem generis. Porro, τὸ πνεῦμα, ita jam tum tempore Apoſtoli vſurpatum, vel ex ipſo, loco non vno, probari poteſt. Ita quod alias, Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου μετὰ σοῦ, in concluſione Epiſtolæ poſterioris quam ad Timotheum ſcripſit, Ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τοῦ πνεύματός σου dixit, cum in priori, Ἡ χάρις μετὰ σοῦ dixiſſet. Eodem autem modo & poſtea hoc ipſum fuiſſe in vſu, vel illud Chryſoſtomi ad 10. Matthæi euicerit, Καὶ ὅταν εἴπω, Εἰρήνη ὑμῖν, εἶτα εἴπητε, Καὶ τῷ πνεύματί σου, μὴ τῇ φωνῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ γνώμῃ λέγητε, μὴ τῷ στόματι, ἀλλὰ καὶ τῇ διανοίᾳ. Ἂν δὲ ἐνταῦθα μὲν λέγῃς, Εἰρήνη καὶ τῷ πνεύματί σου, ἔξω δέ μοι πολεμῇς. &c. *Et cum dixero, Pax vobis, voſque deinde dixeritis, Etiam Spiritui tuo, idque non voce tantum, ſed & animo, non ore tantum, ſed & mente. Si ergo hic Pax Spiritui tuo dicas, extra vero bellum mihi inferas.* &c. Quod tamen tum, ita extra adulationis aleam, vt de ſe alibi Apoſtolus, συναχθέντων ὑμῶν, καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος, hoc eſt, ἐμοῦ, dixerit. Vt Hebræi נפשי, quod ἡ ἐμὴ ψυχὴ, Helleniſtæ. Sed nec in Liturgiis ſuis aliter Græci. vbi poſtquam Epiſcopus dixit, Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν, populus, vt alias, καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου, reſpondet. Cum Epiſcopus dicit, Ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν, populus, Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου, reſpondet. Sed & hominem à potiori parte ſic antiquis dici Theologis, nec nouum nec inuſitatum eſt. Quid enim ſpiritus, niſi anima? vnde & qui aliter acceperunt, ab Eccleſia damnati ſunt. Vide Gennadium De Eccleſiaſticis dogmatibus. Auguſtinus De tempore, *Spiritus noſter, quo viuit omnis homo, anima vocatur.* Quare eruditis, cum aliter hoc loco id accipiunt, mirum eſt, ne Apoſtolum quidem hoc quod dicimus nunc perſuaſiſſe.

Capita Epiſtolæ ad Epheſios.

α′. Περὶ τῆς ἐν Χριστῷ ἐκλογῆς ἡμῶν, καὶ εἰσαγωγῆς, καὶ τελειώσεως.

β′. Εὐχὴ περὶ γνώσεως τῶν ἐν Χριστῷ εἰσαχθέντων ἀγαθῶν εἰς ἡμᾶς.

γ′. Περὶ τῆς ἐθνῶν καὶ Ἰουδαίων οἰκειώσεως πρὸς Θεὸν διὰ Χριστοῦ ἐπ' ἐλπίδι κατὰ χάριν.

δ′. Περὶ τῆς δοθείσης αὐτῷ θείας σοφίας, εἰς φωτισμὸν ἐθνῶν καὶ ἔλεγχον δαιμονίων.

ε′. Εὐχὴ ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας εἰς δύναμιν καὶ ἀγάπην Θεοῦ.

ϛ′. Παραίνεσις περὶ ἀγάπης ἑνωτικῆς, ἧς καὶ τὰ χαρίσματα διήρηνται πρὸς ὠφέλειαν κοινήν.

ζ′. Περὶ σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης ποιούσης ἡμᾶς θεοειδεῖς.

η′. Περὶ τοῦ ζῆν ἐπαξίως τοῦ ἁγιασμοῦ, ἔργοις τὴν κακίαν ἐλέγχοντας, μὴ λόγοις· πνεύματι δὲ πληρουμένους διὰ ψαλμῶν, μὴ οἴνῳ.

θ′. Διάταξις οἰκειακῶν καθηκόντων ἀρχομένοις καὶ ἄρχουσι κατὰ Χριστόν.

ι′. Ἐν σχήματι ὁπλίσεως περὶ τῆς κατὰ Χριστὸν δυνάμεως.

DANIELIS HEINSII

EXERCITATIONES SACRÆ IN EPISTOLAM PAVLI AD EPHESIOS.

SIVE

LIBER DECIMVS.

CAPVT I.

Epiſtola ad Epheſios, quinta nunc ordine, Media B. Hieronymo dicta. & quare. De obſcuritate ejus judicium ejuſdem. Ἐφέσια γράμματα. ἀπόκρυφα. *Locus,* περὶ ἐξουσίας, δυνάμεως, καὶ κυριότητος. *deque eo ejuſdem judicium.* οἱ προηλπικότες ἐν τῷ Χριστῷ. ἐλπίζειν, πιστεύειν. *Apoſtoli quare* οἱ ἐν Χριστῷ προηλπικότες *dicantur. Iidem, elementa ſiue* στοιχεῖα, *dicti.* ἀπαρχαὶ Ἀχαΐας. *Locus,* πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ὑμῶν, *& quomodo ſuperioribus cohæreat.* πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς, *&,* πεφωτισμένους ὀφθαλμούς. πεφωτισμένους εἶναι. ἠλπικότες ἐσμέν. τὸν πατέρα τῆς δόξης. δόξη, *in Sacris. Locus,* κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος. ἀήρ, σκότος. *De loco Angelorum qui peccarunt, ſententiæ diuerſæ. Locus,* τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας. ὁ νόμος τῶν ἐντολῶν. τὰ δόγματα. ἐντολή. *mens loci.* τὸ δόγμα *à poſterioribus Magiſtris Hebræorum receptum.*

EPiſtola, cui πρὸς Ἐφεσίους inſcriptio (quæ nunc quinta nobis ordine inter Paulinas) mirum videri poſſit, quod Media B. Hieronymo dicatur. *Nunc*, inquit, *ad Epheſios tranſeundum eſt: mediam Epiſtolam Pauli, vt ordine, ita ſenſibus. Mediam autem dico, non, quod primas ſequens, extremis major ſit, ſed quomodo cor animalis in medio eſt. vt ex hoc intelligatis, quantis difficultatibus, quam profundis quæſtionibus, involuta ſit.* Quod cum dixit, ad profundum cordis reſpexiſſe videtur. quo ſenſu cogitationes intimæ, τὸ βάθος τῆς καρδίας, vel, βαθεῖα καρδία, לב עמק Regio Prophetæ dicitur. Quod & cætera teſtantur, quæ de obſcuritate Epiſtolæ hujus ab eodem dicuntur. Ad caput 4. *Non vobis moleſtum ſit, ſi diu in obſcurioribus immoremur. Cauſati enim in principio ſumus, inter omnes Pauli Epiſtolas, hanc, vel maxime, & verbis & ſenſibus inuolutam.* quemadmodum Præfatione tertia diſerte notat, *beatum Apoſtolum, ad nullam Eccleſiam tam myſtice ſcripſiſſe, & abſcondita ſæculis reuelaſſe ſecreta.* Quod nomen alibi in iis quæ ad hanc Epiſtolam ſcripſit, iis tribuit quæ ἀπόκρυφα dicuntur, & paucorum manibus teruntur. *Arbitror itaque illum* inquit (Apoſtolum videlicet) *de traditionibus Hebræorum, ea quæ ſecreta ſunt, in medium protuliſſe.* de loco, ſcilicet, vbi ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως, καὶ κυριότητος, fit mentio. quas voces indidem depromptas exiſtimat. Ego interim, plus obſcuritatis in hac quam in cæteris videre nondum potui. Vnde & nonnunquam ſuſpicatus ſum, B. Hieronymum, virum qui de exterorum ſcriptis literiſq; interdum cogitaret, τὰ ἀπόκρυφα Ἐφεσίων γράμματα, cæteraque, quæ de crypticis vel ſymbolis vel notis, quibus delectari videbantur illi, ab antiquis obſeruantur, habuiſſe in animo. Forte & exiſtimaſſe, iis ſe accommodaſſe eum, qui, vt ipſe de ſe loquitur, omnia in omnibus factus eſt, Apoſtolum. Dianæ Epheſinæ ſtatuæ inſcriptum fuit, ΑΣΚΙΟΝ, ΚΑΤΑΣΚΙΟΝ, ΛΙΞ, ΤΕΤΡΑΣ, ΔΑΜΝΑΜΕΝΕΥΣ, ΑΙΣΙΑ. TENEBRÆ,

CAP. I. vſ. 8.

Ad Ephes. LVX, TERRA, ANNVS, SOL, VERITAS, ſeu, VERA. quæ plurimum ad conſtitutionem, ſeu conſeruationem vniuerſi, conferre credebantur. De quibus corruptiſſimus ac plane mutilus in Heſychii Epitome extat locus. Qui ita nunc concipitur: Ἐφέσια γράμματα ἦν μὲν πάλαι, ὕστερον δὲ προσέθεσάν τινες ἀπατεῶνες καὶ ἄλλα. φασὶ δὲ τῶν πρώτων τὰ ὀνόματα τάδε· ἄσκι, κατάσκι, αἲξ, τέτραξ, δαμναμενεὺς, αἴσιον. δηλοῖ δὲ τὸ μὲν ἄσκι, σκότος, τὸ δὲ κατάσκι, φῶς, τὸ δὲ αἲξ, αὐτὸς, δαμναμενεὺς δὲ ἥλιος, αἴσιον δὲ, ἀληθές. ταῦτα οὖν ἱερά ἐστι καὶ ἅγια. cum ſcribendum ſit, Ἐφέσια γράμματα. Ἦν μὲν πάλαι ταῦτα ϛʹ. *erant quidem olim numero ſex.* ὕστερον δὲ προσέθεσάν τινες ἀπατεῶνες καὶ ἄλλα· φασὶ δὲ τῶν πρώτων τὰ ὀνόματα, τάδε· Ἄσκιον, κατάσκιον, λὶξ, τετρὰς, δαμναμενεὺς, αἴσιον· δηλοῖ δὲ τὸ μὲν ἄσκιον, σκότος, τὸ δὲ κατάσκιον, φῶς, τὸ δὲ λὶξ, τὴν γῆν, τετρὰς δὲ ὁ ἐνιαυτὸς, δαμναμενεὺς δὲ ὁ ἥλιος, αἴσιον δὲ τὸ ἀληθές. Clemens Alexandrinus: Σημαίνει δὲ ἄσκιον μὲν τὸ σκότος, μὴ γὰρ ἔχειν τοῦτο σκιάν· φῶς δὲ κατάσκιον, ἐπεὶ καταυγάζει τὴν σκιάν· λὶξ δέ ἐστιν ἡ γῆ κατ' ἀρχαίαν ἐπωνυμίαν· καὶ τετρὰς ὁ ἐνιαυτὸς, διὰ τὰς ὥρας· δαμναμενεὺς δὲ ὁ ἥλιος, ὁ δαμάζων (forte ὁ δαμάζων τὸ σκότος) τὰ αἴσια, ἡ ἀληθὴς φωνή. Quod ſi autem ideo magis ἀπόκρυφος aut obſcura hæc Epiſtola, quia ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως, καὶ κυριότητος, meminit, quæ ex Hebræorum traditionibus protuliſſe hic in medium voluit, quid Epiſtola ad Coloſſenſes fiet, vbi itidem, θρόνους, κυριότητας, ἀρχὰς, & ἐξουσίας, habes: Ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα &c. εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι. c. 1. ψ. 16. Primo autem capite occurrit illud, Εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ, τοὺς προηλπικότας ἐν τῷ Χριστῷ. Vbi nulla ſubtilitate opus eſt. Ἐλπίζειν eo ſenſu, quo Iohannis 5. 45. εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε, hoc eſt, *credidiſtis*, dicitur: quod & πιστεύειν Chryſoſtomus interpretatur. vt cum ἠλπικότες ἐσμὲν ἐν Χριστῷ, 1 Cor. 15. 19. quemadmodum & ἐλπίδα ζῶσαν, *ſpem viuam*, credentibus 1 c. 1. ψ. 3. tribuit Petrus. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ κατὰ τὸ πολὺ ἔλεος ἀναγεννήσας ἡμᾶς εἰς ἐλπίδα ζῶσαν. Vt ita, οἱ προηλπικότες, ſint Apoſtoli. non, vt vult Ambroſius, quod ex Iudæis oriundi, non ex gentibus, in Chriſtum venturum ſperarint: ſed, quod primitiæ ſimpliciter, καὶ ἀπαρχαὶ credentium, hi eſſent. quemadmodum ἀπαρχαὶ Ἀχαΐας noſtro ſemel atq; iterum, qui primo ibi crediderant, dicuntur. Vnde & Apoſtoli, *elementa* alibi, hoc eſt, στοιχεῖα, B. Hieronymo dicuntur. quemadmodum recte hoc ſenſu, τοὺς προηλπικότας, *elementa ſpei*, dicas. Προηλπικότες igitur, reſpectu cæterorum, quod ad fidem. vt ſi προελθόντες, & ſimilia dicas, cum ad ordinem aut locum referuntur. Non de Iudæis ergo, quod cum ex ſequentibus tum præcedentibus planum arbitror, nunc agit. niſi plenitudinem quoque temporum, imo τὴν οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν, cujus jam meminit, melius ad Iudæos, quam ad illum in quo ἀνακεφαλαίωσιν πάντων factam eſſe, ibidem dixit, referri dicamus. quo & ſequens verſus, non minus quam qui hunc de quo nunc agimus præcedunt, manifeſte ſpectant. Et quos proprie magis quam Apoſtolos προηλπικότας dixit, qui ἐν τῷ Χριστῷ addit, ad quem & ſuperiora refert? quos deinde, ex prædicatione quam ex iis audiuerunt, eos ad quos ſcribit, ſecutos ait. Εἰς τὸ εἶναι, inquit, ἡμᾶς εἰς ἔπαινον δόξης αὐτοῦ, τοὺς προηλπικότας ἐν τῷ Χριστῷ, ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς, ἀκούσαντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, ἐσφραγίσθητε. Eodem capite locus ille, Ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου

ψ. 17. ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῆς δόξης, δῴη ὑμῖν πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως, ἐν ἐπι-

& 18. γνώσει αὐτοῦ, deinde illud verſu proximo, Πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ὑμῶν, εἰς τὸ εἰδέναι ὑμᾶς τί ἐστιν ἡ ἐλπίς, &c. non leuem interpretibus difficultatem objecit. Inter quos B. Hieronymus, qui libenter ſolœcos, aut ἀνακόλουθα, in Paulo vel admittit vel obſervat, aliud hoc loco egit: inprimis autem cum notat: *Quod autem ſequitur, illuminatos oculos cordis veſtri, ita per hyperbaton reddi poteſt: Propterea & ego, audiens fidem veſtram in Domino Ieſu in agnitione ejus, illuminatos oculos cordis veſtri, & in omnes ſanctos, non ceſſo. &c.* Cum locus ipſe, quo reſpexit, totus ſic legatur: Διὰ τοῦτο, κἀγὼ, ἀκούσας τὴν καθ' ὑμᾶς πίστιν ἐν τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, οὐ παύομαι εὐχα-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
40 E 1

εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν, μνείαν ὑμῶν ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ Κυ- Ad
ρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῆς δόξης, δώῃ ὑμῖν πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως, ἐν Ephes.
ἐπιγνώσει αὐτοῦ. Πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ὑμῶν, εἰς τὸ εἰδέναι ὑμᾶς τίς
ἐστιν ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως αὐτοῦ, καὶ τίς ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τῆς κληρονομίας αὐτοῦ ἐν τοῖς ἁγίοις.
Vt,ſi illi credimus, ordo ſit, Διὰ τοῦτο κἀγὼ ἀκούσας τὴν καθ' ὑμᾶς πίστιν ἐν τῷ Κυρίῳ
Ἰησοῦ ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ, πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας εἰς τὸ εἰδέναι. De quo
hyperbato cogitaſſe Apoſtolum, quis exiſtimabit? Difficultatem vllam re-
centior interpres eſſe negat, ſi præſertim cum Ambroſio illud, πεφωτισμένους
τοὺς ὀφθαλμοὺς, ad, τὸ δώῃ, referatur. Vt ſit, *Det vobis ſapientiæ Spiritum* &c. *& illu-
minatos oculos.* vt ſola copula intelligatur. Ambroſius autem ita: *Vt Deus Do-
mini noſtri Ieſu Chriſti, pater claritatis, det vobis Spiritum ſapientiæ & reuela-
tionis, in agnitione ejus illuminatos habere oculos cordis veſtri: ad hoc vt ſciatis* &c.
Hoc ergo illi placet: niſi quod non recte τὸ *habere* inſeri exiſtimet. Quis au-
tem, ea, qua voluit, mente, non πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς, ſed πεφωτισμένους
ὀφθαλμοὺς, potius dicendum fuiſſe, Græce doctus, non intelligit? Neque
tamen aliud placuiſſe Tertulliano videtur, cum dixit: *Ille dabit illuminatos cor-
dis oculos, qui etiam exteriores oculos luce ditauit.* lib. aduerſus Marcionem 5.
Quid igitur? Mihi ne illi quidem ſatisfaciunt, qui mutandum aliquid exiſti-
mant: vt πεφωτισμένοις, nimirum, legatur. quo nunquam, niſi cum vrget ne-
ceſſitas aut codices præeunt, deueniendum. Quæ autem difficultas, ſi, πεφω-
τισμένους, Hebraiſmo notiſſimo, pro πεφωτισμένους εἶναι, quod eſt φωτίζεσθαι, po-
natur? Hoc modo: Ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῆς δόξης, δώῃ ὑμῖν
πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως, ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ. Πεφωτισμένους εἶναι τοὺς ὀφθαλμοὺς
τῆς διανοίας. *Vt Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater gloriæ, det vobis Spiritum ſa-
pientiæ & reuelationis, per cognitionem ejus. Vt illuminati ſitis, quod ad oculos
mentis veſtræ,* vel, *vt det illuminari vos, oculis mentis veſtræ.* Malim autem ab-
ſolute poni ac diſtingui, vt nunc legitur, quam ad ſuperiora referri. quan-
quam & verba illa, ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ, non male cum πεφωτισμένους, jungan-
tur: vt, ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ πεφωτισμένους εἶναι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας, dicatur.
neque quicquam ſane, quod ad ſenſum, vulgaris verſuum diſtinctio præſcri-
bit. Πεφωτισμένους εἶναι ergo dixit, quemadmodum ἠλπικότες ἐσμὲν dicitur. No-
tum illud, ἠλπικότες ἐσμὲν ἐν Χριστῷ. niſi quod plene ibi effertur. Ἠλπικώς εἰμι, πε-
φωτισμένος εἰμί. Et, πεφωτισμένος τοὺς ὀφθαλμοὺς, quomodo Græce dicatur, vel
pueri ſciunt. Nam ſi τὸ δὲ, quod ſæpius diſſimulatur, ſimul expreſſum eſſet, ni-
hil ſane aliud quam, φωτίζεσθαι δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας, dixiſſet. Sed nec cum
B. Ambroſio ſane, τὸν πατέρα τῆς δόξης, *patrem claritatis* dicam ſed *gloriæ.* quæ δόξη,
quod non ſemel jam diximus, interdum majeſtas Dei, interdum ipſa ſit *Diui-
nitas,* ſiue, *Deitas.* Cujus principium ac originem, Patrem quidam dixerunt.
Gennadius, *Pater ergo principium Deitatis.* Rabanus Maurus, *Pater origo eſt Di-
uinitatis.* de Iehoua autem ipſo, ἡ δόξα Κυρίου, non ſemel dicitur. Capite ſecun- Cap. II.
do, cum legitur, κατὰ τὰς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, ita accipio, ac ſi, τοῦ σκότους, quod Home- vſ. 2.
ro vſitatum ac Heſiodo, dictum eſſet. De quo non ſatis plerique ex antiquis
cogitaſſe videntur, qui ideo aërem, habitationis loco, deſertoribus Angelis
adſcripſerunt. Quemadmodum & Scholaſtici, qui alios, ex iis qui peccarunt,
apud inferos, alios in aëre verſari, voluerunt. Ne de Auguſtino dicam, qui
vt imam alibi hujus, quem haurimus, aëris caliginem iis tribuit, ita alibi, ante
peccatum quidem, in puriori aëre verſatos fuiſſe, poſt, in caligine verſari exi-
ſtimat. Recte igitur *caliginem* hic dicas. atque hoc Apoſtolus voluit. Apud
Homerum certe paſſim Grammatici, ἀέρα, σκότωσιν, *caliginem* interpretantur.
Et, an non, cui hic ἐξουσία ἀέρος, alias ἐξουσία σκότους tribuitur? Vt cum, ἀλλ'
αὕτη ὑμῶν ἐστιν ἡ ὥρα καὶ ἡ ἐξουσία τοῦ σκότους. vt ejus intelligatur poteſtas, qui in te-
nebras damnatus eſt: cujus poteſtas, ἐξουσία τοῦ ἀέρος hic dicitur. Locus non
parum obſcurus pleriſque, nec ſine cauſa, viſus eſt, qui eodem capite legi-

 tur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ad Ephes. vſ. 15. tur, τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας. Vbi tantum abeſt, vt τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν, & τὰ δόγματα, eruditi diſtinguant, vt hoc velle Apoſtolum exiſtiment, *Legem ipſam rituum, vna cum ipſis ritibus, abrogatam.* Quaſi qui Legem rituum abrogatam ait, non & ritus ſimul abrogatos dicat: aut qui abrogatas dicit ceremonias, Legem ceremonialem relinquat. Cum ὁ νόμος τῶν ἐντολῶν, ipſa Lex ſit: quæ non obſeruata, mortis doctrina Rom. 7. 10. dicitur Apoſtolo. Vbi ἐντολὴ, vt hoc loco: καὶ εὑρέθη μοι ἡ ἐντολὴ, ἡ εἰς ζωὴν, αὕτη εἰς θάνατον. Cum ἐντολὴ, & νόμος, ταυτοδυναμοῦντα eo capite ſint. vt cum dicitur, Ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία, καὶ δικαία, καὶ ἀγαθή. vbi interpres recentior, τὴν ἐντολὴν, *mandatum illud*, interpretatur. Ergo νόμος ἐντολῶν, hic, ἐντολὴ, aut νόμος, vel αἱ ἐντολαὶ τοῦ νόμου: quæ hypallage, nec dura, & inprimis vſitata. Ὁ νόμος igitur τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασιν, is eſt, qui, quod ad ritus ceremoniaſque, hic abrogatus dicitur. Δόγμα autem Helleniſtis etiam de ſingularum gentium ſtatutis vſurpatur. quales rituales Iudæorum leges. Quam vix dubitem, quin ipſa vox Græca, in vſu fuerit Magiſtris. quemadmodum דגמא, quod eſt δεῖγμα. Vt cum אין דוגמתו, *non eſt ſimile ei*, dicunt. quamuis prior ſyllaba aliter à Græcis (דגמא, nempe, בחירק, *digma per chirec*, vt loquuntur ipſi) ſcribatur.

Cap. II.

Locus, Διὸ αἰτοῦμαι, μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσί μου ὑπὲρ ὑμῶν. *& quo pacto ordinandus. Locus,* ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. *πατριά.* אבות. *& quomodo nonnunquam id interpretentur Helleniſtæ.* πατριότητος *&c. nomen vnde ad homines ſecundum veteres Theologos tranſlatum. Locus,* καταλαβέσθαι, τί τὸ πλάτος καὶ τὸ μῆκος. *ritus oblationis Theruma & Thenupha. Idem locus, quomodo intelligendus, & vnde hæc ſumpta. Locus,* γνῶναί τε τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ. *Interpretes quo pacto eum converterint locum. Mens ejus.*

Cap. III. vſ. 13. CApite tertio, ne quis iterum ſolœci, & quidem, vt videtur, manifeſti, cum Hieronymo Apoſtolum accuſet, verba illa de quibus multa veteres, Διὸ αἰτοῦμαι μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσί μου ὑπὲρ ὑμῶν, ἥτις ἐστὶ δόξα ὑμῶν, vſque ad illa, Ἐν ἀγάπῃ ἐρριζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι, parentheſi, (quas mirifice, vt tota notauit antiquitas, Apoſtolus amauit) tranſpoſita non injuria videri poſſunt. quemadmodum & in iis quæ parentheſin ſequuntur, verba paulo aliter, perſpicuitatis cauſa, quanquam leuiter, ipſa interpretatione emollienda. Ac ſi ſcriptum eſſet, Ἵνα ἐν ἀγάπῃ ἐρριζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις, τί τὸ πλάτος, καὶ μῆκος, καὶ βάθος, καὶ ὕψος. Hac mente, Διὸ αἰτοῦμαι μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσί μου ὑπὲρ ὑμῶν, ἵνα ἐν ἀγάπῃ ἐρριζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις, τί τὸ πλάτος, &c. ita vt ipſa, ſi hoc fiat, παρενθήκη opus forte non ſit. cum & poſteriora commode ſic connectantur: κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἵνα ἐν ἀγάπῃ ἐρριζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι ἰσχύσητε καταλαβέσθαι, &c. *Ideo genua*, inquit, *ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti flecto, vt det vobis.* Quid? κραταιωθῆναι διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον: tum &, κατοικῆσαι τὸν Χριστόν. quæ ἀσύνδετα ſcriptori huic vel inprimis vſitata: niſi, pro, τοῦ κατοικῆσαι, dictum malis. quod & ipſum ſatis vſitatum. Maxime enim vſitata, ſine vlla oſtentatione ingenii, ſectamur. quantopere autem in hoc loco ſeſe torſerint antiqui, videatur Photius. Capite eodem eruditiſſimus ſequitur locus, Ἐξ οὗ πᾶσα
vſ. 15. πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. In quo nihil argutandum de familiis. quanquam recte B. Hieronymus: *Porro cognatione fratres vocantur, qui ſunt de vna familia, id eſt, patria, quas Latini paternitates vocant*, aduerſus Heluidium. Nyſſenus in Pſalmos cap. 8. Καὶ ἔθετο αὐτοὺς ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ἀντὶ προβάτων, ὡς πρόβατα πατριᾶς· πατριὰν γὰρ ὀνομάζει τὸ σύστημα τῶν εἰς τὸν θεῖον κατάλογον συντελούντων,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

λέντων, ὡς καὶ ὁ Παῦλος λέγει, Ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. Po- Ad Ephes.
ſuitque eos bonus paſtor, non feras, ſed oues τῆς πατριᾶς. ita autem cœtum eorum vo-
cat, qui in libro vitæ conſcripti ſunt. Quemadmodum & Apoſtolus dixit, Ex quo
omnis familia in cælis & terra nominatur. qui locus parum emendate in po-
ſtrema editione legitur. Porro, vt ad rem veniamus; vſitatum Helleniſtis, vt
quoties in Hebræo vox οἶκος, aut ἀρχὴ, aut ἄρχων, aut ſimilis, præcedit, eam
quæ cum illis jungitur, אבות, videlicet, hoc eſt, *patrum*, voce πατριᾶς aut
πατριῶν exponant. cujus paſſim exempla extant. Sic Exodi 12. 3. *tollent ſibi*
agnum ſinguli per domum patrum. κατ' οἴκους πατριῶν. vbi τὸ οἶκος habes, cui πα-
τριῶν jungitur. Sic Exodi 6. 25. *iſta ſunt capita patrum Leuitarum.* αὗται αἱ ἀρχαί.
vbi τὸ ἀρχὴ habes. Sic 1 Paralip. 27. 1. *principes familiarum & tribuni.* ἄρχοντες
τῶν πατριῶν χιλίαρχοι. vbi ἄρχοντες habes. & ſic fere vbique. Ita, τὸ πατέρων, per
πατριῶν exponunt. Vnum ergo eſſe patrem, aut paternitatem, vult, à qua
omnes reliqui, dicuntur patres. ſiue, à quo omne nomen paternum, quod
vbique. ſi Hebraice ſcripſiſſet כל אבות dixiſſet. Omne ergo nomen paternum,
tam eorum qui in cœlo, quam eorum qui in terris, eo, ſed in Chriſto, referen-
dum. Notum autem illud, Εἷς γάρ ἐστιν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. *Vnus enim pater*
veſter, qui in cælis. Matt. 23. 9. à quo reliqui, & abuſiue, patres dicuntur. Quod
Theologi viderunt veteres, cum notant, ὅτι οὐκ ἐξ ἡμῶν κατενέχθη ἐπὶ τὴν μα-
καρίαν θεότητα, τὸ τῆς πατριότητος, καὶ υἱότητος, καὶ ἐκπορεύσεως ὄνομα. τοὐναντίον δὲ ἐκεῖθεν
μεταδίδοται. *Non à nobis ad beatam Deitatem paternitatis, aut filiationis, aut pro-*
ceſſionis, tranſlatum eſſe nomen. contra vero, inde communicari nobis. Qui vt
hoc confirment, locum hunc adducunt. Inter quos lib. De Orthodoxa fide
Damaſcenus. Vt πατριὰ, ipſis autoribus ac interpretibus Græcis πατριότης
ſit, hoc eſt, *paternitas.* qua voce & antiquus vtitur interpres. Non procul
ab hoc loco legitur & illud, ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις, τί τὸ ℣ſ. 18.
πλάτος, καὶ μῆκος, καὶ βάθος, καὶ ὕψος. Vbi quemadmodum recentiores qui-
dam mirantur Theologi, veteres in his dimenſionibus tantopere argutari,
ita minus aliis huc facere videntur, quæ de ritu oblationis Theruma & The-
nupha, notarunt ipſi. Forte & eos ratio fefellit. dimenſionum autem me-
minit; quia τεθεμελιωμένοι jam dixerat, & τῆς ἐνοικήσεως τοῦ Χριστοῦ meminerat.
In ædificiis teſtamenti veteris, hæc tria, τὸ πλάτος, τὸ ὕψος, καὶ τὸ βάθος, in-
terdum & τὸ μῆκος, conſiderantur. vt Geneſ. 6. ℣ſ. 14. vbi de conſtru-
ctione arcæ agitur. ſed & paſſim, cum de templo: quo potiſſimum reſpexit.
Vt cum Zachariæ cap. 2. ℣ſ. 2. Propheta, viſum ſibi quendam ait, in cujus
manu funiculus menſuræ, qui veniſſe ſe, vt vrbem Sanctam metiretur vide-
retque, πηλίκον τὸ πλάτος αὐτῆς καὶ τὸ μῆκος, teſtaretur. Nullis igitur argutiis
ad mentem loci opus. cum ab ædificiis, vt dixi, tranſlatum ſit, in quibus
quatuor hæc conſiderantur. vt in templo, quod dixi. Quemadmodum &
Magiſtris vſitatum, cum rei alicujus magnitudinem deſcribunt, vt his con-
tinuam definiant. quod & in eorum Phyſicis inuenias. Neque dubium,
quin ex hoc loco ſtultiſſimam Sampſæi hauſerint opinionem: qui, quan-
tus altitudine (dicto abſit blaſphemia) & latitudine Chriſtus, Spirituſque
Sanctus eſſet, non docebant tantum, ſed definiebant. Gloſſarium autem
Noui Teſtamenti non editum, *Quæ ſit latitudo, longitudo, ſublimitas, pro-*
fundum, hoc ſignificat, vt, ſicut in ſphæra tanta longitudo, quanta latitudo, &
tanta latitudo, quantum profundum, ita in Domino omnia æqualia ſint immen-
ſitate infinitatis. Quid igitur Apoſtolus? Idem dixit, quod ad Coloſſenſes
cap. 2. ℣ſ. 7. Optare ſe, vt viuant, ἐῤῥιζωμένοι καὶ ἐποικοδομούμενοι ἐν Χριστῷ: ſimul-
que, vt felicitatem hanc intelligant: vt ædificium hoc conſiderent: vt cum
aliis Sanctis, qui felicitatis ejuſdem ſunt participes, τί τὸ πλάτος, καὶ μῆκος,
καὶ βάθος, καὶ ὕψος, *quæ ſit latitudo, longitudo, profunditaſque ædificii hujus ac*
ſublimitas, intelligant. in qua communio Sanctorum: cujus radix, cujus

 funda-

fundamentum ipſe Chriſtus, qui in eo habitat. Nemo autem neſcit, quam ſolliciti Prophetæ, quam aſſidui ac ſeduli in deſcribendo templo illo manu facto, longitudine ejus, latitudine, ac ſublimitate, partiumque ſingula- rum, fuerint. De quo vel nouem vltima Ezechielis videantur capita: qui in eo totus. Optat ergo vt & illi idem faciant Apoſtolus: vt, nimirum, τί τὸ πλάτος, καὶ μῆκος, καὶ βάθος, καὶ ὕψος, animo ac cogitatione metiantur. Ita & ordo confirmabitur, quem dixi, ἵνα ἐν ἀγάπῃ ἐρριζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι ἐξι- σχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις, τί τὸ πλάτος, καὶ μῆκος, καὶ βάθος, καὶ ὕψος, non antiqui illius templi, ſed hujus noui: in quo vos fundati, Chriſtus au-
℣. 19. tem habitat vobiſcum. Sequitur, Γνῶναί τε τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ. In quo ſi non pauciores obhæſiſſe dicam, nihil à vero alienum dixero. Mirari certe interpretes me fateor, qui ita hæc efferunt: Vetus quidem, *Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti.* Eraſmus, *Cognoſcereque præ- eminentem cognitioni dilectionem Chriſti.* Haud parum obſcure, niſi ratio me fallit. Recentior, *Et cognoſcere charitatem illam Chriſti, omni cognitione ſu- periorem.* Quid ſi autem, nihil aliud, præter ineffabilem amorem illum, illam charitatem, quam in communicanda nobiſcum cognitione ſui, decla- rauit nobis Dominus, ſic exprimat? Det & vobis, γνῶναι, inquit, τὴν ὑπερβάλ- λουσαν ἀγάπην τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ. *vt intelligatis excellentem atque ſupereminentem amorem illum cognitionis Chriſti.* Hoc eſt, quem, cum ad cognitionem ſui nos vocauit, exhibuit ac delarauit nobis Chriſtus. vt βραχυλογία ſimul leuiſque ſit trajectio, Hebræis pariter ac Helleniſtis vel inprimis vſitata. Qualis illa, ὥστε τοὺς δεσμούς μου φανεροὺς ἐν Χριστῷ γενέσθαι, pro, ὥστε τοὺς δεσμούς μου ἐν Χριστῷ, hoc eſt, τοὺς ἐν Χριστῷ, φανεροὺς γενέσθαι. ad Philipp. 1. 13. Ita hic, τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ, ἕνεκα τῆς γνώσεως αὐτοῦ. hoc eſt, ὅτι ἡμῖν ἐγνώρισεν αὐτόν. *quod ſe nobis patefecerit.* Quam cognitionem, ἀποκάλυψιν ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ, dixit ſupra. Vbi, ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῆς δόξης, δώῃ ὑμῖν πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ. de ejuſdem enim γνώσει hic agitur. Quid quod ad Philipp. 3. 8. τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου, quod eſt, τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀγάπην τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ, vt hic loquitur, omnibus præfert. Iiſdem enim prope verbis hic vſus eſt. niſi quod ἀγάπην prætermi- ſit: quod fortaſſe interpretes turbauit. Iam, vt ἡ ὑπερβάλλουσα ἀγάπη τῆς γνώσεως αὐτοῦ, charitas Chriſti, quæ omnem ſuperet cognitionem, dicatur, non mi- rum ſi Eraſmo perſuaderi non potuit. neque enim ſi ita Ariſtoteles locu- tus eſt, ſequitur Apoſtolum ſic loqui. Certe ὑπερβάλλειν τὴν γνῶσιν, vſitate magis quam ὑπερβάλλειν τῆς γνώσεως dici hoc ſenſu, nemo negauerit. Sed & idem Apoſtolus, licet paulo aliter, τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, dixit. & hoc ſimpliciſſimum. Nec vulgariter profecit, qui myſterium hoc capit. quantam in communicanda, ſcilicet, cognitione ſui charitatem ac amorem in nos Chriſtus ſit teſtatus: qui, vt eleganter loquitur Bernardus, *de latibulo Prophetarum, ad oculos piſcatorum egreſſus eſt.* qui, *de monte vmbroſo & condenſo* (quale vepretum Sinæ fuit, in quo majeſtatem ſuam cum terrore exhibuit nec conſpici ab Iſraële Deus voluit) *tanquam ſponſus de thalamo ſuo, in campum Euangelii proſiluit.* Cujus ἀγάπης τὸ πλάτος, καὶ μῆκος, καὶ βάθος, καὶ ὕψος, qui intelligit, longe ſupra vetus illud templum, in quo hæc conſiderari ſo- lent, mentis oculo ac fidei aſcendit. Hæc igitur ἀγάπη illa Chriſti; quem- admodum eandem communicat nobiſcum Chriſtus. Ad quam mentem ele- ganter hic Græci Scholiaſtæ, ὅτι αὐτός ἐστιν ἡμῖν χορηγὸς ταύτης γνώσεως. qui & γνῶ- σιν, φανέρωσιν, ſeu *manifeſtationem*, interpretantur. Sed & erudite, quod proxi- me præceſſit huc referunt. atque ita ordinem verborum inſtituunt, ἵνα ἰσχύσητε φησὶ καταλαβέσθαι, τί τὸ πλάτος, καὶ μῆκος, καὶ βάθος, καὶ ὕψος τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ, γνῶναί τε τὴν εἰς ἡμᾶς ἀγάπην αὐτοῦ. Pro mente, de qua nos ante. qui tamen illa, τί τὸ πλάτος, καὶ μῆκος &c. etiam ad ſuperiora referri poſſe diximus. Quam ἀγά- πην autem? τῆς γνώσεως, quam in ſui cognitione exhibuit ſuis.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Cap. III.

Ad Ephes.

Locus, Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως. *& deinde,* ἀνεχόμενοι ἀλλήλων, *quomodo dictum & ab* ἀναρμοστίᾳ, *ſeu ſolœco, vindicatum.* Μακροθυμία *Apoſtolo quæ.* μακροθυμία, *longanimitas.* ταπεινοφροσύνη, *an modeſtia hoc loco. Humilitas. definitio ejus ex Bernardo, & an cum modeſtia eadem. an &* πραότης. *Locus,* Διὸ λέγει, Ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν. *Quam multa de Meſſia teſtimonia olim illuſtrarint, poſtea obſcurarint aut ſuppreſſerint Iudæi. Loci aliquot in illorum ſcriptis de eo illuſtres.* ἐσχάταις ἡμέραις. *Illuſtris Chaldæi interpretis locus. hujus item de quo agitur interpretatio. Quam præclare de Meſſia eum expoſuerit Apoſtolus.* ἐν τῇ κυβείᾳ ἀνθρώπων. *Thalmudiſtarum de iis qui* τῇ κυβείᾳ *ludunt, ſententia.* κοτισταὶ *Iuriſconſultis Græcis qui.* ἄνεμος τῆς διδασκαλίας. *Tatiani* ἀγωγὴ κυβευτική. ἀπηλγηκότες *qui, Apoſtolo.* ἀπαλγεῖν. λόγος σαπρός. σαπρὸν *quid.* ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν χρείας. *Loci interpretatio.* οἰκοδομὴ, αὔξησις· οἰκοδομεῖν *augere.* ᾠκοδόμησεν οἴκους αὐτῶν. ἵνα δῷ χάριν. *Locus,* καὶ μὴ λυπεῖτε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, *& quomodo intelligendus. Spiritum Sanctum, ex ſententia Rabbinorum, hilares comitari. Formula in diebus feſtis vſitata, quomodo ab Helleniſtis expreſſa,* Σιωπᾶτε, καὶ μὴ καταπίπλετε. Σιγὴ ἐφ' ὑμείων. *Fauete linguis.*

Cap. IV. vſ. 2.

CApite quarto, à principio non procul, cum legitur, Μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης καὶ πραότητος, μετὰ μακροθυμίας, ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ, quanquam de orationis elegantia, inprimis autem de συνθέσει, minime ſollicitos fuiſſe Sacros ſcriptores, ſemper arbitratus ſim, nunquam tamen tanti apud nos diſtinctio, quam dicunt, verſuum, futura eſt, vt illius cauſa, vel ἀναρμοστίαν manifeſtam vel ſolœcum admittam. Quod hic factum videtur. quis enim dicat, Παρακαλῶ ὑμᾶς, ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως, deinde ἀνεχόμενοι, σπουδάζοντες? Totus autem locus ita nunc repræſentatur: Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς ἐγὼ ὁ δέσμιος ἐν Κυρίῳ, ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως ἧς ἐκλήθητε. Μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης, καὶ πραότητος, μετὰ μακροθυμίας, ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ. Σπουδάζοντες τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ Πνεύματος ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης. Quod cum Syrus videret, benoni, ſeu participium, impleuit. vt ſic, vſitato Orientis more, ἀνεχόμενοι, pro ἐστὲ, aut γίνεσθε ἀνεχόμενοι, dicatur. quod neglectum in Apoſtolo non ſemel, incongruitatis ſpeciem objecit. Quo ſenſu optime diſtinguas, Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς ἐγὼ ὁ δέσμιος ἐν Κυρίῳ, ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως ἧς ἐκλήθητε, μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης, καὶ πραότητος, μετὰ μακροθυμίας. 2. Ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ, σπουδάζοντες τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης· ἓν σῶμα, καὶ ἓν πνεῦμα, καθὼς καὶ ἐκλήθητε ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως ὑμῶν. 3. Εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα. Vt mens ſit, *Alii alios tolerate, cum charitate: operam dantes, vt ſeruetis vnitatem ſpiritus, per vinculum pacis. Vnum corpus, & vnus ſpiritus eſtote.* &c. Nihil ſimplicius. Si quis tamen ab illis, μετὰ μακροθυμίας nouum inchoare verſum malit, vt ſit, μετὰ μακροθυμίας ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ, ſenſu plano, nec verborum ordine intricato, non repugno. Quanquam nec de virtute ipſa, cujus jam meminimus, ſatis conuenire inter eruditos video. de μακροθυμίᾳ dico: cujus paſſim tamen mentio in Sacris. Vix enim fieri poteſt, vt qui recte quid ſit μακρόθυμος, intelligat, de ipſa dubitare poſſit. Vetus, nec peſſime, *patientiam* hic reddidit. Recens, *lenitatem animi*: haud ſatis, niſi fallor, proprie, nec pro Hebræo. quanuis non eandem ſemper Hebræorum vel virtutem vel vocem, ita Helleniſtæ exprimant. Adhuc certe quæro, cur non ad verbum, *longanimitas* hoc loco dicatur. Optimum Gloſſarium, Μακροθυμία, *longanimitas.* Μακρόθυμος, *longanimus.* Idem *Longanimus,* μακρόθυμος. qua voce in Fœdere antiquo non ſemel vſus eſt interpres vetus. vbi μακρόθυμος Helleniſtæ: qui τὸ ארך אפים, quod vulgo, *tardus ad iram,*

Ad *iram*, expreſſerunt. Neque ſane magis id probare poſſum, quam quod ταπει-
Ephes. νοφροσύνην, quam *humilitatem* dixerat antiquus, *modeſtiam* hic recens reddi-
dit: cum ταπεινόφρων is ſit, qui שפל רוח, *humilis ſpiritu*, &, *in oculis ſuis*, dici-
tur: virtus ipſa, ταπεινοφροσύνη recte dicetur. Modeſtia autem, quæ philo-
ſophis ſit virtus, nemo neſcit. infra quam Chriſtiana ſe demittit humili-
tas: quæ longe tamen altius aſcendit. Humilitatem autem, virtutem, *qua*
homo veriſſima ſui agnitione ſibi ipſi vileſcit, Bernardus definit: qui minus ta-
men dixit, cum eandem, *propriæ excellentiæ contemptum* dixit. Nam & σχέσιν, ſeu
relationem, ad Deum habet: Deo enim, vt idem loquitur, *conciliat humilitas*.
quemadmodum alibi, *gratiæ diuinæ familiarem*, eandem, idem autor dixit: qui
& modeſtiam, *indiuidiam verecundiæ ſociam*, alibi dixit. In ſacris autem ne mo-
rales ac infuſæ confundantur, cauendum. Adde, quod actuum noſtrorum
duplex menſura ponitur: altera, recta ratio, quæ & ὁμογενὴς & σύμμετρος hic
dici poteſt: altera, ἑτερογενὴς καὶ ὑπέρμετρος: ipſe Deus, nempe. quo referri hu-
militas poteſt. Ego modeſtiæ quidem certe eundem nunquam hic locum
dederim. quod εἰς ἄλλο μεταβαίνειν εἶδος, diceret Philoſophus. quanuis etiam
τῇ πραότητι, & aliis nonnunquam, nomen *modeſtiæ*, antiquus tribuit interpres.
quod pleriſque in locis mutandum recentior exiſtimauit. Et cur ab hac voce
abhorrebat? Eædem gloſſæ, quarum ſæpe jam meminimus, Ταπεινοφροσύνη,
humilitas, humiliatio. Ταπεινοφρονῶ, *humiliter ſapio*. Capite eodem, cum di-
Vſ. 8. citur, Διὸ λέγει, Ἀναβὰς εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, diuinitus lo-
cum illum de Meſſia expoſuiſſe Apoſtolum, extra dubitationis aleam po-
nendum eſt. quemadmodum nec dubitandum, quin Rabbinorum pluri-
morum veterum, tum in Pſalmos præſertim, tum in cæteros S. Scripturæ
libros, expoſitiones myſticæ, in quibus, qui loci de Meſſia, ſiue, Filio Dei,
intelligendi eſſent, δακτυλοδείκτως probarant, interierint. Quæ poſteriores
Magiſtri vt inuoluerent atque obſcurarent, operam dederunt. ita tamen
vt inuiti notas eorum ac reliquias in Apoſtolorum ſcriptis reliquerint, &
in propriis ſæpiſſime verum non diſſimularint. Ad Ioëlis verſum ultimum
cum dicitur, *Mundabo quidem, ſed ſanguinem eorum non mundabo, & Ie-*
houa habitat in Sion, notant Magiſtri, *Dicit, Et Iehoua etiam perpetuo habi-*
tat in Sion: in omnem namque æternitatem erit commoratio ejus in Sion, poſt-
quam eo redierit temporibus Meſſiæ. quod eſt, præſentiæ diuinæ interruptio-
nem quaſi quandam fore in Sione: cum Meſſia autem totam reuerſuram,
nec ex eo monte abituram. Addunt, idem voluiſſe Ezechielem, cum pro-
phetiam his concludit verbis, *Et nomen vrbis ex eo die*, יהוה שמה, *Iehoua illic*,
propter Meſſiam, ſcilicet. Quemadmodum, & quod Prophetæ dicunt,
Nunquam ex Sione Iehouam diſceſſurum, ad tempora Meſſiæ referendum,
quæ ἐσχάται ἡμέραι, etiam in Nouo Fœdere, dicuntur. Qualia Chaldæus para-
phraſtes, ad Meſſiam verum, ſiue, Dei Verbum, vt ille loquitur, referre ſo-
let. Hunc autem locum, quem, vt hic videmus, interpretatur Apoſtolus, qui
Pſalmo 68. in quo plurima quæ commode referri ad Meſſiam debent,
præceſſit ille, *Quare exilitis, montes excelſi? mons ille eſt, quem dilexit Deus vt*
habitaret in eo. Etenim Dominus habitabit in eo ſemper. Vbi mirum in mo-
dum Chaldæus: *Quare ſubſilitis montes excelſi? Ecce mons Sinai humilis eſt.*
Deſiderauit Verbum Dei majeſtatem ſuam collocare in eo. Quia etiam Verbum
Domini in cœlis cœlorum habitabit in perpetuum. paulo ante ea verba, quæ ab
Apoſtolo citantur. Sequitur ibidem: *Currus Dei viginti millia millia Ange-*
lorum. Dominus inter eos ſicut in Sinai, in ſanctitate. quod ad Filium Dei
refert Stephanus Act. 7.38. Οὗτός ἐστιν ὁ γενόμενος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν τῇ ἐρήμῳ μετὰ
τοῦ ἀγγέλου τοῦ λαλοῦντος αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει. Deinde autem ſequitur, *Aſcendiſti in al-*
tum: captiuam duxiſti captiuitatem: accepiſti dona in hominibus: etiam rebelles,
vt inhabitent in tabernaculo Iah Dei. Chaldæus, *Aſcendiſti firmamentum:*

capti-

captiuam duxiſti captiuitatem: docuiſti verba Legis: dediſti dona filiis hominum. Ad
at ſuper rebelles proſelytos, qui reuertuntur ad Legem, שכינת יקרא דיוי, *majeſtas glo-* Ephes.
riæ Domini, quieſcit. Finis autem Legis, idem, qui Eccleſiæ caput. Interpre-
tationem vero forte ex antiquo aliquo, qui has ſimileſque prophetias ita in-
telligendas docebant, hic applicat Apoſtolus. Quo & illa ſpectant, τὸ δὲ ἀνέ-
βη, τί ἐστιν, εἰ μὴ ὅτι καὶ κατέβη πρῶτον εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς; Quod quid aliud
quam vera loci ac prophetica interpretatio? cujuſmodi omnium locorum,
qui de Meſſia aliquid innuerent, olim extabant. Eodem capite & illud ex-
tat, ἵνα μηκέτι ὦμεν νήπιοι, κλυδωνιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκα- ℣. 14.
λίας, ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων. Vbi eleganter κυβείαν ἀνθρώπων dixit. Porro,
Thalmudiſtæ in jure ſuo, inter eos qui ad dictionem teſtimonii non ad-
mittuntur, quos rejectaneos dicunt, primo loco eos ponunt qui בקוביא, *becu-*
bia, hoc eſt, τῇ κυβείᾳ, ludunt. quod nihil illo genere leuius, nihil minus
dignum ſit cui fides habeatur. Iuriſconſultis Græcis κοτισταὶ dicuntur. qui
ex titulo De verborum ſignificatione, κλέπτην, καὶ φυγάδα, καὶ ῥέμβον, καὶ μοιχὸν,
καὶ κοτιστὴν, οὐκ ἀπὸ τῆς προθέσεως αὐτῶν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ πρᾶξαι, λέγομεν. *Furem, fugiti-*
uum, erronem, adulterum, & aleatorem, non ab animi propoſito, ſed, ab actu
dicimus. quemadmodum Apoſtolus, inter rejectaneos, quibus minime
habenda fides, nouæ fidei Doctores, ſiue, τοὺς μεθοδεύοντας τὴν πλάνην τῆς διδα-
σκαλίας, hoc eſt, hæreticos, ponit. Quorum leuitatem κυβείαν eleganter di-
cit. Semper enim κύβος variat cum jacitur. in quo, vt recte Elias, parte vna,
monas, decas alia, alia trias, & ſic deinde. Iam, vt nihil alea incertius, ita ni-
hil horum doctrina mutabilius. Neque, ἐν κυβείᾳ ἀνθρώπων, ſed τῶν ἀνθρώπων
dixit: quo mutabilitatem atque inconſtantiam τῶν ἐθελοθρησκῶν, τῶν ἑτεροδιδασκα-
λιῶν, τῶν ἑτεροδοξιῶν, notat. Cujuſmodi doctrinam, vt ex ſe natam, ita in dies mu-
tabilem, etiam τῆς διδασκαλίας ἄνεμον, dixit. quemadmodum Epiphanius, Ta-
tiani, hominis verſuti ac ventoſi, qui ſub caſtitatis larua irrepebat, machi-
nas ac dolos, ἀγωγὴν κυβευτικὴν, vrbane dixit. Ἐν τῷ προσχήματι τῆς ἐγκρατείας,
inquit, κυβευτικὴν τὴν ἀγωγὴν ἔχει: hunc Apoſtoli ſecutus locum, & vt de
hæretico. Eodem capite cum legitur, Οἵτινες ἀπηλγηκότες, ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῇ
ἀσελγείᾳ, εἰς ἐργασίαν ἀκαθαρσίας πάσης ἐν πλεονεξίᾳ, an quos Apoſtolus ἀπηλγη- ℣. 19.
κότας dixerit, ſatis aſſequantur interpretes, videndum, qui, *poſteaquam dedo-*
luerunt, hic reddunt. vetus enim, *deſperantes*, ſiue ἀπονενοημένους, intelligi
exiſtimat. Homines porro molles, & qui τῇ ἀσελγείᾳ, ſiue libidini ac mol-
litiei, ſeſe tradiderunt, poſtquam omnibus moleſtiis laboribuſque, ſine
quibus nihil maſcule, nihil præclare geritur in vita, renunciarunt, ἀπαλγεῖν
dicuntur. Quod optime intellexit Heſychius: qui ἀπηλγηκότες, μηκέτι θέλοντες
πονεῖν, *qui non amplius laborare volunt aut poſſunt*, interpretatur. Quanuis, ſi ad
eos referas, qui omnem conſcientiam ac ſenſum peccandi amiſerunt, non
male fortaſſis. de πλεονεξίᾳ autem, quem hic locum habeat, tum de loci
interpretibus, prolixe infra. Eodem capite & illud occurrit, Πᾶς λόγος σα-
πρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω. Vbi nimium dilute ac vniuerſaliter Ibid.
vetus, *omnis ſermo malus*. Melius ergo recentior, qui *putrem* interpreta-
tur. additque, *id eſt, corruptus, & aliis noxius. ita enim explicandum eſſe hoc*
epitheton apparet ex antitheſi. Nam ἀγαθὸν vocat, eum, ex quo fructus aliquis ad
alios redire poſſit. Cum τὸ ἀγαθὸν, late inprimis ſe extendat neque pauca
complectatur: ſed & hoc loco idem quod καλοκἀγαθὸν eſſe poſſit. Quod
ad honeſtatem refertur. quæ inprimis τῇ αἰσχρολογίᾳ, & impuris ſermonibus,
polluitur ac vitiatur. Adde, quod non ſimpliciter, ἀγαθὸν, ſed πρὸς οἰκοδομὴν τῆς
χρείας, dixit. quod in conuerſatione locum habet. Optime, & more ſuo Heſy-
chius, Σαπρὸν, ἀκάθαρτον, & αἰσχρὸν, interpretatur. quemadmodum *putris*, de ob-
ſcœnitate ac lubidine, etiam Romanis vſurpatur. Flaccus, *Omnes in Damalin*
putres Deponunt oculos. Scholiaſtes, *libidine reſolutos*. Igitur λόγος σαπρὸς, quam

αἰσχρολογίαν ad Coloſſenſes, autor dixit: quam & ad βδελυρίαν, *ſiue impuritatem ac obſcœnitatem*, vt partem ejus, refert Theophraſtus. quæ &, αἰσχρότητος, de qua paulo poſt agit cum πορνείας mentionem facit, pars eſt. Vbi, καὶ αἰσχρότης καὶ μωρολογία, καὶ εὐτραπελία, καὶ τὰ οὐκ ἀνήκοντα. Videndum quoque an illud quod additur, ἀλλ' εἴτις ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας, ſatis aſſecuti ſint interpretes. Vetus, *ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei.* aliter enim legit. Recens, *ad ædificationis vſum.* quod, πρὸς χρείαν τῆς οἰκοδομῆς, eſſet. Eraſmus, *ſed ſi quis bonus ad ædificationem, quoties opus eſt.* ante quos B. Hieronymus, *ædificationis opportunitatem*, idem dixit. Nunc & nos cogitemus. Quid ſi, quod Latini, *ad majorem vtilitatem*, dicerent, πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας, Apoſtolus dixit? Porro οἰκοδομὴ, ſermone Apoſtolico nonnunquam eſt αὔξησις: cui tunc opponitur καθαίρεσις. Vt cum dixit, κατὰ τὴν ἐξουσίαν, ἣν ἔδωκέ μοι ὁ Κύριος, εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν. quemadmodum בנה, quod οἰκοδομεῖν Græcis, *ſtabilire* Hebræis interdum ac *augere*: quomodo & οἰκοδομὴ ἐκκλησίας, *amplificatio* eccleſiæ; non incommode dicetur. Forte & ita alibi locutus ipſe Apoſtolus. &, quid ſi hac ipſa Epiſtola cum dicitur, πρὸς καταρτισμὸν ἁγίων, εἰς οἰκοδομὴν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ? Nonnulli obſcuriſſimum illum Exodi 1. 21. judicarunt locum. Vbi Deus, *bene obſtetricibus feciſſe, ac feciſſe eis domos*, dicitur. Græce vulgo, καὶ ἐποίησαν ἑαυταῖς οἰκίας. ad verbum ᾠκοδόμησεν οἴκους αὐτῶν, *ædificauit, auxit, promouit, illarum domos:* quo ſenſu nulla difficultas erit. Quod & Scholiaſtes Græcus vidit. qui, quaſi ſcriptum eſſet, καὶ ἐποίησεν αὐταῖς οἰκίας, ipſe, ἐξ αὐτῶν γένος ἐπλήθυνεν, ηὔξησεν ὁ Θεὸς αὐταῖς τὸ γένος, *genus earum multiplicauit, genus earum auxit*, optime interpretatus eſt. Itaque εἰς οἰκοδομὴν χρείας, *ad vtilitatis amplificationem*, ſeu, *majorem vtilitatem*, quemadmodum jam diximus. vt noua opus non ſit hypallage. Quemadmodum διδόναι χάριν in eo quod ſequitur, ἵνα δῷ χάριν τοῖς ἀκούουσι, *prodeſſe*, non male interpreteris. *vt proſit audientibus.* nam χάριν δοῦναι eo ſenſu inprimis vſitatum Græcis. Vetus interpres & Eraſmus, *vt det gratiam audientibus.* Recentior, *vt gratiam auditoribus adferat.* non ſatis plane, niſi fallor. Hoc voluit, quod dixi: *vt ſermo quoque*
vſ. 30. *veſter iis proſit qui eum audiunt.* Sequitur, Καὶ μὴ λυπεῖτε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ.
Vbi licet non damnem quod Theologi vulgo, quid ſi tamen alium admitti quoque ſenſum poſſe dicamus? Vt hoc dicat: *Obſcœnis quidem abſtinete ac ſpurcis: hilaritatem tamen admittite, ſed ſanctam. ne quis nimio mœrore Spiritum Dei, magnum illum hoſpitem, offendat.* Quod ita vehementer vrgebant Iudæi, vt Spiritum propheticum ad tempus eripi mœrentibus dicerent. Exemplo ſit Iacobus, quamdiu Ioſephum luxit: exemplo Dauid, quamdiu in luctu egit. de quo R. Dauid, cum de præcipuis illius agitur calamitatibus, *Nam Spiritus*, inquit, *Sanctus non niſi ſuper hilarem quieſcit.* Vnde & diebus feſtis aut ſacris, abeſſe omnem mœrorem jubebant. Idque vt ſignificarent, אל תעצבו (quod μὴ καταπίπτετε reddunt Helleniſtæ, exclamabant). ac ſi, *Ne dolete, luctum omnem relegate*, dicas. Quo illud Neh. 8. 11. ſpectat: Καὶ οἱ Λευῖται κατεσιώπων πάντα τὸν λαὸν, λέγοντες, Σιωπᾶτε, ὅτι ἡμέρα ἁγία, καὶ μὴ καταπίπτετε. *ne concidite animo. Omni*, inquit, *populo ſilentium Leuitæ indicebant: qui, Tacete, quia dies ſacra Domino, nec concidite animo, dicebant.* Κατασιωπᾶν autem recte eos dicas, qui, Σιγὴ ἐφ' ὑμέων, & Εὐφημεῖτε, in Græcorum Sacris, in Romanorum, *Fauete linguis*, clamabant. Quod ſilentium, etiam in profanorum, non indici tantum, ſed & præſtari ſolebat. Vnde illud Philoſtrati, καὶ ὥσπερ ἐν μυστηρίοις ἐσιώπων. Et eleganter Plutarchus, τοῦ μὲν λέγειν ἀνθρώπους, τοῦ δὲ σιωπᾶν Θεοὺς, *loquendi homines, ſilendi ipſos Deos*, præceptores nos habere, dixit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Cap. IV.

Πλεονεξία quid, & quomodo ab aliis atque aliis vſurpata. quid Democrito. quid Helleniſtis. πλεονεκτεῖσθαι ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ. πλεονέκτης, βίαιος. πλεονεκτεῖν τῶν πολεμίων. πλεονεξία *de libidine ejus qui aliena ſibi vindicat.* πορνεία, αἰσχρότης, ἀκαθαρσία. μωρολογία, εὐτραπελία. μωρὰ, τὰ ἀφροδίσια. *Voluptatum auaritia,* πλεονεξία *alibi B. Hieronymo.* πλεονεξία τῇ ἀσελγείᾳ *juncta.* ἐν πλεονεξίᾳ, *certatim, recentiori interpreti.* εὐχαριστία. *Locus,* πλεονέκτης, ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης. *auari, quomodo idololatræ dici, & quatenus poſſint.* εἴδωλα, *in nummo.* εἰκόνες. *facies minutæ. figuræ. ſigna. formæ.* σφραγίσματα, βουλλωτήρια. *effigies. ænigmata. Vnicuique quod veneratur Deus, ſecundum B. Hieronymum. Locus,* Διὸ λέγει, Ἔγειραι ὁ καθεύδων. *& quo reſpexerit Apoſtolus. mens loci ad quem reſpexiſſe videtur. Locus,* ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρόν. *Locus,* μὴ ἔχουσα σπῖλον ἢ ῥυτίδα.

Vm ante omnia, quemadmodum in aliis diſciplinis, ita in Sacris requiratur, vt definitiones intelligantur rerum, quomodo intelligi cætera ab iis poſſint, qui nec verborum nec iſtas aſſequuntur, ſatis videre non poſſum. quod iis ſuo tempore eueniſſe Anaſtaſius Sinaita teſtatur, qui περὶ φύσεως ἐδογμάτιζον, καὶ τί ἐστι φύσεως ὅρος, οὐκ ἠπίσταντο· περὶ ὑποστάσεως ἐφιλονείκουν, καὶ τί ἐστιν ὑπόστασις, οὐκ ἐγίνωσκον. *de natura docebant ejuſque definitionem plane ignorabant: de hypoſtaſi contendebant, quid autem eſſet, neſciebant.* Quod in virtutibus præcipue ac vitiis habere locum arbitror: in quibus magna Apoſtolicæ doctrinæ pars occupatur. Inter cætera, πλεονεξίας vitium, quot modis, quam mirifice item, vſurparint veteres, pauciſſimos vel obſeruaſſe vel notaſſe exiſtimo. Democritus inter antiquiſſimos autores, vitium eorum, qui, cum omnia, ac libere, in alios licere ac dicere permittant ſibi, nihil ipſi audire volunt, πλεονεξίην dixit. qui πλεονεξίην, τὸ πάντα λέγειν, μηδὲν δὲ ἐθέλειν ἀκούειν, definit. Nam in Sacris vulgo quidem quod Hebræis בצע, plus habendi ſtudium, videlicet, aut lucri, πλεονεξία Helleniſtis dicitur. Vt cum Principes πλεονεξία πλεονεκτεῖν, Ezechielis 22. 27. dicuntur. quomodo & alii loquuntur. Haud paulo tamen aliter, ni fallor, ad vim manifeſtam, qua infirmitatem noſtram Diabolus expugnat, id tranſtulit Apoſtolus, cum, ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ, 2 Corinth. 2. 10. dixit. ac ſi dicas, *ne plus poſſit, ne violenter nos expugnet, ne victoriam de nobis reportet, Satanas.* Quo illud Heſychii, interpretum Græcorum doctiſſimi, ſpectare dicas: qui, πλεονέκτην, βίαιον, *violentum*, exponit. Quo & Dionyſii Halicarnaſſenſis libro 9. locus ille vel inprimis facit, vbi πλεονεκτεῖν τῶν πολεμίων, de victoria ab hoſte, dixit. è quo locum quoque alterum adducunt Critici, quo victoriam πλεονεξίαν dixit. Neque alio fortaſſe referendum, quod Apoſtolus, 2 Corinth. 9. 5. beneficia quæ in pauperes conferuntur, εὐλογίαν, non πλεονεξίαν, eſſe vult: qui &, ne extorqueantur, ſed à ſingulis ſponte offerantur, præcipit. quales ſpontaneæ oblationes, quæ offerri Deo ſolitæ: quemadmodum τὸ בצע, quod ad auaritiam transfertur, etiam de vi vſurpatur. vt qui lacerat, vel ſauciat, vel frangit: quo reſpexiſſe illo loco Apoſtolum, à vero vix abit. Illud minime obſeruatum, quod in eo, de quo acturi ſumus, aliiſque Apoſtoli locis, caliginem haud paruam, de quo & alibi, interpretibus objecit: eos, ſcilicet, qui modum in libidine excedunt, quales ſunt adulteri inprimis, qui & aliena ſibi vindicant, ſic dici. vt Venerea libido ac impuritas πλεονεξία ſit, nec ſemel ſic dicatur. Exemplo locus ſit, qui quinto capite ita legitur: Πορνεία δὲ καὶ πᾶσα ἀκαθαρσία, ἢ πλεονεξία, μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν, καθὼς πρέπει ἁγίοις· καὶ αἰσχρότης, καὶ μωρολογία, καὶ εὐτραπελία, τὰ οὐκ ἀνήκοντα· ἀλλὰ μᾶλλον εὐχαριστία. Et mirum, de obſcœnitate hic agi, non monuiſſe eruditos: in qua quicquid eſt flagitii, *in verbis partim, partim in*

Cap. V. Vſ. 3.

Ibid.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

AD EPHES.

rebus, teſte Tullio, *conſiſtit*. In rebus, vt πορνεία, αἰσχρότης, ἀκαθαρσία denique omnis, ἢ πλεονεξία: neque enim, καὶ πλεονεξία dixit, ne hæc duo ſepararet (quod mirum non notaſſe interpretes, qui præſertim, *impuritas aut auaritia*, hic reddiderunt.) In verbis, vt μωρολογία, καὶ εὐτραπελία. Iam ἀκαθαρσία, quæ *impuritas* Latinis: vt cum, *impuritatem in pudica domo*, Antonio objecit Tullius: qui & *impudicum* ac *impurum*, *turpem* item ac *impurum*, optime conjungit. Idem, qui & *turpitudinem*, (αἰσχρότητα Apoſtolus hic dixit) alibi in verbis, alibi in rebus, ponit. In diuinis Officiorum libris: *Verborum obſcœnitas ſi turpitudini rerum adhibeatur, ludus ne libero quidem homine dignus eſt.* Alibi autem, *turpitudinem verborum & obſcœnitatem rerum, pariter vitandam præcipit.* Incomparabiles Gloſſæ, Αἰσχρὸς, *fœdus, obſcœnus.* vt quo ſingula hæc ſpectent, nemo ignorare poſſit. Nam quid ſit μωρολογία nunquam dubitabit, qui τὰ ἀφροδίσια, ſiue, Venerea, μωρὰ dici ab Euripide meminerit. de quo pluribus alibi. Neque obſtat ſane, quod εὐτραπελία virtus ſit Philoſopho, quæ & inter duo, vt extrema, τὴν βωμολοχίαν, ſcilicet, καὶ ἀγροικίαν, ſeu, *ſcurrilitatem ac ruſticitatem*, collocatur. cum Apoſtolo εὐτραπελία ſit extremum: quam & erudite, neque primus, cum μωρολογία junxit. Doctiſſimus interpretum Heſychius, Εὐτραπελία, κουφότης, μωρολογία, αἰσχρολογία. Quem igitur hic locum ἢ πλεονεξία, ſi ſit lucri ſtudium, habebit? Quæ res non vulgarem B. Hieronymo ſcrupulum injecit: qui non vno loco eo inclinat, vt πλεονεξίαν aliud in ſimilibus deſignare exiſtimet. adeo quidem, vt, cum expedire ſe non poſſet, *voluptatum auaritiam*, mirifice alibi exponat. Verba ejus inter cætera: *Ex quo ſanctus non poteſt appellari, quicunque extra fornicationem, in aliqua immunditia & auaritia voluptatum qua ſe delectauerit, inuenitur. Si quis autem arbitratur, auaritiam, non illo ſenſu accipiendam eſſe quo diximus, reddat cauſas, quare inter fornicationem, & immundiciem, & turpitudinem, mediam auaritiam ordinarie poſuerit.* Quaſi Apoſtolus, ἀκαθαρσία καὶ πλεονεξία, non, ἀκαθαρσία ἢ πλεονεξία, quod eſt ἤγουν, vel ἤτοι, dixiſſet. quo vtuntur ſæpe, qui interpretantur quod præcedit: vnde ἑρμηνευτικὰ ſimilia Grammaticis dicuntur. Mirum autem non notaſſe, etiam τῇ ἀσελγείᾳ conjungi. Quæ eſt autem ἀσέλγεια? impudicitia, nimirum, ac Venereus exceſſus. Vnde ſummus autor, Ἀσελγὴς, *ganearius, libidinoſus, luxurioſus.* Quid autem cum ganeo ac Venere avaro? Locus, de quo agimus, ſuperiori capite extat. Οἵτινες ἀπηλγηκότες, ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ, εἰς ἐργασίαν ἀκαθαρσίας πάσης ἐν πλεονεξίᾳ. Vbi vetus, *Qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam.* Eraſmus, *Qui poſteaquam peruenerunt eo vt dolere deſierint, ſemetipſos dediderunt laſciuiæ, ad patrandam immunditiam omnem cum auiditate.* Recentior, cum non ſatis videret, quem πλεονεξία hic haberet locum, *Qui poſteaquam dedoluerunt, ſeſe dediderunt proteruiæ ad certatim patrandam impuritatem omnem*, dixit. qui, ſuo vſus judicio, ἐν πλεονεξίᾳ, *certatim* reddidit. Syrus, qui ad auaritiam transferre id ſolet, cum hæreret, *cupiditatem* dixit. quemadmodum non peccabit, qui τὸ, ἐν πλεονεξίᾳ, ἐν κακῇ ἐπιθυμίᾳ dicat. cum ſic ipſe ſe Apoſtolus exponat. Quis enim ignorare locum poteſt illum, qui ad Col. 3. 5. legitur? Νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακὴν, καὶ τὴν πλεονεξίαν. Sed & paulo poſt, Τοῦτο γάρ ἐστε γινώσκοντες, ὅτι πᾶς πόρνος, ἢ ἀκάθαρτος, ἢ πλεονέκτης. &c. cum quibus vitiis etiam à Petro jungitur, qui dixit, ὀφθαλμοὺς ἔχοντες μεστοὺς μοιχαλίδος, καὶ ἀκαταπαύστους ἁμαρτίας, δελεάζοντες ψυχὰς ἀστηρίκτους, καρδίαν γεγυμνασμένην πλεονεξίαις ἔχοντες. Neque magnus ſane Chryſoſtomus ſatisfacit, qui hac ipſa Epiſtola, vt ſe expediat, τὰ ἀφροδίσια, ac lucri ſtudium, ad eam ſimul animæ partem refert, quæ ἐπιθυμητικὴ dicitur. Cæterum, quid πλεονεξία ſit Apoſtolo, cum de libidine, ac intemperantia agitur, ex hoc loco, vel maxime apparet. Quanquam forte non adulter tantum, ſed & τῶν ἀφροδισίων ἀκρατὴς, ſic dicatur.

quan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

quanquam proprie de adulterio & dici, & ſic vſurpari ab Apoſtolo, poſtea probabimus. Sequitur, ἀλλὰ μᾶλλον εὐχαριστία. Ad quem locum conſulendus B. Hieronymus, qui interpretem æui ſui notat, quod ad gratiarum actionem id referret. plane vt recentior ætate noſtra. Ipſe autem, vt in illo Solomonis accipiendum autumat, Γυνὴ εὐχάριστος ἐγείρει ἀνδρὶ δόξαν. quod eſt, inquit, *grata*. Ego τὸ εὐχάριστον ita accipio, vt cum Prouerb. 11. 16. *Mulier, quæ ſit* εὐχάριστος, *inuenire gloriam, dicitur.* vbi τὸ εὐχάριστος, non vt B. Hieronymus, ſed de pudica accipio. Atque ita plane hic Apoſtolus: qui obſcœnitati ac fœditati, ſingulisque ejus partibus, τὴν εὐχαριστίαν, *quæ eſt pudicitia ac caſtitas*, opponit. Paulo poſt ſequitur, Τοῦτο γὰρ ἐστε γινώσκοντες, ὅτι πᾶς πόρνος, ἢ ἀκάθαρτος, ἢ πλεονέκτης, ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης, οὐκ ἔχει κληρονομίαν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ. vbi Syrus, ἢ εἰδωλολάτρης legit. Quo non opus, cum ipſe Apoſtolus ad Coloſſenſes, πλεονεξίαν, εἰδωλολατρείαν dixerit. Καὶ τὴν πλεονεξίαν, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία. 3. 5. Sed & quæri ab eruditis video, cur, aut quomodo, auarus, idololatra ab Apoſtolo dicatur. Quod & multis ab Ambroſio factum. quaſi non potius, an de avaritia agatur, & quis πλεονέκτης hic ſit, quærendum fuerit. Quanquam nihil facilius forte, nec deeſſe hic cuiquam verba poſſint. Nihil oculos, quos animus ſubſequitur, æque in ſeſe attrahit, atque opes. quæ non minus merito שקוצי עינים, *abominationes*, ſiue, *idola oculorum*, dici poſſunt, quam Ezechieli idola, quod in ſeſe oculos aſſidue conuertant. Nam &, *Quiſquis ingentes oculo irretorto ſpectat aceruos*, vt cum Flacco loquar, idololatra dici poteſt. Quemadmodum, & ratione alia, ac vrbana quidem, qui pecuniam aſſidue intuentur, idololatræ dici poſſunt. Sunt enim εἴδωλα, quæ aliis εἰκόνες. Vt cum Dominus de nummo dixit, τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη; Matth. 22, 20. Marci 12. 16. quod Lucas, τίνος ἔχει εἰκόνα; Cujuſmodi εἰκόνας Iuuenalis *facies minutas* Sat. XIV dixit.

Cum ſit cauſa mali tanti & diſcriminis hujus,
Conciſum argentum in titulos facieſque minutas.

Quomodo *figuras* vocant quæ monetæ incuduntur. *ſigna* vulgo, ſiue, *formas*. Poſteriores Græci, σφραγιστήρια (ſicut quod bullis appenditur apponiturue, βουλλωτήρια) dixêre. quæ εἴδωλα Nyſſeno. Οὐ γὰρ ὃ ζητεῖ δίδως, ἀλλ' ὅπως ἂν πολύ σοι γένοιτο τοῦ ἀργύρου τὸ ἄχθος ἐπὶ τῆς τραπέζης φροντίζεις· καὶ τοὺς χαλκευτὰς τῆς ὕλης ἀναζητεῖς, καὶ τὴν ἱστορίαν τῶν ἐγγλυφομένων ταῖς ὕλαις εἰδώλων περιεργάζῃ. *Neque enim das quod quærit, qui vt magnum argenti in menſa pondus conſequaris, ſollicite curas: fabroſque monetæ ſectaris, hiſtoriamque imaginum, quæ in ea exprimuntur, circumſpicis.* Homil. 4. εἰς τοὺς Μακαρισμούς. Prudentius *effigies* Pſychomachia dixit.

Sordet Chriſticolis radiantis fulua monetæ
Effigies, ſordent argenti emblemata, & omnis
Theſaurus nigrante oculis vileſcit honore.

Cujuſmodi effigies, idem *ænigmata* dixit.

Is ipſe tantum non habet
Argenteorum ænigmatum
Auguſtus.

Et alibi,

Propriique ænigmata vultus.

Vt *ænigmata* ſint ſigna, quæ in nummis exprimuntur, vel ſymbola. Ambroſius inter alia, vt doceat, cur auaritia idololatria dicatur, *Idololatria Dei*, inquit, *honorificentiam vſurpat & vindicat creaturæ, cum in nomine diuinitatis, quod ſoli conditori competit, participem illi aſſerit ejus facturam. Auaritia autem idcirco huic exæquata eſt, quia ſimiliter ea quæ Dei ſunt ſibi vſurpat & recondit animus, vt quæ vſibus omnium conceſſit communiter, auaritia deneget: quando idcirco hæc congregat apud ſe, ne alii vtantur*, &c. Cum quo idem à recentiori

Ad Ephes. Ibid. vſ. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ad Ephes. interprete factum. Quaſi non prius, vt dixi, quod vitium intelligatur, quæ-
rendum atque cogitandum ſit. Interim in genere illud B. Hieronymi ve-
rum eſt, *ſua cuique vitia idolum eſſe.* Qui, cum alibi, tum ad Amoſi tertium,
Vnuſquiſque adorans vitia ſua atque peccata, Deum cœpit habere à quo victus eſt.
Auarus aurum, guloſus ventrem. Idem in Oſeam, *Guloſi venter Deus eſt. Aua-*
rus colit mammona, hæreticus dogma quod finxit. In Pſalmos, *Vnuſquiſque quod*
cupit & veneratur, hoc illi Deus eſt. Auarus aurum, Deum habet. Quemadmo-
dum & ii qui impenſe voluptates colunt, θεοποιοῦσι τὰς ἡδονάς: *Deos ſibi quaſi*
voluptates faciunt, vt recte Aſceticorum autor loquitur. In quibus vel pri-
mum Venereæ habent locum. ad quas ἡ πλεονεξία referenda: quam, vt aliis
in locis, de quibus ſupra egimus, ita hic cum πορνείᾳ & ἀκαθαρσίᾳ conjungit
Apoſtolus. ita, vt eo inprimis loco, vbi, μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ
πράγματι τὸν ἀδελφὸν 1 ad Theſſal. 4. ℣ſ. 6. vetat, recte de adulterio accipi
poſſe videatur: vt omittam, πορνείαν καὶ μοιχείαν, *ſpiritualem*, paſſim in Sacris
idololatriam dici. Cæterum cum de hoc alibi à nobis, quædam etiam in
℣ſ. 14. ſequentibus dicta ſint, ad alia nunc tranſeamus. Sequitur, Διὸ λέγει, Ἔγειραι
ὁ καθεύδων. Quo in loco mirum ſane, quantum non recentiores modo ſed
& veteres contendant, vt inueniant quonam reſpexerit Apoſtolus. Et Cy-
rillus quidem ex illo Eſaiæ cap. 51. ℣ſ. 9. ſumptum contendit, Ἐξεγείρου, ἐξε-
γείρου, Ἱερουσαλήμ, καὶ ἔνδυσαι τὴν ἰσχὺν τοῦ βραχίονός σου· ἐξεγείρου ὡς ἐν ἀρχῇ ἡμέ-
ρας. Verba ejus in Catena ad Eſaiam, τοῦτό ἐστιν, οἶμαι, ὃ γέγραφε ποτὲ ὁ Παῦ-
λος, Ἔγειρε ὁ καθεύδων, καὶ τὰ ἑξῆς. quanquam τὸ Ἱερουσαλήμ, neque in Hebræo,
neque apud interpretes legi, neque, quod dicitur, ad Hieroſolymam, ſed,
ad *brachium Domini*, referendum, Euſebius notarit. Verba ejus ſunt: ἡ προσ-
θήκη Ἱερουσαλήμ, οὔτε ἐν τῇ Ἑβραϊκῇ ἀναγνώσει, οὔτε ἐν τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς φέρεται,
ἀλλὰ πάντες οὕτως ἐξέδωκαν, Ἐξεγείρου, ἐξεγείρου, βραχίων Κυρίου. licet aliter Græci,
qui nunc extant. quemadmodum nec, ὡς ἐν ἀρχῇ ἡμέρας, quo τὸ καθεύδων
trahi poſſit, ſed כימי קדם, ὡς ἐν ἡμέραις τῆς πάλαι, in Hebræo legitur. Cæterum,
cum intra recepta Codicum Sacrorum ſcripta, ſe continuiſſe Apoſtolum,
non temere negandum, quid ſi ad non ea tantum quæ Eſaiæ c. 60. ℣ſ. 1. ſed &
quæ c. 26. ℣ſ. 19. dicuntur hic alluſerit Apoſtolus? niſi quod ex ipſo loco, hoc
probandum erat. Locus autem hic eſt: *Expergiſcimi, & laudate, habitatores*
pulueris, quia, vt ros luminum, ros tuus. pro quo, *ros olerum*, alios ſecuti
interpretes, nunc reddunt. Chaldæus, *quia ros luminis, ros tuus. Ros autem,*
ros myſticus, qui Cant. 5. ℣ſ. 2. Sponſo tribuitur. *Ego dormio, & cor meum vi-*
gilat. Et deinde, *Aperi mihi, ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata*
mea, quia caput meum plenum eſt rore. Ad quem locum, qui mos eſt ſcriptu-
ræ, ſimul reſpexiſſe Apoſtolus videtur. vt *ros*, χρίσις ſit, aut χρίσμα: in ἔγειραι,
ſimplex numeri enallage, inprimis vſitata. Ita ſenſus erit, Ἔγειραι ὁ καθεύδων
ἐν κόνει· καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ δρόσῳ χρισθεὶς, ἤγουν ὁ Χριστός. Quid ergo aliud quam
interpretatio loci, quem obſcurius conuerterant nonnulli? quod & optime
cum iis conuenit, quæ περὶ τοῦ φωτὸς præceſſerant. Vt hic vere vſurpari illud
Chryſoſtomi poſſit: qui de ejuſmodi locis, ὅτι λέγεται γεγράφθαι, καὶ ὅταν μὴ διὰ
τῶν ῥημάτων, ἀλλὰ δι᾽ αὐτῶν τῶν πραγμάτων κείμενα ᾖ· ἢ ὅταν τὸ αὐτὸ νόημα μὲν κείμενον ᾖ,
μὴ ἐπ᾽ αὐτῶν δὲ τῶν ῥημάτων. *Dici ea quoque ſcripta eſſe, quæ, licet non iis verbis, eadem*
re tamen, in Scriptura extant. Vel cum idem ſenſus, licet non iiſdem verbis, extat.
Porro λέγει, quod præcedit, pro λέγεται, vel, λέγει ἡ γραφή, cum citatur ſcri-
ptura, quam vſitatum ſit Hebræis, qui paſſim אמר pro נאמר dicunt, non vno
℣ſ. 16. loco monuimus. Eodem capite legitur, Ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν, ὅτι αἱ ἡμέραι
πονηραί εἰσιν. Vbi fieri poteſt, vt in animo locum Danielis habuerit Apoſtolus,
vbi Rex Magis, cum quibus de ſomnio ſuo, ejuſque interpretatione, agebat,
Ἐπ᾽ ἀληθείας οἶδα ἐγὼ, ὅτι καιρὸν ὑμεῖς ἐξαγοράζετε, *tempus emitis*, inquit. hoc eſt,
dilationis moram nectitis: tempus conceſſum vobis extenditis. c. 2. ℣ſ. 8. Vt dicat,

quo-

Ad Ephes.

quoniam dies mali ſunt, occaſionem, quæ ad bene agendum vobis datur, amplectimini, producite. Totam hanc occaſionem vobis bene agendi vindicate. Vt ſic Chaldæorum זבן exprimatur. Vulgo non recte. Sed & longe aliter Epiphanius, qui ad patientiam ac tolerantiam mirifice id refert. Καὶ οὐχ' ἡμέρας ἀγοράζομεν (quod non dixit Apoſtolus ſed ἐξαγοράζεσθαι, neque ἡμέρας, ſed καιρὸν) οὐδὲ τιμὴν ἡμερῶν δίδομεν· οὐκ ἄλλο ἢ τὸ δι' ὑπομονὴν καὶ τὸ μελλητικὸν μακροθυμίας σημαῖνον. Eodem capite & illud extat, ἵνα παραστήσῃ αὐτὴν ἑαυτῷ ἔνδοξον, τὴν ἐκκλησίαν, μὴ ἔχουσαν σπῖλον, ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιούτων. v. 27. Optatus contra Donatiſtas, *Commemoraſtis & B. Apoſtolum Paulum dixiſſe, ſine ruga & ſine ſorde Eccleſiam eſſe debere.* Et ita recens vetuſque interpres, qui, *maculam aut rugam*, dicunt. cum Heſychius, ῥυτίδα, σπῖλον, hoc eſt, *maculam*, interpretetur. Qua ratione ταυτοδυναμοῦντα erunt hæc duo. Gloſſarium Stephani, Ῥυτὶς, *ruga, rugus.* Imo, Ῥυτὶς, *ruga.* Ῥυτιδώδης, *rugoſus.* S S. Patres tamen paſſim exprimunt vtrunque. inprimis, Auguſtinus. *Quod dixi*, inquit, *quam ſibi Deus elegit glorioſam eccleſiam, non habentem maculam neque rugam, non ideo dixi, quia nunc jam omni ex parte talis eſt: quamuis, ad hoc electa non dubitetur, vt talis ſit, quando Chriſtus apparuerit, vita ejus. tunc enim & ipſa cum eo apparebit in gloria. Propter quam gloriam dicta eſt eccleſia glorioſa.* Retractat. lib. 1. Item, *In tota vero eccleſia tunc futurum, vt non habeat maculam aut rugam, aut aliquid hujuſmodi. quando dicendum erit, vbi eſt mors victoria tua?* De moderate coërcendis hæreticis, Epiſtola 50. ad Bonifacium Comitem. Item alibi, *Et hanc rationem dicit vniuerſa Eccleſia, quam mundat ſaluator lauacro aquæ in verbo, vt eam ſibi exhibeat glorioſam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hujuſmodi,* Epiſtola ad Dardanum, Quomodo Chriſtus vbique. vt & alibi. Etiam interpres Syrus vtrunque diſtinguit. Adde quod & ἄμωμον eandem, Eccleſiam nempe, hic dicit. quæ & ipſa vox ex Oriente. Quippe מום, μῶμος, σπῖλος, *macula.* vt cum de ſponſa Chriſti, quæ Eccleſia, Cant. 4. 7. *Tota tu pulchra es, amica mea, & macula non eſt in te,* dicitur. vbi in Hebræo ומום אין בך. Helleniſtæ, καὶ μῶμος οὐκ ἔστιν ἐν σοί. Quo & venuſte forſan Apoſtolus reſpexit.

Cap. V.

Præceptum de honorandis parentibus, primum cum promiſſione præceptum, & quomodo. Locus, πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου. μεθοδεύειν *de Diabolo, & quid.* μεθοδεύειν. *Locus,* πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, *& quomodo deſertores ibi ſpiritus ponantur.* ἄρχων τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος. ἀὴρ, σκότος. ἀερία, ὁμίχλη. τὰ ἐπουράνια *quæ, & de loco quid judicandum.* τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, *& quid intelligendum. Locus,* καὶ ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης. τὸ εὐαγγέλιον τῆς εἰρήνης, τὸ εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας, *ſiue,* τοῦ σωτηρίου.

Cap. VI. v. 2.

Capite ſexto à principio non procul legitur, Τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα, ἥτις ἐστὶν ἐντολὴ πρώτη ἐν ἐπαγγελίᾳ. Multis autem in prioribus ad hanc Epiſtolam Commentariis, quare hoc primum præceptum ἐν ἐπαγγελίᾳ dicatur, B. Hieronymus diſputat: cum, etiam ſecundo aliqua adjuncta ſit promiſſio. in quo, vti ſe miſericordia in milleſimum eorum qui diligunt ipſum, pronunciat. Et ſane mirifice arguta ſunt quæ ſanctus ille vir excogitauit. neque nobis ſatisfaciunt, quæ de peculiari promiſſione ab aliis notantur. Aben-Ezra cæterique Magiſtri, in Decalogo præcepta octo eſſe notant, quæ לא תעשה, ab iis dicuntur. hoc eſt, quibus id, quod faciendum non eſt, vetatur. Hoc autem τοῦ מצות עשה, ſeu, faciendi præceptum, eſſe, conſtat. Primum igitur præceptum, ſiue ἐντολὴ, proprie ſic dicta, præceptum quartum eſt. de honorando Sabbatho, nimirum: quod promiſſionem non habet. Secundum, quod promiſſionem habet, non eſt ἐντολὴ, ſed

ex

AD EPHES. ex eorum numero, quæ vetant. Quare, nec ſimpliciter verum, quod Chryſoſtomus affirmat: primum hoc præceptum, non ordine, ſed reſpectu promiſſionis, dici. Cum ſecundum, hac ratione ſit primum: hoc autem, inter ea, quæ mandant ſimul ac promittunt, primum. Etiam locus, qui eodem
ẏſ. 11. capite legitur, Ἐνδύσασθε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ Διαβόλου, accuratius, niſi fallimur, examinari merebatur. Quid enim μεθοδεία ſit, & quare μεθοδεύειν Diabolus dicatur, fruſtra ex autoribus profanis ſcire eruditi ſategerunt. Μεθοδεύει, qui vagatur, qui circumit, ſed intentus. Vt qui prædæ circulando callide inſidiatur. quod quo pacto ſpiritui maligno conueniat, è Iobo petendum. Apud quem primo capite, *Quadam autem die, cum veniſſent filii Dei, vt aſſiſterent coram Domino, adfuit inter eos etiam Satan. Cui dixit Dominus, Vnde venis? Qui reſpondens ait, Circuiui terram, & perambulaui eam.* Helleniſtæ, Περιελθὼν τὴν γῆν καὶ περιπατήσας τὴν ὑπ' οὐρανὸν, πάρειμι. Vbi, περιελθὼν, eſt μεθοδεύσας. quod & περιπατήσας recte dicas. Chaldæi voce שׁשׁב, ſiue, *ſcrutandi*, vſi ſunt. Heſychius, Μεθοδεύει, μετέρχεται, ἢ διέρχεται. Gloſſatores alii, Μεθοδεύει, τεχνάζεται, μετέρχεται, ἀπατᾷ. Neque aliud quam τὸ μεθοδεύειν intellexit D. Petrus, cum dixit, ὅτι ὁ ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος, ὡς λέων ὠρυόμενος, περιπατεῖ, ζητῶν τίνα καταπίῃ. Obambulare enim cum inſidiis, μεθοδεύειν eſt. Quo vtuntur Helleniſtæ cum τὸ רגל interpretantur. quod *circulando inſidiari* dicas. quemadmodum מרגל, κατάσκοπος, *ſpeculator, inſidiator*. Quo & ἀντὶ τοῦ διαβάλλειν, quod proprium eſt Diaboli, τοῦ κατηγορεῖν item, vti ſolent. quod & μεθοδεύειν dicunt. Vt in illo, καὶ μεθώδευσεν ἐν τῷ δούλῳ σου πρὸς τὸν Κύριον. Μεθοδεύει ergo, *qui circumit, vt circumueniat*. quemadmodum & *circumueniendi* verbo, de inſidiis & noxa Latini vtuntur. Sequi-
ẏſ. 12. tur, Ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν πάλη πρὸς αἷμα, καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, &c. πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Vbi, ſiue ἐπουράνιοι, ſint οἱ ἐν οὐρανῷ, ſiue οἱ ἐπάνω τοῦ οὐρανοῦ, quo ſuo merito ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, deſertores ſpiritus ponantur, quærendum arbitror. Nam quod aëreæ regiones ſic dicantur, nondum probarunt eruditi. Sed & quomodo deſertorem Spiritum, ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος ſupra dixerit, jam ante oſtendimus. Quod contra paſſim, ἀντὶ τοῦ σκότους, ſiue pro tenebris vſurpari ibi probauimus. adeo, vt Ætoli, ἀερίαν, τὴν ὁμίχλην, hoc eſt, τὸ σκότος, teſte Heſychio, dicerent: ne quis hic habere locum arbitretur. Et quis ferat, vt impuris Spiritibus idem attributum aut idem tribuatur locus qui Deo Patri? quem ἐπουράνιον Πατέρα ipſe Seruator dixit. Οὕτω καὶ ὁ Πατήρ μου ὁ ἐπουράνιος ποιήσει ὑμῖν. Et quis neſcit, quæ ſit βασιλεία ἐπουράνιος 2 ad Timoth. 4. 18: quid hac ipſa Epiſtola, formula illa, εὐλογῶν εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ? Et an non ipſe Chriſtus, ad Dei Patris dextram conſediſſe ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, cap. 1. ẏſ. 20. dicitur? vbi & fideles, cap. 2. ẏſ. 6. ipſi autem Angeli, hoc eſt, diuerſi plane Spiritus, c. 3. ẏſ. 10. collocantur. Quod cum recentior interpres & ipſe haud dubio non ignoraret, *in ſublimi*, reddidit. Nec difficultatem etiam antiqui non viderunt. Inprimis Chryſoſtomus, qui ſenſum longe alium excogitauit, cum dixit, τὸ γὰρ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, ἀντὶ τοῦ ἐπουρανίων ἐστίν· οὐχ' ἵν' αὐτοί τινος τύχωσι νικήσαντες, ἀλλ' ἵν' ἡμᾶς ἀποστερήσωσιν. quaſi hoc velit, perpetuo impuros illos Spiritus de diuinis ac cœleſtibus certare nobiſcum: non vt ipſi conſequantur aliquid, ſed vt nos priuent. cui ſimilia & Theophylactus. Scholiaſtæ Græci, οὐ περὶ μικρῶν τινῶν, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις πραγμάτων, *non de exiguis quibuſdam, ſed de iis quæ in cœlo ſunt, ſiue cœleſtibus, certamen eſt.* quomodo & ἐπουράνια *diuina* erunt. Quod ex iis quoque exemplis patet, quæ ab illis adducuntur. Et in iſtis maxime nequitiam Diabolus exercet. adeo, vt ipſi Domino, verbum Dei, ex interpretatione ſua, idem ille Matthæi 4. opponat. *Scriptum eſt*, inquit, *Angelis ſuis de te mandatum dabit.* Quid ſi autem tranſpoſitione, vt nonnunquam ſolet, interpretes Apoſtolus fruſtratus eſt? Vt hoc velit, ὅτι ἐν τοῖς ἐπουρανίοις

οὐκ

οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, &c. Ad
In diuinis non eſſe nobis luctam aduerſus ſanguinem & carnem, ſed aduerſus im- Ephes.
peria, aduerſus poteſtates &c. quomodo Ioh. 3. 12. Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύε-
τε, πῶς ἐὰν εἴπω ὑμῖν τὰ ἐπουράνια, πιστεύσετε; Vbi ἐπουράνια, quæ ſint, patet, cum de
regeneratione agatur. quanuis latius patere hic videatur. Quid autem, ſi ne
hoc quidem admittatur, τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, ſpiritus impuros eſſe? Theo-
phylactus; Πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας. οὕτω αὐτοὺς τοὺς δαίμονάς φησιν. ἐπειδὴ γὰρ
εἰσὶ καὶ οἱ ἄγγελοι πνεύματα, προσέθηκε, τῆς πονηρίας. *Aduerſus ſpiritualia nequitiæ. ita*
ipſos dæmonas vocat. quia enim & Angeli ſunt Spiritus, addidit, nequitiæ. Scho-
liaſtæ, πρὸς τὰ πνευματικὰ, τουτέστι τὰ δαιμόνια, &c. eodemque modo & recentio-
res. Qui cum τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, τὰ πονηρὰ πνεύματα eſſe velint, cur non po-
tius τὰς πνευματικὰς πονηρίας exponunt? quo Græciſmo nihil vſitatius. quales
πονηρίαι, peruerſæ doctrinæ, peruerſæ de diuinis ac cœleſtibus opiniones,
ſectæ denique, ſchiſmata, cæteraque id genus: &, vt ſic verbo dicat, τὰς πνευ-
ματικὰς τοῦ διαβόλου ἐν τοῖς ἐπουρανίοις μεθοδείας: quo proxime vſus eſt Apoſtolus.
Quid ergo præcipit Apoſtolus? Induere τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, ſiue, τὴν πνευ-
ματικήν. Quare? vt ſi dicat, Ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ
πρὸς τὸν διάβολον, ἀλλὰ πρὸς τὰς πνευματικὰς αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις πονηρίας. *quia*
aduerſus ſanguinem & carnem lucta nobis non eſt, ſed aduerſus diabolum, ſed ad-
uerſus ſpirituales, quas in Sacris aut diuinis adhibere ſolet, nequitias verſutiaſque.
abſit ergo illud *in ſublimi.* Eodem capite cum legitur, Καὶ ὑποδησάμενοι τοὺς ℣ſ. 15.
πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, non puto ſubtiliter quærendum, quare,
cum de panoplia bellica agatur, Pacis euangelium dixerit: cum, Helleni
ſtarum more ita poſſit accipi, vt euangelium τῆς εἰρήνης, non aliud quam
τῆς σωτηρίας, ſiue, τοῦ σωτηρίου, hoc eſt, *ſalutis,* dicatur: quemadmodum illi paſ-
ſim τὸ שלום interpretantur. & an non hac Epiſtola, cap. 1. ℣ſ. 13. ita εὐαγγέ-
λιον τῆς σωτηρίας dixit? Ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς, ἀκούσαντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, τὸ εὐαγγέλιον
τῆς σωτηρίας ὑμῶν, &c. Cum legitur, ὑπὲρ οὗ πρεσβεύω ἐν ἁλύσει, cogitare me- ℣ſ. 20.
cum ſoleo, an non vincula ſua, quorum paſſim meminit, nonnunquam
pro calamitate, aut perſecutione, vſurpet: quemadmodum cum Regius
Propheta, διαῤῥήξω τοὺς δεσμούς μου, ac ſimilia, non ſemel dixit: quem in vincu-
lis fuiſſe aut cuſtodia, ex eo, niſi fallor, nemo judicat. an non igitur eo-
dem modo hæc cum ſcriberet, ἁλύσει, hoc eſt, maximis anguſtiis, inſidiis,
ac delatoribus, quibus tenebatur vndique, ὑπὲρ τοῦ εὐαγγελίου πρεσβεύειν, ſe di-
cat. Ac recentior quidem interpres hoc loco: *Non erat tamen* ἐν δεσμωτηρίῳ,
ſed ſub militari cuſtodia, inquit. *cujus hic erat modus, vt captiuus longiuſcula ca-*
tena dextram haberet deuinctam, cujus alterum extremum ſiniſtræ militis alliga-
batur, vt pariter incederent. quales, *colligati,* Auguſtino dicuntur: qui, *inno-*
centem, &, *colligatum,* alibi opponit. Neque quiſquam ſane, aliam publicam,
aliam militarem fuiſſe cuſtodiam (ne de iis qui fidejuſſoribus committe-
rentur nunc dicam) vel ex Iuriſconſultis, ignorare poteſt. vt nec, quæ mili-
taris fuerit cuſtodia, & quomodo in ea qui cuſtodirentur, habiti. An autem
vero ſimile ſit, vt qui ſic cuſtodiretur, militemque intentum omnibus ac ſin-
gulis haberet, vetitis autem actionibus inprimis (qualis erat, ſcribere ad
ſanctos, ſcribere ad fratres, de ea præſertim doctrina, pro qua, fungi ſe le-
gatione in vinculis nunc ait, ac cum iis mentem communicare ſuam) an
qui militem haberet, dico, à quo traheretur, cum & dextra manu catenatus
ipſe eſſet, ſcribendis vel vacare poſſet literis, vel hoc permitteretur illi, ve-
lim quibus integrum eſt, cogitent. qualia, dico, fuerint hæc vincula, qua-
lis cuſtodia, de qua aliquoties agit Apoſtolus, & in qua tantum illi licuit.
Libenter enim diſcimus. & Exercitationes ſcribimus.

Capita Epiſtolæ ad Philippenſes.

α'. Εὐχαριστία ὑπὲρ τῆς Φιλιππησίων ἀρετῆς, καὶ εὐχὴ τελειώσεως.

β'. Διήγησις τῆς ἑαυτοῦ διαγωγῆς ἀγωνιστικῆς, καὶ τῆς προθυμίας.

γ'. Παραίνεσις τῆς κατὰ Θεὸν ὁμονοίας, καὶ τῆς ἐν Θεῷ ζωῆς.

δ'. Περὶ Τιμοθέου καὶ Ἐπαφροδίτου, οὓς ἀπέστελλε πρὸς αὐτούς.

ε'. Περὶ τοῦ πνευματικοῦ βίου τοῦ μὴ ἐν σαρκί, ὅς ἐστι μίμησις τοῦ θανάτου τοῦ Χριστοῦ.

ς'. Παραινέσεις ἴδιαι τινῶν, καὶ κοιναὶ πάντων.

ζ'. Ἀποδοχὴ τῆς ἀποσταλείσης αὐτῷ διακονίας.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

DANIELIS HEINSII EXERCITATIONES SACRÆ IN EPISTOLAM PAVLI AD PHILIPPENSES.

SIVE

LIBER VNDECIMVS.

CAPVT I.

Locus, ὁ ἐναρξάμενος ἐν ὑμῖν ἔργον ἀγαθόν. *Peruerſitatis hæreticæ illuſtre exemplum.* τὰ διαφέροντα, *& quæ ſic dicantur.* ἐν ἐπιγνώσει καὶ πάσῃ αἰσθήσει. αἴσθησις *nouo modo & quomodo vſurpatum, etiam Helleniſtis.* αἴσθησις, νόησις. *Locus*, εἰδότες ὅτι εἰς ἀπολογίαν τοῦ εὐαγγελίου κεῖμαι. κεῖσθαι, *& quomodo hic accipiendum videatur. Recentioris interpretatio. Locus*, Ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν Χριστὸς, *&c. ejuſque mens. Locus*, Εἰ δὲ τὸ ζῆν ἐν σαρκὶ, τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου *&c. ejuſque mens ac diſtinctio. Locus*, Ὅτι ὑμῖν ἐχαρίσθη τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, *&c.*

EX eo loco qui non procul à capitis primi initio occurrit, Cap.I.
Πεποιθὼς αὐτὸ τοῦτο, ὅτι ὁ ἐναρξάμενος ἐν ὑμῖν ἔργον ἀγαθὸν, ἐπιτε- ℣ſ.7.
λέσει ἄχρι ἡμέρας Ἰησοῦ Χριστοῦ, patet nihil tam manifeſte in Sacris dici, quod non ab hæretica euerti malignitate poſſit. quemadmodum jam olim fuerunt, qui τὸ ἐν ὑμῖν, pro ἐξ ὑμῶν, dici hic vellent. *Hujus teſtimonii virtutem*, lib. De vocatione gentium, inquit Proſper Aquitanicus, *quidam volens ad ſui ſenſus prauitatem conuertere, quod dictum eſt, qui cœpit in vobis, volebat intelligi, quaſi dictum eſſet, qui cœpit ex vobis. vt & initium & conſummatio operis, non ad Deum, ſed ad hominem, referretur.* Eodem capite cum dicitur, Εἰς τὸ ℣ſ.10.
δοκιμάζειν ὑμᾶς τὰ διαφέροντα, ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι εἰς ἡμέραν Χριστοῦ, quæ διαφέροντα Apoſtolus dixit, *potiora*, vetus reddidit interpres. qui, *vt probetis potiora*, inquit. Quæ ſunt autem illa διαφέροντα? Quæ vt præcipua, nimirum, ab Apoſtolo præ cæteris vbique commendantur. Amor Dei, mutuuſque, cum ſcientia conjunctus ac intelligentia: quibus tota Lex conſummatur. quomodo αἴσθησιν in eo quod præceſſerat interpretatur Eraſmus, Καὶ τοῦτο προσεύχομαι, ἵνα ἡ ἀγάπη ὑμῶν ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον περισσεύῃ ἐν ἐπιγνώσει καὶ πάσῃ αἰσθήσει. qui ad τὰ νοητὰ, non ad externa id refert. Quod adeo nouum Helleniſtis non eſt, vt τὸ דעת, quod σοφία, φρόνησις, ἔννοια, & σύνεσις ac ſimilia illis, αἴσθησιν dicant. vt cum Prouerb. I. ℣ſ. 4. Ἵνα δῷ ἀκάκοις πανουργίαν, παιδὶ δὲ νέῳ αἴσθησιν καὶ ἔννοιαν: paulo item poſt, εὐσέβεια εἰς Θεὸν, ἀρχὴ αἰσθήσεως: alibi item εὐσεβεῖς γενόμενοι, ἐμίσησαν αἴσθησιν. Vnde, qui non ſemel Helleniſtas interpretatur Heſychius, Αἴσθησις, νόησις. Recentior interpres, cum ad τὰ νοητὰ referendum fateatur, ab Eraſmo interim diſſentit, qui *intelligentiam*, non, *ſenſum*, dixit. idem qui τὰ διαφέροντα, *quæ diſcrepant*, interpretatur: quod hic nondum probare poſſum. Eodem capite cum dicitur, εἰδότες, ὅτι εἰς ἀπολογίαν ℣ſ. 17.
τοῦ εὐαγγελίου κεῖμαι, ad defenſionem veritatis in vinculis Apoſtolum jacuiſſe & hoc velle plerique exiſtimant. Ac vix dubitandum, quin hoc ita acciperent, qui cauſæ Chriſti, & illius, fauerent. vt dicat, *cum ad defenſionem euangelii jacere hic me ſciant.* Et ſane, in vinculis detentum à Nerone tum fuiſſe, etiam Græcorum Scholia teſtantur. Apoſtolus igitur, vt cæteri,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

AD PHIL.

qui carcere detenti, diabolum, vt eleganter loquitur Tertullianus, *in domo*
ſua conculcabant, εἰς ἀπολογίαν τοῦ εὐαγγελίου, detineri ſe ait. Recentior interpres
tamen, *quod ſciunt me ad defenſionem euangelii conſtitutum eſſe*, hic dixit. Κεῖ-
σθαι autem, vt & *jacere* Latinis, ita vſurpari non ignorant, qui Græce ac La-
tine ſciunt. Quo & Gloſſator antiquus reſpexit, qui, κεῖται, ἐπὶ κακοῦ τίθεται
ἢ θανάτου, ἢ δυσπραξίας, hoc eſt, *in malum, vt de morte, aut calamitate, id vſurpari*
notat. vt cum poeta exul, de exilio ſuo, *jacere in extremis terris*, ſe dixit. Et an
non præceſſit, διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμᾶς, ἔν τε τοῖς δεσμοῖς μου, καὶ τῇ ἀπολογίᾳ,
καὶ βεβαιώσει τοῦ εὐαγγελίου? An non proxime præceſſit, οἰόμενοι θλίψιν ἐπιφέρειν τοῖς
δεσμοῖς μου? Recentior interpres interim, *quod ſciant me ad defenſionem euangelii*
Vſ. 21. *conſtitutum eſſe*, cum Eraſmo. Eodem capite legitur, Ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν Χριστὸς, καὶ τὸ
ἀποθανεῖν, κέρδος. Mihi dolere interdum ſolet, maximis nonnunquam viris, in
iis quoque locis, quæ difficultatis nihil admodum haberent, veterum ſimpli-
citatem approbari non potuiſſe. Quid enim aliud hic, niſi quod vbique præ-
dicat, Apoſtolus dixit? Vitam, nempe, ſuam eſſe in Chriſto, lucrumq; propter
hunc, etiam mortem ſibi fore: qui in eo viuat, qui in eo motus excitet ſpiri-
tuales: à quo vegetetur atque ad prædicandum cum excitetur. Quemadmo-
dum ad Gal. 2. 20. ζῶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. Cum in eo autem viueret
Chriſtus, mirum non eſt, ſi eueniat quod dicit. eum qui ſic viuit, nempe, mori
non poſſe: aut ſi mori dicatur, lucrum ei mortem eſſe. qua deponitur quod
mori poteſt, induitur quod mori non poteſt. qua ad ipſam Chriſti gloriam
tranſitur: quam ex parte nunc cognoſcimus, plene autem poſt hanc vitam
vereque cognoſcent qui in fide hic vixerunt. de qua vita hic nunc loqui-
tur Apoſtolus. Quam & ſententiam mirifica verborum luce ac elegantia ex-
poſuit Chryſoſtomus. Quid autem opus fuit hoc interpretari, ac ſi Apo-
ſtolus dixiſſet, Ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν καὶ τὸ ἀποθανεῖν Χριστός ἐστι κέρδος? vt τὸ κατὰ vtro-
bique intelligatur. ac ſi dicat, ἐμοὶ γὰρ κατὰ τὸ ζῆν καὶ κατὰ τὸ ἀποθανεῖν Χριστὸς ἐστι
κέρδος. quod quin moleſtum ſit negari, niſi vehementer fallimur, non po-
teſt: cum expoſitum ſit alterum atque expeditum. Vide igitur ſimplicitatem
ſummam. *Mihi vita*, inquit, *Chriſtus eſt, & mori lucrum.* Eleganter Grego-
rius Theologus, Βίου τὸ κέρδος ἐκβιῶν καθ' ἡμέραν. Hoc ergo voluit, Ἐμοὶ τὸ ζῆν,
ἤγουν ἡ ζωὴ, Χριστὸς, *Mihi viuere, ſeu vita, Chriſtus.* καὶ τὸ ἀποθανεῖν (Theolo-
gus ἐκβιῶν, *non amplius viuere*, interpretatur: id autem idem eſt quod *mo-*
ri) lucrum eſt. in Chriſto, nempe. Perſpicue in Baſilii Magni Epitaphio Nyſ-
ſenus, Χριστὸς ἦν τὸ ζῆν ἀμφοτέροις, καὶ ὁμοίως ἑκατέρῳ κέρδος ὁ θάνατος. *Chri-*
ſtus vita vtrique erat, & vtrique ſimiliter mors lucrum. Præclare, vt ſemper,
Chryſoſtomus: *In hac vita quod viuo, non eſt vita mihi, ſed Chriſtus: quod ſi*
moriar, ne ſic quidem moriar, quia in me vita erit. nihil planius. Quod autem
Vſ. 22. ſequitur, plus eruditis exhibuit negotii. Εἰ δὲ καὶ τὸ ζῆν ἐν σαρκὶ, τοῦτό μοι καρπὸς
ἔργου, καὶ τί αἱρήσομαι οὐ γνωρίζω. Vbi tantum operæ nonnulli poſuerunt, vt ſe
pariter ac alios defatigarent. Eraſmo placebat, *Quod ſi contingat viuere in*
carne. cum ſine ellipſi, credo, expediri vix id poſſe exiſtimaret. Quod tan-
topere recentioribus diſplicuit, vt mirari ſeſe dicant, nemini veniſſe in
mentem, τὸ εἰ, per *an*, vel, *vtrum*, exponendum: Eraſmum vero, vel inpri-
mis, virum doctiſſimum, de eo non cogitaſſe. Quid igitur illi? *An vero vi-*
uere in carne mihi operæprecium ſit &, quid eligam, ignoro. cum tamen, magis
neceſſarium, tum propter Philippenſes, tum Apoſtolatus miniſterium,
eſſe, vt adhuc ſupereſſet, adhuc viueret, ipſe addat. Τὸ δὲ ἐπιμένειν ἐν τῇ σαρκὶ,
ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς. Vetus interpres, *Quod ſi viuere in carne, hoc mihi fructus*
operis eſt, & quid eligam, ignoro. Obſcure. Græci, vt priora conjungunt, ita
de connexione nihil, in quo tota difficultas. Ἐπειδὴ δὲ τὸ ζῆν ἐν σαρκὶ, inquit
Scholiaſtes, καρπὸς ἔργου ἐστίν. Cæterum, quod aliis non paucis in locis, hic
euênit, vt ſecus quam oportuit, diſtinctio conciperetur. Quod antiquis

hic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

hic non minus (venia ſit dicto) quam recentioribus, impoſuiſſe videtur. Diſtinguendus manifeſte hoc modo locus, Εἰ δὲ τὸ ζῆν ἐν σαρκὶ, τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου, καὶ τί αἱρήσομαι; οὐ γνωρίζω. Τὸ καὶ enim, non connectit, quod exiſtimarunt eruditi, ſed infert tantum. Interrogationi enim ſeruit, dubitationem auget. ita, vt ἐν πάθει, ac efficaciter, vt veteres loquuntur, adhibeatur. Quemadmodum in illo, καὶ τίς δύναται σωθῆναι; Locus notiſſimus, Οἱ δὲ περισσῶς ἐξεπλήσσοντο, λέγοντες πρὸς ἑαυτοὺς, καὶ τίς δύναται σωθῆναι; Marci 10. 26. Item, Εἶπον δὲ οἱ ἀκούσαντες, καὶ τίς δύναται σωθῆναι; Lucæ 18, 26. *Et quis tandem poterit ſeruari?* Ita hic, *Quod ſi viuere in carne operæprecium eſt, & quid tandem eligam? Ignoro.* Mihi, inquit, *mori lucrum eſt. Quod ſi veſtra intereſt vt viuam, ideoque id expedit, vtrum tandem eligam? Ignoro certe. Vtrinque enim vrgeor. Quod ad me enim, plane diſſolui & cum Chriſto eſſe opto ac deſidero. Longe enim melius id mihi. Vt adhuc autem permaneam in carne, magis propter vos neceſſarium.* atque ita & hiatus tollitur, de quo conqueritur interpres noſter. Eodem capite & illud legitur, Ὅτι ὑμῖν ἐχαρίσθη τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν. Vbi dicturus Apoſtolus, prærogatiuam hanc fidelibus clementer donatam, vt in Chriſtum crederent non modo, verum (quod & cuncta ſuperat) pro illo paterentur, ἐπανορθωτικῇ συγχύσει ſiſtere videtur quod dicturus erat. Dicturus autem erat, ὅτι ὑμῖν ἐχαρίσθη τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ πάσχειν, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν. quod abrumpit confunditque, vt intendat quod dicturus erat, oſtendatque, quantum ſit τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ πάσχειν. Interpres vetus, vt & rem & τρόπον ἑρμηνείας ſolita religione exprimeret, vtrique adhæſit hic, cum dixit, *Quia vobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolum vt in eum credatis, ſed vt etiam pro illo patiamini.* Cum ordo ſit, *Quia vobis donatum eſt, pro Chriſto pati, non modo in eum credere.* vel, *pro Chriſto vt patiamini, non ſolum vt in eum credatis.* Cur autem τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ repetierit, res ipſa docet. propter σύγχυσιν, nimirum, vt jam dixi. Vbi recentior interpres, illud prius, ὑπὲρ Χριστοῦ, *in Chriſti negocio*, vertit. *Quia gratis datum eſt vobis in Chriſti negocio, non ſolum in eum credere, ſed etiam pro eo pati.* Proſper, *per Chriſtum*, ſuppoſuit. *Quia vobis datum eſt per Chriſtum, non ſolum vt in eum credatis.* Quaſi id Græciſmus admittat. Scholiaſtes vt difficultatem, de qua dixi, vitaret, ὑπὸ Χριστοῦ, legiſſe videtur. Me illius, de qua dixi, nondum pœnitet ſententiæ. | Ad Phil. | Vſ. 29.

Cap. II.

Locus, μηδὲν κατ' ἐριθείαν ἢ κενοδοξίαν. ἐριθεία *quid. Theologorum Græcorum definitio. Locus,* ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο εἶναι ἴσα Θεῷ. *& quid hic,* οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο. *Syriaſmus nempe. Similis* συνέμπτωσις *in Euripide notata: neque ideo aut Hebraiſmos aut Syriaſmos, tales non eſſe. Pro,* ἐν ἁρπαγῇ, *in Leuitico,* ἐν ἀναγκασμῷ, *quibuſdam redditum, & qua mente. Locus,* ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε. ἡ κενωθεῖσα θεότης *Gregorii Theologi.* κενοῦν, ταπεινοῦν, *ex Chryſoſtomi interpretatione. quam & ab Apoſtolo confirmari. Locus,* ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος. Τὸ ὁμοίωμα, μορφὴ, σχῆμα, *ſimiliaque, quomodo in Sacris nonnunquam vſurpentur.* τὸ ὡς, βεβαιωτικόν. *Locus,* Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε. *Proſperi interpretatio. Locus,* μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθαι. *elegans Fulgentii locus.* ἰσόψυχος, *& quis.* ἀντίψυχος. *Recentioris interpretatio.* ἐξαυτῆς παραβουλευσάμενος τῇ ψυχῇ. *& quid.*

CApite ſecundo, nec ſine cauſa, quæri poteſt, vtrumne, cum legitur, Μηδὲν κατ' ἐριθείαν, ἢ κενοδοξίαν, ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν, ſatis efficaciter ad mentem Apoſtoli, τὸ ἐριθείαν, *contentionis* nomine interpretes expreſſerint. Quod vix poteſt, ſi veteribus accedimus, qui ἐριθείαν, τὸ ᾧ τις ἐπιδεικτικῶς ἢ κενοδόξως προκαλεῖται καὶ ἐρεθίζει ἄλλους εἰς τὰ ὅμοια, *id, quo quis cum oſtentatione ac ambitioſe, alios ad eadem agenda* | Cap. II. Vſ. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ad Phil. *prouocat*, vt è Græcis quidam Theologis, definiunt. qui & addunt: Καὶ γὰρ ὁ ἀπόστολος, ποτὲ μὲν, ἐριθείας μνημονεύων, τὴν κενοδοξίαν ἐπισυνάπτει, εἰπὼν, μηδὲν κατ' ἐρίθειαν ἢ κενοδοξίαν· ποτὲ δὲ κενοδοξίαν προτάξας, μετ' ταύτης καὶ τὴν ἐρίθειαν, ἑτέρῳ ὀνόματι ἀπαγορεύει, λέγων, μὴ γινώμεθα κενόδοξοι, ἀλλήλους προκαλούμενοι. *Nam & Apoſtolus nonnunquam, cum* ἐριθείας *mentionem facit*, κενοδοξίαν *adjungit (vt cum dixit,* μηδὲν κατ' ἐρίθειαν ἢ κενοδοξίαν) *interdum, poſtquam* κενοδοξίαν *præmiſit, cum ea &* ἐρίθειαν *alio vetat nomine. vt in illo,* μὴ γινώμεθα κενόδοξοι, ἀλλήλους προκαλούμενοι. ad Galatas cap. 5. 26. Atqui contentio eſt ἔρις. quæ cum hac confunditur nonnunquam. Quid ſit ἔριθος notum. vnde ἐρίθεια: quoties, vt Heſiodus loquitur, κεραμεὺς κεραμεῖ φθονέει. *cum ejuſdem operis aut ſtudii artifices, ſimileſque, ambitioſa æmulatione inter ſe contendunt.* vnde & ζῆλος: quem ab effecto & fine, qui nonnunquam ſequitur, idem autor commendat. Eodem

ℽ. 6. capite illuſtris ille extat locus, Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, quod eſt, ἰσότητα Θεοῦ. *non exiſtimauit rapinam, æqualitatem Dei:* hoc eſt, *non exiſtimauit rapinam, quod æqualitatem ſibi vindicaret Dei. non exiſtimauit alienum, quod vindicaret ſibi.* Quod dicendi genus, vt ſuum, ſibi vindicarunt Syri. Ita fere in Rituali, quod Seueri dicitur, cum baptizari vellet Dominus, Baptiſtam reſpondiſſe ajunt, οὐ δύναμαι ἁρπαγμὸν ἁρπάζειν, aut potius, vt ipſi, *Fieri non poteſt, vt rapinam ſumam. non poſſum mihi vindicare, quod meum non eſt.* Ita enim ibi, *Dixit Dominus noſter Iohanni, Accede, baptiza me. At ille dixit ei, Fieri non poteſt, vt rapinam aſſumam.* Quod Iohannes, לא מצבה אנא אלבוך גולתא. Cui non diſſimile, quod κτᾶσθαι οὐκ εἰς ἁρπαγὴν Euripides, ignarus Syriaſmi, dixit. qui, Θεὸς μισεῖ βίαν, τὰ κτητὰ δὲ κτᾶσθαι κελεύει πάντας, οὐκ εἰς ἁρπαγήν. *ſua quenque poſſidere jubet*, οὐ καθ' ἁρπαγμὸν, vt loquitur Apoſtolus. *non vt aliena*, nempe. Quæ eſt mera, vel autoris vel linguæ συνέμπτωσις. tantum abeſt, vt probari ex eo poſſit, Hebraiſmos, non eſſe Hebraiſmos, aut Græciſmos, Syriaſmos eſſe. quod profecto ſani eſſe hominis non poteſt. Quanquam & ad Legem, quæ Leuitici 6. extat, alluſiſſe potuit, qua jubetur, vt qui aliquid extorſit aut vindicauit ſibi, reddat τὸ ἅρπαγμα ὃ ἥρπασε. Quod à Dei Filio inprimis alienum fuit: qui nihil, niſi ſuum, vindicauit ſibi. Vnde nec reddendi tenebatur. quemadmodum illi, qui בגזל, quod eſt ἐν ἁρπαγῇ, aliquid rapuerant, reddere id cogebantur. quod alii ἐν ἀναγκασμῷ verterunt: quia ei, cui aliquid eripitur, vis ac neceſſitas infertur. Chriſtus, quemadmodum οὐκ ἐν ἁρπαγῇ diuinitatem habuit, ita nec rationem ejus, vt de alieno, reddere cuiquam debuit. neque ideo tamen minus

ℽ. 7. verum eſt, quod de Syriaſmo dixi. Sequitur, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. Vbi neſcio vtrumne omnibus ſatisfaciant, qui *exinaniendi*, aut *inaniendi* voce vſi ſunt. Neque ſine periculo, τὴν κενωθεῖσαν Nazianzeni θεότητα, *exinanitam Deitatem*, expoſuerunt eruditi. qui, Τοῦτο ἡ κενωθεῖσα θεότης, inquit, τοῦτο ἡ προσληφθεῖσα σὰρξ, τοῦτο ἡ καινὴ μίξις, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ἓν ἐξ ἀμφοῖν, καὶ δι' ἑνὸς ἀμφότερα. E quo ne interpretes Græci quidem, ſine mira ſe ſubtilitate expedierunt. ſed & ipſe Nazianzenus, aliis in locis Χριστοῦ, de qua agitur, κένωσιν, δόξης ὕφεσιν, dixit, quam alii ταπείνωσιν recte dixerunt. Et meo quidem animo judicioque, *humiliandi* verbum non male hic vſurpatur. Quod & ille vidit qui inepte nihil molitur. Chryſoſtomus nimirum. qui, ἐκένωσεν ἑαυτὸν, ἐταπείνωσεν, *humiliauit*, expoſuit. Et de ipſo Apoſtolo quid dicemus, qui eodem mox verbo vtitur, cum ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος

Ibid. ὑπήκοος μέχρι θανάτου, dixit? Sequitur, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος. Quæ, & ſimilia, cum lego, in quibus ſe defatigarant nonnulli, non poſſum, quin verum illud Damaſceni pronunciem, ὅτι ἡ τῶν ὀνομάτων σύγχυσις, ποιεῖ τοῖς αἱρετικοῖς τὴν πλάνην, *è confuſione nominum, errorem hæreticorum eſſe natum.* Vſitatum autem Helleniſtis, vt nonnunquam iis vocibus vtantur, quæ cum ſimilitudinem notare videantur, ταυτότητα, ſiue rem ipſam, & quidem eſſentialiter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

AD PHIL.

liter deſignent de quo ſermo eſt. Ne de Ezechiele nunc dicam, in cujus vi-
ſionibus, ὁμοίωμα ζώων, ὁμοίωμα θρόνου, etiam ὁμοίωμα τῆς δόξης Κυρίου, de facie
Domini ſedentis ſuper Cherubim, cap. 2. (vt quidam volunt) ὅρασις ἠλέκτρου,
ὄψις λαμπάδων, εἶδος τῶν τροχῶν, εἶδος θάρσις, εἶδος ἀνθρώπου, & ſimilia leguntur:
cum ſingula, quanuis ſic repræſentata, ſuis diſtingui nominibus poſſent. ne
de Iohanne nunc dicam, qui in Apocalypſi ὁμοιώματα ἀκρίδων, locuſtas, quæ
ibi exhibentur, eodem modo dixit. ne jam dicam ab Hebræis ac Chaldæis
eſſentialiter nonnunquam hoc vſurpari. ſatis ſit quod Filius Dei, etiam quod
ad naturam alteram, τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι dicitur: etiam τὸ εἰκών, τὸ μορφή, &
τὸ σχῆμα, ſic vſurpentur. Vt cum ſequitur, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, *cum
natura eſſe hominem conſtaret*, aut, *compertus talis eſſet*. vt τὸ ὡς ſit βεβαιωτικὸν, ma-
giſque confirmet: quemadmodum in illo, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς
μονογενοῦς παρὰ Πατρός. Quod ſequitur, Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο
αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ita Proſper ad Pſal. 109. *Propter quod exaltauit eum* vſ. 9.
à mortuis, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. Sequitur, μετὰ φόβου καὶ vſ. 12.
τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε. hactenus videlicet, vt, quod eleganter
Fulgentius dixit, quiſque, quæ habet, *non ex poſſibilitate naturæ, neque ex
auditu Legis, neque ex ſua voluntate, ſed, ex Dei dono, ſibi ineſſe non ambigat:
ſemperque humilis eſſe meminerit. ne ſuperbus amittat, quod indignus accepit.*
Idem Apoſtolus eodem capite cum dixit, Οὐδένα γὰρ ἔχω ἰσόψυχον, ὅστις γνησίως vſ. 20.
τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει, non aliud dixit, quam ſi, οὐδένα γὰρ ἄλλον ἔχω ἰσόψυχον, di-
xiſſet: vt ad Timotheum referatur (de quo non recte dubitarunt quidam)
cum & de eo proxime præcedat, Ἐλπίζω δὲ ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ, Τιμόθεον ταχέως πέμ-
ψαι ὑμῖν, ἵνα κἀγὼ εὐψυχῶ, γνοὺς τὰ περὶ ὑμῶν: atque ita proxime ſequatur,
Οὐδένα γὰρ ἄλλον ἔχω ἰσόψυχον: tum & in ipſo Epiſtolæ præmiſſum fuerit initio,
Παῦλος καὶ Τιμόθεος, δοῦλοι Ἰησοῦ Χριστοῦ. qui eſt hic ἰσόψυχος. Alluſit autem no-
tiſſimum, qui tum in ore erat omnibus, locum, Σὺ δὲ, ἄνθρωπε ἰσόψυχε, ἡγεμών
μου καὶ γνωστέ μου. Pſal. 55. 14. vbi Targumiſtæ, *Et tu Achitophel, homo ſimilis mihi.*
Interpres vetus, *Tu vero homo vnanimis.* Quo reſpexit itidem hic vetus, cum
erudite & appoſite, *neminem habeo tam vnanimem.* hoc eſt, *neminem enim
alium tam vnanimem habeo*, vt dicebamus. Eruditiſſimum Gloſſarium, Ἰσό-
ψυχος, *vnanimus.* pro quo Chriſtiani poſteriores, ἀντίψυχος. Notum illud,
Alphene immemor, atque vnanimis falſe ſodalibus. hoc eſt, ἰσοψύχοις. Chal-
dæus, *ſimilem* cum dixit, idem voluit quod Salluſtius, qui, *idem velle ac nolle*,
amicitiam definit. Hebræus mirifice, ac plus quam vt vna voce Latine
exprimatur, כערכי: *quem eo ordine, quo me, pono.* Interpres recentior, *ne-
minem enim habeo pari animo præditum.* Qui, cauſa non erat, quare alios
cum Timotheo ſic comparari potius exiſtimaret. Sed & paralleli ſemper
loci ac ſimiles, qui alluduntur, componendi ſunt. & certe ſi pari cum Da-
uide animo Achitophel fuiſſet, nunquam proditor fuiſſet. Non ita multo
poſt & illud legitur, Τοῦτον μὲν οὖν ἐλπίζω πέμψαι, ὡς ἂν ἀπίδω τὰ περὶ ἐμὲ, ἐξαυτῆς. vſ. 23.
Quod interpres vetus ſimpliciter magis quam Latine, *Hunc igitur ſpero me
mittere ad vos mox, vt videro quæ circa me ſunt.* Nec ſatisfacit Eraſmus, qui,
vbi videro mea negocia. Recentior, *Hunc igitur ſpero me miſſurum, ſimulatque
videro rerum mearum ſtatum.* Simplicius poterat, *Hunc igitur ſpero me miſ-
ſurum ſtatim, vbi mea circumſpexero.* Hoc eſt, *vbi videro, in quo hic eſſe mihi
poſſit vſui.* Heſychius, Ἐξαυτῆς, παραυτίκα. quomodo & ipſe Marcus, τὸ εὐθέως
καὶ τὸ ἐξαυτῆς, eodem ſenſu, conjunxit. Καὶ ἐξελθοῦσα εὐθέως μετὰ σπουδῆς πρὸς τὸν βα-
σιλέα, ᾐτήσατο, λέγουσα, θέλω ἵνα δῷς μοι ἐξαυτῆς τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ. Circa
finem capitis ejuſdem cum dicitur, Ὅτι διὰ τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ μέχρι θανάτου ἤγγισε, vſ. 30.
παραβουλευσάμενος τῇ ψυχῇ, &c. video quæſiſſe eruditos, quid, παραβουλεύεσθαι τῇ
ψυχῇ, ſit Apoſtolo. Heſychius autem, in cujus Gloſſis non pauca ſunt quæ
Helleniſtas interpretantur, Παραβουλευσάμενος, εἰς θάνατον ἑαυτὸν ἐκδούς. quaſi,
vide-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

 videlicet, idem nunc dicat, cum eo quod præmiſit, μέχρι θανάτου ἤγγισε, atque ita ipſe ſe interpretetur Apoſtolus.

Cap. III.

Περιτομὴ ὀκταήμερος. κατατομή. ἐντομίς. κατατομῆς ἄνθρωπος, Iudæus Baſilio. Iudæorum ἀποτομή. κατατομὴ & ἕνωσις oppoſita. σκύβαλα. & quomodo, ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι, dicatur. σκύβαλα ἡγεῖσθαι. σκυβαλίζειν. σκυβαλίσματα. σκυβαλισμοί. χνοῦς. Gregorii Palamæ locus, σκυβάλων ὕλης, χαλδαϊκῶς εἰπεῖν, σκυβαλίζουσα. Cebal. Locus, Εἴπως καταντήσω εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν. καταντῆσαι εἰς τὴν εὐδοκίαν τοῦ Θεοῦ. ἐξανάστασις. Locus, ὅσοι οὖν τέλειοι, τοῦτο φρονῶμεν, &c. εἴ τι, aut potius, εἰ ἔτι ἑτέρως φρονεῖτε. Locus, Πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν. Locus, ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει. πολίτευμα. εἰς ὃ ἐφθάσαμεν εἰπεῖν. Locus, ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει. πολίτευμα, quid. πολιτεία antiquis Eccleſiæ doctoribus, quid. πολιτεία, ἀναστροφή. conuerſatio. πολίτευμα municipatus abuſiue Tertulliano. aliud ciuis, aliud municeps Romanis. & quo ſemper aſpirarent municipes dum hoc eſſent.

Cap. III. vſ. 4. 5. Capite tertio, ab Apoſtolo dicitur, Καίπερ ἐγὼ ἔχων πεποίθησιν, καὶ ἐν σαρκί. εἴ τις δοκεῖ ἄλλος πεποιθέναι ἐν σαρκὶ, ἐγὼ μᾶλλον. Περιτομὴ ὀκταήμερος, ἐκ γένους Ἰσραὴλ, φυλῆς Βενιαμὶν, Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, κατὰ νόμον Φαρισαῖος. Vbi aliquantum nos illud περιτομὴ ὀκταήμερος exercuit: quod ad verbum, *octo dierum circuncisio:* cum octauo die circumciſum ſe velit, & hoc expreſſerint interpretes. Vetus, *circunciſus octauo die:* neque aliter Eraſmus, aut recentior. qui in Notis, *ad verbum*, inquit, *circunciſio*, *pro circunciſo. quam metonymiam raro inuenias in aliquo ſingulari vſurpatam.* Et certe, vt ὀκταήμερος *circunciſio*, ſit ea, quæ octauo fit die, non magis vſitatum videtur, quam ſi puer ὀκταήμερος dicatur, qui octauo die natus eſt, aut Lazarus, qui νεκρὸς τεταρταήμερος dicitur, *quarto die extinctus*, dicatur. quemadmodum nec S S. Patres, cum ſepulturam Domini τριήμερον dicunt, inter quos Cyrillus, aliud, præter temporis continuationem, intelligunt. Apoſtolus igitur, qui octauo die circunciſus fuit, recte circumciſus ὀκταήμερος dicetur, quia dies octo natus, circunciſus fuit: quomodo autem circunciſio, quæ die fit octauo, ὀκταήμερος dicetur? Nec Chryſoſtomus ſane, licet hanc difficultatem non tangat, ita locutus eſt. Qui ad hunc locum, ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ ὀκταήμερος περιτμηθῆναι, οὐχὶ προσήλυτος, ἀπὸ δὲ τοῦ ἐκ γένους Ἰσραὴλ, οὐδὲ προσηλύτων γονέων. *ex eo enim quod octo dies natus, circunciſus eſt, non proſelytum, ex eo autem, quod genere Iſraëlita fuerit, ne parentibus quidem natum proſelytis, patet.* Qui ὀκταήμερον, Apoſtolum, non circumciſionem, dixit: quod continuationem, ſeu diuturnitatem tot dierum, non octauo die factum illud notat de quo agitur. Syrus, ac ſi ſcriptum eſſet, περιτμηθεὶς ὀκταήμερος, *circunciſus octo dierum filius*, dixit. Ego certe, quanuis quædam parum vſitate in his libris, ſi præſertim Græcos veteres reſpiciamus, dici non ignorem, id tamen vt admittam, impetrare à me vix poſſum. Noui qui ellipſin eſſe vellet, vt mutato accentu, Περιτομῇ, legatur. Εἴ τις δοκεῖ ἄλλος πεποιθέναι ἐν σαρκὶ, ἐγὼ μᾶλλον. Περιτομῇ. (*Quod ad circunciſionem quidem: circunciſioni quicquam tribuendum ſi ſit*) ὀκταήμερος περιτμηθεὶς, *octauo die circunciſus.* Aut cum interrogandi nota, Περιτομή; *Si de circunciſione quæritur; octauo die circumciſus ſum.* Vt dicat, *quod ad circunciſionem quidem, ne quid hic deſiderari poſſit, octauo die, è præſcripto Legis, circumciſus ſum.* cogitent tamen eruditi. Huic circunciſioni interim, ſpiritualem ante oppoſuit. vbi & κατατομῆς, quod pene exciderat jam, mentionem fecit. Dabit ergo lector veniam, ſi aliquantum retrocedam.

vſ. 2. Locus de quo agimus, non procul à capitis initio, is eſt: Βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, βλέπετε τὴν κατατομήν. Vbi fruſtra eſſe nobis videntur, qui ad impias inciſiones aut prophanas, quarum mentio in Lege, referendum

dum id exiſtimant. Quid enim hoc ad שרט, ſiue ἐντομίδα, de qua Moſes? Quid autem κατατέμνειν ſit, vt vulgo vſurpatur, nemo neſcit. quomodo, & qui ex viris, cum ſecantur, non viri euadunt. Ita Iudæorum περιτομὴ, cum hodie carnalis ſit, κατατομὴ, per ἀπλισμὸν, & contemptum, eleganter ac vrbane dici poteſt. Vt cum Magnus Baſilius, Iudæum τῆς κατατομῆς ἄνθρωπον, ad ſecundum Eſaiæ, Catena nondum edita, non ſine cauſa, & venuſte, ex hoc loco dixit. Ἐρώτησον τὸν τῆς κατατομῆς ἄνθρωπον, τὸν κατὰ σάρκα Ἰουδαῖον, περὶ ποίου νόμου λέγει, καὶ περὶ ποίου λόγου. Iam autem, quemadmodum περιτομὴ carnalis, ita quæ κατατομὴ primo fuit, tandem & ἀποτομὴ euaſit. Abſciſſi enim ſunt Iudæi, ut inſererentur alii. Neque præter rem Homilia CXIV. Chryſologus: *Iudæe, quid habes quod non perdidiſti? Si autem perdidiſti, quid gloriaris quaſi non perdideris? Vbi eſt templum? vbi ſacerdos? vbi ſacrificium? vbi incenſum? vbi purificationes tuæ? vbi ſolennitatum tuarum non omittenda deuotio? Sed vt ſis Iudæus merito circuncideris, quia bonis omnibus abſciſſus es ſupra dictis.* Quo ſenſu idem Baſilius, τὸν Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἀποτμηθέντα, Homilia De humilitate dixit. vt quemadmodum λαλεῖν & καταλαλεῖν, ita τέμνειν & κατατέμνειν dicatur. vnde κατατομή. quemadmodum nec ignoro, κατατομὴν & *vnionem*, nonnunquam ab antiquis opponi. Aſceticorum autor, Τοῦτο τὸ κεφάλαιον τῆς τοῦ σωτῆρος κατὰ σάρκα οἰκονομίας· ἵνα τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, πρὸς ἑαυτούς τε καὶ ἑαυτὸν συναγάγῃ, καὶ τὴν πονηρὰν κατατομὴν ἐξελὼν, τὴν ἀρχαίαν ἀνακαλέσηται ἕνωσιν. *Hæc Seruatoris noſtri ſecundum carnem diſpenſationis ſumma eſt, vt humanæ participes naturæ inter ſe & ſecum conjungat, peruerſâque disjunctione ſemel ſublatâ, antiquam vnionem reuocet.* Neque ignoro, capite eodem cum dicitur, δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα vſ. 8.
εἶναι, ἵνα Χριστὸν κερδήσω, viros eruditos, qui de Maſoretis agunt, (quos voces in Lege obſcœniores, honeſtius efferre in margine, dixerunt) illud, σκύβαλα, eo habere loco, quo חורים, & ſimilia, quæ de ventris excretionibus fœde dici arbitrantur. vbi pro חראיהם,צאתם, *egeſtionem ſuam*, repoſuerunt. Quibus aſſentiri hactenus non poſſum. neque, vt parum grata voce hic interpretes vtantur, opus arbitror. Σκύβαλα ἡγεῖσθαι, non eſt aliud hoc loco, quam quod vna voce, σκυβαλίζειν Græci dicunt. Heſychius, Ἀθερίζειν, ἀποδοκιμάζειν, σκυβαλίζειν. Idem, Σκυβαλίζεται, ἐξουθενεῖται, παραρρίπτεται, ἀποδοκιμάζεται. quemadmodum & σκυβαλίσματα, ac σκυβαλισμοὶ, *palearum ſordes*. Gloſſæ veteres, σκύβαλον, *retrimentum*, interpretantur. quale eſt ἄχυρον, ſeu χνοῦς. Χνοῦς enim, palearum ſordes. Ergo, σκύβαλα ἡγοῦμαι, idem hic, quod, ἀποδοκιμάζω, ſiue, ὡς ἄξια οὐδενὸς ἡγοῦμαι. *rejicio, nullius facio*. Quid vero voluit Gregorius Palama, libello, quo certamen mentis ac corporis deſcribitur, cum dixit, εἶτα σὺν σκυβάλῳ ὕλης, Χαλδαϊκῶς εἰπεῖν, συγκαταδῦσα, καὶ ὀστρεῶδες ἀμπεχομένη περίβλημα, qui eodem modo ſemel atque iterum locutus eſt. An Chaldæam eſſe vocem σκύβαλον? an quod aliquid de Chaldæorum *cebel* audiuiſſet? quo *vinculum*, aut *compedem* deſignant: quemadmodum Plato, δέμας, quaſi δεσμὸν, dici voluit. ſed quid hoc ad σκύβαλον, aut quid ad Chaldæos hoc ipſum? Eodem capite & locus ille occurrit, Εἴπως καταντήσω εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν. Quod moleſte vetus, *ſi quomodo* vſ. 11.
occurram ad reſurrectionem quæ eſt è mortuis. Erudite, vt omnia, Heſychius, Καταντήσας, λαχὼν, κληρώσας. Neque aliter SS. Patres, καταντῆσαι εἰς τὴν εὐδοκίαν τοῦ Θεοῦ, dicunt. Aſceticorum autor, ἵνα ἄξιος γίνηται καταντῆσαι εἰς τὴν εὐδοκίαν τοῦ Θεοῦ. quod eſt λαχεῖν, *conſequi beneplacitum Dei*. Sed & efficacius ἐξανάστασιν quam ἀνάστασιν dixit. quæ vox μονήρης eſt, & piorum reſurrectionem diſtinguit. In eo, qui eodem capite ſequitur, loco, Ὅσοι οὖν τέλειοι, τοῦτο φρονῶ- vſ. 15.
μεν· καὶ εἴ τι ἑτέρως φρονεῖτε, καὶ τοῦτο ὁ Θεὸς ὑμῖν ἀποκαλύψει, varietatem lectionis B. Hieronymus notat: quaſi in quibuſdam exemplaribus, τοῦτο φρονῶμεν, in aliis φρονοῦμεν, extaret, aut Latina certe interpretatio vtrunque expreſſiſſet. *Quotquot ergo perfecti*, inquit, *hoc ſapimus, ſiue, ſapiamus, diuerſa enim ſunt exemplaria*. libro aduerſus Pelagianos I. Quaſi non manifeſte, φρονῶμεν legen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ad Phil. legendum eſſet. Neque audiendos arbitror, qui τὸ αὐτὸ φρονῶμεν, reponunt. Quid ſi enim alia mens Apoſtoli? Hæc, nempe: *Hoc, quod dico, cogitate, ac retinete: necdum, ſcilicet, aſſecutos vos quo tenditis. Me imitamini, qui* (quod præceſſit) ἐμαυτὸν οὐ λογίζομαι κατειληφέναι. *Vnum igitur*, inquit, *ago, vt ad ſcopum ipſum, vt ad ſupernæ vocationis* βραβεῖον *contendam. Si qua in re igitur aliter ſentitis*, καὶ τοῦτο ὁ Θεὸς ἀποκαλύψει ὑμῖν. *id quoque Deus vobis reuelabit.* ſeu, *docebit vos.* Mirum autem, nuſquam inter tot varias lectiones annotaſſe viros eruditos, quod forte magis huc facit, vna amplius literula, εἰ ἔτι, non, εἴτε, quoſdam habuiſſe codices. καὶ εἰ ἔτι ἑτέρως φρονεῖτε, καὶ τοῦτο ὁ Θεὸς ὑμῖν ἀποκαλύψει. Quare? cauſam addit alibi, Εἴτις δοκεῖ εἰδέναι τι, οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκε, καθὼς δεῖ γνῶναι. Inprimis vero mirum id non vidiſſe vel monuiſſe ſaltem illum, qui ſic interpretatur locum: *Hoc ſapiamus, qui volumus ſecundum humanitatis modulum eſſe perfecti. Et quia necdum perfecti ſumus, & forſitan aliter ſapimus quam poſcit vera & perfecta perfectio, ſi quid aliter ſapimus & intelligimus quam Dei habet ſcientia, & hoc nobis Deus reuelabit. Vt precemur cum Dauid, atque dicamus, Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de Lege tua.* Atqui vna literula, vt dixi, defungetur, qui εἰ ἔτι reponet. à quo non longe idem ille abiit, cum dixit, *Et quia necdum perfecti ſumus.* Quare? *quia adhuc aliter ſentimus*, aut, *adhuc aliter ſapimus.*
ꝟ. 16. ac vix dubitandum quidem. Cum ſequitur, Πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν, hoc voluit, πλὴν ἐν τούτῳ, εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, vt ſit ellipſis. mens autem, *Interim in eo, ad quod jam peruenimus, eâdem incedamus regula, idemque ſentiamus.* id eſt, *etiam qui perfecti videmur nobis, ad brabeium contendamus.* Nam quid voluit vir celeberrimus optimeque de his libris meritus, cum εἰς ὃ ἐφθάσαμεν εἰπεῖν, interpretatur? Quid interpres recentior, cum ad illud, τὸ αὐτὸ φρονεῖν, adducit illud, *idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia eſt?* Quid Eraſmus autem, cum vertit, *vt ſimus concordes?* qui & in iis quæ præcedunt aliud agebat. Quid enim aliud τὸ αὐτὸ φρονεῖν, quam, vt ipſe ſe interpretatur, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι. vt eodem ſemper modo pergant, donec peruenerint quo contendunt. Eodem capite celeberrimus ille
ꝟ. 20. extat locus: Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, qui cum cæteris curam aliquam interpretum mereri videbatur. Quos nonnunquam metuo, ne nimium Latinæ linguæ aut antiquitatis ſtudium, in diuerſa aut alia à mente autorum abduxerit. Patriarchæ, quod ex Fœdere antiquo notiſſimum, in terris, tanquam peregrini, verſabantur. Quo tentoria ſpectabant: quæ, vt hoſpites vbique, καὶ ὡς παροικοῦντες, vt loquuntur Helleniſtæ, incolebant. Ita Iacobus Gen. 47. 9. ex interpretatione Helleniſtarum, de ſe Pharaoni, αἱ ἡμέραι τῆς ζωῆς μου, ἃς παροικῶ, ἑκατὸν τριάκοντα ἔτη. μικραὶ καὶ πονηραὶ γεγόνασιν αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν τῆς ζωῆς μου. Cauſa erat, quod, vt municipes terræ, patriam in cœlo ac Rempublicam haberent. Πολίτευμα eſt forma Reipublicæ ac ciuitatis. quæ, *Reſpublica* ac *ciuitas*, non raro dicitur Latinis. Et hoc eſt quod non ſemel Philoſophus, vtrunque πολίτευμα & πολιτείαν, ταὐτὸ εἶναι, idem eſſe, dixit. qui & libro Politicorum 3. Ἔστι γὰρ πολιτεία πόλεως τάξις, τῶν τε ἄλλων ἀρχῶν, καὶ μάλιστα τῆς κυρίας πάντων. Κύριον μὲν γὰρ πανταχοῦ τὸ πολίτευμα τῆς πόλεως· πολίτευμα δ᾽ ἐστὶν ἡ πολιτεία. Antiquis vero Eccleſiæ doctoribus, πολιτείας nomen, non raro, aut peculiare vitæ genus, vt monaſticum, quod μονάζον dicunt, aut inſtitutum denotat, aut ſectam. Et erudite Heſychius, qui, πολιτεύμασι, ταῖς πολιτείαις, ἢ ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσιν, exponit. Idem, qui & Πολιτείαν, ἀναστροφὴν (vulgo *conuerſationem* dicas) interpretatur. idem, Πολιτεία, ἡ πόλις, ὁ βίος, ἢ ὄνομα κύριον, καὶ ἀναστροφὴ, καὶ ἡ πρᾶξις. Ea cauſa fuit, cur doctiſſimus interpres vetus *conuerſationem* hic reddiderit. qui, *Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt.* hoc eſt, ὁ βίος ἡμῶν, ἡ ἀναστροφή. Inter Latinorum antiquiſſimos Tertullianus, τὸ πολίτευμα, *municipatum*, abuſiue dixit. *Quam*, inquit, *& Apoſtolus, matrem noſtram ſurſum deſi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

deſignat, & πολίτευμα noſtrum & municipatum in cælis eſſe prænuncians, alicui vtique cæleſti ciuitati eam deputat. libro aduerſus Marcionem 3. Item, *Noſter,* inquit, *municipatus in cælis.* libro aduerſus eundem 5. Item, *Sed tu peregrinus es mundi hujus, ciuis ſupernæ Hieruſalem. Noſter municipatus in cælis.* libro De corona militis. Aliter quam Romani. apud quos licet jus ciuitatis municeps haberet, non proprie tamen ciuis municeps, hoc eſt, ciuis ingenuus, niſi domicilium in vrbe haberet. Romani enim ciues, qui proprie ſic dicerentur, municipes fiebant, ſi in ipſa vrbe viuerent, in ipſa vrbe πολίτευμα haberent. vnde ad ſummos quoque admittebantur magiſtratus: quæ τοῦ πολιτεύματος prærogatiua erat. De municipibus porro ac colonis, tum de patria juris ac naturæ, quæ hic diſtinguendæ ſunt, vide quæ ad Acta Apoſtolorum notamus. Chriſtianis autem vna cum ſit patria, Reſpublica, ſeu ciuitas, de qua Apoſtolus, neque ciues eſſe cœli, neque τὸ πολίτευμα ἐν τοῖς οὐρανοῖς, quod voluit Apoſtolus, ac dixit habere poſſunt, ſi municipatum proprie ſic dictum, ibi habent. cum ii qui municipes in terris adhuc agunt, animo ac conuerſatione ciues cœli dicantur: vbi τὸ πολίτευμα ſic habent. Quanuis enim jure ciuitatis donati, vt jam dixi, eſſent; non in vrbe tamen, ſed extra eam, municipium; ciuitatis autem jus, propter vrbem & ab vrbe, habebant. vt quamdiu tantum municipes eſſent, ciues eſſe proprie non poſſent. Nihil ergo minus quam municipatus proprie ſic dictus, τὸ πολίτευμα. & ſic aliter dicendum fuiſſet. Loco enim Chriſtiani ac origine, municipes ſunt terræ: jure autem, ciues cœli. vbi τὸ πολίτευμα & vitam ſuam habent. Vnde & municipibus (quos πολίτας diſtinctionis ergo, ἀπὸ πολιχνίου, vt ſupra diximus, poſteriores Græci dixerunt,) veri Quirites opponuntur. Tertullianum B. Hieronymus ſecutus eſt, qui πολίτευμα, *municipatum* reddidit: quomodo & poſteriores Iuriſconſultos, ſed abuſiue, vt fatentur ipſi, locutos ſupra diximus. tantum abeſt, vt municipale jus, municipalia magiſteria, municipales magiſtratus, ab iis non diſtinguantur: aut municipalia ſacra, eadem quæ ſacra Romanorum ſint: aut vt tempore Apoſtoli in vſu id fuerit: aut, vt ipſe Apoſtolus, cum Act. 22. πολιτείαν ſibi vindicat, Romanum ciuem, proprie ſic dictum, eſſe ſe velit. niſi ad tempus, quod è Patribus nonnulli voluerunt, id finxiſſe eum (abſit autem) hoc dicamus. Cogitandum igitur, quare *conuerſationis* nomen, quod Eraſmo, quod antiquo placuit interpreti ac Patribus, rejiciatur, vt pro eo, *Nos autem vt municipes cælorum nos gerimus,* reponant eruditi. Quod ſi Apoſtolus volebat, aliud omnino dixit. cum aduerſus eos, ὧν τὸ τέλος ἀπώλεια, *quorum finis perditio,* ὧν ὁ Θεὸς ἡ κοιλία, *quorum venter Deus eſt,* aliam eorum vitam eſſe dicat, qui cœlorum ciues ſunt. Vnde & Græci Theologi recte ac ſimpliciter notarunt, ὅτι δεῖ τὰ ἐν οὐρανῷ ζητεῖν, ἔνθα ἡμῶν τὸ πολίτευμά ἐστι. *quæ in cælo ſunt quærenda eſſe, vbi noſtra eſt Reſpublica:* ſiue, *vbi ciues,* hoc eſt, *non municipes,* ſumus. Ibi enim τὸ πολίτευμα, vbi princeps. qui ſeipſum, vt eleganrer loquitur Fulgentius, *& alimentum præſtat, ne deficiamus in via, & præmium ſeruat in patria.* Nobile apud Laërtium & alios dictum extat Anaxagoræ. è quo cum nonnemo quæreret, *Nullane tibi patriæ eſt cura?* ille, Εὐφήμει, ἔφη. ἐμοὶ γὰρ καὶ σφόδρα μέλει τῆς πατρίδος· δείξας τὸν οὐρανόν. *Bona,* inquit, *verba. mihi vero vel inprimis patria curæ eſt: digitumque in cælum intendit.* Quo ſane ſuum in cœlo πολίτευμα jam eſſe, ac de eo ſemper cogitare ſe, ſignificauit. quanuis meliori jure ab Apoſtolo id factum. Nec Romani ſane, ſi hoc ipſum Anaxagoræ Latine redderent, *municipii* vnquam, niſi fallor, voce hic vterentur. quibus, qui vere ciuis non municeps, qui vere municeps, non ciuis. Mens Apoſtoli eſt, *Ciuitatem ad quam aſpiramus ac Rempublicam, quamdiu municipes adhuc in terra ſumus, cælum eſſe.* Quemadmodum municipes, qui de promotione eſſent ſolliciti, ſemper vlterius tendebant. vt, poſtquam jus ciuitatis eſſent con-

Ad Phil.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ad Phil. ſecuti, Romæ domicilium haberent, ejuſque jus conſequerentur. Quod ſupremum quo aſpirabant ac vltimum erat. ita enim plane τ̃ πολιτεύματ@. participes erant. M. Tullio, qui conſulatum Romæ geſſit, ac jam jure ciuis erat, municipium non ſemel objici ſolere, vel Satyricus teſtatur, cum dixit, *ignobilis, ac modo Romæ Municipalis eques.* qui, vt vt Conſul Romanus, nomen & opprobrium, quod ex municipatu ortus eſſet, euadere non potuit. Vbi ergo domicilium habebat ciuis? Romæ certe: vbi τὸ πολίτευμα, nimirum. quod Apoſtolus, qui, vt municipem ſe geſſit, ac ſic necdum plane ciuis erat, ignorare non potuit. Vbi autem illi quos Apoſtolus deſcribit, cum hæc ſcribit, τὸ πολίτευμα habebant? Ἐν τοῖς οὐρανοῖς certe. quod profecto non teſtatur modo, ſed exclamat, vbi ait, *Scimus enim nos, ſi terreſtris hujus corporis* (ita autem reddendum ſupra docuimus) *diſſolutum domicilium fuerit, ædificium ex Deo habituros, domicilium non manu factum, æternum in cœlis. In hoc enim ſuſpiramus; domicilio cæleſti noſtro indui deſiderantes.* Vbi domicilium autem, ibi πολίτευμα: quo aſpirat, quiſquis è municipatu ad abſolutum Reipublicæ jus contendit. quod, vt dixi, qui Romanum ſe dixit, ignorare non potuit. Quanquam autem, quod & dixi, non fortaſſis male interpres vetus, *Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt,* magis ex Apoſtoli tamen mente, *Noſtra enim ciuitas*, aut, *jus ciuitatis noſtræ, in cœlo eſt*; reddi poſſe arbitramur. Ad quam mentem Ambroſius, *Spiritualia curantes, in cœlis agere dicuntur, cum ipſi adhuc ſint in terris.* In terris, vt municipes Romani, qui ſemper τὸ πολίτευμα in animo habebant: in cœlis, vt ciues. vbi, vt idem loquitur, *ſpes ſalutis eorum, qui eſt Chriſtus.* Qui enim vt municipem tantum ſe gerebat nec aliud ſpectabat, tempore Apoſtoli, immemor τ̃ πολιτεύματ@ viuebat. eo autem aſpirandum recte ac vere Apoſtolus docet.

Cap. IV.

Σύζυγε γνήσιε, & quis σύζυγος ille γνήσι@. σύζυγ@, συνεργός. diuerſa lectio, & an γνησία cum Iſidoro Peluſiota legendum. Locus, ὅτι ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν. τὸ ἀναθάλλειν, dupliciter, & quomodo Helleniſtis vſurpatum. ἀναθάλλειν ἀγαλλιᾶν. ἀναθάλλειν ξύλον ξηρόν. ἀναθάλλειν τῷ φρονεῖν, & ἀναθάλλειν τὸ φρονεῖν. οἱ ἐκ τῆς Καίσαρ@ οἰκίας. Athanaſii ſententia. οἱ ἅγιοι, κατὰ χάριν Apoſtolo dicti.

Cap. IV. ℣ſ. 3. ABſoluamus quæ hic reſtant. Poſtremo capite cum dicitur, Καὶ ἐρωτῶ καί σε, σύζυγε γνήσιε, συλλαμβάνου αὐταῖς, mirum eſt, tantum difficultatis mouiſſe eruditos, vt ſcribant, *Quis fuerit, par non eſſe vt quis curioſius inquirat nullo cum fructu.* Quis autem ex ipſo Apoſtolo neſcire poteſt, Epaphroditum, quem ἀδελφὸν, καὶ συνεργὸν, καὶ συστρατιώτην, ſupra dixit, miſſum ad Philippenſes fuiſſe? cum ipſe id cap. 2. ℣ſ. 25. teſtetur. Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην, Ἐπαφρόδιτον, τὸν ἀδελφὸν, καὶ συνεργὸν, καὶ συστρατιώτην μου, ὑμῶν δὲ ἀπόστολον, καὶ λειτουργὸν τῆς χρείας μου, πέμψαι πρὸς ὑμᾶς. Quid mirum igitur, ſi eum, quem ad Philippenſes miſerat, cum iis pariter compellet? ſi quem ibi συνεργὸν, hic σύζυγον nunc dicat? Quid enim aliud σύζυγοι quam συνεργοί? quemadmodum hoc ipſo verſu, Clementem, reliquoſque ejuſdem laboris participes, συνεργοὺς dixit. μετὰ καὶ Κλήμεντ@, καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου. Cum itaque legi hanc in Eccleſia Epiſtolam, aut cum omnibus communicari, Apoſtolus vellet, recte eundem, cujus & prolixe ſupra meminit (quem σύζυγον, quem συνεργὸν, hoc eſt, ſanctiſſimi laboris ſocium, habebat) officii hic monet: petitque, vt præclaris, quarum hic meminit, opituletur matronis. Quem Epaphroditum in vxorem Apoſtoli antiquitas mutauit. inter cæteros Peluſiota: qui γνησίαν pariter legendum monet. quod, hic quidem, quis admittat, cum res ipſa ſit in promptu? Ne illum quidem locum, qui eodem legitur capite,
℣ſ. 10. Ἐχάρην δὲ ἐν Κυρίῳ μεγάλως, ὅτι ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, ſatis affe-

cutos

cutos arbitror interpretes. quod ab Helleniſtis, vt omnia, petendum erat. Ad Phil.
Quibus τὸ ἀναθάλλειν, cum abſolute ponitur, idem quod ἀγαλλιᾶν Græcis. vt cum Pſalmo 28. ℣ſ. 7. ἀνέθαλλεν ἡ σάρξ μου, quidam ἱλαρώθη, interpretantur. vbi עלז in Hebræo: quod & exultationem notat. quomodo, τὰ ὀστᾶ ἀναθάλλειν ἐπὶ τοῦ τόπου αὐτῶν, Syrachides dixit. Quemadmodum cum vſurpatur aliter, effectum notat. vt cum Ezechielis 17. ℣ſ. 24. ἀναθάλλειν ξύλον ξηρὸν, Dominus dicitur. Καὶ γνώσονται πάντα τὰ ξύλα τοῦ πεδίου, ὅτι ἐγὼ Κύριος, ὁ ταπεινῶν ξύλον ὑψηλὸν, καὶ ὑψῶν ξύλον ταπεινὸν, καὶ ξηραίνων ξύλον χλωρὸν, καὶ ἀναθάλλων ξύλον ξηρόν. Vbi הפרחתי habes. quæ duo hic interpretes non diſtinxerunt. Et vetus quidem, *Gauiſus ſum autem in Domino vehementer, quoniam tandem refloruiſtis pro me ſentire.* Eraſmus, *Gauiſus ſum autem in Domino magnopere, quod jam tandem reuiguit veſtra pro me ſollicitudo.* ac ſi ſcriptum eſſet, ὅτι ἀνέθαλλε ὑμῖν τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν. Recentior, *Gauiſus ſum autem in Domino magnopere, quod jam tandem reuiruiſtis in veſtra pro me cura.* ac ſi, τῷ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, ſcriptum eſſet: quod nec vetus diſtinxit. nec negari ſane id poteſt. Qui idem tamen ſenſit, aliud ἀναθάλλειν τῷ φρονεῖν, aliud ἀναθάλλειν τὸ φρονεῖν, eſſe Helleniſtis. Ἀναθάλλει enim τὸ φρονεῖν, de quo hic agitur, qui curam, quam pro aliquo aut alicujus cauſa gerit, vel reuocat, vel auget, vel intendit. Addit autem, ἐφ᾽ ᾧ καὶ ἐφρονεῖτε, ἠκαιρεῖσθε δέ. ac ſi, *non defuiſſe iis ſui curam, ſed id probandi, opportunitatem*, dicat: quam de nouo reuocaſſe nunc, ac vt magis effloreſceret, feciſſe. Eâdem à plantis tranſlatione. nam vt planta ἀναθάλλει, cum floret, ita plantam ἀναθάλλειν Helleniſtæ dicunt, qui id efficit. vt cum τὸ βασιλεύειν, ad Hebrææ conjugationis normam, vt & non pauca alia, vſurpant. Ita ergo Philippenſes, ἀναθάλλειν τὸ φρονεῖν ὑπὲρ τοῦ Ἀποστόλου, dicuntur. quod & magno Chryſoſtomo, qui de Hebræorum conjugatione, quæ ſignificare id ſolet, hic non cogitarat, fraudi, vt & cæteris, fuit: qui cum ἀνεθάλετε, ita dictum vellet, ὅτι πρότερον ὄντες ἀνθηροὶ, ἐμαράνθησαν, εἶτα ξηρανθέντες, πάλιν ἐβλάστησαν, *quod cum prius floruiſſent, deinde exaruiſſent, ac cum iterum exaruiſſent, floruiſſent denuo*, id vt obtineret, τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, εἰς τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, interpretatur: quemadmodum, *ad hoc vt pro me ſentiatis*, B. Ambroſius dixit. quod τῷ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν eſſet, non autem quod nunc in contextu extat. Sub finem capitis ejuſdem legitur, Ἀσπάζονται ὑμᾶς ℣ſ. 22.
πάντες οἱ ἅγιοι, μάλιστα οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας. Qui autem illi, οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας? *qui ſunt ex Cæſaris domo*, recentior interpres inquit. Philippenſes, ni fallor, qui in aula erant Cæſaris. vt ad hos referatur. Neque enim vero ſimile eſt, aulicos fuiſſe Romanos: ſed nec ſcripturum hoc fuiſſe Apoſtolum, ne hoc profeſſos proderet. peregrinis autem major propriæ religionis ac θρησκείας libertas erat. Aliter tamen veteres, inter quos & Athanaſius: qui, Παῦλος Ἀπόστολος εἶχε φίλους τοὺς τῆς τοῦ Καίσαρος οἰκίας, καὶ γράφων ἠσπάζετο τοὺς Φιλιππησίους ἀπὸ τούτων, ἀλλ᾽ οὐκ εἰς κρίματα τούτους κοινωνοὺς παρελάμβανε. Adde quod, οἱ ἅγιοι, autori ſæpius κατὰ σχέσιν, ſingularum Eccleſiarum membra, dicuntur. quo illa ſpectant, σὺν τοῖς ἁγίοις πᾶσι, τοῖς οὖσιν ἐν ὅλῃ τῇ Ἀχαΐᾳ. item, τοῖς ἁγίοις, τοῖς οὖσιν ἐν Ἐφέσῳ. Eorum certe qui aliter jam olim ſenſerunt, tanti interpretatio non erat, vt inter eos Seneca reponeretur. cujus ſuppoſititiæ ad Paulum Epiſtolæ, hac occaſione conſcriptæ ſunt: ob quas in Catalogum Sanctorum à B. Hieronymo relatus eſt. ne de Auguſtino dicam, ne Sariſberienſem, cui *deſipere videntur, qui non venerantur eum, quem Apoſtolicam familiaritatem meruiſſe conſtat*, ne alios, etiam antiquiores, commemorem. Mihi, minimum vt dicam, nuſquam Paulus Senecam, multo minus Senecam ſpirare vſquam videtur Paulus. Ejuſmodi autem ſcripta, quale hoc quod extat,

Τρυφὴ πιθήκων, καὶ γέλως πλατὺς σοφῶν.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Capita Epiſtolæ ad Coloſſenſes.

α'. Εὐχαριστία ὑπὲρ Κολασσαέων οἰκειωθέντων τῷ Θεῷ ἐπ' ἐλπίδι.

β'. Εὐχὴ περὶ αὐτῶν εἰς σοφίαν πρακτικήν, εἰς δύναμιν ὑπομονῆς, σὺν εὐχαριστίᾳ τῆς οἰκειώσεως τῆς ἐν καθάρσει.

γ'. Περὶ τῆς ἐν Χριστῷ κτίσεως καὶ ἀνακτίσεως τῆς κατὰ συνάφειαν Θεοῦ.

δ'. Περὶ ἐθνῶν προσαγωγῆς τῆς ἐν σώματι Χριστοῦ καὶ πάθει διὰ πίστεως.

ε'. Περὶ τῆς διὰ τῶν πόνων αὐτοῦ διδαχῆς ἀνακτικῆς εἰς παράστασιν Θεοῦ.

ς'. Περὶ τοῦ μὴ ὑπάγεσθαι τῇ ἀνθρωπίνῃ φιλοσοφίᾳ ἀπατηλῇ τοὺς ἐν Χριστῷ τὴν σοφίαν ἔχοντας.

ζ'. Ὅτι ἡ πρὸς Θεὸν συνάφεια καὶ τὰ τοῦ νόμου περιέχει πνευματικῶς, εἰς τὸ συζῆν Χριστῷ.

η'. Ὅτι οἱ τοῦ σαρκικοῦ νόμου τύποι τοῖς σαρκικοῖς χρήσιμοι, καὶ οὐ πνευματικῶς τοῖς ἐν δυνάμει Θεοῦ ζῶσιν.

θ'. Παραίνεσις περὶ καθάρσεως, ἁγιασμοῦ, φιλανθρωπίας, φιλοθεότητος, φιλομαθείας, ψαλμῳδίας, εὐφήμου εἰς Θεὸν διαγωγῆς, εὐχαριστίας.

ι'. Τὰ πρὸς τοὺς οἰκείους ὁμονοητικῶς ἐν ᾧ, τὰ πρὸς τοὺς ἀλλοτρίους εὐφρόνως, οἰκονομικῶς.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

DANIELIS HEINSII

EXERCITATIONES SACRÆ IN EPISTOLAM PAVLI AD COLOSSENSES.

SIVE

LIBER DVODECIMVS.

CAPVT I.

Προακηκόατε. προάκουσμα. προγύμνασμα. κατήχησις. audientes. auditores in veteri Eccleſia. lectores. tirones. nouitioli. intincti, qui Tertulliano. doctor audientium Cypriano. Locus, ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ. *εἰκὼν & εἴδωλον, oppoſita.* Θεὸς ἀόρατος, *Deus inconſpicuus. conſpicuus. inconſpicuus. Locus,* πρωτότοκος πάσης κτίσεως. πρωτοτόκος *item. Peluſiotæ ſententia & lectio. Locus,* ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι, *&c. deinde* εἰρηνοποιήσας, *& quomodo cum cæteris cohæreat.* εὐδόκησαν Μακεδονία καὶ Ἀχαΐα. εὐδόκησεν ὁ Θεός. εἰρηνοποιεῖν, εἰρηνεύειν, *Chryſoſtomo interprete. de diſtinctione loci ſecundum Chryſoſtomum.* τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων, *& quomodo intelligendus locus.* τὸ λοιπὸν *&* τὸ λεῖπον *diuerſa. locus quomodo intelligendus. vidua Lucæ 21. quomodo* ἐκ τοῦ ὑστερήματος αὐτῆς *in gazophylacium jeciſſe dicatur.*

NOn procul ab initio Epiſtolæ quæ ſequitur, cum dixit Doctor gentium, Διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ὑμῖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἣν προηκούσατε ἐν τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας τοῦ εὐαγγελίου, inſtitutionem, quæ baptiſmum etiam tum præcedebat, quam & κατήχησιν poſtea, nec vno nomine, dixerunt, intellexiſſe dicas. vt προάκουσμα, tanquam προγύμνασμα, prima hæc doctrina dicatur. Quemadmodum ſtatim poſt prima tempora, fortaſſe & ex hoc loco, *audientes* & *auditores*, dicti, qui *lectores* audiebant. *Lectores* autem *catechiſtæ: audientes, catechumeni.* qui *tirones* quoque, & *nouitioli*, tum dicti. Tertullianus: *An alius eſt intinctis Chriſtus, alius audientibus?* lib. De Pœnit. vbi, *intincti*, ſeu βεβαπτισμένοι, *& audientes*, opponuntur. Ibidem, *Hæc etiam prima audientis intinctio eſt, metus integer.* Ibidem, *Itaque audientes optare intinctionem, non præſumere, oportet.* Cyprianus, *Audientibus, etiam ſi qui fuerint periculo præuenti & in exitu conſtituti, vigilantia veſtra ne deſit.* Epiſt. 13. qui alibi, in iiſdem, ſcilicet, Epiſtolis, *Optatum inter lectores doctorum audientium conſtituimus*, inquit. Ita *auditores.* vt cum idem Tertullianus, *deputatos inter auditorum tirocinia*, eoſdem dixit: qui & *nouæ vitæ auditores* Bedæ dicuntur: de quibus conſulendi eruditi. nos Apoſtolum interpretamur. Eodem capite cum dicitur, ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, quid aliud quam εἰκόνα ὁμοούσιον καὶ ἀνεκδιήγητον intellexit? ne quid ſibi hic humana ratio permittat, aut in voce εἰκόνος ludat. Nec male etiam antiqui Critici, qui εἰκόνα τε εἴδωλον opponunt: qui εἰκόνα, χαρακτῆρα (inter quos Heſychius) εἴδωλον, σκιὰν interpretantur. Atque ita forte εἰκόνα, parabolam dixerunt. quæ & ipſa idem notat, ac de re eâdem, de qua ſermo vſitatus, vſurpatur, licet forma & dicendi ratione differat. quemadmodum nec aliud eſt Filius à Deo, licet alius ſit Filius à Patre. Vt igitur Apoſtolus, σκιὰν, & εἰκόνα, ita εἴδωλον illi καὶ εἰκόνα opponunt. Locus notiſſimus, Σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων. ad Hebr. 10.1. Illud interim non ſatis aſſequor,

CAP. I. ꝟſ. 5.

ꝟſ. 15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ad quor, cur tam ſollicite, & cum cura quaſi, voces ab Eccleſia receptas, toties
Colos. mutarint eruditi. Qui vt in eo qui ſequitur loco, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ
ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, poſtrema illa cum antiquis,
viſibilia, & inuiſibilia, interpretati ſunt; ita Θεὸν ἀόρατον, *Deum inconſpicuum*,
hoc loco dixerunt. *Qui eſt*, inquiunt, *imago Dei inconſpicui.* quod factum
nolim. *Conſpicuus*, ſi quid Latine ſcimus, is eſt, qui externo aliquo, vt pluri-
mum, excellit eminetue: eoque opinionem hominum aut oculos, in ſe con-
uertit. vt cum forma, corpore, armis, genere, conſpicuum, aut cultu, dicunt:
quomodo Agrippam atque Berenicen, μετὰ πολλῆς φαντασίας Actor. 25. 23. ve-
nientes, non male, *admodum conſpicuos* veniſſe, dicas. Apparatus enim intel-
ligitur ac ſplendor. etiam de iis qui virtute ac factis in ſe animos conuer-
tunt. Græce vtroſque περιβλέπτους dicas. Optimum Gloſſarium, *Conſpicuus*,
περίβλεπτος. nam quod Auguſtus, *conſpicuus* dicitur *Deus*, cui alias *in-
conſpicuum* opponas, poëticum, nec hujus loci eſt. *Inconſpicuus* ergo, ἀπερί-
βλεπτος, hoc eſt, ἄτιμητος, *inglorius* atque *inhonorus* erit, vt cum Pli-
nio & aliis ſic loquar. Florus lib. 4. cap. 2. *Strages à Iuba cœpit. ejus elephanti,
bellorum rudes, ac nuperi à ſylua, conſternati ſubito clangore. ſtatim & exercitus in
fugam. nec duces fortius quam vt fugerent: non inconſpicua tamen morte omnium.*
Vbi *inconſpicuum, inglorium*, proximumque ab infami. cujuſmodi in Deo at-
tributa, etiam cum tantum ſunt ambigua, ne admittenda quidem arbitror.
Quod ἀόρατον autem Græcis dicitur, nec videtur aut videri poteſt, alibi
inuiſum Apuleius dixit. qui, *poſt opimas*, inquit, *dapes quidam introceſſit, &
cantauit inuiſus.* Et jam ante Tullius, *occulta & inuiſa ſacra* dixerat. qui, *oc-
culta, & maribus non inuiſa ſolum, ſed etiam inaudita ſacra inexpiabili ſcelere
peruertit.* De Aruſp. reſp. Sed an ideo Deum ἀόρατον, Deum *inuiſum* dicam?
An, *imaginem inuiſi Dei*, Filium illius dicam? Mihi ſane tanti non eſt, erudite
aut Latine loqui. quod nec Helleniſtis curæ video fuiſſe, qui de vocum ele-
gantia aut Atticiſmo non laborant. Optimum Gloſſarium, quod Stephani
vulgo dicimus, Ἀόρατος, *inuiſibilis.* quod recentior interpres reddidit, vt
Ibid. diximus. Cum additur, πρωτότοκος πάσης κτίσεως, vt Eraſmo non aſſentior,
qui πρωτοτόκος legit, ita nec recentiori interpreti, qui vt nouum illud
rejicit. De eo enim, etiam antiquos cogitaſſe, ex trigeſima prima lib. 3.
Iſidori Peluſiotæ Epiſtola apparet: qui in eo totus eſt, vt ſic legendum pro-
bet. Inter alia, εἰκὸς οὖν, μᾶλλον δὲ ἀναγκαῖον, ἐννοεῖν, ὅτι κἀνταῦθα τοιαύτῃ τινὶ ἐκ-
νοίᾳ ὁ θεσπέσιος ἐχρήσατο Παῦλος, οὐ πρῶτον τῆς κτίσεως αὐτὸν ἐκτίσθαι δογματίζων
(ἄπαγε)· ὅς γε ἀπαύγασμα τῆς δόξης, χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως τῆς πατρικῆς αὐτὸν καλεῖ·
ἀλλὰ πρῶτον τετοκέναι, τουτέστιν, πεποιηκέναι, τὴν κτίσιν· ἵν᾽ ᾖ τῆς τρίτης συλλαβῆς ὀξυνομένης,
ὡς πρωτογόνος, οὐ πρωτογόνης, πρωτοκτίστης, οὐ πρωτόκτιστος. *Probabile itaque, imo ne-
ceſſarium, cogitare fuerit, hujuſmodi etiam hic ſenſu diuinum vſum fuiſſe Pau-
lum: non quod primum ex omnibus rebus doceat creatum. (abſit) quippe qui ſplen-
dorem gloriæ, qui paternæ characterem ſubſtantiæ eum vocat: ſed vt primo cum
conditas res peperiſſe, hoc eſt, feciſſe, dicat, ita vt tertiâ ſyllabâ acuto notatâ accentu,
(vt πρωτογόνος non πρωτογόνης, πρωτοκτίστης non πρωτόκτιστος,) ſcribatur.* Videatur
Epiſtola quam dixi. pluribus enim id perſequitur aut probat. Ad quas ſubti-
litates viros doctiſſimos Arrianorum impetus adegit. Quis vero dubitat,
quin qui ante creaturarum genitus creationem dicitur, ab ipſa ſic creatione
& creaturis diſtinguatur? cum ſic efficiatur, vt, qui, (quod idem autor alibi
maxime vrget,) ἀπρόσιτός ἐστιν, ὥσπερ τοῖς ἄλλοις ἅπασι, οὕτω καὶ τούτοις τοῖς ὀνόμασι δι᾽
ὧν τὰ κτίσματα χαρακτηρίζεται, *qui vt ſupra alia omnia nomina, ita ſupra ea eſt, qui-
bus quæ creata diſtinguuntur*, id habeat, quod, eodem teſte, *maxime diuinum
eſt: æternitatem*, ſiue τὸ ἀΐδιον, nimirum. Qui enim omnium eorum quæ in tem-
pore creata, primus naſcendo dicitur, ante tempus & ab æterno natus, & ſic
primus intelligitur. Idem quippe & genitus & æternus: quia non aliud in eo
geni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

genitum eſt, quam quod æternum eſt, vt cum antiquiſſimo Doctore loquar. Ad Colos. ℣ſ. 20.
Eodem capite & illud hoc modo nunc legitur, ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι. Καὶ δι᾽ αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτὸν, εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, δι᾽ αὐτοῦ, εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Vbi qui poſteriorem verſum, alio ordine ab eruditis conuerſum dicat, quam Græce extat, nihil alienum à re dixerit. Primo autem quæram, quonam illud εἰρηνοποιήσας, quod in Græco eſt, referendum ſit, cum præceſſerit, ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι. quod reddunt, *quoniam in eo placuit Patri*, cæteraque ita conuertunt, ac ſi nefas eſſet, tranſitiue τὸ εἰρηνοποιήσας, accipi: quomodo ſuum εἰρήνην Græci, ſuum השלים accipiunt Hebræi. Primo igitur ſolœcum, credo, metuebant. Quomodo enim illud, ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε τῷ πατρὶ, & quod ſequitur, τὸ εἰρηνοποιήσας, cohæret? cui tamen vt ſuccurrerent, *pace facta*, dixerunt. Græci interim contextus ratio vt conſtet, vel inprimis ſpectandum eſt. Cur non cogitabant igitur, τὸ εὐδόκησεν, vt alias non ſemel, tum autem & in illo Apoſtoli ad Rom. c. 15. ℣ſ. 26. accipiendum eſſe. Εὐδόκησαν γὰρ Μακεδονία καὶ Ἀχαΐα κοινωνίαν τινὰ ποιήσασθαι. *Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere.* quemadmodum ibi vetus interpres. Vbi εὐδόκησεν ἡ Μακεδονία, non autem εὐδόκησε τῇ Μακεδονίᾳ, vel εὐδόκησε τῇ Ἀχαΐᾳ, habes. vt ſi εὐδόκησεν ὁ πατὴρ, non εὐδόκησε τῷ πατρὶ, hoc loco dicas. ita 1 ad Cor. cap. 1. 21. εὐδόκησεν ὁ Θεὸς διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας. ad Gal. item c. 1. 15. ὅτε δὲ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς, &c. ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί. Nunc connexionem videamus. ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε, *quia probauit*, Quid? *vt in eo omnis habitaret plenitudo.* Quis? Deus Pater. quod & ipſe intellexit, de quo nunc agimus, interpres. Iam & reliqua ſequantur. Καὶ δι᾽ αὐτοῦ καταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτόν. deinde, εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ. Quis? idem Pater. ὃς εὐδόκησε. de quo non cogitabant. Sed & ipſum ordinem mutarunt: quod perſpicuitatis cauſa à ſe factum ajunt. Iam vero, quod τὸ εἰρηνοποιεῖν, ἀντὶ τοῦ εἰρήνην, cujuſmodi ſignificationes paſſim ex Hebræo Helleniſtæ exprimunt, non admittunt, de magno ſaltem Chryſoſtomo cogitaſſent: qui erudite, οὐ μόνον τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ἐποίησεν εἰρήνην. atque ita, τὸ εἰρηνοποιεῖν, ποιεῖν εἰρήνην, expoſuit. Quem ſi ſequamur, totum locum ita commode diſtingues, ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι· καὶ δι᾽ αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτὸν, εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ. deinde noua diſtinctione, ac, ſi lubet, verſu, Δι᾽ αὐτοῦ, εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. quod & præſtat, quam vt duo illa, διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, illud item quod ſequitur, δι᾽ αὐτοῦ jungantur. Mens eſt, *Quia voluit*, (ſiue, *approbauit*) *Pater, vt in ipſo omnis plenitudo habitaret: vtque per eum omnia reconciliaret in ſe; pace omnibus per ſanguinem crucis ejus collata. Per ipſum*, inquam, *tum iis quæ in terra, tum iis qui in cœlis. Pace*, ſcilicet, *collata.* pro quo religioſe *pacificandi* verbo vſus eſt interpres vetus: qui, τὸ δι᾽ αὐτοῦ, ne bis idem dixiſſe videretur, aut ingratum id eſſet, omiſit. fortaſſe &, quod in codice id ſuo non inuenit. Eodem capite legitur, ὃς νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου, &c. Vbi τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων, *ea quæ deſunt paſſionum Chriſti*, interpretatur vetus. Quod non niſi παρακεκινδυνευμένως, ſeu, periculoſe, dici poſſe videtur. nam ὑστέρημα defectus eſſet. Quod cum veteres Theologi non ignorarent, τὸ ὑστέρημα ſic acceperunt, vt ad homines referrent, qui, reſpectu paſſionum Chriſti, minus paterentur. Qua ratione, περίσσευμα Chriſto, ὑστέρημα hac in parte relinquetur corpori, hoc eſt, Eccleſiæ. Quo, niſi fallor, illa ſpectat gloſſa, ὅσα ἂν πάθωμεν, ὑστέρημά ἐστι πρὸς τὰς θλίψεις τοῦ Χριστοῦ. πῶς γὰρ ἂν ἀνταναπληρωθείη, τὸ, δεσπότην ὑπὲρ δούλου παθεῖν, διὰ τοῦ, δοῦλον ὑπὲρ δεσπότου; οὐ γὰρ ἴσον οὐδὲ ὅμοιον. πολλοῦ γε καὶ δεῖ. *Quæcunque patimur, defectus quaſi ſunt præ iis quæ paſſus eſt Chriſtus. Quomodo enim quod pro ſeruo paſſus eſt Dominus, ſeruuſque pro Domino, par eſſe aut abſolute inter ſe*

℣ſ. 24.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ad Colos. *opponi poteſt. Neque enim inter ſe ſimilia. cum haud parum interſit.* Cæterum, quemadmodum aliud eſt τὸ λοιπὸν, aliud τὸ λεῖπον, ita aliud ὑστέρημα, cum defectum notat, qui in Chriſti ſatisfactione nullus eſt: aliud, cum ad homines refertur. qui & ipſi, qua ſunt membra capitis, exemplo ejus patiuntur: qui τὰ λοιπὰ, hoc eſt, partem ſuam quiſque ἀνταναπληροῦσι. τὰ λοιπὰ ergo, non τὰ λείποντα, ὑστερήματα vocauit. Paſſo capite reſtabat, ſeu ſupererat, vt & membra paterentur: quomodo nonnunquam vox ea ſumitur. Vidua illa Lucæ cap. 21. quæ ἐκ τοῦ ὑστερήματος αὐτῆς, in gazophylacium jeciſſe dicitur, non ex eo proprie quod deerat, vt antiqui ibi interpretes loquuntur, ſed ex eo quod reſtabat, reliquias, & quidem tenues, largita eſt. Qua voce hic non male vſus eſt recentior interpres. qui ibi, *hæc autem conjecit ex penuria ſua totum victum quem habebat.*

Cap. II.

Locus, ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον. ἐξαλείφειν τὸ χειρόγραφον τοῖς δόγμασι. χειρόγραφον, γραφὴ χειρὸς Κυρίου. *Lex, doctrina mortis, & quatenus.* ἐξαλείφειν τὸ χειρόγραφον τοῖς δόγμασι, *quomodo dicatur. Loci ejuſdem ex ipſo Apoſtolo interpretatio.* τὸ δόγμα *quomodo à Paulo vſurpatum, & quid* παρὰ *Magiſtrorum.* δογματίζεσθαι. στοιχεῖα τοῦ κόσμου. τὰ Ἑλλήνων δόγματα, *Nyſſeno quæ. Locus,* μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων. καταβραβεύεσθαι, καταγωνίζεσθαι, *& de quibus illud vſurpari ſolitum.* βραβεύειν, διακρίνειν, μεσιτεύειν. *idem ad Tarſenſem dialectum, qua vſum vult Apoſtolum B. Hieronymus, relatum. Mantuana dialectus. ſceleratum frigus, ſecundum eam, autore eodem, Maroni dictum. infelicia ac mali ominis, ſceleſta, aut, ſcelerata, Romanis.* θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ, *& quomodo ex ratione Helleniſtica dictum.* θέλειν ἐν τινί. *theloſapiens, thelohumilis, Auguſtino. Locus,* ἃ μὴ ἑώρακεν, ἐμβατεύων. *B. Auguſtini interpretatio, & quomodo reddendus locus. Locus,* ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν, τῇ ἀποχρήσει. *Interpretatio Græcorum.* ἀπόχρησις. ἀπόκρισις, *quod eſt* ἀποχώρησις. *eamque lectionem quoſdam ſecutos videri. Loci interpretatio.* ἀπόχρησις, *abuſio Ambroſio. Diſtinctio loci, ex Ambroſii mente. Locus,* Ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας. *&c.* πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός. *interpretatio illius,* οὐκ ἐν τιμῇ τινὶ, *& quomodo dictum.* ἐν ἀφειδίᾳ σώματος καὶ ἀτιμίᾳ. πλησμονὴ σαρκός.

Cap. II. ℣. 14. CApite ſecundo cum legitur, Ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν, ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν, neſcio, quid recentioribus perſuaſerit interpretibus, vt eruditiſſimum Camerarium hic non audirent: qui τοῖς δόγμασι, pro, σὺν τοῖς δόγμασι, poſitum notauit. Quemadmodum nec iis hic accedo, qui vocem χειρογράφου ex vulgari tantum conſuetudine hic accipiunt & vſu. quanuis eo ſimul reſpexiſſe idcirco non negamus. Quicquid enim manu exaratur, ita dicitur. vt & Lex Dei, quam manu ejus ſcriptam Sacri autores teſtantur: de qua manifeſte agitur. Vt igitur, ἐξήλειψε τὸ χειρόγραφον τοῖς δόγμασι, cum dicitur, *ceremonias cum Lege pariter ſublatas,* ſignificet. Χειρόγραφον eſt מכתב, *ſcriptura Dei:* quæ & γραφὴ Θεοῦ dicitur. quemadmodum quæ mandat Deus, vt rata eſſent, neque quiſquam autoritati eorum derogaret, ἐν γραφῇ ἐκ χειρὸς Κυρίου, 1 Paral. 2. 19. data dicuntur. Quæ Lex ſic ſcripta, quemadmodum præſtari plane nequit, ita omnes obligat. eadem, quam præſtare ante lapſum qui poterat, etiam nunc debet. Legatur tota Exodus. vbique hanc χειρὸς γραφὴν, ab hoc ipſo commendari inuenies. Locus notiſſimus eſt, Καὶ πλάκες ἔργον Θεοῦ ἦσαν, καὶ ἡ γραφὴ γραφὴ Θεοῦ ἐστι, κεκολαμμένη ἐν ταῖς πλαξί. Dei igitur chirographum (ſiue מכתב, cum Scriptura, hoc eſt γραφὴν ipſius Dei, ſiue כתב ידו, χειρόγραφον αὐτοῦ, cum poſterioribus vocare malis) Lex eſt, manu Dei ſcripta. quæ præſtari debet, ideoque quia non præ-

præſtatur, damnat. Legem Dei manu ſcriptam, nemo habuit in poteſtate ac manu, præter Dominum; vt conditoris cœli terræque & legiſlatoris Filius. per quem & Lex data dicitur. idem, nempe, qui chirographum deleuit. Deleuit autem, non qua præcipit, qua vitam dirigit ac format, nec qua auro omni puriora continet præcepta, ſed qua pœnam ac ſupplicium adjudicat præuaricanti, qua formidinem inducit mortis & reatum, ac ſic miſeros in neruo quaſi vinctos tenet. vnde & *mandatum*, Lex non obſeruata, ad Rom. 7.10. dicitur. quemadmodum ergo Legem, qua perfectum poſtulat obſequium, ita ceremonias ritusque, qui ad mortem obligabant, in Chriſto & à Chriſto, deletos ait atque abolitos. Adde quod ante omnia videndum erat, quid commune cum chirographo, ſi, vt vulgo, hic accipiatur, τὰ δόγματα, quæ hic junguntur, habeant. quod Chryſoſtomo, qui tamen fluctuat, perſuaſit, vt eundem Chriſtum, & ſcripſiſſe & deleuiſſe Legem, diceret. Vt cætera omittam, etiam videndum erat, quomodo, χειρόγραφον τοῖς δόγμασι, dicatur. Cui autem perſuaderi poterit, quod probandum erat, *rituum chirographum* ſic dici? vt ita, ſi eruditis credimus, *ritus* dicantur, *quibus quaſi manu noſtra, reatum noſtrum obſignauimus.* vel, *quibus, tanquam chirographo, reatum obſignauimus.* vt χειρόγραφον τοῖς δόγμασι, ſint ceremoniæ, quæ chirographum dicantur noſtrum. Cogitandum ergo, an non alibi locum ipſe interpretatus ſit Apoſtolus. qui, quod hic χειρόγραφον, alibi νόμον τῶν ἐντολῶν, *præcepta Legis*, ſiue, *Legem præceptorum*, vocat: qui &, mox, ne quis dubitet, ἐν δόγμασι ſubjungit. vt ſic ſuppleat, quod hic deſideratur, atque ita τὸ χειρόγραφον σὺν τοῖς δόγμασι deletum dicat. quemadmodum recentior interpres locis plurimis, τὸ ἐν, & τὸ σὺν, confundi docet. Audia- mus verba ipſa, quæ non aliud quam abſolutam ac perſpicuam illius loci, de quo agimus, interpretationem continent. Τὴν ἔχθραν (de eodem, de quo hic loquitur, ipſo nempe Dei Filio) ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας. *Inimicitiis, quæ eſt Lex mandatorum, cum ritibus, in carne ſua abolitis,* ad Eph. 2.15. quod & notaſſe ibi eruditi debuerant. vbi, quod hic χειρόγραφον, νόμον τῶν ἐντολῶν dixit. quemadmodum & ad Rom. 10. νόμον modo, modo ἐντολὴν, ipſam Legem dixit. Videndum igitur, an, quomodo τὸ δόγμα vſurpauerit Apoſtolus, ſatis aſſecuti hic iidem eruditi ſint. qui quod hic ἐξαλείψας τοῖς δόγμασιν, ibi καταργήσας ἐν δόγμασι, plane dixit ac perſpicue. Vt verba ſingula, gloſſæ atque interpretationes totidem eorum ſint quæ diximus. non ex Græcorum vſu, nempe, quanuis Græca ſint origine ac priore vſu, ſed qui vulgo obtinebat. quemadmodum τῷ דוגמה, pro ſimilitudine & exemplari, etiam poſtea Magiſtri vſi ſunt: qui, quod Græci δεῖγμα, vt ex Elia ante jam probauimus, *dogma* dicunt, ac recepto more דוגמה ſcribunt. qua voce & Salomo Iarchi, de iis, quæ non tam ſimpliciter dicuntur quam aliud inuoluunt, non ſemel vſus eſt. Qui inter cætera, *Quanquam Prophetæ*, inquit, *libenter* בדוגמה, κατὰ δόγμα, hoc eſt, δεῖγμα, *loquuntur.* vt in Gemara, vbi dicitur, *oſtendam tibi* דוגמתו, *ſimilitudinem illius.* Quid autem aliud ſunt ceremoniæ, quam inuolucra, quam ſimilitudines, ſeu typi? vnde & δογματίζεσθαι, eodem hoc vſ. 20.
capite. Locus plane illuſtris eſt, Εἰ οὖν ἀπεθάνετε σὺν τῷ Χριστῷ ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου, τί, ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ, ἔτι δογματίζεσθε; vbi recentior interpres, *ritibus onerami- ni*, dixit. Et an non de ritibus agit Apoſtolus, qui στοιχεῖα conjungit? quæ ſunt illi eadem quæ δόγματα: de quibus nunc agimus. Ita, Οὕτω καὶ ἡμεῖς, ὅτε ἦμεν νήπιοι, ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ἦμεν δεδουλωμένοι. ad Gal. 4.3. ita, πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε. quæ recentior interpres ipſe in contextu, *elementa*, in Notis autem, *ceremonias*, interpretatur: vt jam ante hoc ipſo capite, κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου. vbi τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου iterum habes. Στοιχεῖα ibi ergo quæ hic δόγματα. ex recepto, ſcilicet, tum vſu. Magis mirum autem, ipſos nonnunquam Patres, ſic hac

Ad Colos. voce vſos eſſe, vt qui Græcorum ritus ceremoniaſque, quibus initiati ab iis imbui ſolebant, δόγματα vocarent. Nyſſenus aduerſus Eunomium, Τὸ γὰρ ἐν δόγμασι δεῖν μόνοις πιστεύεσθαι τὴν εὐσέβειαν εἶναι, τινὸς οὕτως ἴδιον ὡς τῶν Ἑλλήνων; Vbi & δόγματα, τὰ μυστικὰ σύμβολα, καὶ τὰ διατηρούμενα τῶν μεμυημένων ἤθη, *myſtica ſymbola, atque vſitatas initiatis ceremonias*, interpretatur. Hæc de illuſtri loco. nam quod χειρόγραφον θανάτου dixit Epiphanius, non è textu Apoſtoli, ſed Vſ. 18. propria hauſit memoria. Eodem capite legitur, Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων, &c. Ad quem multa & fortaſſe aliena quædam interpretes nonnulli: quaſi non recte literatorum veterum doctiſſimus, καταβραβεύεσθαι, καταγωνίζεσθαι, interpretatus eſſet. vnde B. Auguſtinus, *nemo vos conuincat:* quanuis ambigue aut inpropriè. Expugnatis brabeum negabatur, victori concedebatur. ſi negaretur, καταβραβεύεσθαι dicebatur. Quod eſt brabeum noſtrum? Ipſe Chriſtus. καταβραβεύεται, qui eo, aut fiducia illius, ſpoliatur. Hoc agebant, vt recte ad Canonem 35. Concilii Laodicenſis notat Zonaras, qui docebant, ὅτι οὐ δεῖ τὸν Χριστὸν ἐπικαλεῖσθαι εἰς βοήθειαν, ἢ εἰς προσαγωγὴν τὴν πρὸς Θεὸν, ἀλλὰ τοὺς ἀγγέλους, ὡς τάχα τοῦ τὸν Χριστὸν ἐπικαλεῖσθαι μείζονος ὄντος τῆς ἡμετέρας ἀξίας. *Non inuocandum eſſe Chriſtum, vt nobis adſit, aut ad Deum deducat, ſed angelos: cum alterum dignitatem noſtram excedat.* Hæc igitur ταπεινοφροσύνη illa, de qua loquitur Apoſtolus: hæc illa ſpecies aut larua. De ipſa autem voce, idem, de quo ante, eleganter addit, καταβραβεύειν γάρ ἐστι, τὸ μὴ τὸν νικήσαντα ἀξιοῦν τοῦ βραβείου, ἀλλ' ἑτέρῳ διδόναι αὐτὸ, ἀδικουμένου τοῦ νικήσαντος. Igitur, μὴ καταβραβευέτω, *ne quis victoriæ vobis præmium eripiat aut brabeum: ne quis victoria, quam conſequuntur qui in Chriſto manent, ejuſque præmio, vos ſpoliet.* Aliter autem τὸ βραβεύειν vſurpauit, cum capite ſequenti, Καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ βραβευέτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, dixit. quod eſt proprium pacis: intercedere, videlicet, atque id agere omni in re quod medii ac moderatores ſolent. Heſychius, Βραβεύει, διακρίνει, μεσιτεύει διοίκησιν. Βραβευέτω, μεσιτευέτω, ἰθυνέσθω. Gloſſarium Stephani, Βραβεύω, *intercedo.* Interpres recentior, hoc quidem loco, *Nemo aduerſus vos judicis partes ſibi intro ſumat:* illo autem, *Et pax Dei imperet in cordibus veſtris.* qui aliud, niſi fallor, vtrobique dixit: vt & vetus, qui altero loco, *Nemo vos ſeducat*, altero, *Et pax Chriſti exultet in cordibus veſtris:* minus appoſite. de vtroque autem jam diximus. Quis autem non miretur B. Hieronymum, qui omnia vel ἁπλῶς λεγόμενα ab Apoſtolo, vel quibus videtur ſolus vti (quam multa autem ſcripta veterum perierint, quis neſcit?) ad Tarſenſem refert dialectum. quæ qualis fuerit, vtinam nos docuiſſet. Epiſtola certe ad Algaſiam, quæſt. 10. poſtquam inter ejus dialecti exempla, illud, μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω, hoc eſt, vt ipſe interpretatur, *nullus brabion accipiat aduerſum vos*, repoſuit, deinde addit, *Nec hoc miremur in Apoſtolo, ſi vtatur ejus linguæ conſuetudine in qua natus eſt & nutritus, cum Virgilius, alter Homerus apud nos, patriæ ſuæ ſequens conſuetudinem, ſceleratum frigus appellet.* quaſi non modo quæ Tarſenſis ac Cilicum, ſed & Mantuana, tempeſtate ea, dialectus fuerit, docere nos potuerit, aut ipſe obſeruaſſet. Locus Maronis lib. Georg. 2. eſt, vbi de terra ipſa agit,

—— promptum eſt oculis ediſcere nigram,
Et quiſquis color. at ſceleratum exquirere frigus
Difficile eſt.

Quod ſi ex Mantuana conſuetudine aut dialecto poëta dixit, qua dialecto vſi ſunt Romani, qui ea quæ infelicia aut mali ominis, *ſceleſta* aut *ſcelerata*, dixerunt? quomodo, *Sceleratam portam*, quæ & *Carmentalis* dicta, per quam ſex & trecenti Fabii, cum clientibus, aduerſus Etruſcos egreſſi, occubuerant, ſo nuncupatam Naſo ſignificat, cum ait, *Porta vacat culpa: ſed tamen omen habet.* Et, *Ire per hanc noli quiſquis es: omen habet.* Et de qua Maronis patria cogitauit Vmber Plautus, cum Moſtellaria dixit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Sceleſtiorem ego annum argento fœnori Ad Colos.
Nullum vnquam vidi, quam hic mihi annus obtigit.
A mane ad noctem vſque in foro dego diem.
Locare argenti nemini nummum queo?

Quis enim dubitat, quin de infelicitate anni agat? De qua Mantuana dialecto, Horatius, cum dixit,

Crede non illam tibi de ſceleſta
Plebe dilectam?

Sceleſtus enim, non minus, infelix, quam μιαρὸς, vt olim notauimus. Iam in eo quod ſequitur, θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ, vt vt eruditi ſummis viribus contendant, Ibid. τὸ θέλων, ad τὸ καταβραβευέτω referendum, non facile id nobis perſuadebunt: qui non ignoramus, θέλοντας ἐν ταπεινοφροσύνῃ, eos eſſe, qui illius ſpecie imponunt: ſiue, quibus ea placet, vt illius ſpecie imponant. Quis enim neſcit, quid tot locis, θέλειν ἐν τινὶ, Helleniſtis, ex Hebræa conſuetudine, deſignet? Vt in libris ecce Regum, ἐὰν οὕτως εἴπῃ, οὐκ ἠθέλησα ἐν σοί. item, ἰδοὺ, θέλει ἐν σοὶ ὁ βασιλεύς. quis, dico, qui vel Helleniſtas inſpexit, ignorare hæc poteſt? Nec diuerſus, quanuis forte conſuetudinem Hebræam non reſpexerit, hic abit Auguſtinus. qui Epiſtola 59. Tom. 2. *Hoc ſi per verbum Græcum diceretur, & in Latina conſuetudine populari ſonaret vſitatius. Sic enim & vulgo dicitur, qui diuitem affectat, thelodiues, &, qui ſapientem, theloſapiens, & cætera hujuſmodi. Ergo & hic thelohumilis, quod plenius dicitur thelon humilis, id eſt, volens humilis, affectans humilitatem. quod intelligitur, volens videri humilis, affectans humilitatem.* Et paulo poſt, *Mirabiliter ibi eum dixit inflatum mente carnis ſuæ, vbi thelohumilem ſupra dixerat.* ac ſi ἐθελοπλούσιον, ἐθελόσοφον, ἐθελοταπεινον, eum qui hæc volens ſubit aut affectat, eum qui iis ſibi placet, qui hæc oſtentat, ita dicas. Ergo, θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ, *volens in humilitate cordis:* vt ad verbum Hebraiſmus exprimatur. id eſt, *Nemo vos expugnet, in humilitate volens.* quod eſt, *placens ſibi.* quomodo & diſtinguendum. Ibidem cum ſequitur, ἃ μὴ Ibid. ἑώρακεν ἐμβατεύων, eadem ratione dixit, qua Græcorum Tragici dicerent, Κεῖν' ἐμβατεύων ὅσα μὴ βλέπειν θέμις. quod nihil ſane ad *ambulandi* aut *inculcandi* voces, quibus hic interpres vetus, ac B. Auguſtinus, vtuntur. qui & alteram lectionem, ἃ ἑώρακεν ἐμβατεύων, ſine vllo, niſi fallor, ſucceſſu, annotauit. vt quæ omnino locum non habeat, ſi interpretatio præſertim accedat. *Quæ vidit inculcans: ideo magna exiſtimans, quia vidit ea quibuſdam locis obſeruari.* Sed nec pluris forte vera lectio, hoc quidem interprete. *Quæ non vidit inculcans, quia homines iſta ſuſpicionibus & opinionibus agunt: non quod iſta viderint facienda.* Recte ergo *inuadendi* verbo id recentior expreſſit. eo ſenſu, quo, *ſacra inuadere* profani dicuntur. Heſychius, Ἐμβατεῦσαι, ζητῆσαι, ἐπιβατνῶσαι, ἐπιβαθμῶσαι. ſcribe, ἐπιβαθμῶσαι. Eodem capite cum legitur, Ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρή- v. 22. σει, ſubtile inprimis quod ad eum locum Græci notarunt, φθορᾷ γὰρ ὑπόκειται ἐν τῷ ἀφεδρῶνι. quaſi hoc dicat, *Quid in abſtinentia hujus vel illius cibi, mandatis hominum tenemini? Cibi quemadmodum ori ingeruntur, ita mox excernuntur & pereunt.* vt locum Matthæi qui 15.17. aut ſimilem, reſpiciat Apoſtolus, Οὔπω νοεῖτε, ὅτι πᾶν τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα, εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται. (qui locus paulo aliter Marci 7.19. repetitur). quaſi ſcilicet ἀποχρήσει aut ἀποχωρήσει legatur. Quæ tam ſubtilis obſeruatio, Eraſmo perſuadere potuit, vt verteret, *quæ omnia ipſo pereunt abuſu.* In annotationibus autem majoribus hanc notam addit, *Agit enim de cibo & potu, quæ vſu conſumuntur, & in latrinam excernuntur. Nam iis proprie dicimur abuti, quæ vſu abſumuntur.* neque multum ab hac mente Theodoretus abiiſſe videtur: qui inter alia, *omnia enim mutantur in fimum.* Magnus Chryſoſtomus, qui non raro dum de mente loci cogitat aut agit, ſingula non vrget, non ſatis quid vellet, expreſſit. Neque magis probare poſſum quod recentiores, *Quæ omnia ipſo vſu pereunt.*

Ad Colos.

pereunt. Mihi ſimpliciter hoc velle Apoſtolus videtur: Ciborum vſum, quallem Chriſtiana admittit libertas, recte & ad ſalutem adhiberi: abuſum vero, perdere hominem, & ſuperſtitioni mancipare. Quis eſt vſus? quem permittit, qui ſeueram legis ac conſtrictam ſeruitutem ſuſtulit. Quis abuſus? ex præſcripto hominum quibuſdam vti, abſtinere aliis. Quæ ſunt hominum præſcripta? *Ne attigeris, neque guſtaris, neque contrectaris.* hunc, aut illum, nempe, cibum. Atqui dicas, à quibuſdam abſtinere Lex jubet. Optime Chryſoſtomus reſpondet, κἂν τὸν νόμον εἴπῃς, λοιπὸν διδασκαλία ἐστὶν ἀνθρώπων μετὰ τὸν καιρόν. *etiamſi ſi Legem hic adferas, doctrina hominum eſt, poſtquam tempus ejus tranſiit.* Theophylactus: *Quid igitur Lex? nunquid eſt doctrina Dei? Erat quidem cum ſuo tempore vigeret. hodie autem non eſt, cum tempus ejus expletum ſit.* Candidiſſime ad hunc ſenſum B. Ambroſius: *Vſus enim culturæ ipſorum interitum generat, quia præcepta & doctrinæ, non Dei, ſed hominum ſunt, in quibus vana ſpes eſt.* hoc eſt, in quibus fidem homines reponunt. Talis ergo vſus, qui ex hominum præſcripto aliis abſtinet, aliis vtitur, merus abuſus eſt. vt abuſus ſit in eo, quod præcepta hominum ſequantur homines. Vnde & idem B. Ambroſius *abuſionem* reddidit. Diſtinguo igitur, Ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν, τῇ ἀποχρήσει, κατὰ τὰ ἐντάλματα καὶ διδασκαλίας τῶν ἀνθρώπων. hoc eſt, *quæ omnia ſunt ad interitum, propter abuſum, ſecundum humanæ doctrinæ præcepta.* Propter abuſum, qui in eo eſt, quod præſcripta hominum in eo ſequuntur. neque aliter legiſſe

vſ. 23. B. Ambroſius videtur. Eodem capite cum dicitur, Ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας, &c. πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκὸς, non poſſum negare, alium videri nobis loci hujus ſenſum, quam is eſt, ne de veteribus dicam, quem etiam recentiores interpretatione ſua nobis dederunt. Nam à Græcis quidem quis idoneum hic petat, qui ad ea quæ ſequuntur & huc faciunt, οὐκ ἐν τιμῇ τινὶ, πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκὸς, hæc notant? Ὁ γὰρ Θεὸς, τιμήσας τὸν ἄνθρωπον, καὶ χερσὶ διέπλασε, καὶ τὰς τροφὰς ἐχαρίσατο· οὗτοι δ' οὐ κέχρηνται ὡς ἐν τιμῇ δοθεῖσι τοῖς βρώμασι πρὸς τροφὴν τῆς σαρκὸς, ἀλλ' ὡς φευκτοῖς καὶ βλαβεροῖς. quæ an locum hic habeant, eruditi cogitent. Recentior autem ita reddit: *Quæ rationem quidem habent ſapientiæ in cultu voluntario, & ſummiſſione animi, & in eo quod corpori non parcant, nec tamen vllius ſunt precii, cum ad ea ſpectent quibus farcitur caro.* Quæ & ipſa vtrum aliis ſatisfaciant, neſcio. inprimis autem, quo poſtrema referenda ſint, nemo nos docet. Hoc, niſi fallimur, Apoſtolus volebat, Ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας &c. πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός. vt ſit hyperbaton, Apoſtolo proprium. Idem porro hypocriſeos ingenium quod ſuperſtitionis. vtraque ab extremo ad extremum abit: atque ita pariter ab eo quod eſt medium ac bonum, abit. Medium eſt, à præſcripto Dei non abire: extremum à quo abit, eſt, ἡ πλησμονὴ τῆς σαρκός. quod eſt, indulgere carni. Ab hoc extremo, quantum in ſpeciem diſcedit hypocriſis, tantum ſe commendat: imo, ab eo recedit, vt magis ſe commendet. Habet igitur ſapientiæ quidem ſpeciem πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός. quod ita dictum, vt cum dicimus, τάδε ἄλλα σμικρὰ ἂν εἴη πρὸς ταῦτα. *alia reſpectu horum ſunt exigua:* ſimiliaque ejus generis. comparationem enim notat. Ita hic σοφίας λόγον ἔχειν πρὸς πλησμονὴν σαρκός. pro quo magis vſitate, ὥστε πρὸς πλησμονὴν σαρκὸς, dicas. vt cum autor elegans, ὡς πρὸς ἐμὲ νομίζονται ἄλλοι ἀνδράποδα, dixit. Ac ſi Apoſtolus dixiſſet, Ἅτινα μέν ἐστι λόγον σοφίας ἔχοντα, ὥστε πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός. quod ambiguitatem tollit. Habent ergo illa hypocritarum mandata, *Ne attigeris, neque guſtaris,* &c. de quibus Apoſtolus, ſpeciem quidem ſapientiæ, ὥστε πρὸς πλησμονὴν σαρκὸς, ſi cum ſagina carnis, quod extremum (& vitandum maxime) ac expletione conferantur. Species autem illa, ἐν ἐθελοθρησκείᾳ, καὶ ταπεινοφροσύνῃ, καὶ ἀφειδίᾳ σώματος, καὶ οὐκ ἐν τιμῇ τινὶ, conſiſtit. Iam autem, οὐκ ἐν τιμῇ, purus Hebraiſmus eſt: qui ne interpretibus impoſuerit metuo. Quod enim illi לא בכבוד, Græci, ἐν ἀτιμίᾳ, dicerent. Vt hoc Apoſtolus dicat, ἐν ἀφειδίᾳ σώματος καὶ ἀτιμίᾳ.

ἀτιμίᾳ. Quæ in eo inter alia, *vt non parcatur corpori, nec vllus corpori exhibeatur honos*, conſiſtit. ἐν ἀφειδίᾳ, inquit, σώματος, οὐκ ἐν τιμῇ τινί. quod eſt, ἐν τῇ ἀφειδίᾳ AD COLOS. σώματος καὶ ἀτιμίᾳ. Vt mens ſit, *Quæ ſpeciem quidem habent ſapientiæ, quatenus in cultu voluntario, non præſcripto, in demiſſione humili, in afflictione & vexatione aut contumelia corporis, conſiſtunt; ſi cum indulgentia præſertim carnis & ſagina conferantur.* Quicquid carni ac libidini tribuitur, πλησμονὴν σαρκός, dixit. à quo quam longiſſime, vt ſe commendet, hypocriſis recedit, vel recedere videtur; quæ & ita ſe potiſſimum commendat. Ordo loci ſimulque mens, Ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας, ἐν ἐθελοθρησκείᾳ, καὶ ταπεινοφροσύνῃ, καὶ ἀφειδίᾳ σώματος, καὶ ἀτιμίᾳ, ὥσγε πρὸς πλησμονὴν σαρκός.

CAP. III.

Locus Τὰ ἄνω φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. *Locus Matthæi,* ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. σαρκικῇ γνώμῃ τι σοφίζειν *Chryſoſtomo.* ἐξανθρωπίζειν τὰ θεῖα, *Nyſſeno. Locus,* Νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν *&c. & quomodo intelligendus.* τὸ πάθος, *& an mollities.* πάθος *quid.* πάθη, *quæ* τὰς προπαθείας *in animo ſequuntur. Locus,* ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν, *&c.* διδάσκοντες καὶ νουθετοῦντες ἑαυτούς, *&c. Manifeſta* παρενθήκη *Apoſtoli, non* ἀναρμοσία *aut ſolæciſmus. & ab eo vindicatus autor. Locus,* Οἱ κύριοι τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα παρέχεσθε. σχέσις *inter dominum ſeruumque.* ἰσότης *amicitia, etiam Philoſopho.* ὅτι τὸ δίκαιον ἴσον ἦ *eidem Philoſopho.* δικαιοσύνη, *æquitas.*

CApite Epiſtolæ ejuſdem tertio non procul ab initio legitur, Τὰ ἄνω CAP. III. vſ. 2. φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Vbi vetus interpres, *Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram*. qui, credo, *quæ ſupra*, vel, *in alto ſunt*, volebat. Eraſmus vero ac recentior, *ſuperna curate*. Quibus ſi credimus, τὸ φρονεῖν Paulo hic *curare* eſt. quod ſi verum eſt, quid de Petro dicemus, cui Matt. 16. 23. dicitur, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων? vbi ipſe interpres, *nam non ſapis quæ ſunt Dei, ſed quæ ſunt hominum.* Et quid? an quæ Dei ſunt non curabat Petrus, qui eodem dixit capite, *Tu es Chriſtus, Filius Dei viui?* An cœleſtia non curat, cui dicitur, *Caro & ſanguis, hæc non reuelauit tibi, ſed pater meus, qui in cœlis eſt?* An cum Petrus dicitur terreſtria φρονεῖν, ita curare hæc dicitur, quemadmodum qui curant cutem? Abſit vero. Οὐ φρονεῖ τὰ τοῦ Θεοῦ, qui, quæ carnis ſunt, vel cogitat vel ſapit. quod tum Petro euênit: qui mortis tantæ vel non cogitabat vel non intelligebat myſterium. Diuinitus magnus Chryſoſtomus, Οὐ τὸ ἐμὲ παθεῖν, ἀπρεπές, ἀλλὰ σὺ σαρκικῇ γνώμῃ τοῦτο ψηφίζῃ. quales, quod hic dicitur, τὰ ἐπὶ γῆς, non τὰ ἄνω, φρονοῦσι. Optime ergo vetus, qui hic *ſapiendi* voce vſus eſt. vt ibi quoque recens: contra atque hoc, de quo agimus nunc, loco. Neque Nicodemus ſane, cum ad Chriſtum noctu ſtudio proficiendi venit, non curauit quæ ſunt Dei, ſed non cepit. inprimis autem ea quæ de regeneratione dicuntur. quod ἐξανθρωπίζειν τὰ θεῖα δι' ἐμπαθοῦς ὑπολήψεως, lib. 3. aduerſus Eunomium, eleganter dixit Nyſſenus. Eodem capite cum legitur, Νεκρώ- vſ. 5. σατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, doctiſſimus interpres ita accipit, ac ſi vitia, de quibus agit, membra hominis illius diceret, quem νεκρὸν vocat. quod nonnullis durum, forte & ἀσύστατον, videtur. Inter quos, vt arbitror, doctiſſimus vir Camerarius cum eſſet, viam aliam hic inſtitit. qui, *Ellipſi*, inquit, *ſunt hæc aliquo modo explicanda, vt* τῆς κατὰ, *id eſt, quoad ſcortationem. Vel extrinſecus præceptionis verbum aſſumendum eſt,* ἀπόθεσθε. *quo & paulo poſt vtitur.* Cujus mentem ſi aſſequimur, cum ellipſin τῆς κατὰ dixit, mentem Apoſtoli eſſe voluit, τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ γῆς, κατὰ πορνείαν, &c. quod nobis ſatisfacere, vt quod res eſt profitear, non poteſt. vt nec τὸ ἀπόθεσθε. Quis libenter enim foris ſic aſſumat, quod non præceſſit? Quanto autem melius, ſi, quod ipſe ſuggerit con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

AD COLOS. contextus, aſſumatur? τὸ νεκρώσατε nimirum. vt ſit νεκρώσατε τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, νεκρώσατε πορνείαν. De quo B. Hieronymus cum non cogitaret, & defectum videret, *deponentes*, inſeruit. Cæterum nonnulla ſunt, quæ, niſi ex loquendi conſuetudine, qua vtitur Apoſtolus, intelligi non poſſunt. qualis hic locus eſt. Quemadmodum τὸ σῶμα, & τὴν σάρκα, *corpus & carnem*, *ſpiritui*, hoc eſt, τῷ πνεύματι perpetuo opponit, ita hic τὰ μέλη, nihil aliud ſunt, quam τὸ σῶμα, καὶ τὰ σαρκικά. Vt cum ad Rom. 6. 13. τὰ μέλη, ὅπλα ἀδικίας, dixit. atque ibidem 19. eadem, δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ παραστῆσαι vetat. Tale eſt Epiſt. eâdem, Βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου, ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου. & Iacobus, τὰς ἡδονὰς ἐν τοῖς μέλεσι στρατεύεσθαι, diſerte ait. qui, Πόθεν πόλεμοι καὶ μάχαι ἐν ὑμῖν; ἐκ ἐντεῦθεν, ἐκ τῶν ἡδονῶν ὑμῶν, στρατευομένων ἐν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν; c. 4. v. 1. vbi ἐν τοῖς μέλεσιν, idem quod ἐν τῇ σαρκί. ad carnalia autem pertinere quæ ſequuntur, τὴν πορνείαν, τὴν ἀκαθαρσίαν, cæteraque id genus, nemo, vt arbitror, negabit. Mens igitur, Νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν, τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, quod eſt, τὴν σάρκα, ſiue, τὰ σαρκικὰ ὑμῶν: *quicquid carnale eſt, aut corruptum.* vt τὰ μέλη eæ ſint partes, quæ τὴν ἀνομίαν recipiunt, non autem contra. quemadmodum ſcortatio ac cætera, ſunt carnis fructus, quæ τοῖς ψυχικοῖς καὶ σαρκικοῖς attribuuntur: quæ ὁ πνευματικὸς, qua talis, non admittit. ita vero loqui amat Apoſtolus. Quid quod τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, additur? vt, τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, plane idem ſit, quod σῶμα ἁμαρτίας, *corpus peccati.* vt cum ad Rom. 6. ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας dixit. ita ergo hic τὰ μέλη τῆς ἁμαρτίας. Adde quod μέλη ſunt אברים. quo nomine & pudenda denotant Magiſtri: quemadmodum hic primum locum vindicat ſcortatio. quæ vera
Ibid. loci hujus mens eſt. Cæterum, ne in eo quidem quod ſequitur, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, eos admiſerim, qui τὸ πάθος, *mollitiem*, reddunt, atque huc locum Horatii trahunt, *Contaminato cum grege turpium Morbo virorum.* Et bene monuerat Chryſoſtomus, ὅτι γενικῶς τὸ πᾶν εἶπε, hoc eſt, *vniuerſales eſſe voces, quibus vſus eſt.* inter quas & τὸ πάθος ponit. vt ſic ea dicat, quæ πάθη σαρκὸς, vulgo SS. Patribus dicuntur. Baſilius initio creationis, πῶς παρεσκευασμένην ψυχὴν πρὸς τὴν τῶν τηλικούτων ἀκρόασιν προσήκει ἀπηλλάχθαι, καθαρεύουσαν τῶν παθῶν τῆς σαρκός. Clemens alibi, πᾶσαν ὁρμὴν, ἀπειθῆ τῷ λόγῳ, ita vocat. vnde & vulgo, pro *vitio*. Gloſſator Stephani, Πάθος, *paſſio, vitium.* Quo Nyſſenus aduerſus Eunomium reſpexit, cum ait, ὅτι οὐδὲν κατ᾽ ἀλήθειαν πάθος ἐστὶν, ὃ μὴ εἰς ἁμαρτίαν φέρει. qui &, τὸ ἐξ ἐναντίου τῇ κατὰ τὴν ἀρετὴν ἀπαθείᾳ νοούμενον, πάθος dicit. quemadmodum & νόσον προαιρέσεως id definit. cujuſmodi πάθους immunem fuiſſe Dominum, ibidem docetur. Hæc ſunt denique illa πάθη, quæ τὰς προπαθείας in animo ſequuntur. De quibus antiquus ad Ezech. 18. Theologus: *Deus igitur primos & ſecundos ſtimulos cogitationum, quas Græci προπαθείας vocant, ſine quibus nullus hominum eſſe poteſt, nequaquam puniet, ſed ſi cogitata quis facere decreverit, aut ipſa quæ fecerit, noluerit corrigere pœnitentia.* Vulgaris vocem *libidinis* prætulit. credo quod 1 ad Theſſalon. 4. 5. μὴ ἐν
vſ. 16. πάθει ἐπιθυμίας, legi meminiſſet. Eodem capite cum dicitur, Ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν πλουσίως ἐν πάσῃ σοφίᾳ· διδάσκοντες καὶ νουθετοῦντες ἑαυτοὺς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις &c. qui ea verba, διδάσκοντες καὶ νουθετοῦντες, ſuperioribus connectunt, aut ἀναρμοστίαν notant, de Paulina παρενθήκῃ, ejuſque vſu, non ſatis cogitaſſe videntur. cum totus locus à verſu 13. ita potius ſit diſtinguendus, Ἀνεχόμενοι ἀλλήλων, καὶ χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, ἐάν τις πρός τινα ἔχῃ μομφήν· καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἐχαρίσατο ὑμῖν, οὕτω καὶ ὑμεῖς (ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τὴν ἀγάπην, ἥτις ἐστὶ σύνδεσμος τῆς τελειότητος· καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ βραβευέτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, εἰς ἣν καὶ ἐκλήθητε ἐν ἑνὶ σώματι, καὶ εὐχάριστοι γίνεσθε· ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν πλουσίως) ἐν πάσῃ σοφίᾳ διδάσκοντες καὶ νουθετοῦντες ἑαυτοὺς, &c. Quæ ac ſimilia cum video, vix ignoſcere iis; non è recentioribus modo, ſed & ex antiquis, poſſum, qui ſollicite in autore hoc ſolœciſmos excuſant: cum ipſi potius accuſandi ſint, qui tam temere judicium tulerunt, neque ſua intereſſe exiſtimarunt,

vt vel

vt vel Apoſtolico characteri aſſueſcerent, aut ſincerum de eo judicium ferrent. Capite quarto cum dicitur, Οἱ κύριοι τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέχεσθε, dubitarunt ſine dubio eruditi, ac ne dubitarunt quidem, quod malim, quale illud δίκαιον, quæ ſit illa ἰσότης, quam erga ſeruos præcipit Apoſtolus, cum, *æquitatem*, &, *æquabilitatem*, reddiderunt. Duplici porro ratione, ſeruos ac dominos Apoſtolus conſiderat. Primo, ſalua σχέσει, quæ tum inter dominum ſeruumque vulgo ponebatur: quam exiſtimabant talem, vt, quod videretur domino, jus ac fas eſſet domino. adeo, vt vitæ quoque ac necis jus eſſet domino. Quod Apoſtolus hic negat. qui juſtitiam, qui charitatem, ac ſic æqualitatem, ſiue ἰσότητα, habere locum inter fidei conſortes, neque tolli inter tales vult ac præcipit. Cum & ſerui ſint fratres. quemadmodum de Oneſimo ad Philemonem ipſe loquitur: vbi, ἵν' αἰώνιον αὐτὸν, inquit, ἀπέχῃς, οὐκέτι ὡς δοῦλον, ἀλλ' ὑπὲρ δοῦλον, ἀδελφὸν ἀγαπητόν. Tales enim vnum eundemque dominum in cœlis, ideoque & inter ſe ἰσονομίαν habent: vt & eundem cui pariter inſeruiunt. Vnde & ἰσότητα, amicitiam definiunt antiqui. adeo, vt Ethicorum Eudemiorum 7. Philoſophus, Ἔτι τὰ τοιάδε λέγεται περὶ φιλίας, ὡς ἰσότης, φιλότης. *Præterea & hoc, æqualitas eſſe amicitia dicitur*, vt mentem ſic exprimam. Æqualitatis autem hujus fundamentum, inter cætera, idem ponit: quod eorum, qui inter ſe amant, vna ſit anima. vt Ethicorum ad Nicomachum 9. Εἴρηται γὰρ, ὅτι ἀφ' αὐτοῦ πάντα τὰ φιλικὰ πρὸς ἄλλους διήκει. καὶ αἱ παροιμίαι δὲ πᾶσαι ὁμογνωμονοῦσιν· οἷον τὸ, Μία ψυχὴ, καὶ, Κοινὰ τὰ τῶν φίλων, καὶ Ἰσότης, φιλότης, καὶ Γόνυ κνήμης ἔγγιον· πάντα γὰρ ταῦτα πρὸς αὐτὸν μάλιστ' ὑπάρχει· μάλιστα γὰρ φίλος ἑαυτῷ. *A ſe ipſo enim omnia, quæ amicitiæ ſunt, ad alios deducere quemque dictum eſt. Cui & omnia conſentiunt prouerbia. Vt cum dicimus, vna anima, &, Communia amicorum omnia, &, Æqualitas amicitia, &, Genu propinquius tibia. quæ omnia ad ſeipſum quiſque refert maxime: quia ſibi quiſque amicus maxime.* Quibus ſane aliud fundamentum non ponit, quam quod Dominus: qui docet, *Vt proximum, tanquam ſe ipſum, quiſque amet.* Nec mirabitur δίκαιον & ἰσότητα ab Apoſtolo jungi, qui eadem Philoſophum junxiſſe cogitabit. qui in Eudemiis, Δοκεῖ δὲ τὸ, τὸ δίκαιον εἶναι ἴσον τι, καὶ ἡ φιλία ἐν ἰσότητι, εἰ μὴ μάτην λέγεται, ἰσότης ἡ φιλότης. *Videtur &, quod juſtum eſt, æquale eſſe, quemadmodum & in æqualitate amicitia conſiſtit, niſi fruſtra æqualitas amicitia dicitur.* Quid igitur Apoſtolus? *Vos Domini, quod juſtum, & æqualitatem, ſeruis præſtate: vt qui ſciatis vos quoque Dominum, & eundem quidem, habere in cœlis.* Communem enim Dominum, ſi ſerui habent & Domini, vterq; & Dominus & ſeruus, ejuſdem ſeruus Domini. æquales ergo, quod ad Dominum. Inter æquales autem juſtitia inprimis Chriſtiana locum habet & æqualitas. vt inter fratres, ſcilicet: quæ σχέσις locum inter Chriſtianos habet. alia autem, vt jam dixi, *æquabilitas.* Adde, quod δικαιοσύνη ipſa, *æqualitas*, ſeu *æquitas*, interdum dicitur. Gloſſæ veteres, *Æquitas*, δικαιοσύνη, ἰσότης. Cujus, teſte Seneca, memores etiam Romani, Dominum, *Patrem familiæ*, ſeruos, *familiares* dixerunt. quemadmodum & *familiæ* nomen, teſtibus Iuriſconſultis, commune. Vide Vlpianum tit. *De public. & vectig. & commiſſis.* qui eodem titulo, in Prætoris edicto, *familiæ* nomine, ſeruilem contineri notat. vnde & *familia*, paſſim, ſerui. quod commune, vt æqualitatis nomen. Quam Apoſtoli ἰσότητα, etiam extra Chriſtum vrget Seneca. Qui, *Serui ſunt?* inquit, *imo contubernales. Serui ſunt? imo humiles amici. Serui ſunt? imo conſerui.* Quanto autem magis inter Chriſtianos, vbi propter Dominum eundem, omnes conſerui. Quanto minus ergo, vt cum Auguſtino ſubſcribamus hic Apoſtolo, *Chriſtianum oportet ſic poſſidere ſeruum, quomodo equum aut argentum?* &c. qui & addit, *Hominem namque homo, tanquam ſemetipſum, diligere debet: cui ab omnium Domino, etiam vt inimicos diligat, imperatur.* De Sermone Domini in Monte lib. I.

AD COLOS. CAP. IV. ỳſ. I.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Capita Epiſtolæ I. ad Theſſalonicenſes.

α'. Ἔπαινος τῶν Θεσσαλονικέων ἐπὶ τοῖς ἀξίοις τῶν ἀποστόλων ἀγῶσι.

β'. Πόνος αὐτῶν, καὶ χαρὰ ἐπ' αὐτοῖς, καὶ μέριμνα, ἕως ἂν τελειωθῶσιν.

γ'. Εὐχὴ πρὸς Θεὸν περὶ τῆς ἀφίξεως αὐτοῦ, καὶ περὶ αὐξήσεως καὶ βεβαιώσεως Θεσσαλονικέων, ἕως τῆς Χριστοῦ παρουσίας.

δ'. Παραίνεσις σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης ὡς ἐπὶ κρείσσει φιλαδελφίας, καὶ ἐργασίας ἰδιοπράγμονος.

ε'. Διδασκαλία περὶ τῆς τοῦ θανάτου καταλύσεως ἐπὶ ζώντων καὶ νεκρῶν, ἐν ἐπιφανείᾳ Χριστοῦ.

ς'. Περὶ τοῦ αἰφνιδίως ἥξειν Χριστὸν, ὥστε δεῖν εὐτρεπίζεσθαι πανουδῆ, πίστει, ἐλπίδι, ἀγάπῃ, τιμῇ, εἰρήνῃ, μακροθυμίᾳ, φιλομαθίᾳ.

ζ'. Εὐχὴ περὶ ἁγιασμοῦ πνεύματος, καὶ ψυχῆς, καὶ σώματος.

Capita Epiſtolæ II. ad Theſſalonicenſes.

α'. Εὐχαριστία ὑπὲρ τῆς τῶν Θεσσαλονικέων πίστεως, καὶ ἀγάπης, καὶ ὑπομονῆς· ἐπὶ τιμῇ αὐτῶν καὶ κολάσει τῶν θλιβόντων. καὶ εὐχὴ ὑπὲρ τελειώσεως αὐτῶν ἐν δόξῃ Χριστοῦ.

β'. Περὶ τέλους, ὅτι μετὰ ἀντίχριστον, τὸν πεμπόμενον ἐπὶ ἐλέγχῳ Ἰουδαίων τῶν ἀπιστησάντων Χριστῷ.

γ'. Εὐχαριστία ὑπὲρ τῆς κλήσεως, προτροπὴ ἐπιμόνου εὐχῆς πρὸς Χριστὸν τὸν Θεὸν ἐπὶ στηριγμῷ αὐτῶν.

δ'. Παράκλησις εὐχῆς ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τοῦ ἔργου. εὐχὴ ὑπὲρ αὐτῶν εἰς ἀγάπην Θεοῦ.

ε'. Προτροπὴ ἐργασίας καὶ παραιτήσεως τῶν ἀργῶν καὶ περιέργων.

ς'. Εὐχὴ ὑπὲρ εἰρήνης τῆς παρὰ Θεοῦ.

DANIE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

DANIELIS HEINSII
EXERCITATIONES SACRÆ
AD VTRAMQVE EPISTOLAM PAVLI AD THESSALONICENSES.
SIVE
LIBER DECIMVSTERTIVS.

CAPVT I.

Παῦλος καὶ Σιλουανὸς, καὶ Τιμόθεος, *Epiſtolæ præſcriptum. Quare id factum ab Apoſtolo, & de eo Saluiani locus.* τῷ Παύλῳ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς συγγράφεσθαι. *pro nominum præſcriptione, quaſdam diſtingui à B. Hieronymo Epiſtolas. Sila, loco Siluani, ab eodem ſuppoſitus. Silam lingua Hebræorum Apoſtolum, autore eodem, dici. Locus,* Οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν. γενέσθαι ἐν λόγῳ κολακείας. οὐκ ἐν λόγῳ εἶναι. *in ore aut ſermone eſſe.* ἐν προφάσει πλεονεξίας γενέσθαι. πρόφασις, *quid.* עלא *Chaldæorum.* αἰτία. προφασιστικοὶ λόγοι. *imponere nomen peſſimum.* προφασίζειν, *Helleniſtis quid.* כנה. *Locus,* δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι. βάρος. ἐν βάρει εἶναι. ἐν ῥάβδῳ ἢ πνεύματι πρᾳότητος ἔρχεσθαι. *Locus,* ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος. συντελεῖσθαι.

EPiſtolæ, ad quam nunc ordine peruenimus, cum initio præ- I. Ad
mittitur, Παῦλος καὶ Σιλουανὸς, καὶ Τιμόθεος, vnius quidem & Theſſ.
ejuſdem, quanquam non vnius ſcriptam nomine, apparet. Cap. I.
De quo Saluianus Epiſtola 4. *Paulus Apoſtolus, electionis* ℣ſ. 1.
vas, magiſter fidei, & receptaculum Dei, cum omnes epiſtolas ſuas, vt pote eloquentiſſimus vir, dictauerit; quibuſdam tamen, non ſuum tantum nomen inſcripſit: ſiquidem, in aliis Siluani, in quibuſdam Timothei, in quibuſdam vero vtriuſque nomini ſuum nomen adjunxit. Cur id? primum, credo, vt ſimul eſſe agnoſcerentur qui ſimul ſcriberent: deinde, vt ii, qui ſeparatim ab vnoquoque eorum edocti fuerant, ſcirent omnium non diſcrepare ſententiam: poſtremo, vt quos ſingulorum non mouebat autoritas, omnium ſaltem moueret adſenſus. Ii autem, quorum nomina aſſcribebantur, aut Paulino potius in his Epiſtolis adjungebantur nomini, τῷ Παύλῳ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς συγγράφεσθαι, antiquis eleganter dicuntur. Epitaphio Baſilii Nyſſenus, Εἰ γὰρ κατὰ τὸν αὐτὸν τῷ Παύλῳ χρόνον μετεῖχεν τοῦ ἀνθρωπίνου Βασίλειος, οὕτως ἂν πάντως συνεγράφη τῷ Παύλῳ, ὡς Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος. *Si eodem tempore, quo Paulus, vixiſſet Baſilius, vt Siluanus & Timotheus; omnino, in ſcribendo, nomini Paulino ejus quoque adjunctum eſſet nomen.* Quid quod eo ipſo ſingulæ nonnunquam diſtinguantur Epiſtolæ? vt cum B. Hieronymus de priori ad Corinthios, Commentario Ioëlis dixit: *Vnde Paulus & Soſthenes ſcribunt Eccleſiæ Dei, quæ eſt Corinthi, ſanctificatis in Chriſto Ieſu, vocatis ſanctis, cum vniuerſis qui inuocant nomen Domini Ieſu Chriſti.* quarum poſterior & Pauli præfert nomen & Timothei. Quid autem idem B. Hieronymus volebat, cum Siluanum ejiceret, Silamque loco ejus ſupponendum putaret? qui ad Damaſum, *Sciendum, Silam, collegam Pauli, lingua Hebræa Apoſtolum dici, qui cum eo nonnullas Epiſtolas ſcribit. Et vitioſe Siluanus legitur pro Sila: cum Siluanum in Apoſtolorum Actis non legamus.* quaſi Sila, idem quod Hebræis שלח aut Syris שליחא ſic eſſet. Eodem capite cum de Theſſalonicenſibus dixit, Ἀφ' ὑμῶν ℣ſ. 8.
γὰρ ἐξήχηται ὁ λόγος τοῦ Κυρίου, vetus, minus fortaſſis Latine, *diffamatus eſt ſermo*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad Thess. *Domini*, recentior, tutius quidem minus tamen, meo quidem animo, dixit, cum, *à vobis enim non ſolum perſonuit*, hic reddidit. Optime, ac, vt ſolet, Heſychius, Ἐξηχεῖτο, ἐξηκούετο. Ἐξηχεῖται, ἐξῆλθεν, ἐκηρύχθη. neque, vt videtur, celebratum ab iis modo vult Dei verbum, ſed exemplo ſuo præiviſſe & aliis: qui, cum id vbique pernotuiſſet, exprimere idem atque imitari voluerunt.

Cap. II. ℣. 5. Capite ſecundo, non poſſum quin libere profitear, cum dicitur, Οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν &c. haud facile perſuaderi nobis poſſe, vt, ἐν λόγῳ κολακείας, *quod adulatoriis vſus eſſet verbis*, fuiſſe ſe neget Apoſtolus. quem quomodo ſinguli interpretentur locum, mox videbimus. De quo ita in Annotationibus recentior: *Vulgata & Eraſmus ad verbum*, fuimus. *Atqui dandum aliquid fuit Latinæ linguæ conſuetudini, in dicendi formula tam inuſitata.* cum prius, quæ mens fuerit Apoſtoli, videndum eſſet. Præſupponit autem, τὸ γενέσθαι ἐν λόγῳ, non aliud quam *loqui* hic eſſe. nam de altero poſtea dicetur. Quaſi hoc Apoſtolus dicat, nunquam ſe verbis cuiquam aſſentatum eſſe. quod alienum nobis videtur. Qua autoritate enim probabitur, ἐν λόγῳ κολακείας γενέσθαι, idem, quod κολακεύειν, eſſe? cum ἐν λόγῳ εἶναι, ſeu γενέσθαι, de præterito is dicatur, de quo fama judicat, aut judicavit. atque ita λόγος paſſim Græcis: de rumore, ſcilicet, & fama. quemadmodum contra οὐκ ἐν λόγῳ εἶναι dicitur, de quo nemo loquitur, quem nemo tanti facit. Quis enim Megarenſes neſcit, qui οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ, fuiſſe dicuntur? Notum quippe illud,

Ὑμεῖς δ' οἱ Μεγαρεῖς, οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι,
Οὔτε δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

Vbi, οὐκ ἐν λόγῳ, οὗ λόγος οὐκ ἔστι, *de quo nemo loquitur*. Niſi Callimacho fidem non habemus: qui, quod de Megarenſibus jam diximus, ita interpretatus eſt, cum dixit,

τῆς δὲ ταλαίνης
Νύμφης, ὡς Μεγαρέων, οὐ λόγος οὐκ ἀριθμός.

De miſera, inquit, *ſponſa, nemo magis quam de Megarenſibus, loquitur.* Quemadmodum igitur Latini, *in ore* aut *ſermone*, eum eſſe dicunt, de quo plurimi loquuntur, ita ἐν λόγῳ εἶναι dicunt Græci. vt cum Æſchinus Comici, factum ejus, *in ore omni populo eſſe*, dicitur: vt cum Salluſtio, *in ore gentibus, populo, ac ciuitati, agere*, dicitur, de quo omnes hi loquuntur. ita tamen, vt ſermonis cauſa, vel occaſio addatur. Vt cum ἐν λόγῳ κολακείας, ἐν λόγῳ πορνείας, eum eſſe dicunt, qui traducitur hoc modo: qui ita audit, dico: qui vt adulator, vt mœchus, rumoribus differtur. ac ſi eum, cujus jam meminimus, Æſchinum, ἐν λόγῳ ἀκολασίας γενέσθαι, dicas. Neque aliter ἐν προφάσει πλεονεξίας γενέσθαι eum dicas, qui de vitio hoc accuſatur: qui, vt auarus, traducitur. Πρόφασις, accuſandi anſa, inprimis autem tecta: qualis quæ per ſycophantias inſtitui clam ſolet. quæ Chaldæis עלא, Magiſtris עלה vulgo dicitur. ea autem, πρόφασις, vel cauſa, etiam accuſandi vt αἰτία Græcis, forte & accuſatio. vt cum Danielis 6.4. *Tum præfecti & ſatrapæ quærebant occaſionem contra Danielem, ex parte regni:* quod ad crimen majeſtatis nonnulli referunt interpretes. Vbi Helleniſtæ, ne quis alia hic eos voce arbitretur vti, καὶ οἱ τακτικοὶ, καὶ οἱ σατράπαι, ἐζήτουν πρόφασιν εὑρεῖν κατὰ τοῦ Δανιήλ: quemadmodum Magiſtri Hebræorum, *occaſionem criminandi*, τὸ עלה exponunt. vt ibidem, καὶ πᾶσαν πρόφασιν, καὶ παράπτωμα, καὶ ἀμπλάκημα, οὐχ εὗρον κατ' αὐτοῦ, ὅτι πιστὸς ἦν. *nullam criminandi*, ſiue, *accuſandi, occaſionem, nullam accuſationem inuenerunt; quod fidelis eſſet.* Ibid. ℣. 5. Καὶ εἶπον οἱ τακτικοὶ, οὐχ εὑρήσομεν κατὰ Δανιὴλ πρόφασιν, εἰ μὴ ἐν νομίμοις Θεοῦ αὐτοῦ. *nullam criminandi eum occaſionem, niſi in Lege Dei ejus*; ſiue, *cultu*, inueniemus. Vnde προφασιστικοὶ λόγοι, qui עלילות דברים in Lege: quibus callide alienum nomen læditur aut fama. Quod, *imponere nomen peſſimum*, interpres ibi vetus, eodemque pene modo, etiam paulo poſt Helleniſtæ dixerunt. vt, ſi quis, *Non inueni filiam tuam virginem*, dicat, quod ibidem legitur. Deuteronomii,

nomii, videlicet, 22. 14. quemadmodum & paulo ante vbi dicitur, *cum duxerit vxorem aliquis, & ingreſſus ad eam fuerit, odioque eam habuerit;* elegan- I. Ad Thess. ter, καὶ ἐπιθῇ αὐτῷ προφασιστικοὺς λόγους, καὶ κατενέγκῃ αὐτῆς ὄνομα πονηρὸν, *eique ſycophanticos rumores nomenque malum imponat*, Helleniſtæ addunt. quod ושם לה עלילות דברים והוצא עליה שם רע Hebræo dicitur. *& accuſationes aduerſus eam meditatus fuerit, nomenque ei impoſuerit malum.* ſiue, *cauſa fuerit vt male audiat.* Deinde autem ipſa accuſatio, ſeu πρόφασις, exprimitur. *Vxorem hanc accepi, acceſſique ad eam, nec inueni eam virginem.* Quibus verbis, vere ὁ προφασιστικὸς deſcribitur λόγος, καὶ χαρακτηρίζεται. vbi, &, quos προφασιστικοὺς λόγους Helleniſtæ dicunt, סבות, ſiue, *cauſas*, Aben-Ezra interpretatur. an quia τὸ סבב, (quod, *gyrare*, aut, *circuire*, eſt) de iis aliquando, qui occaſionem accuſandi vel maledicendi clam quærunt vel præbent, etiam, qui in culpa ſunt, vſurpatur? id autem προφασίζειν eruditiſſimi, quod non omnes aſſequuntur, interpretes, Helleniſtæ dixerunt. Quid autem proprie ſit προφασίζειν, qui προφασιστικοὶ λόγοι, nemo melius quam humanæ vitæ morumque verus delineator, Comicus, expreſſit. apud quem Pamphilus, cum Philumenam, grauidam, ac jam peperiſſe, intellexiſſet, neque adhuc è ſe concepiſſe gnarus eſſet, tota prope ſcena, προφασίζεται, oberrat, circuit, cauſatur, ne aut puerum, aut ipſam, admittat. Legantur illa, *Pater, ſi ex me illa liberos vellet ſibi, Aut ſe eſſe mecum nuptam* &c. Tum autem illud, *Primum hanc vbi dixti cauſam, te propter tuam Matrem, non poſſe habere hanc vxorem domi.* vbi *cauſa*, πρόφασις, סבה, *circuitus, tergiverſatio*: vt hic, *ſubdola & doloſa accuſatio.* de quo ante. Nunc Apoſtoli mentem videamus. Verba ſunt, Οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν, καθὼς οἴδατε, οὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας. *Neque vnquam adulationis rumorem ſubjimus, aut auaritiam in nobis accuſauit quiſquam, vt ſcitis.* Ad verbum, *Neque in rumore adulationis, neque in accuſatione auaritiæ fuimus.* Vetus, verborum quoque obſeruator, *Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis, neque in occaſione auaritiæ: Deus nouit.* A quo cæteri dum recedunt, omnino aliud, niſi fallor, dixerunt. Recentior, *Nec enim vnquam ſermone aſſentatorio vſi ſumus, ſicut noſtis, nec auaritiæ cauſa quicquam prætexuimus: Deus teſtis eſt.* Eraſmus, *Neque enim vnquam per ſermonem adulationis verſati ſumus, quemadmodum noſtis, nec in occaſione auaritiæ.* nos quæ mens ſit Apoſtoli jam diximus. Paulo poſt cum dicitur, δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι, ὡς Χριστοῦ ἀπόστολοι, ℣. 6. quodnam ſit illud βάρος, quærunt eruditi. vbi, nec iis, qui ad grauitatem Apoſtolicæ præſtantiæ aut dignitatem, cum Eraſmo, nec recentioribus, qui ad ſumptus Eccleſiarum id referunt, quibus grauem ſe fuiſſe neget Apoſtolus, aſſentiri poſſum. cum primo manifeſte neget, vllam ſe adulationis aut auaritiæ ſuſpicionem præbuiſſe: adeo, vt ne rumoribus quidem ejuſmodi de ſe occaſionem dederit. Vt, nec contra nimiæ ſeueritatis accuſari poſſe, quemadmodum illi, qui ambitioſe hoc agunt, vt hominum gloriam venentur. quin potius, cum ita, vt Apoſtolus Chriſti, agere potuerit, mitem ac manſuetum fuiſſe, neque aliter cum iis quam nutrices cum alumnis, quos tenerrime fouent, egiſſe. Manifeſte enim, τὸ ἐν βάρει εἶναι, τῷ ἤπιον γενέσθαι, opponit. ſe igitur, ἐν βάρει εἶναι δυνάμενον, cum ſeueritatem exercere Apoſtolicam poſſet, lenem fuiſſe. eo fere modo, quo, ἐν ῥάβδῳ ἐλθεῖν, καὶ ἐν ἀγάπῃ πνεύματί τε πρᾳότητος. 1 Corinth. c. 4. 21. opponit. τί θέλετε, ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν ἀγάπῃ πνεύματί τε πρᾳότητος. cum non eodem ſemper modo τὸ βάρος vſurpetur illi. neque enim hic, vt cum βάρος δόξης, 2 Corinth. 4. 17. dixit. Eodem capite Apoſtolus cum dixit, ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος, ℣. 16. moleſte, meo animo, nimis, ac ſollicite, τὸ εἰς τέλος, *vſque ad extremum,* nonnulli reddiderunt. Hoc vult Apoſtolus: pœnas diu ac ſæpe Iudæis per prophetas ante ea tempora prædictas, tandem iis ingruiſſe. Quando autem? ἀναπληρωθείσης τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν, cum ad ſummam improbitas eorum ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad Theſſ. impietas perducta eſt. Quod factum, cum inter alia ſcelera, ſpem ac Deum ſuum cruci affixerunt: quod præceſſit. nuſquam enim magis ſe Apoſtolus interpretatur. Ita neque opus erit, ad Iudæos ſolos, qui Hieroſolymis, aut ex ea gente quoſdam, id referre: vt nec omnem omnibus Iudæis ſpem præcidere, aut præcidi iis, ex hoc loco credere aut exiſtimare. Nam difficultates, quas interpretes hic notant, metuo ne ſibi pariant, qui ita reddunt. Quomodo? *occupauit enim eos ira ad extremum vſque.* Cur vero non, *inuaſit autem eos ira Dei tandem?* Quis enim dubitat, quin poſt varias, ante ipſam vrbis expugnationem, grauiſſimaſque, quæ à Ioſepho aliiſque deſcribuntur, pœnas, propter interfectum, Dei Filium, ſublatos prophetas, Apoſtolorum perſecutionem, quæ jam præmiſit, ira Dei illis tandem incubuerit tota: donec quod merebantur, perficeret? quales, vel reſpectu pœnæ, vel peccati, συντελεῖσθαι Helleniſtis dicuntur. vt Sodomitæ ac Gomorrhæi Geneſ. 18. 21.

Cap. II.

Locus, Τῷ μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις. σαίνεσθαι, *& an,* ἀντὶ τοῦ κινεῖσθαι, *vſurpetur. Locus,* Εἰδέναι ἕκαστον ὑμῶν τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κλᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ. ἁγιασμὸς καὶ τιμή. ἀτιμία, *ſiue,* πάθη ἀτιμίας, *de Venere vſurpatum Apoſtolo.* ἀτιμάζεσθαι. *Verſus quartus non recte intellectus, & propter eum quæ cohærent.* τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι. τὸ σκεῦος *quid, & quomodo intelligendum.* τὸ ὑπερβαίνειν *&* πλεονεκτεῖν. *fœdiſſima* ἀκαθαρσίας *ſpecies,* πλεονεξία. πλεονεξία, ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν τὸν ἀδελφόν. ὑπερβαίνειν *quid ſit, ac quomodo dicatur, & an* ὑπερβαίνειν τὸν ἀδελφὸν, *dicatur.* ὑπέρβασις. ὑπερβασίη. ὑπερβαίνειν, *proprium adulteri.* τὰ ὁροθέσια ὑπερβαίνειν. πορνείαν καὶ μοιχείαν, *ad* ἀδικίαν *referri.* πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφόν. *Interpretatio loci, autore Chryſoſtomo.*

Cap. III. ℣ſ. 3. Capite ejuſdem Epiſtolæ tertio, cum legitur, Τῷ μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις, negant eruditi, τὸ σαίνεσθαι, ἀντὶ τοῦ κινεῖσθαι, σαλεύεσθαι, aut ταράττεσθαι, vſquam ſe legiſſe. Quis tamen eruditior in iſtis Heſychio? qui Σαίνει, κολακεύει, προσλωδίεται, τινάσσει, ἀσπάζεται, θωπεύει. Deinde autem, κινεῖται, σαλεύεται, ταράττεται, ſubjungit. vbi manifeſte, poſt θωπεύει, noua, quam interpretatur, vox ponenda eſt. Σαίνεται, κινεῖται, σαλεύεται, ταράττεται. ſiue ipſum hunc locum autor, qui ea, quæ nunc extat, editione, Sacros quoque paſſim ex Helleniſtis interpretatur locos, ſiue alium in animo habuerit. Quid quod nec aliter hoc ipſo loco ſcholiaſtes aut interpres Græcus
Cap. IV. ℣ſ. 4. exponit, cui σαίνεσθαι, θορυβεῖσθαι, ταράσσεσθαι, κινεῖσθαι? Capite quarto, cum dicitur, Εἰδέναι ἕκαστον ὑμῶν τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ, noui qui alluſiſſe locum 1 Sam. cap. 21. ℣ſ. 5. Apoſtolum exiſtimarent. *Et fuerunt vaſa puerorum ſancta,* ſiue, *ſanctitas.* Præceſſit enim, *ſi pueri abſtinuerint, maxime à muliere.* vt σκεῦος ſit σῶμα, *corpus ipſum.* nam de loco ipſo quid ſit ſtatuendum, mox dicetur. Cum additur, ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ, continentiam intellige: quæ & maritatos commendat. quemadmodum contra Rom. 1. ἀτιμία de Venere ac fœditate ejus, vſurpatur. Διὰ τοῦτο, παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς πάθη ἀτιμίας. ℣ſ. 26. vbi ἀτιμία Hebræorum כלמה: quod, ὄνειδος modo, modo αἰσχύνην, modo ἀτιμίαν, reddunt Helleniſtæ. quo ſenſu ἀτιμάζεσθαι ibidem, ℣ſ. 24. ab eodem dicitur. Διὸ καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν, εἰς ἀκαθαρσίαν, τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς, niſi ad honorem quis referre malit, qui conjugio tribuitur vbique. Locum autem hic habere ἁγιασμὸν, licet priori accipiatur modo, nemo mirabitur, qui in conjugio ἁγιασμὸν καὶ σωφροσύνην 1 ad Timoth. 2. 15. conjungi meminerit. vbi de conjuge, Σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει, καὶ ἀγά-
℣ſ. 5. 6. πῃ, καὶ ἁγιασμῷ, μετὰ σωφροσύνης. Sequitur, Μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας, καθάπερ καὶ τὰ ἔθνη, τὰ μὴ εἰδότα τὸν Θεόν. Τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

αὐτοῦ. vbi metuo, ne verſus quartus, non recte intellectus, effecerit, vt & I. Ad Thess. aliter hunc longe quam oportuit, etiam illi intelligerent, qui poſtremo hæc verterunt. qui exiſtimarunt, velle id Apoſtolum, vt quiſque corpus ſuum in ſanctificatione poſſideat ac honore. quaſi, quia ad Corinthios 6. ὁ πορνεύων, εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνειν, dicitur, idem hic σκεῦος dicatur. Locus eſt, φεύγετε τὴν πορνείαν. πᾶν ἁμάρτημα ὃ ἐὰν ποιήσῃ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν· ὁ δὲ πορνεύων, εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει. Atqui σκεῦος ἴδιον, eſt vxor, cum qua viuendum ſancte ac continenter. Quemadmodum & Petrus, σκεῦος ἀσθενέστερον, vxorem dixit. Οἱ ἄνδρες ὁμοίως, συνοικοῦντες κατὰ γνῶσιν ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει τῷ γυναικείῳ, ἀπονέμοντες τιμήν. Epiſt. I. c. 3. ℣ſ. 7. quemadmodum & Magiſtris, fœmina, כלי שאינו נגמר, *vas non perfectum*, dicitur. Neque mirum τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος ab Apoſtolo hic dici, cum non modo certum ſit, ſuam cuique vxorem, tanquam inſtrumentum quoddam proprium & ſuum à Deo aſſignatam, ſed & ab eodem Apoſtolo hoc dici: qui, vxorem corpus proprium habere in poteſtate negat, cum ſit viri, &c. Ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ᾽ ὁ ἀνήρ· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ, &c. Illud ergo ſemel conſtet, à verſu 3. ad 9. περὶ ἀκαθαρσίας agi: cujus ſpeciem præcipuam maximeque inuiſam Deo, πλεονεξίαν hic dici. Qui autem (de quo jam prolixe neque ſemel ſupra egimus) nondum didicerunt, quid πλεονεξία ſit plerunque Apoſtolo, mirum non eſt, ſi hic ceſpitarunt. Hic interim illuſtris ille locus, è quo, primo omnium, de re Venerea, inprimis autem adulterio, πλεονεξίαν vſurpari Apoſtolo, B. Hieronymus feliciter & odoratus eſt & probauit. quanuis & ad Epheſios 5. πορνεία, ἀκαθαρσία, καὶ πλεονεξία, & ad Coloſſ. 3. ἐπιθυμία κακή, καὶ πλεονεξία, iterumque ad Epheſios 4. ἀκαθαρσία, & πλεονεξία, jungantur. Quæ & alia cum non cogitarent, mirum eſt, quomodo illa, μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν τὸν ἀδελφὸν converterint interpretes. Recentior, *Et ne quis opprimat & habeat quæſtui in negotio fratrem ſuum.* Eraſmus, *Ne quis opprimat ac fraudet in negotio fratrem ſuum.* Vetus, *Et ne quis ſupergrediatur neque circumueniat in negocio fratrem ſuum.* quaſi de oppreſſione ac injuria, non de violatione fœderis ac thori legitimi, agatur. Vnde & τὸ ὑπερβαίνειν, ad τὸν ἀδελφὸν referendum exiſtimarunt: vt ὑπερβαίνειν τὸν ἀδελφὸν dicatur. Quod quis Græce doctus vel intelligat vel ferat? Equidem, quid ſit ὑπερβαίνειν τὸν νόμον, intelligo, quid ſit ὑπερβαίνειν τὸν φίλον, non aſſequor. quod & nemo, abſolute paſſim vſurpari, neſcit. Quid autem ſibi velit, non ignorant qui autores Græcos legerunt. hinc enim & ὑπέρβασις. Heſychius, Ὑπέρβασις, παράβασις ὅρκων. vt & ὑπερβασίη, de violatione fœderum, poëtis. Quis autem magis ὑπερβαίνει, hoc eſt, παραβαίνει, ſiue datam fidem violat ac frangit, quam adulter; cum aut fidem vxori non ſeruat, aut vxorem alterius violare docet fidem? Quemadmodum vere τὸν ἀδελφὸν πλεονεκτεῖ, qui, quod fratris eſt, ſibi vindicat, ejuſque ſic abutitur vxore. Cujuſmodi πλεονεξίαν Nathan propheta intellexit, cum Dauidi oratione diuina concubitum cum aliena, hoc eſt, conjuge Vriæ, objicit. *Diuiti cuidam*, inquit, *oues boueſque erant plurimi. Pauperi contra cuidam nihil quicquam, præter agnam vnam paruam, erat: quam emerat, quam nutrierat, quæque cum eo liberiſque ejus pariter creuerat: quæ de buccella ejus comedebat, de calice ejus bibebat, in ſinu denique ejus dormiebat, eratque illi loco filiæ. Viator autem quidam cum ad diuitem veniſſet, atque in eo eſſet, vt cibum viatori qui ad ſeſe venerat, pararet, cauit ſibi ne de ouibus bobuſque ſuis vllam acciperet: contra autem agnam pauperis accepit, eamque viro, qui ad ſe diuerterat, parauit.* quam πλεονεξίαν, morte partim, partim reſtitutione quadrupli, cum de propria πλεονεξία non cogitaret, vindicandam Rex cenſebat. Adde, quod ὑπερβαίνειν, ſi quid credimus antiquis, proprie οἱ ὑπερβαίνοντες τὰ ὁροθέσια, *qui terminos tranſiliunt*, dicuntur. Fines autem certos, imo ſuos, terminumque, nuſquam magis quam in matrimonio præfixit legiſlator. qui, vt præclare hic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad Theſs. hic Chryſoſtomus, ὅρους ἔθηκε τῇ φύσει. quemadmodum, *adulter & adultera*, quod ille ad alteram, hæc ad alterum ſe conferat. vnde & idololatria, quæ nihil aliud quam ὑπέρβασις, qua quis ad alterum ſe confert Deum (de quo iidem ſupra,) πορνεία καὶ μοιχεία, quemadmodum & πλεονεξία, dicitur Apoſtolo. Πλεονεξίαν autem dici hoc vitium, nunquam mirabitur, qui ad ἀδικίαν à veteribus referri cogitabit. Conſtit. Clementis, Παράνομον δὲ μοιχεία καὶ πορνεία, ὧν τὰ μὲν ἀσεβήματα, τὰ δὲ ἀδικία. Item, ἀδικοῦσι μὲν οἱ τοὺς ἀλλοτρίους γάμους φθείροντες. *injuſte agunt, qui alienas corrumpunt nuptias.* Videndum ergo, an non aliud hic eruditi egerint: imo aliud egiſſe mirum. cum ita manifeſte, poſtquam τῆς πορνείας, καὶ τοῦ πάθους τῆς ἐπιθυμίας, meminiſſet (ne quis dubitare poſſit quid velit) μὴ πλεονεκτεῖν τὸν ἀδελφὸν ἐν τῷ πράγματι, hoc eſt, ἐν τούτῳ τῷ πράγματι, in hac re, in abuſu, nempe, vxoris, præcipiat Apoſtolus. qui omnino ſe interpretatur. vt hanc πλεονεξίαν, πρὸς λόγον, אל ארות, vt loquuntur Magiſtri, hoc eſt, εἰς τὸ πρᾶγμα, ſiue, ad rem ac negotium adulterii, reſtringat. ad ea enim quæ præcedunt plane id referendum. Quo & illud ſpectat quod præceſſit, Τοῦτο γάρ ἐστι θέλημα τοῦ Θεοῦ, ὁ ἁγιασμὸς ὑμῶν, ἀπέχεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ τῆς πορνείας. vt & quod ſequitur deinde, Εἰδέναι ἕκαστον ὑμῶν τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ. quod ſequitur item (de eodem enim plane eadem ſequuntur) Μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας, καθάπερ καὶ τὰ ἔθνη, τὰ μὴ εἰδότα τὸν Θεόν. Addit igitur monetque, ne quis ἐν τῷ πράγματι τούτῳ, hoc eſt, ἐν τῇ πορνείᾳ, ἐν τῷ πάθει τῆς ἐπιθυμίας, πλεονεκτῇ τὸν ἀδελφόν. Vbi ſane vt probetur, πλεονεξίαν, auaritiam, quæſtum, vel injuriam, vel vim eſſe, ſimpliciter probari velim, ea quoque quæ præcedunt, eo referenda eſſe: probandum, ad ἀκαθαρσίαν hæc non referri: eamque eſſe injuriam, quæ bonis opibuſque fratris infertur. Poſt hæc enim verba, ne quis dubitet, iterum Apoſtolus, Οὐ γὰρ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐπὶ ἀκαθαρσίᾳ, ἀλλ' ἐν ἁγιασμῷ. Tanti certe fuerat conſulere hic Chryſoſtomum (at quantum virum!) qui, πλεονεξίαν ἐν τῷ πράγματι, & cætera, de adulterio accipienda docet. Καλῶς, inquit, εἶπε, μὴ ὑπερβαίνειν· καὶ γὰρ ἑκάστῳ ὁ Θεὸς ἀπένειμε γυναῖκα, καὶ ὅρους ἔθηκε τῇ φύσει, τὴν μίξιν ἐκείνην τὴν πρὸς μίαν· ὥστε ἡ πρὸς τὴν ἑτέραν, παράβασίς ἐστι, καὶ λῃστεία, καὶ πλεονεξία. Potuitne manifeſtius ſignificare quod jam dicebamus? *Recte monet, non tranſgrediendum eſſe*, inquit, *limitem aut fœdus. Singulis enim dedit conjugem, ac terminos naturæ fixit Deus: vt cum vna, nempe, rem haberet quiſque. adeo, vt quod cum altera intercedit, tranſgreſſio, latrocinium ac* πλεονεξία *ſit.* vbi ὑπέρβασιν, παράβασιν, *rem quam cum alia quis habet*, deinde idem, πλεονεξίαν eſſe ait. Item, Ἀδελφὸν καλεῖς, καὶ πλεονεκτεῖς ἐν οἷς οὐ χρή. ἐνταῦθα περὶ μοιχείας φησί. *Fratrem vocas, eumque, vbi minime oportebat, fraudas. De vaga ſcortatione hic agit.* Πλεονεκτεῖν igitur ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφόν, eſt, ἐν τῇ μοιχείᾳ πλεονεκτεῖν. ac ſi dicas, *adulterio eripere quod ejus eſt.* Iam vero, πλεονεκτεῖν τὸν ἀδελφόν, vt alibi, πλεονεκτεῖσθαι ὑπὸ τοῦ σατανᾶ, dictum. circumſpecte tamen, quod ambiguum πλεονεξία eſſet, ἐν τῷ πράγματι, addit: vt ad ſuperiora id referatur. quæ vel ſingula vel omnia, mouere interpretes debuerant, vt accuratius de loco cogitarent. Quid, quod idem fere ad verbum ſcholiaſtæ quoque Græci? qui, εἰς τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἑκάστῳ ὁ Θεός, φησίν, ἀπένειμε γυναῖκα, καὶ ὅρους τέθεικε, τὴν πρὸς μίαν μίξιν. ὥστε ἡ πρὸς ἑτέραν μίξις, παράβασίς τις καὶ πλεονεξία ἐστίν. Deinde, ἐν τῷ πράγματι, τουτέστιν, ἐν τῇ μίξει· ἐνταῦθα γὰρ περὶ μοιχείας λέγει· ἄνω δὲ περὶ πάσης πορνείας. pene eadem ad verbum, vt jam dixi, quæ Chryſoſtomus, qui de adulterio hic agi concludit. Mens igitur, *Ne quis limites à Deo poſitos tranſgrediatur*, ſiue, *fidem fallat*, aut, *quod fratris eſt,*
Cap. V. *ſibi vindicet*. quæ injuria, πλεονεξία recte dicitur. Capitis quinti initio
℣. 1. dicitur, Περὶ δὲ τῶν χρόνων καὶ τῶν καιρῶν, ἀδελφοί, οὐ χρείαν ἔχετε ὑμῖν γράφεσθαι. Definitum autem tempus, καιρὸν hic dici, cum de illo inprimis agatur, in quo omnem ſpem defixam pii habent, mirum non eſt. de quo die, vel tempore, hic agi, manifeſte ſequentia teſtantur. Interpres vetus, *de tem-*

poribus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

poribus autem & momentis. Pro quo recentior, *Porro de temporibus & opportunitatibus*. quo non opus erat. quaſi enim non ſit aliud καιρὸς & καίριον: aut qui tempus certum prædicit ac definit, de opportunitate ejus agat. Sed & manifeſta numeri enallage, & quidem efficax, videtur. Proprium enim curioſulis quibuſdam eſt, ſollicite χρόνους καὶ καιροὺς ſcrutari. temporis nouiſſimi præſertim ac talis: cujus indicium vt non ſemel Dominus, ita hic declinat Apoſtolus. Et inter cætera ſequitur, ὅτι ἡ ἡμέρα Κυρίου ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ, οὕτως ἔρχεται. Neque dubium, quin ridiculi ſint illi, de quibus hic recentior interpres: qui venturum nocte Chriſtum ex hoc loco probabant. ac ſi diceret, ὅτι ἡ ἡμέρα ἔρχεται ἐν νυκτί. Sed & id ipſum quam ſit ineptum, vel vno Matthæi conuincitur loco. qui cap. 24. ỷſ. 42. Ἐκεῖνο δὲ γινώσκετε, ὅτι εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχεται. non enim dixit ὁ Κύριος, ſed ὁ κλέπτης, & quidem, ἐν φυλακῇ ἔρχεται. niſi quis δευτέραν φυλακὴν, καὶ φυλακὴν τρίτην, Lucæ 12. 38. noctis eſſe partes, & quidem è re militari deſumptas, neget, aut aliud egiſſe Cenſorinum cap. 10. De die natali velit, cum dixit, *Alii diem quadripartito, ſed & noctem ſimiliter, diuidebant. id ſimilitudo teſtatur militaris, vbi dicitur, Vigilia prima, item ſecunda, & tertia, & quarta.*

CAP. III.

Locus de Antichriſto, καὶ νῦν τὸ κατέχον οἴδατε. *de diſtinctione ejus, & mente. myſterium iniquitatis, Neronis tempore* ἐνεργούμενον. τὸ κατέχον οἴδατε, *& quid* τὸ κατέχειν. ἐνεργεῖσθαι, *& quomodo hic vſurpetur.* μόνον ὁ κατέχων ἄρτι ἕως ἐκ μέσου γένηται, *& an recte ſic diſtinguatur.* ἐνεργεῖται, κατασκευάζεται. ὁ κατέχων *quis. Antichriſtus,* ω, *idem quod Nero Sabinorum lingua. Nero, quare Antichriſtus, ſecundum B. Hieronymum, Sulpicium Seuerum, alioſque, & vnde ea opinio.* ἡ ἀποστασία, ὁ ἀποστάτης, *Proſpero, qui refugam vertit. Locus,* εἰ δέ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡμῶν *&c.* τοῦτον σημειοῦσθε. σημειοῦν. ἐν σημείῳ εἶναι. καὶ ἐγενήθησαν ἐν σημείῳ. *Signa, exempla. Codicum in lectione loci diſcrepantia.* τοῦτον σημειοῦσθε, *è lectione Aſceticorum autoris.* τοῦτον σημειοῦσθε, τοῦτον πρὸς ἡμᾶς γράφετε. σημειοῦν, *ſignare,* γράφειν, *quam in rem B. Hieronymi adducitur locus. Chryſoſtomi lectio, & quomodo, ac quo ſenſu, admitti ea poſſit.*

INter illuſtres ac maximi momenti locos ille eſt, quo altera ad Theſſalonicenſes Epiſtola, de aduentu Antichriſti agit Apoſtolus, Καὶ νῦν τὸ κατέχον οἴδατε, εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ. Quo magis forte optandum erat, de diſtinctione vera, ſine qua recte intelligi non poteſt, & interpretatione, magis ſollicitos fuiſſe eruditos. Cum totus ita conceptus fuiſſe videatur: Ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πᾶν τὸ λεγόμενον Θεὸν, ἢ σέβασμα· ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, ὡς Θεὸν, καθίσαι, ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ Θεός (οὐ μνημονεύετε, ὅτι ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς ταῦτα ἔλεγον ὑμῖν; καὶ νῦν τὸ κατέχον οἴδατε) εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ· τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας· μόνον, ὁ κατέχων ἄρτι ἕως ἐκ μέσου γένηται. Vt hoc dicat, *Sceleſtus ille in domo Dei, pro Deo, imo ſupra omne quod hoc nomine intelligitur aut dicitur, ſe gerit. adeo quidem vt in templo Dei locum vindicaturus ſit ſibi, vbi tanquam Deum ſeſe venditabit. (an non meminiſtis, quid de eo coram vobis dixerim? neque ignoratis, quid ſit, quod me nunc aperte vetat loqui) vt ſuo reueletur tempore. Inchoatum enim tantum eſt myſterium iniquitatis: donec ille qui nunc obſtat quo minus aperte loquar, è medio tollatur. Tunc enim autor ille impuritatis omnis injuſtitiæque reuelabitur.* Τὸ μόνον certe tunc ἐνεργούμενον, ſiue, id quod inchoatum Neronis tantum tempore erat (quo ſenſu id Apoſtolus accepit) impleturus erat Antichriſtus. Neronem autem cur offendere timuerit, non eam tantum fuiſſe ſuſpicor cauſam, quam Chryſoſtomus, atque ex eo Theophylactus, adferunt: vt doceat, non temere irritandos eſſe τοὺς κρατοῦντας, nec periculum,

II. AD THESS.

CAP. II. *alterius ad Theſſalon. Epiſtolæ* ỷſ. 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

II. Ad quod ſane haud exiguum ex eo imminebat Apoſtolo, incurrendum eſſe,
Thess. ſed inprimis, quod addictos ſibi quoſdam, quos jam Chriſto lucrifecerat,
in aula haberet. De quibus ad Philippenſes 4. 22. Ἀσπάζονται ὑμᾶς πάντες οἱ
ἅγιοι, μάλιστα δὲ οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας. quibus periculum haud leue ſic con-
ciliaſſet. Iam vero, quis duriſſimum neget, vt, vel Romanum imperium,
vel Nero, κατέχειν, hoc eſt, remorari Antichriſtum dicatur? Et ſi remoretur,
cur jam inchoari regnum ejus ait? cum contra vſitatum ſit, vt id quod obſtat
quo minus quæ coram diximus aut dicere optamus perſpicue in literis ex-
℣ſ. 7. pimamus, τὸ κατέχον dicatur. Sed & cum ſequitur, τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖ-
ται, non recte vetus, *operatur*. qui, *Nam myſterium jam operatur iniquitatis.*
Vt nec, meo animo, recentior, qui, *peragitur*, reddidit. Quomodo enim
peragitur, ſi, vt ipſi volunt, differtur? Heſychius, Ἐνεργεῖται, κατασκευάζεται,
præparatur, adornatur, inſtruitur. Quæ mens Apoſtoli: quod ſequentia do-
cent. Sed & cum additur, μόνον ὁ κατέχων ἄρτι, ἕως ἐκ μέσου γένηται, mirificam
ellipſin, vt ſe expedirent, eruditi excogitarunt. quam ita ſupplent, *tantum*
qui nunc obſtat, obſtabit vſque dum è medio fuerit ſublatus. Diſtinctionem non
rectam, vt arbitror, ſecuti. quam tamen antiquiſſimam eſſe, vel ex Tertulliani
interpretatione patet. Quanto autem rectius, τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς
ἀνομίας μόνον, ὁ κατέχων ἄρτι ἕως ἐκ μέσου γένηται· καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται? Qui-
bus vocum trajectionibus nihil Apoſtolo vſitatius. Quis autem ὁ κατέχων? Si
Chryſoſtomo credimus, Nero. qui ad imperium Romanum omnia hæc re-
fert: tum & Antichriſti typum eſſe ſtatuit Neronem. Et certe Antichriſtus
w *robuſtus*, ſiue Deus מערים dicitur. quod lingua Sabinorum *Nero*. Vide quæ de
ea voce Tranquillus & alii notarunt. In mente autem, credo, viris illis ſanctis
fuit, quod progenies Cæſarum, in Nerone, ab eodem Tranquillo & aliis,
deſiiſſe dicatur: quemadmodum idem notat, nullo eos neceſſitatis gradu,
Galbam contigiſſe. Sed & inter cauſas, cur de Nerone ita judicarent, forte
fuerit, quod primum hoc Principe Iudæis arma illata eſſe volunt. B. Hie-
ronymus ad Danielis IX. *Et volunt à paſſione Domini, vſque ad Neronis impe-*
rium, annos eſſe triginta quinque, quando contra Iudæos Romana primum arma
commota ſunt. Cum eodem capite notet, *Poſtea vero, ab octauo Claudii Cæ-*
ſaris anno, contra Iudæos Romana arma correpta. Quanquam quis, qui inpri-
mis Tacitum atque ejuſdem æui ſcriptores legit, ignorare poteſt, quam
crudeliter Chriſtianos Nero perſecutus ſit? Qui, vt loquitur Sulpicius Se-
uerus, ob immania flagitia *dignus extitit, qui perſecutionem in Chriſtianos in-*
ciperet, ſiquidem opinione receptum ſit, ipſum Antichriſtum venturum. Ne illud
℣ſ. 3. quidem prætermittendum exiſtimo, quod cum ante dicitur, Μήτις ὑμᾶς ἐξα-
πατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον· ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, Proſper, ac ſi ſcri-
ptum eſſet ὁ ἀποστάτης, *refugam* vertit. *Cum venerit*, inquit, *refuga primum, &*
reuelatus fuerit homo peccati, filius perditus. quem in Dimidio temporis vide.
Cap. Non procul à tertii capitis fine dicitur, Εἰ δέ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡμῶν διὰ τῆς
III. ἐπιστολῆς, τοῦτον σημειοῦσθε. quam diſtinctionem conſtantiſſime tuentur, qui re-
℣ſ. 14. center hæc interpretati ſunt, eruditi: vt illud διὰ τῆς ἐπιστολῆς, ad τῷ λόγῳ re-
feratur, & epiſtolicus intelligatur ſermo: τὸ σημειοῦν vero, de excommu-
nicatione dicatur. Ego autem τὸ σημειοῦν aliquando hic exiſtimabam dici,
quomodo ἐν σημείῳ εἶναι, Helleniſtis. τοῦτον σημειοῦσθε, hoc eſt, οὗτος ὑμῖν εἰς ση-
μεῖον εἴη. Vt in illo, *dum conſumpſit ignis ducentos quinquaginta viros, qui fue-*
runt in ſignum. καὶ ἐγενήθησαν ἐν σημείῳ. quod eſt, לנס, *in exemplum, quod caueatur*.
Signa enim, ſunt exempla. Neque aliter quidam illud B. Hieronymi Epiſtola
ad Lætam De inſtitut. filiæ, accipiunt: *Caueat omnia Apocrypha. Et ſi quando*
ea, non ad dogmatum veritatem, ſed ad ſignorum reuerentiam legere voluerit,
ſciat non illorum eſſe quorum titulis prænotantur. Cæterum licet emenda-
tiſſimi codices, Εἰ δέ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡμῶν διὰ τῆς ἐπιστολῆς, τοῦτον σημειοῦσθε,
habeant;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

habeant. Plane ſatis ac perſpicue : quanquam melius forte , qui τοῦτο ha- II. Ad
bebant. Quos ſecutus eſt Aſceticorum autor, qui, Καὶ πάλιν ἐπέρωθι , περὶ τῶν Theſs.
μηδὲν ἐργαζομένων ἀλλὰ περιεργαζομένων, ἔλεγε, τοῦτο σημειοῦσθε, καὶ μὴ συναναμίγνυσθε αὐτοῖς. *Rurſuſque alibi, de iis qui nihil agunt , ſed aliud ſemper agunt, dixit, hoc notate, neque interea cum talibus verſamini.* Optime : niſi ſi memoriæ hoc dedit. tantum abeſt , vt cum recentioribus ad excommunicationis notam hoc referam. Quanquam nec omnino refragari auſim, ſi quis illud , τοῦτο σημειοῦσθε, τοῦτο πρὸς ἡμᾶς γράφετε, *hoc ad nos ſcribite* , interpretetur. vt mens ſit, *Si quis ſermoni noſtro non paret, hoc ipſum ad nos ſcribite: hoc ipſum epiſtola nobis ſignificate.* Neque aliter Eccleſiaſtici ſcriptores Latini ea voce vtuntur. B. Hieronymus Apol. 1. aduerſus Rufinum , *Superfluum erat per ſingula Apoſtoli teſtimonia, eorum nomina ponere , quorum me opuſculum tranſlaturum in Præfatione ſignaueram.* Sin autem τοῦτον legas,idem quod poëta dixerit, *Fingere qui non viſa poteſt , commiſſa tacere Qui nequit, hic niger eſt. hunc tu Romane caueto.*quemadmodum & hic καὶ μὴ συναναμίγνυσθε, habes. Quo ſenſu cum Chryſoſtomo ὑμῶν legam. Εἰ δέ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ ὑμῶν. Sed & cum ſequitur , Ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου, ὅ ἐστι σημεῖον ἐν τῇ ἐπιστολῇ, ita τὸ σημεῖον recte accipi poteſt, vt cum Iuriſconſulti, *ſignum, quo quid fidei cauſa obſignatur,* eſſe dicunt. Vt σημεῖον hic loco σφραγῖδος, ſeu ſigilli, ſit: ejuſdemque loco, aut ejuſdem efficaciæ , manu ejus ſcripta illa ſalutatio. Heſychius, Σημεῖον, πέρας, ἢ σφραγίς. Gloſſarium vetus, Σημείοις, σφραγῖσι. Item, *Signa*, Ζώδια, καὶ σημεῖα, καὶ σφραγῖδες. Vt in illo , *Et ſigno læſo non inſanire lagenæ.* quo & ſignabantur quæ à furto & rapina ſibi vindicabat dominus. Adde quod σημεῖον hoc , legitimum eſſe Apoſtoli ſcriptum, non νοθεῦον, aut ſpurium eſſe, ſic probaret. Cujus rei cauſa & nomen præfigebatur: quod ipſum quoque σφραγῖδα Theognis dixit. qui, Κύρνε σοφιζομένῳ μὲν ἐμοὶ σφρηγὶς ἐπικείσθω Τοῖσδ' ἔπεσιν· λήσει δ' οὔποτε κλεπτομένη. Deinde quod ſignum illud, ſiue σφραγὶς, ſit, oſtendit, cum addit, Ὧδε δὲ πᾶς ἐρεῖ, Θεύγνιδός ἐστιν ἔπη τοῦ Μεγαρέως. nemo, inquit, de autore ſcripti dubitabit, cum nomen ipſum operi inſertum leget. Quod vt cum Herodoto, Thucydide, ac nonnullis è Prophetis , alias Apoſtolus præmittat , hic repetit , & quaſi epiſtolæ ſubjungit, cum ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου, addit. Vbi ἰδιοχειρίαν ſimul ac nomen, tanquam gemina σημεῖα ac σφραγῖδας, habes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Capita Epiſtolæ I. ad Timotheum.

α'. ΠΕρὶ τῆς εἰς ἀγάπην Θεοῦ ὁδηγίας, τὴν ἀπροσδεῆ νομικῆς ἀνάγκης.

β'. Περὶ τῆς ἑαυτοῦ ἐκλογῆς εἰς εὐαγγελιστὴν ἐκ διώκτου, κατὰ χάριν Θεοῦ.

γ'. Παραγγελία περὶ πίστεως καὶ εὐσυνειδήτου διακονίας, ἧς ἄνευ κίνδυνος.

δ'. Περὶ εὐχῆς, ὅτι ὑπὲρ πάντων πανταχοῦ ἀκάκως, ἀταράχως, σεμνῶς.

ε'. Περὶ διδασκάλων, ὅτι ἄνδρας χρὴ καὶ οὐ γυναῖκας εἶναι, διὰ τὴν φύσιν καὶ τὸ πάθος τὸ ἐξ ἀπάτης, ὃ λύει γέννησις ἡ τοῦ Χριστοῦ, καὶ πίστις αὐτῶν καὶ βίος.

ϛ'. Περὶ τῆς ἀρετῆς ἐπισκόπων. ἐν ᾧ, περὶ διακονιῶν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν.

ζ'. Περὶ θείας σαρκώσεως. ἐν ᾧ, περὶ τῶν ἐσομένων αἱρέσεων δαιμονικῶν.

η'. Περὶ ἀγῶνος εὐσεβείας ἐπ' ἐλπίδι.

θ'. Περὶ ἐπιμελείας αὐτοῦ καὶ τῆς ἐκκλησίας.

ι'. Περὶ τοῦ ἁρμοζόντως ἑκάστῳ προσφέρεσθαι.

ια'. Περὶ χηρῶν ἡλικίας, καὶ τρόπου, καὶ διοικήσεως αὐτῶν.

ιβ'. Περὶ πρεσβυτέρων τιμῆς.

ιγ'. Περὶ χειροτονίας ἀσφαλοῦς.

ιδ'. Ὅτι οὐδὲν ἔργον λανθάνει.

ιε'. Περὶ δούλων ὑπακοῆς.

ιϛ'. Κατὰ φιλοκερδῶν καὶ ψευδοδιδασκάλων.

ιζ'. Παραγγελία φοβερὰ περὶ καθαρᾶς ὑπακοῆς ἄχρι τέλους.

ιη'. Πλουσίων ὁδηγία ἐπὶ τὴν ὄντως ζωήν.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

DANIELIS HEINSII

EXERCITATIONES SACRÆ AD I. EPISTOLAM PAVLI AD TIMOTHEVM.

SIVE

LIBER DECIMVSQVARTVS.

CAPVT I.

Locus, Πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος. πιστὸς ὁ λόγος, *& quomodo dicatur. humanus ſermo.* ἀνθρώπινος λόγος, *&* ἀνθρώπινον λέγειν, *quomodo vſurpata Apoſtolo.* ἐπ' ἀληθείας λέγω. *Locus,* ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων. τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις. *pro quo,* μυστήριον *legendum, aliis videri.* μαρτύριον *de paſſione.* μαρτύριον *&* μαρτυρία, *voces Helleniſticæ, de doctrina.* μαρτυρία θεόπνευστος, *ſcriptura Sacra.* Φυλάσσειν τὰ μαρτύρια. ὁ λόγος τοῦ σταυροῦ. *Illuſtris locus,* καὶ Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη *&c. ejuſque interpretatio. Adam non deceptus, quomodo dicatur. diuerſæ diuerſorum de eo loco ſententiæ, ejuſque interpretationes.* οὐκ ἠπατήθη πρότερος. *Hebraiſmus* οὐκ ἠπατήθη, *ſed & quomodo vſurpatum.* ὁ οἶκος οὐκ ἐθεμελιώθη. ὁ λαὸς οὐ συνήχθη. *Syri interpretatio.* לא. *pro quo* ש לא *Targumiſtis nonnunquam vſurpatum.* ἐν παραβάσει γέγονε, *& an locus recte redditus.*

PRiore ad Timotheum Epiſtola, quam ad Timotheum, legitimum, vt ipſe vocat, in fide filium, Apoſtolus ſcripſit, inter alios locus ille occurrit, Πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον, ἁμαρτωλοὺς σῶσαι &c. Vbi Πιστὸς ὁ λόγος, Hebraiſmus Apoſtolo vſitatus: vt, quoties magni aliquid momenti adfert cui fidem aſtruendam putet, hac formula vtatur. Fere vt τῷ ἀμὴν ἀμὴν, Dominus. ac ſi dicas, *certa res eſt*: ita enim illi, quod ignorat nemo, ſuo דבר vtuntur. pro quo, *humanus ſermo*, Ambroſius & Auguſtinus. Qui magnus vere Doctor, tanquam de recepta interpretatione ac certa, quædam ſecurus θεολογεῖ, quæ quomodo huc faciant, cogitandum. *Quare humanus,* inquit, *non diuinus? Proculdubio, niſi iſte humanus ſermo etiam diuinus eſſet, dignus omni acceptione non eſſet. Sed ſic ſermo iſte humanus & diuinus, quomodo eſt ipſe Chriſtus & homo & Deus. Si ergo recte intelligimus, ſermonem iſtum non ſolum humanum eſſe verum etiam diuinum, quare Apoſtolus humanum maluit dicere quam diuinum? Proculdubio enim, qui non mentiretur, ſi diceret diuinum, non ſine cauſa maluit dicere humanum. Hoc ergo elegit, per quod Chriſtus in mundum venit. Venit enim per quod homo erat: per quod Deus erat, ſemper hic erat.* Quæ vt vera ſint, an, vt dixi, huc faciant, videndum erat. Adde quod ἀνθρώπινος λόγος, aut ἀνθρώπινον λέγειν, longe aliud Apoſtolo: qui eo vtitur, cum humano more de Deo aut diuinis loquitur. vt in illo, ἀνθρώπινον λέγω, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν. Quid ergo Πιστὸς ὁ λόγος, ad τὸν ἀνθρώπινον λόγον? *Deum enim veracem, omnem autem hominem mendacem eſſe*, recte Apoſtolus dixit. Quid ad Chriſtum, qui eſt ipſa veritas? Πιστὸς ergo λόγος, non humanus, verum βέβαιος, vt loqui Helleniſtæ ſolent, καὶ ἀληθής. Et quis formulam ſcriptoribus his vſitatam, ἐπ' ἀληθείας λέγω, ignorat? Capite ſecundo, de loco illo, ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις, vere dici poteſt, quot interpretes, tot ſenten-

CAP.I. vſ.15.

CAP.II. vſ.6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

tias fuiſſe : inter quos ne in ipſa quidem verſione ſatis conuenit: cum alii, *cujus teſtimonium temporibus ſuis confirmatum eſt*, alii, *vt eſſet teſtimonium temporibus ſuis*, alii, (Chriſtus, inquam) *teſtimonium illud ſuis temporibus deſtinatum*. quæ recentioris interpretatio eſt. vt Chriſtus ipſe μαρτύριον dicatur. Quod cum durum eſſe, exiſtimaret ipſe, μυστήριον legendum cenſet. *Mihi tamen*, inquit, *vt dicam quod ſentio, magis placeret* legere τὸ μυστήριον, id eſt, *myſterium illud, ſiue, arcanum: quamuis id in vno tantum vetere codice deprehenderim*. Quod ipſum veteres Græcorum Theologi cum intelligerent, τὸ μαρτύριον, ad τὸ πάθος τὸ σωτήριον, ſiue, *paſſionem ſalutarem*, retulerunt: cum & ἀντίλυτρον præcedat. Ita ergo illi, τουτέστι, διὰ τοῦ μαρτυρίου ἐγένετο ὁ υἱὸς ἀντίλυτρον· ὁ ἑρμηνεύων, τοῦτό φησι νῦν, ὅτι ἀντίλυτρον τὸ μαρτύριον λέγει, τουτέστι, τὸ πάθος. Quaſi martyrium, credo, ipſa paſſio, ac ſic ipſe Dominus martyr dicatur. quia μαρτυρήσων τῇ ἀληθείᾳ venit, inquiunt. Iis igitur ſi credimus, ipſa paſſio μαρτύριον hic erit. B. Chryſoſtomus, *Filium non minus ait teſtimonium dediſſe Patri, quam Patrem Filio*. Sed quo iſta, aut quomodo expediunt hunc nodum? Aliquid igitur & nos dicamus. Μαρτύριον & μαρτυρίαν, voces eſſe Helleniſticas, quæ doctrinam notant, etiam alias diximus. quibus illi Hebræorum עדות, cum de doctrina vſurpatur, expreſſerunt. Neque aliter non raro S S. Patres; μαρτυρίαν θεόπνευστον, ſcripturam Sacram dicunt. Nyſſenus contra Eunomium, ἐπειδὴ γὰρ κριτήριον ἀσφαλὲς τῆς ἀληθείας ἐπὶ παντὸς δόγματος ἡ θεόπνευστός ἐστι μαρτυρία. exemplo Moſis, vt & Dauidis, cæterorumque, apud quos ab Helleniſtis, φυλάσσειν τὰ μαρτύρια, dicuntur pii. Quomodo & ipſe 1 ad Cor. 1. 6. noſter, Καθὼς τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ ἐβεβαιώθη ἐν ὑμῖν. Vbi τὸ μαρτύριον Χριστοῦ, non, τὸ μαρτύριον Χριστὸς dixit. Quid ſi τὸ μαρτύριον igitur, ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, *doctrina, euangelium?* Quid autem καιροῖς ἰδίοις? Μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις, doctrina ſuo tempore, vel deſtinato, reuelata dicitur. Et ſequitur, εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ καὶ ἀπόστολος. Notum & illud, ἡ μαρτυρία Θεοῦ πιστή. Sed quid moramur, cum diſerte, ipſe ſe Apoſtolus, Epiſtola ad Titum cap. 1. ℣ſ. 3. interpretatus ſit? vbi λόγον, vt hic μαρτύριον, dixit. Ἐπ᾽ ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου, ἣν ἐπηγγείλατο ὁ ἀψευδὴς Θεὸς πρὸ χρόνων αἰωνίων ἐφανέρωσε δὲ καιροῖς ἰδίοις. Deinde nouo, vt nunc diſtinguitur, verſu, τὸν λόγον αὐτοῦ, ἐν κηρύγματι, ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ, κατ᾽ ἐπιταγὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ. Quemadmodum neque hoc ipſo loco, πεφανερωμένον, male vel ſubſtituetur, vel intelligetur. vt ſit, τὸ μαρτύριον, τὸ πεφανερωμένον καιροῖς ἰδίοις. Iam vero vſitatum Apoſtolo, vt doctrinam Euangelii, *doctrinam crucis* dicat, ſiue, *teſtimonium*. Et hic λόγος ille τοῦ σταυροῦ, de quo 1 ad Corinth. c. 1. ℣ſ. 18. idem. Vbi, Ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ, τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστὶ· τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν, δύναμις Θεοῦ ἐστι. & ibidem, ℣ſ. 23. Ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν. ibid. c. 2. ℣ſ. 2. cum nullam ſe ſcientiam profeſſum inter eos ait, εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον: *præter Ieſum Chriſtum, eumque crucifixum*. è quo patet, cur ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων hic dixerit. Quid ſi igitur hoc illud μαρτύριον, illa doctrina, de qua hic agit? doctrina crucis nempe. quæ doctrina ſuo tempore reuelata, quemadmodum ipſe Chriſtus ſuo tempore ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων factus eſt, & ipſe Apoſtolus Roman. 5. Χριστὸν κατὰ καιρὸν ἀποθανεῖν, dixit. Eodem capite illuſtris
℣ſ. 14. ille extat locus, Καὶ Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη, ἡ δὲ γυνὴ ἀπατηθεῖσα, ἐν παραβάσει γέγονε. Vbi fieri non poteſt, quin ſollicite eruditi cogitarint, quomodo non deceptus fuiſſe Adam dicatur. Quem nodum interpres ac commentator vt ſoluat, *Seductus*, inquit, *certe fuit, ſed ipſius mulieris opera, quæ hac in parte fuit Satanæ organon*. quaſi qui à muliere Satanæ organo decipiatur, non deceptus fuerit, aut non grauiſſime, quod pœna & hæreditas peccati teſtatur, is deceptus fuerit in quo humanum genus peccauit. Alii alia. Græci hoc velle Apoſtolum exiſtimant, ſi deceptio Adami cum deceptione conferatur mulieris, ne deceptum quidem fuiſſe, quod ex ipſius, vt arbitrantur,

Adami

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Adami verbis probant: qui ne deceptum quidem ſe, ſed accepiſſe à mulie- I. Ad
re, ac ſic comediſſe, ait. Eua autem, ὁ ὄφις ἠπάτησέ με, καὶ ἔφαγον, inquit. E quo Timot.
inferunt, ὡς οὐδὲ ἐσφάλη, τῆς βοηθοῦ ἀκούσας: non erraſſe, quod auxiliatricem ſuam audiuerit. quaſi non & ſic Diabolum audiuerit: aut quaſi non audire Deum potius quam fœminam debuerit. Nec probare magis poſſum, quod Chryſoſtomus & alii adferunt: deceptum non fuiſſe Adamum, cum ipſe à fœmina, conſorte & libera, illa vero ab animali, ſeruo & dominationi ſubjecto, fuerit decepta: vt nec quod Theophylactus, qui mulierem à cupiditate, virum à muliere ſeductum ait. quaſi ex eo ſequatur, ὅτι οὐκ ἠπατήθη, *deceptum non fuiſſe*. Mirum ergo quam ſe hic antiqui torſerint. Inter quos nonnulli, qui deceptum non fuiſſe Adamum aut ſeductum dicerent, ὅτι ἀγνοῶν ἔφαγεν, ἀγνοῶν δηλαδὴ ὅθεν ἤνεγκε, *ignarum ediſſe*, ſcilicet, *quod vnde id adferret mulier, neſciret*. quod non ſine cauſa ad ipſum Geneſeos locum Procopius, qui in alia ſententia, refutat. Vbi, inter alia, ἡ γυνὴ τὸν ἄνδρα οὐκ ἀπατᾷ, ἀλλὰ πείθει· καὶ μάρτυς ὁ Παῦλος, Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη. Πῶς οὖν κατεκρίθη; ἐπειδήπερ ἔπεισεν αὐτὸν ἐκείνη φαγεῖν, ἵνα μὴ μόνη διατραπῇ. *Mulier non decipit virum, ſed perſuadet. Teſtis Paulus, cum dixit, Adam ſeductus non fuit. Quomodo igitur condemnatus fuit? quia vt comederet illa perſuaſit, ne ſola deflecteret.* quaſi qui malum perſuadet, non decipiat, aut qui perſuadendo decipit, non fallat. Eua, inquit, non decepit eum, ſed perſuaſit. Ac deinde paulo poſt de altera ſententia: Τινὲς γάρ φασιν, ὡς ἀγνοῶν ἔφαγεν, ἀγνοῶν ὅθεν ἤνεγκεν. Ἀλλ᾽ ἐλέγχει Θεὸς, οὐχ ἁπλῶς λέγων, ἐπειδὴ ἔλαβες, ἀλλ᾽ ὅτι ἤκουσας τῆς φωνῆς τῆς γυναικός σου. *Quidam enim dicunt, ignarum ediſſe, quod ignoraret vnde adferret. Quod refutat Deus, qui non ſimpliciter, quia accepiſti, ſed quia vocem vxoris tuæ audiuiſti, dixit.* Sed pergamus. eruenda enim veritas. Syrus לא טעא dixit, *non errauit*. de quo poſtea. Interim nec illi ſatisfaciunt, qui πρῶτος aut πρότερος, intelligunt, ac ſi οὐκ ἠπατήθη πρῶτος, non *prior deceptus eſt*, dicat, aut hoc velit. Credo quod, ἐπλάσθη πρῶτος, præceſſit. ſed & nihil cauſæ quare eam vocem hic diſſimularet. Abſoluemus eruditos. Hebræi difficulter ac raro τὸ οὐδέπω exprimunt. pro quo nonnunquam ſuo לא vtuntur. quod per οὐκ indefinitumque modum, Helleniſtæ exprimunt. Exemplo ſit Eſdræ illud 3.6. והיכל יהוה לא יסד, *& templum Iehouæ nondum erat fundatum*. καὶ ὁ οἶκος τοῦ Κυρίου οὐκ ἐθεμελιώθη, *nondum*. Ita 2 Paral. 30.3. *Et populus necdum congregatus erat in Hieruſalem*. ὁ λαὸς οὐ συνήχθη ἐν Ἱερουσαλήμ. Ita quod Aggæus c. 1. v. 2. *Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ*, Helleniſtæ, οὐχ ἥκει ὁ καιρὸς τοῦ οἰκοδομῆσαι οἶκον Κυρίου. In Hebræo eſt, לא. *non venit*, hoc eſt, οὔπω ἥκει. Ergo, Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη, *Adam non deceptus erat*, hoc eſt, *nondum. & jam fœmina decepta ac tranſgreſſa*, ad verbum, *in tranſgreſſione* erat. Græci, καὶ Ἀδὰμ οὐδέπω ἠπατήθη, ἡ δὲ γυνὴ ἤδη ἠπατήθη καὶ παρέβη, dicerent. Eodem modo Syrus לא hoc loco, pro quo paſſim עד לא Targumiſtæ, Hebræi טרם & בטרם, Græci οὔπω dicunt. Syrus igitur ואדם לא טעא. *& Adam non errauit*. quod quomodo dicatur, cogitandum erat, & jam diximus. vt ſic dicat, fœminam prius deceptam, virum decepiſſe. Ac ne illud quidem ſcio, cur illud ἐν παραβάσει γέγονε, *cauſa tranſgreſſionis fuit*, conuerterint interpretes. Qui paraphraſes ejuſmodi in libris ſacris cum periculo conjunctas arbitror, ſi à verbis præſertim recedant. Neque hoc, ſed, poſterius deceptum fuiſſe Adamum, dicit.

Cap.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad Timot.

Cap. II.

Locus, Σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας, *&c. matrimonium, & quomodo id exprimant Græci.* γάμος. οἱ ἐξ αὐτοῦ γάμου παῖδες. *ſumere in virum Hebræis. ducere, nubere.* ζευχθέντες. διὰ τῆς τεκνογονίας. *etiam B. Hieronymum,* ἐὰν μείνωσι, *legiſſe.* γονεῖς. μετὰ σωφροσύνης. *modeſtia. caſtitas. Epiphanii interpretatio, & ab eo* ἀγάπῃ *prætermitti. pro* ἐν σωφροσύνῃ, ἐν δικαιοσύνῃ, *ab eodem citari. Veterum in adducendis locis Sacri contextus, quos adducunt, licentia.*

Cap. II. Vſ. 15. EOdem in loco alia atque alia notanda veniunt. Quale eſt de fœmina quod ſequitur, Σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει, καὶ ἀγάπῃ, καὶ ἁγιασμῷ, μετὰ σωφροσύνης. vbi, an non aliquantum receſſerint à ſenſu interpretes, videndum erat. inprimis enim mirum, quid eruditis perſuaſerit, vt ita locum conuerterent, ac ſi μείνῃ legeretur: quaſi ad ſolam mulierem referantur quæ ſequuntur. Quam libertatem vt omittam majorem videri quam vt in Sacris admittenda ſit, alium manifeſte ſenſum inducere videtur. Non habent Græci, quod niſi expertus vix credat, vocem qua matrimonium exprimatur. Itaque illius loco, τοῦ γάμου vtuntur. vt & Iuriſconſulti Græci cum τοὺς ἐξ αὐτοῦ γάμου παῖδας, *ex eodem matrimonio conceptos,* vocant. qui &, cum matrimonium definiunt, definitum ejus, egeſtate vocis, γάμον faciunt. Quod & Latini imitantur, cum, eum eſſe patrem dicunt, quem nuptiæ demonſtrant. hoc eſt matrimonium: atque ita alias non ſemel. Quemadmodum & Hebræi circuitione vtuntur, cum, *ſumere in vxorem, ſumere in virum,* quod Latini *ducere* ac *nubere,* dixerunt. quæ ipſæ quoque voces, ex more ac ritu, initio matrimonii ibi vſitato, potius deſumptæ, quam vt exprimendæ vel definiendæ rei, de qua agimus nunc, adhiberi poſſint. Et tamen, *ex vxore quam duxit, è viro cui nupſit,* dicimus, cum matrimonium ſignificamus. Suum quoque זוג, *ziuug,* de eodem à Græcorum voce, quæ latiſſime inprimis patet ac diffunditur, Magiſtri fecerunt. qua & Syri ac Arabes non multum immutata vtuntur. Vt ſi Latine *jugatos,* Græce ζευχθέντας, dicas. vnde & *conjugium,* & *vincla jugalia,* poëtis. Apoſtolus igitur, cum nihil aliud quam matrimonium innuere hic vellet, τεκνογονίαν à fine dixit. qui fœminam, ipſo matrimonio, ſiue malis, per matrimonium, ſi ſit ſanctum, ſcilicet, ac quale oportet, conſeruatum iri ait. hoc eſt, ſi in fide vera, vero amore, ſanctificatione, ac caſtitate, cum viro permaneat. Idem ergo dixit, quod alibi, ὅτι ἡ γυνὴ ἐν τῷ ἀνδρὶ ἡγίασται, *fœminam in viro ſanctificatam eſſe.* niſi quod & ſimul de liberis ibi, de calamitate ſexus hic agit. Τεκνογονία ergo, *matrimonium.* neque quicquam mutandum. Ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει, καὶ ἀγάπῃ, καὶ ἁγιασμῷ, μετὰ σωφροσύνης, *ſi manſerint, ſi permanſerint,* vterque, ſcilicet. Nihil verius. quemadmodum & τεκνογονία, vt de matrimonio, vtrunque reſpicit. Etiam B. Hieronymum μείνωσι legiſſe, vel iſta obſeruatio docet, *Sicut ſupra de plurali numero mulierum ad ſingularem, dicens, mulier iſta ſilentio diſcat, ita & hic redit ad pluralem.* Adde quod τεκνογονία, viri propria, cum fœmina, quia de vtroque agitur, ita communicatur. quemadmodum & γονεῖς, parentes dicuntur. Quis autem dubitare poteſt, quin σωφροσύνη

Ibid. eſſentialis matrimonii ſit virtus, cum μετὰ σωφροσύνης, additur? Et quæ eſt virtus illa? quæ jus non excedit matrimonii, nimirum. quam generali voce *caſtitatem* Latini, σωφροσύνην Græci dicunt. Pro qua, *modeſtia,* recentiori placuit interpreti. qui, *ſi manſerit in fide ac charitate, & ſanctificatione, cum modeſtia.* Cum caſtitate ipſa matrimonium ſanctificetur, tum autem quæ hic ponit, non in marito tantum, ſed & in vxore, habeant locum. Epiphanium autem quis non miretur, qui, cum de ſalute Adami aduerſus Tatianos diſputat, ita locum hunc accipit, ac ſi de Eua, non de fœmina, accipiendus eſſet? φάσκει γὰρ περὶ Εὔας ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος, ὅτι σωθήσεται διὰ τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει

καὶ δι-

καὶ δικαιοσύνη. *De Eua enim Apoſtolus ait, fore, vt liberorum generatione ſeruetur,* I. Ad Timot. *ſi in fide maneat juſtitiaque.* Qui & ἀγάπην prætermiſit: cujus quare hic mentionem fecerit Apoſtolus, neſcire nemo poteſt. quemadmodum, pro σωφροσύνη, δικαιοσύνην ſuppoſuit. Vt non raro licentiam admirer (de quo plura ſuo loco) quam in adducendis locis Sacris, eruditi illi viri ſibi indulſerunt.

Cap. III.

Locus, Πιστὸς ὁ λόγος, εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ. ἔργον, *opus.* ἔργον καλὸν, *bona vita Ambroſio.* μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην. μὴ πλήκτην, *non percuſſorem; & qui conſcientias non percutit, B. Hieronymo, & an* ἄμαχος *talis. Locus,* Δεῖ δὲ αὐτὸν καὶ μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν. οἱ ἔξωθεν, *qui. ii qui foris ſunt.* οἰκοδομάσθαι. *Locus nobiliſſimus ac multum vexatus,* ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας. *Chryſoſtomi interpretatio.* τῆς ἀληθείας, *eamque vocem quomodo veterum acceperint nonnulli.* ἀλήθεια, *ſiue veritas, Legi oppoſita & vmbræ. in* στύλῳ νεφέλης *& arca, præſentiam ſuam teſtatum olim Dominum.* στύλος, *Helleniſtis quid.* ἐν στύλῳ ἐκκλησίας, *veritas.* ὅτι ἡ ἐκκλησία Θεὸν ἔνοικον ἔχει. ἑδραίωμα. στύλοι, *prophetæ, apoſtoli, doctores.* στύλος, *quod in re vnaquaque primum. columna auroræ.* ἄγγελοι, *Eccleſiæ doctores, &, an non, cum* ὤφθη ἀγγέλοις *dicitur, ita ſit accipiendum.* ὤφθη τοῖς κήρυξιν, ὑφ᾽ ὧν καὶ ἐκηρύχθη ἐν τοῖς ἔθνεσι. *pro* ὤφθη τοῖς ἀγγέλοις, *in quibuſdam codicibus,* τοῖς ἀνθρώποις, *extitiſſe.*

TErtio ejuſdem Epiſtolæ capite legitur, Πιστὸς ὁ λόγος, εἴ τις ἐπισκοπῆς Cap. III. ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ. Vbi τὸ ἔργον, *opus*, reddiderunt interpretes. B. Chryſoſtomus προστασίας γὰρ ἔργον ἐστί. Et, vt fuſius interpretetur, ℣ſ. 1. addit, Εἴ τις ταύτην ἔχει τὴν ἐπιθυμίαν, ὥστε μήτε τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς αὐθεντίας ἐφίεσθαι μόνον, ἀλλὰ τῆς προστασίας, οὐκ ἐγκαλῶ· καλοῦ γὰρ ἔργου ἐπιθυμεῖ, φησίν. ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς ἐπεθύμησε τοῦ πράγματος, ἀλλ᾽ οὐ τῆς ἐξουσίας. *Si quis hoc autem ita petit, vt non imperium & autoritatem appetat ſolum, ſed & vt præſit, non intercedo: opus enim pulchrum deſiderat. Siquidem & Moſes ipſum, licet non poteſtatem deſiderauit.* B. Hieronymus, *Nec dicit, Si quis epiſcopatum deſiderat, bonum deſiderat gradum: ſed, bonum opus deſiderat. quod in majori ordine conſtitutus, poſſit, ſi velit, occaſionem exercendarum habere virtutum.* Mirifice Ambroſius, *quia bonam*, inquit, *vitam appetit.* Neque dicam, quid de his videatur nobis, hoc dicam, eandem adhuc difficultatem ſupereſſe, cur ἐπισκοπὴν ἔργον dixerit; non aliter locutus, quam ſi, εἴ τις ἐπισκοπεῖν, ἤγουν τοῦ ἐπισκοπεῖν ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ, dixiſſet. Sequitur, μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην. Vbi conſultum non arbitror, vt B. Hieronymum audiamus, ℣ſ. 3. qui aduerſus Iouinianum interpretatur, *Non percuſſorem, id eſt, qui conſcientias non percutiat ſingulorum. Neque enim pugilem deſcribit ſermo Apoſtolicus, ſed Pontificem inſtituit quid facere non debeat.* Certe lethargicus ille Horatianus, de quo ille, *Vt lethargicus hic, dum fit pugil & medicum vrget*, vt pugil erat, quia medicum cædebat, ita πλήκτης recte dici poterat. A quo vix abit Epiſcopus, qui πλήκτης dicitur, & μάχιμος eſt: vt quauis de cauſa litibus ac pugnis intricetur. Heſychius, Πλήκτης, μάχιμος, ὑβριστής. quo cum optime conuenit Apoſtolo, qui, ἐπιεικῆ & ἄμαχον, opponit. vt autem ἄμαχος ſit, *qui conſcientiam non percutit*, aut vt de tali agat Apoſtolus, quis credat? Eodem capite cum dicitur, Δεῖ δὲ αὐτὸν καὶ μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ℣ſ. 7. ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, non ignoro, ita locum etiam veteribus accipi, quaſi, οἱ ἑτεροφρονοῦντες, *qui aliter ſentirent*, quales tum pagani ſimileſque, intelligantur. Itaque in Epiſcopo requiri, vt & iis qui extra Eccleſiam, eamque ſummo odio proſequebantur, ſe probaret. à quibus abeundum potius ac recedendum Scriptura monet: cum qua difficultate & Chryſoſtomus luctatur. Quis autem dicat, ideo dandam Epiſcopo operam vt ſe infidelibus probet, *ne in laqueum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad Timot. *incidat Diabolis?* Sequitur autem, ἵνα μὴ εἰς ὀνειδισμὸν ἐμπέσῃ καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου. Quid ſi igitur, præter pietatem, morales quoque in Epiſcopo requirat virtutes? qualis caſtitas, cæteræque quæ morali Lege præcipiuntur. Quemadmodum ad Philippenſes 3. ℣ſ. 6. ipſe Apoſtolus, κατὰ τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ, ἄμεμπτον ſe fuiſſe ait. vt ἀπὸ τῶν ἔξωθεν commendetur, qui non ab eccleſiaſticis modo, ſed & moralibus ac legalibus commendatur virtutibus: qui καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἔξω φαινομένης καταστάσεως, vt vigeſimus quintus Concilii in Trullo Canon loquitur, extra reprehenſionem eſt. Interpres vetus, *ab iis qui foris ſunt.* qui, *Oportet autem illum & teſtimonium habere bonum ab iis qui foris ſunt.* Vt, *qui foris* ad verbum, ſint οἱ θύραθεν, quomodo & pagani dicuntur. Eraſmus & recentior *extraneos* dixerunt: eo, niſi fallor, ſenſu, quo jam ante

℣ſ. 8. diximus. Eodem capite cum dicitur, Διακόνους ὡσαύτως σεμνούς, μὴ διλόγους, μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας, eos intellexit, quos eleganter οἰνοδωάστας Iſidorus Peluſiota lib. Epiſt. 1. dixit. τί σοῦ οἰνοδωάστας ἐρεθίζεις; Ad nobiliſſimum qui hoc

℣ſ. 15. capite legitur locum, & qui omnium fere hactenus ingenia exercuit, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, operæprecium videre eſt, quid notauerit Chryſoſtomus. qui, Ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας· οὐχ ὡς ἐκεῖνος ὁ Ἰουδαϊκός. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ συνέχον τὴν πίστιν καὶ τὸ κήρυγμα. ἡ γὰρ ἀλήθειά ἐστι τῆς ἐκκλησίας στῦλος καὶ ἑδραίωμα. *Quæ eſt eccleſia Dei viui, columna & ſtabilimentum veritatis: non vt Iudaica illa. Hæc eſt enim quæ fidem continet & prædicationem. columna quippe Eccleſiæ & ſtabilimentum veritas.* vt pote in *qua nunc ſola veritas*, inquit B. Hieronymus, *ſtat firmata, quæ ante in Lege erat poſita: vel naturæ, quæ ſola ſuſtinet ædificium.* Qui magnus vir, vt & ſuperior, ita *veritatem* accepit, quemadmodum cum Legi opponitur & vmbræ. vt in illo, *Lex per Moſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum.* Porro, vt hoc intelligatur, certum eſt, Dominum, priuſquam in Iudaico habitaret templo, duo, quibus præſentiam ſuam teſtaretur, habuiſſe quaſi domicilia. Στῦλον νεφέλης, nempe, & arcam. De priori non vno loco Scriptura. vt cum dicitur, ὁ δὲ Θεὸς ἡγεῖτο αὐτῶν, ἡμέρας μὲν ἐν στύλῳ νεφέλης, &c. τὴν δὲ νύκτα ἐν στύλῳ πυρός. Eſt autem στῦλος, עמד, ſtatio, vel locus, in quo ſtatur ac ſedetur. Ac ne quis dubitet, id ſane in quo ſtat Rex aut ſedet, in libris Paralip. vt in & libris Regum non ſemel, στῦλος Helleniſtis dicitur. vt ecce, καὶ ἔστη ὁ βασιλεὺς Ἰωσίας ἐπὶ τὸν στῦλον αὐτοῦ. 2 Paralip. 34. 31. Quemadmodum ergo Deus, olim in nube, vt & in arca, præſentem ſe exhibuiſſe, ita, ἐν στύλῳ ἐκκλησίας, veritas eſſe nunc recte dicitur. quæ nunc habet στῦλον, ex eorum, de quibus dixi, ſententia, non nubem, non arcam, non Iudaicum, vt loquuntur illi, templum, ſed Eccleſiam: quemadmodum neque ſemper idem, neque eodem ſemper modo accipitur τὸ στῦλος, neque fundamentum ſemper, ſed &, quod illi imponitur, deſignat. vt in illo, Στῦλοι χρύσεοι ἐπὶ βάσεσιν ἀργυραῖς, καὶ πόδες ὡραῖοι ἐπὶ στέρνοις εὐσταθέσι. Sed nec στῦλος νεφέλης, *fundamentum nebulæ*: vt cum à ſcriptore Hellenista, *ſedes ſapientiæ*, στῦλος νεφέλης, dicitur. Quo ſenſu Patres antiqui, hujus loci ſcholiaſtæ, notant, ὅτι ἡ ἐκκλησία Θεὸν ἔνοικον ἔχει, *Deum inhabitantem, habere Eccleſiam.* Procopius ad Exodum, Deum ait, Ἡμέρας μὲν ἐν στύλῳ νεφέλης δεῖξαι αὐτοῖς τὴν ὁδὸν, τὴν δὲ νύκτα ἐν στύλῳ πυρός. δι' ἀμφοτέρων δὲ ἐσκιαγραφεῖτο Χριστός. στῦλος γὰρ καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας ἐστιν. *Deum, interdiu quidem, in columna nubis viam monſtraſſe illis, noctu vero, in columna ignis. Vtroque autem adumbrari Chriſtum. qui columna veritatis ac firma ſedes*, vt ſic exponam. Sed & Nyſſenus contra Apollinarem, eundem ἐν στύλῳ νεφέλης, qui nunc in Eccleſia, fuiſſe oſtendit. Quanquam forte nec ἑδραίωμα longe, vt hic ſumitur, à στύλῳ abit: niſi quod alterum plerunq;, vt videtur, ſtantis, alterum ſedentis poſitum ac ſitum notet. ſed &, quid ſit Medicis ἑδραῖος ὕπνος, è Galeno notum, qui cum alii βαθὺν, ſeu profundum, interpretentur, τοῖς καθημένοις, ſedentibus, cum tribuit. Deus igitur vt olim ἐν στύλῳ νεφέλης, ita nunc in Eccleſia. & quemad-

modum olim præſentiæ ſuæ elegit nubem, ita nunc, depulſa omni nube, Ec-
cleſiam, quæ eſt στύλος ἀληθείας, locus veritati deſtinatus, &, vt recte B. Hie-
ronymus, *in quo ſtat firmata ejus veritas.* quanquam Baſilius in Catena Græca
nondum edita, vt & Euſebius, etiam Procopius non vno loco ac Nyſſenus,
Apoſtolos, eoſque qui in ea eminent, ſic dici velint. Baſilius, Εἰσὶ καὶ στύλοι τῆς Ἱε-
ρουσαλὴμ οἱ Ἀπόστολοι, κατὰ τὸ εἰρημένον, στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἐκκλησίας. qui Apoſtolos
ex hoc loco, στύλους eſſe eccleſiæ καὶ ἑδραίωμα, probat. Procopius ad 27. Exo-
di, Οὐκ ἄλογον δὲ τοὺς Ἀποστόλους, διὰ τῶν στύλων σημαίνεσθαι. qui idem dixit. Item, τοὺς
δὲ τοὺς Ἀποστόλους, καὶ προφήτας, καὶ διδασκάλους δηλοῦσθαι νοήσωμεν· οὐ γὰρ μόνον Πέτρος
καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης στύλοι τῆς ἐκκλησίας εἰσί. non Apoſtolos tantum, quales
Petrus, cæterique, ſed prophetas quoque ita dici ac doctores. In quibus ta-
men locis, non tam hunc, quam illum, qui ad Galatas cap. 2. ℣ſ. 9. reſpe-
xiſſe dicas, Καὶ γνόντες τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι, Ἰάκωβος, καὶ Κηφᾶς, καὶ Ἰωάννης,
οἱ δοκοῦντες στύλοι εἶναι: vtrumque enim aut confundunt nonnunquam aut con-
jungunt locum. quia עמוד, nempe, ſiue στύλος, id interdum, quod in re quâ-
que primum eſt: vt cum principium diei, עמוד השחר, *columnam auroræ*, Thal-
mudiſtæ dicunt. Interim, ad νεφέλης στύλον, ſi cum antiquis reſpexiſſe credi-
mus Apoſtolum, manifeſtius id erit, ſi diſtinguamus, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία, Θεοῦ
ζῶντος στύλος, καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας. Vbi enim Deus, ibi veritas, vbi veritas
Dei, ibi veritatis ἑδραίωμα in Deo, & verbo Dei. ſed & ita illa repetitio tol-
letur, ἐν οἴκῳ Θεοῦ, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος. Neque ignoro, quoſdam, &
ingenioſe quidem, vt quibuſdam videtur, ita eundem diſtinxiſſe locum, ἥτις
ἐστὶν ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος. Στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, καὶ ὁμολογουμένως μέγα
ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί. Quod ſi voluiſſet Apoſtolus,
potius, μέγα ἐστὶ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, dixiſſet. cum diſtinctionem jam receptam
ipſe confirmet articulus ac tueatur: quod qui Græce ſciunt, negare non poſ-
ſunt. vt ſic quod antecedit, de eccleſia, quod ſequitur de eo quod docetur
in Eccleſia dicatur: cui fideles tum doctores præſunt tum adminiſtri: quos
ἀγγέλους nonnunquam dici, ſupra monuimus. Nec negare auſim, ita acci-
piendum, cum dicitur, Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ὤφθη ἀγ-
γέλοις, ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ. non enim mirum eſt, Dominum
ab Angelis conſpectum: cum alterum ad magnum illud Noui Fœderis ſpe-
ctet myſterium, quod Eccleſiæ paſtoribus videndum ſe exhibuerit, quod eo-
rum fideli opera gentibus innotuerit, quod toto in orbe prædicatus ſit: quæ
ita inter ſe cohærent, vt ſeparari vix poſſint. quomodo & Iohannes, Domini
præcurſor מלאך dicitur Prophetæ: qui, Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου, ὅστις ἑτοι-
μάσει ὁδὸν πρὸ προσώπου μου. Prophetæ, dico, qui & ipſe nomine Angelico Mala-
chias dictus. vt ita, ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος, ad Heb. 2. ℣ſ. 2. vt hic, κηρυχθεὶς ἐν
ἔθνεσιν, ab iis, qui ad nunciandum vbique lætum illud nuncium magnumque
pietatis myſterium, miſſi fuerunt, accipiatur. Qui ſunt ergo illi, ſiue ἄγγελοι,
ſiue nuncii, quibus Dei filius conſpiciendum ſe dedit? Illi præ cæteris, de qui-
bus alter Iohannes dixit, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ
Πατρός. *vidimuſque gloriam ejus, gloriam, vt vnigeniti à Patre.* De quibus idem
initio primæ Epiſtolæ magnifice, *Quod erat à principio, quod audiuimus, quod
vidimus oculis noſtris quod ſpectauimus,* (ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασά-
μεθα) *& manus noſtræ contrectarunt, de ſermone vitæ. Et vita patefacta eſt,* καὶ ἡ
ζωὴ ἐφανερώθη. Plane vt hic, Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί. Adde & quæ ſequuntur, ὃ
ἑωράκαμεν καὶ ἀκηκόαμεν, ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν. *Quod vidimus, & audiuimus, annun-
ciamus vobis.* vbi τὸ ἀπαγγέλλειν habes. Vt intelligamus, quid Apoſtolus velit,
cum ait, ὅτι ὤφθη τοῖς ἀγγέλοις, à quibus ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσι, *gentibus annunciatus eſt.*
quod malim, quam vt ad beatos Spiritus hoc referatur. Neque Filius ſane
Dei, vt ab Angelis conſpiceretur, ſed vt à ſuis, huc venit: qui nec Angelis
hoc dedit, vt eorum aſſumeret naturam, ſed Abrahæ, ejuſque ſemini, vt

I. Ad Timot. autor ad Hebræos loquitur. Quæ & ſimilia cùm antiqui quoque viderent, in eo ſitum nonnulli volunt myſterium, quod Angeli nobiſcum, aut, apud nos, quod ante non viderant, vidiſſent: quo & apparitiones Angelorum referunt, qui Domino nonnunquam ſe exhibuerunt. de quibus eruditi cogitent. Mihi interim, qui, non legatos modo, Hebræorum more, ſed miniſtros quoque ἀγγέλους Helleniſtis dici memineram (vt cum Eſaiæ 37. 24. עברים, *miniſtri*, ἄγγελοι dicuntur) ſimpliciſſimum hoc videbatur. ac ſi dicat, ὤφθη τοῖς κήρυξιν, ὑφ' ὧν καὶ ἐκηρύχθη ἐν τοῖς ἔθνεσι, *viſus eſt verbi præconibus, à quibus & prædicatus eſt gentibus*. Adde quod, pro ἀγγέλοις, in quibuſdam codicibus ἀνθρώποις legi, annotarunt eruditi.

Cap. IV.

Locus, Τὸ δὲ πνεῦμα ῥητῶς λέγει, ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, προσέχοντες *&c.* ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν, *ejuſque* ἀκολουθία. ἀσύνδετον. διδασκαλίαι δαιμονίων. *&* δαιμονίων *quid intelligendum nomine. Mens loci.* κεκαυτηριασμένοι, *quorum conſcientia cauterio refecta. Vrere & ſecare. cauteriare. cauterio notare.* τὸ κεκαυτηριασμένοι, *ad ſeruos referendum hic videri.* κεκαυτηριασμένη συνείδησις, *vitiata Sedulio, vel maculata.* στίγματα ψυχῆς. *Locus*, κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων. *pro quo,* ἀντέχεσθαι βρωμάτων, *Peluſiotam legiſſe. de loco quid ſtatuendum. Apud elegantiores autores, alteri nonnunquam è nominibus tantum, reſpondere verbum. judicium & pœnas exercere. cibos & hortamina geſtare. Locus,* Πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος. ἀποδοχή. ἀποδέχεσθαι. τεκνοτροφεῖν. καταστρηνιᾶν τοῦ Χριστοῦ. στρῆνος. τὴν πρώτην πίστιν ἀθετεῖν, *&* τὸ πίστις *ibi quomodo accipiendum.* ἐπαγγελία. συνθήκη. πίστις *Helleniſtis quomodo nonnunquam accipiatur, idque eleganti loco probatum.* παραιτεῖσθαι, *& an recuſare. Locus,* Ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ μανθάνουσι περιερχόμεναι τὰς οἰκίας. μανθάνουσι περιερχόμεναι. *Loci vera lectio ac diſtinctio.* Περιφερόμεναι *fœminæ, & quales.* Καὶ μὴ βαρείσθω ἡ Ἐκκλησία. ἀργὸς. βεβαρημένος. *Vbi non eſt farina, non eſt Lex: ubi non eſt Lex, non eſt farina. Locus,* Μηκέτι ὑδροπότει *&c. Loci ordo, & quæ parentheſi includenda. Locus,* Τινῶν ἀνθρώπων αἱ ἁμαρτίαι πρόδηλοί εἰσι, *cumque quomodo Græcorum Canones interpretentur.* προάγουσαι εἰς κρίσιν. *Loci interpretatio. quæ, & Sedulii ſententia, confirmata. Locus,* Ὡσαύτως καὶ τὰ καλὰ ἔργα πρόδηλά ἐστιν, *&c. quomodo cum ſuperioribus cohæreat.* ὡσαύτως ἔχειν. πρόδηλα *quæ.* πρόδηλα, ὅτι κρυβῆναι οὐ δύναται. *explicatur mens Apoſtoli.*

Cap. IV. ¶. 1. 2. Capitis quarti initio cum legitur, Τὸ δὲ πνεῦμα ῥητῶς λέγει, ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις, καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων, ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν: non erat, quod torquerent ſeſe aut de conſtructione ſolliciti eſſent eruditi, multo minus vt τὸ δαιμονίων de hominibus acciperent ſceleſtis: cum manifeſtum ſit ἀσύνδετον, cujuſmodi in vſu Helleniſtis paſſim eſſe, alibi jam diximus. vt dicat, προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις, καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων, καὶ ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, τήν τε ἰδίαν κεκαυτηριασμένων συνείδησιν. Neque aliter τὸ, ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, accipiendum. prædixiſſe enim vult Spiritum, *fore, vt extremis temporibus quidam deſciſcerent à fide, qui deceptoribus doctrinisque diabolicis attenderent, qui hypocritice falſa loquerentur, quibus inuſta cauterio eſſet conſcientia.* Pro quo idem interpres, *quorum conſcientia cauterio refecta eſt.* Quod in ſeruis locum minime habet, quibus cauterio notari atque inuri tergum ſolet. quid autem tergo, præter ſtigmata, inuritur? Medici vero, ſiue ſanguinem ſic ſiſtunt, ſiue carioſis oſſibus vlceribuſque medentur, ſecant quidem, ſed & vrunt: imo, ſecant potius, priuſquam vrunt: nec cautere ſecant, cum ſic vrunt. Notum illud Latini poëtæ, *ſed immedicabile vulnus*

Enſe

Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur. Seneca, *Hoc erit non molli via mederi, ſed vrere & ſecare.* vt aliud ſit vrere, aliud ſecare. I. Ad Timot. Καυτηριάζειν igitur, *cauteriare*, interpres vetus, *cauterio notare*, Eraſmus dixit. quod de ſtigmaticis hic ſeruis, aut qui ſtigmate in pœnam notantur, melius accipiam. Quomodo Sedulius κεκαυτηριασμένην συνείδησιν, *vitiatam, vel maculatam*, interpretatur: vt ad ſeruorum ſtigmata, aut ſceleſtorum, referatur. quemadmodum ςίγματα ψυχῆς, de tali anima, Patres vſurpant. Eunomius Panoplia, ſiue in Excerptis ejus nondum editis, quod ſciam: Τίς ἀμφιβάλλει περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὡς οὐκ ἀσυγκρίτως πλέον ἀποκαθαίρει τὰ ςίγματα, καὶ τὰς κηλῖδας, καὶ τοὺς μολυσμοὺς τῆς ψυχῆς; *Quis de Sancto dubitat Spiritu, quin omnino magis ſtigmata, maculas, ſordeſque purget animæ?* vbi ad maculas pollutioneſque animæ τὸ ςίγμα refertur. Capite eodem cum dicitur, Κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν μετὰ εὐχαριςίας τοῖς πιςοῖς καὶ ἐπεγνωκόσι τὴν ἀλήθειαν, propriam criſin exercuit Peluſiota, qui, ἀντέχεσθαι βρωμάτων, ſcribi poſſe exiſtimauit. ita enim lib. IV. Epiſtola 112. Ἐχρῆν γὰρ εἰπεῖν, κωλυόντων γαμεῖν, καὶ κελευόντων ἀπέχεσθαι βρωμάτων. deinde, ὅρα δὲ, μήποτε περὶ ἓν ςοιχεῖον ἢ μίαν κεραίαν γέγονε τὸ σφάλμα· κωλυόντων γαμεῖν, ἀντέχεσθαι βρωμάτων. *Videndum*, inquit, *an non è mutatione leui, aliud ſubrepſerit: vt ſcribendum eo modo ſit, quo dixi.* Vſitatum porro, non Græcis tantum ſed Latinis quoque autoribus, vt alteri tantum è nominibus reſpondeat verbum. quale eſt, *judicium & pœnas exercere*: cum judicium *exerceatur*, pœnæ *ſumantur*; Tacito inprimis vſitatum. Quale eſt, quod fœminæ libello De Germanorum Moribus, *cibos & hortamina pugnantibus geſtaſſe dicuntur*: cum *cibi geſtentur, hortamina adhibeantur*. Qui, *ad matres*, inquit, *ad conjuges vulnera ferunt. nec illæ numerare aut exſugere plagas pauent: ciboſque & hortamina pugnantibus geſtant*. ita hic κωλυόντων γαμεῖν, ſiue γάμον, καὶ ἀπέχεσθαι βρωμάτων: cum τὸ κωλυόντων, alteri reſpondeat tantum. videantur tamen, quæ de Hebræa voce, quam & τὸ κωλύειν exprimit, interpres notauit. Eodem capite dicitur, Πιςὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, *Fidelis*, inquit, *ſermo, & omni acceptione dignus*. ẏſ. 9. vt ad Hebræorum קבל, *cabal*, ſiue τὸ ἀποδέχεσθαι, alludat. quod & recte alibi ad Deuteronomium, ni fallor, Fagio notatum. In viduarum, quæ vere tales ſunt, commendatione, ſequenti capite cum legitur, εἰ ἐτεκνοτρόφησε, εἰ ἐξενοδόχησεν, videndum, an, vt aliud τεκνοτροφεῖν quam τεκνογονεῖν eſt, ita & ad alios hic referendum ſit. Cap. V. Τέκνα enim, ẏſ. 10. omnes filii Eccleſiæ, ſunt illi, quæ pro matre ſe gerit. quemadmodum & blandiendi vox paſſim Græcis, τέκνον: vt cum, τέκνον φίλε, vſitato ὑποκορισμῷ Poëta dixit. Et ſequitur, εἰ ἐξενοδόχησε. quo diuinum illud Gregorii Theologi de Gorgonia ſorore, in commendatione ejus, ſpectat, ὀφθαλμὸς ἦν τυφλῶν, ποὺς δὲ χωλῶν, μήτηρ δὲ ὀρφανῶν, *Oculum cæcorum, pedem claudorum, matrem fuiſſe pupillorum*. quales, non tam educare, quam nutrire, dicuntur. Vetus interpres, *ſi filios educauit*: recentior, *ſi liberos educauit*. quod aliud jam eſſet. Certe junioribus τεκνογονίαν, vt & nuptias, commendat Apoſtolus: cum τεκνοτροφεῖν eas vult, quæ Eccleſiæ aut curæ ejus admouentur. in qua τεκνοτροφίαν propriorum, ſeu præcedat ſeu ſequatur, liberorum, neceſſariam non puto. Eodem capite & illud legitur, Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ· ὅταν γὰρ καταςρηνιάσωσι τοῦ Χριςοῦ, γαμεῖν θέλουσι. ẏſ. 11. Vbi, non ſimpliciter juniores rejici viduas, ſed ad munus, de quo agit, non admitti, ne, vbi ad pauperum ſe applicuerunt curam, laſciuiant, eruditi notant. vt ſic, poſtquam Chriſti, ſuique muneris, jam eas pœnitet, aut in eo negligenter ſe gerere cœperunt, ideoque de nuptiis cogitant, καταςρηνιᾶν τοῦ Χριςοῦ, καθυβρίζειν τὸν Χριςὸν, *injuria afficere eum cui ſeſe conſecrarunt*, dicantur. Quanquam & qui negligenter aduerſus aliquem ſe gerunt, ejuſque memoriam deponunt, καταςρηνιάζουσι quodammodo. ςρῆνος enim שאנן: quod vt de inſolentia, ita de ſecuritate vſurpatur. Vt cum Helleniſtæ, Διὰ τὸ ὀργισθῆναί σε ἐπ᾽ ἐμὲ, καὶ τὸ ςρῆνός σου ἀνέβη ἐν τοῖς ὠσί μου. vbi Chaldæus, *Eo quod*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad Timot. *irritaſti verbum meum* מיכרי, & *tumultus tuus aſcendit ante me.* Quem locum
habuiſſe in animo Apoſtolum dicas. Chriſtus enim, vt loquitur Chryſoſto-
mus, is eſt, ᾧ ὠνομάσθησαν, *cui ſeſe conſecrarunt, cui fidem dederunt.* quemadmo-
dum ἐπαγγελίαν ipſam, ſiue votum, quo obſtricti ſunt, idem Chryſoſtomus
συνθήκην. *pactum*, Apoſtolus, πίστιν dixit: ſequitur enim, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέ-
τησαν. quod παρέβησαν τὰς συνθήκας interpretatur. Quanuis autem conſtet, quæ
hic πρώτη πίστις, Helleniſtis, ipſum quoq; munus, πίστιν dici ſcimus. Illuſtris hanc
in rem locus 1 Paral. 9. 31. vbi Mathathias Leuites, ἐν τῇ πίστει ἐπὶ τὰ ἔργα τῆς θυσίας
τοῦ τηγάνου τῶν τηγανιστῶν, *præfectus eorum quæ ſartagine fiebant*, fuiſſe dicitur. ita vt
πίστις, אמונה, *officium*, aut, *præfectura*, ibi ſit. quomodo, ἀθετεῖν τὴν πρώτην πίστιν, qui
munus ſuum mutat, diceretur. quo nihil Hebraiſmum, magiſque Helleniſtas
ſapit. Viduas igitur, quales deſcripſit ante, καταλέγεσθαι, tales autem παραιτεῖσθαι,
quod eſt, *rejici, non admitti*, vult Apoſtolus. Ergo, Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ, *Iunio-
res autem viduas rejice.* non autem *recuſa*, cum interprete: qui, *Iuniores autem
viduas recuſa.* quaſi de matrimonio oblato agatur: cum hoc ſenſu aliter Lati-
℣ſ.13. ni loquantur. Eodem capite locus ille occurrit, Ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ μανθάνουσι περιερ-
χόμεναι τὰς οἰκίας, οὐ μόνον δὲ ἀργαὶ, ἀλλὰ καὶ φλύαροι καὶ περίεργοι, λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα.
Ego autem, vt ſæpe idem de me dicam, eos demum optime de Sacris mereri
literis exiſtimo, qui receptam lectionem, quantum poteſt fieri, tuentur:
quam religionem nobis vt aſcribant, niſi fallimur, neceſſe eſt qui noſtra
hactenus legerunt. Cæterum cum Patres antiqui, neque vno loco (quod non
ſemel monuimus) ætate ſua, non Latinum modo, ſed & Græcum alibi con-
textum, vitioſe à ſcribis deſcriptum querantur, neque raro (quod Peluſiotæ
paulo ante exemplo, etiamſi neceſſarium non ſit, fieri ab iis probauimus)
vnius aut alterius emendatione literæ, expedire ſe conentur, quod vſitatum
etiam Chryſoſtomo ac aliis; aut non recte id à ſanctiſſimis tentatum viris,
aut, quæ corrupta tum fuerunt, ab ipſa vetuſtate, quæ omnia corrumpit,
emendata, ac nunc emendate legi, neceſſe eſt vt dicamus. Neſcio autem, an
quis Græcæ peritus, vt oportet, linguæ, vel, μανθάνουσιν ἀργαὶ, pro eo quod
eſt, ἀργαί εἰσι, vel, quod nonnulli credunt, μανθάνουσι περιερχόμεναι, pro μανθά-
νουσι περιέρχεσθαι, dici poſſe credat. quaſi, quemadmodum Græce, τυγχάνει
περιερχόμενος, aut τυγχάνει ἀργὸς ὤν, ita & μανθάνει ἀργὸς, μανθάνει περιερχόμε-
νος, abſolute dicatur: quorum tamen alterum recentiori interpreti, veteri
atque Eraſmo alterum placuit. Quid ſi autem locus non recte, quod in anti-
quis, vt dixi, codicibus nouum non eſt, diſtinctus, atque hinc leuiter corru-
ptus ſit? Neque enim dubitandum videtur, veram lectionem eſſe, Ἅμα δὲ καὶ
ἀργαὶ, μανθάνουσι περιερχόμεναι τὰς οἰκίας, (οὐ μόνον ἀργαὶ, ἀλλὰ καὶ φλύαροι, καὶ περίερ-
γοι) λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα. *Simul & ocioſæ diſcunt, circumuagantes domos ſingulas
(nec ocioſæ tantum ſed & nugaces ac curioſæ) quæ non oportet, loqui.* aut, *effutire*, ſi
mauis. Res ipſa verum eſſe docet quod diximus. hæ ſunt autem quas elegan-
ter περιφερομένας ad Matthæum, antiquus Theologus dixit. Τί γὰρ αἴσχιον
℣ſ.16. γυναικὸς μεθυούσης, ἢ ἁπλῶς περιφερομένης; Eodem capite legitur, Εἴ τις πιστὸς ἢ πιστὴ
ἔχει χήρας, ἐπαρκείτω αὐταῖς καὶ μὴ βαρείσθω ἡ Ἐκκλησία. Vnde ἄρτον βεβαρημένον
comedere eos eleganter Sacri ſcriptores dixerunt, qui aliorum cum incom-
modo in Eccleſia viuerent. Epiphan. Expoſ. Fidei Catholicæ, Καί τινες ἀπε-
πλέξαντες τῷ βίῳ, τέχνας λεπτὰς καὶ ἀπράγμονας ἑαυτοῖς ἐπινοήσαντες, ἵνα μὴ ἀργὸν βίον
διατελῶσι, μηδὲ ἄρτον βεβαρημένον ἐσθίωσι. Quæ vox inter eas quas expreſſit, qui
Epiſtolas Ignatii, atque inter eas, quaſdam non illius, nomine ejus, neque di-
℣ſ.18. gnas eo, dedit. Ibidem legitur, καὶ ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ. Quis enim, vt Iu-
dæi dicunt, Legem aut diſcit aut docet, ſi farina deſit? Vnde illud, אם אין קמח אין
תורה אם אין תורה אין קמח *vbi non eſt farina, non eſt Lex, vbi non eſt Lex, non eſt fa-
℣ſ.23. rina.* Quod eodem legitur capite, Μηκέτι ὑδροπότει, cum ſequentibus, mani-
feſte παρενθήκη diſtinguendum atque includendum eſt, niſi quis verſum inte-
grum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad Timot.

grum vigeſimo ſecundo præmittendum putet, qui cum hoc manifeſte cohæret. Quod cum nonnunquam faciendum eruditiſſimi interpretes judicent, vellem, nuperam diſtinctionem eſſe hanc, cogitaſſent: ideoque, cum non eſſent, ne tranſponi quidem potuiſſe verſus. Ordo autem, de quo dixi, talis: Χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις (σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει, μηκέτι ὑδροπότει, ἀλλ᾽ οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου καὶ τὰς πυκνάς ἀσθενείας). Τινῶν ἀνθρώπων αἱ ἁμαρτίαι πρόδηλοί εἰσι, τισὶ δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσι. Vt vigeſimus ſecundus cum vigeſimo quarto jungatur: quo nihil manifeſtius. Χεῖρας, inquit, ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις. Τινῶν ἀνθρώπων αἱ ἁμαρτίαι πρόδηλοί εἰσι, τισὶ δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσι. Quæ cohærere, quis non videt? quemadmodum nihil magis ſcriptori huic proprium. Cum autem dicitur, Τινῶν ἀνθρώπων αἱ ἁμαρτίαι πρόδηλοί εἰσι, προάγουσαι εἰς κρίσιν, ſatis obiter in ejus loci interpretatione defunctos fuiſſe è veteribus quoſdam, ſcire poſſunt qui Græcorum Canones legerunt: quibus voluiſſe Apoſtolus videtur, Ὅτι ἁμαρτιῶν τινῶν προκαταλαμβανουσῶν καὶ ἕτεραι ἁμαρτίαι ἕπονται ταύταις. hoc eſt, *Præcedere peccata quædam, quædam ſequi*: ſiue, *cohærere inter ſe peccata, &, admiſſo vno, ſequi aliud.* vide ſeptimi Oecumenici Concilii Canonem ſeptimum. Vbi tamen aliter ſenſiſſe Baſilium notat Zonaras. qui & τὸ ἐπακολουθεῖν aliter accepit. Pleriſque autem maxime in iis verbis, προάγουσαι εἰς κρίσιν, hæſiſſe aqua videtur. quod ad judicium diuinum, recentior interpres hic refert: qui, *Quorundam*, inquit, *hominum peccata, ante manifeſta ſunt, præeuntia damnationi: quoſdam vero ſubſequuntur.* quaſi κρίσις, ſit κατάκρισις, hoc loco, & ad Deum referatur: ac non potius, προάγουσαι εἰς κρίσιν, idem ſit, quod προλαμβάνουσαι τὴν κρίσιν, *quæ judicium præcedunt.* Cum τὸ κρίσις ſit judicium illius de quo ante egit. qui imponit, nempe, manum: de quo χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, præceſſit. Vt hoc velit: Alia peccata manifeſta eſſe, quæ impoſitionem manuum præcedunt: de quibus judicare ideo poteſt qui imponit manum: vnde & excuſari, ſi imponat manum, non poteſt. In aliis manuum impoſitionem hæc ſequi: quæ & poſt eam cognoſci. vnde & de iis judicare ideo non poteſt. vt, τὸ τισὶ, quod ſequitur, pro τινῶν, etiam Chryſoſtomo autore, ponatur. Τινῶν ἀνθρώπων, inquit, αἱ ἁμαρτίαι πρόδηλοί εἰσι, τινῶν δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσι. de quo vellem interpres vetus aliique cogitaſſent. Ergo προάγουσαι εἰς κρίσιν, quæ judicium, vt dixi, antecedunt. Erudite Sedulius, ex antiquiore aliquo haud dubio, *præcedentia*, hoc eſt, προάγοντα, *ea, quæ antequam quis gradum Eccleſiaſticum accipiat*; committuntur, eſſe notat. Tum ad illa, *Quorundam autem & ſubſequuntur* (ſic enim optime ille, non, *quoſdam vero ſubſequuntur*) ita notat: *Poſt ordinationem ſciuntur aliorum peccata, quæ cælauerant ante ordinationem.* Neque dubitandum, quin ex Helleniſtarum vſu, προάγουσαι εἰς κρίσιν, dictum ſit. quod nec recentior interpres non vidit, quanquam, *præeuntia damnationi*, non, *quæ judicium præcedunt*, reddere hic maluit. Cujus cætera cum iis quæ jam dixi eruditus lector conferre poteſt. *Quorundam hominum* (inquit Apoſtolus) *peccata ante manifeſta ſunt, quæ judicium* (illius nempe qui impoſuit manum) *præcedunt: quorundam vero ſubſequuntur.* Interpres vetus, προάγουσαι εἰς κρίσιν, *præcedentia ad judicium* dixit, ne τὸ εἰς, videlicet, hic vacet. Quomodo ſi accipiam, ne Bedæ quidem forte interpretationem non admittam. qui, *Hæc præcedunt ad judicium, id eſt, quia ſi fuerit iſta ſubſecutum judicium, non eſt temerarium.* Eodem capite ſequitur, Ὡσαύτως δὲ τὰ καλὰ ἔργα πρόδηλά ἐστι, καὶ τὰ ἄλλως ἔχοντα κρυβῆναι οὐ δύναται. Vbi nondum video, ita cum ſuperioribus jungenda hæc eſſe, vt exiſtimarunt eruditi, qui, *Itidem & bona opera ante manifeſta ſunt.* cum ſit gnomica potius & generalis eorum quæ præmiſit hactenus concluſio. vt ὡσαύτως ἔχειν cum dixit (quomodo & Plato & alii loquuntur) *eodem modo hac in parte ſe habere, hoc commune habere*, honeſta ac contraria dicantur, quod celari non poſſint.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

I. Ad Timot. ſint. *Eodem*, inquit, *modo & bona opera manifeſta ſunt, & quæ aliter ſe habent, tegi non poſſunt*. Neque προδηλα, *quæ ante manifeſta*, ſed, *quæ manifeſta ſunt aut fiunt*: aut ſimpliciter, *quæ omnibus apparent*. vt πρόδηλος κακία Theologo, quæ omnium in oculos incurrit. Et quomodo bona opera ſemper, *ante manifeſta*, cum ad tempus lateant nonnunquam? quemadmodum peccata, quæ optimis quoque ad tempus imponunt: quod ille ipſe, de quo agimus, interpres, Saulis, Iudæ, aliorumque hypocritarum exemplis hic probauit. Et Apoſtolus, ne cui cito imponatur manus, jam monuit. πρόδηλα igitur, vt ipſe Apoſtolus hic loquitur, ὅτι κρυβῆναι οὐ δύνανται: quod aliquando detegantur. Vnde hic locum illum, *Nihil opertum, quod non reueletur*, &c. Carthuſianus attulit.

Cap. V.

Locus, Ὅσοι εἰσὶν ὑπὸ ζυγὸν δοῦλοι. ὑπὸ ζυγὸν εἶναι. *Locus,* ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ καὶ ἡ διδασκαλία βλασφημῆται, *& quos intelligat Apoſtolus.* βλασφημεῖν. βλασφημίας *nomen quomodo poſteriori tempore vſurpatum. Locus,* Τετύφωται, μηδὲν ἐπιστάμενος. χοινοτενὴς *periodus, & quæ ejus loci mens. Auaritia,* ἑτεροδιδασκαλίας *mater, non contra: quo Apoſtoli ſpectare locum. quod & alio ejuſdem loco confirmatur.* φιλαργυρία. πλεονεξία. *auaritia. alia nonnulla.*

Cap. VI. ℣ſ. 1. Capitis ſexti initium eſt, Ὅσοι εἰσὶν ὑπὸ ζυγὸν δοῦλοι τοὺς ἰδίους δεσπότας πάσης τιμῆς ἀξίους ἡγείσθωσαν. Vbi, more Hebræorum, duram, & quæ agitur ſub infidelibus, ſiue ἀλλοφύλοις, ſeruitutem, ζυγὸν dixit. qualis Iſraëlis in Ægypto: de qua Leuitici 26. ℣ſ. 13. dicitur, Ἐγώ εἰμι ὁ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, ὁ ἐξάγων ὑμᾶς ἐξ Αἰγύπτου, καὶ συνέτριψα τὸν δεσμὸν τοῦ ζυγοῦ, καὶ ἤγαγον ὑμᾶς μετὰ παῤῥησίας. Vt primo de eorum munere ac officio nunc agat, qui infidelibus inſeruiunt: quæ ſeruitus moleſtior acerbiorque quam quæ fidei domeſticis ſeruitur. Primo igitur de iſtis, deinde autem (illo, nempe, loco οἱ δὲ πιστοὺς ἔχοντες δεσπότας) de cæteris.

Ibid. Sequitur, Ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ καὶ ἡ διδασκαλία βλασφημῆται. A quibus? ὑπὸ τῶν ἑτεροζύγων, hoc eſt, *ab iis qui aliter ſentiunt*. Itaque μὴ βλασφημῆται, *ne opprobrium aut contumeliam ſubeat*. ne ad verba tantum τὸ βλασφημεῖν referatur, cum ſignificatione τοῦ גדף in piel vſurpetur. Quomodo βλασφημίας quoque nomen poſteriori tempore vſurpatum. vt cum Canone Concilii Carthaginenſis 15. dicitur, Τοῦτο δὲ πᾶσι χριστιανοῖς ἀεὶ κεκήρυκται, ὥστε ὅπου βλασφημίαι εἰσὶ, μὴ προσιέναι. Vbi Zonaras, βλασφημίαι δὲ τὰ ἀσέμνως γινόμενα ἐκάλεσεν, ὡς βλασφημεῖσθαι ποιοῦντα τοὺς πιστοὺς παρὰ τῶν ἀπίστων. *Blaſphemias, ea eſſe ait, quæ aliter quam oportet fiunt, efficiuntque vt ab infidelibus fideles traducantur.*

℣ſ. 4. Eodem capite cum dicitur, Τετύφωται, μηδὲν ἐπιστάμενος, ἀλλὰ νοσῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας, &c. videndum, an non longiſſima, quales, quæ χοινοτενεῖς à Criticis dicuntur, periodus, eruditos hic turbarit, qui τὸ *is* inſeruerunt. qui, *Is turget, nihil ſciens*. Cum ſit potius ἀσύνδετον. vt loci mens ſit hæc ac diſtinctio: Εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται ὑγιαίνουσι λόγοις τοῖς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῇ κατ᾽ εὐσέβειαν διδασκαλίᾳ, καὶ τετύφωται (vel, τετύφωται δὲ) μηδὲν ἐπιστάμενος, ἀλλὰ νοσῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας, ἐξ ὧν γίνεται φθόνος, ἔρις, βλασφημίαι, ὑπόνοιαι πονηραὶ, παραδιατριβαὶ διεφθαρμένων ἀνθρώπων τὸν νοῦν, καὶ ἀπεστερημένων τῆς ἀληθείας, νομιζόντων πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν· ἀφίστασο ἀπὸ τούτων. *ab his omnibus caue*, inquit, *tales vita*. Vt dicat, εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται ὑγιαίνουσι λόγοις, καὶ τελύφωται, μηδὲν ἐπιστάμενος, &c. ἀφίστασο ἀπὸ τούτων. Quod longe melius ad ſenſum, quam quod vulgo. cum nec primario hoc velit, πάντα τὸν ἑτεροδιδασκαλοῦντα, ſiue, *omnes qui aliud quam receptum eſt docent*, νομίζειν πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν, *è pietate lucrum ſectari*, aut, *lucri cauſa colere eam:* verum, *omnes, quales dixit, fugiendos eſſe*. idem, qui non ita multo poſt, auaritiam, cauſam eſſe τοῦ ἀποπλανᾶσθαι ἀπὸ πίστεώς τινας,

quod

quod à fide quidam aberrauerint, diſerte teſtatur. quo & tota ſpectat, I. Ad quæ mox ſequitur, doctrina. inter cætera, & illud, ῥίζα πάντων τῶν κακῶν Timot. ἐστὶν ἡ φιλαργυρία. Vbi non, quod Græci velle videntur Theologi, contentiones, diuerſamque doctrinam, auaritiæ cauſam eſſe, ſed auaritiam ejuſque vult ſtudium, ἑτεροδιδασκαλίαν, hoc eſt, hæreſes, diuerſamque parere doctrinam: quemadmodum hoc ipſum cap. 1. Epiſt. ad Titum expreſſit. vbi, οἵτινες ὅλους οἴκους ἀνατρέπουσι, διδάσκοντες ἃ μὴ δεῖ, αἰσχροῦ κέρδους χάριν. Auguſtinus vero latius hoc loco, quam ad ſtudium pecuniæ, φιλαργυρίαν extendit: cum πλεονεξίαν omnem, intelligi ſic velit. qui, *Dicit autem Apoſtolus, Radix omnium malorum auaritia eſt. Sed in Græco, vnde in noſtram linguam verba tranſlata ſunt, non legitur apud Apoſtolum πλεονεξία, quod in loco Pſalmi hujus, ſed φιλαργυρία: quo verbo amor pecuniæ ſignificatur. Verum Apoſtolus intelligendus eſt iſto nomine genus ſignificaſſe per ſpeciem, id eſt, per amorem pecuniæ, vniuerſalem generalemque auaritiam: quæ vere radix eſt omnium malorum. Nam ipſi primi homines, per ſerpentem decepti & ejecti non fuiſſent, niſi plus quam acceperant habere, & plus quam facti fuerant, eſſe voluiſſent. Hoc quippe ille promiſerat dicens, Eritis ſicut Dii. Ergo iſta πλεονεξία ſubuerſi ſunt. Plus enim volentes habere quam acceperant, & quod acceperant amiſerunt.* Ego autem, vt πλεονεξίαν plus ſimpliciter quam φιλαργυρίαν complecti non dubito, ita velim, quam longe aliud πλεονεξία nonnunquam ſit Apoſtolo, magnus ille Doctor cogitaſſet: de quo non ſemel ſupra diſputauimus. fieri ergo poteſt, vt ambiguitatem vitauerit. Græci autem, ſiue φιλαργυρίαν ſiue φιλοχρηματίαν dicunt, totam proprie auaritiam non exprimunt: niſi eam quoque ab ære, cum P. Nigidio (de quo A. Gellius) ac Iuriſconſultis quibuſdam, dictam arbitremur. quam & πάντων ἀφορμὴν τῶν κακῶν, *omnium occaſionem malorum*, μητέρα item πάντων τῶν κακῶν, *matrem omnium malorum*, fere vt Apoſtolus, Imperator Nouella 8. §. ἔννοια, dixit. qui & ipſe, nec ſine cauſa, vbi de publica pecuniarum vi, & impunitate agit, quantumque aduerſus leges optimaſque conſtitutiones poſſint, oſtendit, φιλαργυρίας voce vſus eſt. quemadmodum περὶ τοῦ ἀργυρολογεῖν, ac ſimilibus, ibidem agit. Qui φιλαργυρίαν ergo dixit, cætera complecti potuit. vt poëta, qui Pecuniam, Reginam dixit: alter item, qui, πλεονεξίας radicem atque fundamentum, eam ſtatuit.

Quandoquidem inter nos ſanctiſſima diuitiarum
Majeſtas. etſi funeſta Pecunia templo
Nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras,
Vt colitur Pax atque Fides, &c.

Quemadmodum, & quicquid vel appetit πλεονεξία vel ambit, *ſeruus*, nempe, *vaſa, ager, pecus, quicquid denique homines in terra habent* (verba Auguſtini ſunt) hoc nomine notantur. eo modo, quo Iuriſconſultis, *non numerata ſolum* (nam & hæc eorum verba ſunt) *pecunia, ſed omnes res tam ſoli quam mobiles, tam corpora quam jura*, hoc eſt, vt Græci, οὐ μόνον τὰ χρήματα, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ κινητὰ καὶ τὰ ἀκίνητα, καὶ τὰ σωματικὰ καὶ τὰ δίκαια, etiam ſpecies, etiam genus, genere ſuo, vt loquuntur ipſi, conſiſtens, contineri hoc nomine dicuntur. Ad quæ objecta, cum tam late pateant, non φιλαργυρίαν minus recte quam πλεονεξίαν referas. niſi quod forte aliter jam ex occaſione, nec ſemel, ea voce vſum ſe meminerat Apoſtolus, vt dixi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Capita Epiſtolæ II. ad Timotheum.

α'. ἜΠαινος τοῦ Τιμοθέου πίστεως, καὶ προτροπὴ ὑπομονῆς, καὶ τὸ πρέπον τῇ χάριτι, ἐν ᾗ καὶ αὐτὸς, φησὶ, διακαρτερεῖ πάσχων.

β'. Περὶ τῆς ἁρμοζούσης μεταδόσεως τῶν θείων δογμάτων.

γ'. Περὶ τοῦ ἀφροντίστου ἐν τῷ νῦν βίῳ πολιτείας ἐπὶ ταῖς ἀπόνοις τροφαῖς.

δ'. Περὶ τῆς ἐν Χριστῷ πίστεως καὶ ὑπομονῆς ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς.

ε'. Περὶ ὀρθῆς διδασκαλίας, καὶ βίου καθαροῦ, εἰρηνικοῦ, καὶ κατὰ τῶν ἐναντίων.

ϛ'. Πρόῤῥησις περὶ κακίας ἀνθρώπων πλεοναζούσης, ἀπατηλῆς ἐλεγχομένης.

ζ'. Προτροπὴ τῆς ἑαυτοῦ μιμήσεως ἐξεναντίας τοῖς φαύλοις ἐν ὑπακοῇ Θεοῦ.

η'. Περὶ τῶν καινοτομησάντων, οἷς ἀντιτάττειν τὸν Τιμόθεον.

θ'. Περὶ τῆς ἑαυτοῦ μελλούσης ἀναλύσεως, ἐπὶ δόξῃ αἰωνίῳ.

Capita Epiſtolæ ad Titum.

α'. ΠΕρὶ διδασκάλων ἐπιτηδείων εἰς διακονίαν, καὶ ἔλεγχοι ἀπειθῶν.

β'. Κατὰ τῶν σαρκικὰς καθάρσεις πρεσβευόντων, καὶ ὑπὲρ πνευματικῆς ἀρετῆς.

γ'. Παραινέσεις, ἃς δεῖ παραινεῖν καθ' ἡλικίαν ἑκάστῳ.

δ'. Περὶ δούλων, ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ τῆς Χριστοῦ χάριτος ἀξίως δουλεύοιεν.

ε'. Περὶ ἀρχόντων ὑποταγῆς πρεπούσης τῇ ἐπιεικείᾳ τοῦ Χριστοῦ.

ϛ'. Παραίνεσις, περὶ τοῦ ἐκκλίνειν τοὺς ἐριστικοὺς ζητητάς.

Capita Epiſtolæ ad Philemonem.

α'. ἜΠαινος Φιλήμονος, καὶ εὐχαριστία ὑπὲρ αὐτοῦ.

β'. Σύστασις Ὀνησίμου φυγάδος οἰκέτου, καὶ παράκλησις ὑπὲρ αὐτοῦ σωθέντος διὰ πίστεως.

DANIE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

DANIELIS HEINSII

EXERCITATIONES SACRÆ IN POSTERIOREM EPISTOLAM PAVLI AD TIMOTHEVM, TITVM, ET PHILEMONEM.

SIVE

LIBER DECIMVSQVINTVS.

CAPVT I.

Locus, Χάριν ἔχω τῷ Θεῷ, *&c.* ὡς ἀδιάλειπτον ἔχω τὴν περὶ σοῦ μνείαν. *Locus*, Μὴ οὖν ἐπαισχυνθῇς τὸ μαρτύριον τοῦ Κυρίου *&c. quomodo diſtinguendus. Iterum de recentiori verſuum ratione, & quam non iis ſe aſtrinxerint antiqui.* κατὰ δύναμιν Θεοῦ. παραθήκη. παρακαταθήκη. παραθήκη *quid nonnunquam Helleniſtis. Locus*, Καὶ ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων. μαρτύριον, *ſiue* μαρτυρία. μάρτυρες *Helleniſtis, qui.* τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων. *Locus*, Τὰς δὲ μωρὰς καὶ ἀπαιδεύτους ζητήσεις παραιτοῦ. ἀπαίδευτοι ζητήσεις, *& quid* ἀπαίδευτος *Helleniſtis.* μήποτε δῷ αὐτοῖς Θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, *quomodo dictum.*

NVnc ad ſecundam, quam ad Timotheum ſcripſit Apoſtolus, veniamus. In qua ab initio non procul illud occurrit, Χάριν ἔχω τῷ Θεῷ, ᾧ λατρεύω ἀπὸ προγόνων ἐν καθαρᾷ συνειδήσει, ὡς ἀδιάλειπτον ἔχω τὴν περὶ σοῦ μνείαν ἐν ταῖς δεήσεσί μου νυκτὸς καὶ ἡμέρας. Vbi quomodo dicatur illud, χάριν ἔχω ὡς ἀδιάλειπτον ἔχω τὴν περὶ σοῦ μνείαν, quærit doctiſſimus Camerarius, qui latere Hebraiſmum ſuſpicatur. Et certe, ne Apoſtolus quidem, hac ipſa quanuis formula plerunque vtatur, ita loqui ſolet. qui ad Philemonem, Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου, πάντοτε μνείαν σου ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου. ad quam mentem, dicendum hic fuiſſet, ἀδιάλειπτον ἔχων τὴν περὶ σοῦ μνείαν ἐν ταῖς δεήσεσί μου. Quanuis autem eos minime probemus, qui, quam in profanis ſcriptoribus arripiunt libenter, etiam in Sacris ſuſpicandi licentiam concedi ſibi volunt; cui interim in tanta Codicum varietate (de qua ipſi quoque toties loquuntur Patres) mirum videatur, pro, συνειδήσει ὡς, συνειδήσεως, ſcriptum initio fuiſſe. Ac ſi, nempe, dicat, ᾧ λατρεύω ἐν καθαρότητι συνειδήσεως, atque ita ſcripſerit Apoſtolus: ἐν καθαρότητι, inquam, συνειδήσεως, ἀδιάλειπτον ἔχων τὴν περὶ σοῦ μνείαν ἐν ταῖς δεήσεσί μου. cum dubitare nemo poſſit, quin pro aliis atque aliis, quibus vſi ſunt, codicibus, longius ſæpe à vulgari lectione tam Græci quam Latini Patres recedant. E quorum ſcriptis, magna lectionum, neque paucis in locis, varietas, colligi ab eruditis poſſet. quod ex parte à nonnemine jam factum ſcimus. Reſtat alias, ne quid mutetur, vt ὡς ἔχω, pro ἔχων, dicatur: vtque eodem ſenſu, quo, εὐχαριστῶ μνείαν ποιούμενος, ibi dixit, hic, χάριν ἔχω, ὡς, (hoc eſt, ὅτι) μνείαν ἔχω, pro, χάριν ἔχω μνείαν ἔχων, dicatur. Eodem capite cum legitur, Μὴ οὖν ἐπαισχυνθῇς τὸ μαρτύριον τοῦ Κυρίου ἡμῶν, μηδὲ ἐμὲ τὸν δέσμιον αὐτοῦ, ἀλλὰ συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ κατὰ δύναμιν Θεοῦ, τοῦ σώσαντος ἡμᾶς καὶ καλέσαντος κλήσει ἁγίᾳ, &c. optime in ipſa loci interpretatione, de eo qui præceſſit, Οὐ γὰρ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς πνεῦμα δειλίας, Græci Theologi nos monent: cui ſtatim ſubjungi ajunt, Μὴ οὖν ἐπαισχυνθῇς τὸ μαρτύριον τοῦ Κυρίου ἡμῶν. vt mens ſit Apoſtoli, Ἀλλὰ συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ κατὰ δύναμιν Θεοῦ, τοῦ σώσαντος ἡμᾶς, καὶ καλέσαντος

CAP. I. ℣ſ. 3. ſecundæ ad Timoth.

℣ſ. 8.

II. Ad Timot. σαντος κλήσει ἁγίᾳ. Qui ipſe Euangelii finis eſt. in quo, ὁ σώσας ἡμᾶς καὶ καλέσας ἁγίᾳ κλήσει, prædicatur Deus. Vnde & vis illa ſeu poteſtas, illa, inquam, δύναμις, τοῦ κακοπαθεῖν διὰ τὸ ὄνομα Θεοῦ, *pro nomine ejus patiendi omnia ac tolerandi*, quam ſuorum animis per Euangelium, imo & pro Euangelio, potenter inſerit Deus. Neque tamen arbitror, non aliquantum, vt plurimis in locis, nuperam illam verſuum diſtinctionem, tenebrarum, offudiſſe ſenſui. cujus cauſa, ſi & ſimul habenda ſit eorum ratio, cum interdum non recte incipiant aut finiantur, noui qui hoc modo hæc diſtinguerent. 7. Οὐ γὰρ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς πνεῦμα δειλίας, ἀλλὰ δυνάμεως, καὶ ἀγάπης, καὶ σωφρονισμοῦ. 8. Μὴ οὖν ἐπαισχυνθῇς τὸ μαρτύριον τοῦ Κυρίου ἡμῶν, μηδὲ ἐμὲ τὸν δέσμιον αὐτοῦ, ἀλλὰ συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ. 9. Κατὰ δύναμιν Θεοῦ, τοῦ σώσαντος ἡμᾶς καὶ καλέσαντος κλήσει ἁγίᾳ. quis autem nuperæ diſtinctioni Græcos Latinoſque veteres aſtrinxiſſe ſe exiſtimat? Ita autem & ſimpliciter nec incommode, illud κατὰ δύναμιν Θεοῦ, fere, vt cum ad Titum c. 1. v. 1. Παῦλος, δοῦλος Θεοῦ, ἀπόστολος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ πίστιν ἐκλεκτῶν Θεοῦ, καὶ ἐπίγνωσιν ἀληθείας, τῆς κατ' εὐσέβειαν dicitur, ſumi poſſe exiſtimabant. vt efficaciam ſic denotet Apoſtolus: ac ſi, *ad declarandam potentiam Dei*, hoc loco, ibi, κατὰ πίστιν, *ad prædicandam fidem, quæ eſt electorum Dei*, dicas. Eodem capite, ℣ſ. 12. Τὴν καλὴν, inquit, παραθήκην φύλαξον διὰ πνεύματος ἁγίου, τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν. vbi παρακαταθήκην alii. Cæterum, quod pluris eſt, παραθήκη Helleniſtis, ejus, cui id ſeruatur aut deponitur, depoſitum, nonnunquam dicitur. vt Macabb. 2. 3. 10. παραθήκας χηρῶν καὶ ὀρφανῶν, quæ ſubleuandis illis, viduis, nimirum, pupilliſque erant repoſita, aut ſeruabantur, habes. Quo ſenſu παραθήκη noſtra, præter ipſa quæ huc ducunt Spiritus ſancti dona, beatitudo illa, quam expectant qui ad finem vſque perſeuerant: qui feliciter curſum illum, de quo ipſe capite hujus Epiſtolæ 4. ℣ſ. 7. agit Apoſtolus, peregerunt. quo & monitum illud, quod Timotheo idem ſuggerit, ἐπιλαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς, referendum.

Cap. II. ℣ſ. 1. 2. Sequitur ſecundum caput, in quo ſtatim illud, Σὺ οὖν, τέκνον μου, ἐνδυναμοῦ ἐν τῇ χάριτι τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Καὶ ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων, ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις, &c. Vbi quis non miretur, cum apud Græcos interpretes hæc verba legit, τουτέστιν, οὐ κρύφα σοι εἶπον, ἀλλὰ μετὰ παρρησίας, πολλῶν παρόντων, *non clam, ſed libere*, aut (vt ex vſu ſcripturæ παρρησίαν interpretamur) *omnino palam*, (ita enim aliquoties vſurpari diximus) *multis præſentibus*. à quibus nec Chryſoſtomus abhorret, nec Theophylactus recedit. Quod nonnullis perſuaſit, vt & ipſi à veteri interprete recederent, qui, vt ſolet, ad verbum τὸ ῥητὸν expreſſit: quibus placet, vt, διὰ πολλῶν μαρτύρων, ſit, *inter multos*, non, *per multos teſtes*, quod antiquus ſeruat. Quomodo autem, ἀκοῦσαι διὰ πολλῶν μαρτύρων dicatur, *qui, inter multos, aut, coram multis, audiuit*, non omnes forte aſſequuntur. quare aliquantulum hic ſubſiſtendum erit. Nihil vſitatius, quod & alias jam dixi, Hebræis, quam vt Dei verbum עדות, μαρτύριον, ſiue, μαρτυρίαν, dicant. quemadmodum Decalogum μαρτύριον, arcam, cui imponebatur, μαρτυρίου κιβωτὸν dixerunt. Neque aliter Propheta Regius, cui paſſim Lex, μαρτύριον, ſeu μαρτυρία. Pſalmo 19. ἡ μαρτυρία Κυρίου πιστή, σοφίζουσα νήπια. Pſalmo 19. μακάριοι οἱ ἐρευνῶντες τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, atque ita paſſim. Porro igitur, quemadmodum doctrinam ac præcepta, ita exempla indidem deprompta, quod hactenus non ſatis obſeruatum miror, μάρτυρας vocare iidem Helleniſtæ ſolent. Autor Epiſtolæ ad Hebræos, poſtquam capite vndecimo, plurimis ex Fœdere antiquo exemplis, Abeli, ſcilicet, Enochi, Noachi, Abrahami, Saræ, Iſaaci, Iacobi, Ioſephi, Moſis, Gedeonis, Baraci, Sampſonis, Iephtæ, Dauidis, Samuelis, aliorum, ſine fide Sanctos nec geſſiſſe quicquam, nec placere Deo potuiſſe, probaſſet, ita caput inchoat quod ſequitur, Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων, ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα, &c. quemadmodum de iiſdem initio jam dicti capitis dixerat, ἐν ταύτῃ γὰρ ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι. hoc eſt, exem-

pla

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

pla nobis facti, aut propoſiti ſunt. Quid ſi igitur, vt eo, quem dixi, loco, νέφος μαρτύρων, II. Ad Timot. viri dicuntur Sancti, qui exemplo nobis præiuerunt, ita hic, διὰ πολλῶν μαρτύρων, multis præclaris atque è verbo Dei petitis exemplis, quomodo viuendum, quomodo credendum eſſet, inſtituiſſe Timotheum ſe dicat? quam doctrinam petit vt ad alios transfundat: inprimis autem eos, qui & ipſi eam, vt oportet, alios docere poſſent. vel vt ſimpliciter, μάρτυρες, quorum ſcriptis inſtructus fuerat, dicantur. Nam ſi διὰ πολλῶν μαρτυριῶν dixiſſet, nemo dubitaret quid vellet, neque minus idem tamen, aut quod eodem redit, nunc dixit. Dionyſius Carthuſianus, *per multos teſtes, id eſt, per allegationes prophetarum, quorum teſtimoniis confirmaui quæ docui.* Locus elegans. *quæ à me multis confirmata,* inquit, *exemplis, audiſti.* Eodem capite cum legitur, Τὰς δὲ μωρὰς καὶ Vſ. 23. ἀπαιδεύτους ζητήσεις παραιτοῦ, quæri poterat, quomodo ἀπαιδεύτους quæſtiones dixerit, quibus inprimis eruditionem oſtentabant nonnulli. Helleniſtis ἀπαίδευτος, qui modo כסיל, *ſtolidus inconſtans*, modo, qui נבל, id eſt, μωρός: quo & qui לץ illis dicitur, referri poteſt. quo nomine irriſores ac moriones, qui ſtolida vt riſum moueant aut aliis inſultent, proponunt, omniaque oderunt ſeria, dicuntur. vt in illo, Οὐκ ἀγαπήσει ὁ ἀπαίδευτος τοὺς ἐλέγχοντας αὐτόν. Prou. 15. Nec inepte antiquus, qui, *ſine diſciplina quæſtiones*, dixit: quod באין מוסר dicerent Hebræi. vt cum Prouerb. 5. 23. Οὗτος τελευτᾷ μετὰ τῶν ἀπαιδεύτων. Vnde, quænam ſint ἀπαίδευτοι ζητήσεις, patet. αἱ μωραὶ, nempe, αἱ ἀνωφελεῖς, ἢ οἱονεὶ ἄτακτοι, καὶ ἀκόλαστοι. *immodicæ, quæque extra diſciplinam, ideoque inutiles.* Quod eodem capite dicitur, cum iis, qui diuerſa ſentiunt aut dicunt, leniter agendum eſſe, μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, cum ſpe dictum eſſe, fieri poſſe, vt pœnitentiam illis largiatur Deus, nec nos ignora- Vſ. 25. mus, & antiqui viderunt. Quibus Peluſiotam adde. qui inter cætera, ὅτι ἐλπίδα μετανοίας ἐμφαίνει, οὐκ ἀναίρεσιν, *ſpem notari pœnitentiæ non denegationem ejus*, notat. Latine dicas, *ſi forte reſipiſcentiam illis ad agnitionem veritatis det Deus.* quod eruditi, *experturum, num aliquando daturus ſit eis Deus reſipiſcentiam ad cognitionem veritatis:* aliquanto, vt videtur, operoſius. Vetus interpres, *ne quando det illis Deus*, vel aliter vel ambigue.

Cap. II.

Locus, Ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας. μόρφωσις. *ſpecies. forma. ſpecies & res, oppoſita.* μόρφωσις, σχηματισμός. μόρφωνες *Ignatii.* αἰχμαλωτεύοντες τὰ γυναικάρια. *in poteſtate Phariſæorum, teſte Ioſepho, propter pietatis ſpeciem,* ἡ γυναικωνῖτις. τῇ διδασκαλίᾳ, τῇ ἀγωγῇ. *Medicorum* ἀγωγή. πληροῦν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. πληροφορεῖν τὴν διακονίαν, *&* πληροῦν. *Locus,* Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι. τὸ θυόμενον, τὸ ἐπισπενδόμενον. σπονδαὶ, ἐπισπονδαί. *ſacrificium. libamen.* φελόνη. βέμβρανον. φαινόλη. *membranæ.* διφθέραι, σωμάτια. *è membrana legere.* διφθέραι, τὰ ἐκκλησιαστικὰ βιβλία. *membranæ bicolores. Locus,* ἐῤῥύσθην ἐκ στόματος λέοντος.

Capite tertio cum de iis qui extremis temporibus futuri ſunt, dicitur, Cap. III. Ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι, interpres vetus, *Habentes ſpeciem quidem pietatis*, alii, *Habentes formam pietatis.* neque Vſ. 3. melius, ni fallor. Quid enim *ſpecies* Tacito aliiſque ſit, non ignorant, qui, *ſpeciem, & rem*, ſiue, quod revera eſt, opponi ſciunt: hic autem hypocritas intelligi. Adde quod μόρφωσιν, σχηματισμὸν Critici interpretantur. quod nonnunquam apparatum, qualis eſt in faſtuoſis, notat. Cum autem δύναμις opponitur, malim *vim* dixiſſet vetus quam *virtutem:* quod perpetuo *ſpeciem* & *vim* hoc ſenſu, vt & alibi jam nobis, niſi fallor, dictum eſt, antiquis, inter quos & idem Tacitus, opponi ſciam. rectius igitur *vim* recentior hic dixit. Ex hac autem μορφώσει, dubium vix eſt quin μόρφωνας ſuos Ignatius formauerit: cujus Epiſtolæ, quædam inprimis, perpetuam Apoſtoli imitationem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

II. Ad præ ſe ferunt. Οἱ γὰρ πιστοί, inquit, οὐκ εὐσυνείδητοι, ἀλλ' ἐρωτές τινες καὶ μέμφωνες
Timot. εἶναί μοι φαίνονται. De iiſdem ſequitur, αἰχμαλωτεύοντες τὰ γυναικάρια. quod de
vſ. 6. Phariſæis commemorat Ioſephus Antiq. Iud. 17. qui, Καὶ ἦν γὰρ μόριόν τι Ἰουδαϊ-
κῶν ἀνθρώπων, ἐπ' ἀκριβώσει μέγα φρονοῦν τοῦ πατρίου νόμου· οἷς χαίρειν τὸ θεῖον προσποιου-
μένων, ὑπῆκτο ἡ γυναικωνῖτις. *Pars quædam Iudæorum erat, quæ ab accurata legum*
ſuarum obſeruatione, magnos ſpiritus ſumebat: quibus cum delectari Deum præ ſe
vſ. 10. *ferrent, in poteſtate ſua gunæceum habebat.* Eodem capite & illud legitur, Σὺ
δὲ παρηκολούθηκάς μου τῇ διδασκαλίᾳ, τῇ ἀγωγῇ. vbi nullo modo aſſentiri ſe Eraſmo
veterique interpreti recentior teſtatur, qui *inſtitutionem* reddunt. Ipſe au-
tem *vitæ rationem*, dixit. qui, *Tu vero aſſecutus es doctrinam meam, vitæ*
meæ rationem, propoſitum, fidem, &c. quantum autem inter vitæ rationem &
educationem interſit, ſciunt, qui, quid ſit vitæ ratio, non ignorant. & an non
διδασκαλία, quæ & ἀγωγῆς pars dici poteſt, conjungitur hic ac præceſſit? Quis
Plutarchum autem (ſeu quicunque tandem is eſt qui Περὶ παίδων ἀγωγῆς ſcri-
pſit) de ratione vitæ ſcripſiſſe dicat? cum eo ipſo libello autor, παιδείας περὶ καὶ
ἀγωγῆς, egiſſe ſe profiteatur: qui & ad duo hæc capita, cætera reducit. Παιδεία
Cap. autem idem quod διδασκαλία, quæ & nomine ἀγωγῆς nonnunquam notatur.
IV. Alia autem Medicorum ἀγωγή: quæ & ipſa non eodem modo vſurpatur. inter
vſ. 5. quas & ἀναληπτική in ratione victus. Capite ejuſdem ad Timotheum Epiſtolæ
quarto, & illud legitur, ἔργον ποίησον εὐαγγελιστοῦ, τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον.
quemadmodum autem ibi ac alibi Apoſtolus, πληροῦν, ſiue, πληρῶσαι τὸν λόγον
τοῦ Θεοῦ (ad Coloſſenſes, nempe, 1. 25. ἧς ἐγενόμην ἐγὼ διάκονος, κατὰ τὴν οἰκονο-
μίαν τοῦ Θεοῦ, τὴν δοθεῖσάν μοι εἰς ὑμᾶς, πληρῶσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ) ita hic, πληροφορεῖν τὴν
διακονίαν, dixit. Πληροῦν eſt מלא, *conſummare, ad finem perſequi.* quod alias πλη-
ροφορεῖν Helleniſtæ dicunt: vt cum Eccleſiaſtæ 8. 11. Διὰ τοῦτο ἐπληροφορήθη
καρδία υἱῶν τοῦ ἀνθρώπου τοῦ ποιῆσαι τὸ πονηρόν, על כן מלא לב בני האדם, dicitur. Monet igitur,
ἵνα πληρώσῃ τὴν διακονίαν: *vt fideliter in eo pergat quod cœpit: vt eâdem conſtantiâ*
omnibus partibus completum abſoluat munus. neque aliud volebat, cum infra,
ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα τοῦ λόγου τοῦ εὐαγγελίου πληρωθῇ. Bene ergo Græci, qui πληρο-
φόρησον, πλήρωσον, expoſuerunt. Interpres vetus, *miniſterium tuum imple.* He-
braiſmum quippe expreſſit, & antiquitati fidem habuit. Recentior, *miniſterii*
tui plenam fidem facito. ac ſi ad πληροφορίαν vulgo dictam reſpexiſſet. Ita hoc
eodem capite, cum dicitur, ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ, *vt per me fieret*
fides præconii. Vetus ſimpliciter, *vt per me prædicatio impleatur.* Magnus Chry-
ſoſtomus hoc loco, τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον, τουτέστι πλήρωσον: poſteriori
autem, ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ, τουτέστι πληρωθῇ. Græci Theologi,
τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον, πλήρωσον ὃ ἐνήρξω: *quod cœpiſti, imple.* Loco alte-
ro, ἵνα πληρωθῇ καὶ εἰς πέρας ἔλθῃ: *vt impleatur & ad finem veniat.* nihil ſimpli-
vſ. 6. cius. Sequitur, Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι. Vbi vetus, *Ego enim jam delibor.* miri-
fice, nec omnino inerudite. Eruditiſſimæ Gloſſæ, Σπένδω, *delibo, libo.* quo-
rum alterum ſecutus recentior, *nam ego jam libor,* dixit. Cæterum, fa-
cile adducor vt credam, hoc in loco cum verſarentur, de altero ad Philip-
penſes quoſdam cogitaſſe interpretes. Ἀλλ' εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουρ-
γίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν, χαίρω. cum ibi, ἐπὶ τῇ θυσίᾳ σπένδεσθαι, idem ſit, quod, ἐπι-
σπένδεσθαι τῇ θυσίᾳ, Græci dicerent. Hoc autem quid ſit, elegantiſſime Epi-
grammatarius docuit: apud quem vitis hirco, cujus carnibus, cum Baccho
mactaretur, infundi vinum ſolebat. qui,

Κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω
Ὅσσον ἐπισπεῖσαι σοί, τράγε, θυομένῳ.

Quod Romanus poëta,

Rode, caper, vitem: tamen hinc, cum ſtabis ad aras,
In tua quod fundi cornua, poſſit, erit.

vt aliud τὸ θυόμενον, aliud τὸ ἐπισπενδόμενον, ſit. alterum, hircus, alterum, liquor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

vitis. Quid, quod paſſim in Lege, pro animalium quæ ſacrificantur nume- II. Ad Timot. ro, σπονδαὶ, ſiue, ἐπισπονδαὶ, efferri jubentur? Vnde illud, καὶ σπονδὴν οὐ σπείσετε ἐπ' αὐτοῦ. quemadmodum Num. 28.14. quantum vini ſingulis adhibendum ſit animalibus, accurate docetur. quo & forte Apoſtolus reſpexit, cum ſe, ἐπὶ τῇ θυσίᾳ σπένδεσθαι, non hic, ſed ad Philippenſes, dixit. Quem locum, ipſum quoq; in animo Theophylactum habuiſſe exiſtimo, cum ſubtiliter ad hunc ipſum, inter θυσίαν & σπονδὴν, diſtinguat: quod alterum, (ſacrificium, nempe,) non omne, libamen, totum offerretur Domino. qui, τῆς μὲν γὰρ θυσίας οὐ τὸ πᾶν ἀναφέρεται τῷ Θεῷ, τῆς δὲ σπονδῆς τὸ ὅλον. Cæterum, quemadmodum σπονδὴ, eſt נסך, quæ à libando ſic dicitur, ita θύειν καὶ σπένδειν confunduntur. Optimus autor, & à quo magna lux antiquitati, Heſychius, Σπένδομαι, θυσιάζομαι. Σπένδεται, θύεται. Σπένδομαι, θύομαι. idem eleganter, Σπενδόμενος, ἀνατιθέμενος τῷ Θεῷ, *Deo conſecratus*, interpretatur. cum Apoſtolus id velit, in procinctu τοῦ θύεσθαι ſe eſſe: victimam, nimirum, Deo gratam, ἀνατεθειμένην ἤδη τῷ Θεῷ, *jam conſecratam Deo.* quod interpretatur, cum addit, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε. Bene igitur ac erudite *immolandi* verbo vſus eſt Eraſmus. qui, *Nam ipſe jam immolor, & tempus meæ reſolutionis inſtat.* Quod vel Haymo docere eum potuit. qui, inter alia, ad hunc locum, *Hic autem pro ſacrificatione & immolatione ponitur. Ac ſi diceret, Ego enim jam immolor.* Adde quod & Syrus ea voce eſt vſus, quæ de immolatione non minus recte quam de libamine accipitur. qui אנא דין מתנקא. Capite eodem cum dicitur, Τὸν φελόνην, ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι ✝ſ. 13. παρὰ Κάρπῳ, pro eo alii φαιλόνην expreſſerunt. Autor Originum Græcarum, Φελόνης, εἰλικτὸν τομάριον, βέμβρανον, ἢ γλωσσόκομον, ἢ χιτώνιον. quaſi & volumen pariter & veſtis eſſet: idem nempe quod φαινόλη. Heſychius, Φαινόλη, τὸ ὕφασμα. οὕτως ἔχουσι καινὰν φαινόλαν. Scribe, οὕτω Ῥίνθων, ἔχουσι καινὰν φαινόλαν, vt Rinthonis adducatur locus. B. Hieronymus, ſecunda Quæſt. ad Damaſum, *Volumen replico Hebræum, quod Paulus φαιλόνην, juxta quoſdam, vocàt.* forte φελόνην. vt à פלא deducatur: (vnde & פלוני, *pheloni*,) ab occultis, ſcilicet, quæ inſcribuntur. Sequitur, καὶ τὰ βιβλία, μάλιστα τὰς μεμβράνας. hoc eſt, Ibid. τὰ σωμάτια, *libellos.* Gloſſæ Stephani, *Membrana*, διφθέρα, σωμάτια. Scribe, διφθέραι, σωμάτια. B. Hieronymus de Euzonio, Eccleſiaſticorum ſcriptorum Catalogo, *Plurimo labore corruptam bibliothecam Origenis & Pamphili, in membranis inſtaurare conatus eſt.* quod Sophronius, ἐν σωματίοις ἀνανεῶσαι ἐπεχείρησεν. nouis nempe voluminibus, denuo deſcriptis. *Corpus* enim, τομάριον, σωμάτιον, μεμβράνα. Etiam *volumen.* vt, cum poëta dixit, *Nec legitur pars vlla magis de corpore toto.* vbi, *corpus*, eſt, Æneis. Etiam libelli, quibus mentem ea lege conciperent ſcriptores, vt delerent quæ vellent, ſic dicti. ſed & τὸ גויל & גליון, quæ voluminum formâ, *membranas* quidam exponunt. Recte autem hic, τὰ βιβλία, μάλιστα δὲ τὰς μεμβράνας, hoc eſt, τὰς διφθέρας. Quo nomine poſteriori tempore, libros Eccleſiaſticos, in primis autem è quibus canebant, S S. Patres dixerunt. vt cum Canone Concilii Laodiceni 15. Ne quis præter Canonicos cantores, qui ſuggeſtum conſcendunt, & ex membrana legunt, alius in Eccleſia canat, vetatur. Vbi Zonaras, Διφθέρας ὠνόμασαν, ἃς ὁ κλεινὸς Παῦλος μεμβράνας ἐκάλεσεν, ἐπιστέλλων τῷ Τιμοθέῳ, φέρε, γράψας, καὶ τὰ βιβλία, μάλιστα τὰς μεμβράνας. Διφθέραι γὰρ τὰ δέρματα λέγονται, μάλιστα ἐξ ὧν αἱ μεμβράναι ἐργάζονται. Τὰ βιβλία τοίνυν τὰ ἐκκλησιαστικὰ λέγονται καλέσαι οἱ Συνόδου πατέρες διφθέρας. *Diphteras vero eas, quæ à celebri Paulo, ad Timotheum cum ſcribit, membranæ dictæ ſunt, appellauerunt. Qui, affer,* inquit, *libellos, inprimis vero membranas. Diphteræ enim pelles, è quibus conficiuntur membranæ, dicuntur. Vnde & diphteras, Eccleſiaſticos libellos appellaſſe, Synodi Patres dicuntur.* nam de membranarum apud Romanos colore, inprimis bicoloribus membranis, nota quæ Iſidorus & alii. Eodem capite cum dicitur, καὶ ✝ſ. 17. ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος, quod ad Neronem refertur, quemadmodum de

Prin-

II. Ad Timot.

Principe ac poteſtate prædito, etiam crudeli, vulgo loquuntur Magiſtri, locutus eſt. qui cum monent, *Quiſque vt timeat à riſu Regis, quia profundæ ſunt cogitationes ejus*, addunt, ראה הארי, *Reſpice leonem. qui rapit* (quod inſuper addunt) *etiam cum arridet, aut ad riſum os aperit.*

Cap. III.

Locus Epiſtolæ ad Titum, quæ, cum ea quam ad Philemonem ſcripſit, percurritur. Εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν προφήτης. *&* προφήτης *quomodo Epimenides dicatur. Mithræ ſacerdos, ex Epiphanii opinione, apud Cretenſes Epimenides. Prophetæ nomen* τῶν μέσως λεγομένων *in Sacris. Locus de eo Hieronymi. Prophetas ad inſtrumenta quoque muſica prophetias accommodaſſe ſuas ac ceciniſſe.* Προφῆται, *etiam Græcis, fatidici. Delphorum* προφήτιδες. ὑγιαίνειν ἐν τῇ πίστει. πίστις *de doctrina ſalutari.* τὴν πίστιν ἐκμανθάνειν. τὸ μυστήριον τῆς πίστεως *Zonaræ ex Apoſtolo. Epiſtola ad Philemonem percurritur.* Ὀνήσιμος*; & vnde dictus. Mos imponendi famulis nomina. Columella Lucilii, Metrophanes.* Πιστοὶ *dicti iidem.* Παρμένων. Δρόμων. *ſeruus* κτῆμα ἔμψυχον καὶ ὄργανον. μετεχωρίσθη *inſigni euphemiſmo, de fugitiuo, vſurpatum Apoſtolo.* Φαντασιοσκοπεῖν ἐν τοῖς οἰκέταις, *apud Syrachidem.*

Ad Titum. Cap. I. ℣ſ. 12.

QVærunt eruditi, ac quæri merito ab iis videtur, quare Epiſtola ad Titum, Epimeniden, prophetam dixerit Apoſtolus, cum legitur, Εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν προφήτης, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. Et Epiphanius quidem, qui aduerſus Marcionem ex hoc ſimilibuſque locis Paulum Græcæ eruditionis quoque peritiſſimum fuiſſe docet, Mithræ ſacerdotem fuiſſe apud Cretenſes vult Epimeniden: atque hinc prophetam, quaſi ſacerdotem, dici. Καὶ πάλιν, inquit, φήσαντος, Εἶπέ τις ἴδιος αὐτῶν προφήτης, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί· ἵνα τὸν Ἐπιμενίδην δείξῃ, ἀρχαῖον ὄντα φιλόσοφον, καὶ Μίθρα, τοῦ παρὰ Κρησὶν εἰδωλίου, ἱερέα (ita enim legendum) ἀφ' οὗπερ καὶ Καλλίμαχος ὁ Λίβυς, τὴν μαρτυρίαν εἰς ἑαυτὸν συνέταξε, ψευδῶς περὶ Διὸς λέγων, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' οὐ θάνες· ἐσσὶ γὰρ αἰεί. *Quemadmodum cum dixit, Pronunciauit quidam de illis proprius illorum propheta, Mendaces ſemper Cretes, beſtiæ malæ, ventres pigri; Epimeniden veterem intelligens philoſophum, Mithræ cujuſdam apud Cretas idoli ſacerdotem. A quo & Callimachus, poëta Libycus, teſtimonium falſo ad inſtitutum ſuum tranſtulit. qui de Ioue ait, Cretenſes mendaces ſemper: nam & tumulum, ô Rex, tuum Cretenſes fabricarunt. tu autem non moreris: es enim ſemper.* Alii, quod futura prædiceret. qui & huc trahunt, quod poëtæ *vates* dicuntur. Mihi videtur, cum non tam de Cretenſibus ſimpliciter, quam de Iudæis, qui in Creta, aut Cretenſibus Iudaizantibus hic agat, eleganter, more Iudæorum, non poëtam, non philoſophum, ſed prophetam, dixiſſe. quemadmodum Sacris vſitatum literis, vt prophetæ nomen τῶν μέσως λεγομένων ſit, & de profanis quoque vſurpetur. Quod B. Hieronymus volebat, cum ad Ezechielis 13. ſcriberet, *Nec quenquam moueat, quod prophetæ* (etiam qui pſeudoprophetæ, nempe,) *appellantur. hanc enim habet Sancta ſcriptura conſuetudinem, vt vnumquemque vaticinationis ſuæ & ſermonis prophetam nuncupet. Sicut prophetæ appellantur Baal, & prophetæ idolorum, & prophetæ confuſionis. Vnde & Apoſtolus Paulus, poëtam Græcum, prophetam vocat. Dixit quidam proprius eorum propheta, Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.* quemadmodum & prophetæ, *canere*, vt Græcorum poëtæ ac Romanorum, *in citharis item ac nabliis prophetare*, hoc eſt, prophetias ſuas ad ejuſmodi inſtrumenta accommodare, nonnunquam, vt 1 Paralip. 25. dicuntur. Quanquam Græcis quoque vſitatum, vt fatidicos, qualem è Laërtio aliiſque, Epimeniden fuiſſe conſtat, προφήτας dicant. Et quis Delphorum προφήτιδας igno-

ignorat? Illud mirum magis, antiquum Romuli ætate augurem, ſeu caſu, ſeu Ad Titum. qua ratione alia, T. Liuio, Plinio, Valerio, Feſto, Tullio, aliis, *Nauium* dici: qui Neuius Dionyſio. vnde & ficus Ruminalis *Nauia*. Quis enim Nauium, non נביא *naui*, eſſe dicat, quod *propheta* illis? quales συντυχίας, ſiue συνεμπτώσεις, in autoribus non tantum eadem qui dicunt, ſed & in linguis videas. De Iudæis interim origine aut ſecta, ſeu Iudaïzantibus, qui ibi viuerent, hic agi, vel ex eo veriſimile eſt, quod ſequitur, Μὴ προσέχοντες Ἰουδαϊκοῖς μύθοις. Paulo poſt cum ſequitur, δι' ἣν αἰτίαν ἔλεγχε αὐτοὺς ἀποτόμως, ἵνα ὑγιαίνωσιν ἐν τῇ πίστει, vix ℣ſ. 13. dubitandum, quin hoc ſimilibuſque locis ita accipiendum ſit τὸ πίστις, vt cum Synodorum Canones, ὅτι δεῖ τοὺς φωτιζομένους τὴν πίστιν ἐκμανθάνειν, *doctrinam, quæ docetur, baptizatos diſcere debere*, monent. quod bene τὸ μυστήριον τῆς πίστεως interpretatur Zonaras: quomodo & alibi de ea loquitur Apoſtolus. qui, ἔχοντας τὸ μυστήριον τῆς πίστεως ἐν καθαρᾷ συνειδήσει. 1 ad Timot. 3.9. Sequitur ea quam ad Epist. Philemonem Apoſtolus ſcripſit: in qua cum dicitur, Παρακαλῶ σε περὶ τοῦ ἐμοῦ ad Philem. τέκνου, ὃν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου, Ὀνήσιμον, τόν ποτέ σοι ἄχρηστον, νυνὶ δέ σοι καὶ ἐμοὶ εὔχρηστον, ℣ſ. 10. ad Oneſimi manifeſte alluſit nomen: cujuſmodi, ominis cauſa, ſeruis fidelibus imponebantur olim. Qualis Lucilii ille, de quo ipſe

Seruu', neque infidus domino, nec inutili' cuiquam
Lucili columella hic ſitu' Metrophanes.

Ac ſi dicas

Ἐνθάδε, κλησαμένῳ πιστὸς, καὶ ὀνήσιμος ἄλλοις,
Στηλίδιον τοὐμὸν Μητροφάνης κέαται.

Quemadmodum & à moribus officiiſque (quod & Comici ſecuti ſunt) vulgo iis imponebant nomina. vnde & Πιστοὶ quidam, vt ex Helladio Beſantinoo Photius obſeruat, dicti. qui, ἐκάλουν καὶ ἀπὸ τρόπου, Παρμένωνα, καὶ Πιστὸν, καὶ Δρόμωνα. Quid enim aliud ſeruus, niſi κτῆμα ἔμψυχον, καὶ ὄργανον, *viua poſſeſſio, & inſtrumentum*, vt libro Polit. 1. loquitur Philoſophus? In eâdem & illud legitur, Τάχα γὰρ διὰ τοῦτο ἐχωρίσθη πρὸς ὥραν, ἵνα αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς. vbi miro ſane eu- ℣ſ. 15. phemiſmo ἐχωρίσθη, *ſeparatum eſſe* ait, quem δραπέτην, ſeu, *fugitiuum*, Chryſoſtomus ad 12. Matthæi dixit. Καὶ γὰρ ὁ Δανιὴλ νέος ἦν, καὶ ὁ Ἰωσὴφ δοῦλος ἦν, καὶ ὁ Ἀκύλας τέχνην μετεχειρίζετο· καὶ ἡ πορφυρόπωλις ἐργαστηρίου προεστήκει, καὶ ἄλλος δεσμοφύλαξ ἦν &c. καὶ ἄλλος δραπέτης, ὡς Ὀνήσιμος. *Daniel quippe juuenis, Ioſephus ſeruus, Aculas operarius: illa quæ purpuram vendebat, tabernæ præerat, alius, cuſtos carceris erat, alius item fugitiuus, qualis Oneſimus.* Vt diſcamus, munus eſſe Chriſtiani domini, non modo non excogitare crimina aduerſus ſeruos (quod alibi, φαντασιοσκοπεῖν ἐν τοῖς οἰκέταις, dixit Syrachides, neque ſatis aſſequuntur interpretes) ſed & ignoſcere, etiam τοῖς δραπετεύουσι, nonnunquam, ſiue, *fugitiuis*: quos clementer χωρισθέντας dixit.

Capita Epiſtolæ ad Hebræos.

α'. ΘΕολογία Χριστοῦ ἐν δόξῃ πατρὸς καὶ ἐξουσίᾳ τῶν πάντων, μετὰ τῆς καθάρσεως τῶν ἐπὶ γῆς, ἀφ' ἧς ἀνέβη εἰς τὴν ἐπουράνιον δόξαν.

β'. Ὅτι οὐ λειτουργικὴ ἡ δόξα Χριστοῦ, ἀλλὰ θεϊκὴ καὶ ποιητική. διὸ οὐκ ἐπὶ τοῦ παρόντος αἰῶνος, ἐν ᾧ οἱ λειτουργοὶ, ἀλλ' ἐπὶ τῆς μελλούσης οἰκουμένης.

γ'. Ὅτι ἐσαρκώθη κατὰ διάθεσιν καὶ συμπάθειαν καὶ οἰκειότητα τὴν πρὸς ἡμᾶς, ἐπὶ σωτηρίᾳ ἀνθρώπων τῇ ἐκ θανάτου, διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειώσεως.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

δ'. Ὅτι πιστευτέον Χριστῷ ὡς καὶ Μωϋσῇ ἐπίστευσαν, καθ' ὑπεροχὴν δὲ Θεοῦ πρὸς ἄνθρωπον· ἐν ᾧ, ὅτι φοβητέον τῶν πάλαι τὴν ἔκπτωσιν.

ε'. Προτροπὴ σπουδάσαι εἰς τὴν προδηλουμένην κατάπαυσιν.

ϛ'. Τὸ φοβερὸν τῆς κρίσεως παρὰ τῷ λόγῳ τῷ διὰ πάντων, καὶ τὸ χρηστὸν τῆς χάριτος τῆς ἱερατικῆς, παρὰ τῷ ὁμοιοπαθήσαντι ἡμῖν ἀνθρωπίνως.

ζ'. Ἐπιτίμησις ὡς ἔτι δεομένοις εἰσαγωγῆς. ἐν ᾧ, προτροπὴ εἰς ἐπίδοσιν ὡς οὐκ οὔσης δευτέρας ἀρχῆς. ἐν ᾧ, παράκλησις σὺν ἐπαίνῳ.

η'. Ὅτι βεβαία ἡ ἐπαγγελία τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα σὺν ὅρκῳ.

θ'. Περὶ Μελχισεδὲκ τοῦ εἰς Χριστὸν τύπου κατὰ τὸ ὄνομα, καὶ τὴν πόλιν, καὶ τὴν ζωὴν, καὶ τὴν ἱερωσύνην. ἐν ᾧ, ὅτι καὶ τοῦ Ἀβραὰμ προετιμήθη.

ι'. Ὅτι πέπαυται ἡ τοῦ Ἀαρὼν ἱερωσύνη ἡ ἐπίγειος οὖσα, ἵσταται δὲ ἡ οὐράνιος ἡ Χριστοῦ, ἐξ ἑτέρου γένους· οὐ κατὰ σάρκα, οὐδὲ διὰ νόμου σαρκικοῦ.

ια'. Ὑπεροχὴ τῆς δευτέρας διαθήκης παρὰ τὴν προτέραν, ἐν ἱλασμῷ καὶ ἁγιασμῷ.

ιβ'. Περὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, ἐν ᾧ ἡ νέα διαθήκη· ὅτι τοῦτο ἀληθὲς καθάρσιον, οὐ τὰ ἐν αἵμασι ζώων τοῖς πολλάκις προσαγομένοις.

ιγ'. Μαρτυρίαι περὶ τῆς μόνης καθάρσεως καὶ προσαγωγῆς πρὸς τὸν Θεόν· ἐν ᾧ προτροπὴ τῆς ἐν πίστει προόδου.

ιδ'. Προτροπὴ σπουδῆς κατὰ φόβον τῆς ἐγγιζούσης κρίσεως.

ιε'. Περὶ τοῦ καλὴν ἀρχὴν εἰς καλὸν τέλος προαγαγεῖν.

ιϛ'. Περὶ πίστεως τῆς καὶ τοὺς παλαιοὺς δοξασάσης.

ιζ'. Περὶ ὑπομονῆς τῆς ἐν ἀκολουθήσει Χριστοῦ.

ιη'. Περὶ σωφροσύνης ἕως καιρὸς κατορθώσεως, μὴ ἀποτύχωμεν αὐτῆς, ὡς Ἠσαῦ μὴ εὑρὼν τόπον μετανοίας.

ιθ'. Ὅτι φοβερώτερα τῶν ἐπὶ Μωϋσέως τὰ μέλλοντα, καὶ πλείονος ἄξια σπουδῆς τὰ νῦν.

κ'. Περὶ φιλαδελφίας καὶ φιλοξενίας. ἐν ᾧ, περὶ σωφροσύνης, περὶ αὐταρκείας, περὶ μιμήσεως πατέρων.

κα'. Περὶ τοῦ μὴ σωματικῶς ζῆν κατὰ νόμον, ἀλλὰ πνευματικῶς κατὰ Χριστὸν ἐν ἀρετῇ.

κβ'. Εὐχὴ πρὸς τὸν Θεὸν περὶ τῆς εἰς ἀρετὴν ἀγωγῆς καὶ οἰκονομίας.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

DANIELIS HEINSII
EXERCITATIONES SACRÆ
AD EPISTOLAM PAVLI
AD HEBRÆOS.
SIVE
LIBER DECIMVSSEXTVS.

CAPVT I.

Diuerſæ de Epiſtola ad Hebræos ſententiæ. Athanaſii de ea opinio. Ordo Epiſtolarum Apoſtoli, ex ejuſdem ſententia. Locus, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε. *per quem etiam mundum condidit. Dominus* συνύπαρχος *&* συνάναρχος τῷ Πατρί. *Paganorum* δολιχαίωνες *&* μακραίωνες *Dii.* ποιεῖν αἰῶνας, *inſtituere ſæcula Cypriano.* πρὸ πάντων αἰώνων. *Locus,* φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. ἀντὶ τοῦ διοικεῖν, *gubernare.* οὐ δυνήσομαι φέρειν τὸν λαὸν τοῦτον. φέρειν ὑμᾶς. *agunt feruntque omnia.* τὸ φέρον, *fatum. Mos autoris hujus in citandis Sacræ ſcripturæ locis. Locus,* ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην. ἡ μεγάλη ἡμέρα. ἡ δευτέρα εἰσαγωγή. *quæ* ἡ πρώτη *item.* ἔξοδος *Chriſti, de incarnatione, vt &* εἴσοδος. τὸ πάλιν *quomodo vſurpatum, cum,* ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ *dicitur, & an tranſponendum.* ἡ παλιγγενεσία τῆς παρουσίας αὐτοῦ. *Nonageſimus Pſalmus & ſeptimus, inter* ἀνεπιγράφους, *ſiue, qui inſcriptione carent. de ejuſmodi Pſalmis veteres quid judicarint.* ἀποκατάστασις *magna. Locus,* Καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει. καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους, *& quomodo dicatur. Locus,* Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα. *& an* πνεύματα, *venti.* πυρὸς φλόξ, *& qui denotentur. interpretatio loci. Locus,* καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει, *& quid intelligendum.* καὶ ὅταν λέγει. ὡς λέγει ἐν τῷ νόμῳ. ὡς λέγει ἐν βίβλῳ ψαλμῶν, *& ſimilia.*

OPiniones de Epiſtola, quæ ad Hebræos ſcripta ſequitur, ejuſque autore, quarum vel inprimis meminere antiqui, hæ ſunt. I. Pauli, atque ejuſdem quidem eſſe cujus cæteræ. II. Pauli quidem, non ejuſdem tamen, eſſe. III. Ex Hebræo conuerſam. IV. ἐνδιάθηκον, ſeu canonicam, eſſe. V. Talem non eſſe. de quibus aliiſque, nonnulla jam ex eruditis quidam. Inter cauſas, cur nec ejuſdem haberetur Pauli nec canonica, alienum à Paulinis initium, fuiſſe volunt. cujus tamen rationem B. Auguſtinus reddit: qui, *principium ſalutatorium de induſtria omiſiſſe ait: ne Iudæos qui aduerſus eum pugnaciter oblatrabant, nomine ejus offenſi, vel inimico animo legerent, vel omnino legere non curarent quod ad eorum ſalutem ſcripſerat.* Nomen quoque cur hic non expreſſerit, docet Athanaſius. qui præ cæteris & vindicauit eam, vtque Paulinam probaret, operam inprimis dedit: idem qui & ſuo ita illas ordine diſpoſuit, vt eas, quæ ad integros conſcriptæ eſſent populos (quibus adjungitur & iſta) ad ſingulos conſcriptæ, ſequantur. De eo autem, quem in Eccleſia obtinuit loco, magnifice, Dialogo inprimis de Trinitate. vbi cum Arrianus, ὅτι οὐκ ἐκκλησιάζεται, *non receptam eſſe ab Eccleſia*, dixiſſet, reſpondet orthodoxus, Ἀφ' οὗ κατηγγέλη τὸ εὐαγγέλιον Χριστοῦ, Παύλου εἶναι πεπίστευται ἡ ἐπιστολή· καὶ μετ' αὐτῆς ἐπιστολαὶ ιδ'. αἱ πᾶσαι τοῦ Παύλου. vbi liberaliter, Ex quo prædicatum fuit Euangelium, Paulinam (à vere piis credo) eſſe habitam affirmat: interque ejuſdem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ad Hebr. Apoſtoli Epiſtolis, quas quatuordecim omnes cum ea eſſe ait, hanc re-
ponit. Qui poſtquam de Catholicis egit, quas præmittit, ita de Paulinis,
quas vno conjungit libro: ΠΑΥΛΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΙΔ',
ΕΙC ΕΝ ΑΡΙΘΜΟΥΜΕΝΑΙ ΒΙΒΛΙΟΝ. ΠΡΩΤΗ Η ΠΡΟC ΡΩΜΑΙΟΥC,
ΠΡΟC ΚΟΡΙΝΘΙΟΥC ΔΥΟ. ΤΕΤΑΡΤΗ ΠΡΟC ΓΑΛΑΤΑC. ΠΕΜ-
ΠΤΗ ΠΡΟC ΕΦΕΣΙΟΥC. ΕΚΤΗ ΠΡΟC ΦΙΛΙΠΠΗΣΙΟΥC. ΕΒΔΟΜΗ
ΠΡΟC ΚΟΛΟΣΣΑΕΙC. ΠΡΟC ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙC ΔΥΟ. ΔΕΚΑΤΗ
Η ΠΡΟC ΕΒΡΑΙΟΥC. ΠΡΟC ΤΙΜΟΘΕΟΝ ΔΥΟ. ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΗ
Η ΠΡΟC ΤΙΤΟΝ. ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙΔΕΚΑΤΗ Η ΠΡΟC ΦΙΛΗΜΟΝΑ.
PAVLI APOSTOLI EPISTOLÆ QVATVORDECIM IN VNVM REDA-
CTÆ LIBELLVM. QVARVM PRIMA, QVÆ AD ROMANOS. AD CO-
RINTHIOS DVÆ. QVARTA AD GALATAS. QVINTA AD EPHESIOS.
SEXTA AD PHILIPPENSES. SEPTIMA AD COLOSSENSES. AD
THESSALONICENSES DVÆ. DECIMA, QVÆ AD HEBRÆOS. AD TI-
MOTHEVM DVÆ. DECIMATERTIA AD TITVM. DECIMAQVARTA
AD PHILEMONEM. qui & ſingularum initia expreſſit. Neque hanc po-
ſtremo ſane inter Pauli cæteras reponit loco. quod & ipſum forte ab iis fa-
ctum, qui de autore dubitarunt: nam de tempore quo ſcriptæ, multis Chry-
Cap. I. ſoſtomus. Initio diuinæ ejuſdem Epiſtolæ legitur, ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι'
vſ. 2. οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε. Quem locum aduerſus Arrianos, vel inprimis vrſe-
runt Græci: inter quos & Chryſoſtomus. Qui, πῶς εἰσιν, inquit, οἱ λέγοντες, ἦν
ὅτε οὐκ ἦν; Quid enim aliud, niſi προαιώνιον fuiſſe oſtendit, cum, δι' οὗ ἐποίησε
τοὺς αἰῶνας, dixit? Interpres vetus, *per quem & ſæcula fecit*: recentior,
per quem etiam mundum condidit. quod non negant, quanquam de inſtru-
mentali cauſa nugentur, Arriani. Et quomodo, non ante ſæcula, per quem
facta ſæcula? vt ἄναρχος probetur, qui ἐν ἀρχῇ non fuiſſe tantum, ſed
& initii principium feciſſe dicitur. qui, vt συνύπαρκτος ita συνάναρχος τῷ
Πατρὶ, vt æternus cum Patre dicitur. Ἡ κτίσις, inquit libro aduerſus Euno-
mium ſeptimo Nyſſenus, ἀρχὴν τοὺς αἰῶνας ἔχει· τοῦ δὲ ποιητοῦ τῶν αἰώνων, ποίαν ἐπι-
νοήσεις ἀρχήν; *Quæ creata, principium ſuum habent, ſæcula. ejus autem qui hæc
condidit, quodnam principium excogitabis?* Athanaſius de Filio, δι' οὗ καὶ οἱ αἰῶνες
γεγόνασιν· ἵνα, ὡς ἐν αὐτῷ τῆς ζωῆς ἡμῶν οὔσης, δυνηθῶμεν ἡμεῖς αἰώνιον κληρονομῆσαι ζωήν.
*Per quem & facta ſunt ſæcula: vt, cum in eo vita ſit noſtra, etiam nos æternam con-
ſequi hæreditatem poſſimus.* Pro quo, ſi, δι' οὗ ὁ κόσμος γέγονε, reponas, dilutum
ſane argumentum aut aliud jam erit. Neque enim Deus certe noſter, δολι-
χαίων, quod de ſuis pagani olim ſomniarunt, recte dicetur. vt Empedocles,
cum dixit

> Θῆρές τ' οἰωνοί τε, καὶ ὑδατοθρέμμονες ἰχθῦς,
> Οἵ τε Θεοὶ δολιχαίωνες.

qui & μακραίωνας vocauit. cum Deus noſter, non ἀεὶ ὢν, & πρὸ πάντων ὢν, tan-
tum, ſed & πρὸ πάντων προών, pie SS. Patribus, nonnunquam, vt Sinaitæ alibi,
dicatur: quanquam hoc, vt noue dictum, notaſſe veterum nonnulli vi-
deantur. Ποιεῖν αἰῶνας, dico: quod, *inſtituere ſæcula*, Cyprianus dixit. hac
ipſa certe Epiſtola, κατηρτίσθαι οἱ αἰῶνες, cap. vndecimo, dicuntur. Πίστει νοοῦμεν
κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας. quod erudite veteres, χρόνους καὶ πάντα τὰ ἔγχρονα, *tempora,
& quicquid in tempore*, imo & αἰώνια, *quæ ſemper erunt* (inter quæ mundus
non eſt,) interpretantur. inter quos Theophylactus. Vbi iterum interpres
idem, *Per fidem intelligimus conſtructum fuiſſe mundum.* cum ex eo, non lo-
corum ſed temporum autorem eſſe Dominum, probare ſoleant antiqui.
Fulgentius lib. ad Traſimundum 2. *Nam per ipſum omnis factus eſt locus, quia
omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Per ipſum factum tem-
pus agnoſcitur: de quo Paulus dicit, per quem fecit & ſæcula. Non eſt ergo localis, per
quem factus eſt locus, nec temporalis, per quem factum eſt tempus.* vt ſic fuiſſe ante
tempus

tempus probetur, per quem tempus fuit. Quod ſane malim: quanuis non ignorem, quomodo vt ſuo שלם Magiſtri, ita ſuo עלמא Talmudiſtæ vtantur: quemadmodum nec ſatisfeciſſe quibuſdam ex antiquis, qui *ante ſæcula* potius, quam *ante tempora*, fuiſſe Dominum, profiterentur. de quo & alibi B.Hieronymus. Sequitur, φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. vbi nulla ℣ſ. 3. difficultas. Vt omittam enim quæ hic fuſe eruditi, notum quid ſit נשיא: quo, præfectum aut gubernatorem, notant. Et τὸ נשא διοικεῖν, *gubernare*. quomodo & Num. 11. ℣ſ. 14. recte interpreteris: vbi Moſes, populi præfectus, *Non poſſum ego ſolus ferre vniuerſum populum hunc*, inquit. Helleniſtæ, οὐ δυνήσομαι ἐγὼ μόνος φέρειν τὸν λαὸν τοῦτον. Deuteron. item 1. 9. *Non poſſum ſolus ferre vos.* vbi illi ipſi, οὐ δυνήσομαι μόνος φέρειν ὑμᾶς, Chaldæus סבר dixit: quod *diſponere* nonnunquam Targumiſtis eſt, aut *moderari*. Quanquam & Latini ſic loquantur. Autor De cauſis corruptæ eloquentiæ, *Per multos annos potentiſſimi ſunt ciuitatis, ac, donec libuit, principes fori, nunc principes in Cæſaris amicitia, agunt feruntque omnia.* de Eprio Marcello, Criſpioque Vibio. Sed & fatum ipſum Pallada, vt imperare oſtendat omnibus, τὸ φέρον, dixit.

Εἰ τὸ φέρον σε φέρει, φέρε καὶ φέρου· εἰ δ' ἀγανακτεῖς,
Καὶ σαυτὸν λυπεῖς, καὶ τὸ φέρον σε φέρει.

Non ita multo poſt ſequitur, Καὶ πάλιν, Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα. Perpetuum ℣ſ. 5. autem fere ſcriptori huic, de quo alias non ſemel, vt deſignet ſæpe locos magis quam adducat. interdum quoque, vt excerpat, quod præcipue ad inſtitutum facit: cætera, Hebræorum more interpretum, vtcunque eodem ſpectent, prætermittat. quod qui non obſeruat, fieri vix poteſt quin impingat. Quæ res tamen, ita noua atque inuſitata interpretibus quibuſdam olim viſa, vt, inprimis rei hujus cauſa, in dubium autoritatem ſcripti vocarent. Apoſtolus, ſi Hebraice ſcripſiſſet, ita adduxiſſet locum, אני אהיה לו לאב והוא יהיה לי לבן וגו. locum ex Nathanis Prophetia 2 Sam. 7. 14. admodum illuſtrem ſane. qui ſi ſeorſim adducatur, ad Solomonem referendus videatur. Καὶ ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοὶ εἰς υἱόν. Quæ verba tantum poſuit: partim quia alterum adduxit ex ſecundo Pſalmo locum, quo genitus à Deo Filius dicitur, atque hoc præcipue nunc agit: partim, quia cætera tum nota erant. Quid autem ſequitur? καὶ πιστωθήσεται ὁ οἶκός σου, καὶ ἡ βασιλεία σου ἕως αἰῶνος ἐνώπιον μου· καὶ ὁ θρόνος σου ἔσται ἀνωρθωμένος εἰς τὸν αἰῶνα. *Et firma erit domus tua, & regnum tuum vſque in ſæculum coram te: thronuſque tuus erit firmus vſque in ſæculum.* Quod de Solomone, tum ex hiſtoria, tum eo quod ibi dicitur, intelligi non poteſt. quem & peccatorem fore, & caſtigatum iri (quamuis non vt Saulem, cui regnum in æternum Deus eripuerat,) verum ea lege, vt in æternum id maneat, ibidem dicitur. In quo? non in Solomone, ſed in eo cujus Solomo tum erat typus: cui vere conuenit, Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοὶ εἰς υἱόν. qui locus & in Chronicis, & à Nathane quidem, ſic repetitur: ita vt hoc ipſum, quod adducit hic Apoſtolus, addatur: Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ οὗτος ἔσται μοὶ εἰς υἱόν, καὶ τὸ ἔλεός μου οὐκ ἀποστήσω ἀπ' αὐτοῦ, ὃν τρόπον ἀπέστησα ἀπὸ τῶν ἔμπροσθέν σου. Id igitur Apoſtolus de Chriſto, tanquam & prophetice & vere de eo ejuſque cauſa dictum, ſumit: quia quæ ſequuntur id confirmant aut exponunt, vel potius, hoc dicunt quod volebat: Solomonem, nempe, in quibuſdam nihil eſſe aliud quam typum. Quemadmodum & quod præceſſit, υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, à Dauide quidem dictum, ſed qui ita prædicebat Chriſtum. de quo plane id ac conuenienter dictum. Qui & eo, quod de gentium hæreditate & vniuerſi ſequitur imperio, à Dauide diſtinguitur: quæ, Apoſtolus hic tamen non adduxit. cujuſmodi nos monent loci, quædam negligentius ſubinde à nobis legi, quæ non tam ad typum quam ad veritatem, vt antiqui loquuntur, referenda. Cum autem ſequitur, Ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, pergit in inſtituto ℣ſ. 6.

Ad Hebr.

de Angelis & Chriſto. quod tamen nondum ſatis per ſe firmum eſſet, niſi, id, quod eo, quem adducit, loco dicitur, de Chriſto dici proprie probaret. De quo vt conſtaret, mirum equidem non magis ſummos hactenus elaboraſſe viros: cum præſertim pro confeſſo id ſumat, ac quaſi fundamentum Apoſtolus ponat. Illuſtris & magnificentiæ pleniſſimus eſt Pſalmus, in quo ἡ μεγάλη deſcribitur ἡμέρα. qua iterum terrarum orbi Filius exhibebitur Dei: qua & regnum œconomicum, quod hic exercuit, cum majeſtate confirmabit. Hæc δευτέρα illa, de qua loquitur Apoſtolus, εἰσαγωγή. Prima quippe, ἡ ἐνανθρώπησις, tempuſque illud quod hic vixit. quo, quanquam in humilitate ipſa, Angelos ſatellites nonnunquam habuit atque aſtites. Secundum hoc, ſplendidius illuſtriuſque, quia abſolute in viuos mortuoſque imperium tum declarabit: quia talis apparebit: quia tum, vt judex, apparebit: quia, vt eodem Pſalmo dictum, majeſtatis plena erunt omnia. Ibi ergo, *Iuſtitia & judicium*, inquit Propheta, *habitaculum ſedis ejus. Ignis coram eo ambulabit & exuret in circuitu hoſtes ejus. Illuſtrabunt fulgura ejus orbem. Videbit & tremet terra. Montes, ſicut cera, diſſoluentur à facie Iehouæ, à facie Domini totius terræ.* Quæ vt πρὸς τὴν σαρκὸς ἀνάληψιν, ſiue, *ad aſſumptionem*, carnis, ſeu, *œconomiam* referantur ipſam, cui facile probabitur? vt & illud, incarnationem, ἔξοδον, à Chriſto, εἴσοδον hic ſiue εἰσαγωγὴν, à Paulo dici: quod Chryſoſtomo tantopere ac Ambroſio placuit. qui ad hunc locum: *Paulus autem introitum Chriſti vocat, aſſumptionem carnis: de qua ipſe Dominus in Euangelio ait, Exiui à Patre, & veni in mundum. Hoc loco Chriſtus incarnationem ſuam, exitum vocat: quam Paulus hic introitum nominat. Ac mox addit, Dicendo enim, iterum introducit primogenitum in orbem terrarum, hoc ſignificat, cum ei committeret orbem terrarum. Tunc enim totum orbem terrarum poſſedit, cum ab vniuerſis eſt cognitus.* Quod ne antiquis quidem omnibus probari potuit: licet eadem quæ pius autor hic notauit, fere ad verbum in Chryſoſtomo legantur. qui & ipſe, aſſumptionem carnis, aut in carne Chriſtum, hic notari dixit. Quod vt vix admitti poſſe reor, ita aſſentiri nondum eruditis poſſum, qui τὸ πάλιν hic trajectum volunt. quod & effeciſſe credo, vt de apparitione Domini ſecunda agi non exiſtimarent. Vtrumque interim Nyſſenus vidit. qui aduerſus Eunomium hoc modo: ἡ τοῦ πάλιν προσθήκη, τὸ μὴ πρώτως γίνεσθαι τοῦτο, ἀλλὰ τὴν κατὰ τὴν λέξιν ταύτην σημασίαν ἐνδείκνυται· ἐπὶ γὰρ τῆς ἐπαναλήψεως τῶν ἅπαξ γεγονότων, τῇ λέξει ταύτῃ κεχρήμεθα. quibus verbis docet ac ſignificat, quod πάλιν γίνεσθαι autori dicitur, de primo non ſecundo vſurpari hic aduentu: geminationem enim ſic ſignificari. Hoc ergo quod ad vocem: cui addit, quod jam dixi, de aduentu Domini poſtremo agi. Quare & tempus hoc, παλιγγενεσίαν τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας, eleganter veteres dixerunt. inter alios & Epiphanius, qui aduerſus Manetem: Ἰδοὺ γὰρ ὁρῶμεν λέγοντας, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ τῆς αὐτοῦ παρουσίας, ἐν τῷ ὀνόματί σου ἐφάγομεν, καὶ ἐν τῷ ὀνόματί σου δαιμόνια ἐξεβάλομεν. Itaque, ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ, quod Apoſtolus hic dixit, nihil erit aliud, quam ſi dixiſſet, ὅταν δὲ περὶ τῆς δευτέρας παρουσίας, ſiue, τῆς παλιγγενεσίας τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου λέγῃ. *cum de ſecundo Domini aduentu agit.* Adde, quod hunc ipſum, de quo autor agit, nonageſimum, nempe, & ſeptimum Pſalmum, inter eos eſſe conſtat, quos ἀνεπιγράφους Hebræis eſſe, etiam Græcorum Critici, notarunt. Præſcribitur enim, Ἀνεπίγραφος παρ᾽ Ἑβραίοις. De quo & Nyſſenus: Καλῶς δὲ καὶ προσφυῶς, ἡ τοῦ ἐφεξῆς ἀνεπιγράφου ἀρχὴ, πρὸς τὸ πέρας ταύτης τῆς ψαλμῳδίας συνάπτεται. *Recte autem commodeque, ejus qui ſequitur & inſcriptione caret, initium, pſalmi hujus fini connectitur.* Tales autem vt plurimum eſſe obſeruarunt eos, qui illuſtre aliquod, de Seruatore inprimis, alluderent myſterium aut continerent. quod diſſimulaſſe ſic Iudæos. Idem Nyſſenus, cap. 8. in Pſalmos: Ὅσας τοίνυν ἐκεῖνοι (Iudæi ſcilicet) τῶν ἐπιγραφῶν κατενόησαν ἔνδειξίν τινα περιέχειν τοῦ μυστηρίου, ταύτας οὐ παρεδέξαντο. Διὸ καὶ παρεσημήναντο δι᾽ ἀκριβείας ἐπ᾽ αὐτῶν τὸ τοιοῦτον ὁ λόγος

τῇ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

τῇ ἀναγνώσει τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐπιγραφῆς προσθεὶς, ὅτι παρ' Ἑβραίοις ἐστὶν ἀνεπίγραφος. *Quaſcunque igitur illi inſcriptiones demonſtrationem aliquam Dominici* AD HEBR. *alicujus myſterii continere animaduerterunt, has repudiarunt. Qua de cauſa & ipſa dedita opera Eccleſiaſticæ inſcriptionis verba, hunc aut illum Pſalmum carere inſcriptione, notant.* inſcriptionem enim hic prætermiſſam, myſterii, quod deſcribitur hoc Pſalmo, notam, vult: vnde & ſollicite, ὅτι ἀνεπίγραφός ἐστιν, additum fuiſſe. quæ illius, de qua dixi, παλιγγενεσίας nota ſit. hæc autem magna illa, quæ futura tum, ἀποκατάστασις, ſeu reſtitutio. E quo patet, nulla tranſpoſitione hic opus eſſe: tum quam appoſite Pſalmo illo vſus ſit Apoſtolus. Igitur, ὅταν δὲ εἰσαγάγῃ πάλιν, *cum introducit iterum, cum vt ſecundo venientem introducit.* Sequitur, καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει, diſtingue, καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους, λέγει. ψſ. 6. id eſt, *Nam quod ad Angelos quidem, dicit.* Nihil autem Græcis vſitatius quam ita loqui. vt cum dicunt, πρὸς μὲν τοὺς ῥήτορας, πρὸς μὲν τοὺς φιλοσόφους. Quis enim dicat, verba, quæ ſequuntur, ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, ad Angelos potius quam de Angelis dici? quanquam aliter de Filio quod ſequitur: ita autem, vt dixi, vtrique conueniet, vtro modo etiam poſterius accipias. Alter autem locus 104, alter 45. vbi ſequitur, ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. quod Dei Filio, ſi quicquam, conuenit: qui ὁ Χριστὸς ille. quem locum indicauit tantum, vt & alterum, de quo egi. Sequitur, ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ, πυρὸς φλόγα. Ibid. vbi interpretes, πνευμάτων nomine hic ventos, flammarum autem, fulgura intelligi exiſtimant. Sed & alii in diuerſa eunt. quorum nonnulli, mentem Prophetæ eſſe volunt, *qui facit Angelos, vt ſpiritus*, ſiue, *ita veloces, vt ventos: qui miniſtros ſuos ita agiles, vt flammam ignis.* cum quod dicitur, de Angelis, de quibus egit hactenus, hoc ſaltem loco intelligendum, negari non poſſit: quemadmodum nec Dei nuncios eoſdem eſſe ac Spiritus. Πυρὸς autem φλὸξ, *ſaraph* ad verbum: quod nec ipſi negant, qui non parum hic difficultatis mouent, ac ventorum nomine vtuntur. Sed & inter Hebræorum Magiſtros Ramban, Angelos, *ſpirituales eſſentias*, interpretatur. Quid ſi ergo, Dei nuncios, eos dicit, qui & vulgo Angeli dicuntur: Spiritus autem, vt jam dixi, eſſe Angelos, de quo nec dubitatur? ita mens Apoſtoli manebit, ita quod de Angelis hic dicitur, manebit. vt non ſine cauſa interpres vetus, tum in Pſalmi loco, tum hoc ipſo, *Spiritus* interpretetur: Recentior, *Et de Angelis quidem dicit, Qui Angelos ſuos facit ventos.* Quid ſi autem, *Qui Spiritus facit ſuos nuncios?* ſiue, *qui Spiritibus vtitur pro nunciis?* vtrum autem melius cum mente hic conueniat Apoſtoli, qui hactenus, τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων, &, τίνι γὰρ εἶπέ ποτε τῶν ἀγγέλων, item, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ, dixit, eruditi videant: quanuis nec quod dixi plane negant, etiam qui aliter interpretantur. Quis autem ille, de quo additur, καὶ πρὸς μὲν Ibid. τοὺς ἀγγέλους, λέγει? quis autem λέγει? Scriptura, ſcilicet, aut Deus. quemadmodum, de quo & alias jam diximus, nihil Hebræorum vſitatius Magiſtris, quam vt, cum Scripturæ locus aliquis, quod paſſim fit, adducitur, τὸ אמר, ἀντὶ τοῦ נאמר, vſurpent. Exempli cauſa, vt cum dicunt, ואמר והלחות מעשה אלהים המה. *& dicit* (καὶ λέγει) *erantque tabulæ illæ opus Dei*, Capitulis Patrum. Cui ipſa occaſionem ſcriptura dedit. ita Gen. 48. 1. ויאמר ליוסף, *& dixit Ioſepho. dictum fuit, dixit aliquis.* ὁ δεῖνα, nempe. vbi paſſiue Helleniſtæ, καὶ ἀπηγγέλη τῷ Ἰωσήφ. Ita Kimchius cæterique paſſim, כמו שאמר, *vt cum dicit:* quoties locum, ſcilicet, aliquem adducit. Ita ad Oſeæ 13. 2. *vt cum dicit, nec vllus ſpiritus eſt in eo.* Græce, ὡς ὅταν λέγει, καὶ πᾶν πνεῦμα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ. locus autem quem adducit, Habacuci 2. 19. extat. Atque ita paſſim, cum è Lege locum citant, כמו שאמר בתורה, ὡς λέγει ἐν τῷ νόμῳ. Ita cum Pſalmos adducunt, כשאמר בספר תהלים, ὡς λέγει ἐν βίβλῳ ψαλμῶν. *vt dicitur*, vel, *vt dicit Propheta.* hoc quippe aut ſimile intelligunt. Et quis dubitat, quin inter Magiſtrorum abbreuiata idem ſit עוא (quod eſt על זה אמר διὰ

Ad Hebr. τοῦτο λέγει) *propter hoc dicit* (Scriptura, nempe,) cum illo ין, quod eſt על זה אמר, διὰ τοῦτο λέγεται, *propter hoc dicitur*: in Scriptura item. Quæ res, vt videtur, exigua, quantas interpretibus in Nouo Fœdere objecerit fruſtrationes, dici equidem vix poteſt. Ita cum Apoſtolus 1 Corinth. 15.27. dixit, ὅταν δὲ εἴπῃ ὅτι πάντα ὑποτέτακται, mirum ſane, vt ſuo jam monuimus loco, quas ibi moueat difficultates Epiphanius. Tale eſt, τίνι γὰρ εἶπέ ποτε τῶν ἀγγέλων; quod eſt τίνι ἐλέχθη; *cui dictum?* niſi Deum intelligas. neque aliter forte, ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην. Ita &, cum ad Epheſios 5.14. dicitur, Διὸ λέγει, ἔγειραι ὁ καθεύδων, nouum id videtur ac inſolitum: cum in Magiſtris toties hæc & ſimilia occurrant. Quis autem, vt jam illa, de quibus ſemel egiſſe ſupra ſatis eſt, omittamus, in compendioſa illorum ſcriptura verſatus, illud אק quod eſt אמר קרא, *dixit ſcriptura*, vel דאק, pro דאמר קרא, *quod ſcriptura dixit*, ignorare poteſt? quod ſic plenum fit ac ἐντελές, cum non plenum per ſe ſit, ſed ἀτελές: de quo nunc agimus. quomodo paſſim, vt jam diximus, hic autor loquitur.

Cap. II.

Locus, Διὰ τοῦτο δεῖ περισσοτέρως ἡμᾶς προσέχειν τοῖς ἀκουσθεῖσι, μήποτε παραρρυῶμεν. postremum quomodo interpretentur quidam. ne quando perfluamus. ne forte pereffluamus. παραρρυεῖν. διαρρυεῖν. ἀπορρυεῖν. Τὸ μὴ παραρρυῇς, & quomodo dicatur. Similes locos Hebræorum Magiſtri ac Targumiſtæ quomodo interpretentur. μὴ παραρρυῶμεν, μὴ ἐκπέσωμεν, Chryſoſtomus. Locus, Εἰ γὰρ ὁ λαληθεὶς λόγος δι' ἀγγέλων ἐγένετο βέβαιος. Lex pronunciata à Deo. ἄγγελοι in loco ad Galat. 3. ἱερεῖς Chryſoſtomo. διαταγαί, & quam in vocis interpretatione non ſibi conſtent veteres. ἄγγελοι, miniſtri, qui Hebræis עברים. δι' ἀγγέλων, διὰ προφητῶν. Græcorum Theologorum opinio de loco. Locus, Διεμαρτύρατο δέ πού τις λέγων. τὸ τὶς in quibuſdam prætermiſſum fuiſſe exemplaribus, ex Sedulio ac Syro interprete videri. τὸ διεμαρτύρατο autem quomodo accipiendum. τὸ πού τις, quomodo dicatur. τὶς, ὁ δεῖνα. Locus, ἠλάττωσας δὲ αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, ac quantopere vexatus. Fabri & Eraſmi de eo contentiones. In quot partes ab interpretibus Pſalmi octaui ac varias interpretationes itum ſit. Locus, τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, in quo omnis difficultas, vnde omnis interpretum in explicandis Prophetæ verbis, licentia. אנוש & איש, eorumque differentia. βραχύ τι, & quomodo accipiatur à nonnullis. τὸ δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον, quo referendum ſit. Iterum de loci difficultate, quam hic mouent eruditi, & interpretatione non vna. βραχύ τι, קליל Chaldæo. De perſona Chriſti, imo & altera ejuſdem natura, quanta cum veneratione, propter vnionem, loquatur Scriptura. Operimentum in Fœdere antiquo Cherubinis vndique refertum, quid deſignarit. oblatæ olim pro peccatis quid notarint victimæ. ὃς ἐγένετο νεκρὸς καὶ ἔζησε, de Domino dictum. De maxima humiliatione Chriſti, quomodo κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο, ſiue κατ' ἀντίδοσιν, loquantur antiqui. Epiphanii in θεόσωμον ſepulturam Domini Homilia. plurima quæ κατὰ κοινωνίαν ἰδιωμάτων, ſiue, κατ' ἀντίδοσιν, dicuntur ibidem, notata. Vnus homo, anima rationalis & caro, vnus Chriſtus verbum & homo. De humilitate Chriſti vltima, quomodo loquatur Scriptura. Difficultatem loci, cum alios, tum inprimis recentiorem & vidiſſe & profeſſum eſſe interpretem. Regium Chriſti munus quod & quale. Perſonale, ſcilicet, aut œconomicum. mors horaria Anſhelmi. de Meſſiæ ſui morte quam magnifice Hebræorum quidam loquantur Magiſtri. Angelis quantum tribuerint Hebræi. Vriel, Raphael, Gabriel, Michael, Nuriel, celebres Rabbinorum Angeli: qui & diuinam in monte Sinai cinxiſſe Majeſtatem dicuntur. Ἀγγέλων θρησκεία, quam antiqua. Etiam Nouatianum, ex hac Epiſtola, quanto major Angelis eſſet Dominus, probaſſe. Melchiſedeco, de quo hac Epiſtola agitur, quantum tribuerint Iudæi. Quam vel nulla vel exigua diſtinctionum in antiquis codicibus, etiam nonnunquam Sacris, habita à ſcribis ſit ratio.

Ana-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Anaſtaſii Sinaitæ liber, Ὁδηγὸς *vulgo ab eo inſcriptus. qui diſtinctiones, vel neglectas à ſe vel prætermiſſas, quibus verbis excuſauerit. De vera loci diſtinctione.* τὸ δὲ, *emphatice nonnunquam in oratione omitti.* τὸν μὲν, τοῦτον μὲν, τῆς ἐν ᾗ ἐστιν, *Ariſtoteli.* Ἰησοῦν, *pro* Ἰησοῦν δὲ, *& quam emphatice, non conjunctum aliis, dicatur.* ἀκολουθία *loci: tum & inter Prophetam ac Apoſtolum, quam recte conueniat. Sedulii ſententia, locique interpretatio. Sacrilegium Neſtorii & audacia.* χωρὶς Θεοῦ, *pro* χάριτι Θεοῦ, *& quam multi id admiſerint. B. Hieronymum quoſdam ſolis diſtinctionibus conciliaſſe locos. ejuſdem libertas. Pluribus Epiſtolæ ad Hebræos, non Neſtorianos modo, ſed & Miletianos ac Nouatianos, locis, olim eſſe abuſos.* Ἰουδαιόφρων *Damaſceno dictus Neſtorius. Locus,* ὅπως χάριτι Θεοῦ γεύσηται θανάτου, *vt gratia Dei guſtaret mortem, ambigue Latinis. vnde gratiam Dei, id eſt, Chriſtum, guſtaſſe mortem, atque hoc nunc dici, voluiſſe quoſdam. gratia & beneficium, an* παντοδυναμοῦντα, *ac æque late pateant. Neſtorii mutationem ac corruptelam, etiam in Syriacum irrepſiſſe contextum. Locus,* καὶ πάλιν ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ. *qui, è quo, & qua occaſione, adducatur. illuſtris Eſaiæ prophetia, de qua agitur. Locus,* Οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται. ἐπιλαμβάνεσθαί τινος, *quam efficaciter dicatur.*

Ad Hebr.

SEcundo ſtatim capite cum dicitur, Διὰ τοῦτο δεῖ περισσοτέρως ἡμᾶς προσέχειν τοῖς ἀκουσθεῖσι, μή ποτε παραρρυῶμεν, mirati ſane virum celeberrimum ſumus, vt & Eraſmum, qui *perfluendi* voce vtuntur. quaſi huc illud Parmenonis Eunucho faciat, quod & diſerte notat: *Quæ vera audiui taceo, & contineo optime: Sin falſum, aut vanum, aut fictum eſt, continuo palam eſt. Plenus rimarum ſum: hac atque illac perfluo. Proin tu taceri ſi vis, vera dicito.* Vbi Donatus, *Plenus rimarum ſum, vilis atque abjecta tranſlatio, & apta ad meretricem loquenti. Hac atque illac perfluo. contra, contineo optime.* Vetus, *ne forte pereffluamus.* Quæ an ſatis huic conueniant loco, videndum. Et an non *perfluere,* διαρρυεῖν potius, cum παραρρυῶμεν dicatur? quorum vtroque SS. Patres vtuntur. Et τῷ διαρρυεῖν quidem, ἀντὶ τοῦ ἀπορρυεῖν fere. Nyſſenus in Eccleſiaſten Homilia 7. ταῦτα φύλαξον, ὡς μὴ διαρρυῶσί σοι τὸν πλοῦτον τῶν καθαρῶν τῆς διανοίας κτημάτων. *ne pereant, ne effluant, ne elabantur tibi puræ iſtæ opes,* de quibus loquitur, nimirum. quod ἀπορρυεῖν eadem Homilia dixit. Ἐπεὶ οὖν τῷ αὐτεξουσίῳ τῆς ὁρμῆς τοῦ ἀγαθοῦ ἀπερρύημεν. paulo item poſt, τότε ἡ ἀνύπαρκτος τῆς κακίας φύσις ἐν τοῖς ἀπορρυεῖσι τοῦ ἀγαθοῦ οὐσιώθη. Vbi quæ ſint τὰ τοῦ ἀγαθοῦ ἀπορρυέντα, cum de malo agat, quod priuatio eſt boni, quiuis videt: quæ mala, quatenus deficiunt à bono, ἀπορρυέντα τοῦ ἀγαθοῦ dicuntur. Quemadmodum & παραρρυῶμεν, ἀπορρυῶμεν forte melius hic reddas. Heſychius, Παραρρυῶμεν, ἐξολισθῶμεν. quod & huic loco conuenit: quemadmodum & forte ἀπορρυῶμεν. Sed videndum primo, quo reſpexerit Apoſtolus: deinde, quæ Hebrææ voci vox reſpondeat. Prou. 3. 21. dictum erat, Υἱὲ, μὴ παραρρυῇς· τήρησον δὲ ἐμὴν βουλὴν καὶ ἔννοιαν. quem locum etiam ad interpretationem hujus Chryſoſtomus adduxit. Vetus interpres, *cuſtodi Legem atque conſilium.* Quod nihil ad futilitatem, de qua ſubobſcœne Parmeno διαρρυεῖν dixit: cum παραρρυεῖν dicatur is qui deficit ab iis quæ audiuit aut ſeruanda ſunt, neque aliter Apoſtolus interpretetur. qui præmittit, ὅτι τοῖς ἀκουσθεῖσι δεῖ προσέχειν. Eodem Prouerb. loco additur, *ne ab oculis tuis hæc recedant,* vbi, *ne effluant,* vulgata: quod ἀπορρυεῖν, vel παραρρυεῖν, dicas. τὸ לז enim, *deflectendi,* ſiue, *diſcedendi,* notione dicitur: quo & Targumiſtæ vtuntur. Leui Ben-Gerſon, *ne abſcedant à conſpectu tuo,* ſiue, μὴ διαρρυῶσιν, inquit: *diffluendi* tamen notione potius quam *effluendi.* Salomon Iſacides, *ne abeſſe à conſpectu tuo patiaris.* quæ ad *perfluendi* ſenſum nihil aut vocabulum, neque quicquam tale Parmeno. Quare & Helleniſtæ, & Hebræi, & Apoſtoli, & Salomonis locus, potius vertendum hic arguunt, *Propterea, eo magis attendere iis quæ audiuimus oportet, ne ab iis diſcedamus vnquam, ſiue, recedamus.* Et optime, μὴ παραρρυῶμεν, μὴ ἐκπέσωμεν, Chryſoſtomus. Sequitur,

Cap. II. ℣. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ad Hebr. vſ. 2.

tur, εἰ γὰρ ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος, ἐγένετο βέβαιος. Vbi ſi recepta interpretum quorundam ſententia ſtandum, de Lege loquitur, *quæ pœnas tranſgreſſoribus præſcripſit*. Quomodo autem, λαληθεὶς δι' ἀγγέλων dicitur ὁ νόμος, vt ſic Legi opponatur Euangelium, quod λαλεῖσθαι διὰ τοῦ Κυρίου, in ſequentibus mox dicitur? nonnihil enim hic, vt nunc omittam cætera, difficultatis video. Duas quidem certe ſcriptura Legi tribuit prærogatiuas: quod à Deo, nempe, ſit pronunciata, & quod Dei digito ſit ſcripta. Quis enim Exodi 19. 9. promiſiſſe neſcit Deum, in denſitate nubis, vt cum Moſe, audiente populo, loquatur, ſe venturum. Adde, quod, cum de Lege agitur, omnia quæ ſequuntur verba, Deus ipſe dicitur locutus. *Et locutus eſt Deus omnia verba iſta, dicens*, &c. De quo ita Aben-Ezra, דע כי עשרת הדברים כאשר הם כתובים בפרשה הזאת השם אמרם כלם כי כתוב וידבר אלהים את כל הדברים האלה לאמר ותחלתם אנכי יהוה וסופם כל אשר לרעך. *Notandum eſt, Decem præcepta, ita vt capite hoc deſcribuntur, omnia protuliſſe Dominum: quemadmodum ſcriptum eſt, Et locutus eſt Deus omnia verba iſta, dicens, &c. Quorum principium eſt, Ego Dominus, finis autem, Nec omnia quæ proximi ſunt tui.* Additque, *Etiam Moſen, cum ſecundo decem præceptorum ſeu verborum*, vt loquuntur illi, *meminit, dixiſſe, Verba iſta cum omni cœtu veſtro locutus eſt Dominus*. Deinde, *quemadmodum perſcripta Dei digito in tabulis fuêre, ita ſine vlla diminutione aut additione, illo capite à Deo prolata ac expreſſa eſſe.* nec alii abeunt Theologi, cum ex eo, Deum, verbo, & προφορικῷ quidem, voluntatem expreſſiſſe ſuam, quæ à Moſe Dei populo deinde tradita eſt, concludunt. Eodemque modo, poſt prolata iſta, ſemper, ne quis dubitet, locutus dicitur Deus. Adde quod &, λαληθεὶς δι' ἀγγέλων, non ἀγγέλου, dicitur: ne intelligatur Angelus qui excellenter alias ſic dicitur. Adde quod non Euangelio Lex tantum, ſed & διὰ τοῦ Κυρίου λαληθέντι opponitur. qui eſt ipſe magni, de quo mox, conſilii Angelus. Quod ſi autem, δι' ἀγγέλου, de eodem dictum eſſet, quis jam oppoſitioni locus eſſet? neque enim ignorare poſſum, Legem per hunc Angelum pronunciatam eſſe, exiſtimaſſe quoſdam. Sed nec Arabem interpretem ac Syrum, cum à Protomartyre in Actis dicitur, οἵτινες ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, pro eo τοῦ ἀγγέλου legiſſe: vt ad eum, de quo diximus, referrent. forte &, quod eodem capite, ab eodem, ἐν ἀγγέλου χειρὶ, quem in rubo viderat, miſſus Moſes dicitur. Ne de Chryſoſtomo jam dicam. qui ad eundem locum, πῶς ἄγγελοι νόμον ἐφάνησαν διατάττοντες; ἀλλὰ διαταχθέντα νόμον λέγει, τὸν ἐγχειρισθέντα αὐτῷ δι' ἀγγέλου, τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ ἐν τῇ βάτῳ. *Vbi*, inquit, *ordinata, ſeu, diſpoſita ab Angelis, Lex dicitur? Ordinatam vero Legem, cum dixit; ab Angelo, qui in rubo ei viſus, traditam intelligit.* Hic autem tale nihil. Lex per Angelos pronunciata, Euangelio opponitur: quod pronunciatum, aut pronunciari cœptum, mox à Chriſto dicitur. Iam vero, vt & Angelos, tanquam miniſtros ſatelliteſque, in promulgatione Legis adfuiſſe concedamus (quippe cum ingenti majeſtate ſtipatus ibi Deus, fumum, ignem, fulgura, procellas, buccinas quoque, adhiberet, mirum minime, ad partes quoque ſuas, Angelos, diuinæ Majeſtatis ſtipatores conueniſſe ac ſatellites) etiamne ex eo, pronunciatam ab Angelis fuiſſe Legem, ſequitur? Vt omittam, quomodo Actor. 7. accepta Lex εἰς διαταγὴν ἀγγέλων, 3. ad Galatas, διαταγεὶς δι' ἀγγέλων ὁ νόμος dicatur, hactenus non ſatis, ne inter antiquos quidem conuenire: quod nec ignorare poſſunt qui cum cura in eorum ſcriptis verſati ſunt: quemadmodum poſteriori loco, ἀγγέλους, ἱερέας, *ſacerdotes*, interpretari Chryſoſtomum. Ne dicam, quod διαταγὴν, ad apparitiones alii, alii ad diuerſa quæ apparuerunt ſigna, cum Lex data, referant. alii, quod nolim, ideo διαταγὰς interueniſſe ἀγγέλων, vt Angelicam in terris vitam agant homines. Inter quos è Græcis quidam. quanquam ne eodem quidem modo, etiam recentiores ſentiunt: vt in labyrintho verſari te dicas. Ego, vt quod ſentio hic dicam, potuiſſe quidem fieri exiſtimo, vt nihil

aliud

aliud præter notionem vocis, qua hactenus de Angelis vſus eſt, hoc loco mutauerit Apoſtolus. quod nec ſemel factum alibi, nec venuſtate caret. Nemo autem dubitat, quin & ἄγγελοι miniſtri nonnunquam dicantur ac ſerui: qui עברים Hebræis. vt cum Eſaiæ 37.24. ὅτι δι' ἀγγέλων ὠνείδισας Κύριον, dicitur: vbi ביד עבדיך, *per miniſtrorum tuorum manum*, legitur. quod & Angeli ſunt Domino. Etiam Prophetas Legiſque interpretes, ἀγγέλους dici, quis neſcit? Et ſane ſimplex expoſitio hæc eſſet, δι' ἀγγέλων, ἀντὶ τοῦ, διὰ προφητῶν, hic dici: cum præſertim ſequatur, καὶ πᾶσα παράβασις καὶ παρακοὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδοσίαν, *omniſque transgreſſio & inobedientia, juſtam mercedis retributionem retulit*. quam multo ante & Prophetæ nunciarunt. Quos ſeueriſſime transgreſſiones Iudæorum caſtigaſſe ac contumaciam, ſed & ſummas, quæ mox euenerunt, calamitates prædixiſſe conſtat. quibus משא talis prophetia dicitur: quo & inclinare Eraſmus videtur. Si cui minus interim id placeat, quod de Angelis proprie ſic dictis egit hactenus, de quibus & porro agit, minime aliena nobis Græcorum videbatur opinio: qui, λόγον λαληθέντα δι' ἀγγέλων, de iis in Fœdere veteri Angelorum apparitionibus intelligunt, quibus Dominus vel delinquentes caſtigat, vel exitium ac pœnam prædicit. Vt cum perfidiam populi Iud. 2. 1. ad Bochim, quod cum idololatris fœdus feciſſent, caſtigat Angelus: quem prophetam tamen fuiſſe quidam volunt: vt cum Gen. 19. exitium Sodomorum Angeli prædicunt. Ac ſi dicat, *Si igitur quæ in antiquo Fœdere Angeli dixerunt, eueniſſe conſtat, omniſque mercedem ſuam rettulit impietas, quomodo effugiemus nos, ſi ſalutare reſpuamus verbum, quod omnium primo ipſe Dei prædicauit Filius?* atque ita quis ſit, ὁ λαληθεὶς δι' ἀγγέλων λόγος, planum eſſet. Sequitur, Διεμαρτύρατο δέ πού τις, λέγων, τί ἐστιν ἄνθρωπος, ℣. 6.
ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ; Vbi minime prætermittendum, quoſdam Διεμαρτύρατο δὲ πού λέγων, vt videtur, legiſſe: vt cum אמר pro נאמר, de quo multa jam ſupra & alibi, in citatione contextus dicitur. Sedulius, *Teſtatus eſt autem in quodam loco Spiritus ſanctus per Prophetam.* quod omnino non diſplicet: niſi ſi memoriæ hoc dedit, aut difficultatem euadere ſic voluit. Non aliter certe Syrus. qui, אלא איך דמסהד כתבא. *ſed ſicut teſtatur Scriptura.* qui & ſuppleſſe ellipſin videtur. Si autem, vt vulgarem, quod libentiſſime à nobis fit, tueamur lectionem, aliquid dicendum ſit, quid ſi τὶς, ille, cujus facta hactenus eſt mentio? Hactenus autem meminit Dauidis. cujus ne repeteretur nomen toties, quod faciendum videbatur, quid ſi τὶς, pro ὁ δεῖνα, poſuit? Quod vt honoris, ita tædii nonnunquam fit vitandi cauſa. vt τὸ פלוני ſic exprimatur. Exempli cauſa, ab Oſea ſæpius cum dictum eſſet, gentem Dei, quanuis adulteriis fœdatam, tamen conjugem illius fore, ibi, *Et dicas*, ait Kimchius, *Ego ſum vxor* פלוני. qui eſt ille, cujus toties ab eo facta fuerat jam mentio. Deus nempe. vbi & recte, Ἐγώ γυνή τινος dicas: quod, τοῦ δεῖνα, eſſet. vt ſic, non ἀόριστον, ſed relatiuum, ſit. B. Hieronymus ad Malachiam, *Dicente Abrahamo ad quendam diuitem purpuratum, Habent Moſen & Prophetas.* Innuere enim videtur, quemadmodum Lazaro certum tribuitur nomen (quem nonnulli nomine hoc reuera dictum volunt) ita diuiti, ſed quod non exprimitur, fuiſſe. Sequitur, Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους. ℣. 7.
Quantum autem in hoc loco, à renatis primum literis, difficultatis partim eruditi mouerint, partim inter ſe certarint, cum ex aliis, tum ex iis quæ à Fabro Stapulenſi & Eraſmo diſputantur, ſatis patet: cui Faber quinquaginta ſeptem difficultates objecit. cum hic quidem ſatis manifeſte, vt Propheta, ita ſe expreſſerit Apoſtolus. qui loco ejus commode inprimis vſus, nullam, meo quidem animo, cur vniuerſus (de quo & ſupra egimus) è quo hæc adducuntur, Pſalmus, mirificis, etiam à veteribus, allegoriis diſcerperetur, occaſionem dedit. Nam quod ex antiquis nonnulli, de quibus & ante, verba illa, *Quid eſt homo, quod memor ejus es, aut filius hominis, quod viſites eum?* quibus ſtatim ſubjungitur, *Feciſti*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ad Hebr.

eum paulo minorem Angelis, de Filio Dei interpretantur, cur interpretationem eorum à ſe potius quam à Regio Propheta petebant? qui cum Pſalmo 144. ℣ſ. 3. dixiſſet, *Iehoua, quid eſt homo, & agnoſcis eum? filius hominis, quod cogites de eo?* ne quis quid voluerit, ne quis quem hominem intelligat, dubitare vllo modo poſſit, ipſe addit, *Homo vanitati ſimilis eſt: dies ejus ſunt vt vmbra tranſiens.* Ad quem locum B. Auguſtinus, *Quid eſt homo, quod innotuiſti ei, aut filius hominis quoniam æſtimas eum? Quem? Homo vanitati ſimilis factus eſt. Cui vanitati? Temporibus præterlabentibus & præterfluentibus.* Non dixit, Quem? Filium Dei, ſed hominem: qui per ſe vanitas. quod σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος eleganter Thebanus poëta dixit. Quid ergo aliud octauo dixit Pſalmo? *Quid eſt homo?* hoc eſt, mera vanitas eſt homo. *Quid eſt filius hominis?* vanitas ac vmbra quæ tranſit. *& tamen meminiſti ejus.* niſi ipſius interpretationem autoris reſpuamus. Sequitur, *Paulo minorem Angelis feciſti eum.* Quod erit, ſi eos ſequimur qui de Dei Filio accipiendum id ibi volunt, *Quid eſt homo?* Homo per ſe nihil eſt. *Quid eſt filius hominis?* vmbra & nihil. *& tamen Ieſum Chriſtum* (hic enim hominis eſt filius) *minorem paulo Angelis feciſti.* Vt eorum ex antiquitate omittamus ſententiam, qui hoc ipſum, *Quid eſt filius hominis?* de Dei Filio interpretantur. inter quos B. Ambroſius: qui, illud, *Quid eſt homo?* de quo & ſupra, ni fallor, cum deſpectu pronunciandum, ad alterum autem, illud nempe, *Quid eſt filius hominis?* aſſurgendum ait, *quod Seruator deſignetur.* Vt nunc alios omittam: cum de eo ne Apoſtolus quidem (quod candide fatentur eruditi) verſu ſexto, vbi iiſdem tamen verbis eodemque loco vtitur, locutus ſit: qui vſque ad illa (quæ Chriſto, quod nonnulli viderunt, parum conueniunt,) πρόβατα καὶ βόας ἁπάσας, &c. *Oues boueſque omnes, ſed & pecora campi, pedibus ejus ſubjeciſti)* ad verbum, prout hodie conceptus legitur ab Helleniſtis locus, eodemque ſenſu, contextum adduxit. Vbi, nulla ſane, ſiue ipſum legas Prophetam ſiue Apoſtolum, meo quidem animo difficultas. quæ in verſu nono omnis: vbi applicatur, nempe, quod præceſſit: vbi quod de homine prius cum Propheta Apoſtolus jam dixit, de Seruatore dici volunt. vnde ſumma hic nec vna, quod interpretes fatentur, vel mouetur vel occurrit difficultas. Quas, ſiquidem Exercitationes ſcribimus, hoc eſt, proficiendi cauſa ſcribimus, priuſquam ſententiam exponimus noſtram, ſemel, nec obiter, hic videamus. eo quidem diligentius, quod omne opinionis ſuæ præſidium in hoc loco habuerit Neſtorius: ejuſque cauſa, & eodem quidem, vt nunc diſtinguimus, verſu, etiam alium qui ibidem quoque legitur locum (de quo & acturi mox ſumus) liberrime interpolarit ac corruperit. qui & ipſe in plurimos mox codices irrepſit. Quod ignorare nec poſſunt nec debent, qui antiquitati Chriſtianæ operam dederunt: quales nos lectores poſcimus, optamus. Pergamus igitur. Prophetam de prærogatiua hominis ac dignitate, proprie verba ea, ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ᾽ ἀγγέλους, vſurpaſſe, ſatis Apoſtolus probauit. quæ nec aliter eruditi plerique interpretes, qui ad eum vel commentati ſunt vel paraphraſi exacta illuſtrarunt locum, interpretati ſunt. Exceptis iis, qui, cum de hoc cogitarent, quod conceperant de eo, ad interpretationem Prophetæ vt conferrent, ſua intereſſe & Apoſtoli exiſtimarunt. Inter quos B. Hieronymus (ſeu quicunque is eſt, cujus commentarii hoc nomine in Pſalmos leguntur) cum ibi illud de quo nunc agimus, interpretatur, *Minuiſti*, ſiue, vt ibi legitur, *minoraſti eum paulo minus ab Angelis;* inter alia, *hunc*, inquit, *locum Apoſtolus in Epiſtola ad Hebræos ſuper Chriſto interpretatur.* Ex qua hypotheſi, *Tanquam liber equus campoque potitus aperto*, totum ſe, vt omnia eodem trahat, liberrime effundit. Illa igitur, *Quoniam elata eſt magnificentia tua ſuper cælos*, quaſi de creatione & hac magnificentia, ne quidem cogitandum eſſet, ad reſurrectionem refert.

idem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

idem, qui ibidem, *Cælum Scripturas dici Sanctas*, ait, *quæ per digitum Dei, hoc eſt, per Spiritum Sanctum, ſunt prolatæ.* idem, qui Lunam & ſtellas, *Eccleſiam, vel doctores ejus*, idem, qui, oues & boues, *animas Sanctas, fructum juſtitiæ operantes*, pecora campi, *inferioris meriti homines*, volucres cœli, *eos, qui per nimiam curioſitatem, non contemplantes cæleſtia, inter hujus ſæculi fructus putant eſſe vitam æternam*, interpretatur. Ad eum denique locum, *Gloria & honore coronaſti eum, Gloria*, inquit, *cum in ejus deſcenſu inferi claruerunt. Honore, cum vicit mortem. Corona, cum, circundatus ſanctorum choro, triumphans rediit ex inferno.* Vt de alio non dicam, qui illa, *Quid eſt homo, quod memineris illius?* ad humanam Chriſti naturam ita refert, ac ſi dicatur, *Quid tanti eſt humanitas illa, à Deo verbo aſſumpta?* quaſi res exigua humanitas, & à Deo aſſumpta quidem, eſſet: aut nullius vel exigui momenti illud eſſet, de quo hoc ipſo capite Apoſtolus, *Non enim Angelos ſed ſemen Abrahæ aſſumpſit.* Tum autem illud, *quod memor es illius*, illo confirmari loco, *Hic eſt filius meus dilectus*. Quas vt delicias quorundam eſſe miror, ita mihi, ne in fumum ea ratione venerabilis ſacrarum literarum abeat majeſtas, ſemper cauendum videtur. Iam qui etiam priora, *Quid eſt homo, quod memineris illius?* ad Dominum referunt, cur ſaltem, voce אנוש Prophetam ibi vſum, non cogitabant? qua non calamitas modo & miſeria hominis, ſed & vilitas quædam notatur. Vnde & אנש: quo de inſanabili aut deſperata vitioſitate Propheta Ieremias vſus eſt. vt cum dicitur, עקב הלב מכל ואנש הוא מי ידענו. *fraudulentum eſt cor hominis præ omnibus & peruerſum. quis cognoſcet illud?* vbi Helleniſtæ, Βαθεῖα ἡ καρδία παρὰ πάντα καὶ ἄνθρωπός ἐστι· καὶ τίς γνώσεται αὐτόν; vt אנש, hoc eſt, miſer, ac talis intelligatur homo, qualis, qui אנוש, vulgo dicitur: idem, nempe, qui contracte אב״ו quod eſt, אדם בשר ודם, *homo, caro, & ſanguis*, à Magiſtris dicitur. Contra, quam in eo, *Ego autem vermis ſum, non homo.* vbi non אנוש, ſed איש, dicitur: quod גבר, *vir fortis*, aut, *non debilis*, interpretatur Chaldæus. Quemadmodum contra, ea, de qua agimus nunc, voce vtuntur, Magiſtri: qui מקות אנוש רמה, *expectatio hominis vermes*, dicunt. Quod ne tum quidem, cum jam vere fuit mortuus, in Chriſti corpore, de quo hic agi quidam voluerunt olim, locum habuit. Cujus, quod in Actis ex Propheta repetitur non ſemel, caro corruptionem non vidit: de qua, *carnem*, inquit antiquus Doctor, *ſine peccato, non debuit vitiare corruptio.* Iam vero, vt, quod additur, *quid eſt filius hominis?* de Seruatore, ſed homine, cum antiquis quibuſdam, inter quos & B. Hieronymus, accipiatur, quomodo, cum in ſequentibus, de prærogatiuis, ſiue hominis, ſiue filii hominis, hoc eſt Chriſti, vt illi volunt, agitur, deinde additur, *paulo inferiorem Angelis feciſti eum?* vt ſic, quod ex hoc loco infertur, mortem tulerit ac perpeſſus ſit: in qua, ſiue *paulo*, ſiue, *paulum*, hoc eſt, *ad tempus*, minor Angelis fuerit? Cætera vt omittamus, quis negare poteſt, quod hic ſollicite jam alii notarunt, ipſum hoc, ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, non de Chriſto, ſed de homine, vt à Propheta, ita ab Apoſtolo, hoc ipſo capite vſurpari? De quo autem homine ibi agat, ſi quæras; ipſe de humano genere agi reſpondebit: cui cum maxima tribuerit hic Deus, nondum tamen omnia ſubjecit. In quo autem tribuet quæ nondum dedit? In Chriſto. de quo idem tamen quod de homine jam dictum eſt, hic dicitur: *ipſum*, nempe, *Angelis paulo inferiorem eſſe factum.* eundem, quem morte obita, in ſummum honoris gloriæque gradum eſſe euectum ait. Quod vt tueantur, omne, vt mox dicemus, præſidium in βραχύ τι nonnulli ponunt. quaſi hoc ad tempus, quo mortuus fuit, referendum eſſet: aut Propheta, cujus loco optime & ex fide vſus eſt Apoſtolus, cum de generis humani prærogatiuis loquitur, illud βραχύ τι, ad tempus reſtringat, aut ad tempus *Angelis minorem eſſe factum dicat hominem.* Quare ἀκολουθίαν loci ac mentem videamus. *Scriptum autem alibi eſt*, inquit, *Quid eſt homo, quod memineris illius, aut filius hominis, vt eum viſites? Tantis affeciſti*

Ad Hebr.

eum beneficiis, tot in eum prærogatiuas contuliſti, vt paulo inferior Angelis à te ſit factus. Gloria & honore coronaſti eum. Sed & manuum tuarum operibus præfeciſti eum. Pedibus ejus ſubjeciſti omnia. In eo enim quod ſubjecit ei omnia, nihil quod non ſubjectum ſit, prætermiſit. Nunc autem, nondum ei omnia ſubjecta videmus. Hæc quidem quomodo cohæreant, nemo eſt qui non intelligat. Sequitur, *Ieſum vero illum, qui paulo minor factus fuit Angelis, propter mortis paſſionem, gloria & honore coronatum cernimus.* Ne jam dicam, verba illa διὰ τὸ πάθημα θανάτου, rectius ad ſequentia referri: imo, ſi Chryſoſtomo hic fidem aliiſque habemus, referenda eſſe. qui, δείκνυσιν, ὅτι δόξα καὶ τιμὴ ὁ σταυρός ἐστι. *honorem gloriamque, crucem eſſe, ait.* Theophylactus, καὶ τὸ δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανῶσθαι διὰ τὰ πάθη, ἐκείνῳ μᾶλλον ἁρμόζει ἢ ἡμῖν. *quod gloria ac honore coronatus propter ea quæ paſſus eſt, dicitur, magis illi conuenit quam nobis.* Nec aliter Syrus. vt & Haymo: *qui, ſed quia ille obediens tibi extitit vſque ad mortem, gloria & honore coronaſti eum*: neque aliter eruditi alii commentatores ac Theologi, qui, *tantundem valet ac ſi dictum eſſet, Chriſtum, obita morte, ad hanc gloriam quam adeptus eſt, fuiſſe euectum.* vt ſic, non ἠλαττωμένος διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, quomodo nonnulli diſtinguunt, ſed, δόξῃ καὶ τιμῇ διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου ἐστεφανωμένος, dicatur. vt, dico, non, *propter mortis paſſionem Angelis factus minor,* ſed, *propter mortis paſſionem gloria & honore coronatus*, dicatur. quomodo ad Philippenſes locutus ipſe autor, cum dixit, *factus obediens ad mortem vſque: mortem autem crucis. Propterea etiam altiſſime euexit eum Deus.* διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε. quem locum commode hic adduxit Haymo. Mirum autem quam ſe hic exerceant antiqui. Fulgentius, poſtquam in blaſphemiæ barathrum deuolui eos dixit, *qui diuinitatem Chriſti paſſionibus ſubjicientes humanis, Dominum Angelorum conantur in ſubſtantia quam habet à Patre, inferiorem Angelis demonſtrare (Deus enim*, vt ibidem loquitur, *in carne paſſus, non eſt carni compaſſus: quia Deus paſſionem in carne ſenſit, cum carne non ſenſit*, item, *Paſſus Deus in homine, quia vna eſt Dei hominiſque perſona, non eſt compaſſus Deus homini, quia in vno Chriſto non eſt confuſa Dei hominiſque ſubſtantia*,) tandem ita locum hunc adducit: *Eum autem qui modico quam Angeli minoratus eſt, videmus Ieſum, propter paſſionem mortis gloria & honore coronatum, vt ſine Deo pro omnibus guſtaret mortem.* quaſi χωρὶς Θεοῦ, quod Neſtoriani volebant, Apoſtolus ſcripſiſſet: quod & aliis impoſuit, imo in orthodoxorum, de quo mox plura, codices irrepſit. Ac deinde, *Non autem hic Chriſtum diuiſit Apoſtolus, ſed oſtendit, in vno Chriſto quæ ſubſtantia paſſibilis & mortalis fuerit, quæ autem impaſſibilis immortaliſque permanſerit. Sine Deo igitur homo ille guſtauit mortem, quantum ad conditionem attinet carnis, non autem ſine Deo, quantum ad ſuſceptionem pertinet Deitatis.* Venerabilis Beda, *Denique propter quid dictum ſit, Minoraſti eum modico minus quam Angelos, aperuit Scriptura, vbi legitur, Eum autem modico minus quam Angelos minoratum videmus Ieſum propter paſſionem mortis. Non ergo propter naturam hominis, ſed propter paſſionem mortis.* qui diſtinxiſſe aliter videtur. Cæterum, maxima in eo, vt jam dixi, difficultas, quod hæc ipſa, quæ de ſumma hominis prærogatiua Deique in eum beneficiis, tum à Propheta, quod fatentur eruditi, tum ab Apoſtolo, non multo ante vſurpata ſunt, de ſumma nunc humiliatione Chriſti, eo ipſo loco, quo adhuc de hominis, & quidem quam in Chriſto majorem habiturus eſt, prærogatiua agitur, vſurpet: in quo ne recentior interpres quidem, vt dicturi pluribus mox ſumus, ſatisfecit ſibi. Quod & nonnullis perſuaſit, vt eodem modo de hoc judicarent loco, quo de illo ad Corinthios, πάντα γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, eruditiſſimi ætatis noſtræ judicarunt: verba nempe tantum alluſiſſe, atque ad rem, de qua nunc agitur, accommodaſſe. Quemadmodum ad ſeptimum hujus capitis verſiculum, *Nihil*, inquit celeberrimus interpres, *hic incommodi, ſi alluſiones in verbis*

quærat

quærat ad ornandam præſentem cauſam: quemadmodum Paulus, qui Rom. 10. 6. *teſtimonium citat ex Moſe. Quis aſcendet in cœlum?* &c. *ſtatimque, non interpretationem, ſed exornationem de cœlo & inferis, attexit.* Ac deinde pergit. *Mens Dauidis hæc eſt, Domine eo dignitatis extuliſti hominem, vt parum diſtet à diuino vel Angelico honore, quandoquidem præfectus eſt toti mundo. Hunc ſenſum noluit euertere Apoſtolus, neque alio deflectere: ſed tantum in Chriſto conſiderare jubet diminutionem, quæ ad exiguum tempus apparuit, deinde gloriam, qua in perpetuum coronatus eſt. idque fecit, alludens magis ad verba quam exprimens quod intellexerat Dauid: rem ipſam, qualis extitit in Chriſti perſona magis, quam germanam verborum expoſitionem, vt jam dixi.* Vbi enim, cum de Chriſti præſertim agitur perſona, ita loquitur Scriptura, vt βραχύ τι (quod eſt קְלִיל, ſiue, *paululum*, Chaldæo) infra Angelos, vel factum vel fuiſſe dicat? nedum vt autor noſter; cujus hic intererat, vt, quod tot argumentis, tot jam è Scriptura hactenus probarat locis, Chriſtum ſupra Angelos longiſſime, nec vno modo eſſe; eundem infra eos eſſe, & quidem in concluſione loci ejus in quo aliter hæc vſurpauerat, inferret. Et quis dubitat, vt dixi, quin cum ſumma veneratione, tum de perſona Chriſti, tum, propter vnionem, de hac quoque quam aſſumpſerat natura, loqui ſoleat Scriptura? de qua aliter ne ipſi quidem Angeli in ea loquuntur. Vt cum ille, qui ſtupendum incarnationis nunciat arcanum, virginem, non carnem, quam aſſumpſit Dei Filius, ſed Filium altiſſimi, diſerte concepturam ait. vnde & ipſa, quæ non Deitatem, Deum tamen hominemque enixa eſt, θεοτόκος, contra Neſtorium, qui impudenter hic graſſatus fuit, dicta eſt: vt qui ſolum hominem ac ſeparatum, paſſum mortuumque exiſtimaret. Neque aliter in Fœdere antiquo. Argumento ſit operimentum illud, Cherubinis vndique refertum, ac Sanctuario oppanſum, quod ſic carnem ejus, de quo agitur, diuinitatis quaſi velum ac operimentum, cui ipſi Angeli inſeruiant, ſignificaſſe volunt. Quam ſupremus maximuſque Pontifex, in morte hac, quæ vitæ noſtræ, & æternæ quidem, fons eſt, pro nobis obtulit: cujus vim vere ineffabilem, oblatæ olim pro peccatis tot notabant victimæ. Et an aliter locutus vel inprimis noſter, de quo agimus nunc, autor, cum, reſpectu vnionis, de eodem dixit, Ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ? *Cumque iterum introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit, Et adorent eum omnes Angeli Dei.* eum, ſcilicet, qui, *paulum*, vel, *ad tempus*, *minor fuit Angelis.* Et an non hic ille, in quo omnis plenitudo Deitatis habitaſſe corporaliter dicitur? qui, *viuere, & tamen mortuus fuiſſe*, dicitur? ὃς ἐγένετο νεκρὸς, καὶ ἔζησεν, vt Apocalypſeos autor loquitur? An non ille, qui & de ſe ipſe, *mortuum ſe, & in ſæcula victurum*, dixit? idem, qui mortuus, vt ſemper viueret, qui mortuus, vt ſemper viueremus. qui in morte, Princeps tamen vitæ manſit: vnde & Iudæi, *interemiſſe vitæ Principem*, dicuntur. qui vt vere, ita morte tali obiit ac tanta, cujus vis, poteſtas, preciumque, quicquid poſſunt Angeli aut habent, longe exceſſit: nedum, vt infra Angelos, hac parte aut eo tempore ponatur, quo autorem mortis, imperium regnumque ejus, carnis quidem ſanguiniſque particeps, vt loquitur Apoſtolus, ſed tamen Dei Filius, deſtruxit. Quod cum Patrum quoque prudentiſſimi viderent, quoties de incarnatione Domini, (ſiue ἐνανθρώπησιν, ſiue ἐνσωμάτωσιν, ſiue οἰκονομίαν dicas) de paſſione autem vel inprimis, morte ac ſepultura, agunt, vnice id agunt, vt κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο, ſiue, κατ' ἀντίδοσιν, loquantur. vt naturæ ſic alterius cum altera, diuinæ autem vel inprimis cum humana, proprietas communicetur. Quo nihil iis vſitatius, nihil, in Homiliis præſertim, auditorum auribus acceptum magis tum gratumque fuit: vt pro myrotheciis hæc eſſent. Iacentem enim animum inprimis ea excitant ac mouent: ſiue ea, quæ naturæ vtriuſque, ponantur pariter ac opponantur, quale ſuauiſſimum illud

AD HEBR.

Fœno

Fæno jacere pertulit,
Præſepe non abhorruit,
Paruoque lacte paſtus eſt,
Per quem nec ales eſurit.

ſiue, quod diuinæ proprium, de quo nunc agimus, tribuitur perſonæ: quia, *vnigenitus, qui caro factus eſt*, vt eleganter Agobardus Lugdunenſis loquitur Epiſcopus, ſimul *verus Deus, verus homo, vnus Deus. Et licet aliud ſit caro, aliud diuinitas, non tamen ipſe eſt alius in carne, alius in diuinitate, ſed vtraque vnus Chriſtus, Deus homo.* Extat inter cæteras edita nuper Epiphanii in ſepulturam Domini, quæ & θεόσωμος ab eo dicitur, tota, quanta eſt, aſperſa floſculis iiſdem Homilia. Vbi initio ſtatim, Ὅτι ὁ Θεὸς ἐν σαρκὶ ὕπνωσε, καὶ τοὺς ἀπ' αἰῶνος ὑπνοῦντας ἀνέστησεν, ὁ Θεὸς ἐν σαρκὶ τέθνηκε, καὶ ὁ Ἅδης ἐτρόμαξε, *Deus in carne dormiit, omneſque qui ab omni æuo dormierant, excitauit, Deus in carne obiit, & tremuit infernus*, ſimiliaque habes. vbi & ejuſdem corpus, φύσις σαρκὸς Θεοῦ τοῦ ὑπὲρ φύσιν, *natura corporis Dei, qui ſupra naturam*, dicitur. vbi, Πῶς ἡ ζωὴ θανάτου ἐγεύσατο; πῶς ὁ ἀχώρητος ἐν τάφῳ χωρεῖται; πῶς οἰκεῖ ἐν τῷ μνημείῳ ὁ μὴ λείπων τὸν κόλπον τὸν πατρικόν; πῶς σπηλαίου πύλην εἰσέρχεται ὁ τὰς πύλας τοῦ παραδείσου ἀνοίξας; *Quomodo mortem vita guſtauit? quomodo qui comprehendi nequit, ſepulchro continetur? quomodo ſepulchrum habitat, qui paternum ſinum non deſerit? quomodo januam ingreditur ſpeluncæ, qui paradiſi aperuit fores?* vt ſi *paſſum eſſe Deum* dicas. *quia diuinitas quæ erat in dolente*, vt antiquus loquitur Doctor, *non erat in dolore.* quemadmodum cum idem, Ioſephum, impetrato ejus corpore, τὸν πάντα τρέφοντα, καὶ πάντα δεσπόζοντα, *eum qui omnia aleret, omniumque eſſet dominus, accepiſſe.* ſed & *creatorem omnium*, ipſamque *abyſſum*, πᾶσαν denique, vt ibi loquitur, τὴν σύνθετον τοῦ Κυρίου ὑπόστασιν, *totam compoſitam Domini hypoſtaſin* (quam τὴν καθ' ἕνωσιν ὑπόστασιν, aduerſus Neſtorium Epheſina dixit Synodus) καὶ τὴν διπλῆν οὐσίαν, *etiam vtranque accepiſſe à Pilato ſubſtantiam*, ideoque & diuitem fuiſſe, ibidem ait. De Angelis autem in eo Seruatoris ſtatu, idem quomodo loquitur? Ὅτι, ὃν τὰ Χερουβὶμ τρέμουσι, τοῦτον ἐπὶ τῶν ὤμων Ἰωσὴφ καὶ Νικόδημος φέρουσι. *Hunc quem Cherubim tremunt, in humeris Ioſephus & Nicodemus ferunt.* Addit, Οὐκοῦν συνέδραμε πᾶς καὶ ὁ τῶν ἀγγέλων θεόδημος χορός· καὶ προφθάνει Χερουβὶμ, καὶ συντρέχει Σεραφὶμ, καὶ συμβαστάζουσι θρόνοι. *Concurrit ergo omnis cæleſtis Angelorum populus: anteuertunt Cherubim, concurrunt Seraphim, portantque ſimul throni.* Quem? mortuum, videlicet; & quidem vere mortuum: ſimulque eum, qui & victor mortis pariter & triumphator eſſet. Quod verum eſſe illud magni Auguſtini crederent, *Sicut vnus homo eſt anima rationalis & caro, ſic & vnus Chriſtus eſt verbum & homo.* vnde τὸν λόγον, qui eam aſſumpſit, ita aſſumpſiſſe eam quam aſſumpſit naturam, vt hanc propriam in ſæcula efficeret ac ſuam: ideoque non, quemadmodum humanitatis partes, corpus ab anima, ita ab humanitate, aut in morte aut ſepulchro, ſeparari potuiſſe alteram naturam. Expecto interim, vt nihil tam abjectum eſſe dicant quidam, quod de calamitate ejus non dicatur. vt cum, *vermis*, cum, *vir dolorum*, dicitur Prophetis. Addant &, לא תאר לו ולא הדר ולא מראה, *non forma, neque decor ei, neque aſpectus*, imo, *auertiſſe ab eo vultum homines*, ibidem dici. quæ abjectiora quam ſi infra Angelos ponatur. Quaſi non id potius videndum, an de eo hic agatur: tum an eo, de quo agitur hic, Pſalmo, ac loco, id dicatur: denique, an idem cum Dauide vel Apoſtolus hic dicat, vel eodem modo, quo hoc ipſo loco, paulo ante vſus eſt, nunc hic vtatur, neque eundem aliter interpretetur. de quibus cogitandum hic non ſine cauſa, nec ſemel, monent eruditi. Et, vt cætera nunc omittamus, quid vt infra Angelos fuiſſe hic diceretur, opus erat, qui hoc ipſo loco, propter mortis paſſionem, de quo ante egimus, honore ac gloria fuiſſe coronatus dicitur? Quia aliter locus à quibuſdam diſtinguitur nunc, dicent. quaſi idem dici poſſit, ſi cum

aliis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

aliis,nec paucis,vt oportet,diſtinguatur.vt non,*propter mortis,quod jam dixi, paſſionem*,aut,*perpeſſionem*,cum recentiori, *Angelis minorem*,verum, propter hanc, *honore ac gloria fuiſſe coronatum*, dicas. Quod enim alii nonnulli,inter quos & Gloſſæ ordinariæ autor, *minorem Angelis paſſione mortis* dici notat, ab ambiguitate diſtinctionis eſt. cum ab altera ne recentior quidem abhorreat interpres: qui duo illa, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, vt &, τὸ ἐστεφανωμένον, optime conjungi poſſe fatetur. Idem, qui nuſquam plus difficultatis, quam hoc loco,inueniſſe ſe,& quidem candidiſſime,teſtatur:multum diſſimilis quibuſdam, qui omnia ſe ſcire arbitrantur.idem,qui ad 6.verſum,vbi dicitur, *quid eſt homo*,inter cætera,*Ita enim hæc adfero,non vt aliquid noui excogitaſſe videar, ſed vt ſymbolum & ipſe conferam ad obſcuriſſimi loci interpretationem.* idem, qui ad verſum octauum (vbi adhuc Prophetæ continuantur verba) cum dicitur, *Omnia pedibus ejus ſubjeciſti*, non ſine cauſa dixit, *videri vim Dauidicis adferri verbis*:ſubjici enim,*oues & boues*.Quod & nobis viſum ſemper,ſi præſertim ad futurum referantur mundum,vbi ouibus ac bobus minime futurus eſt locus. idem, qui excuſat, quod qui ante verbis illis dignitatem membrorum deſcribi dixerat, nunc iiſdem verbis humiliationem capitis deſcribi dicat.vt ſi Propheta,ſcilicet,cum dixit,eam eſſe hominis præſtantiam,vt paulo minor Angelis ſit factus, ſimul dicat,ita demiſſum atque oppreſſum Dei Filium fuiſſe,vt minor Angelis ſit factus:neque enim quæ de voce Hebræa hic adfert,nodum ſoluunt.idem,qui *primo de Prophetico hic agi munere,inde autem vſque ad ea verba,* διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, *ad Regium venire munus, tandemque eodem verſu ſacerdotii dignitatem declarare ait.* Videndum ergo,quod ſit illud munus Regium. Perſonale, niſi fallor, quod & œconomicum nonnulli dicunt: illud,inquam,quod θεάνθρωπος, non homo tantum, adminiſtrat.vnde idem, recte Chriſtum eo loco notat, *neque vt Deum per ſe, neque vt hominem per ſe,ſed, vt Deum & hominem, conjunctim proponi.* idem, *qui hominem ita in ſe miſerum fuiſſe notat, vt tamen eſſet Deus.* Igitur & tum θεάνθρωπος, & tamen minor Angelis. Addit, *etiam in ſepulchro, ſupra corruptionem fuiſſe, vt qui vi ſua mox reſurrecturus eſſet.* vnde patet, ſalua vnione, mortuum. An autem hinc ſequatur, ideo & infra Angelos fuiſſe, cogitandum erat. cum præſertim, non de perſona tantum agat, ſed & nuſquam, ſi vis argumenti expendatur, perſonam Domini, mortiſque ejus efficaciam, magis extollat, idem,qui, τὸ βραχύ τι,in Prophetæ loco,qui מעט dixit,de tempore accepiſſe ſe fatetur, vt accommodari huic loco poſſit. quaſi, quod & ante diximus, de tempore aut exiguo aut certo,ibi ageret Propheta:quanquam non ignorem, id,& quidem ex hoc loco,de quo nondum noſtram diximus ſententiam,ad octauum Pſalmum etiam notaſſe alios: vt ſic ad breuiſſimum, quo, ſcilicet, humanam aſſumpſit formam, aut in morte fuit Dominus, alluſiſſe tempus, Propheta dicatur. in omnes enim partes, & factiones quaſi, itum eſt. Qua interpretatione eo tandem eſt deuentum, vt horariam neſcio quam nonnulli hic excogitarent mortem. Inter quos Anshelmus. qui ad hunc locum, *Minoratus eſt, & hoc ideo, vt guſtaret mortem. id eſt horariam, & non longam: quaſi aliquid guſtando tranſiret pro omnibus ad vitam prædeſtinatis.* Sed & idem, de quo hactenus egimus, interpres, cum illud διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου. *propter mortis perpeſſionem*, in contextus interpretatione eſſet, poſtea, *vt mori poſſet*, hoc ipſum exponit. *ne ſi*, vt ipſe loquitur, *per ipſam mortem diceretur, capite diminutus videretur.* Quæ nec ſatisfeciſſe ſibi, & difficultatem vidiſſe loci, ſatis teſtantur. tum neque ita ſatis cum Propheta aut ſecum conſentire Apoſtolum, cum de mortis vi ac fructu, non de imminutione ejus per mortem, agat. quam in Meſſia ſuo ita è Magiſtris extollunt quidam, vt, כדי לפדות את האבות, *in redemptionem Patrum*, moriturum dicant. Illud quoque cogitari velim,ad Hebræos hæc ſcripſiſſe Apoſtolum.qui,vt recte hic notant eruditi,

AD HEBR.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

AD HEBR.

quanuis amplexi Chriſtum eſſent, non tamen ſatis ſerio, quod ægre à Moſe diſcederent, de eo ejuſque præſtantia, cogitabant. Quos vt fuiſſe Helleniſtas ponamus, non tamen ignorare potuerunt, quæ & quam magnifica in Fœdere antiquo Spiritibus his tribuantur: qui leonum, boum, equorum, aquilarum, exercituum, curruum denique igneorum, formis deſcribuntur, qui, *caſtra Dei*, qui, *militia cæleſtis*, qui, *Dii*, ſiue אלהים, etiam eo loco quo reſpexit Apoſtolus, dicuntur. Quibus ἄγραφα non pauca Magiſtri addidêre. vt cum, ne alia, quæ poſteriores excogitarunt, commemorem, vna quaſi voce, ſed contracta, ארגמן, Vrielem ſuum, Raphaelem, Gabrielem, Michaelem, ac Nurielem denotant. quos diuinam majeſtatem, tanquam totidem ſigniferos, cum in montem Sinai deſcenderet, circunſtitiſſe volunt. Quæ humanæ menti facile allubeſcunt, eamque in diuerſa rapiunt. & ita quidem, vt non ſumma tantum de iis concipiat, ſed & de creatore ipſo vel minus honorifice ſentiat, vel, quod ei proprium eſt, honorem quoque ac cultum ejus, ſenſim cum iis communicet. Quem abuſum, ipſius tempore Apoſtoli, quorundam obrepſiſſe animis, cap. ad Coloſſenſes 2. ℣ſ. 18. cum περὶ ἀγγέλων θρησκείας agit, ipſe teſtatur. vbi, Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ ϗ θρησκείᾳ ἀγγέλων. Ne jam dicam, quæ de demiſſione Chriſti, calamitatibus, paſſione, morte ac ſepultura leguntur, offendiculum nonnullis præbuiſſe: qui nec naturas, vt oportet, diſtinguerent, nec de vnione earum ſatis cogitarent. Quæ potiſſima videtur fuiſſe cauſa, cur tam magnifice hac Epiſtola ac ſplendide, ſupra omnes Angelorum ordines, perſonam Chriſti efferret. adeo vt, Nouatianus ipſe, eo quem De Trinitate, ante ſchiſma & hæreſin, vt quidam exiſtimant, conſcripſit libro, ex hac potiſſimum, ſupra Angelos, & eſſe, & longe quidem eſſe, Dominum oſtendat. qui inter cætera, *Si enim qui ſubjectus Chriſto Angelus, Deus promitur, multo magis & conſtantius Chriſtus, cui ſunt omnes Angeli ſubjecti.* Reſpexit enim locum, qui hic legitur, *In eo enim quod omnia ſubjecit ei, nihil non ſubjectum ei omiſit.* qui libro eodem, meliorem, majorem, antiquiorem Angelis Chriſtum eſſe, ex eo capitis primi loco, *tanto præſtantior factus Angelis*, oſtendit. Quemadmodum & fuſe de Melchiſedeco autor, capite præſertim ſeptimo, agit. quem verum Domini fuiſſe typum oſtendit: cum Meſſiam fuiſſe ipſum Magiſtri dicerent. Inter quos Rabbi Moſes Hadarſan, qui מלך המשיח ומי האו מלך צדיק ונושע, *Et quis hic? hic eſt Rex juſtus & Saluator, Rex Meſſias*: quemadmodum & admiratione digna de ſacrificio illius, pane, ſcilicet, & vino, ſiue לחם ויין, quæ ceſſatura negant, ab iiſdem dicuntur. Atque hæ, quas hactenus obiter diximus, præcipuæ, quæ ad hunc locum, niſi fallor, vel mouentur, vel moueri poſſe videntur, difficultates ſunt. Ego, qui, quid leuiſſima nonnunquam in exprimendo aut mutando loci ſenſu diſtinctio poſſit, non ignoro, ne illud quidem, quantum nonnunquam in conciliandis aut interpretandis locis, antiquiſſimi Patres illis tribuant, ignorare poſſum: multo minus, quam vulgo ac frequenter in antiquis hic peccetur codicibus. adeo vt verba nonnunquam abſolute diſtinguantur prope ſingula, nonnunquam ſine vlla diſtinctione confundantur plurima. quod ex iis, quos ad manum habeo, nec vnum, facile probari poſſet. Qui ne illud quidem neſcio, autores ipſos, etiam qui manu ſuâ propria deſcriberent, parum de diſtinctionibus ſollicitos fuiſſe: imo & hoc ipſum teſtari. Cujus rei fidem, ne plures hic adducam, vel Anaſtaſius Sinaita, libro, qui ὁ δηγὸς, *Viæ dux*, vulgo, inſcribitur, hic fecerit. qui diſerte lectorem ſuum monet, veniamque ab eo, etiam diſtinctionum, petit. Ille igitur, ΠΑΡΑΚΑΛΟΥΜΕΝ ΔΕ, inquit, ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΕΝΤΥΓΧΑΝΟΝΤΑΣ ΤΗ ΒΙΒΛΩι, ΕΚ ΠΑΝΤΟΣ ΤΡΟΠΟΥ ΑΝΑΓΙΝΩΣΚΕΙΝ, ΚΑΙ ΤΑ ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΤΟΠΟΥΣ ΠΑΡΑΚΕΙΜΕΝΑ ΣΧΟΛΙΑ. ΕΙ ΔΕ ΚΑΙ, ΩΣ ΕΙΚΟΣ, ΚΑΙ ΒΡΑΧΕΑ ΤΙΝΑ ΣΟΛΟΙΚΑ ΕΧΕΙ Η ΒΙΒΛΟΣ

ΣΥΓ-

ΣΥΓΓΝΩΜΗΝ ΑΙΤΟΥΜΕΝ. Ο ΓΑΡ ΑΥΤΟΣΧΕΔΙΩΣ ΕΚΤΙΘΕΜΕΝΟϹ, ΠΟΛΛΑΚΙϹ ΕΧΩΝ ΤΟΝ ΝΟΥΝ ΑΥΤΟΥ ΕΝ ΤΟΙϹ ΝΟΗΜΑΣΙ, ΚΑΙ ΣΠΕΥΔΩΝ ΤΑΥΤΑ ΣΗΜΕΙΟΥΣΘΑΙ, ΠΕΡΙΦΡΟΝΕΙ ΤΩΝ ΣΟΛΟΙΚΩΝ, ΚΑΙ ΤΗϹ ΣΤΙΞΕΩϹ. AB IIS AVTEM QVI LECTVRI LIBRVM HVNC SVNT, PETIMVS, VT ET EA, QVÆ SVO ADDVCVNTVR LOCO, SCHOLIA, PERLEGANT. SED ET SI NONNVLLA, VT VERISIMILE EST, SOLOECA LIBER IDEM HABEAT, VENIAM PETIMVS. QVI ENIM SINE CVRA ET EX TEMPORE HÆC SCRIPSIT, SÆPE, DVM IN IPSIS SENSIBVS DEFIXAM HABET MENTEM, EOSQVE, VT OPORTET, EXPRIMERE CONATVR, NEC SOLOECORVM NEC DISTINCTIONVM RATIONEM HABVIT. Quomodo diſtinctio minuta, grauiſſimis difficultatibus, vt quidem arbitramur, occaſionem hic dedit. quod & planum erit, ſi hoc modo, ſine vlla literæ vllius immutatione, diſtinguatur locus: Πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ. Ἐν γὰρ τῷ ὑποτάξαι αὐτῷ τὰ πάντα, οὐδὲν ἀφῆκεν αὐτῷ ἀνυπότακτον· νῦν δὲ οὔπω ὁρῶμεν αὐτῷ τὰ πάντα ὑποτεταγμένα· τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν. Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον· ὅπως χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου. *Omnia ejus*, inquit, *ſubjeciſti pedibus. Cum enim omnia ei ſubjecit, nihil quod non ſit ſubjectum ei, prætermiſit*: ſiue, *cum enim omnia ſubjecta ei ait, nihil, quod non ſit ſubjectum ei, excipere videtur. Nunc autem nondum ei* (homini nempe) *omnia ſubjecta videmus. Hunc vero* (hominem, dico,) *paulo Angelis inferiorem videmus. Ieſum, propter paſſionem mortis, gloria ac honore coronatum. cujus ea fuit efficacia, vt illam Dei gratiâ pro omnibus guſtaret.* Nam τὸ δὲ, poſt Ἰησοῦν, ſiue exprimatur, ſiue intelligatur vt magis emphatice dicatur, eadem mens manet. quod omiſſum partim, quia paſſim etiam ſcriptores ſic loquuntur cæteri, partim, quia νῦν δὲ, & τὸν δὲ, præceſſit. ne ſic idem tertio repeteretur, ſcilicet. Nam ſi ad minuta inſuper deueniendum, quis eſt, qui τὸν δὲ, pro τοῦτον δὲ, non poëtis modo & Ionibus, ſed & aliis ſcriptoribus, in vſu eſſe neſcit? quod & in Pauſania, Syneſio, ſcriptore Chriſtiano, aliiſque, pridem jam notarunt eruditi. quibus ὁ δὲ, is, de quo agitur, vel actum fuit: ſiue, de quo proxime aliquid præceſſit. quemadmodum & Plato libenter loquitur. Adde quod is ipſe, quo vſitatius nemo ac ſeuerius loquitur, Ariſtoteles, Oeconomicorum 2. dixit, Εἰ δέ τι ἀποδρῴη ἀνδράποδον, ἐκέλευε τὸν σατράπην, τῆς, ἐν ᾗ ἐστι τὸ στρατόπεδον, ἀνασώζειν, ἢ τὴν τιμὴν τῷ κυρίῳ ἀποδοῦναι. vbi, τῆς, ἐν ᾗ ἐστι, *ejus, in qua eſt, terræ.* quæ familiaria ſcriptoribus eſſe, ne quidem multis hic probandum. Sed & quid opus fuit, vt cum paſſim in vernacula ſimplicitate articulum, cum venerando præſertim nomine, conjungat Scriptura (quæ ita ſemper loquitur, τότε παραγίνεται ὁ Ἰησοῦς, ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, non autem, ὁ δὲ ἔφη αὐτῷ Ἰησοῦς, ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν, τηροῦντες τὸν Ἰησοῦν, ἐπηρώτησε τὸν Ἰησοῦν, καὶ θεωρεῖ τὸν Ἰησοῦν ἑστῶτα, niſi forte ſola interſeratur particula, vt in illo, τὸν δὲ Ἰησοῦν φραγελλώσας, Matth. 27. 26. quæ & *inaffectata*, hoc eſt, ἀπόνητα καὶ ἀφελῆ dicuntur) hic, non, τὸν Ἰησοῦν δὲ (aut, τὸν δὲ Ἰησοῦν) βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον, ſed, τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, cum inuſitata diceret διακοπῇ. qualia, vt moleſta, à Criticis notantur: quod & recentior cum videret interpres, libere id tranſpoſuit. Nam aduerſatiuam qui, τὸ δὲ, ſemper volunt, nihil dicunt: cum idem quod τὸ γὰρ, neque ſemel, notet. Quid enim ſi, νῦν δὲ οὔπω ὁρῶμεν αὐτῷ τὰ πάντα ὑποτεταγμένα· τὸν δὲ, vel τοῦτον δὲ (imo, τοῦτον γὰρ) βραχύ τι ἠλαττωμένον βλέπομεν, dixiſſet, an ſic aliud dixiſſet? Sed & eundem locum, eodem ordine, quo Græce legitur, ſi reddas, eâdem diſtinctiuncula in Latina obtinebis quod jam diximus. vt ſimpliciter hoc dicat: *Atqui, in hac quidem vita, nondum omnia ſubjecta homini, de quo nunc agitur, de quo Propheta loquitur, videmus. quem minorem quidem paulo Angelis, ob ſummas illas quas Propheta illi tribuit,*

AD HEBR.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

AD HEBR.

prærogatiuas, videmus. Ieſum, plena gloria jam coronatum ac honore. quorum vim ac genium intelligunt qui Græce ſciunt, qui autores optimos legerunt. Ἰησοῦν autem, efficaciter ſic dici, quis non videt? Quis, ita optimos ſcriptores quoſque, Sacros ac profanos, loqui neſcit, quoties ingens præſertim diſcrimen notatur? quoties, dico, aliquis, vel factum ejus aut prærogatiua, alteri vel pluribus præfertur. quod hic factum. *Et hominem quidem,* inquit, *paulo Angelis inferiorem videmus. Ieſum, Ieſum, dico, illum, qui, quare Angelis ſit præferendus, multis probauimus, propter paſſionem mortis, ac per eam, ad honorem ſummum gloriamque euectum.* Ne jam dicam, quod non omnes aſſequuntur, compoſitionem, hoc eſt, σύνθεσιν orationis (ita enim Criticis dicendi ac magiſtris nuncupatur, qua hic autor vtitur) ſeueram, ſiue, vt loquuntur ipſi, αὐστηρὰν eſſe. cui, quod ὀλιγοσύνδεσμον & ἄναρθρον illis dicitur, hoc eſt, vt paucis conjunctionibus vtatur ac articulis, quaſi proprium ac ſuum eſſe volunt. Quam ideam, inter Epicos Antimacho, inter Lyricos Pindaro, inter poëtas Philoſophos Empedocli, inter Tragicos Æſchylo, inter Hiſtoricos Thucydidi, inter Oratores Antiphonti tribuunt: nos inter Helleniſtas Apoſtolo tribuimus. quibus & τὸ ὑπεροπτικὸν τῆς ἀκολουθίας, hoc eſt, *negligentiam conſtructionis, ſiue, ordinis in oratione,* addunt. quæ quo loco in Apoſtolo habenda ſit, non ſatis aſſecuti ſunt, qui ſolœciſmi nomine hoc indigitarunt. Ita igitur hic *Ieſus,* efficaciter, vt non connexum, infertur. ac ſi dicas, *in bello ſuos quiſque adorti, ruere ac proſternere hoſtem. Cæſar, omnibus intentus, gerere omnia.* Quod efficacius ſane, quam ſi, *Cæſar autem,* vel, *ſed Cæſar,* dicas. ita enim tota vis orationis perit. *Homo puluis: ſicut fœnum dies ejus.* &c. *Deus in cœlo parauit ſedem ſuam,* inquit Propheta. Neque aliter plerunque Tacitus aut poëtæ loquuntur. vt cum maximus eorum

Infrænant aliis currus, aut corpora ſaltu
Subjiciunt in equos, & ſtrictis enſibus adſunt.
Meſſapus regem, regiſque inſigne gerentem &c.
Aduerſo proterret equo.

Vbi vt *Meſſapus,* ita hic Ἰησοῦς. Turbaſſe autem id lectores non mirabitur, qui magiſtros dicendi veteres, in quorum ſcriptis præcipua Græcorum eruditio, inprimis vero abſoluta formandi de ſermone judicii extat ratio, docere meminit, omne ἀσύνδετον, per ſe, obſcuritatem parere aut conferre. In primis, ſi diſtinctionum ſit habenda ratio. quibus cum particulæ inſeruiant, ſi omittantur, de ſeparatione ac initio membrorum dubitari. Præclare in aureo De elocutione libello Phalereus Demetrius, Τὸ γὰρ ἀσύνδετον καὶ διαλελυμένον ὅλον ἀσαφὲς πᾶν· ἄδηλος γὰρ ἡ ἑκάστου κώλου ἀρχὴ διὰ τὴν λύσιν. *Quod in oratione non connexum, & ſolutum omnino, obſcurum ſemper. Incerta enim ſingulorum, propter ſolutionem, principia membrorum.* vnde omnis difficultas, etiam hic, atque ambiguitas. Mirum autem quam ſic omnia cohæreant. vt dicat: *Inter Chriſtum, cui teſtimonium, ſignis, prodigiis, variiſque virtutibus, ac Spiritus ſancti diſtributionibus, pro voluntate ſua ipſe Deus præbuit* (quod verſu quarto dixerat) *Angeloſque, quid interſit, ſatis patere vel ex eo, quod futurum illum, de quo loquimur nunc, mundum, non ſubjecit Angelis. Cui ergo? Chriſto. cui omnia vt capiti ſubjicientur, & in eo, membris. Atque hoc eſt quod alibi dicitur, Quid eſt homo, quod memineris illius, aut filius hominis, quod eum viſites? Gloria & honore coronaſti eum. Etiam manuum tuarum operibus præfeciſti eum. Pedibus ejus ſubjeciſti omnia. Quod cum dixit, nihil excipit: nihil enim eſſe, quod non homini ſubjiciatur, dixit. Atqui nondum ei omnia ſubjecta hic videmus. Ipſum interim, de quo loquitur Propheta, hominem, paulo Angelis, ob inſignem quam à Deo accepit, quam & oſtendit Propheta, dignitatem ac prærogatiuas, inferiorem videmus. Quid autem Ieſus? De Ieſu, in quo accepturus cætera eſt homo, in quo cætera ſubjicientur homini; qui nunc paulo minor Angelis Prophetæ dicitur; vere*

dici

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

dici illud poteſt, mortem eum obita, gloria & honoreo ob perpeſſionem ejus, coronatum eſſe. Quæ omnia ita plana, vt planius apertiuſque dici nihil poſſit. ita vt diſerte illud, *paulo inferiorem factum Angelis,* de homine, vt ſupra, eodemque modo, quo à Regio Propheta, dicatur: illud autem, *gloria & honore coronaſti eum*, illi applicetur in quo omnia ſubjicientur homini: cui nondum hic omnia ſubjecta eſſe dixit. Fore autem, vt in eo cætera ſubjiciantur, quem majorem Angelis, ex inſtituto hactenus probauit. Adde quod, Prophetam id ſimpliciter ejuſque repræſentet mentem, nec aliud vel ponat quam ab eo dictum, vel aliter quam ante jam locutus eſt (in quo difficultatis tantum eruditi ponunt) loquatur hic Apoſtolus: nec ab eo quod potiſſimum hic vrget hactenus, diſcedat. Qui eodem modo, quo Propheta, loquitur de homine. cui plura interim in capite promittit: ſimulque nodum, qui faceſſere negotium tum potuit, diſerte ſoluit. quomodo ſubjecta, nempe, omnia dicantur homini, quod nondum plane hic fieri videmus: cum tamen inter cæteras prærogatiuas homini id tribuat Propheta. Ego certe, quod & ſupra dixi, Pſalmum, de quo agitur, Prophetæ, ſine motu animi interiore nunquam lego. in quo cum de ſummis in hominem agatur beneficiis, in hæc tandem erumpit: *Quoties magnificum ac nobile theatrum illud, in quo poſuiſti hominem, contemplor, quoties illuſtre cœlum illud video, quod ejus cauſa condidiſti, lunam inprimis illam, ſtellas illas, quibus, tanquam aureo pulcherrimoque aulæo, domum hanc ornatam video, non poſſum quin exclamem, Quid eſt homo, propter quem hæc condidiſti? Quid eſt hominis filius, vt tantam ejus rationem habeas? Paulo certe ipſis Angelis inferiorem eum (hominem,* nimirum) *reddidiſti. gloria & honore, haud ſecus quam corona, induiſti eum. Præfeciſti eum omnibus quæ condidiſti: vni illi cuncta ſubjeciſti. Oues etiam boueſque omnes, vt & campi pecora. Etiam aues, quæ in cœlo, etiam piſces qui in mari verſantur.* Quod & ſimplicius videri nobis fateor, quam ſi dicamus, *Quid eſt homo quod memineris illius? aut filius hominis,* hoc eſt, *Seruator,* cum Ambroſio & aliis, *quod viſites eum? Paulo inferiorem Angelis feciſti filium tuum.* propter crucem, nempe, vt idem loquitur. Cujuſmodi, vt ſupra dixi, infinita ibi, vt Apoſtolum conciliarent & Prophetam, ad Prophetam, veteres, de quibus egimus, excogitarunt. cum idem quod Propheta, jam dixerit Apoſtolus. Neque enim quæritur, an non vermis, an non miſer ac calamitoſus, ſupra quam dici aut cogitari poteſt, vel propter nos fuerit, vel in Sacris literis, dicatur Dominus (de quo abſit vt Chriſtianus dubitet) verum, an, quod Propheta de ingenti illa generis humani prædicat felicitate, quæ nec melius nec efficacius repræſentari potuit, quam ſi paulo Angelis à Deo factus inferior dicatur homo, quia majus nihil dici potuit, ſimul ad calamitatem Domini, & quidem maximam ac ſummam, quod nonnulli volunt, referendum ſit. Tum, an ita id interpretatus ſit Apoſtolus: qui de hominis felicitate, ſeu, membrorum, vt loquuntur ipſi, dignitate, id cum Regio Propheta, quod hic iterum fatentur eruditi, paulo ante vſurpauit. Sed & illud quæri poteſt, quare accurati, etiam illi qui Prophetæ ad verbum pene interpretantur mentem, paraphraſtæ, nihil tale ibi dixerint. Ne Apollinarius quidem, cujus ſummam eruditionem prædicant antiqui: quem calamitoſis Apoſtatæ temporibus vixiſſe, totamque Hebræam expreſſiſſe verſibus ſcripturam notant. qui ſimpliciter

Τίς γὰρ ἔην ἄνθρωπος, ἐπεὶ μιμήσκεαι αὐτοῦ;
Ἢ παῖς ἀνθρώπου, ὅτι οἱ καὶ ἐπίσκοπός ἐσσι;
Μείονά μιν ποίησας ἐπουρανίων στρατιάων,
Ἀμφιπεριστέψας καὶ κύδεϊ καὶ γεράεσσιν.
Ἔργα Θεῶν ἔστησας ἐπιθύνειν παλαμάων.
Quis enim homo, quod ejus meminiſti?
Aut filius hominis, quod inſpector ejus ſis?

AD HEBR.

Minorem eum feciſti cæleſtibus tantum *exercitibus,*
Coronatum & gloria & donis.
Opera tuarum dirigere eum feciſti manuum.

Non enim ille, *Quid eſt homo, quod tantam ejus rationem habeas? neque, Filium tuum paulo Angelis minorem feciſti.* ſed ipſum, ipſum, inquam, hominem. Non enim dixit, Μείονα μὲν τὸν υἱὸν ἐπουρανίων στρατιάων εἰς ὀλίγον ποιήσας: vt vnum idemque, quod de felicitate hominis, ſimul de humiliatione Filii dicatur. qui ne quidem *pauliſper* dixit, quod interpretibus hic placet, aut, ad exiguum tempus felicitatem hominis reſtringit. Ne de ipſo interprete nunc noſtro dicam, qui in Paraphraſi quam ad Prophetam ſcripſit, *Quid eſt, inquam, homo, vt ejus rationem habeas? Quid eſt mortali patre ſatus, vt eum reſpicias? Feciſti eum aliquantulo inferiorem Angelis. gloria & decore coronaſti eum.* Quæ ſimpliciſſima eſſe nemo dubitat, nec cujuſmodi nonnulla jam adduximus. Superioribus Sedulium adjungas licet, quem vt in diuinis exercitatum ſcripturis, ita in ſæcularibus eruditiſſimum literis, Trithemius commendat. qui, cum alium non reperiret exitum, etiam quod ſeprimo dicitur verſiculo, non ad hominem, cujus caput Chriſtus, de quo agitur deinde, ſed ad Chriſtum refert. cum, & hominem & caput hominis conſideret Apoſtolus: qui ita fore probat, vt in capite impleatur, quod Propheta, vt recentior interpres aliique jam notarunt, de homine pronunciarat. Sedulium nunc audiamus. *Quid eſt homo, quod memor es ejus, aut filius hominis? Aliud eſt homo, aliud filius hominis. Adam enim non genitus, neque ex homine factus: Chriſtus vero ex homine ſuſcepit carnem. Sed quod ait, Quid eſt homo? dignitatis ſignificatione interrogat.* Contra quam Ambroſius, qui, cum deſpectu id pronunciandum ait: fragilem quippe ac caducum, &, vt ibi loquitur, *Adami ſequacem*, intelligi. Pergit Sedulius. *Quoniam viſitas eum. ſcilicet in paſſione, vel reſurrectione. Minoraſti eum paulo minus ab Angelis. aſſumendo carnem, patiendo crucem: quod vtrumque Angelis euenire non poteſt. Et conſtituiſti eum ſupra opera manuum tuarum. Omnis creatura homini ſeruit. vt eſt, Et dominatur piſcibus maris, & volatilibus cæli.* Vbi cum hæreret, quod & innuit, (de homine enim, quod & alii notarunt, apte hæc dici, non videre non potuit,) *Sed quamuis hæc Adamo*, inquit, *conueniunt, hic tamen, ſecundum ſenſum Pauli, tantum Saluatori competit.* quod probandum fuerat. Addit, *Ergo conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. vt, Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.* Quomodo ſi interpretemur, cogitandum, an non, vt Prophetæ mens, ita argumentum euaneſcat Apoſtoli. adde, quod ſi, vt jam dixi, diſtinguatur locus, totum Neſtorii ſic ſacrilegium euertitur: qui cum magnum cauſæ ſuæ hic præſidium habere ſe exiſtimaret, locum etiam ſequentem vt aliter adduceret, intereſſe ſua credidit. Itaque χωρὶς Θεοῦ, *ſine Deo*, pro quo nunc χάριτι Θεοῦ, *gratia Dei*, legitur, guſtaſſe eum mortem, è codicibus fortaſſe ſuis, vt hunc confirmaret locum, ac, deſerta à divinitate ejus carne, Angelis minorem fuiſſe ſic probaret, voluit. Quam lectionem tamen, non Fulgentius modo, de quo ſupra, ſed & alii ſecuti ſunt. inter quos & Vigilius recte ab eruditis ponitur: qui ſecundo contra Eutychen libro, *Itaque Neſtorius, vt impietatem ſui dogmatis muniat, quo alterum in paſſione vult intelligi Chriſtum:* (illum Angelis minorem, nempe:) *illo vtitur Apoſtoli teſtimonio, ad Hebræos ita ſcribentis, Nam paulo minus quam Angelos minoratum videmus Ieſum, gloria & honore coronatum: vt ſine Deo pro omnibus guſtaret mortem.* vt & Fulgentius, Ambroſius, aliique. Inprimis vero is, quem dixi, eundem, nec ſemel, ſic adducit locum: imo & Neſtorii forte interpretatur verba. vt cum tertio, hoc eſt, ſequenti dixit capite: *Rurſum, non Deum paſſum, Apoſtolica nihilominus autoritate docetur; Paulo ita ad Hebræos loquente, Nam paulo minus minoratum videmus Ieſum quam Angelos, propter paſſionem mortis gloria &*

Ad Hebr.

honore coronatum, *vt ſine Deo* (χωρὶς Θεοῦ) *pro omnibus guſtaret mortem. Quid eſt igitur ſine Deo guſtare mortem? niſi, quia Verbum immortale eſt, & illa paſſio ſecundum carnem eſt*. quaſi hoc Apoſtolus dixiſſet. Qui ſi ſcripſiſſet, *Nunc autem paulo minus minoratum videmus.* (hominem videlicet.) *Ieſum autem*, vel, *Ieſum, propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatum: vt, gratiâ Dei pro omnibus guſtaret mortem*, hoc eſt, τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον· ὅπως χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου, neque quicquam immutaſſet, ſed & cum Propheta Apoſtolum, cum Apoſtolo (quanquam ne conciliatione quidem opus eſſet, quia idem cum Propheta jam dixit) Apoſtolum conciliaſſet: multo autem minus hæretico largitus eſſet quod agebat. Qui vt obtineret quod volebat, & diſtinctionem, de qua agimus, vulgo nunc receptam, confirmaret, ac minorem Angelis in morte factum obtineret Ieſum, χωρὶς Θεοῦ, paſſum Mariæ Filium, docebat: imo è contextu, vt ajebat ipſe, concludebat. De Theodoreto inprimis mirum, qui vir tantus atque interpres hujus loci, *Hoc enim dixit*, inquit, *vt abſque Deo* (quod eſt χωρὶς Θεοῦ) guſtaret mortem. Quæ Neſtoriana lectio. quanquam ne receptam quidem ignoraſſe eum, ipſe qui interpretationi in Latina verſione præmittitur contextus, teſtetur. Et quis dubitat, quin hæc mera παραποίησις, vt loquar cum veteribus, ac deprauatio contextus ſit? Quod diſerte & Theophylactus annotauit: qui id factum à Neſtorianis, vt probarent, ὅτι ἐσταυρωμένῳ τῷ Χριστῷ οὐ συνῆν ἡ θεότης, *cum Chriſto crucifixo Deitatem non fuiſſe*, ad hunc locum monet: quam non καθ' ὑπόστασιν, ſed κατὰ σχέσιν quandam καὶ οἰκείωσιν, vt ipſi loquebantur, vnitam volebant. qui vbique ſuam illam *ſeparationem*, ſeu διαίρεσιν, vt Leontius Byzantinus contra Neſtorium loquitur, vel λύσιν, vt nonnulli, tuebantur. quaſi alius ὁ Ἰησοῦς, ſiue, ἐκεῖνος ὁ ἄνθρωπος, *ille homo*, eſſet, alius ὁ λόγος. Ex iiſdem, cur ac quomodo guſtaſſet mortem, ſi quis quæreret, χωρὶς Θεοῦ, reſpondebant: ſi quis, quomodo ὁ Ἰησοῦς minor factus eſſet Angelis, idem illud ſuum, χωρὶς Θεοῦ, reſpondebant. Quod & expreſſiſſe in contextu, tot illuſtres tot ingentes animas, cum virus hic lateret, quis non admiretur? de Syriaco enim contextu, mox agemus. id autem, quid ſi majus nobis videatur, quam ſi de diſtinctione loci in re tanta, hoc eſt, puncto, vel ſimili, agatur? De nomine autem Ieſu, quo non ſine cauſâ aduerſus Iudæos vtitur Apoſtolus, quam contumelioſe ac blaſpheme nugari ſoleant Iudæi, nemo neſcit. vt non fruſtra toties ſeorſim id Apoſtolus hic ponat. Vt ecce, ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθε Ἰησοῦς. cap. 6. ℣ſ. 20. item, κατὰ τοσοῦτον κρείττονος διαθήκης γέγονεν ἔγγυος Ἰησοῦς. cap. 7. ℣ſ. 22. item, ἔχοντες οὖν, ἀδελφοί, παῤῥησίαν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων, ἐν τῷ αἵματι Ἰησοῦ. cap. 10. ℣ſ. 19. item, ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν. cap. 12. ℣ſ. 2. item, καὶ διαθήκης νέας μεσίτῃ Ἰησοῦ, eodem cap. ℣ſ. 24. item, διὸ καὶ Ἰησοῦς, ἵνα ἁγιάσῃ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τὸν λαόν. 13. 12. Quod nomen cum exprimerent, non ישוע, ſed ישו, *Ieſu*, libenter dicunt: vt & Arabes, qui in יסי *Iſai* mutant, ac ſic אבן מרים, *filium Mariæ*, plane vt Neſtorius, iiſdem verbis dicunt. qui quæcunque infirmitatis eſſent, Filium Mariæ, ſine Dei Filio, tuliſſe, aut egiſſe, ajebat. Hoc eſt illud nomen, quod in cruce expreſſum, à Iudæis fuit: qui cum pateretur, ſi antiquis credimus, Deum κεχωρισμένως ſpectaſſe impius dicebat Neſtorius. vt ad illud credo, *Deus meus, Deus meus, quare me deſeruiſti?* impie alluderet. Hoc eſt ergo nomen illud, quod hic maxima cum efficacia Apoſtolus expreſſit. Ieſum enim, quia mortis mentionem fecerat, *gloria* non modo *& honore coronatum*, fuiſſe, ſed &, *pro omnibus* (quod ſupra Angelos) guſtaſſe eam ait: vt præclare nominis illius ita vindicet contemptum. Diſtinctionibus autem, vt ad rem redeamus, vel pergamus potius (quæcunque enim diximus huc ſpectant) grauiſſimas quoque expediri difficultates poſſe, inter cæteros B. Hieronymus exiſtimauit. Qui ſic quoſdam non interpretatur

modo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

AD HEBR.

modo ſed & conciliat nonnunquam locos. Quemadmodum cum ad He-
dibiam in illis Marci verbis c. 16. ỳſ. 9. Ἀναστὰς δὲ πρωῒ, πρώτῃ σαββάτου, ἐφάνη
πρῶτον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ, commate, ad conciliationem Marci ac Mat-
thæi, opus, poſt τὸ ἀναστὰς, exiſtimat. Quod ſic expreſſit: *Ita enim diſtinguen-
dum eſt, Cum autem reſurrexiſſet, &, parumper ſpiritu contracto, inferendum, Pri-
ma Sabbati mane apparuit Mariæ Magdalenæ. vt qui veſpera Sabbati, juxta
Matthæum, ſurrexerat, ipſo mane, prima Sabbati, juxta Marcum, apparuerit
Mariæ Magdalenæ.* Ad quem locum annotator doctiſſimus, *Hic, perpende,
lector, quantum habeat ad intelligendos autores momenti recta diſtinctio. Eſt
enim ceu commentariolus, ſermo recte ſcriptus ac diligenter diſtinctus.* vt quod
de accentibus ſuis Hebræorum pronunciant Magiſtri, locum hic non mi-
nus habeat. qui, ſi quæ interpretatio ſecundum rationem non ſit accen-
tuum, לא תאבה לו ולא תשמע עליו, *ne acquieſcas ei, neque eam audias*, monere ſolent.
Cujuſmodi ſolutionem ſane malo, quam vt alteram, qua Doctor idem Ec-
cleſiæ ac Pater ante hanc vtitur, admittam. qui de hoc Matthæi Marcique
loco, vt concilientur, reſponderi poſſe ait, *Non recipiendum Marci* (hic qui-
dem) *teſtimonium, quod in raris fertur Euangeliis; omnibus Græcia libris pene
hoc capitulum in fine non habentibus: præſertim, cum diuerſa atque contraria
Euangeliſtis cæteris narrare videatur.* quæ ejuſdem verba autoris. Ego inter
eos eſſe me profiteor libenter, qui diſtinctiunculam exiguam mutari ma-
lim, quam vt verſus integros, prout nunc concipiuntur, duodecim, pro va-
rietate codicum, eliminandos, aut ſuſpectos eſſe habendos, cenſeam. Ne
jam dicam, integros fuiſſe, ex antiquorum teſtimonio, locos, quos ab hære-
ticis, è quibuſdam deletos codicibus, & quidem tum receptis, pii quereren-
tur. inter quos ille, qui è Catholica Iohannis adducitur Epiſtola, ὅτι πᾶν
πνεῦμα ὃ λύει τὸν Ἰησοῦν, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι, *Omnem ſpiritum, qui Chriſtum ſoluit, aut
diuidit, à Deo non eſſe.* quem *exterminatum ab iis, qui ab incarnatione ſepara-
rent Deitatem*, iidem obſeruant. Quod, è collatione exemplarium, de-
prehendiſſe orthodoxos, ſed & in optimis ac antiquiſſimis extitiſſe, in cæte-
ris omnino prætermiſſum fuiſſe, autor Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Socrates, at-
que ex eo Nicephorus teſtatur. E quo quid vel ſibi olim permiſerint qui-
dam, cujus etiam exemplum hic habemus, vel quæ codicum varietas non-
nunquam, apparet. Quod ſi nunquam de diſtinctione dubitatum eſt, quid
opus fuit, vt antiqui Scholiaſtæ ac Theologi, inter grauiſſimas non raro, de
quibus agunt, quæſtiones, aut locorum interpretationes, inter cæteros
Photius, quomodo ſingula ſint diſtinguenda, quæ verba item quo refe-
renda, videndum moneant. quod metuo ne perſuaderi iis poſſit, qui de
antiquitate nunquam cogitant, aut quid vſitatum ei ſit ignorant. Diſtin-
ctionum autem eo major in hac Epiſtola habenda erat ratio, quanto pluri-
bus in ea, non Neſtoriani modo, ſed Meletiani quoque ac Nouatiani, ad opi-
niones ſuas confirmandas, abuſi ſunt locis. Quanquam non longe in qui-
buſdam à Iudæis, qui ex inſtituto nonnunquam hic refutantur, receſſiſſe
Neſtorium, ſatis notum eſt. qui merito à Damaſceno Orthodoxæ Confeſ-
ſionis lib. 3. (vbi θεοτόκον recte dici Sanctam virginem aduerſus eum probat,)
Ἰουδαιόφρων, *Iudæorum vel ſectarius vel fautor*, Theodoro Preſbytero lib. De
incarnatione Domini, & hæreſibus aduerſus eam, τρίτος τῆς Ἰουδαϊκῆς αἱρέσεως
προστάτης, *tertius*, hac præſertim in parte, *Iudaicæ hæreſeos patronus*, dicitur,
vt duo, nempe, anteceſſores, Paulus Samoſatenus, quod antiqui notant, &
Theodorus Cilix, intelligantur. quemadmodum Ἰουδαϊκὰ δόγματα lib. Ec-
cleſiaſticæ Hiſtoriæ eidem tribuit Nicephorus. Caſſianus autem, minime
metuendam à Iudæis perſecutionem diſcipulis ejus ait, quod eandem vel do-
cerent vel confirmarent doctrinam. Quatenus autem Propheticus ſit Pſal-
mus de quo agitur, alias jam diximus. Me quidem nunquam, in loco præ-
ſertim

ſertim ita agitato, operam dediſſe pudebit, vt ſua ſimplicitas ſua mens Prophetæ conſtet, neque aliud dixiſſe quam Propheta, aut aliter atque aliter eo vſus loco, Apoſtolus dicatur. Vt omittam interim, hæreticam ſic impudentiam, quæ hic præcipue graſſata eſt, elidi. Quæ autem ſentias, extra ἑτεροδοξίας vel ſuſpicionem vel nouitatis ſtudium, ſalua aliorum, quod hic factum à nobis, ſententia, teſtari, omnibus, ni fallor, licet. Cum præſertim eruditis, vt cætera, judiciis hæc ſubmittamus, & in Academiis exercendo quædam ingenio dicantur, neque quicquam gratius ſit iis qui docent: quibus optima hæc ad profectum via videtur. ſed &, vt oportet, dubitare poſſe, initium ſcientiæ, nonnemo dixit. Porro cum non deſint, qui recepta, etiamſi minus ratione niti videantur, retinenda ac tuenda judicent, ingenioſe ad Apoſtoli, quam illi ponunt, mentem, Pſalmographum interpretatus præ cæteris Theodoretus videtur. Qui ad Regii Prophetæ locum, *Minorem eum paulo ab Angelis feciſti, Homo enim,* inquit, *mortalitate minor Angelis eſt factus:* quod de hoc Apoſtoli, nimirum, loco, ſimul cogitaret. vt Propheta, ob prærogativas, quas deſcribit, paulo Angelis minorem, factum eſſe dicat hominem: imo, quaſi parem. ipſa, ſcilicet, mortalitate excepta, quam cum homine, vt verus homo, Dei Filius communem habuit: qui minor Angelis, hoc ipſo, ſcilicet, ab eo dicitur. quod malo quam quæ alii excogitarunt: cæterum quæ ante dicta ſunt expendat lector. Peculiarem certe interpretandi rationem noſter hic inſtitit interpres: qui tranſponenda prope ſingula exiſtimauit verba. Ita enim ille: *Sed Ieſum illum cernimus gloria & honore coronatum, qui pauliſper fuit inferior Angelis factus, propter mortis perpeſſionem: vt beneficio Dei pro omnibus mortem guſtaret.* ac ſi, τὸν δὲ Ἰησοῦν (vel potius, ἐκεῖνον δὲ Ἰησοῦν, legatur) βλέπομεν, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον, τὸν εἰς βραχὺν χρόνον ἠλαττωμένον παρ' ἀγγέλους, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου· ὅπως εὐποιΐᾳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ πάντων γεύσηται τοῦ θανάτου. Cum ita nunc legatur, τὸν δὲ βραχύ τι (*paulo,* nempe, vt à Propheta vſurpatur) παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον· ὅπως χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου. quomodo ipſe hæc in contextu exprimi curauit. Ita autem, quot periodi vnius membra, tot συγχύσεις aut διακοπαὶ hic erunt: cum licentia vel nulla, vel minori, omnes pariter difficultates, quæ ab eo aliiſque hic mouentur, tolli poſſe videantur. Hæc ſcripſeram, cum ab Illuſtri viro Gulielmo Boſwello, Equite, Sereniſſimi Magnæ Britanniæ Regis Oratore, literæ ad nos dantur, è quibus, in antiquiſſimo orbis, vt putatur, codice, quem Theclæ dicunt, teſte eximio & viro & amico noſtro Patricio Iunio, ejuſdem Regis Bibliothecario, ita ſcribi locum accipio: ΤΟΝ ΔΕ ΒΡΑΧΥ ΤΙ ΠΑΡ ΑΓΓΕΛΟΥϹ ΗΛΑΤΤΩΜΕΝΟΝ ΒΛΕΠΟΜΕΝ ΙΝ ΔΙΑ ΤΟ ΠΑΘΗΜΑ ΤΟΥ ΘΑΝΑΤΟΥ ΔΟΞΗ ΚΑΙ ΤΙΜΗ ΕΣΤΕΦΑΝΩΜΕΝΟΝ· ΟΠΩϹ ΧΑΡΙΤΙ ΘΥ ΥΠΕΡ ΠΑΝΤΟϹ ΓΕΥΣΗΤΑΙ ΘΑΝΑΤΟΥ. E quo quid mutatum ſit à nobis, lector judicet. Sequitur, ὅπως χάριτι Θεοῦ, quæ verba, quemadmodum mutata jam olim, neque à paucis Patribus, in contextu vel expoſita, vel admiſſa fuiſſe diximus, ita dubium non eſt, quin ambigua veteris interpretatio, quæ eſt, *vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem*, fraudi nonnullis ex antiquitate fuerit. qui haud aliter hoc acceperunt, ac ſi χάρις Θεοῦ, in Græco extaret contextu: vtque ſic, *Gratia Dei*, Chriſtus ipſe eſſet. Ambroſius, *Ipſum vero Gratiam nominat, qui pro omnium ſalute guſtauit mortem.* Primaſius, *Gratia Dei Patris, appellatur Filius, eo quod nobis à Deo Patre gratia ſit datus, & quod gratis pro nobis mortem ſuſtinuit.* eodemque modo & Haymo, aliique. è quo & profunda linguæ Græcæ, quæ eo fuit tempore, ignorantia, vel codicum varietas apparet. Quam ambiguitatem vt vitaret recentior interpres, pro *gratia, beneficium* repoſuit. qui, *vt beneficio Dei pro omnibus mortem guſtaret.* Prudenter, niſi quod τὸ *beneficium*, minus, imo aliud, hic nobis videatur.

AD HEBR.

Ibid.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ad Hebr. Abſit certe vt ἰσοδυναμοῦντα hæc exiſtimem, aut, quoties de gratia vel diſputatur vel agitur, *beneficium* ejus loco reponam. Porro quis mirari ſatis poteſt, lectionem, de qua egimus, aut corruptelam loci potius, qua χωρὶς Θεοῦ, Dei Filius guſtaſſe mortem dicitur, non in orthodoxorum Græcos modo Latinoſque codices, ſed & in Syriacam Tremellii, vt & Fabricii, irrepſiſſe editionem? In quibus, הו גיר סתר מן אלהא בטיבותה חלף כל נש טעם מותא. *ipſe enim, ſine Deo*, vel, *ſine Deitate*, aut, *Deo* (quod eſt illud χωρὶς Θεοῦ, quomodo & factum Angelis minorem ajebat) *per gratiam ejus guſtauit mortem.* cum in aliis ita legatur codicibus: הו גיר אלהא בטיבותה חלף כל נש טעם מותא. *nam Deus ipſe per gratiam ejus pro omnibus guſtauit mortem.* Vbi Deus κατ' ἀντίδοσιν, *ita mortem* dicitur *guſtaſſe*, vt cum *Dominus gloriæ*, *crucifixus* dicitur Apoſtolo. quod ſane aliud quam quod Neſtorius volebat. Vnde aliquando ſuſpicati ſumus, à Neſtorio, ejuſue aſſeclis, qui vniuerſum prope Orientem hoc, quo nullum peſtilentius effudit Satan, veneno imbuerunt, corruptelam hanc manaſſe: vnde & in codices Latinos irrepſiſſe ac Græcos. Sed & Syrum fuiſſe Neſtorium quis neſcit? de quo, Μετὰ τούτους, inquit idem, de quo ante, Theodorus Preſbyter, γίνεταί τις Νεστόριος ὀνόματι, ὃς ὡρμᾶτο μὲν ἀπὸ Γερμανικείας τῆς ἐν Συρίᾳ. *Poſt hos quidam nomine exoritur Neſtorius: qui è Germanicea, vrbe Syriæ, prodiit.* quod & in Suidæ commentariis, ac alibi, legas. Vt minus mirum ſit, exiguam, quæ & in antiquis non extat codicibus, diſtinctiunculam, in Græco mutatam, quam, tum in alios tum in Syros quoque codices, ipſa hæc tranſlata eſſe verba. Ad locum porro hunc doctiſſimus Theologus, *Cauſam hic fructumque mortis Chriſti recitat, ne quicquam ejus dignitati detractum hac exiſtimetur.* Vbi interim hoc quæri poſſe exiſtimant nonnulli, ſi mens hæc ſit, *coronatum gloria videmus Ieſum*, an non id quod ſequitur, de fine dici videatur, cum mors tamen finis non ſit gloriæ? vt τὸ ὅπως, idem ſit quod πῶς, ſeu, *quomodo*. Ac ſic dicat, *Ieſum, qui, propter paſſionem, gloria ac honore coronatus fuit, videmus, quomodo mortuus pro nobis fuerit.* hoc eſt, *quæ humilitas in morte ejus fuerit ac tolerantia.* quæ nobiliſſimi clariſſimique viri Conſtantini L'Empereur, S S. Theologiæ Doctoris, atque hoc ipſo anno Magnifici Academiæ Rectoris, ſententia eſt: cui quantum tribuamus, ſi vitam nobis largiatur Deus, aliquando profitebimur. Chryſoſtomus vero, Ambroſius, Theophylactus, aliique, ad ſufficientiam ſimpliciter id referunt mortis; quæ, vt Lyranus loquitur, *ad omnes ſe extendit.* Vt dicat, *Gloria & honore, propter paſſionem, mortis, coronatum videmus: cujus tanta vis fuit, vt pro omnibus guſtaret*

℣ſ. 13. *mortem.* Sequitur, Καὶ πάλιν ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ. Multum autem refert ſcire, è quo Propheta, è quo ejus loco, ſingula ab hoc Apoſtolo deſumpta ſint. quod cum in quibuſdam, quos præſertim his prioribus adducit capitibus, non ſatis, magni expendiſſent viri, fieri poteſt, vt humana ſunt, nonnihil fraudi id fuiſſe iis. quemadmodum cum hæc verba, ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ, ex Pſalmo 18. ℣ſ. 13. deprompta volunt: quia ibi dicitur, καὶ ἐλπιῶ ἐπ' αὐτόν. cum vbique fere Apoſtolus ad ipſa ſe aſtringat verba. Adde quod nec in Hebræo, וקותי, quod ſic interpretari Helleniſtæ ſolent, ſed אחסה legitur. Præterquam quod aliquod in locorum explicationibus periculum hæc res trahit. quod ſi admittamus, Pſalmus decimus octauus, qui triumphalis eſt, & gratiarum actionem continet, eaque de cauſa, 2 Sam. cap. 22. ad hiſtoriam accommodatur, vbi hæc ita fere, vt apud Apoſtolum leguntur, propheticus erit: cui verba hæc ibi præmittuntur, ἐλάλησε τῷ Κυρίῳ Δαβὶδ τοὺς λόγους τῆς ᾠδῆς ταύτης, ἐν ἡμέρᾳ, ᾗ ἐξείλετο αὐτὸν Κύριος ἐκ χειρὸς πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ ἐκ χειρὸς Σαοὺλ. vt nec de occaſione, nec de argumento dubitare quiſquam poſſit. Et quod amplius, verba illa, Κύριος στερέωμά μου, καὶ καταφυγή μου, καὶ ῥύστης μου, ὁ Θεός μου, βοηθός μου, καὶ ἐλπιῶ ἐπ' αὐτὸν, ſiue illa, quæ loco jam dicto Samuelis leguntur, Κύριος πέτρα μου, καὶ ὀχύρωμά μου, καὶ ἐξαι-

καὶ ἐξαιρούμενός με, ὁ Θεός μου, φύλαξ μου, πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ, primario ſimpliciterque ad Chriſtum, ſiue, ad hoc, quod Apoſtolus hic probat, referenda erunt, ejuſque hæc mens erit: quemadmodum in margine librorum quibus vtimur, aſſcriptus Pſalmi hujus locus eſt. Atqui, ſi, quoties, vel ibi vel alibi, Propheta, ſe confidere aut ſperare in Deo dicit, toties ad Chriſti perſonam id referendum erit, aut ex eo argumenta, quibus hanc probemus, deſumenda, metuendum erit, ne aduerſariis ludibrium ſic debeamus. Quid igitur? Non extat illuſtrior de Chriſto ejuſque natiuitate prophetia quam quæ Eſaiæ capite octauo deſcribitur. Eo capite, vt è prophetide filium ſuſcipiat, mandat Prophetæ Deus: vtque nomen pueri, in librum, ſiue tabulas, cum cura referatur; in ſignum Iudæorum genti ac portentum. Vbi & Propheta, typus Chriſti hoc capite, exclamat tandem, *Præſtolabor igitur Iehouam, qui abſcondit faciem ſuam à domo Iacobi, & expectabo eum.* Helleniſtæ, quos ſecutus eſt Apoſtolus, Καὶ πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ· καὶ μένω τὸν Θεὸν, τὸν ἀποστρέψαντα τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ οἴκου Ἰακὼβ, καὶ πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ. Chriſtus enim, cujus humanæ aſſumptionem naturæ ex eo loco hic probat, κατ' οἰκονομίαν, vt præclare magni notant Theologi, in Patre ſe confidere ait. Ac deinde, quod ſequitur, ſubjungit, Ἰδοὺ, ἐγὼ, καὶ τὰ παιδία ἅ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός. quod ex eodem hic loco Apoſtolus ſubjungit. quæ cum myſtice ab Eſaia, quod negari non poteſt, dicantur, Apoſtolus ad Chriſtum refert, qui de liberis Eccleſiæ hoc dicat: quos παιδία vocat, ſicut & diſcipulos Dominus. Ioh. 21. 5. vbi παιδία μή τι ἔχετε προσφάγιον; Ne jam dicam, illud καὶ πάλιν, quod & inter cætera interpretes decepit, non diuerſos locos, ſed continuationem potius notare ejuſdem: vt ſi, καὶ ἐφεξῆς, dicas: hoc eſt, *ac deinde addit.* Cæterum, vt conſtet, quam illuſtris ibi de Chriſto extet prophetia, tum quam admirabili judicio ea vſus ſit Apoſtolus, operæ putamus, ipſa verba ordine hic apponi. *Iehouam exercituum ſanctificabitis: & ipſe ſit timor veſter, & ipſe pauor veſter. Et erit in palatium, & in lapidem offenſionis, & in petram ſcandali duabus domibus Iſraëlis. in laqueum & tendiculam habitanti Ieruſalem. Impingentque in ea plurimi, & cadent, & conterentur: irretienturque & capientur. Liga teſtimonium, obſigna legem in diſcipulis. Præſtolabor igitur Iehouam qui abſcondit faciem ſuam à domo Iacob, & expectabo eum. Ecce ego & pueri quos dedit mihi Iehoua in ſigna & portenta in Iſraël à Iehoua exercituum, qui habitat in monte Sion.* Quæ, quam omnibus perſuaſum fuerit, de Chriſto Domino accipienda, vel ex eo patet, quod ſanctiſſimus ſenex Simeon, de quo cap. 2. Lucas, quem cum Simeone Iuſto, cui mirificam omnium arcanorum Dei atque aduentus Meſſiæ ſcientiam aſſcribunt, eundem eſſe volunt Iudæi, ſimul ac puerum videt, quem expectabat, verba iſta ſtatim ad Meſſiam applicat: Ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ. ac deinde ex ſeptimo ejuſdem Prophetæ capite addit, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον. quod eo minus mirum, cum ipſi Gemariſtæ in Gloſſis ſuis, locum iſtum Eſaiæ ad Seruatorem referant. Adde quod, &, poſtquam περὶ παίδων, qui Eccleſiam repræſentabant, locutus eſt, tandem addit, *Iehouam ſibi à Iehoua, qui in monte Sion habitat (qui Eccleſiam,* nempe, *colligit, qui Eccleſiæ præeſt) dediſſe pueros.* Vbi iterum, quod & alias obſeruauimus, Sionis nomen, vt omnibus prope locis, vix vllo excepto, Apoſtolus, cum de perſona Filii loquitur, aut à Patre eam diſtinguit, quaſi notam adhibet. *Ego,* inquit Propheta, *& pueri quos dedit mihi Deus.* Sicut ergo illi pueri, quos, ſuos vocat Eſaias, qui Eccleſiam prophetice repræſentabant, carnis ejuſdem participes ac ſanguinis cum patre erant, ita & hæc ipſa aſſumpſerat, eorumque factus particeps eſt Dominus, vt in carne eum debellaret, qui mortis imperium habet. Res autem manifeſta eſt. Sicut enim verba ex Pſalmo 22, quæ Dauidis ſunt, Chriſto, cujus typus fuit Dauid, paulo ante attribuit, ita Eſaiæ, quæ primario, ſed vt prophetica,

AD HEBR. Eſaiæ ſunt, eidem Chriſto tribuit. Hoc ergo ratum hic fixumque maneat, eundem eſſe, de quo in eo, quem Apoſtolus hic citat, loco, dicitur, ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ᾽ αὐτῷ, cum eo, de quo idem Eſaias, cap. 11. ℣ſ. 10. dixit, Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν· ἐπ᾽ αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. Eodem capite nec multo poſt ſequitur, οὐ γὰρ δήπου Ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται. Vbi nobis, vt quod res eſt dicam, non ſatis, qui hic *aſſumendi* voce vtuntur, expreſſiſſe loci efficaciam videntur. quod cum antiquus videret interpres, *apprehendendi* voce vti maluit: quam & ſeruauit & interpretatus eſt B. Ambroſius. qui, *Non enim quemquam Angelorum apprehendit. id eſt, non cujuslibet Angeli naturam ſuſcepit (imo, non Angelos, hoc eſt, Angelorum naturam, ſuſcepit) ſed ſemen Abrahæ apprehendit.* quanquam nemo melius vim loci vociſque Chryſoſtomo expreſſit. Qui, διὰ τί, inquit, οὐκ εἶπεν, ἀνέλαβεν, ἀλλὰ ταύτῃ τῇ λέξει ἐχρήσατο, τῇ, ἐπιλαμβάνεται; ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν διωκόντων τοὺς ἀποστρεφομένους αὐτοὺς, καὶ πάντα ποιούντων, ὥστε καταλαβεῖν φεύγοντας, καὶ ἐπιλαβέσθαι ἀποπηδώντων· φεύγουσαν γὰρ ἀπ᾽ αὐτοῦ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, καὶ πόρρω φεύγουσαν (ἦμεν γὰρ τοῦ Θεοῦ μακρὰν, φησὶν, ἀπηλλοτριωμένοι, καὶ ἄθεοι ὄντες ἐν τῷ κόσμῳ) αὐτὸς καταδιώξας κατέλαβεν. Eadem eodemque modo B. Ambroſius, *Quare dixit, apprehendit? quia nos, quaſi recedentes ab eo & longe fugientes, inſecutus, apprehendit: & in vnam perſonam noſtræ fragilitatem naturæ ſibi contemperauit.* Et certe, *Mali Angeli poſtquam ſemel lapſi ſunt, penitus deſerti ſunt. Hominem, poſt lapſum, non reſpexit modo, ſed quæſiuit, ſed ſecutus eſt, vt ſibi jungeret, Dominus. Et ita ſecutus eſt, vt naturam eam quæ peccauerat, aſſumendo ac non peccando, proueheret, vbi ab Angelis adoraretur.* Quod & nunquam ſine immenſo ſtupore à ſe cogitari S S. Patres profitentur. Notum autem quid ἐπιλαμβάνεσθαι ſit Græcis: non ἀνθρώπου modo, ſed & χειρὸς quoque ἀνθρώπου, cum de lapſu agitur. Non igitur auxilium tulit Angelis, etiam lapſis, ſed hominibus. Quomodo? aſſumptione naturæ: idque ex conſequenti. Quod per ſe non eſt, ἐπιλαμβάνεσθαι ἀνθρώπων. major enim hic efficacia.

CAP. III.

Locus, Μέτοχοι γὰρ γεγόναμεν τοῦ Χριστοῦ, *&c.* τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως. ἀρχὴ τῆς ὑποστάσεως *Chryſoſtomo,* ἡ πίστις. ἡ τῆς καυχήσεως ὑπόστασις. *Locus,* τίσι δὲ προσώχθισε; προσοχθίσματα *quæ Helleniſtis.* προσοχθίζειν προσοχθίσματα. καταλειπομένης ἐπαγγελίας. *&* τὸ καταλείπειν *quomodo hic & alibi dicatur.* οἱ εὐηγγελισμένοι. ὁ λόγος μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν, *& quomodo dicatur.* τοῖς ἀκούσασι, τῶν ἀκουσάντων, *vſitata enallage. Alia Theophylacti lectio ac noua interpretatio.* τὸ συγκεκραμένος, *quomodo nonnunquam vſurpetur.* οἶνος ἄκρατος καὶ νάρδος πιστική. οἱ ἀκούσαντες, οἱ ἀκροαταὶ *Helleniſtis.* οἱ νικήσαντες, οἱ νικηταί. *Locus,* καίτοι τῶν ἔργων ἀπὸ καταβολῆς κόσμου γενηθέντων. *Locus,* εἰ γὰρ αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς κατέπαυσεν, οὐκ ἂν περὶ ἄλλης, *&c. Locus,* Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, *&c.* ὁ ἔγγραφος καὶ ὁ ἐνυπόστατος λόγος, *& vtro referendum. Theophylacti, Chryſoſtomi, Athanaſii, Ambroſii, aliorum, ſententia. Locum à Phocylide expreſſum. de autore illo quid judicandum. Chriſtianum, ſcilicet, fuiſſe, ac cum Helleniſtis, & ex illis, phraſibus Hebræis vti.* κρίνειν πρόσωπον. λαμβάνειν πρόσωπον. προσωποληπτεῖν. προσωπολήπτης, Θεός. πληροῦν χεῖρα. ἔλεος, *pro eo quod* ἐλεημοσύνη *vulgo, a Phocylide vſurpatum. Alii in eodem loci ſimiles & quidem plurimi, notati.* ζῶν ὁ κύριος. ζῶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ. *Verbi Dei mentionem vbique à Targumiſtis fieri.* τετραχηλισμένα *quæ.* τραχηλίζειν. κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας. ὁμολογία *quid, & cujus.* ἐμμένειν ταῖς ὁμολογίαις, *idem, quod* κρατεῖν τῆς ὁμολογίας *ex illuſtri Ieremiæ loco probatum. vota &* ὁμολογίαι *variæ.*

CAP. III. ℣ſ. 14. TErtio capite, cum dicitur, Μέτοχοι γὰρ γεγόναμεν τοῦ Χριστοῦ, ἐάν περ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως μέχρι τέλους βεβαίαν κατάσχωμεν, definitionis voce pro ipſo vſus definito videtur. Siquidem ἐλπιζομένων ὑπόστασις, fides ipſa

cap.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

cap. II. ℣ſ. 1. definitur. Neque alia, niſi fallor, cauſa eſt, cur Chryſoſtomus, Ad
τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως, *fidem* interpretetur. Verba ejus ſunt, Τίς ἐστιν ἀρχὴ τῆς Hebr.
ὑποστάσεως; τὴν πίστιν λέγει, δι' ἧς ὑπέστημεν καὶ γεγενήμεθα καὶ συνουσιώθημεν, ὡς ἄν τις
εἴποι. Vetus interpres, *initium ſubſtantiæ ejus*: recentior, *principium illud
quo ſuſtentamur*. Fides autem, etiam futura intuetur. ἐν τῇ ἀρχῇ nempe:
qui eſt Chriſtus. Præceſſit autem, Μέτοχοι γὰρ γεγόναμεν τοῦ Χριστοῦ. vnde &
Theophylactus, τὴν κεφαλὴν interpretatur, qui eſt Chriſtus. Deinde ad-
dit, καὶ ἐνταῦθα δὲ τὸ μέχρι τέλους στῆναι βεβαίως ἐν τῇ πίστει, ἀπαιτεῖ. *etiam hic vt
firmi*, inquit, *maneant in fide, petit*. cum aliquanto aliter 2 Corinth. 9. 4. ea
voce vſus ſit: vbi τὴν τῆς καυχήσεως ὑπόστασιν, dixit. de quo ibi. Non ita multo
poſt, cum ſequitur, Τίσι δὲ προσώχθισε τεσσαράκοντα ἔτη; neſcio an totum expri- ℣ſ. 17.
mant quod dicitur, interpretes, cum, *infenſus fuit*, hic reddunt. Notum enim
quænam vulgo προσοχθίσματα dicantur Helleniſtis. Dii alieni, nempe, vel
idola, quæ deteſtabatur Deus: cum præſertim τὸ שקוץ interpretantur. Ita Σιδω-
νίων προσόχθισμα, Μωὰβ προσόχθισμα. quæ ac ſimilia, προσοχθίζειν προσοχθίσματι,
καὶ βδελύσσεσθαι βδελύγματι, jubetur Iſraël: vt in illo, καὶ οὐκ εἰσοίσεις βδέλυγμα
εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ ἀνάθεμα ἔσῃ, ὥσπερ τοῦτο· προσοχθίσματι προσοχθιεῖς καὶ βδελύγματι
βδελύξῃ, ὅτι ἀνάθεμά ἐστι. Quarti capitis initium tale eſt, Φοβηθῶμεν οὖν, μήποτε Cap.
καταλειπομένης ἐπαγγελίας εἰσελθεῖν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέ- IV.
ναι. Vbi, τῷ καταλείπεσθαι, ſiue, *relinquendi*, voce, non eodem ſenſu, quo κατα- ℣ſ. 1.
λείπειν νόμον dicitur, qui non ſeruat Legem, ſiue ab ea abit, vſus eſt Apoſtolus,
ſed quo dictum Comico, *At ſi talentûm rem reliquiſſet decem*. De hæredi-
tate enim filiorum Dei agit: quæ eſt vera illa requies, quo cæteras ſpectare
docet. Vt ſic mens ſit, *Metuamus igitur, ne cum nobis promiſſionem introeundi
in requiem ſuam Deus reliquerit, defuiſſe ſibi aliquis, ac ſic fruſtratus, videatur.*
Syrus, *cum firma ſit promiſſio ingreſſus in requiem*. Καταλείπειν ergo, non qua
notione καταλιπεῖν τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν 2 Petri 2. 15. qui à recta abit via, dicitur,
ſed potius qua καταλιπεῖν τέκνα Lucæ 20. 31. dicuntur, qui liberos relinquunt.
Promiſſionem nobis igitur reliquit Deus. Vbi? in verbo ſuo. quod & pro-
bat. Sequitur enim, Καὶ γάρ ἐσμεν εὐηγγελισμένοι, καθάπερ κἀκεῖνοι· ἀλλ' οὐκ ὠφέ-
λησεν ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς ἐκείνους, μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν. Vbi οἱ εὐηγ-
γελισμένοι, *qui promiſſionem acceperunt: quibus relicta eſt promiſſio*. Interpres
vetus, *Timeamus ergo, ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem ejus,
exiſtimetur aliquis ex vobis deeſſe*. Ambigue. quod & nonnullis ex antiquis
fraudi fuit. Inter quos ille, qui, *Timeamus, ne forte relicta & neglecta pollici-
tatione fidei, quam Deo dedimus in baptiſmate, introeundi in requiem patriæ cæle-
ſtis*, &c. Recentior interpres, *Metuamus igitur, ne quando derelicta promiſſione
introeundi in requiem ejus* &c. Etiam ſequenti, cujus jam meminimus, verſu,
cum μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασι, dicitur, videndum, ſatiſne autoris ℣ſ. 2.
mentem eruditi expreſſerint. Et vetus quidem, *non admixtus fidei ex illis quæ
audierunt*. nullo equidem, quod ſciam, qui conueniat hic, ſenſu. Eraſmus,
quod non eſſet cum fide conjunctus iis qui audierunt. obſcure, ſi quid judico. Re-
centior, *vt qui fide contemperatus non fuerit apud illos qui audierant*. Quid
ſi autem, τοῖς ἀκούσασι, notiſſima, atque in his ſcriptis vſitata vel inprimis,
enallage? pro, quo τῶν ἀκουσάντων vulgo. Iam vero συγκεράννυσθαι τῇ πίστει dicun-
tur, quæ cum fide accipiuntur. ὁ λόγος μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει, *ſermo eſt, qui
abſque fide auditur, ideoque nec applicatur*. An non melius igitur, *ſed non profuit
illis ſermo auditus, non conjunctus cum fide ab iis qui audierunt?* Mirifice Theo-
phylactus, qui συγκεκραμένους legit: quaſi μὴ συγκεκραμένοι τοῖς ἀκούσασι dicantur,
qui à fide reliquorum receſſerunt ac diuortium fecerunt. qui, μὴ συγκεκρα-
μένους τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασι, τουτέστι, μὴ ἑνωθέντας μηδὲ συμφρονήσαντας διὰ τῆς πίστεως τοῖς
ἀκούσασιν, ἀλλ' ἀπορραγέντας αὐτῶν. Aquam vino, aquæ vinum recte miſceri, nemo
neſcit: cum vtrunque non mixtum, minus proſit, etiam nonnunquam

 noceat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

noceat. Qua de re elegans Maccabæorum 2. extat locus. Καθάπερ γὰρ οἶνον
καταμόνας πίνειν, ὡσαύτως δὲ καὶ ὕδωρ πάλιν, πολέμιον· ὃν δὲ τρόπον οἶνος ὕδατι συγκερασθεὶς,
ἡδεῖαν καὶ ἐπιτερπῆ τὴν χάριν ἀποτελεῖ, οὕτω καὶ τὸ τῆς κατασκευῆς τοῦ λόγου τέρπει τὰς ἀκοὰς
τῶν ἐντυγχανόντων τῇ συντάξει. nec enim, credo, cum τῇ πίστει συγκεραννύειν dixit, ad
vinum πιστικὸν, ſiue, ἄκρατον, hoc eſt, purum, & quod bibitur, quemadmodum
Plautus loquitur, *vt matre* natum eſt, alluſit: quomodo ex Helleniſtarum vſu
νάρδον πιστικὴν Marcus & Iohannes dixerunt. Iam οἱ ἀκούσαντες, ex eorundem
Helleniſtarum vſu, οἱ ἀκροαταὶ ſunt: vt Macc. 3. 1. οἱ νικήσαντες, οἱ νικηταί. vbi, ἐπαγ-
℣ſ. 3. γελλομένη δώσειν νικήσασιν ἑκάστῳ δύο μνᾶς χρυσίου. Paulo poſt cum legitur, καί τοι τῶν
ἔργων ἀπὸ καταβολῆς κόσμου γενηθέντων, ne hic quidem quanuis perobſcurum
eſſe locum dixerit interpres, tanta forte difficultas eſt. Dei requiem, cujus
in verbo ejus mentio, non vnam eſſe, probat: quanuis ad eandem, ea quæ
dicuntur, referri, eandemque deſignare poſſint. Exempli cauſa, dixit Dauid,
Si in requiem meam introibunt: dixit Moſes, *Requieuit Deus die ſeptimo ab
omnibus quæ fecit*. Quod de eo Moſes dixit tempore, quo omnia creata
ſunt. adeo, vt tanto poſt, de alia, quod infra mox addit, locutus requie
Propheta videatur: cum ad eandem tamen vtraque referri poſſit. Nam
& ita dicitur, quam Iſraëli typice promiſit Deus, cujus veritatem, vt lo-
quuntur Græci, nunc habemus. æternam enim deſignabat. Etiam ſic dici-
tur, qua requieuit Deus: quam hic inchoant, deinde conſequuntur, qui cre-
dunt: quæ & recte ſabbatiſmus dici poteſt. *Nam qui in illam Dei*, (quam
& fideles conſequentur) *requiem ingreſſus eſt, & ipſe ab operibus ſuis, quem-
admodum à ſuis Deus, requieuit*. vide 10 verſum. vtraque igitur eandem re-
præſentat. Obſcure interpres vetus, *& quidem operibus ab inſtitutione mun-
di factis*. Recentior, *licet operibus à jactis fundamentis mundi perfectis*. Quid ni
autem, *cum tamen Dei opera à mundi conſtitutione perfecta ſint*? vt mens ſit,
cum illa quies, de qua agitur à Moſe, ad initium creati orbis ſpectet. quo abſoluto
℣ſ. 8. requieuit Deus. In eo quod eodem capite legitur, Εἰ γὰρ αὐτοὺς Ἰησοῦς κατέπαυ-
σεν, οὐκ ἂν περὶ ἄλλης ἐλάλει μετὰ ταῦτα ἡμέρας, occulta κρύψις. cum vellet, Εἰ ὁ Ἰη-
σοῦς αὐτοὺς εἰς τὴν ἀνάπαυσιν τὴν ἀληθινὴν ἀνήγαγεν, οὐκ ἂν ὁ Δαβὶδ ὁ μετὰ τοσοῦτον χρό-
νον, περὶ σαββατισμοῦ, ἤγουν ἀναπαύσεως, εἶπε, Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε. Ἄρα
οὖν ἀπολείπεται σαββατισμὸς τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ. *Si in requie enim eos collocaſſet Ieſus,
nunquam tanto poſt tempore Dauid, de ſabbatiſmo, ſiue requie, dixiſſet, Hodie ſi
vocem ejus audieritis. Itaque reliquus eſt aliquis populo Dei ſabbatiſmus*. qua de re
alibi inter cæteros Iſidorus Peluſiota. vt mens ſit, *Nam ſi eos Ieſus in vera collo-
caſſet requie, nunquam de alio poſtea die locutus Dauid fuiſſet*. quod metuo ne non
℣ſ. 12. perſpicue ſatis expreſſerint interpretes. Eodem capite legitur, ζῶν γὰρ ὁ λόγος
τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς &c. De quo loco priuſquam meam ſemel dixero ſenten-
tiam, nondum abire me ab iis fateor, qui, contra quam fit vulgo, hæc non
ſimpliciter ad τὸν λόγον τὸν ἔγγραφον, ſed τὸν ἐνυπόστατον potius, diſpenſatorem
omnium, quæ olim geſta in antiquo Fœdere ac dicta ſunt, referre malunt.
quod & ipſa loci poſtulare ratio videtur: quale eſt, quod κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ
ἐννοιῶν καρδίας dicitur, aliaque ei tribuuntur, quæ parum commode, quod
& antiqui viderunt ac monuerunt Theologi, de verbo ſcripto, ſiue, τοῦ ἐγγρά-
φου λόγου πέρι, accipiuntur. Quis enim, vt nunc cætera omittam, verbum
ſcriptum, καρδιογνώστην dicat? oculos quis illi tribuat? vt cum ſequitur, καὶ
οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ· πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς
αὐτοῦ. Additur deinde, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος: ſubjungitur, Ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα
μέγαν &c. nam vt ſimul de Deo, τοῦ ἐγγράφου λόγου autore, loquatur, quod non-
nulli velle videntur, mihi quidem abſonum videtur. Quod cum & Theo-
phylactus videret, τὴν θεότητα, inquit, ἐνταῦθα δηλοῖ τοῦ λόγου. Θεοῦ γὰρ ἀνακρί-
νειν, τουτέστιν, ἐτάζειν καὶ εἰδέναι τὰς ἐνθυμήσεις. Ἐτάζων γάρ φησι καρδίας καὶ νεφροὺς ὁ
Θεός. *Diuinitatem innuit hic Verbi. Dei enim explorare ac nouiſſe cogitationes*.

Scru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Scrutatur enim corda, inquit Propheta, *& renes Deus.* ideoque & lectorem monet, *viuum*, hunc Sermonem dici. Εἶπε τὸ ζῶν· ἵνα μὴ λόγον ἀκούσας, ῥῆμα ἀνυπόστατον νομίσῃς. *Viuum hunc Sermonem dixit: ne, cum Sermonem dici audis, verbum quod non ſubſiſtit*, intelligas. qui & τὸ ἐνεργὴς hic ὑφεστὼς exponit. Ad ea autem quæ ſequuntur, καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ, *etiam Angelos, etiam Archangelos, etiam Cherubim ac Seraphim, patere illi*, cum Chryſoſtomo addit. qui & ſollicite accipiendum ita monet. Sed & B. Athanaſius, ὁ μὲν λόγος τῶν ἀνθρώπων, οὐδέν ἐστιν εἰς ἐνέργειαν· διὸ καὶ οὐδὲ διὰ λόγων ἀλλὰ διὰ χειρῶν ἄνθρωπος ἐργάζεται· ὁ δὲ λόγος αὐτῶν οὐχ ὑφίσταται. ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ λόγος, ὡς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος, ζῶν ἐστιν, ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον. *Verbum quidem hominum, nihil, quod ad efficaciam: vnde nec ſermone ſed manibus operatur homo: neque eorum ſermo ſubſiſtit. Dei vero Verbum, vt Apoſtolus dixit, viuum eſt & efficax, magiſque ancipiti omni ſecat gladio.* B. Ambroſius ad hunc locum, *Sermo Dei, Filius eſt Dei.* eodemque modo Græci Scholiaſtæ, Haymo, Primaſius, Carthuſianus, Gloſſæ. Quanquam dubium vix eſt, quin nonnulli quoque è veteribus, περὶ τοῦ ἐγγράφου locum acceperint. vnde factum vt de humano vſurparent ſermone: vt Phocylides, qui, Ὅπλον τοι λόγος ἀνδρὶ τομώτερός ἐστι σιδήρου, dixit. Quem ſcriptorem, qui, vel ex hoc loco, fuiſſe Chriſtianum non viderit, nihil videt: cum vbique Hebræas phraſes, quas ex Helleniſtis hauſit, manifeſte alludat. Quale eſt illud ſtatim initio, κρίνειν πρόσωπον. Μὴ ῥίψῃς πενίην· ἀδίκως μὴ κρῖνε πρόσωπον: eo ſenſu, quo Lucæ 20. 21. καὶ οὐ λαμβάνεις πρόσωπον, quod eſt, καὶ οὐ κρίνεις κατὰ πρόσωπον, dicitur. quod ne aſſequuntur quidem Græci. In Sacris vero, quid προσωποληπτεῖν ſit, quo item ſenſu προσωπολήπτης dicatur Deus, nemo neſcit. Paulo poſt, Πτωχῷ δ' εὐθὺ δίδου, μηδ' αὔριον ἐλθέμεν εἴπῃς, cum dixit, quis dubitat, quin illud Salomonis expreſſerit, Μὴ εἴπῃς τῷ φίλῳ, ἐπάνηκε, καὶ αὔριον δώσω? Deinde, Πληρώσας σέο χεῖρ', ἔλεον χρήζοντι παράσχου. vbi quid ſit πληροῦν τὴν χεῖρα, cum aliquid offertur aut donatur, nemo vel mediocriter peritus Hebraiſmi, non obſeruauit. Et quis neſcit illud, καὶ τίς ὁ προθυμούμενος πληρῶσαι τὰς χεῖρας αὐτοῦ σημέρον τῷ Κυρίῳ; ומי מתנדב למלאות ידו היום ליהוה. 1 Paralip. 29. 5. & paſſim. item, Πᾶς ὁ προθυμούμενος τοῦ πληρῶσαι τὰς χεῖρας αὐτοῦ. ibid. alibi. item, καὶ ἀπεκρίθη Ἐζεκίας, Νῦν ἐπληρώσατε τὰς χεῖρας ὑμῶν, προσαγάγετε, &c. in iiſdem libris. Ἔλεος vero, eodem in loco, manifeſte צדקה ἐλεημοσύνη: quod juſtitiæ eſt opus. Vt omittam locos integros è Lege Moſaica conuerſos. quale eſt illud de lapſo ſub onere inimici jumento, aut ceſpitante in via, attollendo, aut ſuccurrendo, Κτῆνος δ' ἢν ἐχθροῖο πέσῃ καθ' ὁδὸν, συνέγειρον. Quis enim illud ibi non agnoſcit, Ἐὰν δὲ ἴδῃς τὸ ὑποζύγιον τοῦ ἐχθροῦ πεπτωκὸς ὑπὸ τὸν γόμον αὐτοῦ, οὐ παρελεύσῃ αὐτὸ, ἀλλὰ συνεγερεῖς αὐτὸ μετ' αὐτοῦ. item, Οὐκ ὄψῃ τὸν ὄνον τοῦ ἀδελφοῦ σου, ἢ τὸν μόσχον αὐτοῦ πεπτωκότα ἐν τῇ ὁδῷ. μὴ ὑπερίδῃς αὐτά· ἀνιστῶν ἀναστήσεις μετ' αὐτοῦ. Deut. 22. 4. Adde, quod in eodem legitur, Μηδέ τις ὄρνιθας καλιῆς ἅμα πάντας ἑλέσθω, Μητέρα δ' ἐκπρολίπῃς. de ſpoliando, matre ſalua, auis nido. nota Lex ac verba Moſis. Ibidem & illud habes, Εἰ δέ τις οὐ δεδάηκε τέχνην, σκάπτοιτο δικέλλῃ, ex illo Lucæ 16. Σκάπτειν οὐκ ἰσχύω, ἐπαιτεῖν αἰσχύνομαι. quanquam Ariſtophanem & alios, eadem vſos parœmia, non neſciam. Iam, vt omittamus cætera, quis paganus, Sacram ſapientiam, aut, vt loquuntur noſtri, verbum Dei, θεόπνευστον dicat? ille autem, Τῆς δὲ θεοπνεύστου σοφίης λόγος ἐστὶν ἄριστος: vbi & λόγον cum Chriſtianis dixit. quæ quidem plana. E quibus patet, quanta eorum ἀκρισία fuerit, qui hominem Chriſtianum non agnouerunt. Credo, quia τὴν πολυθεΐαν profitetur, vt Phocyliden Mileſium ſic induat: quem σύγχρονον Theognidis fecêre. Et hæc obiter. nunc ad locum redeamus. Dicat aliquis, ad Targumiſtarum morem reſpexiſſe Apoſtolum, qui cum aliquid præſertim vehementer affirmant, קיים הוא ייי, hoc eſt, ζῇ, vel ζῶν ὁ Κύριος, quod Hebræi חי יהוה, dicunt. Iiſdem quoque vſitatum, vt cum nomen Dei exprimunt, מימר דייי, τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, addant.

Ad Hebr.

ne,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ad Hebr. ne, videlicet vel ſejungatur, vel ſine eo quicquam fieri credatur. Interpre-
tatio Chaldæa autem, cum pleriſque jam Iudæis, (quemadmodum in Aſia
qui erant, Onkeli inprimis eo tempore vtebantur) tum in manu eſſet, ex hac
conſuetudine loquendi, ζῶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, alluſione vrbana dixiſſe videtur,
vt eundem eſſe oſtendat, qui ibi ζῶν dicitur: cujus tam luculenta, tam cre-
bra, in veteri Fœdere, ex interpretatione, quam dixi, fit mentio. A qua ſen-
tentia nec Græci abierunt, qui τὸ ζῶν, ἀντὶ τοῦ ὑφιστάμενος, poni notarunt.
Procopius ad Deuteronomium, ὁ γὰρ ζῶν τοῦ Θεοῦ λόγος, ὁ τομώτερος ὑπὲρ πᾶ-
σαν μάχαιραν δίστομον, ἐλθὼν ἐπὶ γῆς, τὰς ἀοράτους δυνάμεις κατεπολέμησε, θριαμβεύ-
℣ſ. 13 σας αὐτὰς ἐν παῤῥησίᾳ. Sequitur, πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς
αὐτοῦ. Heſychius, τετραχηλισμένα, πεφανερωμένα: vt a luctatoribus deſumptum:
qui τραχηλίζουσι, cum nudam aduerſario ceruicem præbent, à Platone dicun-
℣ſ. 14. tur. Paulo poſt ſequitur, Ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα μέγαν, διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς,
Ἰησοῦν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας. vbi perſuaſum eruditis videtur, idem
hic ὁμολογίαν dici, quod Theologis Græcorum, cum pro fidei profeſſione
vſurpatur. Atqui cum ἀρχιερέως hic, vt ſupra cap. 3. ℣ſ. 1. meminerit, quem
τῆς ὁμολογίας ἡμῶν ἀρχιερέα, ibi dixit, cujus officium προσφέρειν δῶρα, quod infra
capite ſequenti dicitur, videndum, an ὁμολογία non ſit, quod Hebræis נדר;
idem, quod εὐχὴ, quod ὁμολογία, Helleniſtis dicitur, ac δῶρον. quare & co-
gitandum, an recte ſatis poſteriores duo interpretes etiam *profeſſionem* in-
terpretati ſint. Certe ὁμολογεῖν eſt נדר. & ſic Ieremiæ 44. ℣ſ. 25. ὁμολογίας,
ἃς ὡμολογήσαμεν θυμιᾶν. cum quo confer locum, quem jam dixi. Eſt autem
ille, Πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται τὰ
πρὸς τὸν Θεὸν, ἵνα προσφέρῃ δῶρά τε καὶ θυσίας ὑπὲρ ἁμαρτιῶν. Porro, vt illi, qui ad
Deos abibant alios, etiam illi, qui, exempli gratia, mutato cultu quæ Iſraëlis
Deo vouerant, idolis offerebant, τὴν ὁμολογίαν ſic mutare; ita ἐμμένειν τῇ ὁμολο-
γίᾳ, qui ſeruabant fidem, nec mutabant votum, dicebantur. Id autem; τῆς ὁμο-
λογίας κρατεῖν. quod videndum, an recte, *profeſſionem tenere*, hic dicatur: cum
de Ieremiæ loco & interpretatione Helleniſtarum hic cogitandum eſſet.
Totus autem locus ita habet: Οὕτως εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, Ὑμεῖς καὶ αἱ γυναῖ-
κες ὑμῶν, τῷ στόματι ὑμῶν ἐλαλήσατε, καὶ ταῖς χερσὶν ὑμῶν ἐπληρώσατε, λέγουσαι, ποι-
ήσομεν τὰς ὁμολογίας ἡμῶν ἃς ὡμολογήσαμεν θυμιᾶν τῇ Βασιλίσσῃ τοῦ οὐρανοῦ, ποιοῦσαι
αὐτῇ σπονδάς· ἐμμείνασαι ἐνεμείνατε ταῖς ὁμολογίαις ὑμῶν, καὶ ποιοῦσαι ἐποιήσατε. Vbi, ἐμ-
μένειν ταῖς ὁμολογίαις, quod hic κρατεῖν τῆς ὁμολογίας dicitur. vt idem, quod in ido-
lolatrico reprehenditur cultu, in vero probetur. Erant autem varia hæc
vota. Alii enim ſacrificia, alii, à cultu Iudæorum alieni adhuc, proſelytos,
quos גרים dicebant, fore ſe, ac Iudaiſmo acceſſuros, promittebant. quemad-
modum in illo Ionæ cap. 1. ℣ſ. 16. de nautis, quos ex gentibus fuiſſe con-
ſtat, καὶ ἔθυσαν θυσίας τῷ Κυρίῳ, καὶ εὔξαντο εὐχάς: quod וידרו נדרים Selomo Iar-
chi interpretatur. *Eleemoſynas* alii: inter quos Kimchius. qui, *cætera vota,*
præter ſacrificium: vt, daturos ſe eleemoſynam pauperibus. Monet ergo hic &
alibi Apoſtolus, vt quiſque τῇ ὁμολογίᾳ ἐμμένῃ, hoc eſt, *fidem ne immutet*, aut,
votum. Græci enim Scholiaſtæ, nec male, πίστιν interpretantur. Theophy-
lactus, ἅπερ ὡμολογησάμεθα ἐν ἀρχῇ πίστεως: *quæ à fidei noſtræ initio confeſſi vel*
complexi ſumus. quod eodem pene redit. Qui & neceſſaria aliquot illius
ibi ὁμολογίας capita proponit: qualis reſurrectio, inter cætera, ac Deitas
Chriſti.

Cap.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ad Hebr.

Cap. IV.

Locus, Μετριοπαθεῖν δυνάμενος *&c.* μεθελοπαθεῖν, *&* συμπαθεῖν. μεθελοπαθής. συγγινώσκων ἐπιεικῶς. *Locus de Chriſto,* εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας. εὐλάβεια, *quid. vita hominum* περιστατική. περίστασις. περιστατικὴ εὐλάβεια. דאגה. *quomodo* εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, *Dei Filius dicatur.* τὸ εἰσακούειν *quomodo nonnunquam vſurpetur Helleniſtis.* εἰσακούειν, *ſuccurrere & juuare.* εἰσακούειν, σώζειν. *Locus,* καὶ τελειωθεὶς ἐγένετο τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ πᾶσιν αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου. *&* τὸ τελειωθεὶς, *quomodo accipiendum.*

Capite Epiſtolæ ejuſdem quinto, de ſupremo olim Sacerdote dicitur, Cap.V. Μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις. Vbi quemadmodum ℣ſ. 2. μετριοπαθεῖν, ita de Pontifice omnium ſupremo συμπαθεῖν ſupra dixit: Οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, c. 4. 15. quanuis μετριοπαθεῖν, etiam de eo recte dici poſſit. μετριοπαθεῖν enim, ἐπιεικῶς συμπαθεῖν dicas. Quod qui poteſt, poteſt & ignoſcere peccanti. ſiue, cui recte hoc tribuitur, illud quoque, licet non eodem gradu, quo ſupremo illi, recte tribuitur. Quo & erudita Criticorum, è Theologorum deprompta ſinu, ſpectat gloſſa, Μετριοπαθὴς, συγγινώσκων ἐπιεικῶς. quomodo Ioſephus in ferendis ac deinde condonandis fratrum peccatis, recte μετριοπαθῆσαι dicetur. Vetus interpres, quod hic dicitur, Μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις, *Qui condolere poſſit iis qui ignorant & errant.* Melius Eraſmus, *Qui placabilis eſſe poſſit ignorantibus & errantibus.* Recentior, *Qui quantum ſatis eſt poſſit miſerari vicem ignorantium & aberrantium.* Eruditi cogitent. Eodem capite, cum Chriſtus εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας dicitur, ante omnia, quid ſit εὐλάβεια, videndum erat. ℣ſ. 7. mirum enim, quam & hic in partes itum ſit. Interpres ergo vetus, *exauditus eſt pro ſua reuerentia.* Quam Ambroſius, modo, *paſſionis reuerentiam*[a], modo *perfectam* interpretatur *charitatem.* cui obedientiam Primaſius & Haymo addunt. Alii ad perſonæ id dignitatem referunt ac ſanctitatem: ad Pontificalem deuotionem Lyranus. Ad reuerentiam quam erga Patrem inprimis teſtatus eſt Dominus, cum dixit, *Non voluntas mea fiat, ſed tua,* Photius. Ad reuerentiam, qua proſecutus filius eſt Patrem, Scholiaſtæ alii. quaſi de filio, quod ſequitur, Καίπερ ὢν υἱὸς, huc referendum eſſet: quod tamen recte negat Photius, qui abſolute id diſtinguit. ſed & vſitatius ὑπὸ εὐλαβείας eo ſenſu dixiſſet. Alii ad alia. Denique, *Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.* Quare & nos videamus. Vniuerſam hominis vitam, περιστατικὴν hic eſſe, etiam Philoſophi dixerunt. Quam vitam, qualis hic ducitur in terris, cum incommodis moleſtiiſque omnibus, quas illi, περιστάσεις, tanquam circunſtantias, dixerunt, perpetua vel comitatur vel ſequitur εὐλάβεια. Cujus proprium, declinare περιστάσεις illas, ac timere. Hoc quia cum ſollicitudine perpetua conjunctum, Domino, qui cauſa noſtra ita noſter factus eſt, vt vere, extra peccatum, eſſet id quod ſumus, περιστατικὴν εὐλάβειαν Apoſtolus aſſcribit. Quis enim dubitat, quin, vt omnibus incommodis, ita & ſollicitudini, quam illa pariunt, in terris, & qua homo, vixerit obnoxius? Hanc εὐλάβειαν, quæ דאגה Hebræis, eleganter iis Ieremias tribuit Propheta, qui in mari & profundo verſantur: quia ſemper, donec liberantur, circumſpiciunt & timent. Quod inprimis graphice expreſſit. *Sicut qui in mari eſt,* inquit, *præ pauore,* (דאגה) *quieſcere non poteſt.* quorum, vt ibi loquitur Chaldæus proprium, *vt nec quieſcant, & effugere non poſſint.* Major tamen Seruatoris illa: qui ſub ipſam mortem, cur deſereretur, anxie quæſiuit. Sed & alias, voce εὐλαβείας, cum de metu agitur ingenti vel formidine, Hebræam, quam jam dixi, vocem interpretantur Helleniſtæ. Vt cum Ioſuæ 22. 24. *Et ſi non præ ingenti hujus rei quem concepimus metu, hoc fecimus.* Vbi Hebræus

AD HEBR. ואם לא מדאגה מדבר עשינו. Helleniſtæ, Ἀλλ' ἕνεκεν εὐλαβείας ῥήματος ἐποιήσαμεν τοῦτο. vbi Targumiſtæ voce יצפא, quæ & ipſa ingentem notat metum atque ſollicitudinem, vtuntur. vt, ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, idem, quod ἀπὸ πάσης εὐλαβείας, ſiue τῆς σαρκικῆς καὶ βιωτικῆς περιστάσεως, hoc loco ſit. Melius certe interpres, qui metum, quam qui *reuerentiam* dixerunt. quanquam, *pauorem*, aut, *anxietatem*, hic malim: quam non procul à Syrorum דחילא abeſſe dicas: quæ ἀγωνία Lucæ dicitur. Καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ ἐκτενέστερον προσηύχετο. cum δεήσεις καὶ ἱκετηρίας, *deprecationes ac ſupplicationes*, κραυγὴν item ἰσχυρὰν καὶ δάκρυα, *clamorem vehementem ac lachrymas*, etiam hic obtuliſſe dicatur. Neque errare exiſtimem, ſi quis εἰσακουσθέντα, etiam ἀπὸ τῆς ἀγωνίας, cum autore dicat. quanquam forte εὐλάβεια latius pateat, & in tota prope vita ejus, tot calamitatibus expoſita, habere locum videatur. Iam, quod (vt ad ipſum dicendum genus veniamus) εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας dicitur, in quo tantum operæ hic eruditi poſuerunt vt diſſertatione integra de eo agant, omni difficultate caret. Quæ juuandi aut ſeruandi notione vſurpantur, voce εἰσακούειν ab Helleniſtis exponi, notius eſt quam vt multis ſit probandum. Tale eſt, καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσεν αὐτόν. 2 Paralip. 18.31. vbi in Hebræo textu *adjuuandi* extat verbum: עזר nempe. alio autem loco, ἐκέκραξα, καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσέ μου: vbi ישע habes, quod *ſeruare* eſt. Quid mirum ergo ſi hos ſequitur, vt ſemper? Quid mirum, ſi εἰσακούειν ſimpliciter ſit σώζειν? vt à tanto ſeruaretur pauore, inquit, ac anguſtiis, qui clamorem validum ac lachrymas effudit. Εἰσακούεται igitur ἀπὸ εὐλαβείας, qui à ſollicitudine & anxietate, in qua verſatur, eripitur ac liberatur. Recentior interpres, *& exauditis precibus* liberatus *ex metu*: nimio negotio, ni fallor. cum ſimpliciter hoc vellet, *exauditum*: quod eſt, è pauore tali aut metu *ſeruatum fuiſſe*. Sequitur, Καὶ τελειωθεὶς ἐγένετο τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ πᾶσιν αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου. vbi τελειωθεὶς, vt Lucæ 13.32. καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι. quo loco ipſe recentior interpres, *conſummandi* verbo, vt vetus hic, vſus eſt. cui *conſecrandi* nunc placuit.

CAP. V.

Locus, Διὸ ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον. ἀρχή. ἀρχάριοι, *tirones.* ἀρχάριοι, *alii ab iis in Eccleſia, qui Eccleſiæ præſunt aut jam docent. Locus,* Ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας. *delicta, ſeu peccata,* ἑκούσια. *Patrum opinio.* γευσαμένους Θεοῦ ῥῆμα. ἐνδελεχίζοντες ἐν τοῖς κακοῖς. ἡ περὶ ἁμαρτιῶν θυσία, אשׁם. παραπεσόντες, *&* παραπίπτοντες. παραπεσόντας πάλιν. παραπίπτειν παράπτωμα. ἀσυνθεσία. ἀθέτημα. ἀπόστασις. ἀποστασία. *rebellare. rebellio.* παραδειγματίζειν. παραδειγματισμὸν ἀπέναντι τοῦ ἡλίου. ἀπάτωρ. ἀμήτωρ. ἀγενεαλόγητος. *Melchiſedecus. quomodo nonnunquam vſurpetur* ἄγραφος. ἄγραφοι οἱ τοκῆες καὶ τὸ γένος. *Sacerdos* ἐξ ἀκροβυστίας *Melchiſedecus Epiphanio. Locus,* ἐκεῖ δὲ μαρτυρούμενος ὅτι ζῇ, *& de quo intelligendus. vita* ἀκατάλυτος *cui attribuatur.* κατὰ τὸ μαρτυρούμενον. κατὰ τὸ ἐμφερόμενον. ἀπὸ τοῦ γεγράφθαι *item* καὶ ἀπὸ τοῦ μὴ γεγράφθαι *argumentari.*

CAP. VI. ℣ſ. 1. CApite ſexto ſtatim locus ille occurrit, Διὸ ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον, ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα, &c. Vbi eam ἀρχὴν intelligit, à qua qui in ſingulis primum proficiebant diſciplinis, ἀρχάριοι ſequiori æuo dicebantur. Extat elegans Macarii hanc in rem locus: vbi autor ſimpliciſſimus, de ratione profectus, quo in literis tum vtebantur, ὁ θέλων μαθεῖν γράμματα, ἀπέρχεται καὶ μανθάνει τὰ σημεῖα· καὶ ὅταν γένηται ἐκεῖ πρῶτος, ἀπέρχεται εἰς τὴν σχολὴν τῶν Ῥωμαϊκῶν, καί ἐστιν ὅλων ἔσχατος. Πάλιν ἐκεῖ ὅταν γένηται πρῶτος, ἀπέρχεται πρὸς τὴν σχολὴν τῶν γραμματικῶν, καί ἐστι πάλιν ἐκεῖ ὅλων ἔσχατος ἀρχάριος. Εἶτα ὅταν γένηται σχολαστικὸς, ὅλων τῶν δικολόγων ἀρχάριος καὶ ἔσχατός ἐστι. Πάλιν, ὅταν γένηται πρῶτος, τότε γίνεται ἡγεμών. Καὶ ὅταν γένηται ἄρχων, λαμβάνει ἑαυτῷ βοηθὸν, τὸν συγκάθεδρον.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

AD HEBR.

θεάτρον. Vbi, ἀρχάριοι, *tirones* ſunt. ἀρχὴ ergo, *tirocinium*. Idem; Ἔχουσι δὲ φόβον, οὐ τῶν ἀρχαρίων, τῶν φοβουμένων τὰ πονηρὰ πνεύματα, ἀλλὰ φόβον καὶ μέριμναν, πῶς διοικήσουσι τὰ ἐμπιστευθέντα αὐτοῖς πνευματικὰ χαρίσματα. vbi ἀρχάριοι, iis qui Eccleſiæ jam præſunt, doctrinamque ſibi creditam propagant, opponuntur. nec aliter paulo ante cap. 5. τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων Θεοῦ, dixit. Eodem capite & ille extat locus, Ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, γευσαμένους τε δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντας Πνεύματος ἁγίου, καὶ καλὸν γευσαμένους Θεοῦ ῥῆμα, δυνάμεις τε μέλλοντος αἰῶνος. &c. ℣. 4. vbi è veteribus nonnulli, ea intelligunt delicta quæ continuantur: eadem quæ & autori cap. 10. 26. ἑκούσια dicuntur: vtraque enim, hæc & illa, ad apoſtaſiam referunt recentiores. Ἑκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, οὐκ ἔτι περὶ ἁμαρτιῶν ἀπολείπεται θυσία· φοβερὰ δέ τις ἐκδοχὴ κρίσεως, καὶ πυρὸς ζῆλος, ἐσθίειν μέλλοντος τοὺς ὑπεναντίους. quia peccandi quandam quaſi conſuetudinem, nec finem faciunt, qui tales. Vbi Patres Græci, qui peccata hæc diſtinguere videntur, δεῖξαι θέλει, τὸ ἄχρι τέλους τῆς ἐπιμένειν τῇ ἁμαρτίᾳ. ἔνθεν δῆλον, ὅτι οὐκ ἀναιρεῖ τὴν μετάνοιαν: *de iis agit, qui ad finem in peccato perſiſtunt. vnde, non tolli pœnitentiam apparet*. Item, οὐκ ἀναιρεῖ τὴν μετάνοιαν, ἀλλὰ τὸ εἶναι δεύτερον βάπτισμα ἀπαγορεύει. *non tollit pœnitentiam, ſed ſecundum vetat baptiſmum*: quod & ad hunc locum notat Chryſoſtomus. cum peccatum hoc quod non remittitur, ne quidem pœnitentiam admittat. Vt de continuatione ejus, quod regnare vulgo dicunt, agatur. quod, eo ipſo, ἐν τοῖς μὴ παυσαμένοις τοῦ ἁμαρτάνειν, vt idem hic loquitur Chryſoſtomus, non remittitur. quia ex continuatione, ad finem vſque ſequitur impœnitentia. In hoc igitur peccato, qui, poſtquam baptizati ſunt (quippe quos φωτισθέντας dicit: neque aliter de baptiſmo veteres loquuntur) ſed & veritate imbuti ſunt (ita enim τοὺς κατηχηθέντας dici hic notant, quos & γεύσασθαι Θεοῦ ῥῆμα, ait) perſeuerant, peruenire ad pœnitentiam non poſſe: ſiquidem ſic in dominium peccati traduntur. quos & eleganter ἐνδελεχίζοντας ἐν τοῖς κακοῖς, Syrachides dixit. Terræ enim eſſe ſimiles, (quod & diſerte hic addit,) quæ cum ſpinas ferre ac tribulos aſſueſcit, tandem rejicitur, fructuſque ejus igni deſtinantur. Quare? quia poſt Chriſti, quam baptiſmus repræſentat, victimam, non datur alia, nec quiſquam magis baptizari, quam bis crucifigi Chriſtus poteſt. Nam, vt recte capite 10. vbi idem plane dixit, οὐκ ἔτι περὶ ἁμαρτιῶν ἀπολείπεται θυσία. quemadmodum in Fœdere antiquo, pro delictis אשם offerebant: quo, & peccatum, & quæ pro peccato offerebatur deſignari victima ſolebat: quæ nec ſemel, ſed & ſæpius, offerebatur. Hic vero, nec baptiſmus, vt recte Chryſoſtomus, repetitur, neque Chriſtus bis, niſi cum ludibrio, mori pro peccatis poteſt. Sed &, quid, παραπεσόντας ſit, videndum. aliud quam παραπίπτοντας, nimirum. Adde, quod τὸ πάλιν, non cum ἀνακαινίζειν (ita enim idem diceretur) ſed cum παραπεσόντας, recte jungi poſſit. vt παραπεσόντας πάλιν, non qui ſemel ſed qui ſæpius labuntur, ac ſic ad finalem perueniunt impœnitentiam, dicat. Quos ſi ſequimur, non tam de eo, quod per ſe non remittitur peccato, quam quod pœnitentiam continuatum non admittit, cum in altero ne quidem detur pœnitentia, hoc dixit. Atque ita nihil quoque pro Nouatiano hic locus. quanquam non abire ab iis malim, qui ad apoſtaſiam locum referunt vtrunque. Paulo poſt cum ſequitur, καὶ παραπεσόντας πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν, quæri poteſt, an de peccato, de quo egimus, ℣. 6. τὸ παραπίπτειν vſurpari poſſit. De quo dubitare non poſſunt, qui, quid Helleniſtis παραπίπτειν παράπτωμα ſit, ex eorum ſcriptis, Ezechiele præſertim, vbi aliquoties occurrit, didicerunt. Eſt autem מעל: quod παράπτωμα, ἀσυνθεσίαν, ἀθέτημα, etiam ἀπόστασιν (licet non proprie ſemper) & ἀποστασίαν, dicunt. Καὶ πάντα τὰ σκεύη, ἃ ἐμίανεν ὁ βασιλεὺς Ἄχαζ, ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, ἐν τῇ ἀποστασίᾳ αὐτοῦ. nec ſine cauſa, *rebellandi* ac *rebellionis* voce in Ezechiele Targumiſtæ alibi vtuntur. Sequitur, ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ παραδειγματίζοντας.

AD vbi videndum, an non τὸ παραδειγματίζειν, notione τοῦ יקע, pro, *diſtendere ac lu-*
HEBR. *xare in cruce*, accipiendum ſit, ac ſic τῷ ἀνασταυροῦν, quod præceſſit, reſpon-
deat. vt Num. 25.4. *Et dixit Iehoua ad Moſen*, Λάβε πάντας τοὺς ἀρχηγοὺς τοῦ λαοῦ,
καὶ παραδειγμάτισον αὐτοὺς ἀπέναντι τοῦ ἡλίου. *ſuſpende eos in ſole coram Domino.* Ca-
CAP. pite ſeptimo, non procul ab initio, cum ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος Mel-
VII. chiſedecus fuiſſe dicitur, ne Græcos quidem aliter nonnunquam loqui con-
vſ. 3. ſtat, cum id, non, quod non eſt, ſed quod ſcriptum non eſt, eſſe negant.
Ἀπάτωρ & ἀμήτωρ igitur, quod illi, ἄγραφοι δ' αὐτῷ οἱ γονῆες καὶ τὸ γένος, dicerent.
Athenæus lib. 13. Ἄγραφοι δ' εἰσὶν αὐτῷ, Μεγίστη, Ἀγαλλὶς, Θαυμάριον, Θεό-
κλεια. prætermiſſas enim, neque vllam earum mentionem factam voluit.
Quod & recte Epiphanius expreſſit. qui, τὸ δὲ ἀπάτωρ, & ἀμήτωρ, οὐ διὰ τὸ μὴ ἔχειν
αὐτὸν πατέρα ἢ μητέρα, ἀλλὰ, διὰ τὸ μὴ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ κατὰ τὸ φανερώτατον ἐπωνομάσθαι.
vſ. 6. Sequitur ibidem, ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν, δεδεκάτωκε τὸν Ἀβραάμ. &c.
ἐξ αὐτῶν, *è Leuitarum*, nempe *filiis.* quod Apoſtolus oſtendit. Quid igi-
tur in mente fuit Epiphanio, cum hanc notam huic loco addit, Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ
ἐξ αὐτῶν τῶν Ἰσραηλιτῶν γενεαλογεῖται, γενεαλογεῖται δὲ ἐξ ἄλλων ἀνθρώπων? quaſi de
Iſraëlitis jam circumciſis agat. Vt ſuum, credo, illud confirmaret, ſacerdo-
tem ἐξ ἀκροβυστίας, ſeu præputio, Melchiſedecum fuiſſe. ita enim ante, ἔδει
γὰρ τὸν ἱερέα τοῦ ὑψίστου, παρὰ δούλου Θεοῦ τιμηθῆναι· καὶ πρῶτον μὲν τὸν Ἀβραὰμ προσενέγκαι
τῷ ἐν ἀκροβυστίᾳ ἱερεῖ ἱερουργοῦντι. Cæterum, quemadmodum memoria doctiſſi-
mo impoſuit viro, qui ἐξ αὐτῶν, ἐξ Ἰσραηλιτῶν interpretatur, cum de Leuitis
præcedat, ita non cogitabat, ne Abrahamum quidem, eo tempore, quo
Melchiſedeco occurrit, circumciſum fuiſſe: cum Melchiſedeci hiſto-
ria Geneſ. 14. deſcribatur: circumciſio autem 17. demum inſtituatur. Ibi
quippe 20. verſu: *Hoc eſt pactum meum, quod inter me & vos, atque inter ſemen
tuum poſt te, vt circumcidatur in vobis omnis maſculus.* Sequitur, *Circum-
cidetis autem carnem præputii veſtri, eritque ſignum pacti inter me & vos.*
Et 24. *Porro Abraham nonaginta nouem annorum erat, cum circumcidit carnem
præputii ſui.* Quomodo Melchiſedecus ergo, Dei altiſſimi ſacerdos, incir-
cumciſus & ex iis fuiſſe dicitur, vt τῷ Ἀβραὰμ, τῷ ἐκ περιτομῆς, ſic opponatur?
qui & ipſe cum adhuc circumciſus nemo eſſet, incircumciſus fuit. niſi quis
Chaldæos, è quibus pater credentium vocatus fuit, circumciſos dicat,
aut ἀκροβυστία potius quam idololatria iis objici potuerit: cum circumciſus
ex iis dici nemo poſſit; niſi prolepſi quis vtatur. Adde, quod ab aliis Mel-
chiſedecus ibi ſatis diſtinguitur: qui ſacerdos, non אלהים, multo autem mi-
nus אלילים, ſed לאל עליון, *Dei ſummi*, fuiſſe dicitur. qui & Rex Salem, quam ple-
rique Hieroſolymam fuiſſe exiſtimant, ac à Sodomorum Rege, cujus & ibi
vſ. 8. fit mentio, manifeſte diſtinguitur. Sequitur non ita multo poſt, ἐκεῖ δὲ μαρ-
τυρούμενος ὅτι ζῇ. Quem locum vellem paulo preſſius expendiſſent eruditi. Vbi
enim μαρτυρεῖται, hoc eſt, teſtimonium de Melchiſedeco exhibetur, quod
viuat? Primo autem omnium Græci, quemadmodum ἀπάτορα, ἀμήτορα, ἀγε-
νεαλόγητον, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχοντα, Melchiſedecum dici vo-
lunt, non quod tale quid de eo extet, qui, & patrem, & matrem, & majores
habuit, qui & ipſe poſtremo obiit, vt cæteri, ſed, quod nihil de ipſis expri-
matur, ita hunc quoque locum acceperunt, quaſi viuere dicatur, quia mor-
tis ejus non fit mentio. Quod inprimis diuerſum à ſuperiori, vbi de Mel-
chiſedeco, non κατὰ τὸ μαρτυρούμενον, ſiue, ex eo quod in Sacris dicitur, ſed,
κατὰ τὸ μὴ μαρτυρούμενον, ſiue, κατὰ τὸ μὴ ἐμφερόμενον, ex eo quod non dicitur, vt
eleganter veteres Theologi loquuntur, Apoſtolus pronunciat. Ergo ibi
recte, ἀπὸ τοῦ μὴ γεγράφθαι, hic autem, ne quis ſimile imaginetur, ἀπὸ τοῦ ὁ λέγεται
γεγράφθαι, hoc eſt, ex eo, quod extare in Scripturis ipſe dicit, argumenta-
tur, ſeu, procedit. Quod cum ipſis Græcis durum videretur, aliam inter-
pretationem, magis ſimplicem, vt ipſi judicant, excogitarunt. vt ad ipſum,

nempe,

nempe, Melchiſedeci ſacerdotium hoc referatur. quod, Leuitico extincto, adhuc ſupereſt, & quaſi viuit. aut, vt illi lingua ſua melius loquuntur, ὅτι ἡ τῶν Λευϊτῶν ἱερωσύνη ἀποθνήσκει (ἐπαύσατο γὰρ τῆς ἀληθείας φανείσης) αὕτη δὲ ζῇ ἔτι. Quia autem locus aliquis quærendus è Sacris videbatur, quo probari hoc poſſet, notiſſimum è Pſalmo 110. adduxerunt. quaſi de ſacerdotio, non de ſacerdote, agatur, aut ſacerdotium potius quam ipſe ſacerdos, viuere dicatur, aut Prophetæ locus, de Melchiſedeco potius quam de Christo agat: contra Apoſtoli ſententiam, qui locum ſic interpretatur. quaſi ſacerdotium denique Melchiſedeci, non in Chriſto, ſed in ipſo Melchiſedeco continuetur. Cum Apoſtolus hoc ipſo capite diſerte dicat, ὅτι κατὰ τὴν ὁμοιότητα Μελχισεδὲκ ἀνίσταται ἱερεὺς ἕτερος. Cui tribuit (quid autem tribuit?) idem quod hoc loco, ζωὴν, imo ἀκατάλυτον ζωὴν, ſine vllo fine vitam. Verba ſunt, καὶ περισσότερον ἔτι κατάδηλόν ἐστιν, εἰ κατὰ τὴν ὁμοιότητα Μελχισεδὲκ ἀνίσταται ἱερεὺς ἕτερος· ὃς οὐ κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς γέγονεν, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου. Quis autem dubitat, quin alius ſit Melchiſedecus, à quo ipſe ordo dicitur, alius ſacerdos ille, cui ex ordine Melchiſedeci æternum ibi ſacerdotium promittitur? Neque de Melchiſedeco ſimpliciter Pſalmus ille agit, neque magis Melchiſedeco dicitur, *Tu es ſacerdos in æternum*, quam quod præceſſit, *Sede ad dextram meam*. Et ſane, ſi recte examinetur locus, in quo & qui dederunt decimas conſiderantur & qui accepit, facile apparebit, è quarto decimo Geneſeos petenda hæc eſſe. Nonnulli igitur, & quidem maximi noſtrorum temporum, mentem eſſe hanc Apoſtoli volunt, cum ii, quibus perſolutionem decimarum ſcriptura aſſignat, ſint mortales, aliquando deſiturum eſſe hoc jus, quemadmodum eorum quoque vitam; Scripturam autem, cum in eo loco in quo accepiſſe decimas Melchiſedecus dicitur, mortis ejus mentionem non faciat, hoc ipſo, perpetuum hoc ſacerdotii jus fore, teſtari. Quod eſt iterum, ἀπὸ τοῦ μὴ γεγράφθαι, petere argumentum, cum Apoſtolus μαρτυρούμενος ὅτι ζῇ dixerit (eo autem modo, ὁ μὴ μαρτυρούμενος ὅτι ἀπέθανε, dicendum eſſet): ita enim illud potius exprimeret quod iſti volunt. Quare ne fallantur metuo, qui aliter quam de Chriſto hoc accipiunt. vt, quemadmodum in Abrahamo decimatus Leui ab Apoſtolo dicitur, ita in Melchiſedeco accepiſſe victimas, ὁ μαρτυρούμενος ὅτι ζῇ, hoc eſt, Chriſtus, dicatur. quod & tota ſcriptura teſtatur. Neque aliter, vt jam diximus, verba ſua ipſe Apoſtolus interpretatur, qui τὸν μαρτυρούμενον ὅτι ζῇ, vitam ἀκατάλυτον accepiſſe ait. Quid autem dixit aliud, cum dixit, *Alios ſacerdotes plures eſſe factos, quod mors prohiberet eos, ne manerent: eum vero qui in æternum manet, perpetuum habere ſacerdotium?* Quis autem ille? Ὁ μαρτυρούμενος ὅτι ζῇ. qui, quod idem, πάντοτε ζῶν, hoc ipſo capite dicitur. Ὅθεν καὶ σώζειν εἰς τὸ παντελὲς δύναται τοὺς προσερχομένους δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ, πάντοτε ζῶν εἰς τὸ ἐντυγχάνειν ὑπὲρ αὐτῶν. neque aliud volebat Ambroſius, qui ad hunc locum, *Quis eſt, qui viuit? Ille etiam, qui, ſecundum ordinem Melchiſedec factus eſt ſacerdos in æternum. Secundum ordinem Melchiſedec, typum gerentis Pontificis noſtri. qui ſemet ipſum obtulit hoſtiam placentem, non ex neceſſitate qualibet, ſed ex voluntate propria poteſtatis. Qui nihil morti debuit. idcirco pontificali ſacrificio ſui corporis omnium abluit peccata.* Sed & imponere eruditis potuit, quod quemadmodum, τὸ ὧδε, ad Leuitas, qui obierunt, ita τὸ ἐκεῖ, non Melchiſedecum, ſed veritatem, aut eum qui ſignificatur, notat. hoc eſt eum, cui dicitur, *Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedec.* Nam & eo loco μαρτυρεῖται ὅτι ζῇ.

CAP. VI.

Locus, Κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, *&c.* λειτουργός. λειτουργικὰ πνεύματα. λειτουργοὶ *miniſtri. de ſummo Pontifice idem vſurpatum.* λειτουργὸς τῶν ἁγίων. λειτουργεῖν. λειτουργία, *deque eorum in Eccleſia & extra eam, vſu.* λεῖτον, καὶ λήϊτον. λεία. λειτουργὸς *non eodem modo Helleniſtis vſurpatum.* λειτουργὸς, ἱερεύς. *idem* ἀρχιερεύς. τὰ τῆς λειτουργίας πράττειν, *in Synodis & Canonibus qui dicantur.* λειτουργία, πᾶν τὸ ἱερατικὸν δίκαιον, *Zonaræ.* ἱερατικόν τι ἐνεργήσασθαι, *Balſamoni.* ἡ προσφορὰ, *ſiue Sacri corporis oblatio,* ἱερουργία *ſiue* λειτουργία, *excellenter dicta.* λειτουργοὶ, *abuſiue de miniſtris, proprie de iis qui præirent in Sacris.* ἅγια *quæ, cum* ἁγίων λειτουργὸς *dicitur.* λειτουργεῖν *&* λειτουργία, *de precibus.* τῆς σκηνῆς, ἣν ἔπηξε Κύριος, *& quæ illa.* καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων. ἀγνοήματα, *quæ. Locus,* ἔτι τῆς πρώτης σκηνῆς ἐχούσης στάσιν. εἰκὼν *&* σκιὰ, *oppoſita. Filius Dei,* εἰκὼν Θεοῦ. εἰκὼν *&* εἴδωλον *opponi nonnunquam ſolita.* χαρακτήρ. χαρακτήριον σκιοειδές. εἰσερχόμενος, ὡς εἰσερχόμενος, *aliaque nonnulla eodem modo dicta.* Σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, *& quomodo intelligendus ac conciliandus cum Hebræo locus. Autorem Epiſtolæ hujus, Helleniſtarum plerunque expreſſiſſe contextum.* ὦτα δὲ κατηρτίσω μοι. ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ.

CAP. VIII. vſ. 1. Octauo capite locus qui legitur, Κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, τοιοῦτον ἔχομεν ἀρχιερέα, ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τῶν ἁγίων λειτουργὸς, καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς, ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, nonnihil negotii & recentioribus exhibuiſſe interpretibus videtur & antiquis: cui & occaſionem illud λειτουργὸς præbuit. Quærunt ergo illi, inter quos poſt Chryſoſtomum Theophylactus, quomodo non ſibi aduerſetur Apoſtolus, qui ante in ipſo initio (quod ἐν τοῖς προοιμίοις idem autor dixit) illud dixerit, Πρὸς τίνα τῶν ἀγγέλων εἴρηκέ ποτε, κάθου ἐκ δεξιῶν μου; οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα; *Ad quem vero Angelorum dixit vnquam, ſede ad dextram meam?* &c. *an non omnes ſunt miniſtratorii ſpiritus?* Hic autem contra, τὸν λειτουργὸν, de quo nunc agit, ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης, *ad dextram throni majeſtatis conſediſſe*, ait: qui & ipſum hunc, quem ſummum dixerat Pontificem, λειτουργὸν deinde dicit, cum λειτουργοὶ miniſtrent, non ſedeant. An non ergo ſumma infimis miſcere ſic videtur, inquit ille? Tandem autem infert, Τινὲς δὲ τὸ λειτουργὸς τῶν ἁγίων, οὕτως ἐνόησαν, ἀντὶ τοῦ τῶν ἡγιασμένων ὑπ' αὐτοῦ ἀνθρώπων· ἡμῶν γάρ ἐστι, φασὶν, ἀρχιερεύς. *Quidam illud* λειτουργὸς τῶν ἁγίων, *ita dici voluerunt, vt ſancti*, ſeu, *ſanctificati ab eo, intelligantur homines. noſter enim, inquiunt, ſupremus ille eſt Pontifex.* Quare nonnihil hic ſubſiſtendum. Quod Græci vulgo nunc δημόσιον, hoc eſt, *publicum*, antiqui λεῖτον, ſed & λήϊτον dicebant olim. Demoſthenis Scholiaſtes Vlpianus, λεῖτον δὲ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸ δημόσιον. vnde λειτουργεῖν, qui publicum adminiſtrabant munus, aut in publicum quid conferebant, dicebantur: vt & λεία, quod ereptum hoſti, publico addicebatur. Tandem vero λειτουργίαν, λειτουργὸν & λειτουργεῖν, ſibi vindicarunt Chriſtiani: neque eodem modo vſi Helleniſtæ. quibus inter alia משרת, *miniſter*, aut, qui ſub alio: vt cum Ioſua λειτουργὸς Moſis dicitur. quanquam, & quod & magis huc facit, τὸ כהן, modo λειτουργεῖν, modo ἱερατεύειν, exponunt. Vnde כהן, ἱερεὺς, *ſacerdos*, qui & ἀρχιερεὺς, ſeu *ſacerdos ſummus*, illis eſt, de quo nunc agitur. vt cum dicitur, אם הכהן המשיח יחטא, *ſi ſacerdos vnctus peccauerit*: qualis noſter. qui non vnctus modo, ſed & excellenter vnctus, ideoque המשיח, *Meſſias*, dicitur. Helleniſtæ, ἐὰν μὲν ὁ ἀρχιερεὺς ὁ κεχρισμένος ἁμάρτῃ: *ſi ſummus ſacerdos, qui vnctus eſt, peccauerit.* Qui & proprie τὰ τῆς λειτουργίας πράττειν, in Synodis ac Canonibus dicuntur. vt cum Concilii Antiocheni Can. 4. Εἴ τις ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου καθαιρεθεὶς, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, τολμήσειέ τι πρᾶξαι τῆς λειτουργίας, dicitur, Zonaras, λειτουργίαν ἐνταῦθα, οὐ τὴν ἱερουργίαν ἢ τὴν

πλείω

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

τελετὴν τῆς ἀναιμάκτου θυσίας φησὶ μόνην, ἀλλ' ἅπαν ἀρχιερατικὸν δίκαιον. *liturgiam* Ad Hebr. *hoc loco, non ſacrorum modo celebrationem, ſed & omnes ſummi ſacerdotii functiones dicit:* quod ibidem Balſamo, ἱερατικόν τι ἐνεργῆσαι interpretatur. inter quæ præcipuum ἡ προσφορὰ, ſiue Sacri corporis oblatio: quæ vt ἱερουργία, ita λειτουργία excellenter dicebatur. A qua initium in Liturgia fit, quæ Petri vulgo dicitur. In qua inter cætera, εὐχὴ εἰς τὸ προσκομίσαι τὸν ἄρτον, *precatio, qua in panis propoſitione vtebantur*, præcedit: quo refertur locus ille, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, &c. quæ oblatio Syris, quemadmodum & in Rituali, ſiue Liturgia, Seueri, קורבנא dicitur. Sed de his alia, ac fuſe, in Exercitationibus Caſaubonus noſter. quæ videantur. Hoc dico, λειτουργὸν, non miniſtrum ſemper, ſed & ſummum eſſe Sacerdotem, de quo Apoſtolus hic loquitur. cujus inter alia proprium erat, reliquis præeſſe. Quare nec libenter hic *miniſtri* aut *ſerui* voce vtar: quomodo abuſiue vſurpari veteres notarunt. Quo & illud ſpectat, quod ex Eccleſiaſtico aliquo, vt videtur, ſcriptore, in Collectaneis Suidæ, λειτουργικὴ, κυρίως μὲν ἡ ἱερατικὴ, καταχρηστικῶς δὲ ἡ δουλική. quemadmodum nec vehementer repugnem, ſi quis τῶν ἁγίων λειτουργὸν, *adminiſtratorem ſacrorum*, quem nunc *ſanctuarii miniſtrum*, dicat. Adminiſtrat autem, etiam qui dirigit, aut præeſt. vt cum, *adminiſtrare Remp. adminiſtrare bellum*, ac ſimilia, vulgo quis dicitur. quanuis nec male forſan Syrus qui, ἅγια, בית קודשא, *domum ſanctam*, interpretatur. Neque ſummi ſolum Pontificis erat, quotannis ſanctuarium cum ſanguine & ſuffitu intrare, ornatu à cæteris diſtingui, oracula ad aram petere ac reſponſa, ſed & pro ſe orare ac populo. quemadmodum λειτουργεῖν & λειτουργία de ipſis nonnunquam vſurpantur precibus. Neque ſequitur, καὶ τῆς σκηνῆς addi, ergo & τὰ ἅγια *ſanctuarium* hoc loco eſſe. quanuis quominus ἡ σκηνὴ, ad Dominicum referatur corpus non intercedo: de quo & ad primum Geneſeos Philoponus, Τὸ δὲ τοῦ Ἀποστόλου, Καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς, ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος καὶ οὐκ ἄνθρωπος, οὐχ οὕτω περὶ τοῦ οὐρανοῦ λελέχθαι μοι δοκεῖ, καθά τινες ἔφασαν, ὡς περὶ τοῦ κυριακοῦ σώματος, εἰ ἐπιστήσειέ τις ἀκριβῶς τῷ τόπῳ· κατὰ τὸ εἰρημένον, Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. *Illud autem Apoſtoli, Verique tabernaculi, quod fixit Dominus non homo, non tam de cælo mihi quidem, quod nonnulli voluerunt, quam de corpore Dominico, dictum videtur, ſi præſertim recte examinetur locus: ſecundum illud, nempe, Et verbum caro factum eſt, & tabernaculum in nobis fixit.* Vbi Chryſoſtomum, ni fallor, tangit, qui ſcripſerat, σκηνὴν δὲ ἐνταῦθα τὸν οὐρανὸν λέγει. forte quia ſequitur, Εἰ μὲν γὰρ ἦν ἐπὶ γῆς, οὐδ' ἂν ἦν ἱερεύς. Capite nono cum dicitur, ὃ προσφέρει ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων, vt negare nolim de peccatis, & quidem non vnius generis id dici, quid ſit tamen ἀγνόημα ſimpliciter, ex interpretatione Helleniſtarum ſignificaſſe Iacobus Gen. 43. ℣ſ. 12. optime videtur, cum de errore filiorum, qui abſque dolo aut fraude vlla, pecuniam clam à Ioſepho redditam, in ſaccis inueniſſent, τὸ ἀργύριον τὸ μεταστραφὲν ἐν τοῖς μαρσίπποις ὑμῶν, ἀποστρέψατε μεθ' ὑμῶν, μή ποτε ἀγνόημά ἐστιν, *pecuniamque, quam in ſaccis veſtris retuliſtis, referte, ne forte error ſit.* אולי משגה הוא. Paulo poſt, ἔτι τῆς πρώτης σκηνῆς ἐχούσης στάσιν dicitur. quid ſit autem ἔχειν στάσιν, ſimpliciſſime Sententiarum Ben-Syræ commentator expreſſiſſe videtur, qui, *eo tempore, quo* בית המקדש קיים, *domus ſanctuarii adhuc extaret*, dixit. quod, *priore tabernaculo adhuc habente ſtatum*, interpres vetus. Eodem capite quod legitur, Διαθήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία· ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει ὅτε ζῇ ὁ διαθέμενος, ſollicite Græci, κατ' ἐρώτησιν, cum interrogatione legendum eſſe monent. vt mens ſit, *ſiquidem quomodo firmum eſt, quam diu viuit teſtator?* vel, *an enim valere poteſt, quam diu viuit teſtator?* Capite decimo cum legitur, Σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, quomodo τὴν εἰκόνα opponat & τὴν σκιὰν, quærunt eruditi. Vt χαρακτῆρα certe & σκιάν. cum adumbratæ imagini in perſona Chriſti illa opponuntur. Nam, vt capite ad Hebræos 1. ℣ſ. 3. Filius χαρακτὴρ

Cap. IX. ℣ſ. 7.

℣ſ. 8.

℣ſ. 17.

Cap. X. ℣ſ. 1.

τῆς

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ad Hebr. τῆς ὑποστάσεως τοῦ Πατρὸς, ita Apoſtolo non ſemel εἰκὼν Θεοῦ dicitur. quo nihil minus imaginarium concipi à quoquam poteſt. Sed & Sapientiæ cap. 7. ἀπαύγασμα, καὶ ἔσοπτρον, καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος Θεοῦ, ipſa Sapientia dicitur. quo & reſpexiſſe Græcos arbitror: cum in Gloſſis ſuis, Εἰκὼν, χαρακτὴρ, ὄψις. Adde, quod iidem veteres εἰκόνα & εἴδωλον opponunt: quod χαρακτῆρα, ſiue χαρακτήριον σκιοειδὲς, exponunt. Heſychius, Εἴδωλον, ὁμοίωμα, εἰκὼν σημεῖον, χαρακτήριον σκιοειδές. Adde, quod εἴδωλον & σκιά, ταυτοδυναμοῦντα ſunt, eodemque modo vſur-
℣ſ. 5. pantur. Eodem capite cum legitur, διὸ εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον, λέγει, manifeſtus Hebraiſmus. εἰσερχόμενος, ὡς εἰσερχόμενος. Ibi enim Chriſtus, Pſalmo nempe, quadrageſimo, ὡς εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον, *tanquam in orbem venturus*, περὶ τῆς ἐνσωματώσεως, ſiue, *de incarnatione ſua*, loquitur. quo & ſpectat quod ſequitur, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι. Vt ſit, quale illud, *tranſmigra in montem paſſer. vt paſſer.* quomodo paſſim Hebræi. Ita, *errarunt cæci in plateis. vt cæci.* Thren. 4.14. Quomodo Latini, *Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo. vt hirudo.* de poëta enim, qui, *lectorem tenet occiditque legendo*, loquitur. Tale eſt, *ſed argutos inter ſtrepere anſer olores.* quod Græcus, βάτραχος ὥς τις, ſine
Ibid. defectu, & ἐντελῶς, dixerat. Sequitur ibidem, θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι. Qui & locus eſt, in quo cum Hebræo textu, & quod ibi dicitur, conciliando non parum ſe interpretes torſerunt: quanquam ſane obiter is quoque defungatur, qui, quod ad ſententiam ac mentem, Græcam nihil variare interpretationem ait. cum in Hebræo, *aures perforaſti mihi*, אזנים כרית לי. pro quo Helleniſtæ, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, *corpus autem adaptaſti mihi.* Quæ mirifice omnium ſtudia excitarunt. Nos pauciſſimis. In Hebræo vel alluditur ad ſtatum ſerui vel reſpicitur. cui, ſi à domino dimitti nollet, aures perforari mos habebat. Iam vero Seruatoris noſtri ſtatum ac Domini, qui alteram aſſumpſit hic naturam, hoc eſt, noſtram, *ſerui formam* dici, nemo neſcit. vt &, *ſeruum* dici ipſum. Vterque ergo huc reſpexit. Ita interim, vt Helleniſtæ, quod obſcurius ex conſuetudine & ritu dici videbatur, pariter exprimerent & illuſtrarent. Hebræus *aures perfodiſti:* iſti, *corpus concinnaſti. ſerui*, aut, *ſeruile*, ſcilicet. Qui ſtatus inde ab orbe condito prædictus. Vt, cum nunciatur, fore vt ſemen mulieris caput conterat ſerpentis. Hic eſt ſtatus ille, hæc eſt illa ſerui forma. vnde, nec ſine cauſa, ſequitur, *Ecce venio. in capite libri ſcriptum eſt de me.* venio vocatus: venio cum corpore, quod concinnaſti mihi. Vnum intereſt, quod, vt inuolute & ex Hebræorum ritu Propheta, ita planius loquuntur Helleniſtæ. Quod Apoſtolo, impleta prophetia, maxime conueniebat, vt & toti inſtituto: cui & in iis quæ ſequuntur accurate inſiſtit. Ad quos ſcribit hæc Apoſtolus? Ad Hebræos, nempe, & quidem, vt videtur, Helleniſtas. Qua lingua vtitur Apoſtolus? Eâdem. Quem contextum exprimit Apoſtolus? non alium, quam hactenus in hac plerunque Epiſtola expreſſit. quo tum vtebantur, nempe, Helleniſtæ. Sed & cum de victima, quæ pro peccatis omnium, prædicta ſæpe adumbrata ac delineata, ſemel offerenda erat, loquitur, quemadmodum nunc corpus, ita infra *corporis oblationem* dixit. cum ſanctificatos nos διὰ προσφορᾶς τοῦ σώματος τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, vere ſimul, & ex applicatione loci Prophetici, nec ſemel, dixit. quæ mens vtriuſque ac conciliatio. Neque mirum igitur, contextum iis notum ac receptum, adduxiſſe Apoſtolum: vt nec mirum, eodem potius, occaſione tali præſertim, vſum eſſe, aut ad eum reſpexiſſe, quam vt hic de perforatis, aut, quod alii, cauatis auribus differeret. quanquam &, ὠτία δὲ κατηρτίσω μου, in Prophetæ loco, vertiſſe Helleni-
℣ſ. 7. ſtas quoſdam, ex veteribus ſcholiis notum eſt. Sequitur, Τότε εἶπον, ἰδοὺ ἥκω· ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ. Vbi illud, ἐν κεφαλίδι βιβλίου, ac ſi, ἐν βιβλίῳ, ſcriptum eſſet, acceperunt Græci. Euſebius Catena ad Eſaiam nondum edita, ad illa, Λάβε σεαυτῷ τόμον καινὸν, μέγαν, Παρακελεύεται, inquit, τῷ

προφήτῃ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

προφήτῃ τόμον καινὸν, μέγαν, ἢ τεῦχος, ἢ διφθέρωμα, ἢ κεφαλίδα, κατὰ τοὺς λοιποὺς, λαβεῖν· γράψαι τε ἐν αὐτῷ γραφίδι ἀνθρώπου, τουτέστι, τῇ συνήθει καὶ γνωριζομένῃ ἀνθρώποις γραφῇ. Ergo, vt *in volumine libri, in libro,* ita ἐν κεφαλίδι βιβλίου. Niſi quis efficaciter vertiſſe Helleniſtas, & ad initium reſpexiſſe velit. nam quemadmodum ἐν ἀρχῇ creatio deſcribitur, ita paulo poſt, hoc eſt, in ipſo initio, Meſſiæ fit mentio. Sequitur, Αὐτὸς δὲ μίαν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσενέγκας θυσίαν. Neque enim aut ſimilis offerri in poſterum victima potuit: aut ſimilis fuit qui offerret; *ipſe ſacerdos*, ſcilicet, *& victima: vnus idemque oblator muneris munuſque factus oblatoris*, vt eleganter loquitur Fulgentius.

AD HEBR.

Vſ. 12.

CAP. VII.

Locus, Ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις. ὑπόστασις *ſubſtantia antiquo interpreti. Præſentia,* ἐν ὑποστάσει *Philoſophis poni. Tria tempora. Præſenti à Lactantio tribui ſubſtantiam. Fides, quomodo* ὑπόστασις. קיום *Rabbinorum.* תוחלת ἐλπὶς, ὑπόστασις *Helleniſtis.* μηδὲ ὑποστῇ ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων *Helleniſtis.* ἔλεγχος, *conuictio, Proſpero. Locus,* Πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας, *&c.* εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι, *& quæ mens autoris.* εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων. εἰς τὸ ἐκ μὴ φαινομένων. μὴ φαινόμενα. *Locus,* καὶ δι' αὐτῆς ἀποθανὼν ἔτι λαλεῖται. ἔτι λαλεῖται, *adhuc loquitur, & an recte. Duplex loci lectio.* ἔτι λαλεῖται, ἔτι λαλεῖ. *Locus de Enocho,* καὶ οὐχ εὑρίσκετο, διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ Θεός. *alios* εὑρίσκεται *legiſſe, & quo ſenſu. Enoch tranſlatus, & de eo Chaldæus, Hieroſolymitanus, item paraphraſtes, quomodo loquantur.* ὅθεν αὐτὸν καὶ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο. ἐν παραβολῆς χρείᾳ, *Rabbinis.* τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν ἐξεικονίζειν. παραβολὴ, εἰκονισμὸς, *&* εἰκονικὸν ὑπόδειγμα, *Nyſſeno. Quanta & quam admiranda Abrahami fides. Præclarus de reſurrectione Tertulliani locus. Locus,* Πίστει καὶ αὐτὴ Σάῤῥα δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβε. καταβολὴ σπέρματος *quid.* καταβάλλειν σπέρμα. καταβάλλειν σπέρμα, τὸ καταβληθὲν σπέρμα κρατῆσαι, *Græcis interpretibus.* καταβολὴ σπέρματος, ὑποδοχὴ *illis, &* καταβάλλειν ὑποδέχεσθαι. *Fœminarum* καταβολὴ, *& ab iis quoque emitti ſemen ac conferri: quod autoritate Medicorum ac rationibus probatur. Locus,* καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ, *& diuerſæ de eo ſententiæ.* ἐπὶ τὸ ἄκρον. προσκυνεῖν τινι. ἐπί τι, *vel,* τινός. προσκυνεῖν ἐπὶ τὴν κοίτην. προσκυνεῖν ἐπὶ τὸ πρόσωπον. προσκυνεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. ῥάβδος *quid.* ῥάβδος ἄρτου, ῥάβδος δυνάμεως. τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου, *quid.* στήριγμα *Iacobi Ioſephus.* ἡγούμενος ἀδελφῶν. στήριγμα τοῦ λαοῦ. *Hebræus & Helleniſtarum quomodo conciliari contextus poſſit. Locus,* Μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος *&c.* τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ. τοῦ Χριστοῦ, *& quomodo dicatur. quanto deſiderio venturum Meſſiam expectarint Sancti.* τὰ ἴχνη τοῦ Χριστοῦ σου. Καὶ ἐγγίζει, *de Meſſia. Locus,* καὶ Σαμψὼν τε Ἰεφθάε. *De Iephtæ ejuſque voto, & quomodo conceptum. Magiſtrorum interpretatio. aſcendere facere, idem quod* ἀναφέρειν. τὸ העלה *non vno modo vſurpari.* ἀναφορά. *damnari virginitatis, damnari viduitatis, & an idem damnari mortis. An damnata mortis, Iephtæ filia. Alloqui. & quare Iephtæ filiam virgines acceſſerint. An veriſimile ſit, quod vulgo creditur vouiſſe Iephten, aut quæ nemo ignoraret, neſciuiſſe. Ioſephi opinio & verba, quibus in hoc voto deſcribendo vtitur.* ἱερουργεῖν. θυσιάζειν. καθιεροῦν τῷ Θεῷ. ὁλοκαυτοῦν. *Locus,* ἐπειράσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον. *emendatio interpretis.* πειρασμὸς, πειράζειν, *&* πειράζεσθαι, *Helleniſtis vſurpata quomodo. De diſtinctione loci ac interpretatione ejus.* πειράζειν ἐν φόνῳ μαχαίρας *Helleniſtis.* πεῖρα θανάτου. *Locus,* Ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. *Locus,* καὶ οὗτοι πάντες μαρτυρηθέντες, *&c.* μαρτύριον. μαρτυρία.

CApitis vndecimi initium tale eſt, Ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις. Vbi ὑπόστασιν, *ſubſtantiam* interpres vetus dixit. quaſi *ſubſiſtentiam* dicas. A quo forte alienum non eſt, quod præſentia ἐν ὑποστάσει εἶναι, Philo-

CAP. XI. Vſ. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

AD ſophis dicuntur. Et revera, quod præteritum eſt, quia fuit, amplius jam non
HEBR. eſt: quod futurum, jam non eſt, quia nondum eſt, vt Acroamaticon 4. lo-
quitur Philoſophus. Solum ergo præſens, vt loquitur Simplicius, quodam-
modo ἐν ὑποστάσει eſt. quo ſenſu, & fortaſſe ex hoc interpretis antiqui loco,
Lactantius lib. De Origine erroris 2. *Omnia enim tribus temporibus contineri*
neceſſe eſt. Præterito, præſenti, futuro. Præteriti eſt origo, præſentis ſubſtantia, fu-
turi diſſolutio. Fides autem, quæ ſperantur, nec adhuc ſunt, efficit vt quaſi
ſint: quia vt præſentia ſint ſibi efficit quæ nondum ſunt, ſimulque vt vera
repræſentat. Quæ, vt præclare antiquus Doctor, *viſionem anteuertit. Cre-*
dimus enim vt cognoſcamus, non cognoſcimus vt credamus. Fides ergo eſt, quod
non vides credere: veritas, quod credidiſti, videre. quemadmodum, *qui credit,*
vera credere & ſperare ſe non neſcit, etiamſi videre non poteſt, quod ſperat & cre-
dit, vt alius loquitur. Fere hic igitur ὑπόστασις, quod קיום Rabbinis. vt, cum vo-
cem quæ affirmat, *veritatem rei*, וקיום, & *ſubſiſtentiam* exitus illius, eſſe dicunt.
Quid quod תוחלת, quod nonnunquam ἐλπὶς ab iiſdem, etiam ὑπόστασις dici-
tur? Quid quod τὸ יחל, (quod ἐλπίζειν aliis, etiam ἐπελπίζειν illis) ita expreſſe-
runt? vt in illo, μηδὲ ὑποστῇ ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων, Michææ 5. 7. Quid ſi ergo *firmam*
expectationem ita dicat? Iam vero ἔλεγχον quod addit, *conuictionem* Proſper
dixit. *Conuictionem rerum quæ non videntur, fidem Paulus Apoſtolus definit*,
Prologo ad librum De promiſſionibus & prædictionibus Dei. Sequitur,
℣ſ. 3. Πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι Θεοῦ, εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα
γεγονέναι: ac ſi, εἰς τὸ ἐκ μὴ φαινομένων dixiſſet. Verbo igitur Dei, ἐκ μὴ φαινο-
μένων, ſiue μὴ ὄντων, omnia creata ſunt. Tranſpoſitione autem tali, nihil Hel-
niſtis vſitatius. Tale eſt illud, Ἀξιῶ σε τέκνον, ἀποβλέψαντα εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν
γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα, ἰδόντα, γνῶναι, ὅτι οὐκ ἐξ ὄντων ἐποίησεν αὐτὰ Θεός. 2 Mac.
cab. 7. ℣ſ. 28. Vbi οὐκ ἐξ ὄντων, pro, ἐξ οὐκ ὄντων: vt hic, μὴ ἐκ φαινομένων,
ἐκ μὴ φαινομένων. tranſpoſitione ſimili, nimirum. Adde quod, ἐκ μὴ φαι-
νομένων, ſimpliciter nonnulli è Patribus legerunt. Athanaſius de Synodi
Nicænæ decretis, Ὁ μὲν γὰρ μακάριος Παῦλος, ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους φησὶν, Πίστει
νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸ ἐκ μὴ φαινομένων τὰ βλεπόμενα
γεγονέναι. quomodo legiſſe & vetus videtur interpres: qui, *vt ex inuiſibili-*
℣ſ. 4. *bus viſibilia fierent*, hic dixit. Paulo poſt, καὶ δι' αὐτῆς ἀποθανὼν ἔτι λαλεῖ-
ται, de Abele cum dicitur, mirum, eruditiſſimos viros, qui libere, vbi opus
eſſe exiſtimant, ab antiquo interprete diſcedunt, non ſecutos modo, ſed &
approbaſſe illud, *adhuc loquitur*. quod quis probabit iis qui Græcarum litera-
rum vſum habent? Cæterum repræſentari duplicem hic lectionem ſciunt,
qui, vel codices diuerſos, vel ſcriptores veteres, legerunt. Nam vt antiqui
τὸ λαλεῖ, inter quos & Clemens & Chryſoſtomus, ita poſteriores, τὸ λαλεῖσθαι,
prætulerunt. quemadmodum & vtriuſque lectionis Scholiaſtæ Græci memi-
nerunt: ita tamen vt vtranque diſtinguant. Nam, λαλεῖ, τῇ φήμῃ, τῇ δόξῃ, τῇ μνή-
μῃ λαλεῖ, inquiunt: alterum vero, λαλεῖται, nempe, ἀείμνηστός ἐστιν, de eo cujus
manet memoria, interpretantur. Igitur λαλεῖ, *adhuc loquitur*: ἔτι λαλεῖται, *ad-*
huc celebratur. vt non mirum ſit magno Scaligero probari alterum non po-
tuiſſe. Quid igitur? Τὸ λαλεῖ, quod placuit antiquis, nec mutari debet, eſt τὸ:
quod vt λαλεῖν, ita μαρτυρεῖν notat. Senſus eſt, δι' ἧς ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος, μαρ-
τυροῦντος ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ δι' αὐτῆς ἀποθανὼν ἔτι μαρτυρεῖ. Sed ne ter
eadem voce vteretur, λαλεῖ dixit. non pro λαλεῖται ſane: ſed vt infra κρείτ-
τονα λαλοῦντι παρὰ τὸν Ἄβελ, hoc eſt, μαρτυροῦντι, ſiue χρηματίζοντι, dixit: vt &
paulo poſt, cum dixit, Βλέπετε, μὴ παραιτήσησθε τὸν λαλοῦντα. εἰ γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ ἔφυ-
γον, τὸν ἐπὶ τῆς γῆς παραιτησάμενοι χρηματίζοντα, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς &c. Abel ergo ſua
victima fidem adhuc teſtatur ſuam. nam λαλεῖται ſi quis malit; *adhuc enim cele-*
bratur, vt jam monui, haud male, dicet. Eodem cap. pro eo quod de Enocho
℣ſ. 5. vulgo, καὶ οὐχ εὑρίσκετο, διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ Θεὸς, in antiquis libris εὑρίσκετο
legitur.

legitur. Vt ſit ſenſus, ὅτι οὐχ εὑρίσκεται ὁ θάνατος αὐτοῦ. qui certe in Hebræo non extat. mors Enochi, dico. Vbi nihil quoque de hac μεταθέσει, ſi ad verbum ſingula ſumantur. Helleniſtæ, καὶ οὐχ εὑρίσκετο. qui, Καὶ εὐηρέστησεν ὁ Ἐνὼχ τῷ Θεῷ, καὶ οὐχ εὑρίσκετο. Magis mirum de Procopio, qui ad 5. Geneſ. ἰστέον δὲ ὅτι ὁ μὲν Ἀπόστολος λέγει, καὶ οὐχ εὑρίσκετο αὐτοῦ θάνατος, ἐνθάδε δὲ κεῖται. qui τὸ θάνατος ἀπὸ κοινοῦ ex ſuperiori aſſumpſit. Quo ſenſu longe magis conueniret, καὶ οὐχ εὑρίσκεται, *neque mors ejus reperitur.* quomodo & B. Ambroſius legiſſe videtur: qui libro ad Euangelium Lucæ 2. *Transferetur* (Eccleſia, nimirum) *ſuper Enoch: cujus mors non inuenitur*, οὐχ εὑρίσκεται: quanquam aliter Helleniſtæ. De eo autem in Hebræo איננו, *non amplius fuiſſe*, dicitur: cui additur, *quia tulit eum Dominus.* quod, *quia tranſtulit eum Deus*, fere vt Helleniſtæ, Apoſtolus. Mirifice לא אמית יתה יי, Chaldæus. *nec mori fecit eum Dominus.* Hieroſolomytanum Targum, *& non ipſe: quia ſubtractus eſt per verbum à conſpectu Domini.* Εὑρίσκεται vero ſi legas, ita ἀθάνατος dici Enoch poterit, vt ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ, *ſine patre ac matre*, Melchiſedecus. Quare? ὅτι οὐχ εὑρίσκονται, *quia in ſcriptura non reperiuntur.* Eodem capite cum illud legitur, Πίστει καὶ αὐτὴ Σάῤῥα δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβε, καὶ παρὰ καιρὸν ἡλικίας ἔτεκεν, ἐπεὶ πιστὸν ἡγήσατο τὸν ἐπαγγειλάμενον, Vetus, *Fide & ipſa Sara, ſterilis, virtutem in conceptione ſeminis accepit.* Eraſmus, *Per fidem & ipſa Sara vim ad concipiendum ſemen accepit.* Recentior, *Per fidem & ipſa Sara vim ad concipiendum ſemen accepit.* quaſi σπέρματος καταβολὴ, *ſeminis* hic ſit *conceptio*, non autem, illud potius quod Sara contulit de ſuo. Quis autem καταβάλλειν σπέρμα, *ſemen concipere*, aut καταβολὴν σπέρματος, quod diſerte hic dicitur, *conceptionem ſeminis* interpretetur? Niſi forte agricola, qui καταβάλλειν dicitur τὸ σπέρμα, ſemen illud concipit, non terra: aut σπέρματος καταβολὴ terræ ſic aſſcribitur. Quod ante omnia ſcire ac intelligere Græcos cum oporteret, καταβάλλειν, τὸ καταβληθὲν σπέρμα κρατῆσαι, *ſemen, quod emiſſum, continere*, interpretati ſunt. inter quos Theophylactus, poſt Chryſoſtomum, mirificè, καταβολὴν, ὑποδοχὴν (quaſi ſic recipiendi aut concipiendi denotetur actus, aut idem ſit καταβολὴ quod σύλληψις in fœmina) & καταβάλλειν σπέρμα, ὑποδέχεσθαι, *recipere*, aut *admittere*, interpretatus eſt. Qui præclarus tamen autor ac interpres, quaſi ſubito ad ſe rediret, ſtatim addit, Ἢ ἐπειδή φασιν οἱ ταῦτα ἀκριβωσάμενοι, καὶ τὴν γυναῖκα οἷόν τι σπέρμα ἀφ' ἑαυτῆς συνεισάγειν, μήποτε οὕτως εἰληπτέον, τὸ εἰς καταβολὴν σπέρματος, ἀντὶ τοῦ, εἰς τὸ καταβαλεῖν καὶ αὐτὴν σπέρμα. *Vel quia rerum talium periti, mulierem etiam quaſi ſemen aliquod à ſe conferre volunt, videndum, an non ita accipiendum illud,* εἰς καταβολὴν σπέρματος, *ac ſi de ſemine quod ipſa quoque emiſit, agatur.* quaſi quidam, ſcilicet, aut vulgus Medicorum, ſic ſentiret, aut dubie ab iis id ſtatueretur. Et Eraſmus ad hunc locum, *Theophylactus indicat, quoſdam eſſe in hac ſententia, vt pateat & fœminis ineſſe ſemen, idque ad hunc locum poſſe accommodari.* Neque aliter in Notis ſuis eruditi: qui, *Ad concipiendum ſemen,* εἰς καταβολὴν σπέρματος, *vel, ad emittendum ſemen: neque enim deſunt, qui ex matris etiam ſemine velint fœtus concipi.* quaſi inter eos non ſint omnes qui aliquo ſunt loco. Quis enim vnum Hippocratis Περὶ γονῆς librum, duos Galeni Περὶ σπέρματος inſpexit, qui hoc ignorare poteſt? cujus ſecundus, ſtatim initio περὶ τοῦ θηλείας σπέρματος agit. Et Rex quidem Medicorum, eo, quo jam dixi, libro, μεθίει δὲ καὶ ἡ γυνὴ ἀπὸ τοῦ σώματος, *etiam ſemen mulier è corpore emittit.* ibidem, Ἢν μὲν ἀπ' ἀμφοτέρων τὸ σπέρμα ἰσχυρότερον ἔλθῃ, ἄρσεν γίνεται τὸ τικτόμενον· ἢν δὲ ἀσθενὲς, θῆλυ. *Si ab vtroque ſemen prodit robuſtius, mas generatur, ſi debile, fœmina.* Vbi alia nonnulla vide, quæ eodem ſpectant. vt & libro primo De victus ratione, & De ſemine. Neque ignota Medicorum argumenta, aut ἱστόρια, vt cum Hippocrate hic loquar, eſſe poſſunt. Quorum inter prima, Nihil früſtra agere naturam. Sexui autem illi vaſa eſſe data, quibus ſemen continetur, vt in maribus, nec

 admo-

Ad Hebr.

v. 11.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ad Hebr. admodum diuerſa. quod & in diſſectis, ſi congreſſu viri aliquamdiu temperarint, circumfluere ac albeſcere, vt in nobis. Idem ex inſomniis probari: in quibus ὀνειρώττειν, vel, vt idem princeps Medicorum loquitur, ἐξονειρώττειν ſolent, atque ita hoc emittunt. etiam ex eo, quod plerunque partus matri ſimiles. Ne de molis hic nunc dicam, quas à ſola quidam fœmina (non enim omnes) poſſe concipi exiſtimant. Ne jam dicam, etiam alios, inter quos Lucretius, καταβολὴν vtranque, hoc eſt, ſexus vtriuſque, ex opinione Medicorum, admiſiſſe. Qui

Et commiſcendo cum ſemen forte virile
Fœmina commulxit ſubita vi conripuitque,
Tum ſimiles matrum materno ſemine fiunt,
Vt patribus patrio. ſed quos vtriuſque figuræ
Eſſe vides juxtim, miſcentes volta parentum,
Corpore de patrio & materno ſanguine creſcunt, &c.

quod tamen vt probetur, magis intereſſe ſua & Theologi exiſtimant & Chriſtiani. qui, operatione S. Spiritus, ex ipſa matre, & quidem virgine, vt præter ordinem naturæ, ſic legitime formatam Chriſti carnem, credunt: vt ſic verum ſemen Abrahami, verus filius Dauidis, verus homo, ejuſdemque ſanguinis ac carnis particeps nobiſcum, eſſe, & dici poſſet. Ne hæreticorum, etiam ætatis hujus, inuoluamur ſordibus ac ſtrophis, ſi materialem cauſam, hoc eſt ſemen, aut καταβολὴν illius, hic tollamus, vel conceptionem ſolam admittamus. cum non aliter ex homine, non aliter è virgine quam more hominis conceptus ſit. Poſtquam hoc de loco cogitaſſem, literas, quas de eodem ad Nobiliſſimum Ampliſſimumque Iacobum Catzium, Præpot. Hollandiæ Ordinum, tum Syndicum, tum hujus Curatorem Academiæ, ſummus Medicus non minus quam amicus noſter Iohannes Beuerowicius, Senator Dordracenſis, ſcripſit, atque ad nos miſit, legimus: quibus ſtare
Ibid. hic pro nobis Medicorum filios euincit. Sequitur, ἐπεὶ πιστὸν ἡγήσατο τὸν ἐπαγγειλάμενον. vbi videndum, an non melius, πιστὸν, Helleniſtarum vſu, veracem, quam *fidelem*, dicas. Etiam ipſa, inquit, Sara, δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος, *vim ad conferendum in hac generatione ſemen*, accepit. Quomodo? per fidem. quia verum ac veracem eſſe Deum; ſiue, vera eſſe quæ à Deo dicerentur, credidit. De quo & Pſalmo III. cum dictum eſſet, Ἔργα χειρῶν αὐτοῦ, ἀλήθεια καὶ κρίσις, additur, πισταὶ πᾶσαι αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ. quemadmodum & ἡ ἀλήθεια præceſſit. Verum ergo ac veracem, ideoque & ἀξιόπιστον, exiſtimauit,
vſ. 19. credidit. Capite eodem de Abrahamo legitur, λογισάμενος ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγείρειν δυνατὸς ὁ Θεός. Quod quis dubitat quin ſingulare fidei exemplum eſſet? Filium ſuum, ſed & vnicum, quem præter ſpem, ac contra naturam, non tamen contra fidem potentiamque ejus qui quod vult poteſt, effœta & per ætatem quoque ſterili jam Sara, ſenex impetrarat; offerre, & עלה quidem, ſiue, *in holocauſtum*, hoc eſt, *non mactare tantum, ſed in cinerem redigere*, jubetur. illum, dico, à quo tota gens & quidem magna, imo & par numero ſideribus, expectabatur. Quod illius ſine dubio, qui diem Domini videbat: quem de ſummo fidei objecto, hoc eſt, ipſa reſurrectione mortuorum, cogitaſſe vult Apoſtolus. In qua, ſcilicet, è cinere aut nihilo, reficitur ac reſtauratur, quod aut non eſt, aut jam tale eſt, vt nihilo ſit proximum. Quid enim puluis eſt ac cinis? vltimum quo rediturus dicebatur, qui creatus ante cæteros è nihilo fuit. Quam in rem præclare in Apologetico Tertullianus, *Sed quomodo*, inquis, *diſſoluta materia exhiberi poteſt? Conſidera temetipſum, ô homo, & fidem rei inuenies. Recogita quid fueris antequam eſſes. Vtique nihil. meminiſſes enim ſi quid fuiſſes. Qui ergo nihil fueras priuſquam eſſes, idem nihil factus cum eſſe deſieris, cur non poſſis eſſe rurſus de nihilo, ejuſdem autoris voluntate qui te voluit eſſe de nihilo? Quid noui tibi eueniet? Qui non eras, factus es.*

cum

cum iterum non eris, fies. Redde, ſi potes, rationem qua factus es, & tunc require qua fies. Et tamen facilius vtique fies quod fuiſti aliquando, quia æque non difficile factus es, quod nunquam fuiſti aliquando. Deinde: *Lux quotidie interfecta reſplendet, & tenebræ pari vice decedendo ſuccedunt. Sidera defuncta viueſcunt: tempora vbi finiuntur incipiunt: fructus conſummantur & redeunt. Certe ſemina, non niſi corrupta & diſſoluta fœcundius ſurgunt. Omnia pereundo ſeruantur: omnia de interitu reformantur. Tu homo, tantum nomen, ſi intelligas te vel de titulo Pythiæ diſcens, &c. Vbicunque reſolutus fueris, quæcunque te materia deſtruxerit, hauſerit, aboleuerit, in nihilum prodegerit, reddet te. Ejus eſt nihilum ipſum, cujus & totum.* Ibidem quod de Abrahamo dicitur, αὐτὸν καὶ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο (Iſaacum, nempe,) eſt quod Hebræorum Magiſtri על ידי משל, quaſi ἐν παραβολῆς χειρὶ, hoc eſt, *per parabolam*, dicunt. Hoc autem vult: reſurrectionem eo ipſo typice (quod alias דרך משל, *more parabolico*, vt loquuntur paſſim) deſignari. Fuit enim deſtinatus morti Iſaacus, imo, jam ſub ictu: atque ita ſubito re ſurgere ac ſeruari juſſus. Quomodo autem? τῇ τῆς ἀναστάσεως παραβολῇ. ita, vt reſurgere ac alludere ſic reſurrectionem videretur. Eo enim ipſo reſurrectionis quaſi typus fuit: qui ex ipſa quaſi morte, nouam conſecutus vitam, ac ſic reſtitutus eſt. Bene ergo, ἐν παραβολῇ. eo ſenſu, quo, παραβολὴν, ὁμοίωσιν πραγμάτων antiqui dicunt. Dixit igitur Apoſtolus, quod eleganter diceret Nyſſenus, κομισάμενος γὰρ αὐτὸν, τὴν ἀνάστασιν ἑαυτοῦ ἐξεικόνιζε. vel potius, κομισαμένῳ γὰρ τὸν υἱὸν, τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἐξεικόνιζεν αὐτῷ ὁ Θεός. *accipiendo eum, expreſſam reſurrectionis accepit imaginem.* vel, *expreſſam reſurrectionis imaginem exhibuit illi Deus.* Qui de baptiſmo Chriſti, καὶ τρίτον τοῦτο ποιήσαντες (de terna loquitur immerſione) τὴν τριήμερον ἑαυτοῖς τῆς ἀναστάσεως χάριν ἐξεικονίζομεν. Eſt igitur παραβολὴ, εἰκονισμός. &, vt ibidem ſcriptor idem, εἰκονικὸν παράδειγμα. Neque placet illud, *ſpecie tenus*, cæteraque quæ interpretes hic eruditi. Eodem capite & nobiliſſimus hic legitur locus, πίστει Ἰακὼβ ἀποθνήσκων, ἕκαστον τῶν υἱῶν Ἰωσὴφ εὐλόγησε· καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. Quem quis non miretur, qui Græcorum, qui Auguſtini, Hieronymi ac cæterorum ſententias, vt plurimum diuerſas, legit, tot jam ſæculis vexatum? Quanto enim magis Græcos B. Hieronymus interpretes accuſat, tanto magis, quod non ſine cauſa ab Eraſmo dictum, hunc autorem accuſauit. Primo autem, mira, quæ de adoratione virgæ Ioſephi à Græcis adferuntur. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλεν, inquiunt illi, ἀπὸ Ἐφραὶμ ἀνίστασθαι βασιλεὺς ἕτερος, διὰ τοῦτο, φησὶ, καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ· τουτέστι, καὶ γέρων ὢν ἤδη, προσκυνεῖ τῷ Ἰωσὴφ, τὴν παντὸς τοῦ λαοῦ προσκύνησιν δηλῶν, τὴν ἐσομένην αὐτῷ. *Siquidem ab Ephraim rex alius venturus erat, ideo, & faſtigium virgæ,* inquit, *ejus adorauit: quod eſt, ſenex jam Ioſephum adorauit, vt totius ſic adorationem populi in eo quæ futura illi, ſignificet.* Quibus ſi credimus, aut Ioſephum, aut virgam ejus adorauit Iacobus. paulo enim poſt additur, ὅτι καὶ προσεκύνησε τῇ ῥάβδῳ, δοκῶν ὁρᾶν τὰ ἐσόμενα. Quaſi vero τὸ שחה aut Hebræis non interdum ſolam inclinationem denotet, quam quia adhibebant qui honorem exhibebant, ideo ſic vſurpari cœpit: aut quaſi non Ioſephus contra προσκυνῆσαι τῷ πατρὶ, *ejuſmodi venerationem patri ſuo* Geneſ. 28.12. *exhibuiſſe* dicatur. Sed & diſerte, ἐπὶ τὸ ἄκρον, non, τῷ ἄκρῳ, legitur. προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον. quemadmodum &, ἐπὶ τὴν γῆν προσκυνεῖν, qui ſe abjicit in terram, προσκυνεῖν autem τινὶ, de perſona, cui honor exhibetur, vſurpari ſolet: cum, ἐπί τι aut τινὶ, aliud omnino. Ita cum Rex Dauid, προσκυνεῖν ἐπὶ τὴν κοίτην 1 Reg. 1.47. (καὶ προσεκύνησεν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὴν κοίτην, ſiue κοίτης αὐτοῦ) dicitur, idem quod hoc loco de Iacobo, de eo in Hebræo dicitur. Quam ergo verum, aut Iacobum aut Dauidem, qui προσκυνῆσαι ἐπὶ τὴν κοίτην in Hebræo dicuntur, lectum adoraſſe ſuum, tam hic verum eſt, Iacobum, qui προσκυνῆσαι ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου dicitur, Ioſephi adoraſſe virgam. Quid

Ad Hebr.

Ibid.

ỷ. 21.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ad Hebr.

autem, quod qui Dominum adorant, ἐπὶ τὴν γῆν προσκυνεῖν τῷ Κυρίῳ dicuntur? vt Geneſ. 24. 52. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἀκοῦσαι τὸν παῖδα τοῦ Ἀβραὰμ τῶν ῥημάτων αὐτῶν, προσεκύνησεν ἐπὶ τὴν γῆν τῷ Κυρίῳ: atque ita paſſim, προσκυνεῖν τινι, ἐπὶ τὸ πρόσωπον, ἐπὶ τὴν γῆν. vbi τὸ προσκυνεῖν, inclinationem corporis ac habitum, ἐπὶ τὸ πρόσωπον, inclinationis modum, ἐπὶ τὴν γῆν, locum denotat: quæ apud Helleniſtas tam ſunt crebra, vt nihil frequentius. Ita hic Iacobus ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου προσεκύνησεν, *in ſummitatem*, ſiue, *culmen virgæ, ſe rejecit*: inclinauit ſe, quemadmodum amici ac amantes ſolent: vt τὸ שחה de inclinatione ſic dicatur. Quid autem, τὸ τῆς ῥάβδου ἄκρον, vel inprimis expendiſſe debebant, vnde tota difficultas. Ῥάβδον Helleniſtis qui Hebræa vertunt, fulcrum, potentiam notare ac robur, nemini ignotum. Fulcrum: vt cum ῥάβδος ἄρτου, *virga panis*, quod Helleniſtis, στήριγμα. Robur autem ac potentiam: vt cum ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι Κύριος ἐκ Σιὼν, Pſalmo 110. quomodo paſſim, etiam in Nouo Fœdere, vſurpatur. vt &, cum hac ipſa Epiſtola, ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου, ex Pſalmo 45. autor dixit. vbi שבט habes, quod eſt ῥάβδος. Vt, τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου, hoc eſt, ἡ ἄκρα ῥάβδος, Ioſephus dicatur. de quo, occaſione hac, verba ea adfert, quæ priori capite, quadrageſimo, nimirum, ſeptimo Geneſeos, leguntur: cum ſequenti, de benedictione agatur. qua ὑστερολογία nihil vſitatius in Sacris. Quam autem merito Ioſephus τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου Iacobi dicatur, nemo minus neſcit, quam qui cœleſtes patriarchæ maximi virtutes intelligit. Erat στήριγμα Iacobi, qui parentem cum fratribus ſuiſque omnibus, ἄρτου στηρίγματι fulcierat: vere *fulcrum populi*. Quo nomine, ne quiſquam dubitet, & à Syrachide inſignitur: cui στήριγμα, ſeu ῥάβδος, λαοῦ, & ἡγούμενος ἀδελφῶν, dicitur. vt & *paſcens lapidem Iſraëlis*, & *ramus creſcens*. Vt omittam, primogenituram in eundem etiam tranſlatam, quis ignorat, nazaræum, id eſt, principem, καὶ ἄκρον, inter fratres dici? vt qui ſolus inter omnes emineret, caput eſſet omnium & princeps. Merito Iacobus ergo in Ioſephum, illum ſibi dilectiſſimum, vt τὸ ἄκρον, ſcilicet, τῆς ῥάβδου αὐτοῦ, ſe conjecit. Quanta enim contuliſſet ſibi, jam videbat, quis in poſterum futurus ſuis eſſet, fide præuidebat. Quare autem ſolam filiorum hic Ioſephi benedictionem poſuit? quia cæteris, nimirum, partim bene, partim male dixit Dominus: his autem plane benedixit. quod eximii præ reliquis, & partem conſecuti eſſent duplicem. Iacobus ergo poſtquam filiis Ioſephi benedixit, plenus fidei ac ſpei, vt pater, ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ, ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς δυνάμεως τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, ſe conjecit. Vnde patet jam, quam parum differant Hebræa & quæ Helleniſtæ tum legebant. qui notiſſima mutatione, *mitta*, ſcilicet, in *matte*, immane quantum à mente Moſis abiiſſe exiſtimantur: vt qui *lectum*, in *virgam*, ſic mutarunt. Quod tamen facile conciliari poteſt. In Hebræo eſt, *conjecit ſe in caput*, hoc eſt, *ſpondam, lecti*. quod Helleniſtæ, *conjecit ſe in caput virgæ ſuæ*, ſeu, *potentiæ*. Ioſephum, nempe, qui, ad caput, quod eſt ראש, ſiue, *ſpondam, lecti*, tum erat. In vtroque igitur contextu fere idem: quanuis plura Græcus; non diuerſa interim aut aliena: quod, Apoſtolus autoritate ſua confirmauit. Nihil tamen cuiquam præſcribimus. Eodem capite & illud legitur, Μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θησαυρῶν τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ. cujus loci efficaciam ac mentem neſcio an ſatis eruditi hic perſpexerint. Ac mirandum vel inprimis, ſæpe, vbi per ſe nullius efficaciæ ex ratione linguæ eſt articulus, vt efficacem expreſſiſſe, cum hic penitus neglexerint. τοῦ Χριστοῦ, eſt, *illius vncti*. quod longe efficacius hoc loco, quam ſi, *Chriſti*, dicas. Excellenter enim τὸν משיח intelligit: quem & Regi Pharaoni, de quo ante egerat, opponit. Neque dubium qui nobiliſſimum Dauidis reſpexerit locum, ὠνείδισαν οἱ ἐχθροί σου, Κύριε, ὠνείδισαν τὸ ἀντάλλαγμα τοῦ Χριστοῦ σου. vbi ἀντάλλαγμα, eſt, *tarditas, mora*: ac ſi dicas, *quod moretur vnctus ille tuus, Chriſtus ille tuus*. Nihil enim deſiderio majori, nihil

magis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ad Hebr.

magis pertinaci pariter & ſancto expectarunt Sancti illi, quam aduentum ejus, cujus moræ ac ceſſationi quaſi illudebant impii. Quod, efficacibus ſane verbis, eo ipſo in loco expreſſerunt Helleniſtæ. qui, Μνήσθητι, Κύριε, τοῦ ὀνειδισμοῦ τῶν δούλων σου, οὗ ὑπέσχον ἐν τῷ κόλπῳ μου πολλῶν ἐθνῶν. Οὗ ὠνείδισαν οἱ ἐχθροί σου, Κύριε, οὗ ὠνείδισαν τὸ ἀντάλλαγμα τοῦ χριστοῦ σου. In Hebræo, עקבות, quod quidam, *veſtigia*, aut, *pedes*. Quemadmodum Rabbini quidam, *tardigradum Meſſiam ſuum ac claudum, pedes denique ei fractos eſſe quod non veniat*, ſibi objici queruntur. Symmachus & Theodotio, τὰ ἴχνη τοῦ χριστοῦ σου. Hic igitur, ὀνειδισμὸς ille τοῦ χριστοῦ eſt: *tarditatis ejus*, ſcilicet, aut *moræ*. De qua apud ipſum Moſen Bilam, *Video illum, ſed non modo: intueor illum, ſed eminus*. Helleniſtæ, καὶ οὐκ ἐγγίζει: ac ſi ex perſona τῶν ὀνειδιζόντων, hoc dicatur. Potuit Moſes, inquit nunc autor, felicitate, & præſenti quidem frui: qui τὸν ὀνειδισμὸν interim præferre τοῦ χριστοῦ maluit. locus, vt elegantiſſimus, ita qui aliquanto majori cura dignus, pro hac efficacia, videtur. De eodem Moſe paulo poſt cum legitur, Πίστει κατέλιπεν Αἴγυπτον, μὴ φοβηθεὶς τὸν θυμὸν τοῦ βασιλέως· τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησε, quærunt plerique, quomodo, ſiue iram Regis, ſiue atroces ſpiritus, non metuiſſe hic dicatur, qui, cum Ægyptium à ſe mactatum, ex Hebræo, quem monuerat ne popularem cæderet, in vulgus emanaſſe audiret, metuiſſe dicitur. *Timuit vero Moſes, dixitque, Reuera notum illud eſt. Audiuitque id Pharao, ac tollere eum voluit.* ideoque & fugiſſe. Metuebat ergo Regem, ne in manifeſtum ſi maneret ſe diſcrimen daret: quod nec pii nec fidelis eſſet, vt Chryſoſtomus hic notat. Regem ergo ſibi cum reconciliari non poſſe videret, profugit. Quomodo? Πίστει, inquit autor, quæ futura reſpicit. Quis autem? Moſes; vindex populi futurus ac tyranni victor. Cujus tum intererat, vt, quod ingenti animo jam cœperat, ſuccurreret oppreſſis. qui nec euaſuri erant, niſi ſic fugiſſet. Hactenus tyrannum ergo metuit, ſed circumſpecte. ne maneret, nempe; non vt Dei populum deſereret: quod factum eſſet, ſi manſiſſet. Sublato enim illo, quid ſperandum? Quid autem ille? Fidem pariter ac robur animi aſſumpſit. A Rege in Deum oculos conuertit, fortiterque elapſus eſt. Fugit, neque metuit, ne fugientem, & a ſuis etiam deſertum, nonnullis & inuiſum, omni vi opprimeret tyrannus. Sed &, quod interpres hic antiquus notat, in vicinum fugit locum: vbi, tanquam omnium ſecurus, confirmandis viribus, ad puteum conſedit, neque multo poſt vxorem duxit. Ad poſteriorem enim iſta ex Ægypto abitum qui referunt, vix poteſt, vt ὑστέρωσιν inuſitatam hic excuſent. quia Paſchæ celebratio, quæ ſequitur, hunc anteceſſit: quod fatentur ipſi qui hoc malunt. Quid quod additur diſerte, τὸν γὰρ ἀόρατον ὁρῶν ἐκαρτέρησε: Fide ergo ἐκαρτέρησε. Tolerauit, inquit, omnia ac vicit. cogitationes quoque humanas cæteras ac metum. Semper autem major fides, quæ luctando vincit: quæ plerunque & oppugnatur, vt ſic vincat. Mens humana vix hæc capit. Moſes & adoptionem & theſauros reſpuit Ægypti. qui adhuc talis, ſuos ibi vindicare incipit, Ægyptioſque mactat. idem, ſcilicet, qui metum quoque injectum à tyranno tolerat ac fide vincit. Metuere ergo potuit tum Moſes: fides, de qua agitur, non potuit. in eum enim, quod & additur hic, ſe conuertit, qui, vt non videtur, ita fidem confert. Neque dixit, Regem nunquam metuit, ſed fide indutus, neglecta Regis ira, quam initio metuerat, Ægyptum reliquit. Non obſtante igitur priore metu, credidit ac fugit. ea lege, vt rediret, populumque è terra Regis, cœlo pariter totoque armatus mari, fortiter educeret; eundem quem & prudentiſſime direxit. quod futurum, in exilio, à magni Angelo conſilii, relicta vix Ægypto, confirmatur. Adde quod non pauci, rebus magnis vel gerendis vel perficiendis, hoſtibus elapſi ſunt. quod pagani quoque ac politici fatentur. Neque aliter in Africam Eliſa, in Italiam Æneas venit. altera Carthaginem vt conderet ac legibus firmaret: alter Romanorum autor ac origo. Nec imbellem ſemper fugam eſſe, exemplo

v. 27.

plo ſit vel Clœlia, & fœmina & virgo: cujus fugam, Mucii ac Coclitis virtuti, Porſenam quoque ipſum, prætuliſſe ferunt. niſi quod hic major paulo poſt ad hoſtem, quem ſic fugit, ancillante in omnibus natura, Dei rediit legatus, populumque in libertatem vindicatum, pane cœli pauit ac eduxit. Quod non credunt, niſi qui jam credunt. cum hoc quoque ſola fide fiat: quam Apoſtolus hic merito commendat. Nam portenta poëtarum & mendacia libenter credunt, qui hæc nondum credunt, neque aſſequuntur quid potuerit qui Deum ſemper vidit. & ſic vidit, vt intentus vni eſſet, neq; cætera jam cogitaret. quem vel hac de cauſa recte poſteriores Græci, θεόπτην dixerunt: inter quos Conſtantinus Manaſſes, qui in Annalibus, quos politicis conſcripſit verſibus, Καὶ πέμπει τούτοις Μωΰσην, τὸν μέγαν, τὸν θεόπτην, *Mittitque illis Moſen, magnum illum,*
℣ſ. 32. *ſpectatorem illum Dei.* nunc pergamus. Eodem capite cum legitur, καὶ Σαμψὼν καὶ Ἰεφθάε, manifeſte inter præcipua fidei exempla Iephte ponitur. Quæ admiranda certe in eo fuit. Quis enim non miretur, hominem è concubina natum, cui nulla adhuc ſpes generis niſi quam ex vnica haberet filia, eam quoque animo religioſo abjeciſſe, vt quam vnicam haberet, Domino transferret. Neque enim quod mactata fertur, omnibus probatur: qui nec argumenta quibus hoc probatur, tanti exiſtimant. Sed & votum, de quo hic inprimis cogitandum, tale: *Quod egreſſum, è foribus domus meæ in occurſum meum, cum reuertar in pace à filiis Ammon, fuerit, erit Iehouæ, & aſcendere ipſum faciam aſcenſionem.* Nihil enim minus placet nobis quam quod Hebræorum hic Magiſtri, inter quos Ioſephus Kimchius, copulam, pro או acceperunt: quaſi, *aut aſcendere ipſum faciam aſcenſionem*, diceretur. ac ſic mens eſſet, *immolari ſi non poſſit, ſacrum erit Deo: ſin poſſit, in holocauſtum offeretur.* vt diſtincte ſic holocauſto deſtinaret, quod primo occurreret, אם ראוי לעלה, *ſi idoneum in holocauſtum eſſet.* Quaſi non, τὸ העלה, idem ſæpe ſit ſimpliciter quod ἀναφέρειν, *conſecrare ac offerre:* aut non de iis quoq; quæ offerri ſolent aliis, præſertim Regibus, nonnunquam vſurpetur. vt cum 2 Reg. 17. 4. accuſatur Hoſea, quod לא העלה מנחה למלך אשור כשנה בשנה, *non aſcendere munus Aſſyriorum Regi annuatim feciſſet.* id autem, καὶ οὐκ ἤνεγκε δῶρα τῷ βασιλεῖ Ἀσσυρίων ἐνιαυτὸν κατ᾽ ἐνιαυτόν, erudite Helleniſtæ. Qui & ἀναφέρειν hic dixerunt: niſi quod τὸ ὁλοκαύτωμα addunt. pro quo melius προσφορὰν dixiſſent. vt vim verbi, quod inprimis vſitatum Græcis, nomen ſic ſequatur: ac ſi, ἀναφέρειν ἀναφορὰν, θύειν θυσίαν, aut ſimile quid dicas: cum plerunque ἀναφορὰ, quodcunque conſecratur aut offertur, Helleniſtis. Et quis neſcit, paſſim τὸ שלה θυσίαν ſimpliciter iiſdem dici? nihil, enim vſitatius. vt cum Iobus 1. ℣ſ. 5. aliique aliis in locis, προσφέρειν θυσίας dicuntur. Iam autem, quam infirmum ac nullum fere argumentum eſt, ex eo, quod virginitatem, ſiue cœlibatum, deplorauerit, mactatam dici: quaſi quæ virginitatis condamnatur, vt ſic conſecretur Deo, mortis pariter damnetur. aut non potius contrarium ſequatur: cum in altero præſertim ſæculo, nec nubat neque ducat quiſquam. Et quis dicat, viduam, quæ ſtatum ſuum aut conditionem plorat, deplorare mortem; quaſi ideo & moriendum ſit? Cur autem non, *ſuper anima*, luxiſſe dicitur? è quo, niſi fallor, ſequitur, nec mortuam, & virginem atque ita conſecratam Domino, in poſterum manſiſſe. Quid quod verſu capitis ejuſdem trigeſimo & nono, id de quo hic lis mouetur, diſerte exprimitur. ita enim ibi, *Circa finem autem duorum menſium reuerſa eſt ad patrem, perfecitque de ea votum ſuum. Non enim cognouit virum.* vbi recte, καὶ ἐτέλεσε Ἰεφθάε τὴν εὐχὴν αὐτοῦ, καὶ αὕτη οὐκ ἔγνω ἄνδρα, Helleniſtæ. Quod ergo fuit votum, quod & perſoluit? ὅτι οὐκ ἔγνω ἄνδρα: neque aliter Hebræus ac Chaldæus: cum alias, καὶ ἐτέλεσε Ἰεφθάε τὴν εὐχὴν, καὶ προσέφερε εἰς ὁλοκαύτωμα τῷ Κυρίῳ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ, *& perfecit votum ſuum, filiamque in holocauſtum obtulit Domino*, dicendum eſſet. Quæ autem proxime ſequuntur, illa nempe, *& in conſuetudinem in Iſraël fuit*, haud ſine cauſa ambigua viden-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

videntur. quæ ad ſequentia nonnulli referunt: illa nempe, *Annuatim ibant filiæ Iſraël vt alloquerentur filiam Iephte.* cum potius fuiſſe morem dicat, vt, ex voto, conſecratæ Deo, hoc exemplo, aliorum quoq; fuerint filiæ: neque enim moris, puto, dicitur fuiſſe, vt Iſraëlis filiæ, ad eam conuenirent diutius quam vixit. quæ ſi recte intelligantur rem decidunt totam. Iuiſſe לתנות dicuntur, quod & vulgo לדבר exponunt. vt *alloquerenter* ſcilicet. qua notione & Romanis qui ſolantur, *alloqui* dicuntur. quod θρηνεῖν, *lugere*, hic Helleniſtæ ac Chaldæus: quos ſecutus & interpres vetus, more eodem pene reddidit: *Plangendi* enim verbo vſus eſt: vnde hæc, vt arbitror, perſuaſio de morte. Quod ſi, autem, vel vt agerent cum ea, vel vt ſolarentur eam, miſſas ac veniſſe, & quidem aliquot poſt votum annis, conſtat ac dicuntur; ne vixiſſe quidem dubitari poteſt. quis enim mortuos ſolatur aut cum iis loquitur? Sed & annuatim, vt in virgine, feciſſe id dicuntur: ad mortem ejus vſque, ſcilicet. Et quam multa hic abſurda! Quæ enim cauſa, cur vir talis, quem à fide ac pietate celebrat Apoſtolus, vel ſic voueret, vel vt votum hoc perſolueret? An quia ſolus ignorauit, hoſtias humanas execrari Deum? An quia ſolus, quænam eſſent, quæ offerri poſſent, ac idonea in holocauſtum eſſent, ignorabat? credo, quod & ſolus inter cæteros, redemptionis, vel ex Lege, ad manum eſſe beneficium neſciret. Solus autem quomodo non illud ſaltem legerat, *Pro maſculo à filio viginti annorum, vſque ad filium ſexaginta annorum, erit æſtimatio tua quinquaginta ſiclorum argenteorum, ſecundum ſiclum ſanctuarii. Quod ſi fœmina fuerit, erit æſtimatio triginta ſiclorum. Si autem à filio quinque annorum vſque ad filium, viginti annorum, erit æſtimatio tua pro maſculo viginti ſiclorum, pro fœmina vero, decem ſiclorum.* Quanto igitur hic circumſpecte magis Hebræorum Magiſtri, qui & votum de virginitate accipiunt, vt Domini ſic eſſet. ideoque in ſolo loco ac ſeorſim habitam fuiſſe volunt: vbi virgines quatriduum quotannis virginem accederent ac ſolarentur. quod exiſtimarent, credo, inter cætera, τὸ תנא hic de luctu accipi vix poſſe: quanquam לאלאה, vt Targumiſtæ, θρηνεῖν ibi reddidiſſent Helleniſtæ. Vnde ea, de qua egimus, opinio. quæ Ioſephum quoque in partes vulgi, vt veriſimile, perduxit. Promiſiſſe enim, *quicquid primo occurreret*, ἱερουργήσειν, *ſacrificaturum ſe*, diſerte notat: qui & θυσιάζειν dixit. Αὐτὸς γὰρ, inquit, εὐξάμενος νίκην, καὶ θυσιάσειν ὑποσχόμενος, αὖ ζῶος εἰς τὰ οἰκεῖα ὑποστρέψῃ, καὶ πᾶν, ὅ,τι δὲ πρῶτον αὐτῷ συντύχοι, ἱερουργήσειν. *Ipſum victoriam cum voto optaſſe, ac ſacrificaturum ſe, ſi viuus ac ſuperſtes ad ſua rediiſſet, primumque quod obuium eſſet, Sacrorum ritu oblaturum, promiſiſſe*, ait. deinde autem addit, καθιερῶσαι αὐτὴν τῷ Θεῷ: quod, *conſecraſſe Deo*, dicas. tandem vero, ὅτι ὡλοκαύτωσεν τὴν παῖδα, *in holocauſtum obtuliſſe virginem*, concludit. Quaſi idem θυσιάζειν, ἱερουργεῖν, καθιεροῦν, & ὁλοκαυτοῦν, eſſet. nam καθιερῶσαι, *conſecraſſe eam*, & Scriptura, & nos, dicimus, cum cætera non admittamus. Additque, ὅτι οὔτε νόμιμον οὔτε κεχαρισμένην Θεῷ θυσίαν ἐπετέλεσε, *nec legitimam nec gratam obtuliſſe Deo victimam*: qualis Molocho magis, nempe, aut Saturno, quam Iſraëlis conueniſſet Deo. Ergo durus hac in parte pater, ergo exlex, multo autem minus commendatione tanta dignus, quanta illi ab Apoſtolo tribuitur: a quo, vt exemplum fidei, cum maximis heroibus conjungitur. Qualem nos fuiſſe exiſtimamus. qui cum vnicam haberet, Deo eam Iſraëlis ac virginitatem ejus, abdicata ac abjecta omni prolis ſpe ac expectatione, conſecrauit. Idem autor noſter capite eodem, de calamitate ac ſuppliciis piorum cum agit, inter cætera, ἐλιθάσθησαν, inquit, ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον. ṽ. 37. Vbi ingenioſe, vt videtur, recentior interpres, quia non ſatis recte hæc cohærere judicabat, ἐπυρώθησαν emendabat. qualem nos conatum vt laudamus, ita ſemper dandam eſſe operam exiſtimamus, ne, aut facile, aut non conſultis Helleniſtis, quicquam in his emendetur. Conſtat autem πειρασμὸν, πειράζειν, & πειράζεσθαι, de calamitate quauis abſolute ab iis

Ad Hebr.

 vſur-

Ad Hebr. vſurpari. quod nemo in eorum ſcriptis cum judicio verſatus, ignorare po-
teſt: niſi quis diſtinguere ſic malit, vt ἐπειράσθησαν ἐν φόνῳ μαχαίρας ſimul con-
jungatur, ac deinde ἀπέθανον ſequatur. Hoc, nimirum, modo, ἐπειράσθησαν ἐν φό-
νῳ μαχαίρας, ἀπέθανον: vt gladiis minacibus tentatos à tyrannis, qui conſtantes
eſſent autem, ideo ſublatos dicat. Exemplo ſit Antiochus tyrannus, à quo
ſoli qui à Lege non deficerent ſic mactabantur. qui ἐν φόνῳ ἐπειράσθησαν μαχαί-
ρας: atque ita demum, ſi non deficerent, ἀπέθανον, ſublati ſunt. vt, objecto pri-
mum gladii mucrone ac cæde, interemptos dicat. Quanquam ſane eâdem
linguâ, πειράζειν ἐν φόνῳ μαχαίρας, idem ſit ſimpliciter, quod ἀναιρεῖν μαχαίρᾳ
aut ἐν μαχαίρᾳ, vt loquuntur illi. Quibus & πεῖρα θανάτου, mors ipſa: vt cum
autor Sapientiæ Salomonis, Ἥψατο δέ ποτε δικαίων καὶ πεῖρα θανάτου, καὶ θραῦσις ἐν
ἐρήμῳ ἐγένετο πλήθους: ac ſic Helleniſtice, ἐπειράσθησαν ἐν φόνῳ μαχαίρας, de iis
qui gladio ſublati, dicatur. Forte & ita Apocalypſeos locutus autor, cum
dixit, Ἰδοὺ μέλλει βαλεῖν ἐξ ὑμῶν ὁ διάβολος εἰς φυλακὴν, ἵνα πειρασθῆτε. cap. 2.
Ibid. ℣ſ. 10. quanquam ſciam & aliter accipi id poſſe. Eodem capite, cum pii, &
qui paſſi ſunt pro Domino, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι dicuntur,
quemadmodum de cæteris, quæ iis tribuuntur, conſtat, ita quomodo & qua-
re ὑστερούμενοι dicantur, cogitandum erat. quod deſerti ac deſtituti, Eraſmus, &
qui ſecutus eſt, interpres, dixit. A quibus autem deſtituti? non à Deo certe,
qui talibus non deeſt, & in quo triumphant. Atqui חסר Helleniſtis, ὑστερούμενος,
qui eget, ſiue, pauper eſt. vt in illo, *Si fuerit apud te egenus de fratribus tuis, &c.*
mutuando mutuabis ei ad ſufficientiam vſque quo indiguerit. אשר יחסר לו: quod,
καθόσον ὑστερεῖται, Helleniſtæ. qui manifeſte ἐπιδεῖσθαι & ὑστερεῖσθαι conjunxe-
runt. Ἐὰν δὲ γένηται ἐν σοὶ ἐνδεὴς ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου &c. δάνειον δανιεῖς αὐτῷ, ὅσον ἂν
ἐπιδέηται, καὶ καθ' ὅσον ὑστερῆται. Ὑστερούμενος igitur, qui אביון alias, qui ἐνδεὴς,
iiſdem dicitur. *Pauper ac egenus*, nempe: qui, *cum Chriſto tamen diues*, in-
quit B. Hieronymus. *Cujus, cum aurum pariter & argentum eſſet, ſacram in*
corpore ſuo, hoc eſt, præeundo, *dedicauit paupertatem*, inquit B. Bernardus.
Egentes, vetus dixit. nos autem quid ὑστέρημα illud eſſet, è quo Sancta illa vi-
dua promſit quod dedit, quæ Lucæ 21. ℣ſ. 4. ἐκ τοῦ ὑστερήματος αὐτῆς, donaſſe
dicitur, ſupra, niſi fallor, diximus. Neque aliter eodem paſſim vſi iidem
Helleniſtæ: quibus ὑστέρημα, חסרון, ſeu, *defectus*. Ita Iudicum 19. 19. alter qui
nihil deeſſe in via ſibi dixit, tandem addit, οὐκ ἔστιν ὑστέρημά μοι παντὸς πράγμα-
τος, cui reſpondet alter, πᾶν τὸ ὑστέρημά σου ἐπ' ἐμὲ, *omnis penuria tua ſuper me*
ſit: ſiue, *curæ mihi erit*. Ita Regius Propheta, ὅτι οὐκ ἔστιν ὑστέρημα τοῖς φοβουμένοις
τὸν Κύριον (quod ibi אין מחסור Pſal.) 34. pronunciat. quem locum, eo quoque,
quem jam dixi, loco, adduxiſſe memini. Poſt hæc autem verba, ὑστερούμενοι, θλι-
βόμενοι, κακουχούμενοι; nouus, vt loquuntur nunc, verſus ſequitur: qui & an di-
℣ſ. 38. ſtinctus recte, cogitandum fuerat. cum illa, Ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος, πλανώ-
μενοι cum cæteris conjungi potius debere videantur, quam vt ab iis verſus
℣ſ. 39. inchoetur. Sequitur, Καὶ οὗτοι πάντες μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίστεως, οὐκ ἐκομίσαντο
τὴν ἐπαγγελίαν. Vbi noui qui exiſtimarent, μαρτύριον, & μαρτυρίαν, vſu dici
Helleniſtico. Μαρτύριον enim, διδαχὴ, *doctrina*, vt & μαρτυρία. vt ita, μαρ-
τυρηθέντες διὰ πίστεως, idem ſit, quod διδακτοί. qua voce & alias vtuntur hi ſcri-
ptores: ac ſi, *inſtructos per fidem*, aut *doctrinam*, vel, *inſtitutionem per fidem*
conſecutos, dicas. vide quæ de voce hac alibi notamus. Mihi ſatis ſit, ſi dicam,
teſtimonium ex eo conſecutos eſſe aut adeptos, neque hoc rejiciam. vt cum ſu-
pra dicitur, ἐν ταύτῃ γὰρ ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι. Et ita Enoch, ὅτι εὐηρέστη-
σεν τῷ Θεῷ, μεμαρτύρηται, *de pietate ejus teſtimonium ſcriptura exhibet*. Ita enim
de eo loquuntur Helleniſtæ, qui non ſemel eodem loco, *ambulaſſe cum Deo*,
dicitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Cap. VIII.

Ad Hebr.

Locus, ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα, *& quis* ὄγκος, *de quo agit.* ὄγκος φρονήματος. *Locus,* καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν, *&* εὐπερίστατος ἁμαρτία, *quæ.* περίστασις *in lucta ac curſu. Locus,* Οὐκ ἔφερον γὰρ τὸ διαστελλόμενον. τὸ διαστελλόμενον *quid.* διαστολὴ *Helleniſtis.* διαστολὴ τοῦ μὴ ποιεῖν. *Locus,* καὶ οὕτω φοβερὸν ἦν τὸ φανταζόμενον, *& an ex Apocrypho deſumptus.* εἰπεῖν *&* λέγειν, *quomodo nonnunquam vſurpata Helleniſtis. Locus,* Τίμιος ὁ γάμος. *Locus,* Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτός. τὸ χθὲς καὶ σήμερον. *antiqui Theologi interpretatio. Locus,* διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ περιφέρεσθε. περιφορὰ *quid.* περιφέρεσθαι, πλανᾶσθαι, ἀπατᾶσθαι. περιφέρϛα. *Locus,* Διὸ καὶ ὁ Ἰησοῦς ἔξω τῆς πύλης ἔπαθεν. ἔξω τῆς παρεμβολῆς. *Locus,* Γινώσκετε τὸν ἀδελφὸν Τιμόθεον ἀπολελυμένον. *Quis Timotheus ille, atque ex eo hanc ab Athanaſio aſſcribi Paulo ac vindicari Epiſtolam.*

DVodecimi capitis initium tale eſt: Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων, ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα, &c. Vbi vetus, illud ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα, *deponentes omne pondus*, Eraſmus, *depoſito onere omni*, recentior, *abjecto omni pondere.* haud dubio, quia τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα, ſequitur. cum tamen & δι' ὑπομονῆς, addatur: quo non tam celeritas, quam continuatio exprimitur ac mora. Videndum ergo, an non aliud voluerit. Arrogantiam, nempe, & opinionem de ſe omnem, quo nihil magis proficienti vel in curſu promouenti, de quo agitur hic, obſtat, deponendam. Quis eſt autem curſus ille? in quo ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως, vt 3. ad Philippenſes ℣ſ. 14. loquitur Apoſtolus, currentes contendunt. quibus nihil magis obſtat quam perſuaſio: nihil magis obſtat, quam quod eo perueniſſe ſe exiſtimant, quo nondum peruenerunt. quod ne fiat, eo, quo jam dixi, loco, grauiſſime hortatur. Qui inprimis id fuiſſe ſibi ſemper curæ ait, ne ad metam perueniſſe ſe exiſtimaret: contra autem ſemper operam dediſſe, vt eorum, quæ à tergo, oblitus, in curſu ſemper promoueret, dum ad ſcopum, ſiue metam, perueniret. Quid ſi igitur hic ὄγκος, ὄγκος ſit φρονήματος, ſeu arrogantia ac faſtus? id quod vulgo φύσημα καὶ ὑπερηφανία dicitur. Heſychius, ὄγκος, φύσημα, ὑπερηφανία. Gloſſæ Stephani, ὄγκος, *tumor.* ὀγκοῦμαι, *turgeo.* Neque quicquam vſitatius, quam vt abſolute vſurpetur: vt cum Plutarchus, ὄγκου καὶ φρονήματος γέμοντας, *tumore & opinione de ſe plenos,* percipiendis diſciplinis eſſe inutiles docet. à quo & ita affectus, modo μεστὸς ὄγκου, modo περιθεῖναι αὐτῷ ὄγκον dicitur. Et certe vt ὄγκος omnis (qualis grauitas quæcunque ac impedimenta omnia) currentibus inprimis ac luctantibus obſtare ſolet; ita, vbi de progreſſu agitur, perſuaſio, quæ voce hac continetur, graue impedimentum ac moleſtum. Sequitur autem, καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν. Quod an ſatis aſſecuti ſint interpretes, videndum. Recentior, *peccatum ad nos circumcingendos procliue.* Vetus, *& circumſtans nos peccatum.* Eraſmus, *tenaciter inhærens peccatum.* Quid ſi autem aliud hic εὐπερίστατον quam arbitrantur? Περίστασις illius quidem certe, qui in lucta alterum circumuenit. Gloſſator Stephani, Περίστασις, *circumuentio:* quæ & in curſu locum habet. Exemplo ſit Maronis ille Niſus, qui cum loco primus eſſet, lapſus, Salio curſu ac velocitate proximo, in gratiam Euryali, qui tertius, κατὰ περίστασιν, corpus inter ſurgendum oppoſuit, atque ita in terram proſtrauit. Εὐπερίστατος igitur, qui in lucta alterum aut curſu facile circumuenit: vt ſi εὐπερίστατον dicas vinum, de quo Plautus, *Magnum hoc vitium vino eſt: Pedes captat primum, luctator doloſus eſt. Doloſus,* εὐπερίστατος. Atque ita τῷ εὐπερίστατον cum de peccato dicitur, τὸ εὐόλισθον, quod ejus eſt qui facile prolabitur, reſpondet. vt cum eleganter Baſilius Macedo Imperator, Adhortat. ad Leonem Philoſophum filium dixit, ἡ γὰρ φύσις ἡμῶν, εὐόλισθόν τι χρῆμα,

Cap. XII. ℣ſ. 1.

Ibid.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ad καὶ πρὸς τὸ πταίειν εὐκατάφορον. *Natura noſtra lapſui procliuis*, aut, *facillime cadit*.
Hebr. & quid ſit περίστασις, jam dixi. Eodem capite cum legitur, οὐκ ἔφερον γὰρ τὸ δια-
℣ſ. 20. στελλόμενον, κἂν θηρίον θίγῃ τοῦ ὄρους, λιθοβοληθήσεται, ἢ βολίδι κατατοξευθήσεται, quæri,
nec ſine cauſa, poteſt, cur edictum Domini de non tangendo monte, non tu-
liſſe dicat populum: cum è loci, quem nunc reſpicit, contextu, non tam edi-
ctum, quam præſentiam illius, non tuliſſe videatur populus. qui, vt ſibi lo-
queretur Moſes petiiſſe dicitur: ne interiret, nempe, montem ſi tangeret:
quod & edictum minabatur. An igitur hoc voluit, quæcunque dixit Domi-
nus, dixiſſe Moſi, vt ex eo intelligerent, quæ nec audirent, nec audire poſſent,
ipſi? inter quæ edictum hoc de non tangendo monte. Si enim vellet, non
tuliſſe majeſtatem ejus populum qui Legem ferret, aliter efferri potuiſſe
hoc videtur. Græci notant, ὅτι οὐκ ἔφερον τὸ διαστελλόμενον, οἷον τὸ ἐντελλόμενον, ἢ
λαλούμενον· καὶ γὰρ εἶπον Μωϋσεῖ, λάλησον ἡμῖν σὺ, καὶ μὴ λαλείτω ἡμῖν ὁ Θεός. Fieri autem
poteſt, vt vis tota atque efficacia, ἐν τῷ διαστελλόμενον, ſit poſita: neq; tam λαλεῖν
vel ἐντέλλειν, *loqui aut jubere*, ut illi volunt, ſit τὸ διαστέλλειν, quam, *præciſe ac ſtrictius
cauere*. vt tam ſtrictum ac ſeuerum non tuliſſe mandatum dicat. quam ſenten-
tiam confirmat, quod cum Exodi 19. ἐάν τε ἄνθρωπος, ἐάν τε κτῆνος, legatur, nihil
hic præter θηρίον dixit. cum τὸ בהמה θηρίον denotet & κτῆνος. Horrebant ergo,
cum tam ſtrictum illud cogitarent mandatum: vt ne quidem deſtitutum ra-
tione animal exciperetur. Hic autem τοῦ μὴ ποιεῖν διαστολὴ, *non faciendi man-
datum*: quæ ſtrictiſſima grauiſſimaque eſſe ſolent. Quanquam & διαστολὴ non
raro quod præcipitur, Helleniſtis, vt cum νόμου διαστολὴ, חקת התורה Num. 19.
℣ſ. 2. dicitur: vbi, Αὕτη ἡ διαστολὴ τοῦ νόμου. A quibus verbis ſeptima libri ejus
℣ſ. 21. ſectio, quæ ibi incipit, Διαστολὴ, ſeu חקת dicitur Iudæis. Sequitur, καὶ οὕτω φο-
βερὸν ἦν τὸ φανταζόμενον, Μωσῆς εἶπεν, ἔκφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος. non tam quod Moſes
hoc dixiſſe verbis totidem legatur, quam quod ἐξ ἀκολουθίας id colligitur:
plenum, nempe, metus ac terroris, fuiſſe. Dicitur enim, Ἐγίνοντο δὲ φωναὶ τῆς
σάλπιγγος προβαίνουσαι ἰσχυρότεραι σφόδρα· Μωσῆς ἐλάλει, ὁ δὲ Θεὸς ἀπεκρίνατο αὐτῷ
φωνῇ. In Hebræo מאד חזק, *& inualeſcebat (tubæ ſonitus) valde*. forte &, *præ illo*:
Moſe, ſcilicet, vt alias loquuntur Helleniſtæ. qui ἐκράτησε καὶ ἐδυνάσθη, dicerent.
quod eſt, ac ſi, ἔκφοβον καὶ ἔντρομον, *trepidum ac metus plenum*, à majeſtate illa,
Moſen factum, dicas. Errant igitur, qui ex Apocrypho deſumptum hoc
volunt. ſed & notum, quomodo τὸ, εἶπε καὶ τὸ ἔλεγεν, accipiatur Helleniſtis,
Cap. cum τὸ, *in corde*, intelligunt. Capite ſequenti cum lego, τίμιος ὁ γάμος
XIII. ἐν πᾶσι, non poſſum quin de Saluiano cogitem, qui lib. De gubernat. 5. *Quid*
℣ſ. 4. *agis ſtulta perſuaſio? Peccata interdixit Deus, non matrimonia.* Aliquanto poſt
℣ſ. 8. cum legitur, Ἰησοῦς Χριστὸς, χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, non video
quid aliud, τὸ, χθὲς καὶ σήμερον, καὶ, τὸ, εἰς τοὺς αἰῶνας, niſi vnum idemque, hoc eſt,
eundem Chriſtum, qui ſemper idem ſit, quique eſt ac fuit ſemper, hic deſi-
gnet. Quare vt Arrianos, qui in voce σήμερον nugantur, prætermittam, quid
antiquus apud Photium jam olim voluit Theologus, cum ſcriberet, τὸ χθὲς καὶ
σήμερον, ad humanam, τὸ εἰς τοὺς αἰῶνας, ad diuinam referendum naturam: Ἰη-
σοῦς, inquit, Χριστὸς, χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· διὰ μὲν τοῦ χθὲς καὶ σήμερον,
ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν ὁμολογῶν, διὰ δὲ, τὸ εἰς τοὺς αἰῶνας, τὸν αὐτὸν ἀνακηρύττων Θεόν. quaſi non
& σήμερον, nonnunquam ſit æternitatis ſymbolum: in qua viciſſitudo ſit die-
rum nulla, ſed vt *hodie*, perpetuum ſit pariter ac præſens; ſine vllo aut prin-
cipio aut fine. adde quod εἰς τοὺς αἰῶνας additur. Nec male aureum Eccle-
ſiæ os, qui, Ἐνταῦθα χθὲς τὸν παρελθόντα πάντα λέγει χρόνον, τὸ σήμερον τὸν ἐνεστῶτα· ὁ αἰὼν
τὸ ἄπειρον καὶ λῆξιν οὐκ ἔχον. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν, ἀρχιερέα ἤκουσε, ἀλλ' οὐκ ἀρχιερέα
λήγοντα· ἀεὶ γὰρ ὁ αὐτός ἐστιν. *Hic* heri, *omne præteritum*, hodie, *præſens notat tem-
pus*, ſæculum, *vero infinitum, & quod non deſinit. Hoc autem dicit, Maximum au-
diuiſtis Pontificem, ſed qui non deſinit. Semper enim idem eſt.* Sequitur, Διδαχαῖς
℣ſ. 9. ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ περιφέρεσθε. Helleniſtis porro περιφέρειν, idem quod ἀπατᾶν,

fallere,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

fallere ac *circumuenire*. vt cum Eccleſiaſtæ 7.8. ὅτι ἡ συκοφαντία περιφέρει σοφόν. Ad
ſapientem decipit. Sed & fraus περιφορά, *quæ ſapientiæ opponitur*. Adde quod Hebr.
cum addit, καλὸν γὰρ χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν, ipſam verbi originem, ſeu
κυκλολογίαν alluſit. qui enim περιφέρεται, mouetur. Ergo περιφέρεσθαι, πλανᾶ-
σθαι, ἀπατᾶσθαι. Doctiſſimus interpretum Heſychius, περιφορά, κατὰ κύκλον κίνη-
σις, *motus in orbem*. item, περιφορᾶς, περισπασμοῦ, πλάνης. Neque περιφορὰ tan-
tum, quod & ſæpe in Helleniſticis occurrit ſcriptis, ſed & περιφέρεια eo-
dem ſenſu vſurpatur: vt Eccleſiaſtæ 8.13. περιφέρεια πονηρά. Eodem capite cum
legitur, Διὸ καὶ Ἰησοῦς ἵνα ἁγιάσῃ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τὸν λαὸν, ἔξω τῆς πύλης ἔπαθε, illud, ỿ. 13.
ἔξω τῆς πύλης, eleganter, *extra ciuitatem crucifixus eſt*, Tertullianus reddidit.
neque aliud fortaſſe voluit, cum ἔξω τῆς παρεμβολῆς præceſſit. quo, non con-
uentum modo populi, ſed & loca, quæ conuentu ac concurſu celebrantur,
vt ciuitates, publicæque earum viæ, Helleniſtis dicuntur. quare & *caſtro-*
rum voce cum interpretibus hic abſtinuerim. In concluſione ejuſdem Epi-
ſtolæ cum legitur, Γινώσκετε τὸν ἀδελφὸν Τιμόθεον ἀπολελυμένον, quæritur, quis ille ỿ. 23.
ſit Timotheus. idem, ſi antiquis credimus, cujus paſſim meminit Apoſtolus.
Vnde & hoc loco, vt Epiſtolam hanc Paulo vindicarent, nonnulli olim vſi.
inter quos Athanaſius Dialogo De Trinitate: vbi, cum Anomæus, qui intro-
ducitur, dixiſſet, ὅτι ἐκκλησιάζεται (ita enim loquitur) hoc eſt, *in Canonem*
admittitur, aut, *ab Eccleſia agnoſcitur* (Epiſtola hæc, ſcilicet,) reſpondet Or-
thodoxus, ὅτι δὲ αὐτοῦ ἐστιν ἡ Ἐπιστολὴ, φανερόν ἐστι καὶ ἀπὸ τοῦ τέλους τῆς Ἐπιστολῆς· μέμνη-
ται γὰρ καὶ Τιμοθέου, λέγων, Γινώσκετε τὸν ἀδελφὸν Τιμόθεον ἀπολελυμένον· μεθ᾽ οὗ, ἐὰν
τάχιον ἔρχηται, ὄψομαι ὑμᾶς. *Ejus eſſe Epiſtolam, planum vel è fine Epiſtolæ: vt qui*
Timothei in ea meminerit, cum ait, Scitote fratrem Timotheum ſolutum eſſe:
cum quo, ſi celerius venerit, vos viſam. Neque fruſtra argumentum hoc vr-
getur, cum de eo agi certe videatur, cujus nomen in Epiſtolis quibuſdam,
cum Apoſtoli (haud ſecus ac ſi ab vtroque aut nomine vtriuſque ſcriptæ eſ-
ſent) ſæpius præmittitur. Vt in altera quam ſcripſit ad Corinthios, Παῦλος
Ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφὸς, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ
Θεοῦ, τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ. Ad Philippenſes item, Παῦλος καὶ Τιμόθεος δοῦλοι Ἰησοῦ
Χριστοῦ, πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τοῖς οὖσιν ἐν Φιλίπποις. Quod in non pau-
cis, & ex inſtituto, ab eo factum: in quibus ἑαυτῷ συνεπιγράφει, aut, vt lo-
quitur Chryſoſtomus, συντάττει, vt alii, συνάπτει τὸν Θεόφιλον: cui in quibuſdam
etiam Syluanum adjunxit. Παῦλος καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος, τῇ ἐκκλησίᾳ Θεσσα-
λονικέων. quod in vtraque factum, quam ad gentem eandem ſcripſit. Quem
& vſitato more ἀδελφὸν hic dixit. vt hoc propemodum ſit tale, ac ſi ſuum
nobiliſſimæ Epiſtolæ, aut vtriuſque, præmiſiſſet nomen. Quod vt ab alio
fieri potuiſſe quidam forte dicent, ita vt hic fucus in θεόπνευστον καὶ θεοφόρη-
τον autorem cadat, qualem hunc exiſtimamus credimus, haud facile equi-
dem admittam. Qui nec de cæteris, de quibus dubitarunt quidam, Noui
Fœderis quos hactenus Eccleſia admittit libris, illud quod de aliis quibuſ-
dam dixit Amphilochius, hic dicam,

οὐχ ἅπασα βίβλος ἀσφαλὴς
Ἡ σεμνὸν ὄνομα τῆς γραφῆς κεκτημένη.

In quo judicio, aut potius confeſſione, deſino, atque ad Catholicas hinc
pergo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Capita Epiſtolæ Iacobi.

α'. ΠΕρὶ ὑπομονῆς καὶ πίστεως ἀδιακρίτου, καὶ περὶ ταπεινοφροσύνης πρὸς τοὺς πλουσίους. ἐν ᾧ, περὶ τῆς ἐν ἡμῖν πορώσεως, καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς παθῶν. ὅτι οὐ παρὰ Θεοῦ τὸ αἴτιον· εἴ τι γὰρ ἀγαθὸν ἡμῖν, παρ' αὐτοῦ.

β'. Περὶ πραότητος καὶ ἁγνείας, καὶ πράξεως ἀγαθῆς μεταδοτικῆς ἐπὶ μακαρισμῷ. καὶ περὶ ἐπιστήμης καὶ συμμετρίας λόγου.

γ'. Περὶ τῆς πρὸς ἕκαστον ἀγάπης ἀπροσωπολήπτου, κατὰ τὸν νόμον.

δ'. Ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἔργων, καὶ οὐκ ἐκ θατέρου ἰδικῶς, ἀλλ' ἐξ ἀμφοῖν ἅμα δικαιοῦται ὁ ἄνθρωπος.

ε'. Ὅτι ἡ προπετὴς καὶ ἄτακτος γλῶσσα θανατοῖ τὸν κεκτημένον· ἧς κρατεῖν ἀνάγκη εἰς εὐφημίαν καὶ δόξαν τοῦ Θεοῦ. ἐν ᾧ, περὶ ἀναστροφῆς ἀγαθῆς καὶ ἀμάχου πρὸς ἀλλήλους, καὶ φιλοδοξίας τῆς ἐπὶ σοφίᾳ ἀνθρωπίνῃ. ἐν ᾧ, περὶ θείας σοφίας. ὅτι ἐκ ῥᾳθυμίας καὶ φιληδονίας ἔρις καὶ ἀκαταστασία, καὶ ἡ πρὸς Θεὸν ἔχθρα γίνεται. περὶ μετανοίας πρὸς σωτηρίαν, καὶ περὶ τοῦ μὴ κρίνειν τὸν πλησίον.

ϛ'. Ὅτι οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ ἀλλ' ἐν τῷ Θεῷ τὰ διαβήματα ἀνδρὸς κατευθύνεται. ἐν ᾧ, περὶ πλεονεξίας πλουσίων, καὶ τῆς ἐν κόσμῳ τρυφῆς αὐτῶν, καὶ περὶ δικαιοκρισίας Θεοῦ, περὶ μακροθυμίας, καὶ ὑπομονῆς παθημάτων, καὶ περὶ ἀληθείας· παραινέσεις ἰδικαὶ ἑκάστῳ προσήκουσαι μετὰ πίστεως· ὅτι διακονητέον τῇ τοῦ πλησίον σωτηρίᾳ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

DANIELIS HEINSII
EXERCITATIONES SACRÆ IN EPISTOLAM IACOBI.
SIVE
LIBER DECIMVSSEPTIMVS.
CAPVT I.

De Epiſtolis Catholicis, neque eodem ordine ab omnibus diſpoſitas. Athanaſii ſententia. Non omnes eodem loco à quibuſdam habitas. De Inſcriptione Epiſtolæ. Autor, ἀδελφόθεος, *&* Κυρίου ἀδελφὸς, *antiquis dictus. Epiſtolæ* Καθολικαὶ καὶ Ἐγκύκλιοι. *Locus,* ἡ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω. τέλειοι, *& quomodo nonnunquam vſurpetur.* τὸ שלם *quot modis interpretentur Helleniſtæ.* τέλειον προβατον. *quemadmodum* τὸν οὔπω καταληφότα, καὶ τὸν κατὰ σκοπὸν διώκοντα, *alibi, ita* τὸν τέλειον καὶ τὸν προκόπτοντα, *nonnunquam conjungi: quod Epicteti ac Simplicii exemplis probatur.* ἔργον τέλειον. ἐργασία τέλειος. τέλειοι *nonnunquam qui* τελεσιουργοὶ *vulgo &* τελεσικοὶ *dicuntur: de quibus phyſiognomi quid tradant.* Μακρὰ βαίνειν, μικρὰ βαίνειν, *& quibus tribuatur.* ἄπρακτοι. τελεστής. ἐγχειριστής. δράστης. τῇ ὑπομονῇ ἔργον *tribui* τέλειον, *& quomodo. Locus,* Μὴ γὰρ οἰέσθω ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος. μὴ οἰέσθω, *& quomodo dictum.* οἴησις, *falſa de ſe opinio.* κατοιόμενοι *Eccleſiaſticis ſcriptoribus qui dicantur.* κατοινούμενος. κατωνωμένος. κατοιόμενος, *præſumens, contumax, jactans ſui, Cypriano.* κατοιόμενος, ὁ ὑπερορῶν. *Locus,* Ἀνὴρ δίψυχος, ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ. διακρινόμενοι καὶ οἱ πιστεύοντες. δίψυχος *quis.* διψυχία, ἀπορία. μερμηρίζειν, *alternare.* δίψυχος, *nunc huc nunc illuc animo inclinans. Locus,* Καυχάσθω δὲ ὁ ἀδελφὸς ὁ ταπεινὸς ἐν τῷ ὕψει αὐτοῦ. *Peculiaris Hieronymi interpretatio.* ταπεινὸς ὑπὲρ τῶν οὐρανίων, *Gregorio. Locus,* ὁ γὰρ Θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν, *Deus intentator malorum eſt.* ἀπείραστος, *intemptatilis. Locus,* Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων. πατὴρ φώτων *eo loco, quomodo dicatur Deus.* אורים φώτων: *quod &* ἀλήθειαν, *ſiue veritatem, ac doctrinam interpretatos Helleniſtas. Omnis diuinæ veritatis ac voluntatis cognitio antiquis in priſco Fœdere, vnde peti ſolita. Locus,* Ὀργὴ γὰρ ἀνδρὸς δικαιοσύνην Θεοῦ οὐ κατεργάζεται. *ejus interpretatio. Ira in Sacris literis duplex.* δικαιοσύνην κατεργάζεσθαι. δικαιοσύνη Θεοῦ. *Locus,* δέξασθε τὸν ἔμφυτον λόγον. ὁ ἔμφυτος λόγος, *quis. inſitus, inſititius, nec eadem. aliud* ἔμφυτον, *aliud* ἐμφυτευθέν. τὰ ἐμφυτευόμενα, ἐνοφθαλμιζόμενα, ἐμβαλλόμενα, ἐμφυλλιζόμενα, *quæ dicantur, & an eadem* ἔμφυτα. *emphyteuta.* ἔμφυτον, *inſitum, ingenitum, innatum.* ἔμφυτος κακία. ἔμφυτος λόγος, *qua mente dicatur.* ἔμφυτον, *quod ingenuum Latinis, natiuum, nec fucatum.* λόγος ἀληθινὸς, ἀληθὴς, ἔμψυχος. λόγος ἔμφυτος *Arrii. Locus,* οὗτος ἔοικεν ἀνδρὶ κατανοοῦντι τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ ἐν ἐσόπτρῳ. τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως. τὴν εἰκόνα καὶ τὸ ἀρχέτυπον, *eleganter nonnunquam opponi, & vbi. Nyſſeni locus.*

AD Librum Noui Fœderis, è quorundam diuiſione, ſextum, fauente Deo, nunc peruenimus. Cum nec eundem omnes Epiſtolis, quas vulgo Catholicas dixêre, aſſignarint locum: quas & Paulinis inter cæteros B. Athanaſius præmittit. A quo libris octo Fœdus includitur Nouum. Hoc modo: ΒΙΒΛΙΟΝ α. ΤΟ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ. β. ΤΟ ΚΑΤΑ ΜΑΡΚΟΝ. γ. ΤΟ ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ. δ. ΤΟ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ. ε. ΠΡΑΞΙΣ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ. ϛ. ΕΠΙ-

ΣΤΟΛΑΙ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Ep. Iacob. ΣΤΟΛΑΙ ΚΑΘΟΛΙΚΑΙ ζ. ΤΟΥΤΩΝ ΠΡΩΤΗ ΙΑΚΩΒΟΥ. Liber, inquit, Sextus, Epiſtolæ Catholicæ ſeptem: quarum prima Iacobi. ΔΕΥΤΕΡΑ ΠΕΤΡΟΥ. ΤΡΙΤΗ ΠΑΛΙΝ ΚΑΙ ΑΥΤΗ ΠΕΤΡΟΥ, ΤΕΤΑΡΤΗ ΙΩΑΝΝΟΥ. ΠΕΜΠΤΗ ΠΑΛΙΝ ΚΑΙ ΑΥΤΗ ΙΩΑΝΝΟΥ, ΕΚΤΗ ΠΑΛΙΝ ΚΑΙ ΑΥΤΗ ΙΩΑΝΝΟΥ, ΕΒΔΟΜΗ ΙΟΥΔΑ. quos libros, ſeu libellos, ſeptimus ſequitur: ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΣ ΙΟΑΝΝΟΥ, nimirum. Idem & Epiſtolas, quas dixi, eaſdem, eodemque, quo nunc, ordine diſponit. quod & è ſingularum, quæ ab eo exprimuntur alibi, initiis, ignorari non poteſt. Prudentius ſane quam illi, qui tres ita ſtatuunt, vt cæterarum in dubium autoritatem vocent. De quibus Amphilochius Iconii Epiſcopus, Nazianzeno ac Baſilio coæuus, qui Epiſtola De inſtituendis recte ſtudiis ad Seleucum,

καθολικῶν ἐπιστολῶν
Τινὲς μὲν ἑπτά φασιν, οἱ δὲ τρεῖς μόνας
Χρῆναι δέχεσθαι· τὴν Ἰακώβου μὲν μίαν,
Μίαν δὲ Πέτρου, τήν τ' Ἰωάννου μίαν·
Τινὲς δὲ τὰς τρεῖς καὶ πρὸς αὐταῖς τὰς δύο
Πέτρου δέχονται, τὴν Ἰούδα δ' ἑβδόμην.

Vbi diſerte, ſeptem Catholicas ab aliis, tres tantum ab aliis, admiſſas notat. Alios enim, vnam Iacobi, vnam Petri, vnam Iohannis, alios (& recte quidem) tres Iohannis, cum duabus Petri, atque vna Iudæ, quæ & ordine ſeptima, vt legitimas, admiſiſſe. Iam autem ipſa Epiſtolæ inſcriptio talis, ΙΑΚΩΒΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΑΘΟΛΙΚΗ. Simpliciter: cum eundem eſſe veteres plerique velint, quem ἀδελφόθεον, ac Κυρίου ἀδελφὸν, ipſi dicunt. Gregorius Palama, *Certamine mentis & corporis*, Εἶπε καὶ γλῶτταν, τὸ ἀκατάσχετον κακὸν, τὸν κόσμον τῆς ἀδικίας, κατὰ τὸν ἀδελφόθεον Ἰάκωβον. qui locus 3. capite hic legitur. Heſychius Preſbyter Antirrheticis, φησὶ γὰρ ὁ τοῦ Κυρίου ἀδελφὸς, εἴ τις ἐν λόγῳ οὐ πταίει, οὗτος τέλειος ἀνὴρ, &c. qui ejuſdem capitis ẏſ. 2. extat. Additur Καθολικὴ, quod ἐγκύκλιον interpretantur Scholiaſtæ. De cujuſmodi epiſtolis paſſim Eccleſiaſtici Canonicique ſcriptores: quomodo & à Græcis cum ſequentibus hæc dicitur. Scripta ergo ad Catholicam Eccleſiam. quo nomine eos, *qui in radice ſunt ac manent, & in toto terrarum orbe cum omnibus ſunt*, veteres, atque inter eos Optatus Mileuitanus lib. 1. De Donatiſtarum ſchiſmate, intelligunt. Primo

Cap. I. ẏſ. 4. autem capite cum ait, Ἡ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω, deinde autem, τέλειον eſſe eum vult, qui in bono opere relliqui nihil facit, fieri vix poteſt, quin de illo ad Philipp. cap. 3. ẏſ. 13, 14. cogitet: vbi Apoſtolus, poſtquam ad metam ſe finemque nondum perueniſſe ait, neque minus, ſine vlla intermiſſione, ad ſcopum ac ſupernæ præmium vocationis properare, dixit; tandem addit, ὅσοι οὖν τέλειοι, τοῦτο φρονῶμεν: quaſi τέλειος jam eſſet, qui vel nondum aſſecutus eſſet quod debebat, aut ſic dici poſſent, qui ne quidem cum Apoſtolo conferri hic poterant. Quod effecit, vt non ibi modo, ſed & ſimilibus in locis, ad ætatem hoc referrent eruditi: qui *adulti* voce vtuntur: *quotquot itaque adulti ſumus, hoc ſentiamus.* ita autem loqui ſe, vt *perfecti* vox *vitetur, quæ de perfectione diſputandi occaſionem præbuit*, alibi notârunt, eamque rationem reddunt. Quaſi non, & ad conatum, certumque ejus gradum, ſiue ad τὸ ποσὸν in profectu, ſi cum aliis præſertim conferatur, ſiue modum ipſum, id nonnunquam referatur, aut eodem ſemper modo vtantur eo Helleniſtæ. qui τὸ שלם, & τὸ תם, nunc ἀληθινὸν, nunc ἀγαθὸν ac δίκαιον, modo τέλειον, ſed & ὁλόκληρον, quo vſus hic Apoſtolus, interpretantur. adeo vt & pecudes, atque alia, quæ Deo non ingrata ſunt, nonnunquam ſic dicantur: vt cum Exodi 12. 5. τέλειον, πρόβατον, ἄρσεν, Moſes dixit. Cæterum, ne iſtis immoremur, ſatis ſit, τὸν οὔπω κατειληφότα, qui nondum aſſecutus eſt quo tendit, καὶ τὸν κατὰ σκοπὸν διώκοντα, Apoſtolo ſic dici. Quid ſi autem, etiam Philoſophi, quod cum admiratione obſeruatum à me fateor, τὸν τέλειον καὶ τὸν προκόπτοντα, perſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

perfectum ac proficientem adhuc, jungant, vt Epictetus, cum dixit, ἤδη οὖν In Ep.
ἀξίωσον σεαυτὸν βιοῦν, ὡς τέλειον καὶ προκόπτοντα, *nunc igitur perfecti ac proficientis aſ-* Iacob.
ſume vitam, atque ita, τὸν ἀπειληφότα τὸ τέλος, *qui jam finem conſecutus*, καὶ τὸν τέλειον, vt *qui jam proficit*, cum Apoſtolo, diſtinguant? vt & Simplicius, qui, tum de iis qui continuo proficiunt, tum, qui ad metam jam peruenerunt, ita loquitur. Ἤδη οὖν ἀξίωσον, φησὶν, σεαυτὸν βιοῦν, ὡς τέλειον, οὐχ ὡς τέλος ἀπειληφότα· ἐκεῖνος γὰρ οὐ δεῖται τούτων τῶν λόγων· ἀλλ' ὡς κατὰ τὸ προκόπτειν τέλειον, τῷ ἀεὶ προκόπτειν, καὶ μηδαμοῦ διακόπτειν τὴν προκοπήν. ἀλλὰ πᾶν τὸ φαινόμενον καλῶς ἔχειν, νόμον ἡγοῦ, τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ προστάττοντα. *Iam igitur viuendum*, inquit, *tibi, vt perfecto ſtatue, non vt qui perfectionem eſt aſſecutus (talis enim ſermonibus non eget hujuſmodi) ſed quaſi ratione progreſſus jam perfectus ſis, qui nunquam progredi deſiſtas, nunquam progreſſum ſiſtas. quicquid autem pulchrum videbitur tibi, legem id putato quæ præſtari id jubeat atque agi.* Quem alterius Apoſtoli aut vtriuſque locum reſpexiſſe dicas: cum τὸ τέλειος & huic ſit & illis, qui agendo nunquam intermittit, & adhuc ſic proficit. Alter, ἔργον τέλειον, alter ἐργασίαν τέλειον, dixit: quo id quod ſine intermiſſione eſt ſignificatur. vt ita τέλειον ſit, quod quiſque vrget, quiſque præſtat, cui & ὁλόκληρον nonnunquam, vt jam dixi, Helleniſtæ jungunt. Neque multo aliter, & τέλειοι, qui τελειουργοὶ vulgo, & τελεστικοὶ dicuntur. quales ſunt, qui ſemper inſtant ſibi, & ad finem quaſi tendunt, de quibus phyſiognomonici autores. Quos & inter incedendum properare, ſiue, μακρὰ βαίνειν, dicunt: quaſi ſic ad finem ſemper properent ac ſpectent. Quibus τοὺς ἀπράκτους, ſiue, *inefficaces*, opponunt: quos & μικρὰ βαίνειν, ſiue, *paruo paſſu*, aut, *lento*, procedere ajunt. Adamantius Phyſiognomon, οἱ μακρὰ βαίνοντες, τελεστικοὶ παντὸς πράγματος καὶ μεγαλόνοι· οἱ μικρὰ βαίνοντες, ἄπρακτοι, πικροί. *qui magnis paſſibus celeriterque incedunt, quicquid ſuſcipiunt, perficiunt, ac magnanimi ſunt: qui paruis ac lente, inefficaces, amari.* etiam, *auari*, ſiue φειδωλοὶ, quod additur. Prioris generis Ajax ille Homericus, qui, μακρὰ βιβὰς κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος inducitur. quem vt τέλειον & τελεστὴν, ita ἐγχειρητὴν, & δραστὴν, cum iiſdem, recte dicas, vt & *efficacem* Latine. Qualem & Herculem fuiſſe volunt, de quo Romanus poëta, *Nec munus humeris efficacis Herculis Inarſit æſtuoſius.* quomodo & τῇ ὑπομονῇ, in qua continuandum Chriſtiano, ἔργον τέλειον tribuitur hoc loco. Cum ſequitur, Μὴ γὰρ οἰέσθω ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, ὅτι λήψεταί τι παρὰ τοῦ Κυρίου, ita, illud μὴ οἰέσθω, dictum videtur, atque ſi, μὴ μάτην οἰέσθω, hic dicas. Quales, quos οἴησις, aut falſa de ſe opinio ac nimia inuaſit: de qua dicitur, ὁ ἔχων οἴησιν, οὐ δύναται σωθῆναι. quales & κατοιομένους Eccleſiaſtici ſcriptores dicunt. Marcus Eremita, De pœnitentia, Γέγραπται γὰρ, ὁ κατοιόμενος καὶ καταφρονητὴς ἀνὴρ ἀλαζὼν, οὐδὲν οὐ μὴ περανεῖ. qui locus Habacuci cap. 2. ℣ſ. 5. legitur: vbi in Hebræo tamen, ואף כי היין בוגד, *etiam quia præuaricans vinum*: ſiue, *quia ebrius præuaricatur*. quod κατοινωμένος, vel κατῳνωμένος, eſſet. Pro quo κατοιόμενος, è corrupta, vt videtur, ſcriptura, in vſu manſit. quam inter Latinos tamen Cyprianus ſecutus eſt: qui, quem Helleniſtæ κατοιόμενον, *præſumentem, contumacem*, etiam, *jactantem ſui*, dixit. *Ille vero qui præſumit*, inquit, *& contumax eſt, vir ſui jactans, nihil omnino perficiet.* E qua lectione Heſychius, Κατοιόμενος, ὁ μετὰ πληροφορίας πιστεύων, ὁ ἐν ὑπολήψει φερόμενος, καὶ ὁ ὑπερηφανευόμενος. Scribe, ὁ μὴ μετὰ πληροφορίας πιστεύων. tali enim cætera conueniunt. Præcedit autem, αἰτείτω δὲ πίστει, μηδὲν διακρινόμενος. quod plerophoriæ eſt, ad quam Heſychius reſpexit: quemadmodum ἡ οἴησις, reuera hanc excludit: vt & τὸ κατοίεσθαι, quod interpretatur. Quia autem οἴησιν, ac falſam, vt plurimum, de ſe opinionem, aliorum ſequitur contemptus, idem Heſychius, Κατοιόμενος, ὑπερορῶν. Suidas, Κατοιόμενος, ὀνομάζων ἑαυτὸν μέγαν, καὶ φυσῶν, ὑπερήφανος. quæ κατοιομένου, ſiue, fruſtra οἰομένου, ac inflati, ſunt. malim igitur, *ne perſuadeat ſibi*, quam, *ne exiſtimet*, aut, *æſtimet*, cum veteri interprete. Iam vbi, & eodem quidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN EP. capite, legitur, Ἀνὴρ δίψυχος, ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, vt recte ac
IACOB. ſolide intelligatur, quis ſit δίψυχος, vellem quæ præcedunt paulo preſſius
vſ. 8. conſideraſſent eruditi. Monuerat jam autor, vt ſi cui ſapientia deeſſet, non
ab alio quam à Patre ſapientiæ hanc peteret. Quomodo autem? μηδὲν διακρι-
νόμενος inquit. additque, ὁ γὰρ διακρινόμενος, ἔοικε κλύδωνι θαλάσσης, ἀνεμιζομένῳ
καὶ ῥιπιζομένῳ. vbi non aliter ſane τὸ διακρίνεσθαι quam Matth. 21. 21. accipien-
dum arbitror: qui τοὺς πιστεύοντας καὶ τοὺς διακρινομένους opponit. Vt in eo, Ἀμὴν λέγω
ὑμῖν, ἐὰν ἔχητε πίστιν, καὶ μὴ διακριθῆτε, *neque dubitetis*, aut *fluctuetis animo*: quales
qui nunc credunt nunc dubitant. Et quis illud neſcit, ὅτι ὃς ἂν εἴπῃ τῷ ὄρει τού-
τῳ, ἄρθητι καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ μὴ διακριθῇ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ πιστεύ-
σῃ, ὅτι ἃ λέγει γίνεται, ἔσται αὐτῷ ὃ ἂν εἴπῃ. *neque in corde ſuo dubitet, ſed credat*,
Marci 11. 23. nec aliter Act. 10. 20. Quod qui intelligit, facile &, quis hic ſit
δίψυχος, intelliget. qui alternat, dico, qui vacillat, qui dubitat: qui nunc in
hanc nunc in illam partem animum inclinat. quem hic Græci Scholiaſtæ
ἀνεπέρειστον, ἀστήρικτον, τῇδε κἀκεῖσε ἀγόμενον καὶ περιφερόμενον, qui *nuſquam denique
hæret aut conſiſtit*, interpretantur. iidem, qui & ἀμφίβολον, ambiguum, ac de iis
quæ à Deo dari petit ſibi, dubitantem, exponunt. Sed & eruditiſſimus He-
ſychius, Διψυχίαν, ἀπορίαν, *dubitationem*, interpretatur. quales Græci, μερ-
μηρίζειν, Maro *alternare* dixit. *Hæc alternanti potior ſententia viſa eſt*. Poëta
Græcus, δίχα θυμὸς ὀρώρεται ἔνθα καὶ ἔνθα: *in duas quaſi animus mouetur partes.*
Quare vt διακρινόμενον, *dubitantem* potius quam *diſceptantem*, ita δίψυχον, *nunc
huc nunc illuc animo inclinantem*, potius quam *animo duplici*, vitandæ ambi-
guitatis cauſa, dicam. Tales enim & doloſi, ac plerunq; quidem. *Vir ergo*, in-
quit Apoſtolus, *qui nunc huc inclinat nunc illuc* (vt dubitantes ſolent) *in omni-
bus viis ſuis inconſtans eſt*. Recentior interpres, *vt qui ſit vir animo duplici, &
vſ. 9. inconſtans in omnibus viis ſuis*. Cum ſequitur, Καυχάσθω δὲ ὁ ἀδελφὸς ὁ ταπεινὸς ἐν
τῷ ὕψει αὐτοῦ, cogitandum quid ſibi B. Hieronymus voluerit, cum ad Lamen-
tationes Ieremiæ cap. 4. parallelon illi, quem interpretatur ibi, eſſe vult
hunc locum, vbi dicitur, *Gaude & lætare, filia Edom, quæ habitas in terra Huz.
Ad te quoque perueniet calix. inebriaberis atque nudaberis*. Verba ejus ſunt:
*Quod autem dicit, filiam Edom gaudere & lætari, eo quod peruenerit ad eam ca-
lix Domini; per ironiam legendum eſt. vt illud in Epiſtola Iacobi Apoſtoli, Glorie-
tur autem frater humilis in exaltatione ſua: ſubauditur enim à ſuperiore, glorietur.
quod non tamen ad gloriam, ſed ad humilitatem ejus & damnationem pertinet. Si
jactare ſe vult*, inquit, *humilis, in eo ſe jactet, quod ſublimitatem ſuam recte intelli-
git*. hoc eſt, vel adoptionem, vel quod talibus à Domino promittitur. quales
ſunt, quos ταπεινοὺς ὑπὲρ τῶν οὐρανίων, Gregorius dixit. Diues autem, quod qui talis
felix ſit, ſi conditionem & humilitatem ſuam capit. quid fragilius enim eo quo
plerique ex iis gloriantur? quæ autem hic ironia? Non ita multo poſt quod le-
vſ. 13. gitur, ὁ γὰρ Θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν, mirifice interpres vetus, *Deus enim intenta-
tor malorum eſt*. Quod ſi rectum eſt, & more veterum loquitur, videndum ne
intentare mala ſic dicatur Deus: cum præcedat tamen, Μηδεὶς πειραζόμενος
λεγέτω, ὅτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ πειράζομαι. Forte igitur, vt nonnulla ab antiquis hic emen-
dantur, ſcriptum fuerat, *Deus enim intentator malorum non eſt*. vel, *Deus enim
non intentator malorum eſt*. cum id quod nunc legitur, *malorum tentamen-
torum ſuggeſtor non eſt*, alii interpretentur: inter quos Carthuſianus. Sed
& ἀπείραστος *intentabilis*. Pro quo *intemptatilis* Gloſſator vetus Græco-
latinus. apud quem Ἀπείραστος, *intemptatilis*: niſi, *intentabilis* legas. Forte ex
hoc loco, quem aliter redditum inuenit. re enim ipſa deprehendi, plurimos
ex veteri interprete, ab autore illo & deſumi & exponi locos. Recentior,
nam Deus tentari malis non poteſt. cum, vt dixi, præcedat, *Nemo cum tentatur,
à Deo tentari ſe dicat*. Thomas ad hunc locum, *Deus enim intentator malorum
eſt*. Gloſſa, *tentamentorum. Sic enim fit tentatio ab hoſte & carne*. Quomodo,
quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

quod ſequitur, interpretatio ſuperioris erit. Vt loci mens ſit, *Nemo cum ten-* In Ep. Iacob. *tatur, tentari à Deo ſe dicat. Deus quippe* ἀπείραστος κακῶν: *mala non immittit: neminem enim tentat.* vt τὸ δὲ, quod vſitatum ſatis, αἰτιολογικῶς ponatur: ac ſi πειράζει γὰρ αὐτὸς οὐδένα, dicat. Si alios ſequimur, mens erit, *Nemo cum tentatur, tentari à Deo ſe dicat. Deus enim intentabilis eſt malis, neque quemquam tentat.* atq; in ita Paraphraſi Eraſmus, qui, *Si quidem vt ipſe natura bonus, nullis malis ſollicitari poteſt, ita neminem ad mala ſollicitat.* quod & recentiori placuit interpreti. Eodem capite oraculum illud cum legitur, Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν ✝ſ. 17. δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων, vix quiſquam eſt, qui non vltro ſe aſſequi quod dicitur exiſtimet. ſemper enim verum illud manet, τί δὲ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; *quid, ô homo, habes, quod non accepiſti?* 1 Cor. 4. 7. Quanquam autem de ſpiritualibus agi hic donis conſtat, videndum tamen, quomodo πατὴρ φώτων hic dicatur Deus. de quo aliquid eruditi. Nobis dubitandum vix videtur, quin φώτων hic אורים ſit: quo doctrinam, vel veritatem, Sacri denotant ſcriptores. Vt cum de Leui in benedictione ſua dixit Moſes, veſtem dediſſe eum Aaroni ſanctam, in qua *perfectiones Dei, & doctrina.* vbi אורים ἀλήθειαν interpretati Helleniſtæ ſunt, cum ad Thummim reſpiciat & Vrim: quod τελειότητα, καὶ ἀλήθειαν, *perfectionem* ac *doctrinam,* ſiue, *veritatem,* Helleniſtæ interpretantur. Forte & ad prius hic reſpexit, cum τέλειον δώρημα, ad poſterius, cum Deum, patrem אורים, πατέρα φώτων dixit: quemadmodum ἀλήθειαν adjunxit, cum dixit, ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας. Nam τὸ אורים, *Vrim,* cum proprie loquuntur, δῆλοι Helleniſtis. qui in ſacerdotis pectorali: è quo omnis diuinæ veritatis cognitio ac voluntatis cum Regibus ac populo communicata fuit. vnde & Saul miſerrimus, cum id quod ſcire vellet, neque per ſomnia, neque per Vrim, neque Prophetas, intelligere aut ſcire poſſet, relicto patre τῶν φώτων, ad tenebrarum patrem, hoc eſt, diabolum, ſe contulit. Eodem capite quod legitur, Ὀργὴ γὰρ ἀνδρὸς, δικαιοσύνην Θεοῦ οὐ κατεργάζεται, locus obſcurior. Neque ignoro ✝ſ. 20. eſſe, quibus placuit hoc velle Apoſtolum, *quamdiu regnat in homine ira, locum non habere juſtitiam Dei: quia non niſi mens compoſita auſcultat Deo.* Eruditi interpretes, *Ira enim viri juſtitiam Dei non operatur,* vel, *exequitur,* quod aliis placuit. vt *juſtitia* ſit, id quod præſcribit Deus. Cogitandum tamen, an non aliud voluerit Apoſtolus. Duplicem in Sacris, etiam in Nouo Fœdere, iram ſtatui, nemo neſcit: Dei, nempe, & hominis. De illa Rom. 12. 19. dicitur, ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ: de hac, μήτε δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ. Epheſ. 4. 27. præceſſerat autem ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε· ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν. Ira Dei, ſeu vindicta, quia ſemper juſta, τὴν δικαιοσύνην κατεργάζεται. quod eſt, μόνον κατεργάζεται τὸ δίκαιον: *nihil, niſi quod juſtum eſt, operatur.* Quod de hominis dici non poteſt: quæ injuſtitiam plerunque operatur: ideoque nihil minus quam juſtitiæ diuinæ hac in parte eſt ſimilis. Τὸ κατεργάζεσθαι igitur, eo ſenſu, quo, κατεργάζεσθαι κακὸν, Paulo: quo, τὸ θέλημα τῶν ἐθνῶν κατεργάσασθαι, Petro. Δικαιοσύνη autem Θεοῦ, vel, *diuina,* vel, *quam Deus probat.* cum aliis tamen ſi quis ſentit, judicio fruatur ſuo. Eodem capite & locus ille legitur, Διὸ ἀποθέμενοι πᾶσαν ῥυπαρίαν καὶ περισσείαν κακίας, ἐν πραΰτητι δέξασθε τὸν ἔμ- ✝ſ. 21. φυτον λόγον, τὸν δυνάμενον σῶσαι τὰς ψυχὰς ὑμῶν. Quo in loco, mira nobis ſemper viſa ſunt, quæ de ſermone inſititio adferunt interpretes: præſertim cum ad locum, quem ex Epiſtola priori ad Corinthios adducunt, nos remittunt. Certe qui *inſititium ſermonem,* eum qui miniſtrorum inſeritur opera, hic eſſe voluerunt, non video, quomodo ſibi ſatisfecerint, cum præſertim, ipſi, vt interpres vetus & Eraſmus, *inſitum* in aliis editionibus, non *inſititium,* dixerint. Quid eſt autem ἔμφυτον? certe τὸ φυσικὸν, certe, quod innatum eſt & naturale: quod ἐμπεφυκέναι vulgo dicimus. quomodo ἔμφυλον τὸ ἐν τῇ φύσει, Heſychius, idemque, τὸ ἐκ φύσεως, *quod à natura eſt,* Suida interpretatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Ep. Iacob.

cui id opponitur, quod non natura ineſt, ſed quod τὸ φυσικὸν, ſeu, quod naturale eſt, mutat: quod inſitione agricolarum præſtatur. Nemo enim ramum, niſi fallor, τὸν ἐμφυτευθέντα, hoc eſt, *inſititium*, naturalem eſſe dicat: neque hoc Apoſtolus exiſtimauit, cum vndecimo ad Romanos, ramos *inſititios* & *naturales* opponeret. vbi, *Quod ſi nonnulli rami defracti ſunt, tu vero oleaſter cum eſſes, illorum loco es inſitus, atque ita particeps radicis, ac pinguedinis oleæ factus es* &c. vbi naturales oleæ ramos, recte ἐμφύτους, non naturales, ſed inſitos, recte ἐμφυτευθέντας dicas. Quod enim *inſitum*, ſimul id quod naturale & quod arte inſitum, Romani dicant, linguæ defectus eſt. vt autem id, quod arte ac præter naturam arbori inſeritur, quod ἐμφυτεύεσθαι, ἐνοφθαλμίζεσθαι, ἐμβάλλεσθαι, ἐμφυλλίζεσθαι, & quo vtitur Apoſtolus, ἐγκεντρίζεσθαι dicitur, ſit ἐμφυόμενον aut ἔμφυτον, quis credat? non magis ſane quam in jure emphyteuta, à quo ager, quamdiu merces è conditione ſoluitur, ad dominum non redit, atque ita inſititius vel cultor vel poſſeſſor quaſi eſt, (quanquam non ignorem quas origines nonnulli adferant Iuriſconſulti) naturalis vel poſſeſſor eſt vel Dominus. Quomodo igitur ὁ ἔμφυτος καὶ ὁ ἐμφυτευθεὶς λόγος, idem erit, cum hæc recte opponantur? vt cum Halicarnaſſenſis Dionyſius, ſcriptor vere accuratus, ἐμφύτους τινὰς ἀρχὰς μαντικῆς, *naturalia quædam diuinationis principia*, in Attio Nauio, augure antiquo, fuiſſe dixit: neque aliter alii loquuntur. Quæ quis inſititia fuiſſe dicet? cum non aliud quam ἔμφυτον, naturalem ac quodammodo innatam illi diuinationem, dicat. Ἔμφυτον igitur, *quod non docetur, quod innaſcitur*: qualia nec affectata nec corrupta ſunt, & ſimpliciſſima. vt cum idem, cujus jam memini, autor, Spartanorum ἔμφυτον in Lyſia commendat virtutem. Eruditiſſimum Gloſſarium, Ἔμφυτον, *inſitum, ingenitum*: non, *inſititium, ingenitum*. Ἔμφυτος, *inſita, ingenita, innata*. Nec Helleniſtæ aliter. vt cum in Sapientia, quam Salomonis dicunt, ἔμφυτος dicitur κακία, quæ innaſcitur: plane vt ἔμφυτοι ἀρεταὶ, quæ ſingulis innatæ. Vnde inter cæteras poſteriores Græci ſiue commendationes ſiue adulationes, ἡ σὴ, vel, ἡ αὐτοῦ ἔμφυτος πρᾳότης, dicunt. vt cum Theorianus in Diſputatione cum Catholico, eo libro, quem Manuelis Comneni ad Armenios Legationem vulgo dicunt, Παρακαλῶ τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου δέχεσθαι τὸν ἡμέτερον λόγον μετὰ τῆς ἐμφύτου αὐτοῦ πρᾳότητος. *Peto, vt quæ ſum dicturus, pro inſita ac naturali ſua manſuetudine ac benignitate S.T. accipiat.* Quas autem turbas περὶ τοῦ ἐμφύτου λόγου mouerit Arrius, vt ſic alium τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ ἴδιον αὐτοῦ ſtatueret λόγον, ſciunt qui eundem legerunt autorem: quo & illum Iohannis locum, οἶδα αὐτὸν καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶ, *noui Patrem, ejuſque ſermonem ſeruo*, trahebat. Græci Scholiaſtæ, cum & ipſi, vt videtur, hærerent, τὸν ἔμφυτον λόγον, τὸν διακριτικὸν τοῦ βελτίονος καὶ τοῦ χείρονος, καθ' ὃν καὶ λογικοί ἐσμεν καὶ λεγόμεθα, *quo bonum diſcernimus à malo, à quo rationales & ſumus & dicimur*, interpretati ſunt. Cum de doctrina agi, etiam alii viderint: autor vero ipſe ſatis id confirmet, cum ſequitur, Γίνεσθε δὲ ποιηταὶ λόγου, καὶ μὴ μόνον ἀκροαταί. Videndum ergo fuerat, quid vrgeat, de quo item ante egerit Apoſtolus. Deum, nempe, quaſi veritatis verbo, in quo nihil fictum, nihil factum aut compoſitum, ſed omnia ſimplicia & pura ſunt, nos generaſſe. Vnde monet, vt omnibus abjectis ſordibus, omni, quam contraximus ipſi, fœditate, ad hunc reſpiciamus ſermonem: quem eâdem ratione λόγον ἔμφυτον vocat, quo λόγον ἀληθείας ante dixerat. Βουληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας, εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων. Quod vt fiat, ſed & quia puras eſſe oportet primitias quæ offeruntur, addit, Διὸ ἀποθέμενοι πᾶσαν ῥυπαρίαν καὶ περισσείαν κακίας, ἐν πρᾳΰτητι δέξασθε τὸν ἔμφυτον λόγον, τὸν δυνάμενον σῶσαι τὰς ψυχὰς ὑμῶν. Vt ante ergo λόγον ἀληθείας, quod jam dixi, ſiue ἀληθῆ, ita nunc eundem ἔμφυτον (quod Latini, *ingenuum*, hoc eſt, *natiuum, nec fucatum*, eleganter dicunt) Apoſtolus dixit. vt cum *fons ingenuus*, natura talis, poëtis dicitur. Quæ duo vt jungantur, adeo

vſitatum

vſitatum Græcis, vt ſermonem, quem ἀληθινὸν & ἀληθῆ, de quo multis Hermogenes & alii, etiam ἔμψυχον & ἐνδιάθετον, ſiue, ἔμφυτον λόγον, dicant. *In Ep. Iacob.* Hermogenes de Ideis lib. 1. ὁ ἐνδιάθετος, καὶ ἀληθὴς, καὶ οἷον ἔμψυχος λόγος, τὸ μὲν πλεῖστον ἔχει περὶ τὴν μέθοδον καὶ τὰ σχήματα, τήν τε λέξιν, καὶ ὅσα τούτοις ἕπεται. Ἔμφυτος ergo λόγος, vt ſi ἔμφυτον ἀρετὴν, ingenuam puramque ab omni affectatione aut corruptela, virtutem dicas. Et reuera, tale verbum Dei, quod ſine vllo interpretum fuco, nec corruptum, proponitur. quemadmodum & per ſe ἔμφυτον, quod ab omni labe ac corruptione omni alienum eſt. Ad quod excipiendum, jubet hominem, omnibus ſordibus, &, vt ipſe loquitur, ῥυπαρίᾳ depoſita, præparare animum: nec audire tantum, ſed exprimere id re ipſa, ac repræſentare. Veteres, cum non viderent, quomodo ἔμφυτον dicat, quem commendat, ſermonem, pro δέξασθε, ἐδέξασθε, legerunt, vt ex Beda patet. Syrus, *natura implantatum*, dixit. ita autem Dei ſermo, qui ἔμφυτος nunc dicitur, omni ſermoni, qui fermento vitiatus eſt humano, qualis Phariſæorum ille, de quo Matthæi 16. vſ. 6. Marci 8. vſ. 15. agitur, recte opponi poteſt. Eodem capite & illud legitur, ὅτι εἴ τις ἀκροατὴς λόγου ἐστὶ, καὶ οὐ *vſ. 23.* ποιητὴς, οὗτος ἔοικεν ἀνδρὶ, κατανοοῦντι τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ ἐν ἐσόπτρῳ. Vbi τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ, fere vt infra τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως αὐτοῦ, dixiſſe videtur. quomodo & poſteriores Græci loquuntur. Proclus ad Heſiodi Ἔργων B. Δεῖ οὖν τὴν ἔννοιαν ἔχοντα Θεοῦ, ἢ καθήμενον πληροῦν τὴν ἀνάγκην, ἢ πρὸς τοῖχόν τινα εἴσω τῆς αὐλῆς, οἷον ἀποκρύπτοντα τὸ αἶσχος τῆς φύσεως, καὶ ἐν παραβύστῳ πληροῦντα τὰ ἐλαττώματα τῆς γενέσεως. In adhibendo autem ſpeculo conſiderari duo ſolent: vultus, nempe, & imago. quorum ille, exhibet ſe, iſta exhibetur. Hanc εἰκόνα, illum, τὸ ἀρχέτυπον, vocare ſolent. Nyſſenus Homilia, qua eorum mortem qui in fide obierunt, minime lugendam docet, Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς ἐν τῷ κατόπτρῳ μορφῆς, ἡ εἰκὼν πρὸς τὸ ἀρχέτυπον σχηματίζεται· ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς χαρακτὴρ, τὸ ἔμπαλιν νενόηκα μέν. Ergo, τὸ τῆς γενέσεως πρόσωπον, eſt, τὸ ἀρχέτυπον: vultus ipſe, de quo ſpeculum conſulitur. quod πρωτότυπον Agapetus Diaconus dixit. Ὥσπερ τὰ ἀκριβῆ τῶν κατόπτρων τοιαύτας δείκνυσι τὰς τῶν προσώπων ἐμφάσεις, οἷάπερ ἐστὶ τὰ πρωτότυπα. *Sicut ſpecula, quæ accurata, ita vultus repræſentant, quales primi typi, hoc eſt, ipſi.*

Cap. II.

Locus, Εἰ μέν τοι νόμον τελεῖτε βασιλικόν. νόμος βασιλικὸς, *quis.* βασιλικόν. דבר מלכות. דרך המלך. *Locus,* Μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε. πολλοὶ διδάσκαλοι, *& quomodo dicatur.* πολὺς διδάσκαλος. ἐν λόγῳ οὐ πταίειν, *quid. Quem loquendi modum legeſque eleganter præſcripſerit Nyſſenus.* χαλιναγωγεῖν τὴν γλῶσσαν, *& quomodo dictum.* χαλινὸς *in corpore humano, quid. elegans veterum Hebræorum de ſilentio ac neceſſitate ejus, dictum.* μεγαλαυχεῖν, *& quomodo nonnunquam vſurpetur. Locus,* καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας. κόσμος τῆς ἀδικίας, *lingua quomodo dicatur. quomodo Helleniſtis ex vſu eorum nonnunquam vſurpetur* κόσμος. κόσμος, σκεῦος: *quo reſpexiſſe autor videatur, cum* γλῶσσαν τῆς ἀδικίας κόσμον *dixit. Locus,* καὶ φλογίζουσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως. τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ. τρόχος, *&* τροχός. *hic quomodo ſcribendum. Iſidori Peluſiotæ interpretatio.* πατέρες τῇ γενέσει. τῆς γενέσεως, *&* τῆς γενέσεως ἡμῶν, *diuerſa lectio.* γλῶσσα εὔτροχος. *De diſtinctione loci, & an recte nunc concepti pro diſtinctione illa verſus.*

CApite ſecundo cum dicitur, Εἰ μέν τοι νόμον τελεῖτε βασιλικὸν, κατὰ τὴν γρα- *Cap. II.*
φὴν, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτὸν, καλῶς ποιεῖτε, quis βασιλικὸς ſit νόμος, *vſ. 8.*
quæritur. Ejus, nempe, cujus & regnum: de quo vſ. 5. καὶ κληρονόμους τῆς βασιλείας ἧς ἐπηγγείλατο τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Qui ipſe eſt Rex Regum: ſub quo mendici ac diuites, & quidem jure æquali ac ἰσόνομοι. Νόμος igitur βασιλικὸς, eſt, quod βασιλικὸν Eſth. 1. 19. dicitur. Εἰ οὖν δοκεῖ τῷ βασιλεῖ, προσταξάτω βασιλικόν.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Ep. Iacob. vt potius ad דבר מלכות, *verbum*, ſiue, *edictum regium*, quod βασιλικὸν interpretantur Helleniſtæ, quam ad דרך המלך, ſiue, *viam regiam*, quod volunt eruditi, reſpexerit. Νόμος βασιλικὸς, νόμος βασιλείας: eo modo quo υἱοὶ βασιλείας nonnunquam dicuntur. notum enim, de quo regno agat. Sed & quod ſequitur, confirmat id quod dixi, Εἰ δὲ προσωποληπτεῖτε, ἁμαρτίαν ἐργάζεσθε, ἐλεγχόμενοι ὑπὸ τοῦ νόμου, ὡς παραβάται. Quæ autem illa lex eſt: qua προσωποληψία tollitur: quam Rex ille tulit, qui *mundi hujus pauperes, diuites in fide, & heredes regni ejus fecit*, de quo ſupra. & an non ſequentibus de Lege agit? ὅστις

Cap. III. γὰρ ὅλον τὸν νόμον τηρήσει, πταίσει δὲ ἐν ἑνὶ, γέγονε πάντων ἔνοχος. Capitis tertii initio

ℽſ. 1. cum dicitur, Μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε, ἀδελφοί μου, εἰδότες ὅτι μεῖζον κρῖμα ληψόμεθα, vetus interpres, *Nolite plures magiſtri fieri, fratres mei.* Recentior, *Ne eſtote multi doctores:* qui & mentem loci & interpretationis deinde addit. Quæ neſcio an ſatis ſequentibus conueniat; cum aliud agere nunc videatur autor: Ne quis temere, videlicet, doctoris ſibi titulum aſſumat ac nomen, aut magnus ſibi videatur doctor. Quare? cauſam addit. Πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες. vt, non tam multitudinem, ſic notet, quam τὸ רב alludat: à quo nomen doctoris tituluſque, vulgo, ſcilicet, tum vſitatus: quomodo & τὸ πολὺς vſurpant Græci. quod non ignorat, qui, quid πολὺς τὴν σοφίαν ſit, non neſcit: eo, nempe, modo, quo &, πολλοὶ τὰ θεῖα, priſci Theologi dicuntur: vt cum ὁ πολὺς τὰ θεῖα Γρηγόριος Theoriano dicitur: & Apoſtolus, ὅτι οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα. vnde & Rabbi. Vt ſic idem vetet hic, quod Dominus, cum dixit, Ὑμεῖς δὲ μὴ κληθῆτε Ῥαββὶ, ſed & quis ὁ πολὺς ſit διδάσκαλος, oſtendat. Quis autem? εἴ τις ἐν λόγῳ οὐ πταίει. Atque vt interpretetur quod dixit, οὗτος πλεῖος ἀνὴρ inquit. quaſi οὗτος πολὺς διδάσκαλος, dicat: quod nihil ad eorum multitudinem qui docent. Et vt ibi Dominus, ὁ δὲ μείζων ὑμῶν, ἔσται ὑμῶν διάκονος, ita hic, ὅτι ὁ πολὺς διδάσκαλος μεῖζον κρῖμα λήψεται. hoc eſt, ὁ μέγας διδάσκαλος, qui talis videtur, nempe, ſibi. Quomodo & vulgo loquuntur Helleniſtæ. Ita תהום רבה ἄβυσσος πολλή. Amoſ. 7. ℽſ. 4. vt nonnunquam & τὸ גדול, quod eſt μέγας, interpretantur. Vult ergo, אל יהיו מלמדים רבים, μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε. vnde ambiguitas. Adde, quod ſic ipſum, de quo agimus nunc, nomen, cum expreſſa magnitudine vſurpatum, ad ſupremi contumeliam Doctoris abit. Neque aliter Kimchio & Magiſtris, רבים התורה, πολλοὶ ἐν τῷ νόμῳ, ipſi Magiſtri & Legis interpretes, dicuntur: ſed & Iobi 32. 9. Οὐχ οἱ πολλοὶ σοφοὶ, רבים. vbi tamen Helleniſtæ πολυχρόνιοι, alii, *honorabiles*, aut, *magnates.* Forte & in eodem aut perſiſtit, aut eodem reſpexit, cum dixit, πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες, hoc eſt, μεγάλα: vt dicat, Μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε· πολλὰ γὰρ πταίομεν

ℽſ. 2. ἅπαντες. Sequitur, εἴ τις ἐν λόγῳ οὐ πταίει. Quid autem ſit ἐν λόγῳ οὐ πταίειν, non *peccare in verbis*, aut, *ſermone*, pauciſſimis Homilia Περὶ εὐποιίας definit Nyſſenus: qui, Μὴ λαλεῖν, inquit, τὰ μάταια, εἰδέναι καιρὸν καὶ μέτρα, καὶ λόγον ἀναγκαῖον, καὶ ἀπόκρισιν εὔστοχον· μὴ λαλεῖν ἀρρύθμως, μὴ χαλαζοῦν τοῦ ἐντυγχάνοντας τῇ σφοδρότητι. *Non loqui vana, tempus modumque loquendi, quid ſit dictu neceſſarium, quomodo appoſite ſit reſpondendum, ſcire: non inſcite loqui, nec ſermone vehementi percellere eos cum quibus agis.* Vnde & qui moderari linguæ nouit,

Ibid. δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα, hic dicitur. cum τὸ χαλιναγωγεῖν, de reliquis humani corporis partibus improprie, de lingua autem proprie dicatur. quod & ex Anatomis, vt arbitror, veteribus Nyſſenus obſeruauit: qui χαλινὸν, ſeu, *frænum*, linguæ partem dici notat: ὁ λεπτότατος, inquit, ὑμὴν ὁ ὑποδεσμῶν αὐτῇ τῇ γλώττῃ τὴν κάτω γένυν, χαλινὸς λέγεται, ἵνα μὴ ἅπαντα καὶ ἀνοικονόμητα φθέγγηται, *ita illam linguæ, ſeu partem, ſeu, tenuiſſimam dici pelliculam, quæ inferiorem illi jungit maxillam, vt loquendo lex ponatur ac modus.* quanuis de hac parte, non eodem modo omnes. Cum autem eum qui moderari linguæ poteſt, etiam vniuerſo poſſe corpori ait, fieri poteſt, vt nobiliſſimum illud, quod à veteribus Hebræis vſurpatur, dictum, in vſu & tum fuerit.

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
40 E 1

qui *ante omnia pauciloqium præcepiſſe ſuis ſapientes* ajunt. quod *vtilius ſilentio, etiam corpori, exiſtimarent: cum ne corpus quidem eſſe ei videatur, qui ſilere neſcit.* מנע חכמים דבור הרבה ואמרו לא מצאתי לגוף טוב משתיקה ואין גוף אלא מי שיש בו שתיקה. Eodem capite cum legitur, Οὕτω καὶ ἡ γλῶσσα μικρὸν μέλος ἐστὶ καὶ μεγαλαυχεῖ, nemo quidem ignorare poteſt, τὸ μεγαλαυχεῖν, quia proprie verba ſpectat, recte de lingua dici: neque tamen dubitandum, quin plus dixerit Apoſtolus; ideoq; ſic accipiendum, quomodo ab Helleniſtis, cum τὸ גבה interpretantur: qui ad facta quoque id aut flagitia, quæ ὑπερήφανα dicuntur, & ἑκούσια, non ad voces tantum referunt aut verba. Fidem vel vnus Ezechielis cap. 16. ℣ſ. 50. fecerit locus, Καὶ ἐμεγαλαύχουν, καὶ ἐποίησαν ἀνομήματα ἐνώπιόν μου. Sophoniæ item 3. 11. Καὶ οὐκέτι οὐ μὴ προσθῇς μεγαλαυχῆσαι. quomodo & hic fortaſſe μεγαλαυχεῖ, dixit, ac ſi, πολλὰ καὶ μεγάλα πταίει, *magna committit peccata*, vt Apoſtoli ejuſdem verbis vtar, dixiſſet. Sequitur, καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας. vbi non ſine cauſa quæri poteſt, quare linguam, κόσμον τῆς ἀδικίας, autor dixerit. Quid ſi autem inſtrumentum hic ſit κόσμος? quomodo & Helleniſtæ aliquando. cum ἐπάλληλος ſignificationum mutatio, Helleniſtarum quaſi ſit propria. quod quomodo & quoties ab illis in vtroque fiat Fœdere, & fuſe, niſi fallor, neque ſemel ſupra diximus. Τὸ כלי, exempli cauſa, denotat τὸ σκεῦος, ſed & denotat τὸν κόσμον, ſiue ornatum, quo vel viri vel fœminæ vtuntur: ergo κόσμος, idem denotat quod σκεῦος, vel pro eo ponitur. Σκεῦος autem Hebræorum more, vas aut inſtrumentum. quemadmodum pharetra & arcus, σκεύη venationis Geneſ. 27. ℣ſ. 3. dicuntur. Ita τὸ ספר ſeriem generis notat & βίβλον: ergo ſeriem generis notat βίβλος. vnde illud, Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. Perpetuum autem eſſe id illis norunt, qui ſcribendi rationem iis vſitatam non ignorant. & jam alii notarunt. Nec pugnabo tamen ſi quis reſpexiſſe ad locum Prouerb. 15. ℣ſ. 2. dicat: vbi in Hebræo, לשון חכמים תיטיב דעת, quod vulgo, *lingua ſapientum ornat ſcientiam.* hoc eſt, γλῶσσα σοφῶν, κόσμος τῆς ἐπιστήμης. vbi Chaldæus certe, ἡ γλῶσσα κοσμεῖ, quod eſt κόσμος ἐστι. Vt vrbane ſic quod ibi dicitur, hic nunc inuertatur: & quemadmodum ibi γλῶσσα σοφῶν, κόσμος τῆς ἐπιστήμης, ita lingua hic eadem, ſed improborum, κόσμος ἀδικίας dicatur. tantum abeſt, vt *mundum*, aut *vniuerſitatem*, locum hic habere exiſtimem. Syrus certe ſenſu alio, qui voce עלמא vſus, *& mundus peccati velut ramus eſt*, hic dixit. vt Scholaſticos omittam, qui de vniuerſitate injuſtitiæ, quam linguæ tribuunt, mirifice philoſophantur ſane: antiquum ſecuti, nempe, interpretem, qui *iniquitatis vniuerſitatem* dixit. Ibidem ſequitur, καὶ φλογίζουσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως ἡμῶν. Qui locus erudita animaduerſione dignus. Γένεσις Iacobo eſt ἡ φύσις, *natura*, ſiue, quod proprium vnicuique. vt cum πρόσωπον τῆς γενέσεως, *vultum ipſum*, dixit. Οὗτος ἔοικεν ἀνδρὶ κατανοοῦντι τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ ἐν ἐσόπτρῳ. vbi τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως, *vultus proprius, vultus naturalis, vultus ſuus*: ejus, ſcilicet, qui eum contemplatur, quemadmodum ibi diximus. atque ita, τρόχος τῆς γενέσεως, legamus, non vt vulgo expreſſerunt τροχὸς, qui *natiuitatis*, vel, *genituræ, rotam*, interpretati ſunt: quaſi de geneſi genethliacorum, aut neſcio qua rota, agatur. Quemadmodum Peluſiota Iſidorus, ad curriculum temporis id rettulit: qui τροχὸν τῆς γενέσεως, τὸ κυκλοειδὲς τοῦ χρόνου σχῆμα, *circularem temporis formam, vocari*, vult. Διὰ τοῦτο, inquit, ποῆ μὲν στέφανον ἐνιαυτοῦ, ποῆ δὲ τροχὸν γενέσεως, ἐκάλεσεν ἡ γραφή. lib. 1. Epiſt. 4. Sed & alibi, lib. 2. nempe Epiſt. 158. cum hunc interpretatur locum, ὑπὸ τῆς γλώσσης συγχεῖσθαι τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν, *à lingua vitæ noſtræ tempus conturbari*, ait. cauſamque addit, τροχοειδὴς γὰρ ὁ χρόνος εἰς ἑαυτὸν ἀνακυκλούμενος. *rotæ enim inſtar tempus, cum in ſeſe voluitur.* argumentum autem quo vtitur præcipuum, quod eodem modo στέφανος à Scriptura annus dicitur: quia Helleniſtæ, nempe, εὐλογήσεις τὸν στέφανον τοῦ ἐνιαυτοῦ, quod in Hebræo eſt, ἐστεφάνωσας τὸν ἐνιαυτὸν, dixerunt. quaſi non ita melius τρόχον τῆς γενέσεως, *vitæ curſum*, aut, *naturæ*, dixiſ-

IN EP. IACOB.

IN EP. IACOB.

dixiſſet. Siquidem τῆς γενέσεως, *quod, cuique proprium & naturale eſt*, autori huic, vt dixi. Quod & Helleniſtis vſitatum: pene, vt Syrachides πατέρας τῇ γενέσει, *patres* dixit *proprios*. Αἰνέσωμεν δὴ ἄνδρας ἐνδόξους, καὶ τοὺς πατέρας ἡμῶν τῇ γενέσει. c. 44. 1. Ne quid diſſimulem tamen, in nonnullis codicibus, τῆς γενέσεως, non τῆς γενέσεως ἡμῶν, ſcribi ſcio: quod & Robertus Stephanus notauit. vt ſit, τῆς γενέσεως αὐτῆς, atque ad ipſam referatur linguam, de qua agitur: ac ſic, quæ maledica ac ſtolida, φλογίζειν τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως αὐτῆς, *volubilitatem ſuam*, ſiue, *propriam ac naturalem, magis magiſque inflammare atque accendere*, dicatur. Linguæ autem volubilitatem, ſiue τροχὸν, tribui, tam notum eſt, vt nemo neſciat: minime autem omnium, qui, εὔτροχον, idcirco dici meminerunt. Neque ignotum illud Euripidis, Σὺ δ' εὔτροχον μὲν γλῶσσαν, ὡς φρονῶν, ἔχεις· Ἐν τοῖς λόγοισι δ' οὐκ ἔνεισί σοι φρένες. vt hoc nunc dicat autor, *linguam talem, partim propriam & naturalem ſuam, quam habet, volubilitatem, inflammare ac augere, partim à gehenna accendi*. Quanquam & τροχὸν abſolute ab Helleniſtis de terrarum orbe poni, cum τὸ גלגל exprimunt, alibi ſcio: vbi, nimirum, φωνὴ βροντῆς σου ἐν τῷ τροχῷ, dicitur: quod eſt, ἐν τῷ κόσμῳ, niſi de aëre accipias. Sed nec abſolute dixit, τροχὸν, aut, τροχόν: quod autem τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως, dixit, tale eſt, quale τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ, vt dixi. Iam autem, ne diſſimulare quidem illud poſſum, ipſum hunc fortaſſe, de quo agimus nunc, locum, haud diſtincte ſatis, pro recepta ratione verſuum ab iis editum qui hos ordinarunt primi. Cum ita potius conſtituendus videatur, vt ab illis, Ἰδοὺ ὀλίγον, quarti initium fiat verſus: ea autem quæ ſequuntur, παρενθήκῃ includantur. hoc, nimirum, modo: 4. Ἰδοὺ, καὶ τὰ πλοῖα, τηλικαῦτα ὄντα, καὶ ὑπὸ σκληρῶν ἀνέμων ἐλαυνόμενα, μετάγεται ὑπὸ ἐλαχίστου πηδαλίου, ὅπου ἂν ἡ ὁρμὴ τοῦ εὐθύνοντος βούληται. 5. Οὕτω καὶ ἡ γλῶσσα μικρὸν μέλος ἐστὶ, καὶ μεγαλαυχεῖ. 6. Ἰδοὺ ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει (καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας). 7. Οὕτως ἡ γλῶσσα καθίσταται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, ἡ σπιλοῦσα ὅλον τὸ σῶμα. & quæ ſequuntur. Cohærent enim manifeſte iſta, Ἰδοὺ ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει, cum illis, Οὕτως ἡ γλῶσσα καθίσταται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν: vt ſuperiorum hæc ſit ἀνταπόδοσις. Sicut ignis, inquit, exiguus, ingentem accendit materiem, ita lingua, cum exigua præ cæteris ſit membris, totum corpus polluit. Vt ita mens ſit, *Quemadmodum naues, tantæ cum ſint & à validis agantur ventis, à gubernaculo circumaguntur minimo, quocunque viſum fuerit rectori: ita membrum lingua exiguum, magnifice ſe effert. Ecce paruus ignis, quantam materiam accendit (nam & lingua ignis, inſtrumentumque: vulgo, vniuerſitas*, aut, *mundus: injuſtitiæ eſt). Eundem, dico, locum, inter membra noſtra lingua tenet: ipſa impetum accendens ſuum, & accenſa à gehenna.*

CAP. III.

Locus, Ἐπιθυμεῖτε καὶ οὐκ ἔχετε, φονεύετε καὶ ζηλοῦτε. *an* φθονεῖτε *legendum*. φονεύειν *quid Helleniſtis*. φονεύειν, φονᾶν. *Locus*, Πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα ὃ κατῴκησεν ἐν ὑμῖν. *Epiſtolam Iacobi, à quibuſdam, teſtibus nonnullis, olim non receptam ab Eccleſiis. Scripta ejuſmodi negligenter habita. De loco jam dicto quid ſentiendum.* Διάνοιαν, *ſeu ſenſum loci, non verba, adduci. Eraſmi ſententia. Thomæ, & Scholaſticorum, etiam Carthuſiani.* Φθόνος Κυρίου, *& quis.* παροργισμὸς Κυρίου. *Hieroſolymitana calamitas,* ὀργὴ *dicta.* παροργίζειν τὸν Κύριον. *Loci totius interpretatio, & quo reſpexerit. Locus*, Εἰδότι οὖν καλὸν ποιεῖν καὶ μὴ ποιοῦντι, ἁμαρτία αὐτῷ ἐστιν. *peccatum* ἑκούσιον. ὑπερηφανίας *peccatum.* ἐν χειρὶ ὑπερηφανίας ποιεῖν. ἁμάρτημα *excellenter dictum.* ἀγνοήματα. *Locus*, Ὁ χρυσὸς ὑμῶν καὶ ὁ ἄργυρος κατίωται, *&c.* καὶ φάγεται τὰς σάρκας ὑμῶν ὡς πῦρ· ἐθησαυρίσατε ἐν ἐσχάταις ἡμέραις, *& de diſtinctione loci.* θησαυρίζειν κακά. τρέφειν τὰς καρδίας ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς. *Locus*, Ἐτρυφήσατε ἐπὶ τῆς γῆς καὶ ἐσπαταλήσατε· ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς. ἡμέρα σφαγῆς. σφαγή. *Locus*, Μὴ στενάζετε

κατ'

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
40 E 1

κατ' ἀλλήλων, ἀδελφοί. στενάζετε κατ' ἀλλήλων. στενάζειν. Locus, ἤτω δὲ ὑμῶν τὸ In Ep.
ναὶ ναί, καὶ τὸ οὒ οὔ. ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν πέσητε, & an non vera lectio, ἵνα μὴ εἰς ὑπό- Iacob.
κρισιν πέσητε. ὑποκριτής, Syrorum חנף.

CApite quarto cum legitur, Ἐπιθυμεῖτε, καὶ οὐκ ἔχετε· φονεύετε καὶ ζηλοῦτε, me- Cap.
tuo, ne præpropere nimis, codicum Græcorum lectionem eruditi im- IV.
mutarint, qui φθονεῖτε hoc loco, pro, φονεύετε, repoſuerunt. Agit de ℣ſ. 2.
peruerſis hominum cupiditatibus, quæ finem ſuum raro, aut plerunque non,
aſſequuntur. inter quos ſunt οἱ φονεύοντες: non qui occidunt, ſed qui mortem
vt plurimum aut alienam optant, aut qui vitæ alienæ imminent. vt cum
Pſalmo 62. 3. Ἕως πότε ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἄνθρωπον; φονεύετε πάντες ὑμεῖς. Ita enim
Helleniſtæ, ſuum ſecuti judicium, non eos qui aliter id acceperunt. Eſt igi-
tur φονεύειν, quod φονᾶν vulgo dicunt Græci. Nemo autem minus finem aſ-
ſequitur plerunque, quam qui alienam optat, nec expectat, mortem. Eo-
dem capite & illud legitur, Ἢ δοκεῖτε ὅτι κενῶς ἡ γραφὴ λέγει, πρὸς φθόνον ἐπι- ℣ſ. 5.
ποθεῖ τὸ πνεῦμα, ὃ κατῴκησεν ἐν ἡμῖν; Certum autem, nulla magis ſcripta à vete-
ribus neglecta eſſe, quam quæ vetus non recepit, aut de quibus dubitauit,
Eccleſia. Inter quæ Epiſtolam fuiſſe Iacobi, quam Catholicarum primam
dicimus, vel ex Hieronymo Euſebioque notum eſt. Qui ita libro Hiſtoriæ
Eccleſiaſticæ 2. Τοιαῦτα καὶ τὰ κατὰ Ἰάκωβον· οὗ ἡ πρώτη τῶν καθολικῶν ὀνομαζομένων
ἐπιστολῶν εἶναι λέγεται. Ἰστέον δὲ ὡς εἰ νοθεύεται μέν· οὐ πολλοὶ γοῦν τῶν πάλαι αὐτῆς ἐμνημό-
νευσαν, ὡς οὐδὲ τῆς λεγομένης Ἰούδα, μιᾶς καὶ αὐτῆς οὔσης τῶν ἑπτὰ λεγομένων καθολικῶν· ὅμως
δ' ἴσμεν καὶ ταύτας μετὰ τῶν λοιπῶν, ἐν πλείσταις δεδημοσιευμένας ἐκκλησίαις. *Hæc ſunt,*
quæ de Iacobo traduntur: cujus ea, quæ inter Catholicas prima eſſe dicitur Epiſto-
la. Quæ adulterina licet habeatur: pauci quidem certe ex antiquis ejus memine-
runt, quemadmodum nec ejus quæ Iudæ nunc aſſcribitur, cum & ipſa vna ſit è
ſeptem illis quæ Catholicæ dicuntur: eas interim cum reliquis in plurimis publice
receptas nouimus eccleſiis. Quare plurimis in locis, aut non ſatis recte diſtin-
ctam, aut non ſatis excuſſam fuiſſe, minus mirum eſt. Affirmare tamen poſ-
ſumus, vix eſſe locum in quo minus neruos intenderunt veteres, ideoque
magis æſtuarunt & recentiores. Ita vt Eraſmus plauſtra, interpretationi-
bus onuſta, à Theologis in eum non optimo ſucceſſu ſcripta dicat. Videa-
mus ergo, quid & ipſi hic poſſimus. De mœchis meretricibuſque, ac cæteris,
qui in voluptatum cœno volutantur, egerat Apoſtolus. De quibus non ſine
maxima grauiſſimaque cauſa dixit, Sequi eos ac perpetuo hærere iis quæ
à mundo maxime probantur: qualia ſunt omnia quæ carni grata. Cogitan-
dum autem iis eſſe, quæ accepta mundo ſunt ac grata, Deo inimica eſſe.
vnde ſequi illud; eum qui ſectatur ea quæ accepta mundo, fieri non poſſe
quin inimicus fiat Deo. Qua occaſione infert, *An exiſtimatis, fruſtra à Scriptu-*
ra dictum, Ad inuidiam deſiderat ſpiritus qui habitat in vobis? Quibus verbis,
non adducit ῥῆσιν, ſiue locum, qui non extat, ſed διάνοιαν, ſeu ſenſum loci ac
ſententiam, quæ extat. neque mirum ſane, ſi, τὸ ὅτι, quod plerunque ſenſui aut
τῇ διανοίᾳ ſeruit, hic omiſit, quia jam præceſſit. Quid ſit autem, *ad inuidiam*
ferri, primo omnium docere eruditi nos debuerant. Eraſmus, *Mihi ſenſus*
hic potiſſimum probatur, Spiritus hominis mundo deditus, ſibi inuidet, ſed Deus
copioſius impertit ſuam gratiam quam ipſi cupiamus. Quæ nondum ſatis video
quem locum hic habere poſſint. adde quod abſurdum & ἀθεολόγητον videtur,
Deum iis impertire gratiam, qui ſibi inuident, hoc eſt, qui mundo ſunt de-
diti. Quomodo enim iis, quos hic hoſtes ſuos manifeſte vocat, gratiam im-
pertit? Præceſſit autem, Μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες, οὐκ οἴδατε ὅτι ἡ φιλία τοῦ κόσμου,
ἔχθρα τοῦ Θεοῦ ἐστιν; ὃς ἂν οὖν βουληθῇ φίλος εἶναι τοῦ κόσμου, ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ καθίσταται.
Recentiores Theologi, peculiariter inuidiæ meminiſſe ajunt, vt reſpi-
ciat ad ſcopum: quia capite ſuperiori de inuidia, vt notant, egerat. Verſu

IN EP. enim 14. & 16. Εἰ δὲ ζῆλον πικρὸν ἔχετε καὶ ἐριθείαν ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν, μὴ κατακαυχᾶ-
IACOB. σθε καὶ ψεύδεσθε κατὰ τῆς ἀληθείας. Deinde, ὅπου γὰρ ζῆλος καὶ ἐριθεία, ἐκεῖ ἀκαταστα-
σία καὶ πᾶν φαῦλον πρᾶγμα. Sed quid hoc ad τοὺς μοιχοὺς καὶ μοιχαλίδας, ſiue,
adulteros adulteraſque, de quibus agitur? Mirifice Scholaſtici & Thomas,
qui vno modo, de Spiritu ſancto, alio modo, de humano, accipi poſſe, ait:
cum quibus fere eadem Carthuſianus: ſed nec venerabilis Beda, ſi quid
video, nos juuat. Primo igitur ſciendum erat, φθόνον, more Hebræorum,
קנאה hic eſſe. quemadmodum ab illis accipitur, cum iram Dei quæ pecca-
tis excitatur קנאת יהוה, φθόνος Κυρίου, ſiue, παροργισμὸς Κυρίου, dicitur: de quo
tota loquitur ſcriptura. vt cum καὶ παρώργισαν τὸν Μωϋσῆν. Pſalmo 106. vbi pro
יקנאו, quod eſt, πρὸς φθόνον ἤγαγον, in Hebræo: vt ſic πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖν, πρὸς
φθόνον Κυρίου ἐπιποθεῖν, ſit. Nam ἐπιθυμίαν, innatam hominis corruptionem,
quicquid, nempe, יצרא בישא dicitur Chaldæis, deſignare, nouum non eſt.
nec ἐπιποθεῖν, quod ἐπιθυμεῖν alias, nonnunquam dici Helleniſtis: vt cum,
καὶ ἐπὶ ἅρπαγμα μὴ ἐπιποθεῖτε Pſalmo 62. 11. dicitur. Πρὸς φθόνον igitur, τοῦ Θεοῦ,
ἐπιποθεῖν dixit: quemadmodum Hieroſolymitanam calamitatem elliptice,
ὀργὴν dixit Lucas: vt τὸ Θεοῦ intelligatur. Ἔσται γὰρ ἀνάγκη μεγάλη ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ
ὀργὴ ἐν τῷ λαῷ τούτῳ. 21. 23. An ergo ignoratis, inquit, paſſim à ſcriptura dici:
Quid? ὅτι τὸ πνεῦμα ὃ ἐν ἀνθρώποις κατῴκησε, πρὸς φθόνον Κυρίου ἐπιθυμεῖ. *ſpiritum*
hominis, aut, *qui habitat in homine, aduerſus Deum, & cum indignatione ejus,*
cupiditates ſuas exercere. quod eſt, παροργίζειν τὸν Κύριον, *ad iram prouocare Do-*
minum, vt efficaciter loquuntur Helleniſtæ: ſiue, *inimicitias inter hominem*
conciliare & Deum. Ac deinde, ἀπὸ κοινοῦ, Ἢ δοκεῖτε; Quid autem? ὅτι μείζονα δίδωσι
χάριν; διὸ λέγει, ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν; *An putatis*
eum fruſtra majorem polliceri gratiam? Vt locus, quem tangit, cum altero ſe-
quenti, is ſit, qui partim Prouerb. c. 4. ℣ſ. 9. extat, *Dabit capiti tuo augmentum*
gratiæ, quod eſſet, μείζονα δὲ τῇ σῇ κεφαλῇ δώσει χάριν, partim apud eun-
dem 3. 34. *Profecto illuſoribus ipſe illudit, & humilibus dat gratiam.* Κύριος
ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν: ac ſic totius loci ſenſus hic ſit:
Mœchi ac mœchæ, an neſcitis, mundi amicitiam, inimicitias cum Deo eſſe? An pu-
tatis, fruſtra à Scriptura dici, ad irritandum Deum concupiſcere eum ſpiritum
qui eſt in nobis? An vero fruſtra majorem dari ab eo aut promitti gratiam exiſti-
matis? Minime vero. Inimicos enim vere odit: quemadmodum cum dicitur, Do-
minus ſuperbis ſe opponit, humilibus dat gratiam. Ejuſdem capitis concluſio,
℣ſ.17. talis eſt: Εἰδότι οὖν καλὸν ποιεῖν, καὶ μὴ ποιοῦντι, ἁμαρτία αὐτῷ ἐστιν. Vbi quæri merito
ab eruditis poteſt, quare, poſtquam ἀλαζονείας πέρι egit, ſubjungat, *Igitur qui*
recte norit facere nec facit, peccato tenetur. Sciunt, qui veteres legerunt, pec-
catum ἑκούσιον ſeu, *voluntarium*, id illis eſſe, quod Hebræis רמה, ἀλαζονεία di-
citur nonnunquam Helleniſtis: quod qui committunt, Ambroſius, & qui
eum ſecuti ſunt, *ſponte peccantes*, dixerunt. Quemadmodum hic de eo agit,
quod τῷ ἀκουσίῳ opponitur, quodque Num. 15. 30. ἐν χειρὶ ὑπερηφανίας, ſeu,
ποιεῖν ἐν χειρὶ ὑπερηφανίας, ſed & excellenter ἁμάρτημα dicitur. cui nonnun-
quam ἀγνόημα ab Helleniſtis opponitur: vt in illo, ἀφίεμεν δὲ τὰ ἀγνοήματα καὶ
CAP.V. τὰ ἁμαρτήματα ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. Sequenti capite non procul ab initio locus
℣ſ. 3. ille extat, Ὁ χρυσὸς ὑμῶν καὶ ὁ ἄργυρος κατίωται, καὶ ὁ ἰὸς αὐτῶν εἰς μαρτύριον ὑμῖν ἔσται, καὶ
φάγεται τὰς σάρκας ὑμῶν ὡς πῦρ· ἐθησαυρίσατε ἐν ἐσχάταις ἡμέραις. Vbi non negabo
parum ſatisfacere hanc hujus loci diſtinctionem nobis, ac cum iis potius
ſentire, qui illa, ὡς πῦρ ἐθησαυρίσατε ἐν ἐσχάταις ἡμέραις, inter quos & Syrus, con-
jungunt. vt mens ſit, ἐθησαυρίσατε ὡς πῦρ, vel πῦρ, vt alii legunt, εἰς ἐσχάτας ἡμέ-
ρας, vel ἐσχάτην ἡμέραν. qua enallage nihil vſitatius. Quemadmodum hoc
ipſo capite cum dicitur, ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς. hoc eſt,
εἰς ἡμέραν σφαγῆς: ab animalibus quæ ſaginantur, vt mactentur; quales porci
& ſimilia. Porro θησαυρίζειν κακὰ quid ſit, non ignorant qui in Helleniſtis
verſati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

verſati ſunt: quo & illi peculiariter vtuntur. Et quid ſi θησαυρίζειν πῦρ, ipſe Sapiens, ad cujus locos paſſim reſpicit hic Apoſtolus, ante eum dixit? certe cap. 16. ℣ſ. 27. Ἀνὴρ ἄφρων ὀρύσσει ἑαυτῷ κακά, ἐπὶ δὲ τῶν ἑαυτοῦ χειλέων θησαυρίζει πῦρ. vbi θησαυρίζει πῦρ habes: quod diſtinctionem noſtram hic confirmat. Quid igitur mirum, ſi, qui impius eſt ac iram prouocat diuinam, in poſtremum diem, qui de vita actionibuſque ſtatuet humanis (vel, poſtremos vitæ dies) colligere ignem ſibi ac reponere dicatur? Paulo poſt ſequitur, Ἐτρυφήσατε ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐσπαταλήσατε· ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς. vbi eruditus interpres, *nutriuiſtis corda veſtra, vt in die epuli.* quod probare non poſſum. Quis enim cum vel ἡμέρα σφαγῆς, vel πρόβατα σφαγῆς, hoc ſenſu occurrit, *oues epuli*, aut, *diem epuli* dicat? Et quis ita apud Ieremiam vertere auſit, cum de impiis dixit, συνάγαγε αὐτοὺς ὡς ποιμνίον εἰς θυσίαν, καὶ ἅγνισον αὐτοὺς εἰς ἡμέραν σφαγῆς. quod & de hominibus qui è medio tolluntur vſurpatur: qui tamen nihil ad epulum. Notum illud Iobi, ἐὰν δὲ πολλοὶ γένωνται οἱ υἱοὶ αὐτῶν, εἰς σφαγὴν ἔσονται. Et familiare eſt quod dicit. Sicut pecudes mactationi deſtinatæ, vorant cupide quæ apponuntur, eoque auidius quo magis ſaginantur; de exitio ſecuri, ac de illo in quem ſaginantur die: ita impii cor omni voluptate replent, nec de die cogitant qui inſtat: quo mactandi ſunt, nimirum. quemadmodum ne illis aſſentior quidem, qui in Syro diem דנכסתא, *epuli*, non, *occiſionis* aut *mactationis*, interpretantur. Eodem capite cum dicitur, Μὴ στενάζετε κατ' ἀλλήλων, ἀδελφοί, ἵνα μὴ κατακριθῆτε, quid ſit, στενάζειν, cogitandum eſt. de quo nos ad Marci illud, ἐστέναξε, καὶ λέγει αὐτῷ. Idem, ſcilicet, quod Hebræorum זעק, quod, *clamorem edere.* vt rixam ac contentionem ſic eorum notet, qui per iſtos gradus ad judicia ac forum veniunt: vbi alter ſaltem cadat, neceſſe eſt. Tale eſt, Εἰ ἐπ' ἐμοί ποτε ἡ γῆ ἐστέναξε, Iobi 31. ℣ſ. 38. vbi verbum quod dixi habes. Quare nec neceſſe erat, vt de gemitu ſolliciti hic eſſent eruditi. & cur non, *Ne clamore ac rixis inter vos contendite*, aut, *committamini?* Eodem capite cum legitur, ἤτω δὲ ὑμῶν τὸ ναί, ναί, καὶ τὸ οὔ, οὔ· ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν πέσητε, nihil erat cauſæ, quare eum locum mutandum judicarent eruditi: qui ὑπὸ κρίσιν, pro εἰς ὑπόκρισιν expreſſerunt. nam ὑποκριτὴς, qui falſum dicit, ὑποκριτὴς, qui falſum jurat. Cujus generis cauillatoria ea juramenta erant, de quibus egit. nos autem ad Matthæum fuſius. Adde, quod qui facile ac ſæpe quiduis jurat, facile mentitur, facile & peierat: quod eſt εἰς ὑπόκρισιν πίπτειν. Vnde Prouerb. 30. 8, 9. qui locus plane huc facit, Σύνταξον δέ μοι τὰ δέοντα καὶ τὰ αὐτάρκη, ἵνα μὴ πλησθεὶς ψευδὴς γένωμαι, καὶ εἴπω, τίς με ὁρᾷ; ἢ πενωθεὶς κλέψω, καὶ ὀμόσω τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου. Notum, quid ſit חנף, & quam late ſe extendat: inprimis vero ad perjuros καὶ ψευδολόγους. nec ignotum illud Apoſtoli, ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, 1 ad Timoth. 4. 2.

In Ep. Iacob.

℣ſ. 5.

℣ſ. 9.

℣ſ. 12.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Capita Epiſtolæ Petri I.

α'. Περὶ τοῦ ἐν Χριστῷ ἀναγεννήσεως· καὶ περὶ ὑπομονῆς πειρασμῶν· καὶ περὶ σωτηριώδους πίστεως, προκαταγγελμένης ὑπὸ τῶν προφητῶν.

β'. Περὶ ἐλπίδος καὶ ἁγιασμοῦ· τῆς τε ὀφειλομένης ἐπὶ τῇ υἱοθεσίᾳ ἀσφαλοῦς ἀναστροφῆς.

γ'. Περὶ τοῦ ἐπαξίως τῆς υἱοθεσίας ζῇν ἐν Χριστῷ, πρὸς ὠφέλειαν καὶ τῶν ἔξωθεν, εἰς δόξαν Θεοῦ.

δ'. Περὶ τῆς πρὸς ἄρχοντας ὑποταγῆς καὶ φιλαδελφίας καὶ θεοσεβείας. ἐν ᾧ, περὶ δούλων ὑποταγῆς καὶ ἀνεξικάκου ὑπομονῆς διὰ Χριστόν. περὶ ὑπακοῆς γυναικῶν, καὶ ὁμονοίας τῆς πρὸς τοὺς ἄνδρας, καὶ σωτηρίας τῆς ἐν πνεύματι εἰς τύπον Σάῤῥας. περὶ τῆς ἀνδρῶν πρὸς γυναῖκας συμπεριφορᾶς. περὶ τῆς πρὸς ἅπαντας ἐπιεικοῦς ἀνεξικακίας, ἧς τύπος ἦν ἡ ἐπὶ Νῶε τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία, ἐφ' ἡμᾶς δὲ ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματος τοῦ Χριστοῦ συμπάθεια.

ε'. Περὶ ἀποθέσεως φαύλων πράξεων, καὶ ἐπαναλήψεως τῶν ἐν πνεύματι καρπῶν, κατὰ τὴν διαφορὰν τῶν χαρισμάτων.

ς'. Ὅτι κοινωνίᾳ τῇ πρὸς τὸν Χριστὸν κρατεῖν χρὴ τῶν φυσικῶν παθῶν· ἐλπίδι τε τῇ εἰς αὐτὸν φέρειν τὰ παρ' ἑτέρων πάθη.

ζ'. Παραίνεσις πρεσβυτέρων περὶ ἐπισκοπῆς τοῦ ποιμνίου. ἐν ᾧ, περὶ κοινῆς πάντων πρὸς ἕκαστον ταπεινοφροσύνης εἰς νίκην τὴν κατὰ τοῦ διαβόλου.

η'. Εὐχὴ ὑπὲρ τελειώσεως τῶν πιστευόντων.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

DANIELIS HEINSII

EXERCITATIONES SACRÆ IN I. EPISTOLAM PETRI.

SIVE

LIBER DECIMVSOCTAVVS.

CAPVT I.

Locus, κομιζόμενοι τὸ τέλος τῆς πίστεως ὑμῶν. τέλος *quid.* עקב. אחרית, סוף. τελευτὴ *Helleniſtis. Locus,* Περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησαν καὶ ἐξηρεύνησαν προφῆται, οἱ. *&c.* ἐξερευνᾶν. *Locus,* Ἐρευνῶντες, εἰς τίνα ἢ ποῖον καιρὸν ἐδήλου τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα Χριστοῦ. ἐδήλου. δηλοῦν. δῆλοι *Helleniſtarum, &* δηλώσεις. *Locus,* Διὸ καὶ περιέχει ἐν τῇ γραφῇ. περιέχει ἐν τῇ γραφῇ, *quomodo dicatur.* ἡ περιέχουσα λέξις *Erotiano. Locus,* Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες *&c. de eo quid ſtatuendum. an vnus item qui adducitur, an duo. Locus,* ἵνα δοξάσωσι τὸν Θεὸν ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς. ἡμέρα ἐπισκοπῆς, ἡ κατὰ κόσμον ἐξέτασις *Græcis.* ἐπισκοπὴ *quid. Locus,* Ὑποτάγητε οὖν πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει, *atque ibi* κτίσις *quid. Helleniſtis quomodo nonnunquam vſurpetur. Locus,* Ὡς ἐλεύθεροι, καὶ μὴ ὡς ἐπικάλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας τὴν ἐλευθερίαν, *&c. Locus,* Τοῦτο γὰρ χάρις, εἰ διὰ συνείδησιν Θεοῦ ὑποφέρει τις λύπας, *&c.* διὰ συνείδησιν Θεοῦ, *propter conſcientiam Dei.* συνείδησις. ἔννοια γνῶσις. ידע σύνοιδε *Helleniſtis. quæ humanam effugiunt conſcientiam. remota hominum conſcientia. Locus,* εἰ ἁμαρτάνοντες καὶ κολαφιζόμενοι ὑπομενεῖτε. κολαφιζόμενος, τεμνόμενος, πάσχων, ὑπομένω.

CApite primo Epiſtolæ B.Petri prioris cum dicitur, Κομιζόμε- In Ep.
νοι τὸ τέλος τῆς πίστεως ὑμῶν, vel τὸ עקב, quod finem ſimul & ἀν- I.Petr.
ταπόδοσιν deſignat, ſeu *mercedem*, reſpexit, vt in illo, τὸ γὰρ τέ- Cap.I.
λος ἐκείνων θάνατος, ad Rom.6.21. quomodo Magiſtri cum ℣ſ. 9.
dicunt, קרן המשכיל ענוה קרן הכסיל עזות ועקב כל ענוה שלום. *cornu prudentis*
eſt humilitas: cornu ſtulti, eſt impudentia. & merces, ſiue, *præ-*
mium, omnis humilitatis eſt pax. Vel אחרית, quod ad verbum
τέλος. quomodo & merces dicitur: vt poſterior, nimirum, eo, pro quo red-
ditur. Quo ſenſu etiam Chaldæi סוף interpretantur. Τέλος, nempe, quod
& τελευτὴν non ſemel reddiderunt Helleniſtæ. Vt in illo, *Sic cognitio ſapien-*
tiæ ſuauis erit animæ tuæ, ſi inueneris eam: & erit merces: & expectatio tua non
excidetur. Vbi, *erit merces*, יש אחרית. Helleniſtæ, ἔσται καλὴ ἡ τελευτή σου. quod hic
τέλος: vt & verſu 20. ibidem. Melius recentior ergo, qui, *mercedem* hic ma-
luit quam *finem.* in quo argutantur Scholaſtici, qui, *finem optimum in vno*
quoque eſſe, hic notant. Sequitur, Περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησαν καὶ ἐξηρεύνησαν προ-
φῆται, οἱ περὶ τῆς εἰς ὑμᾶς χάριτος προφητεύσαντες. vbi Græci Scholiaſtæ τὸ ἐξηρεύ- ℣ſ. 10.
νησαν, ad Prophetam Danielem referunt: quem ob ſedulum hoc ſtudium
curamque ἄνδρα ἐπιθυμιῶν ab Angelo fuiſſe dictum volunt. Sequitur, Ἐρευνῶν-
τες, εἰς τίνα ἢ ποῖον καιρὸν ἐδήλου τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα Χριστοῦ. Vbi cum ἐδήλου dixit, He- ℣ſ. 11.
bræorum הודיע expreſſiſſe potuit: quemadmodum nec magis efficaci voce
vti poterat. Niſi forte ad Helleniſtarum δήλους καὶ δηλώσεις reſpexiſſe dicas: ita
enim τὸ אורים illi expreſſerunt. Vt cum κρίσιν τῶν δήλων dicunt. quibus & δήλωσιν
tribuunt. vt Leuit.8.8. καὶ ἐπέθηκεν ἐπ᾽ αὐτὸν τὸ λόγιον, καὶ ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸ λόγιον τὴν δήλω-
σιν καὶ τὴν ἀλήθειαν. Quam δήλωσιν fuiſſe Dei Spiritum Magiſtri Hebræorum
volunt: quemadmodum, ἐδήλου τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα, hic dixit. quaſi à ſummi
ſacerdotis pectore ad prophetas ille ſe Spiritus contulerit, ac ibi quoque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Ep. I.Petr. Cap.II. ✠ſ.6.

ſedem fixerit. In quorum pectore per Chriſti Spiritum vera illa δήλωσις fuit, qua & ipſum viderunt. adi & quæ ſupra notauimus. Cum dicitur, Διὸ καὶ περιέχει ἐν τῇ γραφῇ, illud de quo agit, legi atque extare ibi voluit. Περιέχει ἐν τῇ γραφῇ, *in Scriptura extat*. vt περιέχει, ſit, γέγραπται. Quomodo nonnunquam & Critici loquuntur, cum περιέχουσαν, eam, quæ reperitur alibi aut extat, vocem dicunt, aut quo pacto vſurpetur, notant. Erotianus Lexico Hippocratis, voce καμμάρῳ, ſeu καμμόρῳ, Αὕτη ἡ λέξις τῶν ἅπαξ εἰρημένων ἐστι, περιέχουσα οὕτως, Πυρίας μὲν τοῖσι πόνοισι καὶ ῥοφήμασιν, ὡς τὸν πυρετὸν ψυκτηρίῳ φαρμάκῳ ἐκλύειν, ἢ καμμόρῳ, ἢ ἄλλῳ τοιούτῳ. Vbi λέξις περιέχουσα, vocabulum quod ibi extat. niſi quod locus, quem adducit, Medicorum Principis, non paulo aliter libro De locis in homine legitur: qui τὰς δὲ πυρώσιας, hoc eſt, *ardores*, non τοῖσι πόνοισι καὶ ῥοφήμασι, ſed ποτοῖσι καὶ ῥοφήμασι, *potionibus ac ſorbitionibus, refrigerante medicamento, cammaro*, vel *cammoro*, de quo videndi Medicorum filii, ſolui præcipit. Περιέχει igitur ἡ γραφὴ, *in Scriptura extat*. vt ἡ περιέχουσα λέξις, quæ alibi vel legitur vel extat, ἡ περιέχουσα οὕτως, ſit, *quæ ita ibi vſurpatur*.

Ibid.

Ibidem ad illa, Ὑμῖν οὖν ἡ τιμὴ τοῖς πιστεύουσιν· λίθον, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας, multum ſeſe, vt loci ſeriem ac ordinem inueniant, Græci Scholiaſtæ torquent. Et nonnihil ſane hic difficultatis videtur: cujus obiter, & quaſi aliud agendo, rationem nunc reddamus. Primo autem duos Eſaiæ locos conjungit, quod & ad Romanos c.9.33. verſu factum ab Apoſtolo, jam alii notarunt. cum priora illa, Ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον ἀκρογωνιαῖον ἐκλεκτὸν, ἔντιμον, eodem pene modo cap. 28. ✠ſ.16. legantur: de λίθῳ autem προσκόμματος, cap. 8. ✠ſ.14. agatur. Quid igitur? quanquam inter eos ſum ſane, qui non temere quicquam in codicibus receptis, ac contextu ipſo, immutandum putant, nihil aliud à Petro, quam quod ante à Paulo, factum hic reor: vt priori, nempe, loco alterum ſubjungeret: quorum alter fidei domeſticos ac ciues, alter infideles tangit. Quemadmodum igitur Paulus, Καθὼς γέγραπται, Ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον προσκόμματος, καὶ πέτραν σκανδάλου· καὶ πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ μὴ καταισχυνθήσεται, ita Petrus, Διὸ καὶ περιέχει ἐν τῇ γραφῇ, Ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον ἀκρογωνιαῖον, ἐκλεκτὸν, ἔντιμον· καὶ ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ μὴ καταισχυνθῇ. Ὑμῖν οὖν ἡ τιμὴ τοῖς πιστεύουσιν· ἀπειθοῦσι δὲ λίθος προσκόμματος καὶ πέτρα σκανδάλου. Vnde ergo Regii Prophetæ locus? Vſitatum antiquis fuit, quod non ſemel, nec ſine cauſa, recentior interpres monuit, vt in codicum marginibus, nonnunquam prætermiſſa, nonnunquam locos παραλλήλους, annotarent. Locum autem Pſalmi 118, qui nunc 22. legitur verſu, Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας, hic autem, & turbata, vt videtur quidem, etiam conſtructione, inſeritur, priori Eſaiæ loco parallelum eſſe, nemo negauerit. qui in codice antiquo aliquo, notatus primum, deinde prætermiſſus, in contextum forte iterum receptus eſt: cum is ipſe locus, qui hic iterum inſeritur, jam, quamuis non ad verbum, præceſſerit. Paulo enim ante, Πρὸς ὃν προσερχόμενοι, λίθον ζῶντα, ὑπὸ ἀνθρώπων μὲν ἀποδεδοκιμασμένον, παρὰ δὲ Θεῷ ἐκλεκτὸν, ἔντιμον, dixit. De his mecum egeram, cum ne Syrum quidem interpretem, in ſuo, quo vſus eſt, exemplari, id repperiſſe vidi: qui totum, quem inſertum eſſe dixi, locum prætermiſit; non facturus, niſi ſuum ſecutus eſſet codicem. Quanquam, ne ſi admittatur quidem, tanta difficultas. Nam & λίθος quidam legunt, non, λίθον. quo ne ipſo quidem opus: ſi non tam conſtructionem, quam ipſas, ſiue ῥήσεις, ſiue, quos adduxit, locos, reſpexiſſe Apoſtolus dicatur. Vt mens ſit, Ὑμῖν οὖν ἡ τιμὴ τοῖς πιστεύουσιν. *Ad vos igitur, qui creditis*, ὁ ἔντιμος λίθος οὗτος, *precioſus hic ſpectat lapis*. Syrus, *Vobis igitur data eſt hæc res precioſa*. quia λίθον ἔντιμον ex Eſaia dixerat, vt recte annotarunt & Græci. Quod ſane malim, quam illud, *Vobis igitur eſt honori qui creditis*: cum id, ne in Eſaia quidem extet, vbi *anguli precioſi* legitur. Vetus, *Vobis igitur honor credentibus*. quod aliud. Iam vero, ἀπειθοῦσι δὲ, pro ἀπειθοῦσι δὲ λέγεται, λίθον ὃν &c.

vt ſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
40 E 1

vt ſit Attica conſtructio, quomodo & vulgo Helleniſtæ. vt ſic ῥῆσις Eſaiæ IN EP.
ac prophetæ Regii jungantur: ita enim ferri hæc poſſunt, ſi præſertim I.PETR.
paulo alia verſuum ineatur diſtinctio. Eodem capite cum legitur, ἵνα ἐν ᾧ ℣. 12.
καταλαλοῦσιν ὑμῶν ὡς κακοποιῶν, ἐκ τῶν καλῶν ἔργων ἐποπτεύσαντες, δοξάσωσι τὸν Θεὸν ἐν
ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς. Vbi nec recte forſan ſatis mentem Græci penetrarunt Theo-
logi, qui ἡμέραν ἐπισκοπῆς, τὴν κατὰ κόσμον ἐξέτασιν, interpretantur: quaſi, de in-
quiſitione in vitam noſtram, vt loquuntur ipſi, accipiendum id ſit. Atqui,
ἡμέρα ἐπισκοπῆς, eſt, quam יום פקדה Hebræi dicunt: vt de afflictionibus intel-
ligatur, quæ ἐπισκοπῆς nomine ab Helleniſtis exprimuntur paſſim: in quibus
& præcipue populum Dei calumniantur improbi. quomodo ἐπισκοπὴ καὶ θλί-
ψις, Eſaiæ 10.3. jungitur. Cum ſequitur, Ὑποτάγητε οὖν πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει, quid ℣. 13.
ſit κτίσις, ex Helleniſtis petendum, Sirachide inprimis: qui de Medico, καὶ
ἰατρῷ δὸς τόπον· καὶ γὰρ αὐτὸν ἔκτισε Κύριος, *inſtituit, ordinauit.* Κτίσις ergo ἀνθρω-
πίνη, quatenus ab homine inſtituitur qui autoritate eminet. Κυρίου, quia
obedientiam præſtari illis vult Dominus, à quo omnis ἐξουσία. quo ſenſu
Poëta dixit, Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες: quos tamen etiam homines conſtituunt.
Eodem capite cum dicitur, Ὡς ἐλεύθεροι, καὶ μὴ ὡς ἐπικάλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας ℣. 16.
τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλ᾽ ὡς δοῦλοι Θεοῦ, neſcio quid in mente fuerit eruditis, cum ad
pileum ſeruorum hoc referunt, aut eo reſpexiſſe Apoſtolum hic volunt.
quaſi, ad Romanos, ac non potius Iudæos, τοὺς ἐν τῇ διασπορᾷ, ſimileſque iis,
ſcripta hæc ſint. Quid, quod nec neceſſe eſt, eum qui liber eſt, fuiſſe ſeruum?
cum non aliud moneat quam ne quis libertate ſua abutatur: ſed & libertas,
non in Eccleſia modo ſed & in Republica, licentiæ plerunque prætextus,
& vt loquitur Apoſtolus hoc loco, ἐπικάλυμμα, ſit. Notum illud maximi ac
prudentiſſimi ſcriptoris: *Vt imperium euertant, libertatem præferunt: ſi per-*
uerterint, ipſam aggredientur. Nec quiſquam, inquit idem, *alienum ſeruitium*
& dominationem ſibi concupiuit, vt non libertatem & ſpecioſa vocabula vſur-
paret. Eodem capite cum dicitur, Τοῦτο γὰρ χάρις, εἰ διὰ συνείδησιν Θεοῦ ὑποφέρει τις ℣. 19.
λύπας, πάσχων ἀδίκως, interpretes, *propter conſcientiam Dei*, dixerunt. Ambi-
gue, ni fallor, & obſcure. Συνείδησις haud raro eſt ἔννοια, γνῶσις, *cognitio, no-*
titiaque. Notum eſt Eccleſiaſtæ illud, καί γε σὺ ἐν συνειδήσει σου βασιλέα μὴ κατα-
ράσῃ, *in ſcientia tua, ſciens:* quod alii, *ne in cogitatione quidem tua.* Ergo, διὰ
συνείδησιν Θεοῦ, *quia Deum nouit. Si quis, quia Deum nouit, moleſtias perfert. pro-*
pter cognitionem Dei, ad verbum. Ne jam dicam τὸ ידע, quod eſt *ſcire*, συνειδέναι
exponi ab Helleniſtis. Quomodo & *conſcientiæ* voce paſſim vtuntur & Lati-
ni, etiam Eccleſiæ ſcriptores. B. Hieronymus, *Sin autem hæc tam magna ſunt*
quæ videmus, quæ humanam effugiunt conſcientiam. Vbi, *conſcientiam, co-*
gnitionem, manifeſte dixit. quod obſcurum hic & ambiguum: & quid ſi
ne interpretibus quidem ſatis perſpectum, cum notarunt, *propter con-*
ſcientiam Dei, διὰ τὴν συνείδησιν τοῦ Θεοῦ. *id eſt, quod ei ſit religio Deum offendere,*
cujus voluntate intelligit hoc onus ſibi impoſitum. operoſius quam B. Hiero-
nymus cum antiquitate locutus eſt, quam Tullius, qui *nihil tam turpe*
eſſe ait, quod, *remota conſcientia hominum, voluptatis cauſa* quidam non vi-
deantur facturi. Paulo poſt cum ſequitur, Ποῖον γὰρ κλέος, εἰ ἁμαρτάνοντες καὶ ℣. 20.
κολαφιζόμενοι ὑπομενεῖτε; Vetus interpres, *Quæ eſt enim gloria, ſi peccantes &*
colaphizati ſuffertis? Mens eſt, *& colaphizari ſuffertis*, aut, *toleratis?* Hoc quip-
pe vult: *Quæ enim gloria, ſi, cum peccetis, etiam pœnam perferatis?* Ὑπομένω κο-
λαφιζόμενος: quemadmodum & Græci, nonnunquam loquuntur. Recen-
tior vt difficultati mederetur, *iſtud* addidit. qui, *ſi peccantes & colaphis cæſi,*
iſtud toleretis? Quid quod ipſe ſe interpretatur Apoſtolus, qui addit, ἀλλ᾽
εἰ ἀγαθοποιοῦντες καὶ πάσχοντες ὑπομενεῖτε, *ſi cum benefacitis, affligi tamen toleretis:*
pro quo tamen, *afflicti toleretis*, recentior interpres. Quis autem dubitat,
quin Græci ὑπομένω κολαφιζόμενος, τεμνόμενος, πάσχων, & ſimilia dicant?
quem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

 quemadmodum τὸ καὶ redundat. de quo non ſemel & nos & alii: neque quicquam magis in his libris obuium. Helleniſta Iudithæ autor, ὅσα ἐλάλησα, καὶ ποιήσω ταῦτα. Sed hæc minuta ſunt.

Cap. II.

Locus, Ὡς Σάῤῥα ὑπήκουσε τῷ Ἀβραάμ, κύριον αὐτὸν καλοῦσα. *Dominus, maritus Hebræis. Domina, vxor Romanis, etiam Iuriſconſulto Scæuolæ.* καλλωπισμὸς *vxoris, obedientia mariti. Adoni, nomen, quo maritum compellabant. vnde Adonis Veneris maritus.* Ἄδωνι, Ἄδωνι, *in Epitaphio Adonidis.* Ἀσσύριος πόσις, *Adonis Bioni,* ἀνὴρ Κύπριδος *Theocrito dictus. Sara, & alluſio ad nomen ejus,* Σάῤῥα *&* Σάρα, *quod Sarai & Sara Hebræo. Locus,* καὶ μὴ φοβούμεναι μηδεμίαν πτόησιν. πτόησις *quid.* καὶ οὐ φοβηθήσῃ πτόησιν ἐπελθοῦσαν, *Salomoni.* ἐκλογισμὸς, *ſeu ratio, quam viris reddunt conjuges. Conjugati mutatio.* πόλεμον μάχεσθαι, *& ſimilia. Locus,* εἰς τὸ μὴ ἐκκόπτεσθαι τὰς προσευχὰς ὑμῶν. *de interpretatione ejus quid ſtatuendum.* ἐγκόπτεσθαι *&* ἐκκόπτεσθαι. ἀπαίρειν, ἐξαίρειν. *mens loci.* συνοικεῖν κατὰ γνῶσιν. συγκληρονόμοι ζωῆς. *&* συγκληρονόμοις, *diuerſa lectio.* εἰς τὸ μὴ ἐκκόπτεσθαι *vel* εἰς τὸ μὴ ἐξαίρεσθαι τὰς προσευχάς. *Locus,* Κύριον δὲ τὸν Θεὸν ἁγιάσατε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. *Diuerſa Syri & antiqui lectio interpretis.* μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. *Locus,* ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξε. *mens loci & examen. Apoſtatæ veteres. Angelus refuga.* οἱ δυνάσται μετὰ κακίας, *Gigantes: qui & Noacho coæui.* רפאים, θεομάχοι. *Tempus quod diluuium præceſſit, quam ſceleſtum, quantaque in tolerandis improbis Dei patientia.* χειροδίκαι. חמס. *Enochi Apocrypha. Nephilim, è quibus Gigantes: qui* πνεύματα, *&* πνεύματα ἀφανίζοντα, *dicti, vt &* σκότους δέσμιοι, *&* νυκτὸς πεδῆται. *Quam manifeſte* περὶ τῶν πνευμάτων, *de quibus agit Apoſtolus, in Apocryphis Enochus egerit. Libros Apocryphos à Sanctis ac Canonicis ſcriptoribus citatos. Liber De morte Moſis, Iudæ citatus. Non raro iis etiam antiquos Patres vſos. Etiam à Paulo factum id aliquoties, notari. Spiritibus, qui in carcere, quomodo prædicaſſe Chriſti Spiritus dicatur. Indicandi verbo, Scriptura quomodo nonnunquam vtatur. ſæculum diluuii, ſiue* דור אמבול, *vere ſceleratum: idem* γενεὰ γιγάντων, *&* γιγαντία. *de eo ſæculo Magiſtrorum opinio. Helleniſtarum idiotiſmus,* πορευθεὶς ἐκήρυξε. *Locus,* συνειδήσεως ἐπερώτημα, *& baptiſmus quare ita dictus. reſponſio Tertulliano.* ἐπερώτημα. *confeſſio interpreti Syro.* ἀνακρίνειν. ἀνάκρισις, ἐπερώτησις, *&* ἐπερώτημα, *de iiſdem. mens loci ac interpretatio.* ἐρώτησις *in baptiſmo antiquis vſitata. compendioſa ejus formula. Locus ex Epiſtola Cypriani ad Iouianum, Carthaginenſi Concilio præmiſſa.* ἐπερώτημα *&* ἐπερωτῆσιν, *etiam in iis qui ipſi ſe interrogant ac ſic explorant, locum habere.*

Cap. III. ✱ſ. 6.

CApite tertio legitur, Ὡς Σάῤῥα ὑπήκουσε τῷ Ἀβραάμ, κύριον αὐτὸν καλοῦσα. Ipſa, inquit, mater credentium, è qua gentes ac Reges promiſſi ſunt, maritum ſuum, Dominum vocauit. Non male, etiam ſecundum Romanos, quibus Pater familias maritus dicitur, cum in familia, & quaſi pars ejus, teſtibus Iuriſconſultis, ſit vxor. Et tamen, contra etiam Romani ipſi, qui vxores Dominas dicebant. Quo nomine nec Scæuola abſtinuit: cujus verba l. *Vxorem.* lib. 3. *de legat. & fideic.* leguntur. *Peto à te, Domina vxor, ne ex fundo Titiano partem tibi vindices: cum ſcias me vniuerſam emptionem ejus fundi feciſſe,* &c. Atque ita paſſim, etiam poëtæ. quod inter corruptelas Romanorum Epictetus recenſet: qui, αἱ γυναῖκες, inquit, εὐθὺς ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν, ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίαι καλοῦνται. *ab anno ſtatim decimo & quarto, vxores à maritis Dominæ dicuntur.* Qui ſic vxorii, & ſerui: idque ἕνεκα τοῦ συγκοιμᾶσθαι, concubitus ac blanditiarum cauſa, inquit ad illum, & ex illo, Simplicius. Illæ ergo, inquit, ſtatim καλλωπίζεσθαι, *exornare ſe incipiunt,* vt placeant viris. Contra, inquit hic Apoſtolus, Sanctæ olim matronæ,

quæ

quæ Deum nouerant, atque in eum ſperabant, ſuum quoque cultum habebant ac ornatum. Quem autem? obedientiam mariti. Ε'κόσμυν ἑαυτὰς, inquit, ὑποτασσόμϑυαι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν. In Ep. I.Petr. Atque hoc eſt, quod ibidem Simplicius, perſuadendum eſſe vxoribus, non alia de cauſa honorem illis deferri à viris, εἰ μὴ ἕνεκα τοῦ τά τε ἤθη κεκοσμῆσθαι, καὶ δι' αἰδοῦς ὑποκατακεκλίσθαι τῷ ἀνδρὶ, *niſi quod moribus ornatæ ac verecundia viris ſint ſubjectæ*. quæ potiſſima matrimonii ſunt vincula ac nexus. Sara, Κύριέ μου dixit: ita Helleniſtæ, apud quos illa, ὁ δὲ κύριός μου πρεσβύτης: quod Syro מרי, Chaldæo רבוני. Ipſa autem, ארני, *adoni* dixit. Quomodo in Oriente viros ſuos vulgo matronas compellaſſe, Bybliæ præſertim Veneris maritus, Adonis teſtatur: qui, cultu pariter ac fabuloſo nomine, ſed quod in Oriente natum, Græciam impleuit. In qua Venus, aut qui ejus nomine hæc Sacra celebrarent, ac defunctum cierent, Α'δωνι, Α'δωνι, Α'δωνι, exclamabant. Quæ ſæpe in Bionis Idyllio, quod Epitaphium Adonidis inſcribitur, repetuntur. vbi illa, μεῖνον Α'δωνι Δύσποτμε μεῖνον Α'δωνι, &, Ε'γρεο τυτθὸν Α'δωνι, &, φθόγγος μακρὸν Α'δωνι, ac ſimilia. Quod eſſe ארני, *adoni*, ſcit Oriens: quemadmodum Poëta idem, eundem hunc, Α'σσύριον πόσιν, *Aſſyrium maritum*, Theocritus, ἄνδρα Κύπριδος, *virum Veneris*, dixit. de his autem vide & alia, quæ ad Matthæum & in Ariſtarcho notamus. Fieri quoque poteſt, vt ad nomen שרה, *Sara*, clam alluſerit. vt dicat, Si Sara, quæ domina ac princeps, non ſine cauſa, ſed & cœlitus, ſic dicta, è qua gentes promittebantur ac Reges, ita maritum coluit, vt nomen in illum quaſi ſuum tranferret; quem Dominum, hoc eſt ארון dixit (quaſi שר, *Sar*, ſiue, *Princeps*, dicas); quanto magis alias hoc decet? vt à majori ſic ad minus, quod קל וחומר Magiſtri vulgo dicunt, argumentetur. Si Sara, quæ talis, nomen illud tribuit marito, quanto magis cultum ſuis debent cæteræ? Adde quod Σάῤῥα, quo nomine vſus hic autor, & Σάρα, ita vt שרי, *Sarai*, & שרה, *Sara*, opponunt Helleniſtæ. vt in illo, καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ Α'βραὰμ, Σάρα ἡ γυνή σου· οὐ κληθήσεται τὸ ὄνομα αὐτῆς ἔτι Σάρα, ἀλλὰ Σάῤῥα ἔσται τὸ ὄνομα αὐτῆς, Gen. 17. 15. Ibidem & illud legitur, ἧς ἐγϑυνήθητε τέκνα ἀγαθοποιοῦσαι, καὶ μὴ φοβούμϑυαι μηδεμίαν πτόησιν. Ibid. vbi neſcio an aliis ſatisfaciant eruditi. Quod Salomon פחד פתאם, Helleniſtæ, πτόησιν dixerunt: ſubitum, dico, ac cujuſuis rei metum. οὐ φοβηθήσῃ, inquit, μηδεμίαν πτόησιν. quod illis euenire ſolet, qui male ſibi conſcii, quaſuis πτοήσεις concipiunt, aut impendentia imaginantur mala. Matronis igitur vel ſuadet vel præcipit Apoſtolus, vt, vel ſecuritatis cauſa, bene faciant officiumque præſtent. nec timere enim nec inordinate conſternari tales: ac ne ad pericula quidem aut ſiniſtram vel ſuſpicionem commoueri vel famam; longe ab improbis diuerſas, quæ pauore interdum ſubito aguntur. Quod volebat Sapiens, cum dixit, *Cuſtodi legem & cogitationem*, &c. *Tunc ambulabis cum fiducia viam tuam, & pes tuus non impinget. Si accubueris, non timebis: cum quieſces, ſuauis erit ſomnus tuus.* Quibus verba addit, ad quæ peculiariter Apoſtolus reſpexit, Καὶ οὐ φοβηθήσῃ πτόησιν ἐπελθοῦσαν, οὐδὲ ὁρμὰς ἀσεβῶν ἐπερχομένας. metuendum igitur, ne arguta potius quam vera ſint, quæ περὶ ἐκλογισμοῦ, & ratione exacta, quam viris ſumptuoſæ reddere coguntur fœminæ, à Græcis adferuntur; cum de debita obedientia, ſeu πειθαρχίᾳ, vt iidem loquuntur, potius hic agat. Igitur φοβεῖσθαι πτόησιν, ita dicitur, vt φοβεῖσθαι φόβον. Nam & conjugatum nonnunquam mutant Græci. vt enim μάχην μάχεσθαι, ita πόλεμον μάχεσθαι, & ſimilia, non raro inuenias. Summam ergo animi ſic exprimit tranquillitatem: quæ earum, *quæ in Deum ſperant*, quod præceſſit. Quid commune autem habere hic matronæ & earum furor poſſit, quæ ad abrogandam legem Oppiam apud T. Liuium conueniunt, cum affectu illo, qui animum non bene ſibi conſcium plerunque ſequi ſolet, de quo Apoſtolus hic agit, nondum ſatis aſſequor. cum in illis aliud notetur: quod videlicet, vt ibi Cato, omnem reuerentiam maritis debitam, ac ſexus verecundiam, tranſirent: nihil autem de hoc metu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

 aut pauore qui delicta ſequitur, aut animum ex delictorum conſcientia per-
culſum ac cuncta metuentem. Cujuſmodi metum intellexit Satyricus ac
πλόησιν, cum dixit, *Et motæ ad lunam trepidabis arundinis vmbram*. Eodem
ψſ. 7. capite illuſtriſſimus ille extat locus, Οἱ ἄνδρες ὁμοίως συνοικοῦντες κατὰ γνῶσιν, ὡς
ἀσθενεστέρῳ σκεύει τῷ γυναικείῳ ἀπονέμοντες τιμὴν, ὡς καὶ συγκληρονόμοι χάριτος ζωῆς, εἰς
τὸ μὴ ἐκκόπτεσθαι τὰς προσευχὰς ὑμῶν. Certiſſimum autem eſt, nullum efficacius
viuæ illius gratiæ, cujus virum & vxorem cohæredes eſſe ait Sanctiſſimus
Apoſtolus, indicium ac inſtrumentum eſſe, quam preces: qui ſunt fru-
ctus ejus vitæ quam in Deo agunt ejus filii. Neque tamen video, quare in-
terpres vetus, *ne impediantur orationes veſtræ*, reddiderit: cum ἐκκόπτεσθαι,
non ἐγκόπτεσθαι, legatur. quæ diuerſa potius quam eadem. Cauſam autem
ſuſpicor, vel lectionem aliam, vel quia id quod præceſſerat, ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει
τῷ γυναικείῳ ἀπονέμοντες τιμὴν, ad complexum, ſeu concubitum, putarunt
referendum: quemadmodum nonnulli locum Apoſtoli 1 ad Cor. 7.5. huic
accommodarunt, Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν, ἵνα
σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ. Venerabilis Beda: *Vt ne impediantur oratio-
nes veſtræ. Et Paulus ait, Nolite fraudare inuicem, niſi forte ex conſenſu ad tem-
pus, vt vacetis orationi. Impediri ergo orationes officio conjugali commemorat:
quia quotieſcunque vxori debitum reddo, orare non poſſum. Quod ſi, juxta alium
Apoſtoli ſermonem, ſine intermiſſione orandum eſt, nunquam ergo mihi conjugio
ſeruiendum eſt, ne ab oratione, cui ſemper inſiſtere jubeor, vlla hora præpediar.*
Græci autem, etiam profundius philoſophantur: niſi quod poſt omnia, aſ-
ſenſum tenent, & ingenua confeſſione rem concludunt. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, inquit
ex illis vnus, καὶ βαθύτερόν τι διὰ τούτων αἰνίττεσθαι καὶ σεμνότερον Παύλου αἰνίττεσθαι ἐπὶ
γαμικῆς χρήσεως. Παῦλος γὰρ ἀναφανδὸν βοᾷ, μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν
ἐκ συμφώνου· οὗτος δὲ σεμνότερον, ὡς ἔφημεν, γνῶσιν εἰπὼν, καὶ διὰ τούτου αἰνιξάμε-
νος τὸ πρᾶγμα, παραινεῖ ὡς εὐκολωτέρῳ πρὸς τοῦτο τῷ γυναικείῳ φύλῳ, &c.
καὶ συγγνωμονικῶς χρῆσθαι· εἶτα πείθειν μετά τινος φειδοῦς τὴν τοιούτων καταδέχεσθαι
ἀποχήν. Τοῦτο γὰρ βούλεται δηλοῦν, (τὴν φειδώ φημι) διὰ τοῦ εἰπεῖν, ἀπονέμοντες τιμήν.
Quæ mihi mirifica interpretatio videtur. cujus mens eſt, cum in com-
plexum aut res Venereas, magis ſexus inclinet imbecillis, dandam eſſe viro
operam, & quidem cum limitatione aliqua, vt quantum poteſt fieri, eo abſti-
neat. Quis enim tam ſubtiliter hoc agat, vt honorem, quem deberi ſexui
inferiori putat, ad Venereum complexum potius quam ad viuendi conſue-
tudinem prudentiamque mariti in conjugio, hic trahat? Tandem autem
poſt alia nonnulla idem autor addit: Ἐμοὶ μὲν οὖν οὕτω δοκεῖ περὶ τούτου· εἰ δὲ τὸ ἄμεινον
κριθείη, οὐ φθόνος ἐμοί. *Mihi quidem ſic de eo videtur: neque ei tamen qui judi-
carit melius, inuidere poſſum.* quo difficultatem magis profitetur ſententiæ
quam exponit. Quomodo autem περὶ ἐγκοπῆς agit, cum ἐκκόπτεσθαι legiſſe vi-
deatur? nam vt idem ἐγκοπὴ & ἐκκοπὴ, quis credat? Quare, aut ἐγκόπτεσθαι,
(quod *interrumpi*, recentiores, *impediri*, veteres) aduerſus fidem plero-
rumque codicum, legendum, aut de ſenſu τοῦ ἐκκόπτεσθαι hic cogitandum
erat. Notum autem, Helleniſtas ea voce vti, cum τὸ ברית interpretantur: quod
pleriſque in locis ab iis factum. Qui & τὸ נסע ita reddunt: quod & ἀπῆρεν &
ἐξῆρεν, ab iiſdem dicitur. qua mente Iobus, in angore ſummo & calamita-
te, cap. 19: ψſ. 10. de Deo, in quo ſpes omnium piorum ſitæ ac defixæ, ἐξέ-
κοψε δὲ ὥσπερ δένδρον τὴν ἐλπίδα μου. vbi נסע habes. Vt ergo pacem vxor inter
ſeſe & maritus colant, monet nunc Apoſtolus: qui cum imbecilliorem eſſe
ſexum fœminæ ne dubitare quidem poſſit, vt cum ea, κατὰ γνῶσιν συνοικῇ, pru-
denter agat, dico, ac verſetur. quod futurum, ſi, tanquam vaſe fragili vtatur
ea ac infirmo. Cui obuiam eundum ac parcendum, ipſa natura docet: ideo-
que honorem illi, ne exacerbetur, debitum, à viro tribuendum. Quod fu-
turum, ſi meminerit, ejuſdem gratiæ vitæque participem in Chriſto eſſe ac
hære-

hæredem: optime autem συγκληρονόμοις in quibuſdam legitur exemplaribus, quod & forte præſtat. Vt hac ratione & concordes inter ſe & cum Deo viuant. ne, ſi rixæ oriuntur, primo inter ſe, mox à Deo ſeparentur. Nam quemadmodum, quamdiu vitæ illa gratia, de qua hic agitur, vtrunque jungit, fieri non poteſt, quin vterque jungatur cum Deo, ita, ſi tollatur, fieri non poteſt, quin à Deo quoque ſeparentur. Bene ergo dixit, *ne tollantur preces veſtræ*, ac ſic penitus à Deo ſeparemini: quia vbi Sanctum exercitium hoc tollitur, tollitur communio cum Deo. Ἐκκόπτεσθαι autem arbores dicuntur, quæ, quia amplius non viuunt, extirpantur: quales ſunt homines, in quibus nulla reſtat amplius τῆς ζωῆς χάρις. Qua ſimilitudine eleganter cum hoc verbo quoque, vt ante dicebamus, vſus eſt Iobus. vt mens ſit, εἰς τὸ μὴ ἐκκόπτεσθαι, εἰς τὸ μὴ ἀπαίρεσθαι, εἰς τὸ μὴ ἐξαίρεσθαι, vt alias loquuntur Helleniſtæ, τὰς προσευχὰς ὑμῶν. *ne non amplius precemini, & ita diſiungamini à Deo.* Nam reuera, ἀποκοπτομένης τῆς προσευχῆς, ἀποκόπτεται ἡ χάρις τῆς ζωῆς. *ſublata oratione, tollitur, aut amputatur, vitæ gratia.* ſine qua jam mortuus eſt homo. Ideo eleganter Eccleſiaſticus ſcriptor, *Quemadmodum corpus noſtrum, ſi non adſit anima, mortuum eſt, ac peſſime olet: ita anima, niſi ad orandum feratur, mortua eſt, miſera eſt, grauiter olet.* Quærunt eruditi, quare cum eodem dicitur capite, Κύριον δὲ τὸν ℣ſ. 15. Θεὸν ἁγιάσατε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, Syrus, non *Deum*, ſed למריא משיחא, *Dominum Meſſiam, aut Chriſtum*, Vetus itidem, *Dominum Chriſtum*, dixerit. Quis autem dubitare poteſt, ideo id factum, quia in eo Eſaiæ capite è quo locus hic depromptus, bis *Immanuelis* præcedit nomen. Verſu enim 8. *& erit extenſio alarum ejus plenitudo latitudinis terræ, tuæ, ô Immanuel.* Helleniſtæ, καὶ ἔσται ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ, ὥστε πληρῶσαι τὸ πλάτος τῆς χώρας σου, ΜΕΘ᾽ ΗΜΩΝ Ο ΘΕΟC. Verſu 10. *Conſultate conſilium, & diſſipabitur: loquimini verbum, & non ſtabit, quia nobiſcum Deus.* Helleniſtæ iterum ΟΤΙ ΜΕΘ᾽ ΗΜΩΝ ΘΕΟC. quibus verbis cap. 1. ℣ſ. 23. Immanuelis nomen interpretatus eſt Matthæus. Chaldæus, cum loco altero nomen עמנואל ſeruaſſet, altero, Eſaiæ nempe, loco, interpretationem ejus, אלהנא בסעדנא, Ο ΘΕΟC ΜΕΘ᾽ ΗΜΩΝ expreſſit. vbi, quemadmodum & ibidem non ſemel, quin ad nomen alludat Meſſiæ, vix dubitandum. Et hæc cauſa, cur cum Eſaia præcedenti verſiculo τὸν φόβον αὐτοῦ μὴ φοβηθῆτε dixerit, ſiue hoc ad impiorum conſcientiam, ſiue ad idola, eorumque falſa numina ac metum, Deos eorum, referas. Chaldæus certe, quod, τὸν φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε, οὐδ᾽ οὐ μὴ ταραχθῆτε, ibi Helleniſtæ, *timorem ejus* (populi) *ne timeatis, & fortitudinem ejus, fortitudinem eſſe ne dicatis*, reddidit. Sequitur ergo, Κύριον δὲ τὸν Θεὸν, aut, vt alii legiſſe videntur, τὸν Χριστὸν ἁγιάσατε. quod & in aliis etiam Græcis legi exemplaribus eruditi jam notarunt. Eodem capite & nobiliſſimus ille legitur locus, Ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ℣ſ. 19. ἐκήρυξε. Nemo autem neſcit, quantopere eruditos exercuerit: θανατωθεὶς μὲν, inquit, σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι· Ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν, ἀπειθήσασί ποτε, ὅτε ἅπαξ ἐξεδέχετο ἡ τοῦ Θεοῦ μακροθυμία ἐν ἡμέραις Νῶε. Vbi, quinam ſint οἱ ἐν φυλακῇ, ſatis euiciſſe ſe eruditi exiſtimant, cum ex ſimillimo, vt ipſi judicant, Apoſtoli loco probarunt, ὅτι καὶ τοῖς νεκροῖς εὐηγγελίσθη, vt de iis qui tum viuebant, jam autem accenſentur mortuis, accipiatur locus. Cæterum, vt plane intelligatur, quædam paulo altius hic repetenda erunt. Toto capite commendat patientiam Apoſtolus. quam commendare efficacius, quam, propoſito ipſius capitis ac principis Eccleſiæ, hoc eſt ipſius Chriſti, exemplo, non potuit: cujus mirificam poſtquam ex eo oſtendit patientiam, quod juſtus pro injuſtis ſit paſſus; addit amplius: ſimilem fuiſſe ſemper in eo, etiam priuſquam corpus aſſumpſit: virtutem hanc & ſpiritum: qui, aſſumpta carne, rurſuſque poſita, diuina ac propria virtute, ſiue ſpiritu, ſe viuificauit ipſe. Eodem nempe, quo & delinquentes tempore Noachi, qui extremo nunc judicio ſeruantur, monuit ac reprehendit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

IN EP. I. PETR.

hendit, vt in veram eos viam ſic perduceret. quo tempore & immenſa de-linquentes illos ac peccantes patientia tulit. De piis improbiſque ejus temporis, plane eſt illuſtriſſimus, qui in hiſtoria Noachi, cujus propterea hic meminit Apoſtolus, capite Geneſeos ſexto extat locus. Vbi alteri, filii Dei, alteri hominum dicuntur. Inter quos נפלים ponuntur. veri נפלים, hoc eſt, apoſtatæ. Notum enim, vocem vnde dicti, de transfugis nonnunquam vſurpari: quemadmodum & *Angelus refuga*, qui alias apoſtata D. Hiero-nymo ad caput 4. Epiſt. ad Epheſios dicitur. *Verbi gratia, vt Angelus refuga, id eſſe incipiat, quod creatus eſt: & homo, qui de Paradiſo fuerat ejectus, ad cultu-ram iterum Paradiſi reſtituatur.* vnde & τὸ נפל ἐκπίπτειν reddunt Helleniſtæ. Vt נפילים, οἱ ἐκπεσόντες, vel ἐκπίπτοντες dicantur, neque ſine cauſa notent ve-teres, τοὺς εὐρωστάτους μετὰ κακίας, hoc eſt, *qui robuſtiſſimæ improbitatis ſunt*, Gigantes à Scriptura dici: quos coæuos habuit Noachus, & de quibus merito hic agi poſtea probabimus. iidem, qui quod juſtiſſimo judicio, ad carceres, in quibus ſeruantur, à Deo optimo ac maximo detruſi ſunt, רפאים à veteribus Hebræis dicuntur: qua voce in vniuerſum, omnes quoque mortui, & qui ſub terra ſunt, dicuntur. iidem quos & Symmachus in Sacris θεομάχους vocat, quo nomine à poëtis Gigantes, ſeu Titanes, dicuntur: quos eo tempore, præ cæteris robuſte impios fuiſſe conſtat. vt hoc magis admiran-da ſit μακροθυμία Domini, qui tanto tempore hos pertulerit. Neque mirum ſane, ad hos potiſſimum nunc reſpexiſſe Apoſtolum. *Gigantes erant in terra in diebus illis*, dicitur Geneſ. 6. 4. Statim autem additur, *Viditque Iehoua, quod multa eſſet malitia hominum, quodque omnis imaginatio cogitationis cordis eo-rum, tantummodo eſſet malum omni die. Et pœnituit Iehouam, quod feciſſet ho-mines in terra, & doluit in corde ſuo.* Ex quo patet, majorem nunquam quam hoc tempore fuiſſe improbitatem. vt non fruſtra, in diuinæ patientiæ ex-emplum, hoc tempus ſibi delegerit Apoſtolus, quo & filii Dei, fœda inqui-natione ac copula, quam inprimis ſemper deteſtatus eſt Deus, cum filia-bus Caini & ſceleſto ſemine, ſe turpiter polluerant: quo & Apoſtatæ ex-tabant, qui in viribus ac manu omne jus habebant. Quos *Gigantes* Scri-ptura dicit, id enim Helleniſtis placuit: ſed & recte χειροδίκας cum He-ſiodo quis dicat. Quorum crimen חמס Rabbinis dicitur. qui, ob illud, & di-luuium inuectum terris volunt: cum quo mirifice hic locus facit. Eo enim tempore exempla illa ſcelerum ac monſtra extiterunt: de quibus & Apoſto-lus Iuda ex Enochi, vt videtur, Apocryphis; diſſeruit, cum de illis plurima in illo libro traderentur. Primo, quomodo geniti eſſent: tum, quomodo & quando ad ſummam illam perueniſſent impietatem: poſtremo, quomodo εἰς φυλακὴν, ſeu carcerem, de quo hic agitur, conjecti eſſent. Quod planiſſi-mum è fragmentis illis, quæ ex primo Enochi libro incomparabilis Scaliger adduxit: è quibus Nephilim, vt ex his Gigantes genitos, inter cætera & ibi legitur. vbi & de eorum carcere, vt alia omittam, diſerte, Δῆσον αὐτοὺς ἐπὶ ο' γενεὰς, εἰς τὰς νάπας τῆς γῆς, μέχρι ἡμέρας τῆς κρίσεως αὐτῶν, μέχρι ἡμέρας τελειώσεως τε-λεσμοῦ, ἕως συντελεσθῇ κρίμα τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων. qui & in eodem libro, πνεύ-ματα, & πνεύματα ἀφανίζοντα, quod nuſquam comparerent, dicuntur. Hi ſunt denique, vt videtur, illi, qui σκότους δέσμιοι, *vincti tenebrarum*, qui πεδῆ-ται νυκτὸς, *captiui noctis*, in Salomonis Sapientia dicuntur. Ὑπειληφότες γὰρ κα-ταδυναστεύειν ἔθνος ἅγιον ἄνομοι, δέσμιοι σκότους, καὶ μακρᾶς πεδῆται νυκτὸς κατακλει-σθέντες ὀρόφοις, φυγάδες τῆς αἰωνίου προνοίας ἔκειντο. cap. 17. verſ. 2. vt mirum non ſit ita hic Apoſtolum loqui. Porro, vt dubitandum non eſt, vel ex Apoſtolo Iuda & hoc Petri loco, quin eum librum (quem tanti fecerunt, vt, quemad-modum & alios Apocryphos, citarent Apoſtoli) puriorem habuerint, quam poſtea fuit, cum tot Iudæorum aut aliorum in eum confluxerunt fabulæ, ita nihil vetat, quo minus ad ea, quæ ibi tam multis περὶ πνευμάτων φυλακῆς dicun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
40 E 1

IN EP. I. PETR.

dicuntur, Petrus reſpexerit. Πνεύματα vocat Apoſtolus: πνεύματα ibi dicuntur. Πνεύματα πονηρὰ ἐπὶ τῆς γῆς καλέσουσιν αὐτοὺς, inquit ille. In φυλακῇ conjectos, ait Petrus: idem plane in libro Enochi, vt jam oſtendimus, dicebatur. qui & ἀφανισμὸν, hanc φυλακὴν vocauit. Verba ejus ſunt, οἱ ἰσχυροὶ τῆς γῆς, οἱ μεγάλοι, ὀνομαστοὶ, τὰ πνεύματα τὰ ἐκπορευόμενα ἀπὸ τῆς ψυχῆς αὐτῶν, ὡς ἐκ τῆς σαρκὸς ἔσονται ἀφανίζοντα χωρὶς κρίσεως, οὕτως ἀφανίσουσι μέχρις ἡμέρας τῆς ἀφανίσεως, ἕως τῆς κρίσεως τῆς μεγάλης. Vides eadem quæ hic Apoſtolus. qui, vt dixi, & puriore eo libro vſus eſt & minus fabulis contaminato. Vt non ſine cauſa antiquus autor, citante magno Scaligero, cui & fragmentum libri Enochi debemus, librum illum, νενοθεῦσθαι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων καὶ αἱρετικῶν, *à Iudæis & hæreticis, corruptum*, notet. Apocryphis vſum, & ad ea reſpexiſſe qui miratur, miretur Iudam, quem eodem libro, aut ejuſdem argumenti, vt jam dixi, vſum conſtat. Miretur eundem, qui פטירת משה, librum De dimiſſione Moſis, ſeu morte, adduxit. Miretur Paulum, quem non ſemel B. Hieronymus, & inter locos cæteros, ad Epheſ. 5. cap. ℣ſ. 14. Apocryphis vſum, & ex iis excerpſiſſe quædam notat. *Sicut in aliis*, inquit, *locis, illum feciſſe manifeſtum eſt: non quod Apocrypha comprobaret, ſed quod & Arati, & Menandri, & Epimenidis verſibus ſit abuſus, quia eos vere aliquid dixiſſe teſtatus eſt.* quanquam de eo ad Epheſios loco quid judicandum ſit, à nobis dictum. Miretur Chryſoſtomum, qui ad caput Mat. 15. Sirachidæ librum, γραφῆς nomine inſignit: qui, Ἄκουσον τῆς γραφῆς λεγούσης, ac deinde autoris ejus verba apponit. quemadmodum hic verba prope ipſa excerpſiſſe Petrum, è fragmentis patet. Vt omittam, è tribus Apocryphis, tribus in locis Paulum quædam excerpſiſſe, à veteribus notari Græcis: ex Eliæ, in Epiſtola priore ad Corinthios, ex Moſis, in Epiſtola ad Galatas, ex Ieremiæ Apocryphis, in Epiſtola ad Epheſios. E quo non omnia quæ illis continentur libris, approbaſſe ſequitur Apoſtolum: non magis ſane, quam amatorias Menandri ſententias, aut nugas Epimenidis, è quibus quædam adduxit. Neque magis mirum, in quo & nonnihil hærent eruditi, quod Spiritibus iſtis Chriſti prædicaſſe Spiritus dicatur: cum ne dubitandum quidem ſit, quin per Enochum alioſque viros Sanctos, qui, Dei tum judicium ac imminentem denunciabant pœnam, ſæpe hos monuerit. Quod quidem ἔγγραφον, nec jam πατροπαράδοτον à nobis dici poteſt. diſerte enim Iuda: Προεφήτευσε δὲ καὶ τούτοις ἕβδομος ἀπὸ Ἀδὰμ Ἐνὼχ, λέγων, ἰδοὺ ἦλθε κύριος ἐν μυριάσιν ἁγίαις αὐτοῦ, ποιῆσαι κρίσιν κατὰ πάντων, καὶ ἐξελέγξαι πάντας τοὺς ἀσεβεῖς αὐτῶν, περὶ πάντων τῶν ἔργων ἀσεβείας αὐτῶν ὧν ἠσέβησαν, καὶ περὶ πάντων τῶν σκληρῶν, ὧν ἐλάλησαν κατ' αὐτοῦ ἁμαρτωλοὶ ἀσεβεῖς. vbi ἦλθε, pro ἐλεύσεται, quod vſitatum etiam prophetis, dixit: neque dubium, quin ſceleſtis illis ſui temporis, quales Nephilim fuere ac ſimiles de quibus agit Petrus, Enoch prædicarit, atque hoc voluiſſe Iudam. Eo autem, quem jam dixi, loco, Geneſeos, nimirum, ſexto, verſu tertio, diſerte dicitur, *Non amplius cum homine Spiritus diſceptabit meus.* vbi דין in Hebræo, quod eſt *judicare*, extat. Iudicare autem eos dicitur, non modo quos aut damnat, aut caſtigat, ſed & eos, quos reprehendit Dominus. Neque cauſæ quicquam eſt, cur minus per Enochum, quam Noachum quem 2 Epiſtola cap. 2. ℣ſ. 5. κήρυκα δικαιοσύνης autor noſter dixit, vnum egerit idemque Dei Spiritus. De Noacho autem ex antiquiorum ſcriptis & Ioſephus: qui cum de ſceleſtis agit Angelis, qui cum fœminis conſueſcerent, quos Gigantibus Græcorum, ſimiles fuiſſe ait, Ὁ Νῶχος δὲ τοῖς ὑπ' αὐτῶν πραττομένοις δυσχεραίνων καὶ ἀληθῶς ἔχων, ἔπειθεν ἐπὶ τὸ κρεῖττον τὴν διάνοιαν καὶ τὰς πράξεις μεταφέρειν. *Noachus quæ ab iis fierent cum ægre ac moleſte ferret, in melius mentem actioneſque eorum flectere conatus eſt.* Chriſti igitur Spiritui id tribuit Apoſtolus: vel, quia ſic libenter loquitur Scriptura, quæ non ſemel S. Spiritum, Filii Dei vocat Spiritum, vel, quod, vt aliquoties jam dixi, in Chaldæa, quæ & Aſiana, ad quam ſcribit hic Apo-

 ſtolus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ſtolus, διαπορεύ tum vtebatur, quæ Deo tribuuntur, Sermoni quoque ejus tribuuntur, quod non ſine ſingulari, quæ Apoſtolorum prædicationi viam ſtrauit, œconomia, factum judicamus. quemadmodum etiam cum aliqua de re Deus monet hominem, quod in Hebræo ſimpliciter, *Et dixit Iehoua*, Chaldæa, qua nunc vtimur, *Et dixit in Sermone ſuo Iehoua*, Hieroſolymitana, *Et dixit Sermo Iehouæ:* vt ne dubitandum quidem ſit, cur Chriſti id Spiritui tribuerit Apoſtolus. Apparet igitur, quare Sanctiſſimus Apoſtolus, ad probandam Dei patientiam ἡμέρας Νῶε elegerit. quod ſæculum דור המבול, ſiue, *ſæculum diluuii*, Magiſtris dicitur; ita ſceleratum, vt impietatis veræ exemplum dici poſſit. vnde, & cum ſceleratum notant æuum, ſceleratius eo ſæculo hyperbolice dicunt. quemadmodum Iapheth, teſte Aben-Ezra, eos homines, in quos propheta Ioel c. 4. ✝ſ. 3. inuehitur, ſceleratiores *tempore diluuii* fuiſſe dixit: ſiquidem eo, piſces maris mortuos propheta notat, quod ætate Noachi eueniſſe negant. Græci γενεὰν Γιγάντων, aut Γιγαντίαν, dixiſſe videntur. vnde erudita Heſychii gloſſa, Γιγαντία, ἡλικίας τὸ πρότερον, καὶ οἱ κατοικοῦντες τὴν Γίγαντες. Scribe, Γιγαντία, ἡλικία τὸ πρότερον, καὶ οἱ κατοικοῦντες γῆν Γίγαντες. Apparet, quare πνεύματα dixerit: apparet, quare τὰ ἐν φυλακῇ dixerit, quod, cum ætate Noachi ſcelerate vixiſſent, & in ſupremi tempus judicii, poſt obitum, ἐν φυλακῇ, detineri dicerentur. Apparet, quare iis prædicaſſe Chriſti Spiritus dicatur. Apparet, quare ex omnibus peccatoribus, hos potiſſimum elegerit. Autor hiſtoriæ Machabæorum. Σὺ γὰρ ὁ κτίσας τὰ πάντα, καὶ τῶν ὅλων ἐπικρατῶν, δυνάστης δίκαιος εἶ· καὶ τοὺς ὕβρει καὶ ἀγερωχίᾳ τι πράσσοντας, κρίνεις. Σὺ τοὺς ἔμπροσθεν ἀδικίαν ποιήσαντας, ἐν οἷς Γίγαντες ἦσαν, ῥώμῃ καὶ θράσει πεποιθότες, διέφθειρας, ἐπαγαγὼν ἀμέτρητον ὕδωρ. *Tu eos, qui injuſte*, inquit inter cætera, *olim egerunt, inter quos Gigantes vi atque audacia freti fuerunt, inuecta ingenti aqua, ſuſtuliſti.* Quibus Gomorrhæos ſubjungit. vt alteros aqua, alteros igne ob flagitia extinctos dicat. Adeo, vt ſceleſtiſſimo æuo hi vixerint maxime ſceleſti. æui autem ejus homines, tales fuiſſe prædicant Magiſtri, vt in judicio comparituros negent. Quo & reſpexiſſe Sirachides videtur, cum implacabilem Deum Gigantibus fuiſſe ait: qui, Οὐκ ἐξιλάσατο περὶ τῶν ἀρχαίων πάντων Γιγάντων, οἳ ἀπέστησαν ἐν τῇ ἰσχύϊ τῆς ἀφροσύνης αὐτῶν. *Implacabilis aduerſus omnes priſcos Gigantes fuit, qui inſano freti robore ab eo defecerunt.* vbi οἱ ἀπέστησαν, נפילים, *Apoſtatæ*, de quibus ante diximus. Iam quod addit, ὅτι ἀπεδέχετο ἡ τοῦ Θεοῦ μακροθυμία, plane eſt, quod in Capitulis Patrum dicitur: Vſque ad ætatem Noë, maxime diuinam eminuiſſe patientiam: quam decem totæ ab Adamo vſque ad eum patriarcham generationes, ad iram prouocarant; donec hæc diluuium in caput proprium inuexit. Hoc ergo fuit tempus quaſi proprium ac deſtinatum, להודיע כמה ארך אפים לפניו, εἰς τὸ ἐπιδείκνυσθαι τὴν μακροθυμίαν αὐτοῦ. Iam quod dixit πορευθεὶς ἐκήρυξε, ex Helleniſtarum idiotiſmo eſt, qui paſſim ſic loquuntur: idem, nempe, quod ſimpliciter ἐκήρυξε: vt mirum ſit hoc quoque in errorem quoſdam pertraxiſſe.

✝ſ. 21. Eodem capite & illud legitur, οὐ σαρκὸς ἀπόθεσις ῥύπου, ἀλλὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς Θεόν, qui & ipſe locus non minus moleſtiæ exhibuiſſe eruditis videtur. Nam vt Græci fortaſſe non male, συνείδησιν ἀγαθὴν εἰς Θεόν, κατὰ Θεόν, ſiue, *ſecundum Deum*, interpretati ſunt; ita, quare ἐπερώτημα dicatur baptiſmus, quot homines, tot ſententiæ. Nec ſatisfacit Tertullianus, qui *reſponſionem* reddidit: quaſi hic interrogatio ſit ἀρχικὸν, & ad reſponſionem catechumenorum, id ſit referendum. Ad quam reſpici cum vellet, non *interrogationem*, quod inuenit, ſed, *reſponſionem*, dixit. Quo molimine non erat opus: vt nec iis, quæ de arrhabone Græci, de ſtipulatione noſtri. Quemadmodum nec Syrus ſatisfecit, cum *confeſſionem* interpretatus eſt. quem de Syriaſmo ſatis vſitato, quo ipſe vtitur nonnunquam, cogitaſſe oportuit. Ἀνάκρισιν eſſe vocem, & in judiciis vſitatam, nemo neſcit. vt Actor. 25. 26. ὅπως τῆς ἀνακρίσεως γενομένης,

χῶ

χῶ τι γράψαι. & 28.18. Οἵτινες ἀνακρίναντές με, ἐβούλοντο ἀπολῦσαι. vbi Syrus voce שאל, hoc eſt, *interrogandi*, vtitur. Nam שאלא, *interrogatio*: ἐρώτημα, nempe, aut, ἐπερώτημα, hoc eſt, ἀνάκρισις, δοκιμασία. quid autem *interrogare* & *interrogatio*, *interrogare* item *legibus*, Iuriſconſultis ſit, nemo vel mediocriter Legum peritus, neſcire poteſt. Ita, Ἡ ἐμὴ ἀπολογία τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν, αὕτη ἐστίν. 1 Cor. 9.3. vbi vetus interpres, *apud eos qui me interrogant*: quemadmodum in antiquo quoque Fœdere, aliquoties interpretes antiqui, pro, *examinare* ac *probare* voce *interrogandi* vtuntur. Iam vero ad baptiſmum, conſcientiæ examen ac probationem, in adultis præſertim, requiri à veteribus, non minus quam in Sacramento altero, de quo Apoſtolus, δοκιμαζέτω δὲ ἄνθρωπος ἑαυτὸν, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω, (hoc eſt, δοκιμαζέτω τὴν ἑαυτοῦ συνείδησιν) notum eſt. Nam συνειδήσεως vocem, quæ illi reſpondeat Hebræi ac Syri aut aliter efferunt aut longe petunt. Quid ergo voluit hoc loco qui non paucis negotium exhibuit Apoſtolus? Baptiſmum, nempe, ἑαυτοῦ δοκιμασίαν, hoc eſt, ſui, ſiue, bonæ ſecundum Deum conſcientiæ, probationem ac examen eſſe. Non in externarum ergo, inquit, ſordium ablutione, ſed in probatione ſui veraque in Deum fide, baptiſmus conſiſtit. vt ſic ἀγαθὴ εἰς Θεὸν συνείδησις, circumſcriptio τῆς πληροφορίας ſit, quam ipſa voce interrogati teſtabantur. Quare nec nobis placet quæ hic eruditis placet *ſtipulatio*: qui hanc veram loci hujus mentem atque interpretationem arbitramur. Qua occaſione forſan, ſuum in baptiſmum ſiue examen, ſiue ἐρώτησιν, jam olim inuexerunt veteres: cujus compendium erat, Πιστεύεις εἰς αἰώνιον ζωὴν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν; *Vitam ne æternam & remiſſionem peccatorum credis?* Cyprianus Epiſtola ad Iouianum ejuſque coepiſcopos, quæ Carthaginenſi præmittitur Concilio: Ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ ἐρώτησις, ἡ ἐν τῷ βαπτίσματι γινομένη, μάρτυς ἐστὶ τῆς ἀληθείας. λέγοντες γὰρ τῷ ἐξεταζομένῳ, Πιστεύεις αἰώνιον ζωὴν, καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαμβάνειν, οὐκ ἄλλό τι λέγομεν, εἰ μὴ ὅτι ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ δοθῆναι δύναται· παρὰ δὲ τοῖς αἱρετικοῖς, ὅπου ἐκκλησία οὐκ ἔστιν, ἀδύνατον ἁμαρτημάτων ἄφεσιν λαβεῖν. καὶ διὰ τοῦτο οἱ τῶν αἱρετικῶν συνήγοροι, ἢ τὴν ἐπερώτησιν ἀλλάξαι ὀφείλουσιν, ἢ ἀλήθειαν ἐκζητῆσαι ἐκδικῆσαι. *Sed & ipſa, quæ fit in baptiſmo, teſtis veritatis eſt interrogatio. Eum enim qui examinatur cum interrogamus, Vitam ne æternam peccatorumque remiſſionem accepturum te credis? nihil aliud, niſi in catholica Eccleſia dari hanc poſſe teſtamur: cum apud hæreticos, vbi Eccleſia non eſt, haberi peccatorum remiſſio non poſſit. Ideoque & hæreticorum patroni, aut mutare interrogationem aut tueri veritatem debent.* Idem ergo ἐπερώτημα quod ἐπερώτησις: quæ vt ab alio inſtitui, ita & ab adultis qui baptizantur & poteſt & debet. Ἐπερωτᾷ enim qui ipſe ſe examinat: quæ δοκιμασία, quod examen ſui, vbi diximus requiritur.

CAP. III.

Locus, Ἐν ᾧ ξενίζονται μὴ συντρεχόντων ὑμῶν, *&c.* ξενίζεσθαι *quid.* ἀνάχυσις. *Locus,* Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ νεκροῖς εὐηγγελίσθη. νεκροὶ *eo loco qui.* ξενίζεσθαι *iterum vſurpatum. idem nonnunquam quod* ξενοπαθεῖν. πύρωσις, δοκιμασία. πυροῦν, πειράζειν. ξενισμός. ξενοφωνεῖσθαι. *Locus,* ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ τὸ Θεοῦ πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται, κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται, κατὰ δὲ ὑμᾶς, δοξάζεται. ἀσύνδετον ἀπόλυτον. *Locus,* Μὴ γάρ τις ὑμῶν πασχέτω ὡς φονεὺς, ἢ κλέπτης, ἢ κακοποιὸς, ἢ ἀλλοτριοεπίσκοπος· ἐπίσκοπος *olim qui poſtea* κατάσκοπος. ἀλλοτριοεπίσκοπος, ἀλλοτριοκατάσκοπος. ἀλλότρια. *alienis inſidiari. alieni inſidiator Tertulliano. alienarum rerum inſpectores.*

CApite quarto, non admodum ab initio procul, locus ille occurrit, Ἐν ᾧ ξενίζονται, μὴ συντρεχόντων ὑμῶν εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν, βλασφημοῦντες. Vbi illud, ἐν ᾧ ξενίζονται, ſcrupulum, haud aliter quam viatoribus, in itinere hoc, interpretibus objecit. Vetus, *In quo peregrinantur,*

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

non conuenientibus vobis in eandem luxuriæ confuſionem, blaſphemantes. Eraſ-
mus, *Atque id abſurdum illis videtur, quod non accurratis vna cum ipſis in ean-
dem luxus refuſionem, qui de vobis male loquuntur.* Recentior, *Quamobrem
illi, non concurrentibus vobis ad eandem luxus profuſionem, peregrinari ſibi vi-
dentur, blaſphemantes.* Quid voluerit Apoſtolus, quid dicat, nunc videamus.
Olim, inquit, vna cum gentibus, omni laſciuiarum, cupiditatum, aliarum-
que voluptatum generi nos dedimus. Quæ feciſſe ſatis ſit. nunc diuor-
tium ab illis feciſtis. Id mirantur illi: quod non amplius, videlicet, in eandem
luxus confuſionem vos dedatis, ac ſecum verſemini: vnde & maledicunt
vobis. Ad verbum, *Quod mirantur, & quia non pariter cum ipſis, in eandem lu-
xus confuſionem concurritis, blaſphemant.* Scholiaſtæ Græci, τὸ ξενίζονται, ἀντὶ
τοῦ θαυμάζουσι, κεῖται: qui τὸ ξενίζεσθαι, ſic, admirationem denotare volunt. Nec
male interpres vetus, qui ἀνάχυσιν, *confuſionem*, reddidit. Heſychius, φυρμὸν,
& βλακείαν, interpretatur: σύγχυσιν alii. Iidem Scholiaſtæ, εἰς τὴν ὁμοίαν αὐτοῖς τῆς
ἀσεβείας ἀνάχυσιν, ἤτοι σύγχυσιν. quæ plana ſunt. Quod ad prius, Polybius, ξε-
νίζεσθαι καὶ διαπορεῖν διὰ τὸ παράδοξον, *mirari aliquid, & quaſi in re non ſolita, du-
bitare*, dixit. de quo mox plura: iterum enim paulo poſt occurrit. Sequitur,
℣ſ. 6. Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ νεκροῖς εὐηγγελίσθη. Vbi mirum ſane quid nonnullos mouerit, vt in
manifeſta luce cæcutire vellent, de quibus hic interpres noſter. Quaſi aliud
ſint νεκροὶ, quam οἱ τεθνηκότες, qui cum vixiſſent ante, tum extincti erant: quales
ſunt quos μακαρίτας vulgo dicimus. quid igitur Scholaſticis perſuaſit, vt ad
ſpiritualem id referrent mortem? Eodem capite, cum Sanctus Apoſtolus,
℣ſ. 12. Ἀγαπητοὶ, μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει πρὸς πειρασμὸν, dixit, mirum quot mo-
dis locum illum veteres ac noſtri, & nonnulli quidem, vt qui oberrant in te-
nebris, interpretati ſint: dum alii verba plurima conquirunt, alii de mente
ſecuri ſunt. Interpres vetus, *Nolite peregrinari in feruore qui ad tentationem
vobis fit:* quaſi, *in feruore peregrinari*, id ſit quod voluit Apoſtolus. Apud
Fulgentium 3. ad Thraſimundum, *Nolite expaueſcere in feruorem.* vtrunque,
niſi fallor, aliene. Tertullianus, *Ne expaueſcite vſtionem quæ agitur in vobis.*
Cyprianus, *Nolite mirari ardorem accidentem vobis, qui ad tentationem ve-
ſtram fit.* Scholaſtici inter cætera, *Nolite peregrinari, id eſt, à ſtatu fidei ac ab
amore Dei alienari. qui enim peregrinatur, locum ſuum dimittit. Locus autem ani-
mæ, Deus eſt, à quo non debemus peregrinari.* Nos ergo modum ſtudiis ac factio-
nibus his imponamus, qui ſimplicitatem veneramur ac vbiq; ſequimur. Ξενίζε-
σθαι quid ſit, jam ante diximus. quod efficaciter nonnunquam idem quod ξενο-
παθεῖν Græcis dicitur, notare ſolet. Ξενοπαθεῖ, qui re aliqua, vt noua, percellitur.
Πύρωσις, δοκιμασία, ſeu, *probatio*, ſeu, *exploratio*, eſt. Heſychius, Πύρωσις, δοκιμα-
σία. vnde πυροῦν Helleniſtis; quod πειράζειν, *explorare*, aut, *tentare*, vulgo, ſcili-
cet: vt in illo, Ὅτι οὐ καθὼς ἐκείνους ἐπύρωσεν εἰς ἐτασμὸν καρδίας αὐτῶν, Iudithæ 8. 23.
Et notum illud, δοκίμιον ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ πύρωσις: igne enim metalla explo-
rantur. vnde paſſim πύρωσις, ipſa δοκιμασία, ſeu, *probatio.* Expediet difficul-
tatem, qui ſimpliciter reddiderit, *Ne, vt re noua, exploratione veſtri, quæ fit
ad tentationem vobis, perturbemini.* nihil aliud Apoſtolus voluit, nihil aliud
dixit. Quid autem magis obuium quam τὸ ξενίζεσθαι hoc ſenſu apud Patres?
Baſilius poſtremo Hexaemeri capite, μὴ ξενίσῃ σε ἡ φαντασία, dixit. qui, Ὅταν ἴδῃς
τοὺς ἄρχοντας τούτους, σὺν κήρυκι ὑψηλῇ τῇ φωνῇ προσαγορευομένους, ὅταν ἴδῃς αὐτοὺς φο-
βοῦντας τὸν δεῖνα, καὶ τὸν δεῖνα ξέοντας, ἄλλον δημεύοντας, κἀκεῖνον θανάτῳ παραδιδόντας, μὴ
φοβηθῇς τὰ ὁρώμενα, μὴ πτοηθῇς ἐπὶ τοῖς γινομένοις &c. vbi μὴ ξενίσῃ σε ἡ φαντασία σου,
ne in admirationem, vt inſolitæ rei, phantaſia tua te abducat. Contra Euno-
mium lib. 5. Μὴ οὖν σε ξενίσῃ γαστὴρ, ἐπὶ Θεοῦ, ἐπεὶ μηδὲ χεὶρ, ἢ τὰ ἄλλα τὰ προειρη-
μένα. ἐκεῖνον, οὐδὲ γέννησις ἐπὶ Θεοῦ, ξενίσειέ σε, ἤ τινα τῶν ἀκουόντων. *ne mirare, vt rem
nouam, ventrem, aut manum, aut ſimilia, de quibus dictum, de Deo vſurpari:
quemadmodum nec generationem Deo tribui, vel te vel alium quibus hæc occur-
runt,*

runt, in admirationem trahant. Igitur ξενίζεται, ſeu ξενοπαθεῖ, qui aliquid, vt nouum, miratur. nam ξενίζειν τινὰ quid ſit, quiuis ſcire poteſt: quod & mirum ſane, Titi Boſtrorum Epiſcopi, ſeu quicunque autor breuis in S. Lucam Commentarii eſt, non vidiſſe interpretem: qui ad illum locum cap. 7. Λέγω σοι, ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαὶ, Ἔδειξεν ὁ εὐαγγελιστὴς, inquit, ὅτι καὶ ἕτεροι ἦσαν συνανακείμενοι, οὓς ἐξένισεν ὁ λόγος, ὅτι οὐχ ὡς προφήτου ἦν, ἀλλ' ὡς δεσπότου, τὸ δίκαιον ἀπονέμοντος, interpres, *Per hæc Euangeliſta oſtendit, alios quoque accubuiſſe, ad quos Chriſti verbum ſpectabat.* cum vellet, *mirum*, ſiue, *nouum iis viſum qui vna accumbebant, quod à Domino dicebatur.* Itaque ξενοπαθῆσαι, hoc eſt, perculſos eos vult fuiſſe: quomodo eleganter Græci loquuntur. Vnde ξενισμὸς Nyſſeno: qui, Καὶ φρίττειν, inquit, ποιεῖ τῷ ξενισμῷ τὸν ἀκούοντα, *peregrinæ rei nouitate*, aut, *admiratione, horrorem incutit.* aduerſus Eunomium. Quemadmodum eidem, qui inuſitata voce aut oratione percelluntur, ξενοφωνεῖσθαι dicuntur, libro De fato, Ἐμοῦ δὲ καὶ πρὸς τοῦτον ξενοφωνουμένου λόγον, καὶ τὸν σαφέστερον ἀξιοῦντος μαθεῖν. Recentior interpres, *Chariſſimi, ne, tanquam hoſpites, exploratione illa per ignem quæ fit in vobis ad veſtri experimentum, percellimini, vt ſi peregrinum aliquid vobis accideret.* quam paraphraſin, & quidem longam ſatis, vt inſtitueret, mihi quidem opus fuiſſe non videtur. Eodem capite cum legitur, Εἰ ὀνειδίζεσθε ἐν ὀνόματι Χριστοῦ, μακάριοι. ℣. 14. ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται· κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται, κατὰ δὲ ὑμᾶς, δοξάζεται, nulla opus inſerta erat, vt poſtrema cohærerent, quæ interpres vetus prætermiſit: cum ἀσύνδετον ἀπόλυτον ſit, quo nonnunquam Helleniſtæ vtuntur. Græci, hoc aut ſimili modo dicerent, κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημούμενον, κατ' ὑμᾶς δοξάζεται. neque difficultas manet, ſi quis dicat, ὃ ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται. Elegantiſſimus locus eſt qui ſequitur, Μὴ γάρ τις ὑμῶν πασχέτω ὡς φονεὺς, ἢ κλέπτης, ἢ κακοποιὸς, ἢ ὡς ἀλλοτριοεπίσκοπος. Porro, eum qui κατάσκοπος nunc dicitur, ἐπίσκοπον antiquis dictum, notant veteres. ℣. 15. Euſtathius ad κ' Iliados, ὅτι δὲ ἐνταῦθα, καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς δὲ, ἐπίσκοπον λέγει, τὸν στελλόμενον εἰς πολεμίους κατάσκοπον. Φησὶ γὰρ, Τρώεσσιν ἐπίσκοπον, καὶ νήεσσιν ἐπίσκοπον· ὃν οἱ ὕστερον τὸ ἀθλῶα ἐκάλεσαν, ἐξ Ὁμήρου λαβόντες τὴν ἀφορμήν. & Heſychio, Ἐπίσκοπος, inter alia, κατάσκοπος. Ergo ἀλλοτριοεπίσκοπος, ἀλλοτριοκατάσκοπος: qui, alienis aut aliis inſidiatur, nempe. Ἀλλότρια autem, non tam πράγματα, quam κτήματα καὶ χρήματα, *poſſeſſiones* ac *pecuniæ*: vel, quæ ſunt alterius ſimpliciter. ac ſic περὶ κακοποιούντων καὶ πασχόντων, vt verbis ejus vtar, hoc eſt, in quos leges aduertunt, loquatur. Ἀλλοτριοεπίσκοπον in ſuo Marrucino Aſinio eleganter deſcripſit Catullus: qui inſidiari negligentibus ſolitus, lintea ac mappas tollebat. Quare nec rejiciendus temere antiquus interpres, qui, *alienorum appetitor*, reddidit. quanquam forte melius hoc ſenſu, *eum qui alienis inſidiatur*, dicas. Quod ad thorum quoque alienum referri poteſt. tantum abeſt, vt curioſos intelligamus, aut huc illud Comici referendum arbitremur, *Tantumne eſt abs re tua ocii tibi, Aliena vt cures, eaque nihil quæ ad te attinent?* Vox præclara, quæ præcepta aliquot, vt ſeptimum, octauum & decimum, tangit. Semper autem omnium malorum radix eſt quam tangit. Tertullianus ἀλλοτριοεπίσκοπον, *alieni inſidiatorem* dixit. qui, *alienarum rerum inſpectores* dicunt, minus dicunt.

In Ep. I. Petr.

Cap. IV.

Locus, τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε. ἐγκόμβωμα *quid.* ἐπωμίδες. κεκόμβωται καλῶς. *loci interpretatione quomodo defuncti, qui Latine eum reddiderunt. Locus*, ὁ δὲ Θεὸς πάσης χάριτος, ὁ καλέσας ὑμᾶς εἰς τὴν αἰώνιον αὐτοῦ δόξαν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, *&c.*

CApite quinto elegantiſſimus ille legitur locus, τὴν ταπεινοφροσύνην Cap. V. ἐγκομβώσασθε, ὅτι ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. ℣. 5. Quo nihil dici potuit venuſtius. Ἐγκόμβωμα, veſtis humilis & ſeruo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

rum erat. qui cum breues tunicas, quas ἐπωμίδας vocant, geſtarent, ſuperhas ἐγκόμβωμα induere ſolebant. palliolum viliſſimum, ſed candidum: quod & ἐπίβλημα, vt obſeruant antiqui, dicebant. Apollodorus, teſte Suida, poſtquam dixit, Καρυςίοις λιποῦσα τὴν ἐπωμίδα Πτύξασα διπλῆν; addit, ἄνωθεν ἐγκομβώσαμαι. Forte, Ἄνωθεν αὐτὴν αὖθις ἐγκομβώσομαι. Epicharmus, κεκόμβωται καλῶς, ibidem. Quia ergo dixerat, πάντες δὲ ἀλλήλοις ὑποτασσόμενοι, quod ſeruorum eſt, τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε, eleganter addit. Neque hic, *eſtote intus ornati* placet, quo recentior vtitur: & mirifice Eraſmus, *humilitatem animi vobis infixam habete.* cum exterior veſtis ſit ἐγκόμβωμα. Neque rectius antiquus, *omnes autem inuicem humilitatem inſinuate.* qui melius, *humilitatem* tamen, quam *modeſtiam*, dixit: cum modeſtia Regum quoque virtus ſit, ſubjectorum autem, de quibus agit, humilitas. Humilitatem inquit induite, vt ἐγκόμβωμα, nimirum, ſerui: cum veſtem illam, illud palliolum, viles humileſque ſer-

✻ſ. 10. ui, vt humilitatis indicium, geſtarent. Eodem capite illud legitur, ὁ δὲ Θεὸς πάσης χάριτος, ὁ καλέσας ὑμᾶς εἰς τὴν αἰώνιον αὐτοῦ δόξαν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὀλίγον παθόντας, αὐτὸς καταρτίσαι ὑμᾶς, στηρίξαι, σθενώσαι, θεμελιώσαι. Vbi verba illa, ὀλίγον παθόντας, ad hoc quod præceſſit, ὁ καλέσας ὑμᾶς, vulgo referre videntur. vt mens ſit, ὁ καλέσας ὑμᾶς ὀλίγον παθόντας: quaſi τὸ παθεῖν vocationem præcedat, cum præteritæ ſignificationis ſit. Quod (an recte eruditi cogitent) confirmant loco illo 2 Corinth. 4. 17. Τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν. Quid ſi igitur, vſitatam in his libris tranſpoſitionem eſſe dicamus? ac ſi dixiſſet, αὐτὸς ὀλίγον παθόντας ὑμᾶς καταρτίσαι. Deus, nempe: qui ὀλίγον παθόντας, pauca, ſummi illius præmii reſpectu, paſſos, immenſa illa gloria, quæ in futurum parata eſt, confirmat, ac fulcit.

Capita Epiſtolæ Petri II.

α'. ΠΕρὶ κλήσεως τῆς ἐν πίστει ἔργοις βεβαιουμένης διὰ τῆς ἀρετῆς, καὶ ἐλπίδι τῶν μελλόντων ἀγαθῶν.

β'. Παραγγελία εἰς ὑπόμνησιν τῆς διδασκαλίας μετὰ τὴν ἀνάλυσιν αὐτοῦ· καὶ ὅπως ἐν ὄρει Θαβὼρ τῆς τοῦ Θεοῦ περὶ τοῦ υἱοῦ ἐπήκουσε φωνῆς.

γ'. Πρόῤῥησις ἀπατηλῆς ἐπαναστάσεως αἱρετικῶν, ἀσεβείας τε αὐτῶν, καὶ μελλούσης κολάσεως.

δ'. Ἐπανάληψις περὶ κακίας ἀνθρώπων αἱρετικῶν. ἐν ᾧ, ὅτι αἰφνιδίως ἥξει ὁ Χριστὸς ἐπὶ συντελείᾳ τοῦδε τοῦ αἰῶνος. ὥστε δεῖν εὐτρεπίζεσθαι πάσῃ ἀρετῇ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

DANIELIS HEINSII

EXERCITATIONES SACRÆ IN II. EPISTOLAM PETRI.

SIVE

LIBER DECIMVSNONVS.

CAPVT SINGVLARE.

Locus, Οὐ γὰρ θελήματι ἀνθρώπου ἠνέχθη ποτὲ προφητεία. *Locus,* ὅτι πᾶσα προφητεία γραφῆς, ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται, *& an non* ἐπηλύσεως *præferendum. vt ſic inſtinctus denotetur, vtque* ἐκ τῆς ἐπηλύσεως ἰδίας, *dicatur. Locus,* καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην ἀρνούμενοι, ἐπάγοντες ἑαυτοῖς *&c.* ἐπακτικὰ *SS. Patribus quæ. Locus,* ἀλλ' ὄγδοον Νῶε, δικαιοσύνης κήρυκα ἐφύλαξε. ὄγδοος *quomodo dicatur Noë, & an* ὄγδοος *ſeruatus. Illuſtris Lamechi parentis Noachi prophetia de filio. Locus,* κατακλυσμὸν κόσμῳ ἀσεβῶν ἐπάξας. ἡ ἀσεβῶν πολιτεία. κόσμος, πολιτεία. μεταστῆσαι τὸν κόσμον *Thucydidi. Locus,* Βλέμματι γὰρ καὶ ἀκοῇ ὁ δίκαιος, ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς *&c. de diſtinctione loci ac mente: quid ſecuti ſint interpretes. Locus,* Ὑπέρογκα γὰρ ματαιότητος φθεγγόμενοι, *&c.* τοὺς ὄντως ἀποφυγόντας. *diuerſa lectio.* τοὺς ὀλίγον, *&* τοὺς ὀλίγως, καὶ ὀλίγου, ἀποφυγόντας. *de loci mente, & lectione.* δελεαζόμενοι *nonnunquam* οἱ παγιδευόμενοι *dicti. Locus,* ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν, καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἡμῶν ἐντολῆς, τοῦ Κυρίου καὶ σωτῆρος. *de cujus diſtinctione agitur. Locus,* Καὶ λέγοντες, ποῦ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία τῆς παρουσίας αὐτοῦ, *&c.* περιφορά, *quid, ac ſtolidi illius autores. Locus celeberrimus multumque agitatus,* Λανθάνει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας, ὅτι *&c. de quo fuſe agitur.* רקיע. στερέωμα. *firmamentum, expanſio, & aquam illi tribui à Moſe. quod de aqua dicitur, quo referendum.* ἔκπαλαι ἦσαν. ἔκπαλαι *quid, &* ἦσαν. *Locus,* Οἱ δὲ νῦν οὐρανοὶ καὶ ἡ γῆ. κόσμος, *& quomodo nonnunquam, in Sacris præſertim, vſurpetur.* ὅτι τὰ ζῶα τὸν κόσμον οἱονεὶ εἰδοποιεῖ. *De ſtatu terræ in diluuio, & poſt illud: etiam poëtæ quid ſenſerint. de loco diſputatum amplius. interpretatio ejus.* Λανθάνει γὰρ αὐτοὺς, τοῦτο θέλοντας. θέλειν *Græcis ac Latinis quid nonnunquam. Loci interpretatio, & quidem ſimplex.* οὐρανοὶ καινοί. κτίσις. κατακλυσμὸς, ἀνακαινισμὸς, *quæ ab autore ponuntur. creatio, creatura Auguſtino.* κάθαρσις. *Locus,* ἐν ᾗ οἱ οὐρανοὶ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται. *Locus,* καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαήσεται· ἔργα τὰ ἐν τῇ γῇ *quæ. Locus de Paulo ejuſque ſcriptis,* ἐν οἷς ἐστι δυσνόητά τινα. δυσνόητα *quomodo dicatur. locus idem quomodo intelligendus, & an accuſetur Apoſtolus.* στρεβλοῦν. *Athanaſius, ſiue* τῆς Συνόψεως τῆς θείας γραφῆς, *autor, de eo loco quid ſtatuerit.*

NOn procul à primi capitis fine legitur, Οὐ γὰρ θελήματι ἀνθρώπου ἠνέχθη ποτὲ προφητεία, ἀλλ' ὑπὸ πνεύματος ἁγίου φερόμενοι ἐλάλησαν οἱ ἅγιοι Θεοῦ ἄνθρωποι. E quo loco Sanctos, quique diuino inſtinctu locuti ſunt, θεοφορήτους, veteres Theologi dixerunt. vnde, ἐπηλύσεως, ante Apoſtolum ſcripſiſſe quis exiſtimet, cum dixit, Τοῦτο πρῶτον γινώσκοντες, ὅτι πᾶσα προφητεία γραφῆς, ἰδίας ἐπηλύσεως οὐ γίνεται. Non enim ἐξ ἰδίας ἐπηλύσεως, ſiue, *proprio inſtinctu,* qui ὑπὸ τοῦ πνεύματος φερόμενοι, hoc eſt, ſolius S. Spiritus inſtinctu, vt θεοφόρητοι, locuti ſunt. Capite ſecundo, ab initio non procul, de impiis dicitur, καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην ἀρνούμενοι, ἐπάγοντες ἑαυτοῖς ταχινὴν ἀπώλειαν. Quædam enim ſunt, quæ ſibi homines arceſſunt, quædam, ὑπὸ Κυρίου ἐπαγόμενα. vt calamitates, quibus exercere ſuos ſolet: quæ & ἐπακτικὰ non-

In Ep. II. Pet. Cap. I. ℣ſ. 21.

Cap. II. ℣ſ. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Ep. II. Pet. nonnunquam S S. Patribus dicuntur. Athanaſius Epiſtola De interpretat.
Pſalmorum, οἱ δὲ ἐπακτικὰ ἀπαγγέλλουσιν, ὡς ὁ ἑβδομηκοστὸς ἔνατος, ὁ ἑξηκοστὸς ἕκτος.
✠ſ. 5. Eodem capite cum legitur, Καὶ ἀρχαίου κόσμου οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὄγδοον Νῶε δικαιο-
σύνης κήρυκα ἐφύλαξε, ſi interpretibus noſtris hic ſtandum, hoc voluit Apoſto-
lus, ſeptem cum Noë ſeruatos eſſe. Quod vt obtineant, tranſpoſitam oratio-
nem notant: voluiſſe enim, ὅτι ὁ Θεὸς Νῶε τὸν δικαιοσύνης κήρυκα, ὄγδοον ἐφύλαξε. cum
tamen Deus non tam octauum illum, vt loquamur proprie, cum ſeptem aliis,
quam cum illo & illius cauſa, ſeptem alios ſeruarit. Adde quod duriſſima
hæc videatur tranſpoſitio. ne dicam, quod ita potius, ἀλλ' ὄγδοον Νῶε, τὸν δικαιο-
σύνης κήρυκα, dicendum eſſet: quod intelligunt qui Græce ſciunt. Nam quod
ajunt, decimum fuiſſe ab Adamo Noachum, quid ad rem, ſi vt juſtitiæ conſi-
deretur præco? aliud enim eſt inter præcipuos juſtitiæ præcones eſſe, aliud
certum inter poſteros Adami occupare locum. Et quid ſi præcipuos juſtitiæ
præcones, Adamum, poſtquam ei facta eſt promiſſio, Abelum, Sethum,
Enoſum, Enochum, Mathuſalemum, Lamechum denique pium, Noachi
parentem, dicamus, cujus illuſtris de filio extat prophetia, זה ינחמנו ממעשנו ומעצבון
ידינו מן האדמה אשר אררה יהוה, *Ille nos in opere noſtro conſolabitur, & in dolore manuum
noſtrarum, de terra cui maledixit Iehoua.* quo & Noachi nomen ſpectat. Quid
ſi igitur octauus ſit qui ſequitur, hoc eſt, is de quo agimus? Neque aliter in
Paralipomenon libris, κλῆρος ὄγδοος, ὄγδοος πυλωρὸς, & ſimilia: vt & c. 12. 12.
eorum qui ad Dauidem in deſerto ſe contulerunt, Ἰωαννὰν ὄγδοος, dicitur.
Adde quod à pſeudoprophetis inchoauit hoc caput, quibus τῆς δικαιοσύνης
κήρυκας opponere videtur. nihil tamen cuiquam hic præſcribimus aut de-
Ibid. rogamus: cum & id in medio relinquant Græci. Sequitur, κατακλυσμὸν κόσμῳ
ἀσεβῶν ἐπάξας. quaſi τῇ τῶν ἀσεβῶν πολιτείᾳ dicas, à qua ſeparatus fuit Noë:
cum præſertim τὰς πολιτείας, etiam proprie ſic dictas, atque inter ſe diſtin-
ctas, κόσμον nonnunquam antiqui dicant. Vt cum Thucydides lib. 3. μετα-
στῆσαι τὸν κόσμον, dixit. βουλομένων μεταστῆσαι τὸν κόσμον, καὶ ἐς δημοκρατίαν, ὥσπερ οἱ Ἀθη-
ναῖοι, τρέψαι. Quanquam certe, paucos ſi excipias, quibus tum pepercit
Deus, nihil obſtat, quominus κόσμος ἀσεβῶν dicatur, qui tum fuit: cum, vt
Auitus loquitur, *pecorum ritu permiſſa voluptas, Et diffuſa palam ruptis la-
ſciuia frænis, Luxuriæque forum atque obſcæni nundina mundi Ferueret.* Eo-
✠ſ. 8. dem capite & illud legitur, Βλέμματι γὰρ καὶ ἀκοῇ ὁ δίκαιος ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς,
ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ψυχὴν δικαίαν ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζεν. quem verſiculum ita ve-
tus reddidit interpres: *Aſpectu enim & auditu juſtus erat, habitans apud eos, qui
de die in diem animam juſtam iniquis operibus cruciabat.* quaſi, *aſpectu & auditu
juſtus dicatur*, cum non δίκαιος, ſed ὁ δίκαιος, legatur. à quo non longe Eraſmus
abiit. Ab vtroque recens non immerito receſſit: qui vt ordinem mutauit,
ita & nonnihil forte mentem inuoluit. Nemo dubitare poteſt, quin præci-
pui primique ſenſus corporis ſint viſus & auditus: qui feneſtræ mortis ideo
dicuntur. Quibus qui imperare didicit, immunem magna ex parte à pec-
cato animam, hoc eſt, ſe ipſe præſtat. Quod feciſſe Lotum ait: qui cum viſu
audituque Sodomitarum in dies flagitia ſordeſque vſurparet, atque inter il-
los viueret, ψυχὴν δικαίαν ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζε. Quid ſi ergo mens ſit, *Viſu enim
& auditu cum juſtus ille inter eos verſaretur, quotidie juſtam animam iniquis
eorum cruciabat factis?* quemadmodum eleganter vir Sanctus B. Hieronymus
ad Eſaiæ quinquageſimum & quintum, *quod cruciaretur anima ipſius, viden-
tis*, (adde &, *audientis*) *nefanda committi, & animæ judicium corporis habitudi-
ne demonſtraret.* Aliud recentior maluit: quaſi, nempe, hæc jungenda eſſent,
βλέμματι καὶ ἀκοῇ ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζε. vt ſi, καὶ βλέμματι καὶ ἀκοῇ ἀνόμων ἔργων, di-
cas. Ita ergo locum reddidit: *Iuſtus enim ille, cum habitaret inter eos, in dies ani-
mam juſtam iniquis illorum factis, & videndo & audiendo, excruciabat.* vt βλέμμα-
τι καὶ ἀκοῇ, tum ἀνόμοις ἔργοις, eodem referantur, ita vt dixi: aut quaſi, ἀνόμοις ἔργοις,

καὶ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

καὶ βλέμματι καὶ ἀκοῇ, legeretur. qua inuerſione, & quidem tanta, ordinis, meo In Ep.
quidem animo, opus non fuit. Vere interim B. Hieronymus, *Oculi*, inquit, II. Pet.
dolorem augent, cum ea quæ cæteri audiunt, intueri coguntur, nec auertere à miſeriis
cogitationem ſinunt. tum vero, *fœda*, vt idem ille loquitur, *audire tolerabi-*
lius eſt quam videre: vtrunque autem, vere βάσανος & cruciatus: animæ præ-
ſertim ſanctæ, & à ſcelerum pollutione alienæ. Eodem capite cum legitur,
Ὑπέρογκα γὰρ ματαιότητος φθεγγόμενοι, δελεάζουσιν ἐν ἐπιθυμίαις σαρκὸς, ἐν ἀσελ- ℣ſ. 18.
γείαις, τοὺς ὄντως ἀποφυγόντας τοὺς ἐν πλάνῃ ἀναστρεφομένους. Vbi variare codices,
notarunt eruditi. inter quos Robertus Stephanus, ſingularis in his libris dili-
gentiæ exemplum: qui in aliis quidem, τοὺς ὀλίγως ἀποφυγόντας, in aliis, τοὺς ὀλίγον,
legi notauit. cum veriſſima nobis lectio, τοὺς ὀλίγου, videatur: exigua mutatione
aut nulla: poſtremum enim elementum idem fere, ideoque & facillime con-
fundi potuit. vt à piſcibus ſumatur, qui cum τῶν δελεαζόντων, ſiue ineſcantium,
de quibus hic agitur, inſidias propemodum jam effugerunt, eſca ad hamum
reuocantur. Quod autem de vere tantum fidelibus hic agi volunt, vnde pro-
bant? quia ὄντως, inquient, ἀποφυγεῖν dicuntur. de qua lectione jam quæritur.
Quomodo autem ἀποφυγεῖν ὄντως dicas eos, qui rurſus ineſcantur? quod nec iis
conuenit, de quibus poſtea ſequitur, οἱ ἀποφυγόντες τὰ μιάσματα τοῦ κόσμου, τούτοις
πάλιν ἐμπλακέντες ἡττῶνται. quorum conſideratione caput hoc concludit: ii
enim, qui &, κύνες ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα ἐπιστρέψαντες, *ad proprium reuerſi vomitum,*
canes, dicuntur. Adde, quod δελεαζόμενοι, vt antiqui notant, nonnunquam οἱ
παγιδευόμενοι, ſiue, *irretiti*, dicuntur: qui & capiuntur, non captantur tan-
tum: quod τοῖς ὄντως ἀποφυγοῦσι ſimpliciter, vt docet Scriptura, & abſolute,
non conuenit, imo cum hoc pugnat. Capite tertio quod legitur, Μνησθῆναι Cap.
τῶν προειρημένων ῥημάτων ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν, καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἡμῶν ἐντολῆς, τοῦ III.
Κυρίου καὶ σωτῆρος, quantopere eruditos exercuerit, vel ex eo patet, quod in- ℣ſ. 2.
terpres vetus, verba, quæ jam diximus, poſtrema, ad τὸ ἐντολῆς, referre cona-
tus ſit. Cui vt ſubuenirent alii, ad Apoſtolos id transtulêre. trajectione li-
bera, ni fallor, & inuſitata: quanuis reperiri quaſdam in his libris, nec nega-
rim, neque ſemel jam probauerim. Illi igitur, *& mandati illius noſtri qui ſumus*
Apoſtoli Domini & Seruatoris. Quare, quod ſequitur videamus, vt pariter,
quo referenda hæc ſint, intelligamus. Inter cætera quæ non ſemel Dominus
prædixit, illud eſſe omnes ſciunt, Ὅτι ἐγερθήσονται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ψευδόχριστοι
καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ δώσουσι σημεῖα μεγάλα καὶ τέρατα, ὥστε πλανῆσαι, εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς
ἐκλεκτούς. *Venturos poſtremis diebus pſeudochriſtos ac pſeudoprophetas, ſignaque*
edituros magna ac miracula, quibus &, ſi fieri poſſet, decipiantur electi. vbi &
πλάνοι dicuntur, vt hic ἐμπαῖκται. vide Matthæum & Marcum. Quid ſi igitur,
quod & nos & alii nonnunquam eueniſſe jam notauimus, etiam hic euênit,
vt à parum attentis, minus recte diſtincti fuerint verſus, atque hoc modo di-
ſtinguendus fuerit locus? Μνησθῆναι τῶν προειρημένων ῥημάτων ὑπὸ τῶν ἁγίων προφη-
τῶν, καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἡμῶν ἐντολῆς. Deinde nouo verſu, Τοῦ Κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν
τοῦτο πρῶτον γινώσκοντες, ὅτι ἐλεύσονται ἐπ᾽ ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν ἐμπαῖκται. Petro autem
hoc proprium, vt locos, ſiue ῥήσεις, Noui Fœderis alludat. ita vero nulla
certe difficultas erit. Quod mirum non veniſſe in mentem antiquis, qui ad
hunc locum, Καί ἐστιν ἡ σύνταξις οὕτως, Μνησθῆναι τῶν προειρημένων ῥημάτων ὑπὸ τῶν
ἁγίων προφητῶν, ὑπὸ τῆς τῶν ἀποστόλων ἡμῶν ἐντολῆς, ὑπὸ τῆς ἐντολῆς τοῦ Κυρίου καὶ σωτῆρος·
κατὰ κοινοῦ γὰρ τὸ ὑπό. quaſi toties τὸ ὑπὸ repetendum ſit, atque ita conſtet ra-
tio. Quod non ſine cauſa recentior interpres rejecit. quanquam idem illud
forte vellent, quod jam diximus, licet defuerit ſucceſſus. Non ita multo poſt
legitur, Καὶ λέγοντες, Ποῦ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία τῆς παρουσίας αὐτοῦ; ἀφ᾽ ἧς γὰρ οἱ πατέρες ἐκοι- ℣ſ. 4.
μήθησαν, πάντα οὕτω διαμένει ἀπ᾽ ἀρχῆς κτίσεως. Cujuſmodi illuſores, aut nihili
homines, erant, qui ſtolidiſſimam ſuam περιφορὰν fabricabant: vt qui omnia
reuolui quæ fuerant, iterumque fieri, docerent. quæ eueniſſent, euentura,

quæ fuiſſent, futura. Aduerſus quos erudite ad 24. Matthæi diſputat Chryſoſtomus. Qui, Πῶς τοίνυν εἰσὶν οἱ τῆς γενέσεως τὴν τυραννίδα ἐπιτειχίζοντες, καὶ τὴν περιφορὰν τοῖς τῆς ἐκκλησίας δόγμασι; Et addit, Ποίαν τοίνυν περιφορὰν εἴποιτ' ἄν; Οὔτε γὰρ Σόδομα, οὔτε Γόμορρα, οὔτε κατακλυσμὸς ἕτερος ἐγένετό ποτε. Quod ſimilia, in orbem quaſi, euentura dicerent. qualia, quæ de Gomorrha ac Sodoma comme-
vſ. 5. morat. Sequitur, Λανθάνει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας, ὅτι οὐρανοὶ ἦσαν ἔκπαλαι, καὶ γῆ ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα, τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ. Qui locus quantum torſerit pleroſque, non ignorant, qui & illud ſciunt, pridem, neque paucis, totius Epiſtolæ ſuſpectam ejus cauſa fidem fuiſſe: tum quam multa etiam non antiqui hic adferant interpretes. Cum enim inter alia dicitur, ὅτι οὐρανοὶ ἦσαν ἔκπαλαι καὶ γῆ ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα, quanquam conſtat, vaſto illi ſpatio, quod רקיע Hebræi, στερέωμα Helleniſtæ, eoſque ſecuti *firmamentum*, *expanſionem* alii dixerunt, aquas tribuiſſe Moſen, cum dixit, Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος (quo loco & Græci hic interpretes vtuntur) quemadmodum & שמים, ſiue, *cælos*, eam partem dici; nondum ab iis tamen diſſentio, qui quod de aquis dicitur, ad terram referre malunt: licet ita hoc & alii accipiant & Græci, ac ſi ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶτα, ſcriptum eſſet, aut hoc vellet autor. Cum, quod de diluuio additur, nihil ſane ad cælos, in quos tantum abeſt, aliquid, vt quidam volunt, potuiſſe aquam, vt ne terra quidem fuerit ſublata, neque alia aut noua nunc ſit. Ne illud quidem diſplicet, vt ἔκπαλαι, בראשית, ſiue, ἐν ἀρχῇ, exponamus. & præceſſit, πάντα οὕτω διαμένει ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως: quod non male, ὡς ἔκπαλαι, dicas. Etiam τὸ ἦσαν, non aliud quam ἐκτίσθησαν, *creati ſunt*, hic eſſe. cum præſertim, τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ, addatur, quod cum eo eruditi jungunt. Poſt quæ tamen omnia, plus difficultatis in eo quod ſequitur, ſupereſſe videtur, οἱ δὲ νῦν οὐρανοὶ καὶ ἡ γῆ τῷ αὐτῷ λόγῳ τεθησαυρισμένοι εἰσί. de quo conſtare iis poteſt, qui non ignorant, quam ſollicite de cœlo non vno, & diſtinctione eorum, quidam egerint. niſi quis ſimpliciter dicat, aliud nunc cœlum, aliud ante vim aquarum, ſeu immiſſum terris diluuium, fuiſſe. Nam in eo quod præceſſit, ὁ τότε κόσμος ὕδατι κατακλυσθεὶς ἀπώλετο, *is qui tum erat mundus aqua inundatus periit*, nulla ſane difficultas, cum ad homines ac animalia referri id poſſit. Vnde ad illa Græci Theologi, τὸ ἀπώλετο, μὴ πρὸς πάντα τὸν κόσμον ἀκουστέον, ἀλλὰ πρὸς μόνα τὰ ζῶα, ἃ τὸν ἅπαντα κόσμον οἱονεὶ εἰδοποιεῖ· ἔρημος γὰρ ζώων τόπος, οὐδὲ κόσμος ἂν νομισθείη. *quod interiiſſe mundum ait, non de toto mundo, ſed de ſolis animalibus intelligendum, quæ totius quaſi mundi ſpeciem quandam efficiunt. Deſtitutus quippe animalibus locus, vix dici mundus poteſt.* Et an aliter autor hic loquitur? qui ipſa hac Epiſtola, καὶ ἀρχαίου κόσμου οὐκ ἐφείσατο, dixit? Periiſſe autem omnes, qui extra arcam, etiam terræ ſpeciem externam ac decus, nemo equidem, quod ſciam, negat: ipſam vero periiſſe terram, ne poëtæ quidem dicunt. Vt qui in diluuii deſcriptione canit, *Pœna placet diuerſa: genus mortale ſub vndis Perdere, & ex omni nymbos demittere cælo.* Deinde poſt illud, *colles exire videntur: Surgit humus: creſcunt loca decreſcentibus vndis, Poſtque diem longam nudata cacumina ſyluæ oſtendunt.* Cum igitur ὁ τότε κόσμος dixerit, deinde autem non ὁ νῦν κόσμος, quod eodem intelligi modo poſſet, ſed οἱ νῦν οὐρανοὶ καὶ ἡ γῆ addat, quis non dicat, cœlos hos ab aliis ac terram diſtingui? Quid igitur? An alium loci ſenſum dicemus? vt hæc, nempe, & quæ præcedunt, λανθάνει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας, non Apoſtoli, ſed eorum, quos illuſores dixerat, verba dicamus? Vtque de orthodoxis illi judicent, λανθάνει αὐτοὺς, τοῦτο θέλοντας, *falli eos qui ſic ſentiunt*: ea autem quæ ſequuntur maligne proponant. Quaſi cœlos ponant nunc alios, (è quo ipſo quidam ſubſidium hic petunt,) ſed & terram nunc aliam: *cælos autem nunc qui ſunt, vt & terram, igni atque incendio ſeruari.* Notum autem, quam calumnioſe olim verba Domini & traduxerint & interpretati olim Phariſæi cæterique ἐμπαῖκται fuerint:

quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

quam inuidioſe ac maligne orthodoxorum ſententias, etiam ætate noſtra, hæretici proponant. Quanquam tanto molimine opus hic non erit. Videndum interim, quid illa velint ſibi, Λανθάνει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας. Quod ad verbum, vt ſolet, antiquus interpres, *Latet enim eos hoc volentes.* ambigue. Eraſmus, *Nam illud volentes neſciunt.* Recentior, *Illud enim ſponte illos latet:* ac ſi θέλοντας id eſſet, quod ἐθελοντὶ vulgo Græci, *ſponte*, aut, *volentes*, dicunt Latini. Quid autem vſitatius, quam vt qui aliquid exiſtimant aut ſtatuunt, θέλειν Græcis, *velle* Latinis, dicantur? Herodianus, σεβίζουσι δὲ ὑπερφυῶς, Ἀπόλλωνα εἶναι ἐθέλοντες. *quod eſſe velint Apollinem, quod eſſe exiſtiment.* vt ſi quis, qui opiniones Thaletis, ſiue ἀρέσκοντα, exponit, θέλει δὲ πάντων ἀρχὴν τὸ ὕδωρ εἶναι, *omnium principium vult aquam eſſe*, dicat: quomodo M. Tullius, *quatuor enim naturas, ex quo omnia conſtare cenſet, diuinitus eſſe vult.* Quid ſi igitur eodem modo & hic, Λανθάνει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας, *Latet eos qui hoc volunt, qui ita cenſent?* Quid autem cenſeant, jam dixit. ὅτι πάντα, nempe, οὕτω διαμένει &c. Vt de Epicureis ac ſimilibus agat: quod ſane malo, quam vt de Nicolaitis aut Carpocratianis aliiſque intelligamus: quanquam & iſti furioſa quædam de mundi origine ac ſtolidiſſima ſtatuerent. Quid autem latet eos? Cœlum terramque, quæ ex aqua & ſuper ea, Dei verbo creata. vnde eadem terra, pereunte illo mundo, aqua rurſus obruta: cœlos autem, quos videmus nunc, (aut, ad verbum, *qui nunc*) tales olim non futuros, ſed, vt loquitur mox, *nouos.* Sequitur enim, Καινοὺς δὲ οὐρανοὺς καὶ γῆν καινὴν, κατὰ τὸ ἐπάγγελμα αὐτοῦ, προσδοκῶμεν, ἐν οἷς δικαιοσύνη κατοικεῖ. *Sed cœlos nouos nouamque terram, ſecundum promiſſum ejus, expectamus*, &c. non enim ἄλλους dixit. Ita, nec cœlo aëreo, quod per diluuium terræ tum immixtum quidam volunt, nec capacitate ejus, in quo aues volant, (ita enim loquuntur) quod & periiſſe in diluuio volunt, opus hic erit. Quæ de cœlis enim iſtis Scholaſtici, & inter eos Thomas, nunc prætermittimus: vt & Bedæ ſententiam, qui in partes Auguſtinum vocat. Statuit autem ſcriptor noſter, primo τὴν κτίσιν, ſeu, *creationem*, quam, *creaturam* alibi libro De hæreſibus idem Auguſtinus dixit: ſtatuit τὸν κατακλυσμὸν, ſeu diluuium: τὸν ἀνακαινισμὸν denique, ſeu, *innouationem*, ſtatuit: quam & κάθαρσιν antiqui hic Theologi dixêre. De creaturarum autem renouatione, de purgatione ac inſtauratione, etiam quarundam abolitione, quæ nonnulli diſputant, ſimilibuſque, dicendi locum hic non arbitramur. Contextum enim illuſtramus: quem qui intelligit, libenter aliquid ignorat. Deum enim præeuntem habet; tum vt certo ſciat quæ docentur, tum vt non inuitus quæ docere noluit, ignoret. E quo ſatis ſic apparet, quantopere aut luderent, de quibus Apoſtolus hic agit, aut deciperentur: qui eadem, nimirum, vt fuiſſe ſemper à creatione, ita & futura vellent. Sequitur, ἐν ᾗ οἱ οὐρανοὶ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, ☩ſ. 10.
quod, *in quo cæli magno impetu & ſine dilatione tranſibunt*, quidam ex antiquis dixit. Sequitur ibidem, καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαήσεται. vbi, quæ Ibid.
ſint illa terræ opera (ita enim reddunt interpretes) quæri poſſe videtur. quod ſi in Græco occurreret autore, nemo dubitaret, ea quæ agriculturam aut cultum ſpectant, quem impendunt terræ homines, intelligi. Quæ, ἔργα ἀπολύτως, *abſolute*, hac voce τὴν γεωργίαν denotari, de aliis cum vſurpatur, μετὰ προσθήκης τινὸς, ſiue, cum alia, vſurpari ait. vnde Orphei Ἔργα καὶ Ἡμέραι: quorum initium, Εἰ δὲ γεωπονίης σε φιλομβρέου ἵμερος αἱρεῖ. quem ſecutus, eâdem inſcriptione vſus eſt Heſiodus: cujus Ἔργα, γεωργίας διδασκαλίαν, *agriculturæ inſtitutionem*, Grammatici interpretantur. De quo cum fieri poſſit non cogitaſſe Apoſtolum, τὰ ἐν τῇ γῇ ἔργα, ea quæ in ipſa tum extabunt, aut erunt, dici exiſtimo. Vt ſic ἔργον ſit, quod מלאכה Hebræis: quo, quæcunque induſtria hominis aut labore parta, miniſterio ejuſdem cedunt atque vſui, dicuntur. Inter quæ, vt facultates ac opes, ita quæ ex arte ac ingenio proueniunt. vt

cum

IN EP. II. PET.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In Ep. II. Pet. ℣ſ. 16. cum πᾶν ἔργον σοφίας, καὶ πᾶς σοφὸς ἐν παντὶ ἔργῳ, ac ſimilia, Helleniſtis dicuntur: qui non aliam interpretantur vocem. Eodem capite & illud legitur, καὶ ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν ἀδελφὸς Παῦλος, κατὰ τὴν αὐτῷ δοθεῖσαν σοφίαν ἔγραψεν ὑμῖν· ὡς καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐπιστολαῖς, λαλῶν ἐν αὐταῖς περὶ τούτων ἐν οἷς ἐστι δυσνόητά τινα. Quo in loco plane lectionem amplector, quam plerique codices ſequuntur, vt ἐν οἷς, non, ἐν αἷς, legatur: ac ſic continuentur quæ dicit. Hoc modo, λαλῶν ἐν αὐταῖς περὶ τούτων ἐν οἷς ἐστι δυσνόητά τινα. vt hoc velit: quaſdam difficiles quæſtiones tractaſſe Apoſtolum: qualis eſt de Lege & Iuſtificatione in Epiſtola ad Romanos, in aliis aliæ, in quibus δυσνόητοι ſane loci, & qui difficultatis multum habent. Qualis eſt qui capite hoc tractatur, de aduentu Domini, & quare differatur: quod & approbat Apoſtolus, & erudite ab eo, κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ σοφίαν, factum ait. Sed & addit, ὡς καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐπιστολαῖς, λαλῶν ἐν αὐταῖς περὶ τούτων ἐν οἷς ἐστι δυσνόητά τινα. Hactenus igitur laus Pauli: quod obſcura, ſed profunde ac erudite, tractet. Quid ſequitur? Improborum deteſtatio καὶ ἀμαθῶν: qui, vt cæteras Scripturas, in perniciem hæc ſuam verterent. Si Apoſtolum igitur accuſat Petrus, etiam ſe ipſe Apoſtolus accuſat: qui ad Hebræos cap. 5. ℣ſ. 11. Περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος καὶ δυσερμήνευτος λέγειν. Quid autem addit? ἐπεὶ νωθροὶ γεγόνατε ταῖς ἀκοαῖς. *quandoquidem ſegnes ad audiendum eſtis.* Eodem plane modo hic, non autori τὸ δυσνόητον, vt vitium, aſcribit, ſed lectores ἀμαθεῖς καὶ ἀστηρίκτους damnat: ipſum autem manifeſte extollit. Primo etenim σοφίαν ei tribuit. Qualem vero? infuſam ac cœleſtem. Secundo Epiſtolas Apoſtoli in Canone reponit, cum addit, ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφάς. Tertio accuſat, ſeu condemnat, eos, quos στρεβλοῦν, ſeu detorquere, ſed cum exitio æterno, ait quæ ab eo optime dicuntur. Neque aliter & ex antiquis Athanaſius, ſeu quicunque τῆς Συνόψεως τῆς Θείας γραφῆς autor eſt, olim, vt alios omittam, judicauit: qui Apoſtoli hic commendari ſcripta notat. Verba ejus de hoc loco ſunt, Ἐντέλλεται, inquit poſt alia nonnulla, ἀγαπᾶν τὰ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου Παύλου γραφέντα, καὶ μὴ προσέχειν τοῖς διαβάλλουσιν αὐτά· διὰ τὸ καὶ πάσας τὰς θείας γραφὰς διαβάλλειν αὐτούς. *Quæ ſcripta ab Apoſtolo Paulo ſunt, amare jubet, neque audire eos qui calumniantur ea: cum Sacras omnes literas iidem traducant.*

Capita I. Iohannis Epiſtolæ.

α'. Εὐαγγελικὴ θεολογία περὶ Χριστοῦ. ἐν ᾧ, περὶ ἐξομολογήσεως καὶ προσοχῆς εἰς τὸ μὴ ἁμαρτάνειν. ὅτι ἡ τήρησις ἐντολῶν Θεοῦ τὴν γνῶσιν βεβαιοῖ.

β'. Περὶ ἀγάπης, ἧς ἄνευ ἀσέβεια. ἐν ᾧ, παραίνεσις περὶ χάριτος ἑκάστου καθ' ἡλικίαν· καὶ περὶ ἀποστροφῆς τῆς περὶ τὸν κόσμον ἀγάπης.

γ'. Περὶ ψευδαδέλφων ἀρνησιθέων, καὶ ὅτι ἡ εἰς Χριστὸν εὐσέβεια πατρὸς ὁμολογία. ἡ γὰρ τοῦ πατρὸς δοξολογία, τοῦ υἱοῦ ἐστι θεολογία. ἐν ᾧ, περὶ θείου καὶ πνευματικοῦ χαρίσματος ἐν ἁγιασμῷ, ἐπ' ἐλπίδι εἰς γνῶσιν Θεοῦ· ὅτι πᾶς ὁ ἐν Χριστῷ, ἐκτὸς ἁμαρτίας· ὁ δὲ ἁμαρτάνων, ἐστὶν ἐκ τοῦ διαβόλου.

δ'. Περὶ ἀγάπης τῆς εἰς τὸν πλησίον καὶ διαθέσεως μεταδοτικῆς. ἐν ᾧ, περὶ συνειδήσεως ἀγαθῆς τῆς ἐν πίστει Ἰησοῦ Χριστοῦ. περὶ διακρίσεως πνευμάτων, ἐφ' ὁμολογίᾳ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐνανθρωπήσεως.

ε'. Περὶ φιλαδελφίας εἰς θεοσέβειαν.

ϛ'. Περὶ θεολογίας υἱοῦ ἐν δόξῃ πατρός· καὶ περὶ νίκης τοῦ κατὰ τοῦ πονηροῦ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ζωήν.

ζ'. Περὶ ἀντιλήψεως τοῦ ἁμαρτάνοντος ἀδελφοῦ διὰ προσευχῆς, καὶ περὶ τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν. ἐν ᾧ, περὶ ἀποχῆς δαιμονικοῦ σεβάσματος.

Capita II. Iohannis Epiſtolæ.

Μετὰ τὸ προοίμιον περὶ ὀρθοῦ βίου ἐν ἀγάπῃ Θεοῦ, διὰ πίστεως εὐσεβοῦς, ἀμεταθέτου. ἐν ᾧ, ὅτι οὐ δεῖ αἱρετικὸν εἰσοικίζειν ἢ χαιρετίζειν ἐφ' ἁμαρτίᾳ· ἐπαγγελία παρουσίας αὐτοῦ ἐπ' ἐλπίδι πρὸς ὠφέλειαν.

Capita III. Iohannis Epiſtolæ.

Εὐχὴ ὑπὲρ τελειώσεως καὶ εὐχαριστίας ἐφ' ὁμολογίᾳ φιλοξενίας τῶν ἀδελφῶν διὰ Χριστόν. ἐν ᾧ, περὶ τοῦ Διοτρεφοῦς φαυλότητος καὶ μισαδελφίας. περὶ Δημητρίου, ᾧ μαρτυρεῖται τὰ κάλλιστα. περὶ ἀφίξεως αὐτοῦ πρὸς αὐτοὺς ἐπ' ὠφελείᾳ ἐν τάχει.

Capita Epiſtolæ Iudæ.

α'. Περὶ προσοχῆς τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως διὰ τὴν ἐπανάστασιν τῶν ἀσεβῶν καὶ ἀσελγῶν ἀνδρῶν. ἐν ᾧ, περὶ μελλούσης αὐτῶν κολάσεως καθ' ὁμοίωσιν τῶν πάλαι ἁμαρτωλῶν τε καὶ πονηρῶν.

β'. Ταλανισμὸς αὐτῶν ἐπὶ τῇ πλάνῃ, καὶ δυσεβείᾳ, καὶ ἀσελγείᾳ, καὶ βλασφημίᾳ, καὶ ἐπιπλάστῳ ὑποκρίσει τῆς εἰς ἀπάτην δωροδοκίας.

γ'. Περὶ ἀσφαλείας αὐτῶν ἐν τῇ πίστει, συμπαθείας τε καὶ φειδοῦς εἰς τὸν πλησίον ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ ἁγιασμῷ.

δ'. Εὐχὴ ὑπὲρ αὐτῶν εἰς ἁγιασμὸν καὶ παρρησίαν καθαρὰν σὺν δοξολογίᾳ Θεοῦ.

Capita Apocalypſeos Iohannis Theologi.

α'. Προοίμιον τῆς ἀποκαλύψεως, καὶ ὅτι δι' ἀγγέλου αὐτῷ δέδοται.
β'. Ὀπτασία ἐν ᾗ τὸν Ἰησοῦν ἐθεάσατο ἐν μέσῳ λυχνιῶν ἑπτά.
γ'. Τὰ γεγραμμένα πρὸς τὸν τῆς Ἐφεσίων ἐκκλησίας ἄγγελον.
δ'. Τὰ δηλωθέντα τῷ ἐν τῇ Σμυρναίων ἐκκλησίᾳ ἀγγέλῳ.
ε'. Τὰ σημανθέντα τῷ τῆς Περγαμηνῶν ἐκκλησίας ἀγγέλῳ.
ϛ'. Τὰ γεγραμμένα τῷ τῆς Θυατείρων ἐκκλησίας ἀγγέλῳ.
ζ'. Τὰ ἀπεσταλμένα τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Σάρδεσιν ἐκκλησίας.
η'. Τὰ γραφέντα πρὸς τὸν τῆς Φιλαδελφέων ἐκκλησίας ἄγγελον.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

θ'. Τὰ δηλωθέντα πρὸς τὸν τῆς Λαοδικέων ἐκκλησίας ἄγγελον.

ι'. Περὶ τῆς ὁραθείσης αὐτῷ θύρας ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τοῦ θρόνου, καὶ τῶν κδ' πρεσβυτέρων, καὶ τῶν ἑξῆς δειχθέντων.

ια'. Περὶ τῆς βίβλου τῆς ἐσφραγισμένης σφραγῖσιν ἑπτὰ τῆς ἐν τῇ χειρὶ τοῦ θεοῦ, ἣν οὐδεὶς ἀνοῖξαι δύναται τῆς κτιστῆς φύσεως.

ιβ'. Περὶ τοῦ ἀρνίου τοῦ τὰ ἑπτὰ κέρατα ἔχοντος, ὅπως τὴν βίβλον ἀνέῳξεν.

ιγ'. Λύσις τῆς πρώτης σφραγῖδος, τὴν ἀποστολικὴν διδαχὴν σημαίνουσα.

ιδ'. Λύσις τῆς δευτέρας σφραγῖδος, δηλοῦσα τὸν τῶν ἀπίστων κατὰ τῶν πιστῶν πόλεμον.

ιε'. Λύσις τῆς τρίτης σφραγῖδος, δηλοῦσα τῶν μὴ παγίως πεπιστευκότων Χριστῷ τὴν ἔκπτωσιν.

ιϛ'. Λύσις τῆς τετάρτης σφραγῖδος, ἐμφαίνουσα τὰς ἐπαγομένας παιδευτικὰς μάστιγας τοῖς δι' ἀνυπομονησίας ἀρνησαμένοις τὸν κύριον.

ιζ'. Λύσις τῆς πέμπτης σφραγῖδος, τὴν τῶν ἁγίων ψυχῶν σημαίνουσα πρὸς κύριον καταβόησιν, ὥστε γενέσθαι συντέλειαν.

ιη'. Λύσις τῆς ἕκτης σφραγῖδος, τὰς ἐν τῇ συντελείᾳ ἐπαγομένας πληγὰς σημαίνουσα.

ιθ'. Περὶ τῶν σωζομένων ἐκ πληγῆς τῶν τεσσάρων ἀγγέλων χιλιάδων ρμδ'.

κ'. Περὶ τοῦ ἀναριθμήτου ὄχλου τῶν ἐξ ἐθνῶν Χριστῷ συμβασιλευσάντων.

κα'. Λύσις τῆς ἑβδόμης σφραγῖδος, δηλοῦσα ἀγγελικὰς δυνάμεις προσάγειν θεῷ τὰς τῶν ἁγίων προσευχὰς ὡς θυμιάματα.

κβ'. Περὶ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων, ὧν τοῦ πρώτου σαλπίσαντος, χάλαζα, καὶ πῦρ, καὶ αἷμα ἐπὶ τῆς γῆς φέρεται.

κγ'. Περὶ τοῦ δευτέρου ἀγγέλου, οὗ σαλπίσαντος, τῶν ἐν θαλάσσῃ ἐμψύχων ἀπώλεια γίνεται.

κδ'. Ὁ τρίτος ἄγγελος, τὰ τῶν ποταμῶν πικραίνει ὕδατα.

κε'. Ὁ τέταρτος ἄγγελος τὸ τρίτον τοῦ ἡλιακοῦ καὶ σεληνιακοῦ φωτὸς σκοτίζει.

κϛ'. Περὶ τοῦ πέμπτου ἀγγέλου, καὶ τῶν ἐκ γῆς ἀβύσσου ἀνερχομένων νοητῶν ἀκρίδων, καὶ τοῦ ποικίλου τῆς μορφῆς αὐτῶν.

κζ'. Περὶ τοῦ ἕκτου ἀγγέλου, καὶ τῶν ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ λυομένων ἀγγέλων ἐπίλυσις.

κη'. Περὶ ἀγγέλου περιβεβλημένου νεφέλην καὶ ἶριν, καὶ τὸ κοινὸν τέλος προμηνύοντος.

κθ'. Ὅπως τὸ βιβλιδάριον ἐκ χειρὸς τοῦ ἀγγέλου ὁ εὐαγγελιστὴς εἴληφεν.

λ'. Περὶ Ἐνὼχ καὶ Ἠλία, διελέγχειν μελλόντων τὸν Ἀντίχριστον.

λα'. Ὅπως ἀναιρεθέντες ὑπὸ τοῦ Ἀντιχρίστου ἀναστήσονται, καὶ τοὺς ἠπατημένους ἐκπλήξουσιν.

λβ'. Περὶ τῆς ἑβδόμης σάλπιγγος, καὶ τῶν ὑμνούντων τῷ θεῷ ἁγίων ἐπὶ τῇ μελλούσῃ κρίσει.

λγ'. Περὶ

λγʹ. Περὶ τῶν διωγμῶν τῆς ἐκκλησίας τῶν προτέρων, καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ Ἀντιχρίστου.

λδʹ. Περὶ τοῦ γινομένου πολέμου μεταξὺ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, καὶ τῶν πονηρῶν δυνάμεων, καὶ τῆς καταπτώσεως τοῦ δράκοντος.

λεʹ. Ὅπως ὁ δράκων διώκων τὴν ἐκκλησίαν οὐ παύεται.

λϛʹ. Περὶ τοῦ θηρίου τοῦ ἔχοντος κέρατα δέκα καὶ κεφαλὰς ἑπτά· ὧν μίαν ὡς ἐσφαλμένην ἔφη.

λζʹ. Περὶ ἑτέρου θηρίου δύο κέρατα ἔχοντος, καὶ τῷ πρώτῳ τοὺς ἀνθρώπους προσάγοντος.

ληʹ. Περὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ θηρίου.

λθʹ. Περὶ τῶν ρμδ χιλιάδων τῶν σὺν τῷ ἀρνίῳ ἑστώτων ἐν ὄρει Σιών.

μʹ. Περὶ ἀγγέλου προαγορεύοντος τὴν ἐγγύτητα τῆς κρίσεως τῆς μελλούσης.

μαʹ. Περὶ δευτέρου ἀγγέλου, τὴν πτῶσιν Βαβυλῶνος κηρύσσοντος.

μβʹ. Περὶ τρίτου ἀγγέλου ἀσφαλιζομένου τὸν τοῦ Κυρίου λαὸν, μὴ δέξασθαι τὸν Ἀντίχριστον.

μγʹ. Ὅπό ἐν τῇ νεφέλῃ καθήμενος, τῷ δρεπάνῳ συντελεῖ τὰ ἐκ τῆς γῆς βλαστάνοντα.

μδʹ. Περὶ ἑτέρου ἀγγέλου τρυγῶντος τὴν τῆς πικρίας ἄμπελον.

μεʹ. Περὶ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῶν ἐπαγόντων τοῖς ἀνθρώποις τὰς πληγὰς περὶ τῆς συντελείας. καὶ περὶ τῆς ὑαλίνης θαλάσσης, ἐν ᾗ τοὺς ἁγίους ἐθεάσατο.

μϛʹ. Ὅπως τῆς πρώτης φιάλης ἐκχυθείσης, ἕλκος κατὰ τῶν ἀποστατῶν γίνεται.

μζʹ. Πληγὴ δευτέρα κατὰ τῶν ἐν θαλάσσῃ ἐπιλιμωμένων.

μηʹ. Ὅπως διὰ τῆς τρίτης οἱ ποταμοὶ εἰς αἷμα μετακιρνῶνται.

μθʹ. Ὅπως διὰ τῆς τετάρτης καυματίζονται οἱ ἄνθρωποι.

νʹ. Ὅπως διὰ τῆς πέμπτης ἡ βασιλεία τοῦ θηρίου σκοτίζεται.

ναʹ. Ὅπως διὰ τῆς ἕκτης ἡ ὁδὸς διὰ τοῦ Εὐφράτου τοῖς ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου βασιλεῦσιν ἀνοίγεται.

νβʹ. Ὅπως διὰ τῆς ἑβδόμης χάλαζα καὶ σεισμὸς κατὰ τῶν ἀνθρώπων γίνεται.

νγʹ. Περὶ τοῦ ἑνὸς τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων, δεικνύοντος τῷ εὐαγγελιστῇ τὴν τῆς πόρνης πόλεως καθαίρεσιν. καὶ περὶ τῶν ἑπτὰ κεφαλῶν, καὶ τῶν δέκα κεράτων.

νδʹ. Ὅπως ὁ ἄγγελος τὸ ὁραθὲν αὐτῷ μυστήριον ἡρμήνευσεν.

νεʹ. Περὶ ἑτέρου ἀγγέλου τὴν πτῶσιν Βαβυλῶνος δηλοῦντος, καὶ οὐρανίου φωνῆς τὴν ἐκ τῆς πόλεως φυγὴν ἐντελλομένης, καὶ τῆς ἀποβολῆς τῶν τερπνῶν ὧν τὸ πρὶν ἐνέκλητο.

νϛʹ. Περὶ τῆς τῶν ἁγίων ὑμνῳδίας, καὶ τοῦ τριπλοῦ ἀλληλούια, ὅπερ ἔψαλλον ἐπὶ τῇ καθαιρέσει Βαβυλῶνος.

νζʹ. Περὶ τοῦ μυστικοῦ γάμου, καὶ τοῦ δείπνου τοῦ ἀρνίου.

νη'. Πῶς τὸν Χριστὸν ὁ εὐαγγελιστὴς ἔφιππον μετὰ δυνάμεων ἀγγελικῶν ἐθεάσατο σὺν φόβῳ.

νθ'. Περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ βαλλομένων εἰς γέενναν.

ξ'. Ὅπως ὁ Σατανᾶς ἐδέθη ἀπὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας μέχρι τῆς συντελείας, καὶ περὶ τῶν χιλίων ἐτῶν.

ξα'. Περὶ τῶν ἡτοιμασμένων θρόνων τοῖς φυλάξασι τὴν Χριστοῦ ὁμολογίαν.

ξβ'. Τί ἐστιν ἡ πρώτη ἀνάστασις, καὶ τίς ὁ δεύτερος θάνατος.

ξγ'. Περὶ τοῦ Γὼγ καὶ Μαγώγ.

ξδ'. Περὶ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως καὶ κρίσεως.

ξε'. Περὶ καινῶν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, καὶ τῆς ἄνω Ἱερουσαλήμ.

ξϛ'. Περὶ ὧν εἶπεν ὁ ἐν τῷ θρόνῳ καθήμενος καὶ ὁραθείς.

ξζ'. Περὶ τοῦ ἀγγέλου δεικνύντος αὐτῷ τὴν τῶν ἁγίων πόλιν καὶ τὸ ταύτης τεῖχος σὺν ταῖς πυλῶσι διαμετροῦντος.

ξη'. Περὶ τοῦ καθαροῦ ποταμοῦ τοῦ ὀπτανθέντος ἐκ τοῦ θρόνου πορεύεσθαι.

ξθ'. Περὶ τοῦ ἀξιοπίστου τῶν τεθεαμένων τῷ ἀποστόλῳ.

ο'. Ὅτι Θεὸς τῶν προφητῶν ὁ Χριστὸς καὶ δεσπότης τῶν ἁπάντων.

οα'. Ὅπως ἐκελεύσθη μὴ σφραγίσαι ἀλλὰ κηρύξαι τὴν Ἀποκάλυψιν.

οβ'. Ὅπως ἡ ἐκκλησία καὶ τὸ ἐν αὐτῇ πνεῦμα προσκαλοῦνται τὴν τοῦ Χριστοῦ ἔνδοξον ἐπιφάνειαν. καὶ περὶ τῆς ἀρᾶς ἧς ὑποβάλλονται οἱ τὴν βίβλον παραχαράττοντες ὡς ἄκυρον.

DANIELIS HEINSII

EXERCITATIONES SACRÆ IN TRES IOHANNIS, VNAM IVDÆ EPISTOLAM, AC APOCALYPSIN.

SIVE

LIBER VIGESIMVS.

CAPVT I.

Prima Iohannis Epiſtola Catholica, ejuſque inſcriptio. quam, Epiſtolam ad Parthos, B. Auguſtino dictam. Locus, ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, *&c. eumque quomodo vel legerit vel diſtinxerit Tertullianus. Locus,* καὶ ἐάν τις ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν. παράκλητος *quis.* פרקליט *Magiſtrorum.* κατήγορος. *Paracletum vnum, vnum* κατήγορον *comparare ſibi. Locus,* Πάλιν ἐντολὴν καινὴν γράφω ὑμῖν. *interpretatio* κατὰ περικοπήν. τὸ διεγερτικὸν *in Sacris, & quando vſitatum. Amor proximi* ἐντολὴ καινὴ καὶ οὐ καινή. *Locus,* ὅ ἐστιν ἀληθὲς ἐν αὐτῷ καὶ ὑμῖν. *Locus de amore proximi, quot tenebris quantaque olim caligine inuolutus. Homonymis quomodo, ex obſeruatione antiquorum, vti ſoleat hic autor. Locus,* ἀλλ' ὡς τὸ αὐτὸ χρίσμα διδάσκει ὑμᾶς περὶ πάντων. *mens & connexio.* τὸ ἀλλά, *Chaldæorum, Syrorum, ac Magiſtrorum more vſurpatum. Locus,* καὶ αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ βαρεῖαι οὐκ εἰσίν.

PRimæ S.Iohannis Epiſtolæ inſcriptio talis eſt, Ἐπιστολὴ Ἰωάν- In I.
νου Καθολικὴ πρώτη. de quibus, quæ nempe καθολικαὶ dican- Iohan.
tur & ἐγκύκλιοι, jam diximus: quæ non ad vnam, nempe
gentem vrbemque, ſed ad fideles καθόλου, vt loquuntur
Græci, ſiue, *in genere*, conſcriptæ ſunt. Quam tamen S. Io-
hannis Epiſtolam ad Parthos, à B. Auguſtino alibi dictam
aut inſcriptam, memini. qui, *Secundum ſententiam hanc,*
inquit, *etiam illud eſt, quod dictum eſt à Iohanne in Epiſtola ad Parthos, Dilectiſ-
ſimi, nunc filii Dei ſumus, & nondum apparuit quod erimus. Scimus enim, quia,
cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicut eſt.* qui locus
nunc cap.3. ℣ſ. 2. ex diſtinctione noſtra legitur. Ipſius Epiſtolæ initium tale
eſt: ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα, Cap. I.
καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς. In quo quædam manifeſte alio ℣ſ. 1.
ordine & diſpoſita & aliter diſtincta Tertullianus inueniſſe videtur. Ita
nempe: ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἑωράκαμεν, ὃ ἀκηκόαμεν, τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ἐθεασάμεθα,
καὶ αἱ χεῖρες ὑμῶν ἐψηλάφησαν, &c. *Quod vidimus,* inquit, *quod audiuimus, oculis
noſtris vidimus, & manus noſtræ contrectauerunt de Sermone vitæ.* Addit autem,
*Falſa vtique teſtatio, ſi oculorum, & aurium, & manuum ſenſus natura menti-
tur.* Capitis ſecundi initium tale eſt, Τεκνία μου, ταῦτα γράφω ὑμῖν, ἵνα μὴ ἁμάρ- Cap.II.
τητε· καὶ ἐάν τις ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον. Vbi ℣ſ. 1.
παράκλητον, ὡς ὑπερεντυγχάνοντα, qui intercedit, qui conciliat, aut pro ali-
quo rogat, quod mediatoris eſt, dixiſſe videtur. quemadmodum ſuo פרקליט,
quod eſt, παράκλητος, & קטיגור, quod eſt κατήγορος, poſtea vulgo vſi ſunt Ma-
giſtri. adeo vt Maimonides, alterum, qui pro homine apud Regem inter-
cedit, alterum, qui traducit apud Regem, eſſe dicat: cum in Capitulis Pa-
tres, eum qui præceptum Legis præſtat vnum, פרקליט אחד, *paracletum vnum,*
qui præuaricatur, קטיגור אחד, *categorum vnum*, ſiue, *accuſatorem*, comparare ſibi,

 dicant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In I. Iohan. vſ. 8. dicant. vt promiſcue in vſu illa tum fuiſſe ſatis conſtet. Eodem capite cum legitur, Πάλιν ἐντολὴν καινὴν γράφω ὑμῖν, plane ex iis eſſe exiſtimo hunc locum, quos κατ' ἐπιπλοκὴν interpretandos veteres Theologi exiſtimarunt: de quo mox dicturi ſumus. Quæ enim hactenus præcedunt, nihil aliud quam προπαρασκευὴ quaſi quædam ſunt, qua autoritatem ejus, quæ nunc ſequitur, conciliat doctrinæ. Hactenus igitur de ſanctitate agit: quæ vt in communione cum Deo cohæret, ita in cognitione, amore, ac perſeueratione in Deo, ejuſque Filio, conſiſtit. Quo ſpectabant illa, Neminem nouiſſe Chriſtum, niſi qui præcepta ejus ſeruat. Neminem in Chriſto permanere, niſi qui illius exprimit exemplum. quia nuſquam Dei Spiritus, nuſquam διαμονὴ illius eſſe poteſt, niſi vbi ejus, cujus eſt Spiritus, exprimitur exemplum. Ab eo igitur quod ſequitur, cujus initium, Ἀδελφοὶ οὐκ ἐντολὴν καινὴν γράφω ὑμῖν, nouam inchoari doctrinam exiſtimo. quod ad excitandos in attentionem animos, ſiue, vt loquuntur ipſi, ὡς διεγερτικὸν in Sacris, vbi vel noua ſequitur doctrina, vel τὸ ἀκόλουθον πρὸς τὰ πρὸ αὐτοῦ οὐκ ἀναφέρεται, *id quod ſequitur ad ſuperiora non refertur*, vſitatum Græci obſeruant Theologi. quales locos, κατ' ἐπιπλοκὴν exponendos dicunt. Totum igitur quod ſequitur, ad proximi amorem referendum arbitror. Quem, vt vetus, ita nouum merito præceptum dixit. Vetus, quia neque Chriſtianis jam initiatis, ac ne quidem Patribus antiquis, nouum eſſe debet: cum diſerte Leuitici 19.18. ſcriptum fuerit, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. Hactenus præceptum ergo vetus, cum re ipſa ac per ſe, nouum non ſit. Cui addit, Πάλιν ἐντολὴν καινὴν γράφω ὑμῖν. Vbi τὸ πάλιν non ἑρμηνευτικὸν modo eſt, deque eâdem re agi docet, ſed & ita, vt contrarium ab eo quod jam dixerat, deſignet. vt ſi dicam, ἡ ἐντολή, πῆ μὲν οὐ καινή, πῆ δὲ καινή, *præceptum hoc ex parte nouum, ex parte autem nouum non eſt*, & vtriuſque cauſas reddam. Sed & cum dixit, ὅ ἐστιν ἀληθὲς ἐν αὐτῷ καὶ ἐν ὑμῖν, noui qui ita dictum vellent, ac ſi, *quod verum tam per ſe quam in vobis eſt*, dixiſſet, ſi præſertim ἐν αὐτῷ ſcribatur. Per ſe autem, quia inſtitutum Dei eſt (quanquam non ignorem, aliquoties ex Hebræorum vſu, αὐτὸν abſolute Deum dici & hic, de quo ante egit, Chriſtum intelligi poſſe) atque hac ratione verum eſt. In vobis, quia veritatem ejus poſt tot tenebras ac Iudæorum nugas, jam aſſequimini. Atque ita quod ſequitur, ὅτι ἡ σκοτία παράγεται, non præceptum ipſum erit, quod ex eruditis illi inprimis arbitrati ſunt, qui de voce ἐντολῆς hic diſputarunt: verum αἰτιολογικὸν illius quod præcedit, ὅ ἐστιν ἀληθὲς, οὐ μόνον ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ ἐν ὑμῖν. Cur autem, verum id, ac verum eſſe apparet: ὅτι ἡ σκοτία παράγεται, καὶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ἤδη φαίνει. quia tenebris remotis, vera lux nunc fulget, ac effuſa S. Spiritus ſunt dona. Sequitur autem, ὁ λέγων ἐν τῷ φωτὶ εἶναι, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μισῶν, ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶν ἕως ἄρτι. quod connexionem oſtendit. Noua autem, cum & ea, quæ vel ante non fuerunt, vel quæ ante licet fuerint, poſt longam qua obſtruſa quaſi ac recondita fuerunt, caliginem ac tenebras, rurſus de nouo quaſi reſtituta ſunt, dicantur, certum eſt, omnino nullam aut doctrinam aut præceptum eſſe, quod tot ineptiſſimis interpretatiunculis, vel inuolutum vel obtenebratum eſſet atque hoc ipſum, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, ὡς ἑαυτόν. De priori enim capite, quod de amore Dei eſt, quodque Deut. 6.5. extat, candide, de quo & ſupra diximus, vt Iudæi ejus temporis, ita & poſteriores judicant Magiſtri. Adeo quidem, vt illud, מעלה עליונה בעבודת הבורא, *ſummum gradum colendi creatorem*, dicant. Alterum vero, cum nec eodem extaret loco, & ab altero diuulſum eſſet, pene à Iudæorum Sophiſtis obliuioni traditum, neque vſu expreſſum fuiſſe, ex illuſtri inprimis illo Lucæ 10.29. legulei ſiue ſcioli exemplo, de quo & alias diximus, planum eſt. Et certe, ſi quis videat, quomodo neceſſitatem amoris hujus tractet hac Epiſtola Iohannes, præcipua quæ hic dicuntur, talia fatebitur, vt non magis ea admiſſurus ſit Iudæus, quam Meſſiam eſſe, Ieſum, Dominum & Seruatorem noſtrum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

noſtrum. vt cum probat, mutuum amorem, vel exemplo ejus maxime colendum, qui tantopere homines dilexit vt hoc fieret quod ſumus. In I. Iohan. Idem igitur præceptum vetus eſſe dixit, quod jam pridem, nempe, extitiſſet: nouumque, quod tam diu, ſepultum quaſi, latuiſſet, neque aut ſeruatum, aut ſatis intellectum eſſet. Siue igitur hoc dicat, ὅ ἐστιν ἀληθὲς ἐν αὐτῷ καὶ ἐν ὑμῖν ὅτι ἡ σκοτία παράγεται, καὶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν φαίνει, vt hæc jungantur: ſiue ideo, καινὴν ἐντολὴν, *præceptum nouum* dicat, quia ante exortam lucem pauci de eo cogitarant, ratio in promptu eſt. niſi quod ita melius verba iſta, ὅ ἐστιν ἀληθὲς ἐν αὐτῷ καὶ ὑμῖν, parentheſi aut ratione ſimili diſtinguentur. Deprompta autem ex æquiuoci diſtinctione diſputatio. Quia τὸ καινὸν, πῆ μὲν τοῦτο, πῆ δὲ τοῦτο σημαίνει, dicerent philoſophi. idque ex conſuetudine autoris: cujus proprium eſſe veteres Theologi jam olim monuerunt, ταῖς ὁμωνυμίαις κατὰ ταυτὸν χρῆσθαι. Exemplum addunt, Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔλαβε. cujuſmodi nonnulla ab iis notantur. Hic autem in re tanta, vbi de altera Legis contractæ agebatur parte, diſtinguendi erat locus. Sed & paſſim vrget quod hic dicit, Ὅτι ὁ ἀγαπῶν, γινώσκει τὸν Θεόν· ὁ μὴ ἀγαπῶν, οὐκ ἔγνω τὸν Θεόν. *Eum, qui amat proximum, nouiſſe Deum; qui non amat, non nouiſſe Deum.* quod eſt ἐν σκοτίᾳ εἶναι, *in tenebris eſſe*, vt hic loquitur ipſe. Præceptum ergo, vt jam dixi, aut interpretatio illius, ibi incipit, Ὁ λέγων ἐν τῷ φωτὶ εἶναι. quod fere totius argumentum eſt Epiſtolæ. In qua, vt recte Græci Theologi, multus eſt aut totus, δι' ὅλης σχεδὸν τὴν εἰς τὸν ἀδελφὸν ἀγάπην ἐξυμνῶν, καὶ εἰς τὸ ταύτην ἀνόθευτον τηρεῖν, ὑπομιμνήσκων: *cum in tota fere fraternum extollat amorem, vtque is purus ſeruetur, moneat.* Quam interpretationem, locus ille, qui ſecunda ejuſdem autoris Epiſtola ѱſ. 5. legitur, vel inprimis confirmat: Καὶ νῦν ἐρωτῶ σε, Κυρία, οὐχ' ὡς ἐντολὴν γράφων σοι καινὴν, ἀλλὰ ἣν εἴχομεν ἀπ' ἀρχῆς, ἵνα ἀγαπῶμεν ἀλλήλους. vbi antiquum præceptum reſpectu Moſis, dicitur. Eodem capite & illud legitur, ἀλλ' ὡς τὸ αὐτὸ ѱſ. 27. χρίσμα διδάσκει ὑμᾶς περὶ πάντων. Vbi res leuiſſima effecit, vt ſuſpenſam quaſi aut intricatam relinqueret orationem interpres, qui, *verum, ſicut eadem vnctio docet vos de omnibus, quæ & verax eſt & non mendax: &, ſicut docuit vos, manebitis in eo.* cum τὸ ἀλλὰ Chaldæorum, Syrorum, & Magiſtrorum vſu, qui & nonnunquam eo vtuntur, hic adhibitum, ne dubitandum ſit quidem. Ita in eo, *Non eſt Deus præter me*, Chaldæi, אלא אנא: quod ad verbum, ἀλλὰ ἐγώ. hoc autem idem quod, παρὲξ ἐμοῦ, εἰ μὴ ἐγὼ, πλὴν ἐμοῦ. Ita hoc loco, καὶ οὐ χρείαν ἔχετε ἵνα τις διδάσκῃ ὑμᾶς· ἀλλ' ὡς τὸ αὐτὸ χρίσμα διδάσκει ὑμᾶς. hoc eſt, εἰ μὴ ὡς, εἰ μὴ ἃ διδάσκει τὸ αὐτὸ χρίσμα ὑμᾶς περὶ πάντων, *niſi quæ de omnibus eadem vos vnctio docet.* Capite ejuſdem Epiſtolæ quinto, verba Cap. V. illa, καὶ αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ βαρεῖαι οὐκ εἰσιν, includenda eſſe, res ipſa docet. vt ѱſ. 3. continuentur illa, ἵνα τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν· ὅτι πᾶν τὸ γεγεννημένον ἐκ Θεοῦ, νικᾷ τὸν κόσμον. nec ſine cauſa veteres hæc jungunt, Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, ἵνα τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν· ὅτι πᾶν τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Θεοῦ νικᾷ τὸν κόσμον. Eodem capite cum legitur, Ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ οὐρανῷ, & quæ ſequuntur, ѱſ. 7. neſcio cur è veteribus non pauci, totum hoc comma prætermiſerint, niſi forte jurati veritatis hoſtes, quales nunquam defuerunt, quia nuſquam planius, nuſquam manifeſtius illuſtris hæc doctrina proponitur, lucem hanc non tulerunt, ideoque eraſerunt: quorum forte codices, quod & alibi factum oſtendimus, in ſuis expreſſerunt alii. qui diuino tamen beneficio ab aliis hic arguuntur. Bene igitur B. Hieronymus, quem hoc legiſſe eruditi monent. quod & ἀκολουθία ſatis vindicat. Poſtquam enim dixit, Ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ οὐρανῷ, ſequitur, Καὶ τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῇ γῇ. Si autem Syrum cæteroſque ſequimur, vel hiatus admittitur, vel ἀκολουθία, quæ inprimis elegans, turbatur. Mihi, qui talem primo vſurparunt in Sacris licentiam, vt vel verbum ſine autoritate vlla tollerent aut immutarent, vere θεομάχοι videntur.

In II. Iohan.

Cap. II.

Vtraque quæ reſtat S.Iohannis Epiſtola percurritur. Locus, Ὁ πρεσβύτερος ἐκλεκτῇ Κυρίᾳ καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῆς. Κυρία *quæ ſit.* ἡ δεῖνα. ἡ δεῖνα Κυρία. Κύριος *etiam de ignoto,* פלוני. δεσπότης, *Græcis, poſterioribus præſertim, quomodo vſurpatum.* ἐκλεκτή. ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτή. ἐκλεκτὴ *&* συνεκλεκτή. τὰ τέκνα τῆς ἀδελφῆς σου ἐκλεκτῆς. ἐκλεκτοί. *electa gentium multitudo, B. Hieronymo. Electa de Corintho. Electa de Macedonia. Electa de Epheſo. quæ in Babylone eſt Electa. Electa domina. Electæ filii, & ex eo B. Hieronymi argumentum. Initium tertiæ Iohannis Epiſtolæ,* Ὁ πρεσβύτερος Γαΐῳ τῷ ἀγαπητῷ. Γάϊος, *quis. Quartus. Caiæ, fœminæ Romanis dictæ.* Γάϊος, ὁ δεῖνα. Γάϊος ὁ ἀγαπητός. Γάϊος ὁ ἀγαπητὸς καὶ ξενοδόχος τῶν Ἀποστόλων. ὁ ξένος Παύλου, καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης. *Epiſtolarum S. Iohannis, quod ad eos ad quos ſcriptæ, differentia, & ad quos ſcriptæ ſingulæ.*

vſ. 1. Sequitur ſecunda ejuſdem Iohannis Epiſtola: cujus initium ab illis verbis fecerunt, Ὁ πρεσβύτερος ἐκλεκτῇ Κυρίᾳ, καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῆς. Vbi quæ ſit Κυρία non inueſtigaſſe eruditos, mirum. Sicut ea cujus non exprimitur aut diſſimulatur nomen, ἡ δεῖνα Græcis, ita Syris פלנית dicitur, ſed & מרתא ſeu Κυρία. Κυρία ergo certam non exprimit: quod, etiam ſi ſolum ponatur, talem aut talem, cujus nomen non exprimitur, ſupponit. Ita infra, καὶ νῦν ἐρωτῶ σε, Κυρία. quæ non alia eſt quam ἡ δεῖνα. Ita Κύριος de ignoto, quod eſt פלוני. vt Iohan. 20.15. de Maria, Ἐκείνη δοκοῦσα ὅτι ὁ κηπουρός ἐστι, λέγει αὐτῷ, Κύριε, εἰ ἐβάστασας αὐτόν. Et fortaſſe Actor. 9.5. Εἶπε δέ, τίς εἶ, Κύριε; de Paulo. cum neſciret adhuc Ieſum eſſe, vt ibi, niſi fallor, diximus. Quemadmodum & Græcis nihil, etiam hodie, vſitatius, quam vt Κύριον compellent, quem non norunt: quemadmodum contra δεσπότης, & certi & dignitatis plerunque nomen eſt. vt cum paſſim in Theologicis Capitulis Michaëlem Ducam Comnenum, δεσπότην compellat Pſellus. Πρόσεχε, δέσποτα, τῷ ὁρισμῷ τοῦ ἐνυποστάτου. Πρόσεχε τῷ ὀνόματι τούτῳ, δέσποτά μου. & ita in cæteris. Ad τὸ ἐκλεκτῇ quod attinet, ſcio de præſtanti fœmina ab eruditis id accipi. Negant enim vſitatum, Eccleſiam ſic dici. quod & acerrime vrgent: vt & illud, quod περὶ τῶν τέκνων αὐτῆς, ſiue, de liberis ejus, agitur. Quaſi non τὴν ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴν dixerit Petrus: aut quaſi non ibi conjunctam animo & fide Eccleſiam ſignificet: vt ita συνεκλεκτή, ibi συνεκλεκτὴ ἐκκλησία ſit. Vbi ipſe recentior, *Eccleſiæ nomen omittit, vt in vocabulis communi vſu tritis fieri ſæpe ſolet.* Ἐκλεκτὴ igitur Eccleſia: συνεκλεκτή, altera, quæ fide illi juncta. Quid autem aliud ἐκκλησία, quam ἐκλεκτή, hoc eſt, τῶν ἐκλεκτῶν, qua voce nihil vſitatius, *congregatio*, aut, *cœtus?* Addunt, ſororem ejus infra ἐκλεκτὴν dici, vbi his verbis Epiſtolam concludit: Ἀσπάζεταί σε τὰ τέκνα τῆς ἀδελφῆς σου ἐκλεκτῆς. Vbi non magis mirum eſt junctam fide Eccleſiam, ἀδελφήν, quam membra Eccleſiæ aut fide junctos, ἀδελφοὺς dici: quemadmodum non magis mirum, ἐκλεκτὴν dici Eccleſiam, quam ἐκλεκτοὺς, è quibus conſiſtit. Liberos autem tribui Eccleſiæ, atque ita membra ejus dici, nondum aſſequor, cur nouum videatur atque inſolitum. Neque aliter ſane *Electam* ad Aggæi 2. B.Hieronymus dixit. qui, *ob id autem motæ ſunt nationes, vt ex earum motu veniret electa gentium multitudo, & quæ vbicunque præclara ſunt. Verbi gratia, Electa de Corintho: quia multus erat in ea populus Dei. Electa de Macedonia: quia grandis in Theſſalonica Eccleſia Dei congregata, non habebat neceſſarium vt de caritate doceretur. Electa de Epheſo: vt arcana Dei & nulli antea reuelata ſacramenta cognoſceret.* Et paulo poſt: *Vnde & Apoſtolus Petrus, Salutat vos, inquit, quæ in Babylone eſt Electa, & Marcus, filius meus.* Et Iohannes, *Senior*, inquit, *Electæ dominæ: ac deinde filios memorat Electæ.* vt eo ipſo hoc probet quo ab aliis negatur. Et quid inter Petrum intereſt, qui τοῖς ἐκλεκτοῖς, & Io-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

& Iohannem qui τῇ ἐκλεκτῇ ſcribit, cum electi ſint in electa, & electa contineat electos? Tertiæ ejuſdem Sanctiſſimi Iohannis Epiſtolæ, initium tale eſt, Ὁ πρεσβύτερος Γαΐῳ τῷ ἀγαπητῷ. Quemadmodum autem Epiſtola ſuperior ad ἐκλεκτὴν Κυρίαν, hoc eſt, vt diximus, Eccleſiam, cujus non exprimitur nomen, conſcripta eſt, ita hæc ad illum, cujus nomen, vt videtur, ignorari voluit. Γάϊος prænomen τῶν τυχόντων eſt, & maxime Romanis, quibus quædam in Nouo Fœdere accommodari ſolent, vſitatum. Qualis eſt Quartus, & alii, Apoſtolo laudati. Sed & omnes fœminæ in nuptiis Caiæ, vt & mariti, Caii, dictæ. Ergo Γάϊος, ὁ δεῖνα. Γάϊος ἀγαπητὸς, aliquis ex fratribus, cujus nomen non expreſſit: non magis quam eccleſiæ ad quam jam ſcripſerat. Poteſt autem fieri, vt ad Romanum ſub Traiano ſcribat. Ad eccleſiam autem, diſſimulato ejus nomine, non fruſtra: cum conuentus jam, Traiano Principe, interdicti eſſent. quemadmodum, non ſine cauſa, nomen, etiam vnius qui conuentibus faueret, aut qui cogeret, diſſimulauit. Quanquam non ignorem, quæ de Gaio ſcribant veteres: quem ἀγαπητὸν καὶ ξενοδόχον τῶν ἀποστόλων vocant. qui ξένος Pauli καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης, ad Rom. 16. 23. ab ipſo dicitur Apoſtolo. Quod ſi ita Gaii, vt ante dicebamus, hic accipiatur nomen, prima Epiſtola καθολικὴ, ſiue ἐγκύκλιος erit, altera peculiari, ſed de qua non conſtat, Eccleſiæ, tertia τῷ δεῖνι, cujus quoque nomen non exprimitur, inſcripta erit.

In III. Iohan. Cap. I. ℣ſ. 1.

Cap. III.

Locus ſub initium Epiſtolæ Iudæ, τοῖς ἐν τῷ Θεῷ πατρὶ ἡγιασμένοις, καὶ Ἰησοῦ Χριστῷ τετηρημένοις κλητοῖς, *ejuſque tranſpoſitio. Locus,* Ἀγαπητοὶ, πᾶσαν σπουδὴν ποιούμενος *&c.* παρακαλῶν ἐπαγωνίζεσθαι, *& quomodo à veteri redditus interprete.* ἐπαγωνίζεσθαι τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει. *Locus,* Ὑπομνῆσαι δὲ ὑμᾶς βούλομαι. *Locus,* τὸ δεύτερον τοὺς μὴ πιστεύσαντας ἀπώλεσεν, *&* τὸ δεύτερον *quare ac quomodo dicatur. Supplicia maxime horrenda de impiis ſumpta. viri Sodomitæ & ſæculum diluuii, Rabbinis quomodo jungantur.* τοῦ κατακλυσμοῦ πανολεθρία, τῶν Σοδομιτῶν ἐκφλόγωσις, τοῦ Φαραὼ ποντισμός. τὸ δεύτερον *hoc loco quot modis reddiderint interpretes. ad eos qui peccarunt in deſerto à nonnullis referri. Loci interpretatio, & quomodo reſtringi poſſe videatur quod dicitur. Gigantes.* ἀφανίζοντα πνεύματα *iidem dicti.* Σόδομα καὶ Γόμορρα, καὶ αἱ περὶ αὐτὰς πόλεις, *quæ* περιπόλια *Helleniſtis. Locus,* Ὁμοίως μέντοι καὶ οὗτοι ἐνυπνιαζόμενοι. *&* ἐνυπνιαζόμενοι, *qui. ſopiti.* ἐνυπνιαζόμενος. ἐνύπνιον. ἐνυπνιαστής. תרדמה *Adami, & an locum hic habeat.* ἐνύπνιον *&* ἔκστασις. *ſomniatores in Eccleſia B. Hieronymo.* μιαίνειν σάρκα, *& quomodo dicatur.* ὀνειρωγμοί. *Prophetæ falſi quomodo μιαίνειν τὴν σάρκα dicantur.* ὀνειρώξεις *de hæreſibus.* κυριότητας ἀθετεῖν, *& quomodo prophetæ falſi dicantur. ſomniatores hæretici Gennadio. Locus,* Ὁ δὲ Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος *&c.* οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν. *pro quo* ἐξενεγκεῖν *aut legiſſe Pantaleonem aut legiſſe videri. Michaël* ἀρχάγγελος, ἀρχιστράτηγος *eidem dictus.* ἐπιτιμήσαι σοι, ἐπιτιμήσαι σε. καταργήσαι σε, διάβολε, ὁ Θεός. ἐπιτιμήσαι ἐν σοί. *Locus,* ὅτι τῇ πλάνῃ τοῦ Βαλαὰμ ἐξεχύθησαν μισθοῦ. *errore Balaam mercede effuſi ſunt. deceptione mercedis, qua deceptus fuit Balaam, effuſi ſunt.* μισθοῦ, κέρδους χάριν. *Locus,* Οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες. ἀγάπαι. ἀγαπῶν *abuſus.* ἀγάπαι, δειπνάριά τινα, κνίσσης καὶ ζωμῶν ἀποπνέοντα, *Alexandrino Clementi. Carpocratianorum impuræ* συνελεύσεις, ἀγάπαι *dictæ. Locus,* Ὑμεῖς δὲ, ἀγαπητοὶ *&c.* τῇ πίστει ἐποικοδομοῦντες ἑαυτούς. τῇ πίστει ἑαυτὸν ἐποικοδομεῖν. *De diſtinctione loci.*

INitium Epiſtolæ, quæ Catholica Iudæ inſcribitur, tale eſt, Ἰούδας Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος, ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου, τοῖς ἐν τῷ Θεῷ πατρὶ ἡγιασμένοις καὶ Ἰησοῦ Χριστῷ τετηρημένοις κλητοῖς. Vbi nouam forte interpretis trajectionem, quod & fore ſuſpicatur ipſe, mirabitur non nemo, qui τὸ κλητοῖς loco

In Ep. Ivdæ. Cap. I. ℣ſ. 1.

mouit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

mouit, atque alibi repoſuit, totumque ſic mutauit ordinem: *Iudas, Ieſu*
Chriſti ſeruus, frater autem Iacobi, vocatis, à Deo Patre (pro quo vetus, in Deo
Patre) *ſanctificatis, & Ieſu Chriſto ſeruatis.* Vt ita, qui vocati ſunt, ab iis in
contextu ſeparentur, qui Ieſu Chriſto ſeruantur. quemadmodum & τετη-
ρημένοι Ἰησοῦ Χριστῷ, non modo qui ſeruantur Ieſu Chriſto, ſed & qui ab eo
ſeruantur, recte dici poſſunt: qui & iis, qui τετηρημένοι εἰς κρίσιν 2 Petri 2. 4.
iis item, qui τηρούμενοι πυρὶ eâdem Epiſtola, capite 3. ℣ſ. 7. dicuntur, recte
opponi poſſunt. Quid quod ii qui ἡγιασμένοι ἐν τῷ Θεῷ πατρὶ hic dicuntur,
1 Cor. 1. 2. ἡγιασμένοι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, κλητοὶ ἅγιοι, dicuntur? Τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ,
τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, κλητοῖς ἁγίοις. vbi, vt hic, τὸ ἡγιασμένοι
præcedit. Quo tamen loco interpres idem, *ſanctificatis in Chriſto Ieſu, vocatis*
ſanctis. neque eodem enim modo ſemper vel loquitur vel eundem ſeruat
ordinem Scriptura, quæ & ὕστερον πρότερον nonnunquam admittit: vt mutare
aliquid, conjunctum cum periculo non ſine cauſa videatur. adeat tamen
℣ſ. 3. quæ ab eo adferuntur lector. Paulo poſt, cum dicitur, Ἀγαπητοὶ, πᾶσαν σπουδὴν
ποιούμενος, γράφειν ὑμῖν περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας, ἀνάγκην ἔσχον γράψαι ὑμῖν, παρακαλῶν
ἐπαγωνίζεσθαι τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει, vt alias non ſemel, veterem
interpretem recentior hic notat, quod obſcure, nec Latine, hæc reddide-
rit, cum dixit, *Chariſſimi, omnem ſollicitudinem faciens ſcribendi vobis de*
communi veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis, deprecans ſupercertare ſemel
traditæ Sanctis fidei. Ἐπαγωνίζεσθαι autem τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει, niſi
fallimur, is dicitur, qui omnem dat operam, vt catholicam veramque, quam
cum Sanctis aliis communem habet, tueatur ac conſeruet fidem. vt Græ-
ci Scholiaſtæ, ἐπαγωνίζεσθαι τῇ πίστει, non male, μὴ ἐκλελυμένως διατεθῆναι, ἀλλὰ
συντείναντας ἑαυτοὺς, ἔτι μᾶλλον ἔχεσθαι τῆς περὶ τούτου σπουδῆς, *omni labore ac intenſio-*
ne, receptam conſeruare ac tueri fidem, interpretentur. vt ſit aliud ab eo quod
volunt, qui obſiſtendum hæreticis ex illo colligunt: vt & ea quæ de magiſtra-
tibus hic adferuntur. quis enim ad ciuiles hæc ſpectare magiſtratus aut ha-
℣ſ. 5. bere locum eos hic exiſtimet? In eo, qui deinde ſequitur, loco, Ὑπομνῆσαι δὲ ὑμᾶς
βούλομαι, εἰδότας ὑμᾶς ἅπαξ τοῦτο, vt & eo, qui mox ſequitur, quam longe à rece-
pta lectione nonnulli abierint codices, ſciunt, qui editionibus illis vſi ſunt,
Ibid. in quibus lectionum varietas notatur. Ibidem cum dicitur, τὸ δεύτερον τοὺς μὴ
πιστεύσαντας ἀπώλεσε, quomodo ac quare, τὸ δεύτερον dicatur, videndum fue-
rat: cum ante illud, cujus meminit hic, tempus, ante oppreſſum aqua, dico,
Pharaonem, impioſque Ægypti, bis horrenda de impiis ſumpta fuiſſe ſup-
plicia, ſat conſtet. Primo de omnibus, cum diluuium, excepto cum pau-
cis Noacho, omnes perdidit. Deinde & de Sodomitis, quorum ipſe hic
meminit. quemadmodum Rabbini ſemper aut plerunque, duo hæc, אנשי סדום
& דור המבול, *viros Sodomitas*, &, *ſæculum diluuii*, conjungunt. Quibus eam, de
qua agitur hic, pœnam addunt. quarum primam, diluuii, nimirum, τοῦ κα-
τακλυσμοῦ πανωλεθρίαν, ſecundam, τῶν Σοδομιτῶν ἐκφλόγωσιν, tertiam, τοῦ Φαραὼ
ποντισμὸν, dicunt. De quibus ita aduerſus Manichæos Damaſcenus, Εἰ ἐγκα-
λεῖτε τῷ Θεῷ τὴν τοῦ κατακλυσμοῦ πανωλεθρίαν, καὶ τῶν Σοδομιτῶν τὴν ἐκφλόγωσιν,
καὶ τοῦ Φαραὼ τὸν ποντισμὸν, πρὸς τὸ συμφέρον παιδεύοντι, ἐγκαλέσατε μᾶλλον αἰωνίως κολά-
ζοντι. quibus & horrendam, quam de Angelis rebellibus cœleſtis judex
ſumpſit pœnam, hic adjungit autor. Alii igitur τὸ δεύτερον, *ſecundo*, alii, *rur-*
ſus, alii, ne quicquam definirent, *poſtea*, dixerunt. qui id cum Gloſſa, quam
Ordinariam dicunt, ad eos, qui peccarunt in deſerto, referunt. Inter cæteros
& Lyranus, qui, τοὺς μὴ πιστεύσαντας, *eos quos deſtruxit in deſerto* Deus, interpre-
tatur. Thomas, cum τὸ δεύτερον, *ſecundo* dixiſſet, deinde *poſtea* ex Gloſſa inter-
pretatur: qui & murmuratores, de quibus Num. 11. Exodi 16. intelligendos
ait. vt οἱ μὴ πιστεύσαντες ſint, qui, vt ipſe loquitur, Moſi non crediderunt: inter
quos & Core ac Abiron ab eo ponitur. Ne jam eos dicam, qui de temporali

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

pœna ac æterna agunt: quo τὸ δεύτερον hic referunt. Quid ſi igitur ad eos qui In Ep.
interierunt aqua id reſtringamus? Vt ſic pœna prior ea ſit, quæ tempore Iudæ.
Noachi, vt jam diximus, euênit. quo & ſumptum de Gigantibus ſuppli-
cium: qui ἀφανίζοντα πνεύματα, in apocrypho Enochi ſcripto, quo & vſus, vt
ſupra diximus, videtur Iuda, dicebantur. quibus mirum quam conueniat,
quod de alteris Spiritibus, ſiue Angelis, adjunxit. Quid ſi igitur, bis aqua,
ſeu, τὸ δεύτερον, id factum velit? Noachi tempore ac Pharaonis, ſcilicet: vt ſic
καταποντισμὸν, ſiue ποντισμὸν, ejus, cum diluuio, qui vulgo κατακλυσμὸς dici-
tur, conjungat, atque ita bis eodem pene modo ſumptum de impiis ſuppli-
cium fuiſſe dicat. Paulo poſt ſequitur, Ὡς Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα, καὶ αἱ περὶ αὐτὰς vſ. 7.
πόλεις. quas τὰ περιπόλια αὐτῶν, Helleniſtæ dicerent. Eadem Epiſtola & illud
legitur, Ὁμοίως μέντοι καὶ οὗτοι ἐνυπνιαζόμενοι, σάρκα μὲν μιαίνουσι. vbi ἐνυπνιαζόμε- vſ. 8.
νοι, ſopiti eruditis dicuntur. Quod quis non miretur, qui ſaltem, quantum
inter ſomnum & inſomnium, ὕπνον καὶ ἐνύπνιον interſit, non ignorat? niſi quis
Legem quoque, quoties περὶ τῶν ἐνυπνιαζομένων agit, quos cum falſis Prophe-
tis conjungit, de ſopitis loqui dicat. vt Deut. 13. 1. Ἐὰν δὲ ἀναστῇ προφήτης, ἢ
ἐνυπνιαζόμενος ἐνύπνιον. vbi ἐνυπνιαζόμενος ἐνύπνιον חלם חלום. & deinceps, cum
vetatur, ne quis τοὺς ἐνυπνιαζομένους admittat, Οὐκ ἀκούσεσθε τῶν λόγων τοῦ προφήτου
ἐκείνου, ἢ τοῦ ἐνυπνιαζομένου ἐνύπνιον ἐκεῖνο. & quis neſcit, cur ἐνυπνιαστὴς fratribus
Ioſephus diceretur? Neque ad rem quod vocem תרדמה huc trahunt. Quod
πάθος Deus immiſiſſe dicitur Adamo, cum è coſta ejus mulierem fecit. Ne-
que ſomniaſſe ibi ſane dicitur Adamus. Abſit vero: neque hoc ἐνύπνιον, ſed
ἔκστασιν, dixerunt Helleniſtæ. cum ἐνυπνιαζόμενοι contra, non falſi prophe-
tæ modo, & qui ſomnia vendebant, ſed & hodie plani omnes recte dican-
tur. quales ſunt qui reuelationes ſuas, quod hæreticis non paucis nunc
& olim vſitatum, populo obtrudunt: qui vigilando quoque haud raro ſo-
mniant. B. Hieronymus ad Ieremiæ 23. *Sicut hodie quoque ſomniatores in Ec-*
cleſia, & maxime in noſtro grege, qui errores ſuos, Domini jactant prophetiam,
& crebro ingerunt, Somniaui. Sed quomodo μιαίνειν σάρκα dicuntur? Abſit
enim, vt ὀνειρωγμοὶ, quibus proprie fœdatur caro, intelligantur. Non enim
alia de cauſa hoc dixit, niſi quod, prætextu forte tali, fœminarum pudicitiæ
inſidias ſtruebant, ac non raro expugnabant. Quod & optime Nyſſenus
lib. De virginitate cap. 23. vidit. qui, ἐντεῦθεν οἱ ἐνυπνιασταὶ, inquit, οἱ τὰς ἐκ τῶν
ὀνείρων ἀπάτας, πιστοτέρας τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων ποιούμενοι, καὶ ἀποκαλύψεις τὰς φαν-
τασίας προσαγορεύοντες. Ἀπὸ τούτων εἰσὶν οἱ ἐνδύνοντες εἰς τὰς οἰκίας. *Hinc ſomniatores,*
qui iis, quas è ſomniis ſuis ſtruunt, fraudibus, plus autoritatis quam euangelicis con-
ciliare ſtudent dogmatibus, ſuaſque imaginationes, reuelationes dicunt. E quibus
illi, qui domos penetrant. Quo fine? *Vt*, inquit Apoſtolus eo, quem tangit, loco,
captiuas ducant mulierculas, variis cupiditatibus actas. Quales illi vel pro-
phetæ falſi vel ἐνυπνιαζόμενοι, de quibus ad eundem Ieremiam idem B. Hie-
ronymus. *Qui miſeras mulierculas, quæ circumferrentur omni vento doctri-*
næ, ſic deciperent, quod dicerent eis, quia de tribu erant Iudæ, Chriſtum de ſuo
ſemine eſſe generandum. quæ, illectæ cupidine, præbebant corpora ſua, quaſi ma-
tres futuræ Chriſti. quod tantum ab iis fieri poterat, qui Chriſtum jam ve-
niſſe negarent. Vt eo etiam referri poſſit, quod jam ante dixit, Κύριον ἡμῶν Ἰη-
σοῦν Χριστὸν ἀρνούμενοι. quos & D. Petrus, qui de iiſdem agit, ὀφθαλμοὺς μεστοὺς μοι-
χαλίδος ἔχειν, dixit. Igitur ἐνύπνια, hæreſes, errores, quæ & ὀνειρώξεις Cano-
ne I. Concilii Sexti in Trullo vocantur. Vbi Theodori Mopſueſtiæ, præce-
ptoris Neſtorii, Origenis, Didymi, & Euagrii, notantur hæreſes: quibus τοῦ νοῦ
παραφοραὶ, mentis deliria, καὶ ὀνειρώξεις, ſiue, ſomnia, tribuuntur. Οἱ Θεόδωρον
τὸν Μοψουεστίας, τὸν Νεστορίου διδάσκαλον, Ὠριγένην τε, καὶ Δίδυμον, καὶ Εὐάγριον, τοὺς Ἑλ-
ληνικὰς ἀναπλασαμένους μυθοποιΐας, καὶ σωμάτων τινῶν καὶ ψυχῶν ἡμῖν περιόδους καὶ ἀλλοιώ-
σεις ἀναπεμπάσαντες ταῖς τοῦ νοῦ παραφοραῖς τε καὶ ὀνειρώξεσι. *qui hæreticorum quorundam*

 & Græcorum, inquit, *reuocarunt fabulas, corporumque mutationes ac periodos,*
deliriis ſuis obtruſerunt ac ſomniis. Iidem vero magiſtratibus autoritatem, in-
quit, derogant, κυριότητα δὲ ἀθετοῦσι. Quomodo? Quia ſomniis ſuis tribuunt ac
reuelationibus, quod magiſtratibus detrahunt. Aduerſus eos enim ſomniant
cum volunt: ac ſic ad contemptum eorum plebeculam impellunt. Hæc
mens eſt. Tantum abeſt, vt *ſopitis* hic locum eſſe exiſtimemus, aut ſatis quod
hic dicitur ſic exprimatur. cum hi ipſi, *ſomniatores* ad verbum S S. Patribus
nonnunquam dicantur. Vt Gennadio, De Eccleſ. Dogmat. qui, *Erit re-*
ſurrectio, inquit, *mortuorum omnium, ſed vna, & ſimul & ſemel. Non prima*
juſtorum & ſecunda peccatorum, vt fabula eſt ſomniatorum, ſed vna omnium.
Inter quos vel inprimis Meſſaliani fuerunt. de quibus in Excerptis è MS.
codice Palatino aduerſus hæreticos, quæ penes nos ſunt, ita Euthymius,
οἱ δὲ τέλεον τὴν νόσον ταύτην εἰσδεδεγμένοι, ἀποστρέφονται μὲν τὴν τῶν χειρῶν ἐργασίαν, ὡς
πονηράν· ὕπνῳ δὲ τὰ πολλὰ σφᾶς αὐτοὺς ἐκδιδόντες, ἐνθουσιασμοὺς τὰς τῶν ὀνείρων φαντασίας
ἀποκαλοῦσι. *qui enim morbum illum toti admiſerunt, omnem manuum laborem,*
vt malum, auerſantur, ſomnoque vt plurimum dediti, ſomniorum ſuorum ima-
gines enthuſiaſmum vocant. Vere enim cum poëta *imaginoſi* tales dici poſſunt.
idem autem locus ad verbum pene in Harmenopuli De ſectis libello legitur.
℣ſ. 9. Sequitur, Ὁ δὲ Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος, ὅτε τῷ διαβόλῳ διακρινόμενος διελέγετο περὶ
τοῦ Μωσέως σώματος, οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας. vbi Pantaleo, libello
De Michaëlis miraculis, ἐξενεγκεῖν, aut legit, aut propriæ memoriæ hoc de-
dit: qui & eum ipſum, de quo hic agitur, archangelum fuiſſe ibidem probat,
cui ab Abrahamo ſemen ejus ac Iudæos vult commiſſos. Ὡς ὁ θεσπέσιος, in-
quit, ἀπόστολος Ἰούδας, ὁ τοῦ Κυρίου ἀδελφὸς, ἐν τῇ καθολικῇ Ἐπιστολῇ ἔφησεν, Ὁ δὲ Μιχαὴλ,
ὁ ἀρχιστράτηγος, ὅτε τῷ διαβόλῳ διακρινόμενος διελέγετο περὶ τοῦ Μωσέως σώματος,
οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐξενεγκεῖν βλασφημίας, ἀλλ' εἶπεν, Ἐπιτιμήσαι σοι Κύριος. *Sicut*
diuinus, inquit, *Apoſtolus Iudas, frater Domini, in Catholica ait Epiſtola, At*
Michaël Princeps exercitus de corpore Moſis judicium efferre non eſt auſus male-
dicum, ſed, Increpet te, Dominus, dixit. Dediſſe autem id memoriæ, vel illud
confirmat, quod non ἀρχάγγελον, vt hic ſcribitur, ſed ἀρχιστράτηγον eum dixit
quem commendandum ſuſceperat. qui & è ſcriptis Hebræorum, οὐκ ἐν-
διαθήκων, ſiue, non canonicis, id depromptum, tanquam compertum, ad-
dit. Τοῦτο δὲ ὁ Ἀπόστολος εὗρε γεγραμμένον εἰς ἀρχαῖον ἑβραϊκὸν βιβλίον ἀποκρυφον·
πολλὰ γὰρ καὶ χωρὶς τῶν ἐνδιαθήκων βιβλίων ἀνεγράφησαν· ἀλλὰ διὰ τὸ οὐκ ἐκκλησιάζε-
Ibid. σθαι αὐτὰ, ἐνοθεύθησαν· ἔχουσι δὲ καί τινα ὀνησιφόρα. Sequitur, ἀλλ' εἶπεν, Ἐπιτιμήσαι
σοι Κύριος. vbi poſtrema illa, ac ſi ſcriptum eſſet, ἐπιτιμήσαι σε Κύριος, non-
nulli interpretantur. Idem Pantaleo & καταργήσαι dixit. καταργήσαι σε, διά-
βολε, ὁ Θεός. Eruditiſſimus Heſychius, Ἐπιτιμᾷ, τιμωρεῖται, ἢ τὴν τιμὴν αὔξει.
Igitur ἐπιτιμήσαι σε, *perdat te aut puniat*: nam in Zacharia, etiam ἐπιτιμήσαι ἐν σοὶ,
℣ſ. 11. ex Hebraiſmo alibi legitur. Cum autem dixit, Οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι τῇ ὁδῷ τοῦ Κάϊν
ἐπορεύθησαν, καὶ τῇ πλάνῃ τοῦ Βαλαὰμ μισθοῦ ἐξεχύθησαν, quid ſi non hoc voluit, ὅτι
τῇ πλάνῃ τοῦ μισθοῦ Βαλαὰμ ἐξεχύθησαν, ſed, ὅτι τῇ πλάνῃ τοῦ Βαλαὰμ ἐξεχύθησαν
μισθοῦ? Interpres antiquus, *& errore Balaam, mercede effuſi ſunt.* Vbi τὸ mer-
cede, mercedis appetitu, interpretatur Thomas. Gloſſa ordinaria, *Errore Ba-*
laam pereunt, qui pro amore terreſtrium commodorum, veritatem quam noue-
runt, impugnant. Sed & optime Græci Scholiaſtæ, μισθοῦ, κέρδους χάριν, *lucri*
cauſa. Recentior, *& deceptione mercedis, qua deceptus fuit Balaam, effuſi ſunt.*
℣ſ. 12. quod nolim. Eadem Epiſtola & illud legitur, Οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν
σπιλάδες, συνευωχούμενοι, ἀφόβως ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες. Ad quem locum eruditi,
Vulgata, in epulis ſuis. *mendoſe & merito repugnantibus Græcis codicibus. nec*
enim agapæ iſtorum erant, ſed fraterna Eccleſiaſtici cœtus conuiuia. Quid piorum
fuerint ἀγάπαι, ignorare neminem exiſtimo. Quid autem, ſi abuſum τῶν ἀγαπῶν
hic reprehendat: in quibus vino & epulis, præter inſtitutum, indulgeri ab
iis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

iis dicat?.etiam intemperantes admitti, qui συνευωχούμενοι, nihil præter carnis ſaburram ſpectarent. Quod ſi tantopere hic aberrant, qui *epulas* interpretati ſunt, quid doctiſſimo Græcorum Clemente Alexandrino fiet, qui ἀγάπας, δειπνάρια τινα, κνίσσης καὶ ζωμῶν ἀποπνέοντα, *conuiuiola*, ſeu, *epulas quaſdam, quæ nidorem & juſcula* redolerent, dicta fuiſſe ex abuſu notat? Ἐξ ὧν ὁ σαρκικὸς ὄντως inquit, οὗτος καὶ φθοροποιὸς ἀπήρτηται βίος, ὃν ἀγάπην τινὲς τολμῶσι λαλεῖν, ἀθύρῳ γλώττῃ κεχρημένοι, δειπνάρια τινα, κνίσσης καὶ ζωμῶν ἀποπνέοντα, τὸ καλὸν καὶ σωτήριον ἔργον τοῦ λόγου, τὴν ἀγάπην τὴν ἡγιασμένην, χυτριδίοις καὶ ζωμοῦ ῥύσει καθυβρίζοντες· ποτῷ καὶ τρυφῇ καὶ καπνῷ βλασφημοῦντες τοὔνομα. *E quo carnalis illa ac vere perdita perdenſque vita dependet, quam agapen nonnulli lingua effræni vocare audent: cum nihil aliud præter conuiuiola, quæ nidorem ac jus redoleant, ſic dicant, atque ita pulchrum & ſalutare verbi inſtitutum, ſacram agapen, ollis neſcio quibus & liquido jure dedecorant, potuque, deliciis, ac fumo, nomen illud traducunt:* idem qui & Carpocratianorum συνελεύσεις, ſiue impuros conuentus, immodico ciborum vſui Venerique conſecratos, quas ἀγάπας nihilominus dicebant, alibi traducit. Sed nec tantopere Eraſmum peccaſſe arbitror, qui in illo Petri loco, 2. 2. 13. in quo pene ad verbum eadem dicuntur, ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν, συνευωχούμενοι ὑμῖν, vt hic, ἐν ταῖς ἀγάπαις αὐτῶν, legit. Eadem Epiſtola legitur, Ὑμεῖς δὲ, ἀγαπητοὶ, τῇ ἁγιωτάτῳ ὑμῶν πίστει ἐποικοδομοῦντες ἑαυτούς. Vſ. 20.

Porro non ſine cauſa, ea ſcripta inter Sacra, maxime corrupta eſſe, & nos alibi & recentiores notant interpretes, quæ, vt non canonica, à quibuſdam neglecta ſunt. cum præſertim, quod & alias monui, diſtinctionum, ſæpe exiguam, ſæpe nullam rationem habuerint antiqui. Quid ſit ἐποικοδομεῖν τῇ πίστει, optime intelligo. fides enim fundamentum, cui cætera ſuperſtruuntur: quid autem ſit ἐποικοδομεῖν ἑαυτὸν τῇ πίστει, fateor me minus hic aſſequi. nam οἰκοδομεῖν ἑαυτὸν, longe, niſi fallor, eſſet aliud. Quanto igitur veriſimilius, ita diſtinguendum, Ὑμεῖς δὲ, ἀγαπητοὶ, τῇ ἁγιωτάτῃ ὑμῶν πίστει ἐποικοδομοῦντες, ἑαυτοὺς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ προσευχόμενοι, ἑαυτοὺς ἐν ἀγάπῃ Θεοῦ τηρήσατε, προσδεχόμενοι τὸ ἔλεος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Vos autem, dilecti, ſanctiſſimæ fidei veſtræ ſuperſtruentes, vos ipſos in Spiritu Sancto precantes, vos ipſos in amore Dei ſic conſeruate; expectantes miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti,* &c.

Cap. IV.

Inſcriptio libri, Ἀποκάλυψις Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου: *aliis,* Ἀπόκρυφα Ἰωάννου, *ut Nyſſeno. inter Apocryphas ſcripturas haberi, à B. Hieronymo negatum.* ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, *quomodo dicatur. Locus,* Καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς *& quæ ſequuntur.* ἀκολουθία *ejus quæ. de diſtinctione loci vera.* Καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλεῖς, *quomodo dictum ac ſuperioribus cohæreat.* ῥομφαία δίστομος, *bis acutus enſis Tertulliano. Locus,* ὡς συκῆ βάλλει τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς. ὄλυνθοι, *acerba.* ὁμοιώματα ἀκρίδων. *Concluſio & finis Apocalypſeos.* ναὶ, *& quomodo vſurpatum: pro quo* ἔμβα *poſteriores dixiſſe.* ἔμβα ποίησον, ἔμβα ἀναθεμάτισον, *& ſimilia.*

AD diuinas Iohannis Reuelationes veniamus: qui liber vulgo Ἀποκάλυψις Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου inſcribitur. Nyſſenus ſimpliciter, Ἀπόκρυφα Ἰωάννου, Homilia εἰς τὴν ἑαυτοῦ χειροτονίαν, dixit. Ἤκουσα τοῦ Εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου ἐν Ἀποκρύφοις πρὸς τοὺς τοιούτους δι' αἰνίγματος λέγοντος, ὡς δέον ἀκριβῶς μὲν ζέειν τῷ πνεύματι, καταψύχεσθαι δὲ τῇ ἁμαρτίᾳ· ὄφελον γὰρ ἦσθα, φησὶ, ψυχρὸς ἢ ζεστός. E quibus ſimilibuſque locis promouiſſe opinio videtur, inter ἀπόκρυφα, & ab Eccleſiis non recepta, ſcriptum hoc ponendum. Quod, vt cæteros omittam, diſerte ab autore Commentariorum, qui B. Hieronymo aſſcribuntur, in Pſalmos, negatur. Qui, *Legimus in Apocalypſi,* inquit, *Iohannis, quæ in Eccleſiis legitur & recipitur: neque enim inter Apocryphas ſcripturas habe-*

In Ep. Ivdæ. — In Apoc.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

In habetur, *ſed inter Eccleſiaſticas.* Primo capite, nec procul ab initio, ὁ ὢν, καὶ ὁ
Apoc. ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, cum legitur, cauſæ nihil cur hic quiſquam ſe fatiget.
Cap. I. Ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν, hoc eſt, ἀπὸ τοῦ λεγομένου ὁ ὢν. quod eſt ac ſi dixiſſet, ἀπὸ τοῦ λεγομένου
vſ. 4. הוה. Singula enim, quod & alii notarunt, tanquam propria expreſſit nomi-
na. Nomen ergo ἦν, vt ante ὢν. Ὁ ἦν eſt, ὁ λεγόμενος ἦν. Paulo poſt cum dici-
vſ. 5. tur, Καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ, cui deinde illa, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς, ὁ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν,
καὶ ὁ ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς, deinde autem, τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς καὶ λούσαντι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν
ἁμαρτιῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, ſubjicitur, mirum eſt non docuiſſe quomodo cohæ-
reant hæc, eruditos. quæ totidem ſi ad Filium referantur Dei, ἀνακόλουθα,
videntur. Quod Eraſmus cum intelligeret, ad Patrem hæc retulit. qui, id
eſt, ei qui dilexit nos, inquit. *vt referatur ad Patrem, ſitque ſenſus, Chriſtum fuiſſe
teſtem fidelem Patri, qui dilexit nos.* Certum vero eſt, quod iis libris omni-
bus euênit, qui alibi extra canonem ſunt habiti, de quo jam paulo ante egi-
mus, etiam hunc negligentius eſſe habitum. cujus rei ſpecimen hic iterum
habemus. Diſtinctionem enim quam formarunt ſibi veteres, noua ver-
ſuum diſtinctione magis inuoluerunt recentiores. cum qua & articulus irre-
pſit. Vide autem, quanto melius hoc modo tota ῥῆσις diſtinguatur: Ἰωάν-
νης ταῖς ἑπτὰ ἐκκλησίαις, ταῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ· Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη, ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν,
καὶ ὁ ἐρχόμενος, καὶ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων, ἅ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χρι-
στοῦ. vt ſic verſus terminetur. Deinde verſu nouo, Ὁ μάρτυς πιστὸς, ὁ πρωτότοκος
ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ὁ ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς. Poſt hæc autem verba, nouus iterum
verſus, atque ipſa δοξολογία ſequatur, hoc modo: Τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς, καὶ λούσαντι
ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς τῷ
Θεῷ καὶ πατρὶ αὐτοῦ, αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Vt
jam hoc dicat, *Iohannes ſeptem Eccleſiis quæ ſunt in Aſia: Gratia & pax vobis, ab
eo, qui Eſt, qui Erat, qui Futurus, dicitur, atque à ſeptem Spiritibus, qui coram ejus
throno ſunt, & à Ieſu Chriſto.* Deinde, *Teſtis*, ſiue, autor prophetiæ, *verus,
primogenitus ex mortuis, princeps Regum terræ. Ei qui dilexit nos, ac qui à pecca-
tis nos noſtris per ſanguinem ſuum lauit, noſque Reges ac ſacerdotes Deo ac Patri
ſuo fecit; ei,* dico, *gloria, & imperium, in ſæcula ſæculorum. Amen.* Vt ὁ ἐρχό-
μενος ſit אהיה, quod de futuro dicitur. Cur autem ὁ μάρτυς πιστὸς maluerim,
ſenſus ipſe docet, cum πιστὸς Helleniſtis ſit ἀληθὴς, quod paſſim occurrit. vt
ab ipſo ſic autoritatem ſcripto conciliet ac pondus. Quanquam non ita
multum intererit ad ſenſum, ſi dicamus, Ὁ μάρτυς, ὁ πιστὸς, ὁ πρωτότοκος ἐκ τῶν
νεκρῶν. *Teſtis ac autor ille eſt*, qui ὁ ἀληθὴς ὁ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, & *eſt*, & *dici-
tur.* Quomodo autem μάρτυς dicatur Dominus, ſatis infra docet ipſe, cum
ſub finem libri, λέγει ὁ μαρτυρῶν ταῦτα· ναὶ ἔρχομαι ταχύ. ſed & de ſe hoc ipſo ca-
pite, Ὃς ἐμαρτύρησε τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅσα τε εἶδε. Nunc
igitur, Ὁ μάρτυς πιστὸς, *Verus & exceptione omni major ipſe teſtis eſt.* quomodo
mens plana ac diſtinctio. non enim obtendent, niſi fallor, eos qui excogi-
tarunt verſus quos nunc ſequimur, eo fuiſſe loco, quo θεόπνευστοι autores: de
quorum mente ac ſententia inprimis cogitandum. cum præſertim & anti-
qui eos codices ignorent, ac ne emendatiores quidem hujus æui, quales
ſunt Roberti Stephani, ac ſimiles, diſtinctiones iſtas exprimant aut repræ-
vſ. 6. ſentent. Quod autem dicitur, Καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς, mutatione τῆς ἀκολουθίας in
Sacris vſitata, dictum eſt. Ita Petrus, cum dixiſſet, Μάλιστα δὲ τοὺς ὀπίσω σαρ-
κὸς ἐν ἐπιθυμίᾳ μιασμοῦ πορευομένους, καὶ κυριότητος καταφρονοῦντας, tandem addit,
τολμηταὶ, αὐθάδεις, δόξας οὐ τρέμουσι βλασφημοῦντες. quomodo hic ἐποίησεν ἡμᾶς, di-
vſ. 16. xit, cum τῷ ποιήσαντι ἡμᾶς expectaret lector. Eodem capite cum legitur, καὶ ἐκ τοῦ
στόματος αὐτοῦ ῥομφαία δίστομος ὀξεῖα ἐκπορευομένη, quam ῥομφαίαν δίστομον dixit,
in *bis acutum enſem*, Tertullianus vertit. *Videamus ergo, an alius ſit enſis ille, cu-
jus alius eſt actus, id eſt, Dei ſermo diuinus, bis acutus, duobus Teſtamentis Legis
antiquæ & Legis nouæ: acutus ſapientiæ ſuæ æquitate, reddens vnicuique ſecun-*

dum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

dum actum ſuum. lib. aduerſus Iudæos. Item, *Nam & Apoſtolus Iohannes in* In
Apocalypſi enſem deſcribit ex ore Dei prodeuntem, bis acutum, præacutum: quem Apoc.
intelligi oportet ſermonem diuinum, bis acutum duobus Teſtamentis, Legis &
Euangelii, &c. lib. aduerſus Marcionem 3. Capite ſexto, cum dicitur, ὡς συκῆ Cap.
βάλλει τοὺς ὀλώνθους αὐτῆς, quos ὀλύνθους dixit, Tertullianus, *acerba* reddidit. *Et* VI.
ſtellæ quidem de cælo ruent, ſicut fici arbor, cum valido commota vento acerba ℣ſ. 13.
ſua amittit. lib. aduerſus Hermogenem. Capite nono, cum dicitur, καὶ τὰ Cap.
ὁμοιώματα τῶν ἀκρίδων ὅμοια ἵπποις ἡτοιμασμένοις εἰς πόλεμον, quas ὁμοιώματα ἀκρίδων IX.
dicit, ſupra ſimpliciter ἀκρίδας dixit. Καὶ ἐκ τοῦ καπνοῦ ἐξῆλθον ἀκρίδες. quod ℣ſ. 7.
adeo eſſentialiter interdum vſurpari jam alibi diximus, ne quis in viſione
tantum vſurpari dicat, vt ipſe Dei Filius, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου, aut ἀνθρώπων, γενέσθαι, dicatur. Nec aliter Iudæi Chriſtiani de eo loquuntur. inter
quos autor libri Amana, qui, *& ſtabit* בן אלהים בדמות אדם, *in ſimilitudine hominis Filius Dei.* Paulo ante finem legitur, Λέγει ὁ μαρτυρῶν ταῦτα· ναὶ ἔρχομαι
ταχύ. Ἀμήν. καὶ ἔρχου Κύριε Ἰησοῦ. Quo loco, vt & ſuperiori, non recte qui καὶ
legunt. de quo alibi jam olim egiſſe memini. Nihil enim vſitatius. vt mirum
ſit, hæſiſſe hic interpretes. Non male igitur qui *imo* hic dicat. ναὶ ἔρχου.
veni quæſo, imo veni. Quod autem ναὶ hic dixit, poſteriori ætate ἔμβα in Ecleſiis dicebant. quod vehementer obteſtantis erat. Ita paſſim Concilio
Conſtantinopolitano ſub Menna, Ἃ ἐποίησεν ἡ σύνοδος, ἔμβα ποίησον. Ἃ πέπραχεν ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ σύνοδος, ἔμβα ποίησον. Et paulo poſt, ἔμβα ἀναθεμάτισον, καθὼς καὶ
οἱ πατέρες, ἔμβα ἀναθεμάτισον, καθὼς καὶ ἡ σύνοδος, ἔμβα ἀναθεμάτισον Σεβῆρον καὶ Μανδρίτην, ἔμβα ἀναθεμάτισον Σεβῆρον καὶ Ἰωάννην. Et an non ſupra c. 1. ℣ſ. 7. dicitur,
καὶ κόψονται ἐπ' αὐτὸν πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. ναὶ Ἀμήν? Quid, quod etiam hic præcedit, λέγει ὁ μαρτυρῶν ταῦτα, ναὶ ἔρχομαι ταχύ? cui additur, ναὶ ἔρχου Κύριε Ἰησοῦ. In
quo hic deſinimus, ne parum reuerenter abdita ſcrutemur. Qui non quædam ignorare tantum, ſed & ignorare quædam velle, humilitatis Chriſtianæ partem non exiguam exiſtimamus.

QVICQVID. AVTEM. DICTVM. EST. AVT. PORRO DICETVR. ORTHODOXIS. EORVMQVE. IVDICIO SVBMITTIMVS. AC. COMMENDAMVS. SVBMISSVM VOLVMVS. ATQVE. HIC. TESTAMVR.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

DANIELIS HEINSII
ARISTARCHVS SACER,

SIVE

ad Nonni in Iohannem Metaphraſin

EXERCITATIONES;

quarum priori parte Interpres examinatur, poſteriori Interpretatio ejus cum Sacro Scriptore confertur; in vtraque S. Euangeliſtæ plurimi illuſtrantur loci;

emendatiores nunc & auctiores editæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Reuerendo Clariſſimoque viro

DANIELI COLONIO,

Gallici Collegii Regenti digniſſimo,

DANIEL HEINSIVS, S.D.

QVo magis, Reuerende ac Clariſſime Coloni, literarum ac totius eruditionis dignitas & ſplendor in judiciorum lance inclinat atque ab aliis quæ vulgus æſtimat quotidie præponderatur; eo magis nobis animus erigitur ad pulchra atque aſſurgit. Nam qui ante nihil præter ipſam mirabamur; nunc, aduerſus ſæculum luctari atque ab eo ad poſteritatem prouocare, glorioſius exiſtimamus: neque quicquam magis dignum nobis arbitramur, quam vt eos qui vel ignorantia vel deſperatione cum præclaris ſtudiis experiuntur, quia ad pecuniarum admirationem aut ambitionem nati, immortalitatem famæ ſpernunt, curis ſuis relinquamus: alteros, vt numerent quæ habent, alteros, vt petant quæ non habent. ea tamen lege, vt cum faciem fortuna mutat, alteri non habeant quod numerent aut tractent, alteri non habeant quod eruditis amplius opponant: eos vero ſolos quos in luce animus ad altiora natus collocauit, ad judicium de nobis admittamus. In quod te conſortium cum inter primos rara virtus tua & naturæ indoles reponat, ne deliberandum quidem nobis videbatur, quis ex omnibus amicis noſtris in hoc limine conueniendus nobis eſſet. Euênit autem, vt cum tu in Sacro hoc Euangeliſta totus eſſes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ego autem eum cum Interprete conferrem ac componerem, de locis plurimis frequenter ageremus. In quo ſummam æquitatem tuam admirati ſumus, cum amicum, qui, ad inſtar Euangelici catelli, micas legeret, non rejeciſti, nec quadrantem viduæ pauperculæ fauore indignum arbitratus es. Ea res perſuaſit nobis, vt hæc eadem, non ad ambitionem, ſed, vt debebamus, ac vt gratum par erat, tuo nomini inſcriberemus. Cujus cauſas longius non petam: cum præcipuam ac primam nemo eruditus apud nos ignoret. Amicitiam, quam à Parente optimo probiſſimoque hæreditariam accepi, annos plurimos ſanctiſſime inter nos tuemur. In qua, nihil præter ipſam & virtutis precium ſpectaui: quam non tantum diligenter colis, ſed propemodum abſcondis. Vt vix cuiquam aditus ad eam, niſi per familiaritatis pateat arcanum. quia fructum, non in aliena laude, ſed in conſcientiæ ſuffragio ac Dei gloria reponis. Ego autem tecum quidem hactenus, Vir amiciſſime, profeci, vt quæ in hominibus admiror, Deo ſolide aſſcribam. Quid enim habes, ô homo, quod non accepiſti? Cæterum, qui Deo tribuit quod dedit, nihil illi demit qui accepit, & commendat eum amplius qui hoc agnoſcit. Quia prima virtus veſtra eſt humilitas non affectata. quæ, dum fugit gloriam, quod quidam veſtri ordinis præclare dixit, gloriam meretur. Vt virtutes quoque cæteræ, quæ præter hanc in te elucent, ſine inuidia à nobis commendari poſſint, quia hac potiſſimum excellis. Nam quid dicam pacis ſtudium & ſingulare & admirandum, cui omnia à te poſtponi non ignorant qui te mecum æſtimare didicerunt? Quid ingenuam ac nudam probitatem? quid candorem ſine fuco, pietatem ſine ambitione; quæ, cum iſta, affectatio aut ſuperſtitio, non male dicitur? Quid, quæ vos inprimis decet, lenitatem animi ac moderationem? quas vt Deo & naturæ debes, ita ratione ad habitum paulatim prouexiſti. Quibus effeciſti, vt quam optimam docendi in profeſſione veſtra viam omnes arbitrantur, moribus præires iis

quos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

quos docendos ſuſcepiſſes. Inter quos prudentiam præcipue admiramur: ita in te quidem comparatam, vt quæ alii affectant, libentiſſime declines, & ,cum opus eſt, non imperite tractes. Porro *cum præclarum ſit , non affectare quæ intelligas ; præclarius auguſtiuſque eſt, intelligere quæ non affectes : quod vt ſummam , ita ſine æmulatione admirationem parit. Itaque cum terminos , quos vobis Deus & profeſſionis veſtræ ratio præſcripſit , non excedas , illud quoque præſtas, vt in ea quæ vitare ſoles , nunquam impingas : neque minus interim ſimplicitatem Chriſtianam, quæ nonnunquam artibus externis, ex opinione quam de ea quidam conceperunt , oppugnatur , non illæſam modo ſerues, ſed , quod majus eſt , ſecuram jam in te effeceris. Quam dexteritatem ac ſolertiam, vt recte Dei Spiritus depingat , duo animalia conjungit : quorum alterum vt nunquam fallit , ita falli alterum non poteſt. Quem concurſum ac conjunctionem in Baptiſmo Chriſtiani veteres ſic requirebant , vt in nummis quoque expreſſerint.* Vera enim (*quod præclare ab Ambroſio monemur*) fides ab initiatis & ſimplicitas requiritur. *ea tamen, quam requirit qui columbam cum ſerpente junxit,*

Cüi coronæ ſunt corona Apoſtoli:

Quorum figura eſt in columbarum choro,

vt Paulinus loquitur. Nam quid eruditionem tuam dicam ? quam cum ſumma laude præ te ferre poſſes , niſi ea omnia à quibus commendantur alii , modeſtia quam oſtentando commendare malles. Quid de eloquentia, ſed caſta illa ſimplicique, quæ vos decet? quam eâdem laude & conſecutus es & aliis jam pridem contuliſti. Qui communicando tua hoc jam effeciſti , vt virtutes tuæ, aliorum eſſe cœperint , neque minus , quia eas tibi debent, tuo merito ſint tuæ. Quotquot enim in hoc Belgio & alibi diſcipulos formaſti , tot præcones eloquentiæ ac eruditionis tuæ habes; qui autoritatem ſibi , ad exemplum tuum, inſtitutione tua & autoritate pepererunt. vt, qui per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

pertinaciter latere maluiſti, jam vbique præſens eſſe, vbique, quod pulcherrimum exiſtimo, audiri videaris. Plura de his, apud animum majoribus intentum, tum qui hæc & ſe deprimere jam pridem didicit & docuit, non addo. hoc præſertim tempore, quo, adulatio, non vitium ſed inter mores eſſe cœpit. Vnum peto, vt, ex Operis inſcriptione, de conſtantia amoris noſtri ac judicii; de ipſo, pro judicio, non ex amore tuo judices. Ego autem, more quondam plurimis nunc autem paucis vſitato, eam mihi gloriam ſeruabo, quod amici veteris & eruditi nomen in veſtibulo hoc legi malim, quam vt ſpei alicujus aut lucelli cauſa, iis ſupplicem aut generoſum animum ſubmittam, qui cum eruditionis dignitatem ac præſtantiam non aſſequantur, eruditos magis poſt officia contemnunt.

DANIEL HEINSIVS

In Ariſtarchum ſuum, & Nonnum, S. Iohannis Euangelii Interpretem.

Βέλγης μὲν γένος εἰμί· τέθηπα δὲ θεῖον Ὅμηρον
  Ἑλλαδικῆς Μούσης ἀρχὸν ὀϊσάμενος.
Χριστιανῶν δ' αὖ θεσμὰ σεβάζομαι· οὐδ' ἄλα δοίην
  Οὔτε θεῶν ἄλλων, οὔτε θεηγενέων.
Μύθων δ' ἀντὶ, τέθηπα μέγαν Λόγον· ἀντὶ δὲ Μουσῶν,
  Κείνην τὴν ἱερὴν, βροντῇ εἰσκομένην,
Δαινυμένου βασιλῆος ὁμέστιον· οὐ Διονύσου,
  Οὐ Διὸς, ἀλλὰ θεοῦ μάντιν ὁμορροφίου.
Τῶν δὲ φιλαρχαίων πάλιν αὖ πάλιν εὔχομαι εἶναι,
  Παντὸς ἀκιβδήλου δεινότατος θεράπων.
Ὑδάτιον προβέβουλα, καθάρσιον, ἔκγονον αἴης,
  Νέκταρος οὐρανίων, οὔ τοι ἀκηρασίου.
Ξείνης δ' οὐκ ἄγαμαι σεσοφισμένον ἄνθος ἀοιδῆς,
  Ἡδὺ μὲν, ἀρχαίης δ' Ἑλλάδος οὐ μετέχον.
Τίς τί μοι οὖν μέμφοιτο; μόνον μὴ χώεο, Νόννε,
  Ἰλιακὴν Μοῦσαν Νειλιακῆς προφέρειν.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

PROLEGOMENA

AD

ARISTARCHVM,

SIVE

De veræ Criticæ apud veteres, ortu, progreſſu, vſuque, cum in cæteris diſciplinis, tum, in Sacris,

DISSERTATIO.

MAgnum olim antiquorum in diſcendis diſciplinis, magnum in docendis, ſtudium, judicium, induſtria, ac diligentia eluxit. Nam & eas præmittebant quæ hoc tempore à quibuſdam vix diſcuntur, & ab iis, quaſi minoribus initiati myſteriis, ad reliquas ſe conferebant, quibus qui non prius imbuuntur, minus abſolute aut diſcunt cæteras aut docent. Vna fuit, cui nullum certum argumentum, nullam diſciplinam, propriam aut vnam, ſed in vniuerſum omnes, ſubjecerunt. quæ Iudiciaria, aut Critice, ab illis dicta eſt. ad quam ſenſim & per gradus, vt plerunque nihil inchoatur ſimul ac perficitur, deuentum eſt. Poſtquam autem Ariſtarchus, aliique ejuſdem fere temporis illuſtres viri, Ethicam, Politicam, Phyſicam, Aſtrologiam, Geometriam, Geographiam, Medicinæ initia, ac Theologiam, quam tum adhuc Μυθικὴν dicebant, in Muſæi, Orphei, Lini, Epicharmi, Empedoclis, antiquiſſimorum Philoſophiæ autorum enarratione, qui aut ſingulas ſeorſim ſinguli tractaſſent diſciplinas, aut in vniuerſum omnes, generali opere, quale eſt Homericum, ſparſiſſent ac adhibuiſſent, maximo ſucceſſu ſibi vindicare cœpiſſent; poſtquam extitiſſent jam, qui ἐνστάσεις, λύσεις, συζητήσεις, ἀποφάσεις, quibus omnes in ſcriptorum antiquorum enarrationibus ſcientias complexi erant, in autores, ac præcipue Poëtas, quos, quod omnes olim diſciplinas conjunxiſſent, in omnibus, vt ſapientum antiquiſſimi, excellerent, πεντάθλους eleganter magnus Plato dixit, edidiſſent; multum animi ejuſdem artis profeſſoribus acceſſit. Inter quos & Crates maximus vir fuit: qui nugarum ac minutiarum omnium, in quibus anxie hærebant cæteri, pertæſus, omnia Homeri ſcripta, & eorum enarrationem, vt præclare docet Strabo, ad principia diſcipl-

plina-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

plinarum & tractationes ſerias graueſque reuocauit. ipſe ἐκδόσεις ἐπιστημονικὰς dicebat. is, qui, vt Sextus Empiricus notauit, *Omnem eruditionem ac ſcientiam in Critico requiri*, dixit. Iidem ſcripta veterum, Homeri primo, mox Platonis quoque & Ariſtotelis, diſpoſuerunt ordine ac digeſſerunt. Iidem, qui & quæ non recte dicerentur caſtigabant: ſi quæ loco mota eſſent, tranſponebant: quæ vtilia ad vitam aut ad diſciplinas eſſent, excerpebant. Iidem variantes lectiones & ambiguas notabant. Suo denique autori cuique, quod cujuſque eſſet, aſſcribebant: ita vt probarent ſingula ac confirmarent. quæ διατάξεις, ἀθετήσεις, χρηστομαθίαι, χρήσεις, γραφῶν μεταθέσεις, γραφῶν διαφοραὶ, ἐγκρίσεις, vt nunc cætera omittam, illis dicebantur. Porro, diu ante Ariſtarchum, par naturæ rerum & ſcientiarum omnium fatali quadam lege capax Ariſtotelis extiterat ingenium, qui, vt primus nomen Critici, quod vere à Dione Chryſoſtomo ac aliis notatum eſt, meruit ac tulit, ita artem hanc aduerſus omnes ſui ac ſuperiorum temporum Philoſophos, Pythagoram, Democritum, Empedoclem, Heraclitum, Epicharmum, Parmenidem, Xenophanem, Meliſſum, Anaxagoram, Protagoram, Eudoxum, Solonem, Anaximandrum, Anaximenem, Platonem, Speuſippum, in diuinis ac humanis exercuit ſcientiis. Nihil tamen majus eſt auguſtiuſque, quam cum magnus eruditionis ille ac Criticorum Princeps, libro Politicorum ſecundo, omnes veterum Reſpublicas, ex artis hujus legibus examinat: omnes cenſor illuſtriſſimus ad diſquiſitionem vocat: non Minois, non Lycurgi, non Solonis, non Hippodami, non Phaleæ, legiſlatoris antiquiſſimi, non vllas cæterorum vel Reſpublicas vel leges, ſine nota Critica dimittit. Idem qui Homerum accurate Alexandro ſuo emendatum, idem, qui judicia de omnibus Poëtis (quorum aliquot in libro de Poëtica veſtigia ſuperſunt) cum ſtupore omnium, magiſter ſummus diuulgauit. Idem, qui & Comicorum fabulas cum cura recenſuerat ac emendarat: idem, qui & ſingulas, cum accurata, quibus fuerant repræſentata, ratione temporum digeſſerat. quos libros, vt teſtantur veteres, Διδασκαλίας dixerat: de quibus plurima ad Athenæum magnus Caſaubonus. Quæ res, præter alias, Chronologiam ab errore vindicauit. In quam curam temporum ac rationem, poſtea Callimachus & Eratoſthenes incubuerunt: quo & χρόνων πίνακες ſpectabant, quos antiqui celebrant. quæ omnia, cum vniuerſis diſciplinis, Criticorum diligentiæ ac ſtudio tum nitebantur. Sed immane quos quantoſque ſumptus, in theatra, in Comœdiarum ac Tragœdiarum repræſentationem fecerit antiquitas. Cum non mores tantum ab vtriſque emendari ac prudentiam conferri, ſed & ſcripta antiquiſſima, & formas Reipublicæ, ac vitam magiſtratuum, cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ſummo ſpectatorum fructu, in Comœdia examinari, factiones componi, ac grauiſſima ſubinde publico ſuppeditari crederent conſilia. Vt cum Ranis Comici aſſcribunt Critici antiqui, quod diſtractas ea tempeſtate partes ciuium in vrbe compoſuerint, ſummates plebi, plebem, & qui exulaſſent, vt in factionibus non raro ſolet fieri, proceribus conciliauerint. ὅτι ὁ ποιητὴς διήλλαττε τοὺς ἐντίμους τοῖς ἀτίμοις, καὶ τοὺς πολίτας τοῖς φυγάσι, dicunt illi. In eodem Dramate, Euripides & Æſchylus, de Alcibiade, qui omnia potuerat, ac ſponte tum diſceſſerat, non aliter quam in Senatu ſolet, conſuluntur. Ita enim quæritur:

Πρῶτον μὲν οὖν περὶ Ἀλκιβιάδου τίν' ἔχετον
Γνώμην ἑκάτερος; ἡ πόλις γὰρ δυστοκεῖ.

Et reſpondet prudentiſſime Euripides:

Μισῶ πολίτην, ὅστις ὠφελεῖν πάτραν
Βραδὺς πέφυκε, μάλα δέ γε βλάπτειν ταχύς·
Καὶ πόριμον αὑτῷ· τῇ πόλει δ' ἀμήχανον.

Ciuem execror, qui patriam tarde juuat,
In opprimenda patria cum ſit celer,
Sibique quiduis expedit, non patriæ.

Æſchylus autem,

Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν,
Μάλιστα μὲν λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν·
Ἢν δ' ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.

Catulum leonis nunquam in vrbe nutrias,
Ipſum leonem nutrias multo minus.
Sin educaris, cenſeo, vt morem geras.

Quo prudentius nihil, nihil πολιτικώτερον vel dici vel excogitari poteſt. cum & hæc prudentia Comœdiæ ejuſdem pars non poſtrema eſſet, quæ ſententiam de ſcriptis veterum pronuntiat ac ſciſcit: quæ & cæterorum hoc exemplo tum in publicum judicia protraxit. Ejus igitur Comœdiæ autores, quæ, potiunte rerum Populo, Athenis nata eſt, cum partim, vt jam dixi, Reip. primarios, partim libros veterum ac ſcripta, ad cenſuram poſcerent; tranſlata ad paucorum regimen Republica, quia alterum impune amplius non erat, in autores ſolos ſtyli aciem verterunt: cum id ante quidem, ſed non tantum, feciſſent. quemadmodum inter Ariſtophanis Comœdias, quæ Veteri accenſentur, ἀθετήσεις lepidiſſimas, cum Æſchyli tum præcipue Euripidis, Ranæ illius habent: quem & Ariſtoteles cum maximo judicio vbique ad partes vocat. Quam partem, è veteri potiſſimum Comœdia deſumptam, Lucilius & Flaccus, ad Romanam Satyram, vt ipſe Flaccus profitetur, cum cenſura morum, tranſtulerunt. quippe, vt multa Accii, Paccuuii, ac Ennii Lucilius, ita plurima Lucilii ac aliorum, ſalſe exagitat Horatius. Igitur,

tur, vt hi Theatrici Poëtæ ac Dramatici, quibus, ſi antiquitatis habeatur ratio, non minima ex parte ortum ſuum ars hæc debet, veterum ſcriptorum judices tum erant; ita & illorum primi ſuos habuerunt judices. Optimo, ni fallor, inſtituto. tum, ne omnia impune aut ſecure & extra artem dicerent: tum, vt ex collatione ſingulorum, ipſa tandem ars abſolueretur ac ad vltimum perfe- ctionis perueniret gradum. Qui de vocibus, de rebus, diſpoſitio- ne, partibuſque ſingulis judicium pronuntiabant, ac peculiarem in hac gente tum conſtituebant magiſtratum. quos, quod in tu- tela Bacchica theatra eſſent, Διονυσιακὺς κριτὰς, *Bacchicos Iudices*, dice- bant. cum nec prouocatio ab iis eſſet, nec de iis quibus illi ju- dicarent, cæteri ſententiam pronunciarent magiſtratus. Quo apud Ariſtotelem Rhetoricorum tertio Euripides reſpexit. qui, cum, tanquam impie locutus illo verſu

Iurauit lingua, mentem injuratam gero,

accuſatus eſſet; ille, *Suos ſe habere judices; ibi reſpondiſſe, vel, ſi opus eſſet, reſponſurum*, dixit. à quibus qui damnati eſſent, ἐκπίπτειν dicebantur. Quæ res maximis nonnunquam factionibus in ciuitate ad poten- tiorum gratiam & plauſum agebatur. quemadmodum cum Ne- bulas, incomparabile, vt Critici obſeruant, Drama, docuiſſet Ariſtophanes, per factionem Alcibiadis, qui Socrati fauebat, ex- cidit. Quod judicium, ad alios Poëtas quoque, poſtea tranſlatum eſt. cum ab iis primam ſumpſiſſe originem vero ſit ſimile. vnde & Homerum quidam ac Heſiodum (de quo & apud Plutarchum quinto Sympoſiacorum habes) in Heroum tumulis, aut, vt alii, in Aulide aut Chalcide, certaſſe volunt. quibus & ſuos fuiſſe ju- dices: inter quos Panœdes quidam celebratur. Quam opinionem antiqui cujuſdam Critici, vt arbitror, libellus confirmat, qui ὉΜΗ'- ΡΟΥ ΚΑΙ` ΗʹΣΙΟ´ΔΟΥ Α'ΓΩ`Ν inſcribitur. Ptolemæus ſane, quem- admodum Præfatione libri ſeptimi loquitur Vitruuius, poſt con- ſtitutam à ſe Bibliothecam, ſex Poëtis Iudices conſtituit: quibus & Ariſtophanes Criticus, maximo ſucceſſu ſe adjunxit (quo tem- pore & Ariſtarchum ſunt qui extitiſſe velint. eo nempe, quo præ- clara Poëtarum Pleias extitit) cum Athenienſes quinque numero haberent. Vnde dictum vulgo tritum, Ἐν πέντε κριτῶν γόνασι: de quibus multa Græci. A quo magiſtratu, nobiliſſima hæc judicandi ra- tio, ad Romanos tranſiiſſe, vt alia, videtur. quales illi Iudices, qui ſcriptis ſuis de autoribus (quorum ingens poſtea ſuccreuit nume- rus) quales illi, itidem, qui ſub Principibus, in locis publicis, de re- citationibus ac ſcriptis ſcenicis ſententiam ferebant. Auguſto Prin- cipe, non ſemel Tarpæ, Poëtarum Iudicis, Horatius, Poëta Criti- cuſque, meminit. quem Tarpam, *Iudicem Criticum*, ejuſdem Scho- liaſtes dixit. *Metius Tarpa fuit*, inquit, *Iudex Criticus: auditor aſſiduus*

Poë-

Poëmatum & Poëtarum in æde Apollinis, ſeu Muſarum. quo conuenire ſolebant Poëtæ, ſuaque ſcripta recitare: quæ niſi à Tarpa, aut alio Critico, qui numero erant quinque, probarentur, in ſcenam non deferebantur. Ex quo patet, eos quoque Criticos vocatos. A quo Magiſtratu & Comœdia antiqua, ad diuinum Ariſtotelem, ab Ariſtotele, ad Ariſtarchum, Crateta, Apollonium, Callimachum, atque alios, quos Philologos, Polyhiſtoras item & πολυμαθεῖς, à varia ac prope inexhauſta eruditione dicebant, ars nobiliſſima peruênit. Nam de Critica Socratica hic nondum agimus. quanquam ſciam, maxima ex parte, ea quæ πειραστικὰ, quæ ἀνατρεπτικὰ, quæ ἐριστικὰ item à Platonicis dicuntur, huc referri poſſe: neque ignorem, quantum ex antiqua ſui temporis Comœdia, vel Socrates profecerit, vel Plato: cum præſertim, non ironice modo, ſed & comice, Protagoram, Hippiam, Prodicum, Gorgiam, cæteroſque ambitioſos ſui ſæculi exagitat ſophiſtas. Porro ſub antiquis illis qui de Comicis ac Tragicis ſententiam ferebant judicibus, à quibus tota διορθωτικὴ inprimis & ἀθετητικὴ profluxit criſis, plures inter ſe committebantur. Ideoque hæc certamina, ἀγῶνας, ἀγωνίσματα, ſed & συγκρίσεις, Græci; *commiſſiones* dicebant Latini. Vnde Auguſtus, nomen ſuum commiſſionibus obſoleſieri vetabat. Et Caligula, impurum animal ac deteſtandum, ſcripta Senecæ, *commiſſiones meras* nuncupabat. vt ſic affectatum ac theatricum dicendi genus de notaret. Committi igitur, hoc eſt, conferri inter ſe, Comici ac Tragici Poëtæ ſolebant: à judicibus, nimirum. Quod in committendis quaſi inter ſe ac componendis poëtarum ſcriptis, Critici ſecuti ſunt. qui non ſolum diſpoſitionem, quam κατασκευὴν dicebant, ſed & dictionem ac ſententias, partim eas, quæ ἔννοιαι à Criticis Rhetoricis dicuntur, partim alteras, quas γνώμας dicunt, & has ſolas quoque interdum, committebant. Cujus rei elegans exemplum in libello, qui ΜΕΝΆΝΔΡΟΥ ΚΑῚ ΦΙΛΙΣΤΊΩΝΟΣ ΣΎΓΚΡΙΣΙΣ inſcribitur, habemus: quem Latinis verſibus, ampliſſimus clariſſimuſque Ianus Rutgerſius ὁ μακαρίτης, affinis ac amores olim noſtri, venuſtiſſime expreſſit, atque in erudito ac diſerto Variarum Lectionum opere vulgauit. cujus cauſa, multa ad libellum iſtum, quæ huc ſpectant, olim notabamus, quæ ibidem Lector habet. Quam judicandi conſuetudinem ac morem, eleganti Diſſertatione, ſummæ eruditionis autor Dio Chryſoſtomus repræſentauit. qui Philocteten Æſchyli, Euripidis, ac Sophoclis, tanquam vnus ex Iudicibus, commiſit. etiam Plutarchus, qui Menandrum inter ſe ac Ariſtophanem compoſuit: non ſine ſumma, vt libere hoc dicam, admiratione mea: vt qui, inter veterem Comœdiam & Nouam, ſiue vltimam, immane quantum intereſſe non ignorem: cum, &, inſtituto, & dicendi ratione, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

pro conſtitutione Reipublicæ haud parum differant, neque eodem tempore, quæ tam diuerſis ſcripta ſunt, committi vel potuiſſe vel debuiſſe videantur. quod in tanto viro, cujus non vulgare in Heroum Parallelis, quæ & ipſæ morum ac vitæ ſingulorum commiſſiones quaſi ſunt, judicium quis non miretur? cum pleræq; veteris Comœdiæ virtutes, vitia alterius fuerint. Poëticus, nempe, ſermo, ac μιμήσεις, aliaque ejuſmodi: vt ideo & tempora, & mores hominum, ac finis vtriuſque, diſtinguenda fuerint. In quibus diſtinguendis vel inprimis, verus ſoliduſque Criticus ſoliditatem eruditionis ac judicii periclitari ſolet. Cum qua, ſinguliſque illius membris ac partibus, vir ſummus Ariſtoteles, Dogmatica conjunxit. Cujus noſtra tempeſtate vt diſcipulus, ita præceptori ſuppar, Cæſar Scaliger, eandem in Poëtarum, Grammaticorum, Philoſophorum ac Medicorum ſcientiis, (cum Gaza, Cardano, Platone, Theophraſto, interdum, vt in Animalium hiſtoria, cum ipſo Ariſtotele congreſſus) diuinus ejus nec parente minor filius, Ioſephus, in recenſendis, emendandis, tranſponendis, partim autorum ſcriptis, partim jam prouectior, aduerſus Hiſtoricos, Chronologos, Aſtronomos, Aſtrologos, cæteroſque Mathematicos, Eratoſthenis, Callimachi, Eudoxi, & aliorum ſecutus conſuetudinem, in emendando tempore, adhibuit ac ſolide expreſſit. Nam vt omnium diſciplinarum, vnum quoddam vinculum ac corpus eſt, ita hæc de omnibus, aut vna aliqua quam ſibi ſumit, omnibus inſtructa, judicat, ac, quaſi princeps omnium, pro tribunali ſedet. Quâ eâdem vſus, ſummus præſtantiſſimuſque vir Claudius Galenus Pergamenus, quo ex omnibus antiquis nemo plura, nemo magis accurata in Grammatica ac aliis reliquit diſciplinis, multa in Hippocrate recenſuit, tranſpoſuit, ac emendauit: ſpurios legitimoſque libros annotauit ac diſtinxit: aduerſus editores ejus ac interpretes, Artemidorum, Capitonem, Dioſcoridem, ac cæteros, cum cura diſputauit. Sed præ cæteris, Theologorum antiquiſſimi, Grammaticam, Rhetoricam, ac Theologicam exercuerunt criſin. Omnem omnium induſtriam (nam de iis in quos poſtea prolapſus eſt erroribus non agimus) Origines exceſſerat. Cujus immortalem (nam eorum verbis vtar) & beatam veteres naturam admirantur. cui accuratam Dialecticæ, Geometricæ, Muſicæ, Rhetoricæ, præter Theologiam, attribuunt ſcientiam. Qui ex Platone, Ariſtotele, Ammonio, Plotino, Numenio, Apollophane, Moderato, Chronio, Nicomacho, omnibuſque, etiam profanis ſui temporis philoſophis, immenſam ac prope ineffabilem hauſerat ſcientiam: cujus, ad ſtuporem omnium atque admirationem, in collatione Sacri Codicis interpretum, certa atque indubitata edidit ſpecimina. Quos vt in Heptaplis præſertim ac Octaplis inter ſe contenderat,

ſic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ſic ex iis vnam, Septuaginta potiſſimum interpretes ſecutus, ſummo labore induſtriaque dedit. in qua poſt tot tantaſque curas, quæ addidiſſet, quæque abundarent, varias ſcripturas item, aſteriſcis, obeliſcis, ac lemniſcis, Ariſtarchum imitatus, accuratiſſime diſtinxit. Qui in Criticen hanc ſic incubuit, ſic totam eſt complexus, vt Cedrenus, *& prandendi, & poſt prandium deambulandi, ocium fuiſſe illi neget. quod ſolis literarum ſtudiis ac conferendis etiam hoc tempore exemplaribus intentus eſſet.* Cujus labore ac diligentia, vir eruditionis ſummæ ac induſtriæ, B. Hieronymus, vt, cum alibi tum in Epiſtolam ad Titum, ipſemet teſtatur, ita vſus eſt, vt vbique, in Commentariis præſertim, de varietate lectionum ac interpretationum diſputet. Neque video ſane, quomodo illi, qui hæc non traducunt modo ſtudia, ſed nec vllum in Sacris aſſignare illis audent locum, redire in gratiam cum eo poſſint, qui de variis pronunciare lectionibus, vitioſam accuſare, pro meliori, etiam ex conjectura, aliquid adferre, de corruptela, vbi opus eſſe exiſtimat, etiam receptæ vulgo, diſputare, interdum & à Græcis ad Hebræa, vindicandæ quam tuetur lectionis cauſa, prouocare audet. quæ noua atque inuſitata iis procul dubio videntur, qui hodie tantum nati, antiqua nunquam conſulunt & damnant. Quis autem vel initium eorum, quæ ad primum ordine Euangeliſtam ſcripſit, obiter inſpexit, cui hæc & ſimilia non protinus occurrunt? Statim ecce ad iſtum capitis 2. locum, οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας· οὕτω γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ προφήτου &c. *Putamus ab Euangeliſta primum editum, ſicut in ipſo Hebraico legimus, Iudæ, non Iudææ. Quæ eſt enim aliarum gentium Bethlehem, vt ad diſtinctionem ejus hic Iudææ poneretur? Iudæ autem idcirco ſcribitur, quia eſt & alia Bethlehem in Galilæa. Lege librum Ieſu filii Naue. Denique & in ipſo teſtimonio quod de Micheæ prophetia ſumptum eſt, ita habetur: Et tu Bethlehem terra Iuda.* Ibidem ad 13. caput, cum dicitur, ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος, Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου. *Hoc teſtimonium de ſeptuageſimo pſalmo ſumptum eſt. Legi in nonnullis codicibus, & ſtudioſus forte lector reperiet idipſum, in eo loco vbi nos poſuimus & vulgata habet editio, Vt impleretur quod dictum eſt per prophetam, dicentem, ibi ſcriptum, per Eſaiam prophetam, dicentem. Quod quia minime inueniebatur in Eſaia, arbitror poſtea à prudentibus viris eſſe ſublatum. Sed mihi videtur in principio ita editum,* quod ſcriptum eſt per Aſaph, prophetam dicentem. *Septuageſimus enim ſeptimus pſalmus, de quo hoc ſumptum eſt teſtimonium, Aſaph prophetæ titulo inſcribitur. Et primum ſcriptorem, non intellexiſſe Aſaph, & putaſſe ſcriptoris vitium, atque emendaſſe nomen Eſaiæ, cujus vocabulum manifeſtius erat.* De qua aut ſcribæ licentia, aut liberrima interpretis ſuſpicione, quid nobis videatur, nunc non dico. ſatis enim, ſit, ſi quid ſibi hic permiſerit antiquitas, exemplis talibus probemus. Idem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ad ejuſdem capitis 24. locum illum, περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, εἰ μὴ ὁ πατήρ μου μόνος, *In quibuſdam Latinis codicibus additum eſt, neque filius: cum in Græcis, & maxime Adamantii & Pierii exemplaribus, hoc non habeatur aſſcriptum. ſed quia in nonnullis legitur, ediſſerendum videtur.* Habes lectiones varias, habes emendationes, habes conjecturas. Vt infinitos ejus generis omittam locos, quos accuratiſſimus vbique autor, vt anxie inueſtigandi non ſint, lectori ſponte offert. de cujus, vt & aliorum qui has ſibi vindicarunt partes vt de antiquiſſimis autoribus ſententiam pronunciarent, libertate, plura mox fortaſſe. Atque hic idem, qui in veterum Eccleſiæ ſcriptorum Indice ac Catalogo, de Clemente, Ariſtide, Egeſippo, Theophilo Antiochenſi, Tatiano, Modeſto, Pantæno Stoico, Tertulliano, Lactantio, Apollinari, Didymo, ac cæteris, ita candide ſententiam expoſuit ac mentem, vt in eorum ſcriptis, non minus vitia orationis quam doctrinæ næuos prodat: legitima à ſpuriis, hæc à ſpuriis diſcernat. Quos, in partibus, tum Iſidorus tum alii, ſecuti ſunt. quemadmodum in vniuerſa, omnibus, qui ante ætatem illam aut ſuperiores extiterunt, palmam Patriarcha Photius præripuit. Qui de omnibus, inprimis autem ſummis maximiſque, Chriſtianis ſimul profaniſque autoribus, Philoſophis, Hiſtoricis, Poëtis, Oratoribus, ſed maxime Theologis, ita accurate ac exquiſite judicat, vt vnus, eruditione varia, cum omnibus quos legerat, legendi diligentia, cum maximis qui ante extiterant, commiſſus videatur: tam diffuſo in his omnibus judicio atque accurato, vt non tantum ſingula de quibus judicauit, penetraſſe, ſed & omnia quæ ſciri poſſunt, maximo ſucceſſu didiciſſe videatur. tanta autem fide, vt non Criticum in ſcripto, ſed juratum judicem, in luce hominum de ſingulis ſententiam pronuntiare exiſtimes. In quo vno homine ad vniuerſum ſeſe literarum orbem circulumque Critice diffudit. Vt qui nihil in Grammatica Rhetoribus, nihil in dicendi arte Philoſophis, nihil in vtraque Poëtis, nihil in minoribus ſcientiis ac artibus, Theologis ignoſcat: opiniones autem parum integras ac ſanas, vt Theologus, proſcribat: ſic in omnibus verſatus pariter atque abſolutus, vt nec diſciplinam vllam, neque partem vllam Critices, intactam ſibi magnus vir relinquat. Nam nec eam quæ emendat, prætermittit: qui nonnulla, etiam in Sacris literis, à ſcribis aut hæreticis corrupta eo tempore oſtendit: & in ea, quæ, ex genio & vſu, de proprietate & poſſeſſione ſingulorum ſtatuit ac ſciſcit, raro admodum aberrat. In iis autem, quæ aut recte aut ſecus ab aliis dicuntur, partem operis præcipuam conſumpſit. de quo plura mox dicenda. Verum ita res ſe habet: Nec judicium ab eruditione ſeparabant neque ſeparatim aut ſeorſim ſcientias colebant veteres. Sed

quem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

quemadmodum, vt cum Auguſtino loquar, *populus vna eſt ciuitas, ex multis militibus vnus fit exercitus*, ita ex diſciplinis omnibus, conjunctim, vnam eruditionem, vnam fieri ſcientiam exiſtimabant. Ex quibus, iis maxime vtebantur, quas, quod tanquam inſtrumenta eſſent, optime organicas dicebant. In quo cenſu ac numero, Grammaticam, Rhetoricam & Dialecticam habebant. quas vt maxime adhibet hæc noſtra, ita circa omnes cæteras verſatur. Quippe, cum & Criticæ non parua & peculiaris quædam pars, ad eloquentiam tralata eſſet, quam ad artem Rhetorum, vt Criticorum princeps Ariſtoteles, ita Cicero, Fabius, Longinus, Hermogenes, Demetrius, & Dionyſius, qui & ſuum de autoribus judicium, non ſine cauſa Criticen inſcripſit, maximo ſucceſſu ac prope inuidendo traduxerunt. quorum ſcripta qui non legit, nunquam in dicendo quod oportet obtinebit: nunquam recte de antiquitate judicabit. Cæterum, in forum ſuum magni illi viri, non Poëtas modo & artifices dicendi, ſed & totum veterum philoſophorum agmen, tanquam ad dicendam cauſam, euocarunt. Iam autem, cum vicina, ac, vt idem princeps eruditionis Ariſtoteles de ea loquitur, ἀντίστροφος Rhetoricæ ſit Logica, quæ, præterquam quod de verbis, de quo poſtea dicturi ſumus ac nominibus, ex inſtituto ſuo, qua eſt inſtrumentum, agit, ſed & ex principiis diſciplinarum, verum quoque ac falſum diſtinguit, quis non videt ad κριτήρια ac normas vtriuſque deueniendum eſſe? Ad quas ea ars deducit, quam præclare Græci, quibus nihil eſt negatum, partim à vocibus ac verbis, partim ab ipſa ratione, cujus ſunt κριτήρια ac normæ, Logicam dixerunt: quæ in omnibus ſcientiis, in quibus locum habent inſtrumenta, vt in linguis, quæ & ipſa ſunt ſcientiarum inſtrumenta, vim eandem habent. Ideoque, vt linguas cum verbis, verba cum rebus, ita, inſtrumenta artium cum ipſis conjungebant veteres. Quam connexionem qui interruperunt, chaos artium pro ipſis inuexerunt: quemadmodum hæc noſtra, à cæteris diuulſa, in autorum leuium ac nulli ſæpe rei, emendatione aut explicatione, ſui decoris oblita, triſtibus ineptiis immerſa hac ætate hæſit. Cæterum, ex quo per omnes diſciplinas, ea pars Grammaticæ quæ enarrabat, ſe diffudit, iidem magni illi, de quibus ante agebamus, viri, qui in enarrandis potiſſimum autoribus tum verſabantur, tres Grammaticæ fecerunt partes. Quarum primam Τεχνικὴν, ſecundam Ἐξηγητικὴν, (interdum autem & ἱστορικὴν) tertiam vero Κριτικὴν dixerunt. Quarum primam, quæ de literis, de lectione, ſcriptione, ac pronuntiatione, ageret, vt minutam ac Philoſopho indignam, quod non ſine cauſa pueris ac puerorum eam præceptoribus relinquerent, vix inter diſciplinas quidam reponebant. quam litteriones, Grammatiſtæ, Pædagogi litterarii, Magiſtri

ſtri litterarii (ita enim dicebantur) adoleſcentulos docebant: cum, qui duas cæteras profiterentur, circa omnes diſciplinas, cum autoribus, quorum interpretes erant, neceſſario, vt ante diximus, verſari cogerentur. Nam quemadmodum Aratus, partem Aſtrologicam, quæ περὶ τὰ φαινόμενα verſatur, ſibi ſumpſerat, ita de morborum curationibus Muſæus, de Theologia, primaque ſapientia, Parmenides, Meliſſus, Orpheus, aliique, de quibus paſſim agit Ariſtoteles, prope infiniti ſcripſerant. quarum ſcientiarum in autoribus interpretes, τῆς διανοίας εἰσηγητὰς dicebant. Quod jam ante de Cratete, interprete Homeri, dicebamus. qui, vt autor eſt Tranquillus, cum à Rege Attalo legatus Romam miſſus eſſet, *plurimas ſubinde acroaſes* fecit: quibus varias haud dubio ſcientias complectebatur. nam & Philoſophus à Suida dicitur. Qui, cum apud Sextum Empiricum, inter Criticum hoc intereſſe & Grammaticum pronuntiat, quod, vt munus alterius eſt proprium, interpretari linguas, quæ ad accentus eorumque rationem ſpectant, aliaque id genus, profiteri, ita omnis diſciplinæ liberalis (quæ ab illo λογικαὶ dicuntur) gnarum eſſe Criticum oporteat, nemo eruditus dubitat, quin Technicum intelligat Grammaticum. Verba Sexti ita habent: Ἔοικε δὲ καὶ Κρατήτειόν τινα κινεῖν λόγον. καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔλεγε, διαφέρειν τὸν κριτικὸν τοῦ γραμματικοῦ. Καὶ τὸν μὲν κριτικὸν πάσης φησὶ δεῖ λογικῆς ἐπιστήμης ἔμπειρον εἶναι, τὸν δὲ γραμματικὸν ἁπλῶς γλωσσῶν ἐξηγητικὸν, καὶ προσῳδίας ἀποδοτικὸν, καὶ τῶν τούτοις παραπλησίων εἰδήμονα. Παρὸ καὶ ἐοικέναι ἐκεῖνον μὲν ἀρχιτέκτονι, τὸν δὲ γραμματικὸν ὑπηρέτῃ. *Videtur autem aliquid mouere, quod & à Cratete dictum fuit.* id eſt. *qui differre à Grammatico Criticum dicebat. Omnis enim liberalis ſcientiæ peritum debere eſſe Criticum: cum Grammaticus linguarum ſit interpres tantum, & accentus doceat, atque his ſimilia cognoſcat. Ita vt Criticus architecto, & Grammaticus ſit ejus ſimilis miniſtro.* Quemadmodum non dubitandum, quin ἐξηγητικὸν intelligat Fabius, cum libro primo capite IV de Grammatico ſic agit: *Nec Poëtas legiſſe ſatis eſt. Excutiendum omne ſcriptorum genus: non propter hiſtorias modo, ſed & verba, quæ frequenter jus ab autoribus ſumunt. Tum nec citra Muſicen Grammatice poteſt eſſe perfecta, cum ei de metris rythmiſque dicendum ſit. Nec ſi rationem ſiderum ignoret, Poëtas intelligat. qui (vt alia mittam) toties ortu occaſuque ſignorum, in declarandis autoribus vtuntur. Nec ignara Philoſophiæ, cum propter plurimos in omnibus fere carminibus locos, ex intima quæſtionum naturalium ſubtilitate repetitos: tum vel propter Empedoclem in Græcis, Varronem ac Lucretium in Latinis, qui præcepta ſapientiæ verſibus tradiderunt. Eloquentia quoque non mediocri eſt opus, vt de vnaquaque earum quas demonſtrauimus rerum, dicat proprie & copioſe. Quo minus ſunt ferendi, qui hanc artem, vt tenuem ac jejunam, cauillantur. quæ niſi oratori futuro fundamenta fideliter jecerit, quicquid ſuperſtruxeris, corruet: neceſſaria pueris, jucunda ſenibus, dulcis ſecretorum comes, & quæ ſola omni ſtudio-*

ſtudiorum genere , plus habet operis quam oſtentationis . quemadmodum de Technico in iis quæ ſequuntur agit. Ex quo patet, verum eſſe quod jam ante dicebamus : omnium diſciplinarum plenam ſcientiam atque abſolutam, in veterum interprete autorum, non ſine graui cauſa, exegiſſe antiquos. Nam vt ſingularum artium conſulti, ſibi proprias tractare ſolent, ſic interpretes autorum qui diuerſa profitentur, omnes artes ac ſcientias in his inueniunt quas tractant. Tantum autem ſcire quemque quantum quem interpretatur, nec ad vnam linguam aut ſcientiam, ſed ad artifices iſtius rei, ſiue vnus ſit qui hæc præſtare poteſt ſiue plures, veterum ſcriptorum explicationem pertinere voluit antiquitas. quos non alio quam eruditionis nomine ac judicii, Grammaticos ac Criticos dicebant. vnde & Ttezes, ἔγκυκλον παιδείαν, id eſt, *omnium ſcientiarum orbem ac complexum*, Grammaticam vocauit. Qua notione Princeps omnis eruditionis Ariſtoteles, Grammaticen inſtituiſſe à Dione dicitur. Ita enim Diſſertatione quinquageſima ac tertia, quæ de Homero, Καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης, ἀφ' οὗ φασι τὴν κριτικήν τε καὶ γραμματικὴν, ἀρχὴν λαβεῖν. *& ipſe Ariſtoteles, à quo Grammaticen ac Criticen cepiſſe initium exiſtimant*. Quod & nomen ſibi præſtantiſſimus Philoſophi interpres, qui Theologiam quoque (quanuis in quibuſdam, vt obſeruat Photius & Suidas, ἐπιρόδοξον,) profeſſus eſt, aſſumpſit. qui Grammaticus ab vniuerſæ eruditionis contemplatione ac complexu dictus eſt, eumque titulum non minus Theologicis quam Phyſicis ac Dialecticis operibus præſcripſit. quemadmodum ætate ſequiori, illuſtris facundiſſimuſque Danicarum rerum ſcriptor Saxo, plurimarum vir gnarus rerum, Saxonem Grammaticum ſe dici voluit : cum & Grammatica Philoſophi, & Philoſophica, Theologica atque alia, tractarent Grammatici. quod non magis admirandum ſane, quam quod quidam, etiam ætate noſtra, Philoſophica Grammatice tractarunt. Inter quos & Cæſar Scaliger, vir ſummus, qui ex intima philoſophia de Latinæ linguæ cauſis diſputauit. Cæterum vix dici poteſt, quos qualeſq; ex veteribus, Theologiæ ſuæ myſtas ac interpretes habuerit Homerus. Quis enim, vt de cæteris ne dicam, Stoicorum fuit, qui non aliquam in hoc muſtaceo laureolam quæſiuerit? cum vix aliam & Græci & Latini quam Poëticam Theologiam noſſent. vnde & Phyſica nonnulli Theologice, nonnulli Theologica, in quorum numero plerunque Stoici fuerunt, Phyſice interpretati ſunt. Neque inter eos qui Homerum illuſtrarent ipſe Ariſtoteles non fuit, qui Ἀπορημάτων Ὁμηρικῶν, *Homericorum Dubiorum* libros, ſi Laërtio accedimus, ſex ſcripſit. Cæterum, vt Poëtarum, ita Criticorum dignitati, magna tempeſtate Auguſti facta eſt acceſſio. cum alteris, vt pro Republica, pro Principis ac omnium ſalute, apud Deos, more tum recepto,

intercederent, permiſſum fuit: qui honos Flacco contigit, cum Sæculare carmen publica autoritate ſcripſit: alteros vero, ad Theologiam, ad inſpiciendos libros Sacros myſticoſque, ad Pontificum Indigitamenta conſulenda, contrectanda, ac interpretanda, plurimis indiciis, admiſſos conſtat. quod Varroni, viro tantis dignitatibus honoribuſque functo, decem & ſex libris, de Diuinis rebus commentandi anſam dedit. illi, dico, qui & De Indigitamentis librum dicitur ſcripſiſſe. Ad eadem Pontificum arcana, & Virgilium fuiſſe admiſſum, ex commentatoribus apparet. qui ex iis nomina Deorum deſcripſiſſe initio Georgicorum docent. Eundem, Sibyllinos libros, qui Duum-viris ac Quindecim-viris commiſſi erant, inſpexiſſe, quarta, cum diuinæ prouidentiæ ſtupore docet Ecloga. quæ ad eos maximum imperii Romani ingenium admiſit, vt tum nati pueri, qui & ſimul Deus eſſet, & in cujus nomine *omne genu flecteretur*, Natalicium cantaret. Porro hujus artis, de qua agimus, neceſſitas ac vſus, qui quantuſque eſſet, ante cæteros Hebræi docent: qui ſucceſſu ſummo maximoque eam coluerunt. Hoc inprimis vero admirati ſemper ſumus, quod cum ſolum prope Homerum Græci colerent, quem humanis omnibus ingeniis præferre audet Plinius, cui ſtatuas non modo ſed & templa dedicarent, ex autoritate cujus, vt eſt apud Ariſtotelem, judicia ac lites quoque definirent, quem ob ſummam eruditionem, πολυπράγμονα Antigonus, *multiſcium & omnium peritum*, Apuleius, *patrem liberalium diſciplinarum*, eruditiſſimus Tertullianus dixit, è cujus libris ipſam ſapientiam haurirent, ad quos & Philoſophi vbique prouocarent, ita emendari, aut corrumpi potius, ab imperitis paſſos eſſe, vt qui primo omnium à Criticis collectus eſſet, mille modis poſtea diſcerptus ab iiſdem fuerit atque immutatus. Vnde quidam, de Homericis editionibus interrogatus, eam omnium emendatiſſimam reſpondit, quæ aut non aut minime emendata eſſet. nam Homerum legere quam Criticos malebat. Idem ne in Sacris ſcriptis fieret, cum in Iudæorum gente Maſorethas excitauit, prouide occurrit Deus. Qui ſtupendo ſtudio induſtriaque, omnes Bibliorum literas ac voces numerarunt: à quo סופרים, *ſupputatores*, dicti. vt haud ſecus quam in bene conſtituta domo, in qua ratio poſſeſſionis conſtat ac cum ſumma cura omnia ſeruantur, nihil eripi peruerti aut mutari poſſit: vnde &, *cum Legis conſeruatione*, ſeu præſidio, conjunctum eſſe hoc ſtudium, Magiſtri Hebræorum merito ac ſuo jure dicunt. Quod in Fœderis poſterioris libris nemo inter Chriſtianos æmulatus eſt. Iidem, qui in literis, majoribus minoribuſq; ac inuerſis, iidem, qui & circa voces, in quibus lectionum varietates, quæ קרי וכתיב, *lectio & ſcriptio*, ab illis dicitur, iidem qui & in diſtinctione verſuum, judicium exercuerunt.

Iidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Iidem denique, ne quicquam aliorum diligentiæ concederent, autorum ſcripta, vt Latini Critici ac Græci, in primis autem illi, qui in Tetralogias, è recepta in Tragœdiis tum conſuetudine, Dialogos Platonis diſtinxerunt, libros Sacri codicis diſpoſuerunt. Interim, vt nihil non malignitati, nihil non liuori, quanuis in illuſtri poſitum, calumniandi anſam præbet, inter eos quoque inuenti ſunt, qui Maſorethas, בדברי חובה, ſiue, in *rebus nihili, aut minime laudandis*, poſuiſſe operam, contenderent. Porro vt ad Græcos ac Latinos redeamus; nihil iis, præter vnicum, vt omnium ſcientiarum, ita maximum Theologiæ defuit ſubſidium. Linguarum dico inſtrumentum. Quod labore tanto, tanta diligentia, Origenes, &, ſenex admodum, B. Hieronymus (quæ animæ! qui viri!) ſibi compararunt. qui ab hiſtrionibus Grammatici nunc dicerentur, niſi illo tempore vixiſſent. Ego vero, linguas, magni animi atque omnibus ſcientiis inſtructi, ſummum culmen eſſe quo ſe ſupra plebem efferat, exiſtimo: neque fundamentum ædis ſummæ, ſed pinnaculum. Quas contemnunt ſoli qui non didicerunt. non quod pulchritudinem præclaræ eruditionis ac perfectæ non intelligant aut ſciant, ſed quod homines plebei, deſperatione & inuidia, quid non didicerint teſtari malint, quam vt alios, qui neque cætera ignorant, & ſic eruditioni vniuerſæ vltimam coronidem imponunt, eo nomine præferri ſibi patiantur. Quibus, mea quidem cauſa, nihil reſtat, niſi vt

Virtutem videant, intabeſcantque relicta.

Nam qui eos, qui, cum Ariſtotele, Hippocrate, Platone, Galeno, cæteriſque veterum ſcriptoribus, à quibus hoc vbique factum eſt, è verborum fonte ac origine ſcientias, cum opus eſt, deducunt, quod in linguis his à quibus ſingulæ ſcientiæ dependent, ſæpe eueniat neceſſe eſt, Grammaticos, non more veterum, ſed ſuo vocant, cum hoc ipſo maximam antiquitatis imperitiam profiteantur, ſatis eſt, ſi tanquam hiſtriones, quales ſunt, qui voluptatem ludis ſcenicis aut epulis conciliant, ab iis qui ſeuera lege profecerunt, tranſmittantur. In quorum numero haberi ſe ſi intelligerent, ſi veterum, qua in docendo vti ſolent illi, rationem vel conſulerent vel intelligerent, fors eſt vt tacere mallent, quam vt ſapientioribus quam ipſi ſunt ludibrium cum riſu debeant. Nunc, quia ſui ſimiles vbique reperiri vident, quia cruda ſtudia in forum ac Eccleſiam propelli ac præcipitari ſciunt, ſolo numero fatuitatem vlciſcuntur, & autoritatem à calamitate ætatis ſuæ, non à veterum autoritate ac inſtituto, parant. Fruſtra ſane aduerſus eos qui ingenio & inſtitutione ſupra factiones ſunt. qui ſoli, quod interpreti, quod erudito homini officium ac partes olim aſſignatæ ſint, vix ignorare poſſunt: multo autem minus, quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

quotidianus vſus, quid neceſſitas requirat. Quam enim vanum ac ineptum, diſciplinas admirari ac ſcientias, cum earum inſtrumenta, hoc eſt, linguas, impudenter opprimas ac tollas? quæ ſupellex eruditionis, non poſſeſſio Grammaticorum eſt. A quibus tempeſtate noſtra (vt hoc nomen vulgo aliter quam olim vſurpatur) nihil præter tirocinia ſeu rudimenta juuentuti proponuntur. Non enim temere cordatos homines reperias aut magnos, qui linguarum elementa diſcant, vt hæc ſola doceant aut tantum diſcant. quod abjecti & inertis animi ac mentis. Architectonicus enim magnus animus eſt, qui ad tales, hoc eſt, principes ſcientias ac ſummas, omnia referre ſolet. Itaque vt in bello imperator, cum id vſus exigit, exploratorem adhibet vt viam diſcat, lixam adhibet qui neceſſaria apportet; ita Oratores, Medici, Philoſophi, Poëtæ, ac Theologi, linguarum elementa diſcunt: non, vt quod inſtituunt omittant, ſed vt vrgeant quod agunt & abſoluant. Neque minus inſtituti ſui ac propoſiti deſertor eſt, qui in Hebræis, quid ſit Dages, quid ſit Mappik, quænam Scheuæ Quieſcentis, quæ cognatæ ejus, ornatiſſimæ matronæ, Scheuæ Mobilis, ſint partes, quid in lectione Reges, quos Majores vocant, Silluk, Athnach, Rebhiah, Sakeph katon, ac reliqui, conferre ſoleant (qui in dignitate tanta multis famem ac pauperiem procurant) didicit nec ad vlteriora pergit, quam qui in vocalibus Græcorum aut accentibus moratur. Non enim refert, vtrum in Latina, an Hebræa, Syra aut Arabica id fiat, quia nihil aliud quam Technicum profeſſus eſt qui iſta tantum docuit, nihil aliud quam tironem qui tantum didicit. in quibus nec præſidia nec incolumitas Sionis latet, vera autem eruditio non magis, quam in Græco Alphabeto Ariſtotelis præcepta, aut facundia Chryſoſtomi & Sacri Codicis interpretationes, continetur. Nam nec abſolute linguam tenet qui principia delibat tantum, nec, qui penitus hanc didicit ac tenet, finem ejus adhuc aſſecutus eſt. cum ſit tanti vnumquodque, quanti finis ejus, cujus cauſa diſcitur aut adhibetur. Princeps Græciæ Themiſtocles, excelſi vir ingenii & animi, Reipublicæ gerendæ cauſa linguam Perſicam addidicit: Philoſophiæ cauſa Cato ſenex Græcam ſcire voluit. Hebræam, vt in Sacris amplius proficeret, doctiſſimus Hieronymus. Cujus multi vel autoritatem vel exemplum noſtro tempore ſecuti ſunt. Quorum princeps, magnus ille literarum reſtitutor Deſiderius Eraſmus fuit: qui, in conferendis, illuſtrandis, explicandis Sacræ paginæ codicibus, in emendandis, vindicandis, diſtinguendis ſpuriis legitimiſque Patrum ſcriptis, omnis eruditionis artiumque admirabili ſtipatus comitatu, more olim vſitato, totam Criticen abſoluit. Quorum alii vt fuerint Politici, alii Theologi, cum linguas nondum didi-

ciſſent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
40 E 1

ciſſent, poſtea non fuerint cum eas didiciſſent, mihi quidem perſuaderi nondum potuit. Tum vt extollantur merito ac magni fiant, qui legationum vel commercii lucrique cauſa, aliquot vulgares didicerunt; nullo autem loco ſint, qui eruditionis ac ſcientiarum cauſa eruditas diſcunt; mihi nouum ſane ac ridiculum videtur. cum hoc culmen omnium ac fundamentum ſimul arbitrer quo cætera perficiuntur. Qui Romanam diſcunt, vſum ſpectant: Latine enim omnes eruditi vt loquimur, ita & docemus omnia ac diſcimus. Qui Græcorum diſcunt, omnem eruditionem, omnes ſibi diſciplinas, & inprimis eloquentiam, proponunt. quæ diuinitus ac certa quadam fati lege huic populo conceſſa eſt. Quam ambitionem vere honeſtam, vt tot alios omittam, ſolus cum Platone Ariſtoteles explere poſſet: niſi major fructus eſſet, qui ex Medicorum libris, major luculentiorque, qui ex Patrum ſcriptis & vtroque Fœdere hauritur. Quorum alterum, quod jam negari amplius non poteſt, lingua Helleniſtica conſcriptum eſt: cujus, ex antiquo Fœdere ac diuerſis ejus interpretibus cognitio petenda. nam ex Græcis fruſtra illam petas, quia ad Hebræam aut Syriacam, & dictio & voces exigendæ. Alterum Hebræa ſcriptum ſane ac Chaldæa. quæ præterquam quod arcana antiquiſſima cum homine communicant, linguarum omnium origines ac fontes, omnis eruditionis fundamenta docent aut recludunt, &, quod maximum in illis vſum habet, Helleniſticam, quæ harum optima interpres eſt, viciſſim optime interpretantur. vt ſic diſciplinæ pariter ac linguæ, Antiqui item Fœderis interpretatio ac Noui, mirifice conueniat aut potius conſpiret. Quid quod nomina ac verba, ſicut rerum notæ ſunt ac ſigna, ita ipſas continent ac repræſentant? Quod cum ſciret Plato, totum hominis ſermonem, quanuis Philoſophicum, ὀνόματα ϗ ῥήματα, præclare dixit. etiam enuntiationem, quæ ex illis conſtat & connecti ſolet. Ex cujus conſuetudine ac more Flaccus, vt Eclecticum Philoſophum decebat,

Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Poſſis, & magnam morbi deponere partem.

& intelligit Moralem quam nunc dicimus Philoſophiam. Quod cum traduces Platonis Stoici non ignorarent, viri nihil minus equidem quam contemnendi aut ignaui, totum de nominibus ac verbis locum Dialecticæ adjudicarunt: quemadmodum, ex Stoicorum Logica, non pauca in Grammaticam, qui hanc profitebantur, deriuarunt. vt non fruſtra, Stoicorum aſſeclas, Grammaticos, ad librum De interpretatione dixerit Ammonius. Hinc Chryſippi περὶ λέξεων, περὶ ϛοιχείων λόγȣ, hoc eſt, *De vocibus, & vocum elementis*, libri, à Laërtio laudati. In quibus primo, vnde ducerentur voces, hoc eſt, De origine, ſecundo, quot quibuſque modis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

vnumquodque diceretur, tertio, quid rectum in oratione aut prauum eſſet, diſputabant. vt, nec ſine cauſa, ſcientiam verborum Dialectico, ex Stoicorum placitis ſententiaque, M. Tullius aſſignet. qui, quas Technicis eriperent Grammaticis (quos ne ad diſciplinas quidem admiſerunt) Artium Εἰσαγωγὰς & προπαιδεύματα, in Logicis conſtituebant. Itaque, ſi vocem explicandam illis dares, κατὰ τὸν Ἐτυμολογίας, vt dicebant, τόπον, ſiue, ex Origene, de ea primò agerent. nullum enim eſſe nomen, cujus non exacta, teſte Cicerone, reddi poſſet ratio, exiſtimabant. Quod qui ſine linguis primis, hoc eſt Orientis, quas ignoraſſe eos conſtat, vel in Græca, poſſe fieri exiſtimat, nihil hactenus aut parum profecit. Ea lege, vt ſecundo, ex Significatione, ſiue, κατὰ τὸν περὶ Σημαινόντων τόπον, eam explicarent. Hunc locum, locus de Ambiguo ſubſequebatur, qui περὶ Ἀμφιβόλων dictus: quem principium ſcientiarum Socrates dicebat. Qui, quod ignorare poteſt nemo, eximium in explicatione habet vſum. notum enim eſt, quot modis à Philoſophis, Iuriſconſultis quoque ac Theologis vox vna ſæpius accipiatur. quod & Ariſtoteli perſuaſit, vt & ipſe, περὶ τῶν ποσαχῶς λεγομένων, *De iis quæ non vno vſurpantur modo*, librum daret. In eodem de Obſcuritate agebant. Quo linguarum referenda eſt diſtinctio ac vocum. quæ omnia non ſine cauſa Definitioni præmittebant. nam quemadmodum ex vſu & ſignificatione vocis propria, ab aliis jam ſeparata, recte atque ordine definiebant, ita ſine Ambigui diſtinctione, recte definiri poſſe aut diuidi negabant. Hunc Definitio, ſeu περὶ ὅρων τόπος ſequebatur. Et quia notiones inuolutæ, definitionibus aperiuntur, quæ, in Genera & Formas, ſiue Species, ab illis diuiduntur, locum περὶ γενῶν pariter καὶ εἰδῶν, *De Generibus ac Speciebus*, ſubjungebant. Qua ratione à ſimplicibus ad copulata ac conjuncta aſcendebant: ita enim ad ſcientias ac diſciplinas peruenitur. Quod & nos ſequendum arbitrati ſumus: quemadmodum & Stoicorum rationem Auguſtinus ſequitur. Sed & ipſe magnus noſter Ariſtoteles, à vocibus quibuſdam, vt Æquiuocis, Vniuocis, Denominatis, ipſam diſſerendi inchoauit artem. Vt omittam, librum De interpretatione, cui tantum tribuunt interpretes antiqui, vt præ aliis, tanquam vnice legitimum ac verum Præceptoris ſui fœtum admirentur, à Nomine & Verbo inchoaſſe. Hic enim ille, quem cum ſcriberet, in ipſam intinxiſſe mentem calamum, ὅτι εἰς τὸν νοῦν ἔβαψε τὸν κάλαμον, interpretes dixerunt. Vt ita neceſſarias ſermonis primarii, qui verum enunciat aut falſum, quem ἀποφαντικὸν ipſe, axioma dicunt Stoici, partes oſtendat. quæ quem in ipſo vſum ſyllogiſmo habeant, intelligunt, qui certa methodo ac ratione eo ſe deduci patiuntur. Iam cum ἑρμηνείαν, de qua ibi agitur, aliter Dialecticus, aliter conſideret Rhetor, nam & Phale-

reus

reus περὶ ἑρμηνείας, ſiue De interpretatione, ſcripſit, vtraque, de autoribus cum judicatur, locum quin habeat vix dubitari poteſt. Alter enim, quid conuenienter ac proprie, alter, vere quid dicatur ac falſo, ſpectare ſolet. vt qui voces ſimplices conjungit: qui ſubjectum conſiderat ac prædicatum. cujus loco eſſe appoſita, ſiue attributa, aliis annexa nominibus, in quibus plurimum permiſit ſibi noſter, fuſe alibi docemus. Quid quod inuenire & aptare rei nomen, non Grammatici ſed Dialectici eſt munus, vt in Cratylo pronuntiauit Plato? Quid quod cum ſcientiis diuiſæ pridem voces ſunt, & quemadmodum in rebus herciſcundis, ſingulis ſupellex ſua cedit, ita ſingulis ſcientiis ac diſciplinis ſua verba eſſe & voces, earum præceptores voluerunt. Ideoque & ſinguli quæ ſingularum eſſent, vt poſſeſſionem propriam ac ſuam, non qui alias modo profitentur artes, ſed & Medici, Theologi, ac Iuriſconſulti, cum judicio ſepoſuerunt ſibi ac tuentur. Nemo enim, niſi fallor, quid ſit περιχώρησις, quid λόγωσις, οἰκείωσις, οἰκονομία, qua tot modis veteres Theologi vtuntur vt diſtinctione ante explicationem opus ſit, quid ſit συγκατάβασις, atque alia ejuſdem generis, Grammatico interpretandum dabit. vt nec Medicorum neque Iuriſconſultorum voces. Vnde & in iis quos de Medicina ſcripſit libris, interpretationem vocum Hippocratis Galenus adjecit. idem, qui tot Lexica conſcripſit. Etiam Iuriſconſulti, qui & ipſi ſuas ac peculiares habent (nulli enim vocum ſtudioſi magis, nulli eas diligentius exponunt) Titulum ſignificationibus earum conſecrarunt. Qui non raro Leges ſine iis integras intelligi non poſſe monent: ideoque ſæpe de obſcuris ac ambiguis præclara ſuggerunt præcepta. Qui & eum locum, inter primos, accurate admodum tractarunt. inter quos Marcellus, Paulus, Vlpianus, Pomponius, Celſus, Modeſtinus, Papinianus, Iauolenus, Caius (quicunque tandem is ſit) Alfenus Varus, Africanus, cæterique. è quorum libris, integer ille qui De verborum vi ac ſignificatione agit, Titulus collectus nunc legitur. vt de Labeone & aliis ne dicam, qui origine & ratione vocum, ad pleroſque juris laqueos ſoluendos, vt antiqui monent, vti ſe profitebantur. Et quis dubitare auſit, quin Budæo, ac præ cæteris Cujacio, haud parum debeat Iuriſprudentia? quorum alter, non Iuriſconſultorum modo, ſed & Formulariorum voces ac dicendi genera tractauit: alter, præter maximam Iuriſprudentiæ peritiam, ex Baſilicis Græcorum & deficientis linguæ vſu, plurima ignota atque inuſitata, eruit, reſtituit, atque emendauit. quemadmodum Theologi, inter quos & antiqui, de locis ſeu vocabulis Hebræis, libros ediderunt: quod exiſtimarent, niſi qui interpretationes vocum didiciſſet, definire, quod in Sacris opus eſt Theologi, non poſſe. Sua enim quiſque optime aut Criticus, inter-

interpretatur: qui à Logico hoc munus mutuatur: nam hoc instrumentum eſt, vt dixi. Et quid hæc commemoramus? Cum nec à Scholaſticis hoc prætermiſſum fuerit: qui, vt ingenti ſtudio ad veritatem contenderunt, plurima acute diſtinxerunt ac definierunt, multos, vt loquuntur ipſi, terminos ac voces nouas primi omnium excogitarunt, ita quaſdam, ſuas quoque ac ſuorum, fuſe interpretantur ipſi. Quo Bonauenturæ ac Maronii Explanationes, Scoti item Explicationes ſpectant. vt jam cæteros omittam, qui in his vt opera ac ſtudio vulgari, licet non inutili, quod Grammaticis objiciunt nonnulli, defunguntur, ita rem nonnunquam quaſi de compacto ſic gerunt, vt hoc vnum, ne Grammatici à quoquam dicantur, operam dediſſe videantur. quod & aſſecutos Grammaticorum nemo negat. Vt cum *maniam*, *iram manentem*, facete definiunt. quam originem ac explicationem, admiranda, ſiue in ſchola ſiue apud populum, ſequatur definitio neceſſe eſt. Quid quod regni hujus Sacra pridem reuelata ſunt? Quo enim quiſque terminos eorum, vt loquuntur ipſi, diligentius collegit, (quod hoc tempore nonnulli præſtiterunt) ita magis docuit, verborum concertationes eſſe, propter quæ tam alte ſupercilia attollunt, propter quæ ex alto cæteros deſpiciunt ac ſua admirantur quidam. Quid enim aliud quam nouas fingunt voces aut diſtinguunt, qui res ſoli ſibi vindicant? Quas ſi quis in lexicon, quod à quibuſdam fieri jam cœpit, cogat ac conjiciat, non pluris ea quam Grammaticorum ſapientia jam ſtabit. ita enim omnis eruditio realiſtarum ac ſcientia, in voces, explicationes vocum ac diſtinctiones, euaneſcet: qui & eos tandem exitus, ni fallor, manet. Nunquam autem veram eruditionem, nunquam linguas tolerabunt, qui de verbis ipſi inter ſe rixari ſolent. quia, voce vna Græca aut Hebræa recte intellecta

Hi motus animorum atque hæc certamina tanta
Pulueris exigui jactu compreſſa quieſcunt.

Tota enim argumenta, totæ machinæ, quas moleſtiſſime ac cum labore maximo inſtruxerant, repente ac præter expectationem cadunt. Ipſi vero, cum ignotas linguas parum comiter aduerſum ſe adduci vident,

Tacent, & ora pallor albus inficit,
Menteſque perculſæ ſtupent.

ſi præſertim magna & præclara ingenia hoc agant. nam hic aliquid arcani latet. A quibus quod contemni ſe exiſtiment, lenarum more (quæ impudicitiam matronis honeſtiſſimis objiciunt ne tales ipſæ videantur) cum de verbis, quia linguas nunquam didicerunt, ſemper inter ſe contendant, quod impingi ſibi poſſe ex conſcientiæ ſententia clam judicant, vltro ac ſecure aliis intentant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
40 E 1

Ea autem quæ in ſcholis ipſi didicerunt, vt propolæ merces ſuas, omni ratione extollunt: omni ratione, quaſi ſint venalia quæ habent, precium intendunt & annonæ ſuæ forum calefaciunt: nam hoc cacoëthes animis plerunque inhæret. Timent quiſque ac horrent

Quæ pueri didicere, ſenes perdenda fateri.

Contra, quiſque quod non didicit, vel negligit vel premit. Ergo itaque eo jam deuentum, vt qui formulariorum aut ſcholaſticorum terminos, vt ipſi vocant, non intelligit aut tenet, nec Pragmaticus in foro, nec Theologus in Academia dicatur: qui autem Dei, Prophetarum & Apoſtolorum, ſine quibus nihil intelligitur in Sacris, tangit vel intelligit, Grammaticus à pulchris illis puſionibus dicatur. cum Theologi antiqui neque definirent quæ non intelligerent, & prius ſedulo exponerent quæ definirent: quia ante definitionem accuratam, de ſignificatione ac vſu judicandum merito exiſtimabant. Cui vſui Gregorii Theologi libellus ὅρων, vt inſcribitur, παχυμερῶν, ab autore deſtinatus fuit: in quo pleraque non tam definit quam interpretatur. Interdum enim κατὰ λέξιν tantum, quod Grammaticorum proprium, definit. vt cum ὀργὴν, hoc eſt, iram, θυμὸν ἐμμένοντα dixit. quemadmodum, & κατὰ μεταφορὰν nonnunquam: vt cum, τὸ ἀκούσιον, τυραννίδα βουλήσεως definit. Summus quippe ac doctiſſimus vir ille, cui & Theologi haud ſine cauſa nomen hæſit, tanquam artium majorum rudimenta ac principia, in quibus accuratæ definitiones exigendæ ſunt, hæc ſcripſit. Nam vt ſæpe minutiſſima ad intellectum Sacræ Paginæ haud parum conferunt, ita nihil tam exiguum in ea eſſe exiſtimabant, quod non ſedulo inueſtigandum eſſet. Adeo vt, *quid in verbis ſingulis ſcripturæ lateat ac ſyllabis, rimari, nihil minus eſſe quam ignaui hominis, ſed qui vocationis ſuæ, vt oportet, vim intelligat*, non fruſtra, Magnus Baſilius, Procœmio libri De S. Spiritu, affirmet. *Qui & inter alia*, λόγος, inquit, ἡ διδασκαλίας ἀρχή· λόγου δὲ μέρη συλλαβαὶ καὶ λέξεις· ὥστε οὐκ ἔξω σκοποῦ γέγονε τῶν συλλαβῶν ἡ ἐξέτασις. *Sermo eſt initium docendi: ſermonis partes ſunt ſyllabæ & dictiones: vt præter inſtitutum noſtrum ne ſyllabarum quidem ſit inueſtigatio.* Sed & eleganter, τὸ ναὶ καὶ τὸ οὐ, inquit, συλλαβαὶ μὲν δύο, ἀλλ' ὅμως τὸ κράτιστον τῶν ἀγαθῶν, ἡ ἀλήθεια, καὶ ὁ ἔσχατος ὅρος τῆς πονηρίας, τὸ ψεῦδος, τοῖς μικροῖς τούτοις ῥήμασι πολλάκις ἐμπεριέχεται. id eſt, *Vox* ναὶ, quæ eſt affirmantis, *vox item* non, quæ negantis apud Græcos, *duas ſimul ſyllabas conficiunt. Et quod inter bona tamen præſtantiſſimum eſt, veritas, ſummuſq; improbitatis terminus mendacium, his paucis ſæpe continetur ſyllabis.* Quæ duæ quidem ſyllabæ, tam in Theologia quam Grammatica, ad veritatem ducunt, imo continent hanc totam. per quas vniuerſam Criticen ad ipſam de Ideis diſputationem Socrates perducit. Apud quem vniuerſa reſpondendi ratio ac conſuetudo, in quærendi ratione ac artificio

latebat. Vt non ſine cauſa magnus ille Eccleſiarum Doctor ita judicauerit. qui eodem libro, grauiſſimam Aëtii de Trinitate hæreſin, ex paucis vocibus, ἐξ οὗ, δι᾽ οὗ, ἐν ᾧ, ortam eſſe, oſtendit. Quicquid ſane ad promouendam,commendandam,atque inſtillandam generi humano ſapientiam, veræ venuſtatis, ſuauitatis, elegantiæ ac leporis, in ſermonem hominis ac mentem cadit,quicquid denique præſidii ex diſciplinis ac ſcientiis,ad eruendam ab homine ſperari veritatem poteſt,(nam de Sacris nunc non agimus) in vno Socrate ejuſque diſſertationibus expreſſit Plato: qui, μαιευτικὴν, ſiue Obſtetriciam, quod veritatem interrogando in lucem produceret ac reſpondendo, (vnde & Εἰλείθυια, *Lucina*, τόκος item, ſiue, *partus*, eadem in Phædone dicitur) ita nuncupatam, vt & Dialecticen, quod diſſerendi ac diſputandi aperiret viam, Criticen poſtremo, quod de vero recte ac falſo judicaret,adhibere ſolitus. Vnde & Simo Socraticus, ſuos περὶ τοῦ διαλέγεσθαι & περὶ κρίσεως Dialogos, ex præceptoris ſententia conjunxit. Cum enim aliquid quod judicat,ſed aliquid ſit, inquiunt Platonici, quo judicatur, etiam vt aliquid, quod ex vtriſque his fiat, ſit, neceſſe eſt. quod & κρίσις in hac diſputatione ab illis dicitur: vt κριτὴς, ipſe judex. Quem aut Philoſophum, qui ratione vtitur, aut ipſam rationem, (ſiue, τὸν λόγον) eſſe volunt, per quam verum diſcernitur à falſo. quæ & ὄργανον, ſiue inſtrumentum, illis dicitur. Ita, vt ad judicandum, animo quidem, tanquam cauſa principe, vt iidem dicunt, ratione autem, tanquam inſtrumento, ſapiens vtatur. Ne quis admiretur, ſi eum, de quo egimus jam, librum, qui inter organicos illius, fundamentum quaſi diſſerendi eſt, à veri diſtinctione in enunciando ac falſi, inchoarit Ariſtoteles. cum eam quoque artem, quam ſic inſtituerat, vt ad quæſtiones recte is reſponderet quem interrogaret, à ſignificatione vocum, teſte Laërtio, prudenter inchoarit Plato. A quibus primo omnium exorſus, ad reconditas de ente, de ideis, ac principio ipſius entis, qui eſt Deus, diſputationes, per criteria, vt loquebatur, veritatis, quæ in mente reponebat, ſenſim, ac per gradus quaſi, procedebat. ita, nempe, vt duas quæ nunc diſtinguuntur, (artem, dico, diſſerendi, quam & Dialecticen nunc vulgo dicimus, eamque quæ de ente qua eſt ens, agit, quam & Metaphyſicam nunc dicimus) conjungeret. Vt nec mirum ſit vel ideo, idem Metaphyſicæ ac Dialecticæ quodammodo ſubjectum à Plotino poni. Qui & veri falſique, ſed per certas veritatis regulas diſtinctionem huic dedit: quæ τὸ ψεῦδος καὶ τὸ σόφισμα κατὰ συμβεβηκὸς γινώσκει, *verum falſumque ex accidenti*, inquit, *cognoſcit*. Neque dubitauit, vt omnis ſapientiæ ita Critices dux Ariſtoteles, poſtquam Metaphyſicæ ſubjectum ac partes, quæque huc ſpectant cætera, expoſuiſſet, ipſa quæ omnibus communia ſcientiis ſub ente continentur, diffuſe ac commode inter-

interpretari nomina. quanquam de iſtis quid nobis videatur libris, alias dicturi forte ſimus. Hæc illi, cum ætate noſtra belli, vt videntur ſibi, judices, ac Criticorum Critici, res ſine verbis aut tractari poſſe, aut vnius Grammatici, & quidem infimi, hoc eſſe munus velint. Recte ergo Magnus, quod dicebam, judicauit ac pronunciauit Baſilius. Quis autem ille? quem vix ignoraſſe quicquam æqualis ejus Nazianzenus pronunciat Gregorius. qui præclarus maximuſque autor, de Creatione mundi auguſto acturus opere, id facturum ſe negat, πρὶν ἐξετάσαι τὴν ἐν τοῖς ῥήμασιν ἀκρίβειαν, καὶ διερευνήσασθαι, ἡλίκα τῶν μικρῶν φωνῶν τούτων ἐστὶ τὰ σημαινόμενα. id eſt, *priuſquam accuratam verborum vim ſcrutatus, & quid minima in ſacris ſignificent vocabula, rimatus eſſet:* antiquos, nempe, inprimis autem, quem inprimis coluit, Platonem ſecutus. qui, *docendi inſtrumenta* eſſe nomina, *iiſque eſſentias diſtingui*, dixit: quia, & interpretari hæc & definire, primum Logici exiſtimabat munus. Cyrillus (quantus autem in tractandis controuerſiis!) in grauiſſimo ac ſummo Trinitatis occupatus argumento, à cæteris nonnihil digreſſus, inter ἀγένητον diſtinguendum ſibi illic & ἀγέννητον, putauit. Vt alterum, *quod non creatum*, ſi non geminetur litera, alterum, *quod non genitum*, ſi geminetur, ſcilicet, deſignet. Cæterum, quotidie atque ipſo vſu obſeruamus, neminem nocenter minus ac minori cum diſcrimine inſanire, quam qui medico commiſſus, aut ad proximos, quod talem eſſe omnes ſciunt, ablegatus eſt. & qui, vt poëta loquitur,

morbum vultu inceſſuque fatetur.

cui furor ipſe aut error, eorumque omnium qui ſana mente vtuntur, judicium commune & conſenſus, morbi ac calamitatis veniam concedit: cui denique opponi recte poſſunt, qui ἀσαφεῖς φρενιτικοὶ à magno Hippocrate in Prorrhetico dicuntur. Nam qui ea, quæ Hebraice vel Helleniſtice, quod & eodem pene recidit, conſcripta ſunt, ſine vllo vel linguarum vſu vel peritia, intelligi, doceri, definiri, diuidi, diſtingui poſſe arbitratur, quin & de dogmaticis, quæ ſingulis ex locis eruenda ſunt, in erudito auditorio differere audet, nec linguarum ſingularum vires, adde & vſum ac proprietates vocum, diſtinguere à vicinis aut diuerſis, ſecum vel à præceptore didicit, quanuis ſane ἐν τοῖς σπουδαίοις, quod ajebat ille, λίαν ἀτυχεῖ, ferendum tamen dicam: quia forte aut ingenio aut aliis virtutibus hæc compenſabit, & diuerſa Dei dona eſſe nemo neſcit. Qui autem inter ſanos ambulat, & hæc contemnit, qui præclare ſecum agi, vt nonnulli ſolent, arbitratur, ſi, quæcunque nunquam didicit, Grammaticæ aut Criticæ, quarum nec ſcientiam nec vſum habet, nomine traducit, & ſic culpam poſſe elui exiſtimat, non dubiæ ſed deploratæ ſanitatis eſſe exiſtimo. In quo paradoxon eſſe amplius non poteſt *Omnem ſtultum inſanire*. Quanquam ſane ſapiens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

hic rurſus Stoicorum meminit: qui, humanam vitam nihil aliud
quam ſcenam eſſe, in qua ſingulis perſonis, ſuum cuique munus
aſſignatum eſſet, recte ajebant. Neque enim idem Daui & Chre-
metis, Regis & mendici munus eſſe. ſed & apinariis, & caluis ſce-
nicis, & ſannionibus, in ea locum eſſe. Quos vt forte non luben-
ter ſpectat, ita tolerandos ac ferendos nouit: neque crimen pu-
tat, ſi nonnunquam riſum illis modicum de ſe indulget ac lar-
gitur. Et in ſtudiis jam eo eſt deuentum, vt cum imperitia ty-
rannidem conjungant qui hoc regnum inuaſerunt. vt, quemad-
modum inepte, ita omnia ſeuere cum ætatis ſuæ approbatione
hoſtes literarum agant: quæ contemptu eruditionis & faſtidio,
effœta anus, ſerio jam delirare cœpit. Qua fiducia & Mimum
quidam cum Tragœdia confundunt. ſoli enim judicant qui im-
periti ſunt: ſoli ſcire volunt omnia qui nihil didicerunt: ſoli de-
nique pro tribunali ſedent, qui nec juriſdictionem nec tribunal
habent. Qui cum ſummos maximoſque viros & qui omnia do-
cere eos poſſunt, per contemptum Criticos vocare ſolent, non-
dum eas artes illis, ea ſtudia eripuerunt, quibus & vlciſci ſe præ-
clare ab iis, & quæ profitentur optime tueri poſſunt. Monent
maximi Politicorum, vt, ſi quem in Regno aut Republica moue-
re loco velis, arma illi prius eſſe eripienda: ideoque & artes om-
nes, omnes diſciplinas, quidam, vt infelix Iulianus, ſuſtulerunt.
Quare ergo non in hoc incumbunt, vt memoriam eorum qui
hæc ſtudia cum tot præclaris diſciplinis conjunxerunt ac ſcientiis,
ex animis mortalium vel deleant vel tollant? Cur non iis quic-
quid vnquam didicerunt vel eripiunt, vel omnibus exutos aliquo
ablegant? Cur non vetant hactenus aut interdicunt, ne è Patrum
ſcriptis, quos nec ipſi legunt nec qui ſapiunt è manibus depo-
nunt vnquam, eruditionis ſuæ patrocinium ac cauſæ petant? Cur
non Patrum præſtantiſſimos ſanctiſſimoſque damnant? quos qui
legunt, fieri non poteſt, quin induſtriam eorum ac exemplum
imitentur. Cur judicium, ingenium, diſcendi ſtudium, in iis ſu-
pereſſe patiuntur quos oderunt? Cur eorum interdicta De poſſeſ-
ſione nondum legimus? Cur non prius prohibent ac cauent, ne
facetias, ne riſum, ne contemptum iis opponamus? Quare maje-
ſtatem ſuam non tuentur? Quæ ſi nulla eſt, ſi nihil præter ea quæ
honeſta ſunt damnare poſſunt, ſi liuori tantum ac malignitati ſa-
cramento dicunt, autor iis ero, vt vel aliter cum eruditis agant,
vel vt ea prius ſcire incipiant de quibus ſine vlla jam ſcientia pro-
nuntiant ac ſciſcunt. Cæterum præclaræ artes, poſtquam ab an-
tiquitate & veterum judiciis diſceſſum eſt, hunc poſtremo exitum
fecerunt, vt, quo quiſque in ſtudiis ignorat plura, eo magis alium
neſcire velit quod ignorat: quiſque hoc compendium ſcientiarum

putet,

putet, vt, ne contemnatur, alium contemnat. Qui quandoquidem jampridem judices aduerſus meliores & ſcientias & literas cum vniuerſa factione ſedent ac pronunciant, nos autem, ſi non eruditionis, quæ in nobis nulla eſt, conatus certe alicujus rei ſumus, ad deprecatorem nobis video eundum eſſe. qui ſic apud eos agat, ſic ſermonem ſupplex ordiatur ac inſtituat: Velitis jubeatis Patres, vt hi, qualeſcunque tandem ſunt, quos Criticos vocatis, inter ſtudioſos eruditionis habeantur? Non ad Sacros Sibyllarum quidem libros, aut Pontificum arcana, vt olim, ſed ad Prophetarum ac Apoſtolorum admittantur ſcripta? Velitis permittatis, vt Originem, Theodoretum, Hieronymum, alioſque, qui ex literis ac linguis maximum ad Sacræ eruditionis cultum & intelligentiam momentum attulerunt, adeant ſubinde ac tractent? Velitis jubeatis, vt hi ipſi, quos, cum omni eruditione eſſent prædidi, antiquos contuliſſe codices, corruptos emendaſſe, verba denique cum rebus, res cum verbis conjunxiſſe conſtat, aliquo ſint loco? Quorum cauſam vt cum noſtra conjungatis, petimus ac ſupplicamus. eandem quippe de vtriſque haud dubio ſententiam pronuntiabunt. Ad quam timide, ſed tamen ita reſpondebo: *Si quid eſt in me ingenii, Iudices, quod ſentio quam ſit exiguum, aut ſi quæ exercitatio dicendi, in qua me non inficior mediocriter eſſe verſatum, aut ſi hujuſce rei aliqua ab optimarum artium ſtudiis & diſciplina profecta, à qua ego nullum confiteor ætatis meæ tempus abhorruiſſe, earum rerum omnium* vos neque vſum vllum nec peritiam habere, & ſcio & pronuntio. *Eſt autem hæc, Iudices,* (ejuſdem enim oratoris verbis, pergam agere vobiſcum, vt cœpi) *non ſcripta ſed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus, ad quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus*, Ne de iis quiſquam, quorum nec ſcientiam nec vſum vnquam habuit, ſententiam pronuntiet: ſed, vt æquum eſt ac decet, totum hoc aliis relinquat. Quoſdam autem eſſe, qui perfectam eruditionem ac ſcientias hac tempeſtate, qua non itur ad barbariem ſed jam præcipitatum eſt, vel non intelligunt vel non mirantur, vel ſubtilitates dicunt ac ineptias, non magis mirum, quam ſub conticinium aut ipſam noctem, minus quam interdiu lucere. eſſe autem, qui hoc profitentur, nec eorum qui de iſtis judicare poſſunt conſcientiam formidant, cum eorum ſe ludibriis exponant, magis ſemper admirandum duxi. nihil enim habent quo ſe tueantur. Septuaginta Seniorum interpretatione etiam Apoſtoli nonnunquam vtuntur: quam cum, etiam vt hodie habetur, pro incomparabili ac raro eruditionis antiquiſſimæ theſauro habeamus, tamen illud quoque ſcimus, poſt ſupremam Origenis editionem, ſcriptum vix extare, in cujus vſu, majore judicio ſit opus. ſiue cum Hebræo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

textu, ſiue cum metaphraſi Chaldæa, quæ Sanctiſſimo Iohanni
plurimis in locis placuit, conferre eam velis. In qua quæ ſuperſint
alibi, quæ deſint, quæ cum ipſa conueniant origine, aut ab hac
diſcedant, ſolus ille, de quo agimus nunc, Criticus videbit. Quis
autem ille? qui, ad Hebræam, niſi fallor, prouocare normam, ac
de iſtis judicare poteſt. Et dederunt ingens documentum Græci
Patres, omni eruditione ad ſtuporem omnium inſtructi, parum
cætera ſine iſto poſſe. Quæ res ſæpe effecit, vt de literis ac verbis
inter ſe vel cum hæreticis certarent. vt cum tanto animorum mo-
tu, Prouerbiorum octauo, de vnius lectione vocis, ſed quæ maximi
momenti, inter ſe contendunt. quo loco, ad æternitatem Filii, vt
ſolebat, oppugnandam, Arrius cum ſuis pertinaciter abutebatur.
Vbi quidam, κύριος ἔκτισε (vel ἐκτήσατό) με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, le-
gebant, alii illud ἔκτισέ με, omnibus vrgebant machinis: ita vt, quem-
admodum ad vigeſimum Eſaiæ ſextum B. Hieronymus loquitur,
quædam exemplaria, pro, poſſeſſione, haberent creaturam. Quod haud pa-
rum maximos ſanctiſſimoſque Eccleſiæ Doctores tum exercuit.
Cum alii, vt Cyrillus, Gregorius Theologus, Gregorius Nyſſe-
nus, Athanaſius, de humana id natura (quod hæretici non parum
ſugillabant) alii, inter quos & ipſe Athanaſius, de Eccleſia accipe-
rent: eſſent & qui ad Ideam quandam, ad quam omnia creata fue-
rant, referrent: alii alia excogitarent. de verbis enim ſemper cer-
tant, qui ſine illis expedire res non poſſunt. Quod ergo Critici
hic munus? Nullius equidem negocii ac leue. quippe cum hic dif-
ficultas nulla, quæ in aliis haud parua. Primo enim facile mutari
potuiſſe alterum in alterum videbit. Vtrum autem alteri ſit præfe-
rendum, ex Hebræa norma judicabit: vbi קנני, ἐκτήσατο, inueniet. Se-
cundo ad illam B. Hieronymi, viri magni, obſeruationem hanc ac
regulam recurret. qui Aquilam Iudæum, Chriſtiane quædam; ſemi-
chriſtianos contra, Theodotionem ac Symmachum, Iudaice non-
nulla tranſtuliſſe monet. Quod facillimum fuiſſe illis, facile vide-
bit, qui in Paraphraſi Chaldæa, qua Aſiana vtebatur διασαφεῖ, בראני
creauit me, extare cogitauerit: quod *generare* illis eſſe, quidam jam
notarunt. vt de æterna ejus generatione accipiatur, qui ἐν ἀρχῇ ἦν,
οὐκ ἐκτίσθη. Quod quæ adduntur cætera, ita manifeſte euincunt,
vt ne quidem dubio ſit locus. Præterquam enim quod ibidem,
ab æterno, *ante terram, ante montes*, quod, *cum præpararet cælos*, fuiſſe
dicitur, annon, πρὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ (pro quo Helleniſtæ vulgo nunc
εἰς ἔργα αὐτοῦ) additur? Quod cum Symmachus non ignoraret, πρὸ τῆς ἐρ-
γασίας αὐτοῦ, vt & Theodotio, Aquila autem ἀρχῆθεν καὶ ἐργασμάτων αὐτοῦ,
reddidit (qui & ἐκτήσατο dixerat): ea vſi voce, qua qui ſteriles aut ſine
liberis non eſſent, felicitatem teſtabantur ſuam. vt cum Eua, prole
aucta, ἐκτησάμην ἄνδρα, eodem vocis vſu, hoc eſt, קניתי איש, *poſſideo
virum*,

virum, dixit. non vt initium notetur naſcentis, ſed felicitas ſic auctæ ac jam poſſidentis. Errorem ergo ſuſtulit Hieronymus, etſi forte erroris fontem non perſpexit. Quare aliud agamus. Non ſemel dedi operam vt ſcirem, quid ſibi vellent Græci cum ſcripſerunt, Ἀπφώ, πατρός, ἢ διπλασία χάρις. Item, Ἀπφῦς, ὁ πατὴρ, ἢ πνεύματος ἁγίου διπλῆ ἐνέργεια. Id eſt, *Appho, patris, vel duplex gratia.* Et, *Apphus, pater, vel, Spiritus Sancti duplex efficacia.* Nam interpretationem quidem eſſe, quam ex interpretum Theologorum commentariis Grammatici, ac inter reliquos Heſychius, qui plenus talium, deſcripſerat, res docet. quid autem ſibi vellet, qui ante annos plurimos, adoleſcentes admodum, ſcriptorem illum emendauimus, vera ac legitima ab alienis ac ſpuriis diſtinximus, non ſemel anxie quæſiuimus. Nam τὸ ἀπφῦς quidem Græcam eſſe vocem, quæ & diminutionis forma patrem notat, quem ſic blandientes liberi compellant, docere & Græci poſſunt. vt cum Syracuſiis Theocriti, Ἀπφῦς μὲν τῆνος πρῴαν, puerorum imitatione dixit fœmina. de quo Homeri interpres Euſtathius, τινὲς δὲ καὶ τὸ ἄπφα, ὑποκόρισμά φασιν Ἀττικόν· ὁ μὲν τοι ἀπφῦς παρὰ Θεοκρίτῳ, πατρὸς κλῆσις, ἣν βρέφος αὖ προσείποι πατέρα, τὸν ἀφ' οὗ ἔφυ. qui à nonnullis inter Atticas reponi blanditias illud ἄπφα ait. Ἀπφῦς autem, vocabulum Theocrito eſſe, quo compellat patrem infans: vt ſic quaſi, ἀφ' οὗ ἔφυ, *è quo natus aliquis*, dicatur. Quid autem ἀπφώ? aut quid hoc ad Spiritum aut ejus efficaciam? tum quæ duplex iſta gratia quam hic intelligit? Ad ipſum ergo quo reſpexit locum, Suidas digitum intendit. qui ex veteri Theologo ſic notat: Ἀπφώ, ὃ σημαίνει τοῦ ἀποκρύφου, ἢ τοῦ ἀποκρυβέντος. Ἐλισσαῖος ὁ προφήτης φησὶ, ποῦ ἐστὶν ὁ Θεὸς Ἡλίου ἀπφώ; vbi ἀφώ in quibuſdam, in quibuſdam ἀφφώ legitur codicibus. Ipſe autem locus, quem reſpexit, 2 Regum c. 2. verſ. 14. ita legitur: Καὶ ἔλαβε τὴν μηλωτὴν Ἡλίου, ἢ ἔπεσεν ἐπάνωθεν αὐτοῦ, καὶ ἐπάταξε τὰ ὕδατα, καὶ εἶπεν Ἐλισσαὶ, ποῦ ἐστι Θεὸς Ἡλίου ἀφώ; καὶ ἐπάταξε τὰ ὕδατα, καὶ διῃρέθη ἔνθα καὶ ἔνθα, καὶ ἦλθε διὰ ξηρᾶς. Ad quem locum ſummus vir Theodoretus, Ἀφφὼ, ὁ κρύφιος ἑρμηνεύεται, κατὰ τὴν ἔκδοσιν τῶν ἄλλων ἑρμηνευτῶν. hoc eſt, ἀφφὼ ab aliis *occultus* vertitur. Sed quid hoc ad locum illum, aut quo tam prodigioſa in diuinitate vox & omnibus ignota, tum tot alii errores, quos Theologi, Grammatici, interpretes huc congeſſerunt? Cujus hic præſidium vir eruditus implorabit? Veſtrumne, qui ſententiariorum, ſummulariorum, faſciculariorum, ſpeculariorum, & aliorum id genus tantum elegantias, poſt tantam literarum lucem, adhuc ſomniatis, neque crapulam aut merum tot annorum hactenus edormiuiſtis? Sane, quanquam tota res à leui admodum origine manauit,

Non tali auxilio nec conſultoribus iſtis
Tempus eget.

Nihil hic à veſtra ope expectamus. Non ſi ad Bricotum & Holcotum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

tum, Magiſter quoque Henricus de Gandauo accedat. An veſtram potius, qui, quanquam forte ad iſta nauſeatis, tamen vix initiis Theologiæ & vnius linguæ leuiter imbuti, omnes cæteros qui plura ſciunt, Criticos, feſtiuo, vt videtur vobis, nomine inſignire ſoletis? Sed hæ vobis nugæ ſunt & apinæ. Nam quid Thargumiſtæ, vere erudititiſſimi, quid Seniores, quos Apoſtoli non ſemel exprimunt, quid Symmachus, quid Aquila, quid Theodotio, quid alii, ad veram verbi Dei explicationem conferant, non magis forſitan ſatagitis, quam vtrum

Empedocles an Stertinium deliret acumen.

Nos autem, cum Origine, Theodoreto, B. Hieronymo, atque aliis qui nunquam iſta neglexerunt, paucos ex antiquitate, ac ne vos quidem, conferendos ſemper judicauimus. Igitur ad Criticum ueniendum erit: qui ſic reſpondebit: Multos hic interpretum Græcorum, qui in Fœderis antiqui explicatione olim ſedulo, ſubinde & perfunctorie verſati ſunt, errores confluxiſſe. Ipſum locum, vt videtur, hunc, ab Aquila deſumptum. qui interpres anxie Hebræas adumbrabat voces, & interdum ne mutabat quidem. In Hebraico contextu אף הוא *aph hu* legitur. quod καὶ αὐτὸς, ſiue οὗτος, Græce dicas. Igitur, ποῦ ἀπφῶ, ſiue ἀφφῶ, Ἠλίου Θεός ἐστιν; idem quod, ποῦ Ἠλίου Θεὸς ὁ αὐτός ἐστιν; *ille ipſe Eliæ Deus vbi eſt?* Latine dicas. Hic qui Græce ſcirent, & Hebraice neſcirent, nec de loci ſenſu cogitarent, quia ἀπφῦς Græcum eſſet, idem ἀπφῶ eſſe & ἀφφῶ voluerunt, ideoque & Patrem interpretati ſunt. Theodoretus vero, cui ſoli omnes accurati laudes interpretis, tribuendas cenſet Photius, (nam vt Theologum illuſtrem, & in controuerſiis, ſi quiſquam illo tempore, verſatum, cum Cyrillo, ita Græce pariter & Helleniſtice doctiſſimum fuiſſe conſtat) κρύφιος interpretatus eſt. Quod ridicule, qui linguam Helleniſticam non didiciſſent, Græci interpretes expoſuerunt. non qui Græca enim, ideo & Helleniſtica intelligit. Magnus autem vir ille, quia idem Helleniſtis eſſe κρύφιος ſciebat, quod hi φελμουνὶ nonnunquam voce Hebraica dixerunt (Græce τὸν δεῖνα diceres: quo vti ſolent, cum perſona deſignatur, nomen non exprimitur,) vocem κρύφιος doctiſſime adhibuit. quia is quem פלני *pheloni*, interdum פלני אלמני, *pheloni almoni*, Hebræi dicunt, φελμουνὶ contracte Helleniſtis dicitur: vnde & פלאי *occultum*, &, *quod non communicatur*. Exemplum capite Rhut. 4. commate habes 1. cum Declina, *ſede hic tu talis*, dicitur. quod non aliud jam quam ὦ δεῖνα. Vbi cum *pheloni almoni*, in Hebræo (ex quo contractum *phalmoni*) cum legeretur, Helleniſtæ, κάθησον ὧδε, κρύφιε, dixerunt. Iam vero, quia nomen φελμουνὶ, religionis cauſa nonnunquam ab his ponitur, vt Danielis cap. 8, vbi Sanctus, ſiue Angelus, loqui ad Phalmoni, qui magni conſilii Angelus eſt, dicitur, quemadmodum ibi

vocem

vocem φελμουνὶ (Græci enim, καὶ εἶπεν ὁ ἅγιος τοῦ φελμουνὶ dixerunt) ita *hu* cum præcedenti hic ſeruarunt. Vt ſic nota fiat nominis quod anteceſſit: יהוה, nimirum, ſiue ipſius Dei: cujus nomen κρύφιον omnino & occultum. quemadmodum de illis quæ diſſimulantur, idem vſurpatur. quomodo de nomine interrogatus ſuo Angelus, qui decimo Iudicum & tertio, natales nunciat Sampſonis, verbis pauciſſimis, והוא פלאי, *ve hu pheli*, hoc ipſum *admirabile*, aut, *occultum*, aut κρύφιον, reſpondet. Siue quod non exprimendum judicaret, ſiue quod hominibus ignotum eſſet: vnde נעלם *occultum*, ſiue κρύφιον, exponunt Magiſtri. vbi, *hu* & *pheli*, quemadmodum hic *aph* & *hu*, conjungitur. Præiuerunt autem Helleniſtis iterum Chaldæi, qui precationem hic inſtituunt: poſtrema autem verba, quæ Hebræi habent, tanquam nomen Dei, non mutarunt. Pro enim illis, ποῦ ἐστὶν ὁ Θεὸς Ἠλίου ἀπφὼ, Chaldæus, *ſuſcipe petitionem meam, Domine Deus Eliah aph hu*, habet: quod eſt κρύφιε. ac ſi in Hebræo alia orationis forma אתה הוא *attha hu*, *tu ille*, inueniſſet. Qua compellatione in precationibus perpetuo Hebræi vtuntur: quales multas manu exaratas Iudæorum habeo. Inter quas vna, cujus initium, אתה הוא, *qui es ante orbem conditum*, אתה הוא, *à quo conditus eſt orbis*: quod ſic deinceps in ſequentibus aliquoties repetitur. Ex qua Græci ſuum ἄττα fecerunt: quo majorem minor compellat. Vnde illud Callimachi

Ἄττα γέρον, διοτός με καλεῖ γάμος.

quod Euſtathius cum non intelligeret, ἀνερμήνευτον eſſe dixit: quaſi nec origo neque ratio illius reddi poſſet. adeo Græci, quia omnium origines in lingua ſua & ex ea quærunt, cum in multis peregrinam eſſe ignorent, ſæpe nihil agunt. Porro quemadmodum hic הוא, *hu*, ita זה, *ze*, hoc eſt, αὐτὸς vel ἐκεῖνος, Exodi 15. 2. vſurpatur, vbi cum זה אלי *ze eli* dicitur, הקבה נקרא זה, *Deus Sanctus & Benedictus ze vocatur*, notant Magiſtri. quanuis alias quo pacto vſurpetur, nemo neſcit. Cæterum, quid eſſet κρύφιος, non magis quam quid eſſet ἀπφὼ, intelligebant Græci. Ii autem qui Hebræum *pheloni*, Helleniſtarum φελμουνὶ huc trahunt, à Rabbinis quoque confirmantur, qui τὸ הוא, נסתר, hoc eſt, κρύφιος, quia tertiam, quam ſic dicunt, notat perſonam, interpretantur. Quo & ſpectat, quod iidem ipſi, Hebræorum, ſcilicet, Magiſtri, mandata ac præcepta Domini, in tertia perſona, quod על דרך נסתר illis dicitur, proponi monent. qui & majores ſuos, benedictiones, in ſecunda perſona ac tertia, reuerentiæ cauſa ordinaſſe notant. vt ſi dicas, *Benedictus ſis tu, Domine, qui ſanctificauit nos præceptis ſuis*. qui ſanctificauit autem idem, qui הוא & זה: hoc eſt, idem, qui *ille* excellenter dicitur. A quo nec Rabbinus receſſiſſe procul is videtur, quem Cæſareæ vixiſſe ferunt. qui & Rabbi *Aſhu*, quod eſt אבהו, quanuis alia ſcriptura, tamen proxima, ſic dictus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Quare autem eam voculam ſeruarunt? primo quia à Chaldæis factum id meminerant, vt dixi: tum quia nomini ἀνεκφωνήτῳ addi obſeruarant: etiam cum verbo ſubſtantiuo redditur. quemadmodum Thren. 1. 18. *Iuſtus* הוא יהוה. Porro Κρύφιος, idem quod ἀποκρυβεὶς, reuerentiæ nomen Helleniſtis eſt: vt hic Dei proprium, quod & cum nemine communicari ſolet. Vnde autem, dicat aliquis, τὸ ἀπφὼ, du*plicem* interpretati ſunt *gratiam*? qui ridiculus eſt error. Quia enim Eliſæus, capite eodem, commate ibidem nono, duas Spiritus, ſeu, gratiæ iſtius quam Elias conſecutus erat, partes ſibi petit (quæ à Græcis διπλῆ χάρις ibi dicitur) hinc imaginati ſunt, τὸ ἀπφὼ, quod omnino nihil notat, duplicem ſignificare gratiam. vnde & prodigioſa ac inepta iſta veterum Interpretatio, Ἀπφὼ, πατρὸς, ἢ, διπλασία χάρις. Item, Ἀπφῦς, ὁ πατὴρ, ἢ πνεῦμα ἁγίου διπλῆ ἐνέργεια. quaſi hic de ea ageretur gratia, de qua eo agebatur loco quo diximus: aut quaſi Eliſæus duplo majorem Spiritum vel gratiam, quam in Elia erat, petiiſſet: quod enim ibi dicitur, שני חלקים, *duas partes* deſignare, interpretes notarunt. Helleniſtæ autem γενηθήτω δὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἐπί σοι διπλῶς ἐπ' ἐμὲ reddiderunt. Quod vt fortiter ac animoſe tuerentur, extiterunt, qui pro ἀπφὼ, ἄμφω, ſine vlla ratione aut ſenſu, legerent. quemadmodum & apud Procopium Commentario in librum illum. vbi ſcribitur, ποῦ δή ἐστιν ὁ Θεὸς Ἠλίου ἄμφω; Qui vir doctiſſimus deinde addit, Μιμούμενος τὸν διδάσκαλον, τῇ μηλωτῇ τοῦ Ἰορδάνου τὸ ὕδωρ ἐπάταξεν· οὐδὲν εἰρηκὼς, ἱκανὴν δὲ νομίσας εἰς θαυματουργίαν τὴν μηλωτήν· τοῦ δὲ ὕδατος οὐχ ὑπείξαντος, τοῦ διδασκάλου θεὸν καλεῖ, τὸν τοῖς ἀνθρώποις ἀόρατον καὶ ἀνέφικτον· ἄμφω (imo ἀπφὼ) γὰρ ὁ κρύφιος ἑρμηνεύεται παρὰ τοῖς ἄλλοις ἑρμηνευταῖς. Ex quibus patet, non intellexiſſe quo ſenſu ſummus vir Theodoretus τῷ κρυφίῳ in hujus loci expoſitione eſſet vſus. In quibus omnibus, confuſione mira, Hebræum cum Græco, Græcum cum Helleniſtico, Helleniſticum cum Græco confuderunt. vt è particulis quas non intelligebant, Patrem, Spiritum, duplicem Spiritus gratiam, ac neſcio quid non, fecerint: locos denique diuerſos inter ſe confuderint. Quæ verba, quomodo ad populum aut apud lectorem, qui nec ſcirent quid Hebræa vox ſignificaret, neque quid Theodoreti interpretatio vellet, intelligerent, recte interpretari potuerint, non video: niſi quod mira de Patre, mira de Spiritu, mira de duplici gratia ac efficacia, excogitauerint. Linguam enim qui intelligit, recte ſingula interpretatur: qui ſingula interpretatur recte, ſi diſtinctæ ac diuiſæ ſint ſignificationes, diuidit quæcunque occurrunt ac diſtinguit, & de phraſi peregrina recte judicat. quod qui poteſt, bene res, bene dogmata exponit. Cæterum quod Græcis, alibi in contextu proprio accuratiſſimis, idem aliis in ſuo eueniſſe ſæpius, quis dubitabit? Reſtat ergo, vt non eſſe tanti interpretationem Græcam dicant. In quo, præterquam, quod ab Euangeliſtis ac Apoſtolis diſſen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

diſſentiunt, quia ea, quanquam magis emendata, vſi ſunt, ex Helleniſticis antiqui Fœderis interpretibus Nouum eſſe intelligendum, nondum didicerunt. Cujus autores, Hebræa cum exprimerent, Græcis ea vocibus, phraſi diuerſa, hoc eſt, quæ in Oriente vſitata, interdum, imo & plerunque, ipſa vocum notione, quæ recepta atque vſitata ibi, expreſſerunt. vnde & non raro, è re leui, maximæ naſcuntur controuerſiæ. Vnum nunc exemplum dabimus. Secunda Petri, cap. I. comm. 3. dicitur, διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς. Totus autem locus ita habet: Ὡς πάντα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν δεδωρημένης, διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς. De quo loco qui acturus ſit, neceſſe, vt quæ δόξα hic quæ ἀρετὴ, ſeu virtus ſit, tum quales ſint in Deo, doceat. Hærere nobis eruditus vir videtur, qui hic notat, *τῆς ἀρετῆς nomen nemo non videt, quanto melius conueniat hominibus quam Deo, cui potius tribuitur δύναμις*, id eſt, *potentia, ſeu poteſtas*, vel κράτος. neque vſitato ſane modo accipi ſic poteſt. Virtutem enim conſtat eſſe habitum. quem proprie in Deo locum non habere, inter Scholaſticorum quoque ſcita eſt: quemadmodum & ſingulas quæ ei tribuuntur, modo alio atque eminenter tantum eſſe in eo, vt loquuntur ipſi. Sed & Ethicorum primo, Deum proprie laudari poſſe, magnus Doctor negat: laudem enim propriam virtutis eſſe. ὁ μὲν γὰρ ἔπαινος τῆς ἀρετῆς, inquit. quia, vt recte ibi interpretes, idonei hac ipſa ad præclaras actiones fiunt homines: quod in Deo locum jam non habet. Et in Magnis dicitur Moralibus, ὅτι οὐκ ἔστι Θεοῦ ἀρετή· ὁ γὰρ Θεὸς βελτίων τῆς ἀρετῆς, καὶ οὐ κατ' ἀρετὴν ἐστι σπουδαῖος. *Deo non conuenire virtutem: quia melior virtute eſt Deus, neque ex virtute dici poteſt bonus.* Quare in Deo locum hæc non habet. non magis quam hæ diſputationes ad hunc locum, ſi præſertim apud populum ſit exponendus. Quod eruditis interim perſuaſit Theologis, illa vt verba, τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς, *qui ad gloriam ac virtutem nos vocauit*, Latine redderent. quod mirati certe ſumus. Qui in Fœdere igitur antiquo, ex Græcorum verſione, gnauiter verſatus eſt, eo recurrendum judicabit: vt intelligat quid Helleniſtis, nempe, ἀρετὴ dicatur, cum de Deo vſurpatur. qui inueniet id eſſe quod Hebræis הוד dicitur. apud quos longe aliter quam apud Græcos, Dei attributum eſſe: cujus potentiam ſic dici. Helleniſtis ergo, ἀρετὴ, δύναμις θείη. Heſychius, Ἀρετὴ, θεία δύναμις. Helleniſtice, non Græce. Eſt enim Theologica, & Helleniſticæ non Græcæ vocis, interpretatio. quomodo & Habacuci 3. 2. accipitur. Ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ: & de Ieſu Chriſto, Zachariæ 6. 13. Καὶ αὐτὸς λήψεται ἀρετὴν καὶ καθιεῖται. quam & non raro δόξαν interpretantur. Vnam igitur duabus expoſuit Apoſtolus. quod non minus Helleniſtis quam Hebræis, quos exponunt illi, vſitatum: quia plane id במשפה הלשין, *ex*

more linguæ, vt Rabbini loquuntur. Niſi quis *glorioſam* dici *potentiam* ſic velit: quod ἓν διὰ δυοῖν, videlicet, nunc dicunt. Quæ ſit δόξα, quæ de Deo etiam de Filii vſurpatur perſona, alibi, nec ſemel, diximus. quæ potentia diuina autem, nemo neſcit, & hic latus diſſerendi ad populum campus. Quod fieri ab iis poſſe, qui de quo agatur non intelligunt, perſuaderi nobis hactenus non potuit: & vbique talia occurrunt. Igitur, vt jam dicebam, alia lingua primo concipit quæ ſcribit, alia, quæ jam concepit, Helleniſta exprimit. Primo enim ad originem ipſius linguæ reſpicit, qua ſua exprimit, aut ejus ſequitur interpretes. Et quia quæ diuerſis concipi ac ſcribi ſolent, non conueniunt vbique (nam vt literæ ac ſyllabæ, ſic & alluſiones ac paronomaſiæ, quæ ſingulis ſunt propriæ, transfundi commode vix poſſunt) de his ipſis ex interprete earum lingua ferri ſententia ac judicari poteſt. vtrum, nempe, Hebræa aliquid conceptum fuerit an Syra: nam in eo, quod eâdem ſcriptum ac conceptum, nulla difficultas. Notant veteres, cum de Hiſtoria Suſannæ, inter duos Criticos, Originem & Africanum, ageretur; Hebraice conſcriptam negaſſe Africanum: quod alluſiones vocum, σχῖνος & σχίσει, πρῖνος & πρίσει, quæ in Græco extant, vt ab Hebræa alienæ, ita Græcæ conuenirent. Eodem modo ſi quis ex me quærat, quanam lingua ſcripſerit Euangeliſta noſter; Helleniſtica ſcripſiſſe dicam. Si quis, qua conceperit quæ ſcripſit; Syriacam fuiſſe dicam. Ad eam autem, quod eſt Helleniſtis proprium, & voces & ſermonem deflexiſſe Græcum: quare ad alluſiones, non quæ extant, ſed quas animo conceperat, eundum eſſe. nihil enim æque atque has amat Oriens. Statim initio, Καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβε, dicitur. Quod ſi Chaldaice aut Syriace efferas, ſuauiſſimam alluſionem, quam nec Græca nec Helleniſtica admittit lingua, protinus agnoſces. Nam τὸ קבל *cabbel*, eſt *καταλαμβάνειν*. קבל *cebal* autem ἡ σκοτία. קבל enim Thargumiſtis *obſcurari*. quantopere autem hos amauerit Euangeliſta, paſſim jam oſtendimus. de quo Syrus cum non cogitaret, alia hic voce vſus eſt. Ita capite decimo, quod legitur, ὁ μὴ εἰσερχόμενος διὰ τῆς θύρας εἰς τὴν αὐλὴν, Syri ſuauiſſime exprimunt, qui מן חרעא לטירא dicunt. vbi omnes prope vel vicinas vel ſimilium officiorum literas habemus. Multum autem refert vt intelligas, vtrumne Hebræa Helleniſtes Græce expreſſerit an Syra: Hebræum item textum, an interpretationes in animo habuerit Græcorum. quæ niſi omnia diſtinguat, operam neceſſe eſt vt interpres ludat. Nos autem, vt exiguæ ſcientiæ, ita nullius, vt loquuntur vulgo, conſcientiæ exiſtimamus, qui transferre Sacra audet nec de iſtis cogitauit. Eum porro nobis delegimus autorem, quem nec veterum ſcriptorum in Eccleſiam autoritas admiſit, vt hic nihil hactenus aduerſus

nos

nos præjudicatum ſit, & in quem immodicas ac inuidendas pene laudes, nonnulli hujus temporis Theologi, & tota Criticorum, quaſi facto agmine ac conſpiratione, natio congeſſit. qui haud dictu facile eſt, quo ſtudio exceptus ſit. Quippe cum multis ante annis hæc Metaphraſis in lucem prodiiſſet, opus alterum, quod poſtea vulgatum eſt, maximorum hac ætate hominum judicia ac commendationes anteceſſerant. Poſtquam enim Angelus Politianus, qui vſus eo fuerat, mirificum Poëtam, M. Antonius Muretus, eruditum ac grandiloquum dixiſſet, tandem præſtantiſſimus vir extitit, qui publico hoc daret. tanta eruditione quidem, vt in optimis Græcorum, inprimis autem Poëtarum, ſcriptis, totam egiſſe ætatem videretur: quod nemo melius quam nos teſtari poteſt, qui autores plurimos illius viri manu, ſummo cum judicio notatos vidimus. qui tamen nimius in eo fuit, quod quam produxiſſet mercem, vt non ſine cauſa, ita ſine modo commendauit. Quod cum multis perſuaſiſſet, maximo Scaligero, qui ad ſupremum eruditionis ac judicii peruenerat faſtigium, cum paucis qui in his ſubacti eſſent nunquam perſuadere potuit. Inter quos vir exquiſitæ eruditionis ac ingenii Cunæus noſter ſe oppoſuit. qui ſophiſticum dicendi genus, ex antiquis eloquentiæ magiſtris ac eorum ſcitis, annotauit, ipſumque, ex more veterum, in ordinem redegit. Nec propterea negari poteſt, in vtroque extare haud pauca, quæ inſtruere lectorem poſſunt. Nam & antiquiſſimam primamque Græcæ eruditionis ac Sacrorum, à Cadmo inde, originem in Dionyſiacis deduxit. in quo argumento multa ſunt quæ & delectare eruditos & docere poſſunt: vt omittam plurimas hiſtorias ac fabulas, quas alibi requiras. In verbis quoque componendis, ſi non felix ſemper, neque ſemper contemnendus eſt. qui in aliis nonnullis, ſi non potuit quod voluit, plerunque tamen voluit quod pauci poſſunt; cum ad magna ſemper aſpiraret. Verſus celeres ac numeroſos amat: etiam hiatus, cum pauciſſimis, præſertim noſtri temporis, vitauit. & in hac Metaphraſi non pauca laudes. In qua antiquiſſimos nonnunquam ſequitur interpretes, antiquus ipſe. Sed & Originem non raro expreſſiſſe video: cujus hodie, vt pauca, ita, pauca inter ejus ſcripta, quæ illius ſunt, habemus. Quare quin nonnulla laude digna habeat, ne quidem dubitandum. nam qui tales non ſunt, ne cenſura quidem dignos arbitramur. Et cum hic, tum alibi, libenter Ariſtotelem audimus: qui cum Ethicorum primo, aduerſus maximum Platonem de Ideis ſententiam dicturus, tribunal Criticum aſcendit, præclara illa vſurpauit verba: Δόξειε δ' ἂν ἴσως βέλτιον εἶναι, καὶ δεῖν, ἐπὶ σωτηρίᾳ γε τῆς ἀληθείας καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν. &c. ἀμφοῖν γὰρ ὄντοιν φίλοιν, ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν. id eſt, *Forte & veritatis conſeruandæ cauſa melius videtur, imo oportere, ſua quoque tollere aut refutare. quanuis enim*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ambo chari ſint, pium tamen eſt ſanctumque, pluris æſtimare veritatem. Et
Politicorum ſecundo, cum Platonis de Repub. ſententiam, vt Cri-
ticus, explorat: καὶ τὸ μὲν οὖν περιττὸν ἔχουσι πάντες οἱ τοῦ Σωκράτους λόγοι, καὶ τὸ κομ-
ψὸν, καὶ καινοτόμον, καὶ τὸ ζητητικόν· καλῶς δὲ πάντα, ἴσως χαλεπόν. id eſt: *nam & eru-*
ditionem, & elegantiam, & nouitatem, & ſingularem in diſputando dex-
teritatem, omnes Socratici ſermones habent. vt autem æque omnia bene ſe ha-
beant, forſan difficile. Eum igitur autorem, iterum ad partes reuo-
camus. Ac primo quidem de priori opere, ſed obiter. Quia autem
libri illi vltimæ antiquitatis argumenta continebant; capite vno
κατὰ τὸν ἐτυμολογικὸν τόπον, cui plurimum ad eruendam veritatem tribue-
bant Stoici, quo & origines ſcientiarum ac antiquitatis optime
ad fontes ſuos reuocantur, ſuperſtitionem quæ in illis continetur
libris ac hiſtoriam, cum ipſis vocibus ex Oriente profluxiſſe oſten-
dimus. Quam agendi rationem cum Grammaticorum imperiti
propriam exiſtiment, Rex Philoſophorum tanti fecit, vt qui illud
agunt, παρὰ γράμμα τὴν ἀλήθειαν σκοπεῖν, in Magnis dixerit Moralibus,
neque exiguam grauiſſimarum diſputationum partem eo illuſtra-
rit Cæſar Scaliger. Etiam de attributis, in quibus præ cæteris re-
gnare autorem hunc nonnulli arbitrantur (quia quantum ad ve-
rum quoque faciant & falſum) καθόλου primo egimus, deinde & ſi-
gillatim pleraque in Metaphraſi examinauimus. à quo ad inter-
pretationem ejus & Euangeliſtæ verba venimus. Priori parte vt
autorem, poſteriori, vt interpretem, conſiderauimus. qua occa-
ſione plurimos ac obſcuriſſimos Sanctiſſimi Euangeliſtæ locos, in
quibus alii ſatisfeciſſe minus nobis viſi ſunt, interpretati ſumus. in
qua parte operam præcipuam ac ſtudium poſuimus. Sicubi vel in
dicendi ratione ac norma, vel in temporum deſcriptione aut loco-
rum, ſicubi, vel Helleniſticæ, vel Græcæ, vel Hebrææ linguæ, vel
Philoſophiæ imperitia peccauit autor, ſingula ad regulas eorum qui
de his ſcripſerunt, ſine acerbitate vlla, obiter ac bona fide examina-
uimus: ſi quid contra pridem à veteribus de Fide Chriſtiana appro-
batos canones, interpretatus eſt, ſi quid pro opinione ſua, homo vix
è paganiſmo, vt videtur, redux, καὶ τὴν τοῦ Κυρίου ὁδὸν (quod cum multis
eo tempore habuit commune) tantum κατηχούμενος, vel mutilauit,
vel adjecit, candide notauimus. Vbique autem exercendi cauſa in-
genii, autorem, quem tam multi hac ætate noſtra Græce docti,
admirati ſunt, ex idiotiſmis Helleniſticis, quos non intelligebat,
elocutionem, non tam Græcam quam Græcanicam, quam nemo
ex antiquis Græcis intelligeret, nemo eruditus intelligere tenetur,
fabricaſſe ſibi ac finxiſſe, ſi non plane evicimus, probare ex vtilitate
publica conati ſumus. Et hæc quidem in ſcriptore illo, ex quo infi-
nita in Grammaticorum hujus æui obſeruationibus laudantur:
quæ cum notam mereantur, tanquam imitanda juuentuti propo-
nuntur.

nuntur. Ex quo plurimas qui Lexica ſcripſerunt, voces, nihil minus alibi quam Græcas, aut, vt decuit, compoſitas, pro talibus ſecure obtruſerunt. Vt cenſorem aut ἀγορανόμον, hactenus ne metuiſſe quidem videantur. qui cum reddi rationem ſibi poſcet, ſi munitus vi imperii ac poteſtatis, quæ hic eruditio judiciumque eſt, tueri locum ſuum poterit, nihil reſtat quam vt iſti cauſa cadant. Iam, quam multa in eodem extant, quæ ab homine dicendi ſtudioſo, & in gratiam eorum qui his ſtudiis ſe dediderunt, negligi non debent? In quibus Rhetores qui criſin profitentur, & exemplo & induſtria jam præiuerunt nobis. qui cum de ſublimi charactere, quem in frigus aut tumorem, niſi exquiſitum hic judicium accedat, vt plurimum abire docent, ante nos ſententiam dixerunt, de hoc ipſo ſimul judicarunt. Quo & maxima ex parte ſpectant, quæ in Alcidamante, tertio Rhetoricorum Ariſtoteles, quæ in Leontino Gorgia, Calliſthene, Clitarcho, Hegeſia, Matride, atque aliis, ſummus vir Longinus maximo judicio notauit. quæ nec imperiti nec vulgares aſſequuntur animæ. Eſt enim, vt ingenii excelſi, ita, quod præclare ab eodem dicitur, experientiæ ſuprema ſoboles, hæc judicandi ratio. Porro, ut Philoſophi, cum de Morali parte agunt, vitia virtutibus adjungunt, ita Critici ſermonis, ſingulis illius ſpeciebus aut generibus, exceſſus ac defectus, quæ ſunt vitia, adjungunt. Dicendi autem genus, quo vbique vſus eſt, quemadmodum ex inſtituto ejus grande ac ſublime eſt; ita ex defectu, ſeu naturæ ſeu judicii, (quod melius ἐλάττωμα ab his magiſtris dicitur) in pleraque vicina vitia degenerauit. Nam & voces partim audaciſſime tranſlatas (de quibus ſingulari cum judicio ac cura diſputauit Ariſtoteles) partim peregrinas, nouas aut inuſitatas, partim nimio molimine, & tamen ſine cura, compoſitas (vere ἱπποβάμονα ῥήματα, vt loquitur Comicus) partim ſenſus, quos ἐννοίας dicunt Critici, interdum frigidos, interdum tumidos, neque aliud quam ſplendidas ampullas, nonnunquam adhibuit. qui character, optime φλοιώδης, ψυχρὸς, ὑπόξυλος, κομπώδης, μετέωρος, iiſdem, quibus nunquam elegantia verborum ac tranſlationum defuit, nec ſine cauſa nuncupatur. quem id, quod, *puerile*, vulgo, ſeu, μειρακιῶδες, vt & illud, quod σχολαστικὸν, ſeu pædagogicum, nunc dicunt, comitari ſolet. Iam, quam multa in eodem extant, quæ Theologi nonnulli, magni quidem illi & præclari homines, jam adduxerunt? quæ vt approbemus, nondum impetrare à nobis poſſumus. Magnus enim animus ac ſuæ ſpontis, longe aliter quam vulgi factio, in ſtudiis inſtituit quæ gerit. Nam & quæ ad elocutionem ac ſermonem pertinent, ad veterum, qui ante corruptelam ac ſophiſticas ineptias ſcripſerunt, imitationem reuocat ac normam: quia, qua in parte, non autores modo, ſed & ſingulæ deficiant ætates, animo complecti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

plectitur ac ſecum exigit. In conſenſum quoque Eccleſiaſticæ antiquitatis diligenter intuetur. ex quo veritatem, cum judicio quo poteſt, petit ac confirmat: neque cuiquam temere aduerſus omnem credit. In quibus ſedulo verſari, & inprimis eruditam Sacræ paginæ ſententiam rimari, ſi quid abditum in verbis, Iudæorum ritibus, ac ipſis rebus latet, recte interpretari, modo ſine ambitione ac cujuſquam obtrectatione id fiat, nunquam majus crimen aut momenti leuioris duxi, quam vel quæſtiones ineptiſſimas mouere, vel ineptius diſſoluere quas quiſque mouet: (cum pleraſque neque Patres, multo minus Sacra pagina agnoſcat, ſed & quaſdam, ἐθελοσοφίας nomine, inter quos & Epiphanius, proſcripſerint) quam ἀεροβατεῖν, quam ἀλληγορεῖν, quam πυκτεύοντα ἀέρα δέρειν, vt loquitur Apoſtolus: quam ἀναγωγαῖς καὶ θεωρίαις, vt jampridem eleganter dixit Photius, τὸν νοῦν ἑλίσσειν: quam vel Metaphyſicorum notionibus vel terminis, Philoſophiam primo, mox Theologiam intricare. Porro, cum ab omnibus qui ſua conſecrant poſteritati, caute ſit ſcribendum, tum inprimis ab interprete requiritur, vt argumentum quod tractandum ſumit, penitus intelligat: ideoque & bene eligat. Quod vt fiat, diligenter

quid ferre recuſent
Quid valeant humeri,

quæ ſplendorem admittant, quæ fugiant, quæ aliter efferri debeant aut poſſint, quæ ab Eccleſia recepta ſint, quæ non potuerint aut poſſint, tum & quare, cogitandum eſt. Quæ aut cuique in ſuo ſibi opere, aut Critico Theologo, ſi ipſe negligat, conſideranda ſunt. Inprimis autem expendenda Dei nomina ac attributa: tum quæ ſingulis conueniunt perſonis, vt oportet, ſingulis attribuenda. In quibus noſtrum, ſi quid judico, judicium defecit: quod & locis ſuis annotamus. Vt cum Dei Filium æternum, quem μονογενῆ Scriptura dicit & Eccleſia, τηλύγετον non recte, vt cum primam in eadem Deitate Perſonam, non πατέρα ſed τοκῆα, tertiam, non πνεῦμα ἅγιον, ſed, ἁγνὸν dixit. Quemadmodum nec ſecundam, παῖδα θεοῦ potius quam υἱὸν, facile dicam. plus Poëtis enim quam interpreti concedimus. qui, quomodo loqui Scriptura ſoleat, ignorare non debet. Iohannis certe tertio, πιστεύειν, non εἰς παῖδα θεοῦ, ſed εἰς υἱὸν dicam: quod Sacræ eruditionis ac ſcientiæ defectum illud arguat. Cum enim in Matthæo, ἰδοὺ ὁ παῖς μου ὃν ἡρέτισα, ex Eſaia legerat, non cogitabat עבדי in Hebræo legi: quod, עבדי משיחא, *ſeruus meus Meſſias*, Chaldæus reddidit. Et ſic capite ſequenti com. 10. Γίνεσθέ μοι μάρτυρες, κἀγὼ μάρτυς, λέγει Κύριος ὁ θεὸς, καὶ ὁ παῖς μου, ὃν ἐξελεξάμην. vbi itidem Chaldæus, *& Meſſias ſeruus meus, quem elegi.* ne hic eos audiamus, qui ſeruile nomen parum conuenire exiſtimant. quemadmodum ad Eſaiam ſine dubio reſpexit Lucas, cum Acto-

rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

rum 3,13.3,26.4,30.ibid.27. θεοῦ παῖς ab eo dicitur Seruator. Quantum autem ſit diſcrimen vide. Παῖς plerunque Helleniſtis, cum de Seruatore vſurpatur, idem, qui, ὁ ὢν ἐν μορφῇ δούλου, dicitur: idem, qui ἀνθρώπου υἱὸς, (quod בר נשא Syris) dicitur: ἄνδρ λογώσεως, vt veteres loquuntur Theologi, conſideratus. quia Helleniſtis παῖς, עבר, *ſeruus*, Græcis autem *filius*. Υἱὸς θεοῦ igitur eſt ὁ θεάνθρωπος in eo loco. qui, quà alteram aſſumpſit naturam, ipſe ὁ ἐνανθρωπήσας, ea autem quam aſſumpſit, δούλου μορφὴ, & δουλεία ἀνθρωπίνη, ſicut ipſe δοῦλος, dicitur. quod & voce παιδὸς Helleniſtæ exprimunt. vnde ad Eſaiæ 42. Meſſiam à Propheta, παῖδα θεοῦ, κατὰ τὴν δουλείαν τὴν ἀνθρωπίνην, dici, veteres Theologi notarunt: ſiquidem & παῖς & δοῦλος eadem ſunt Helleniſtis. De quo tum non cogitabat noſter: non enim Helleniſtica diſtinguit. Quod qui non dum didicit, incaute ac circumſpecte parum, & interpretatur Sacra, & loquitur. Neque Petrus ſane in confeſſione illuſtriſſima Matthæi 16.16. Chriſtum παῖδα θεοῦ, ſed υἱὸν dixit. Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος: non ὁ παῖς τοῦ θεοῦ. quod diuerſam χρῆσιν apud Helleniſtas habet; cum præſertim, ὁ Χριστὸς, præcedat. Ego certe, ne Græcorum quidem more, ubi de perſona agitur, παῖδα θεοῦ dicam; cum vocare υἱὸν poſſim. Nam præterquam quod à vocibus receptis abeundum non eſt, nunquam tantum tribuendum eſt poëſi, vt majeſtas Dei eneruetur: quæ in Sacris ſarta tecta conſeruanda eſt. Quid quod, quæ vrbana ſunt in aliis, in illis aliquid vernile habent? vt cum Plato Alcibiaden, Κλεινίου παῖδα, Bacchum, *Semeles puerum*, Horatius vocauit. Quare & non magis Dei Filium, æternum illum & qui recte *antiquus* dicitur *dierum*, Græce παῖδα θεοῦ, quam Latine, *Dei puerum*, in iſto quidem loco dicam. quod fortaſſe leuius videri poſſet, niſi ejus cauſa plura commiſiſſet. vt cum totum locum illum, Ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν ἔχει ζωὴν αἰώνιον· ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ, οὐκ ὄψεται ζωὴν, ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ μένει ἐπ' αὐτὸν, ita reddit:

ὅς δέ κεν εἴη
Ἤθεσιν ἀπλανέεσσιν ἀκαμπέα πίστιν ἀέξων,
Ζωὴν ὄψεται οὗτος, ἔχων ὑψιλόφα τιμὴν,
Σύγχρονον αἰῶνος παλιναυξέος. ὅς δέ κεν ἀνὴρ
Παιδὶ θεοῦ ζώοντος ἀγηνορέων ἀπιθήσῃ,
Ἔρχεται ὑψίστοιο θεοῦ τιμήορος ὀργὴ,
Ἄφρονα μαστίζουσα.

qui ob rem tantillam, hoc eſt, voculam, quam imperare ſibi paſſus eſt, cum aliter efferri poſſet, fidei objectum, de quo hic Euangeliſta agit, hoc eſt, Dei Filium, priori parte omiſit, poſteriori minus recte deſignauit. qui & non pauca aliter, nec neceſſaria, adjecit. Quid, quod non, ὁ πιστεύων ὄψεται τὴν ζωὴν, ſed ἔχει, dicitur? quia ſic *ipſum habet Chriſtum*, vt Theophylactus loquitur: qui (aut doctrina de eo) principium τῆς ὑποστάσεως, ſeu veræ fidei, vt ad Hebræos loquitur Apoſtolus. *In hoc enim cognoſcimus quod in nobis eſt, quia ex Spiritu ſuo dedit nobis,*

vt loquitur Iohannes. quem locum commode adducit hic Cyrillus. Ex quo patet (ad quæ ſemper Criticus attendit) quam longe aliter εἰς τὸν Υἱὸν, quam εἰς τὸν παῖδα, hic dicatur. cum fieri non poſſit, quin, ſi quis, προσᾴδων εἰς τὸν παῖδα, ſiue παῖδα θεοῦ, in tam graui præſertim concione dicat, in quo nihil tam ſublime, quod non Dei tribuatur Filio, qui & ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενος, dicitur, mediocriter quoque eruditis contemptum debeat aut riſum. Quæ vitaſſet, ſi ſic locum extuliſſet:

πᾶς δὲ θεοῦ μὲν
Υἱέϊ πιστεύων, καὶ ἀληθέα πίστιν ἀέξων,
Ζωὴν ἔτος ἔχει· πᾶς δ' ἀφραδέων καὶ ἀπειθῶν
Υἱέϊ, τὴν ζωὴν οὐκ ὄψεται· οὕνεκα τῷδε
Αἰὲν ἐπιβρίζουσα θεοῦ τιμήορος ὀργὴ,
Ἄφρονα μαστίζει καὶ ἀπειθέα.

quanquam & nonnulla ſunt in quibus major venia debetur. Vt cum nomen Κύριος, quod Domino tribuitur, vt Deo, voce κοίρανος Poëtæ exprimunt: cum alterum terrenam poteſtatem, alterum plerunque nomen ἀνεκφώνητον & Deo proprium deſignet: licet id non vna ratione (vt inter cæteros notauit Photius) in Sacris vſurpetur. quare & ſtudioſe hoc, etiam cum τὸ *adonai* præcedit, Helleniſtæ veteres ſeruarunt: vt Ezech. 8. 1. καὶ ἐγένετο ἐπ' ἐμὲ χεὶρ ἀδωναὶ κυρίου. Vnde & κυριολογίας vox, cum de Deitate agitur: vt & veterum Theologorum quæſtio, Εἰ κυριολογεῖται τὸ πνεῦμα: quam libro De S. Spiritu aduerſus eos qui ineffabile illud nomen, quod vox alia non exprimit, Spiritui negabant tribuendum, Magnus Baſilius tractat, quemadmodum & locos, ſiue teſtimonia, in quibus ita nuncupatur, μαρτυρίας τὰς τὸ πνεῦμα κυριολογούσας, iidem Theologi dixerunt. quomodo & Thomas Filium κυριολογεῖ, cum Κύριον & Θεὸν cum vocat. qui in confeſſione illuſtri, jam fide illuſtratus, ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου, dixit. Prius enim nomen ineffabile eſt: quemadmodum ex Zachariæ loco patet quem alludit. Coactus igitur, καὶ ὑπὸ τῆς ἀνάγκης διωκόμενος, vt Critici loquuntur, ibi quoque noſter dixit

Κοίρανος ἡμέτερος καὶ ἐμὸς θεός.

quod eſt aliud, & tamen ei ignoſcendum. Quis autem accuſandos nos exiſtimabit, ſi in homine qui Græce loqui creditur, requirimus quod profitetur? Si in Sacræ paginæ interprete requirimus, vt recte & ex veterum ſententia id agat? Si in eo qui autorem Helleniſticum interpretatur, ejus linguæ quam interpretatur aliquam peritiam deſideramus? nam quemadmodum interpretari linguam in qua hæreas non ſatis tutum, ita verſus ſcribere ea quæ à Græca abit, aut vocabula illius immiſcere Græcis, parum circumſpecti: cum & vocum vſus & enuntiandi ratio vel alia ſit vel diuerſa. Si in eo, qui ab omnibus nunc legitur, quem quidam

quidam docent, omnes hactenus in Sacris laudant atque adducunt, vtrum orthodoxus fuerit, examinamus? In quibus omnibus ſi quidam nihil hactenus deſiderant, quis legem nobis ponet, vt hic ſubſiſtamus? nam hæc quidem vis eſt. Quis vetare poteſt, ne Homerum, omnis eruditionis, niſi tota fallitur antiquitas, parentem, quem & ſolum Græce loqui, Criticorum princeps Ariſtoteles pronuntiat ac ſciſcit, purius ac terſius credamus loqui, quam qui domo peregrinus, ſingulis propemodum ſententiis hoc prodit? Adde quod in eum nunc incidimus autorem, qui ignarus hebraiſmi, ἑβραΐζει: qui ignarus ſyriaſmi, συριάζει: qui Chaldaicæ ignarus, χαλδαΐζει: nam hæc omnia in Helleniſtica inueniuntur, cujus ſaltem aliqua requiritur peritia: qui poſtremo Græcam cum profiteatur, cum Iudæis Græcis, non cum Græcis, ἑλληνίζει: quæ fœcundam judicandi Critico materiam ſuppeditant. In contextu Sacro ab Interprete aſſerendo, reuerenter; in locis ſingulis, de quorum lectione dubitamus, more Patrum, verecunde rem vbique geſſimus. quanquam quid de Græci contextus in quibuſdam locis corruptela, quid de vitiis ſcriptorum, plurimi ex Patribus, quid de Latinis codicibus ſecundo De Spiritu Sancto pronuntiauerit Ambroſius, non ignoremus. vt nec illud Auguſtini, qui, *Ac ſi aliquid in eis*, inquit, *offendero literis, quod contrarium videatur veritati, nihil aliud, quam vel mendoſum eſſe codicem, vel interpretem non aſſecutum eſſe quod dictum ſit, vel me minime intellexiſſe, non ambigam.* Quod non magis in Latinis quam in Græcis codicibus habere locum, ſciunt, qui quid de ſcribarum negligentia, quid de erratis, quæ antiqui παραγράμματα dixerunt, S S. Patres, inprimis autem B. Hieronymus, tot locis conquerantur, non ignorant. Ne jam de corruptis ab hæreticorum conſpiratione locis hic agamus: de quibus plurima Tertullianus aliique. Inter cæteros Theophylactus, qui Neſtorianos cap. 2. ad Hebr. pro χάριτι θεοῦ, χωρὶς θεοῦ, legiſſe obſeruat. Et Ambroſius, qui lib. 5. cap. 7. De fide ad Gratianum, *Primum veteres codices Græci non habent*, quod nec filius ſcit. *Sed non mirum, ſi & hoc falſarunt qui ſcripturas interpolauere diuinas.* Neque noſtro defuit licentia, qui cum alia, tum illa 14. cap. v. 26. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ πέμψει ὁ Πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου, quaſi non extarent, maxima ſecuritate prætermiſit: idem qui & alios, de quibus ſuo loco, vel mutauit, vel corrupit. Ad contextum ipſum, cum religione ſemper, eâque, quæ debetur illi, reuerentiâ acceſſimus. inprimis autem cum commiſeratione eorum, qui hæc rident aut contemnunt. Scimus enim, Atheiſmum, non tam vitium quam pœnam aut furorem eſſe. qui, vt cæcitate, ita imperitia plerunque conſtat: ad quam petulantia paulatim & ludibria accedunt. vt qui verbum Dei nunquam quo oportet animo legerunt, etiam traducere ac contemnere

temnere audeant quæ nec legerunt nec intelligunt. De quibus vere illud dici poteſt

Nemo repente fuit turpiſſimus.

Qua ratione, eo tandem deuenitur, vt qui nec Latine eruditi ſunt nec Græce, & à vanitate aulæ aliquid traxerunt, ea maxime faſtidiant quæ eruditi maxime admirantur. Nam verborum quidem elegantiam in ſcriptis Noui Fœderis aut veneres ſectari, ejus eſt, qui nihil aliud ſpectauit vnquam, nihil in futurum ſpectat: qui de fine eorum quæ ad alia nos ducunt nunquam cogitauit. nullam enim linguæ venuſtatem, nullam Attici ſermonis ſuauitatem aut Græciſmi puritatem vita nouit quæ promittitur. Quippe vt linguæ olim ad diſcordiam pœnamque cœlitus inuectæ, poſtea à S. Spiritu in vſum veritatis ac concordiæ ſanctificatæ ſunt, ita poſt hanc vitam, ea commendabitur præ reliquis, quæ creatorem ſuum optime laudabit. quia ibi neque Babel erit, propter vnanimitatem, neque multis variiſque opus erit linguis, quia vnus erit populus vnuſque omnium ac idem Deus. Porro, quemadmodum ex certa Dei diſpenſatione factum eſt, vt ineffabili facundia, vt ſumma puritate Moſes, quem Longinus, impii Porphyrii præceptor, & paganus ipſe, virum in dicendo non vulgarem dixit, vt inimitabili ac nemini in poſterum ſperanda, ſi quid judicare poſſumus, Prophetæ, inprimis autem Eſaias vteretur; ita ab eadem factum eſt, vt Noui Fœderis ſcriptores, ejuſque amanuenſes gratiæ quam omnibus in Filio dilecto offert omnium creator, lingua Helleniſtica, immenſum illud & tremendum ipſis Angelis myſterium vulgarent. cum & Græcis, quorum linguam omnes prope tum intelligebant, & inprimis τῇ Ἑλληνικῇ διασπορᾷ, quæ tum latiſſime patebat, ſua publicarent: vt his gradibus arcana Dei ſe diffunderent. Vellicare autem aliquid in illis, aut deſiderare, non jam eruditi, ſed blaſphemi hominis ac male feriati: vt qui nondum quæ humana ſit conditio, multo aut minus quanta reuerentia ac cultus cuncta diſpenſanti debeatur Deo, intellexit. qui non judicem ſed ſupplicem hic poſcit. De quo præclare Hilarius, *Cum de rebus Dei erit ſermo, concedamus cognitionem ſui Deo, dictiſque ejus pia veneratione famulemur.* Quanquam autem fieri non poſſit, quin de majeſtate rei aliquid detrahere illa lingua videatur, quæ nec Græca, ſi ad phraſin ſpectes, nec Hebræa, ſi ad voces; ea tamen vis rerum, ea majeſtatis ibi ſeſe magnitudo offert, vt in illis pia ac erecta mens defixa hæreat, ac tota ejus fiat quem loquentem audit: neque poteſt, quin ad puritatem Hebraiſmi ſæpe oculos conuertat, de quo toties in iſtis admonetur. Inprimis autem in hoc noſtro: cujus totum fere Euangelium venuſtæ parodiæ ſunt, aut loci, qui ex Fœdere antiquo, ad illius, maximo judicio, qui fundamentum vtriuſque eſt, dicta, facta,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

facta, paſſionem, mortem, reſurrectionem, cæteraque accommodantur. in quo & ſæpius Chaldaicam Paraphraſim, quæ planius nonnulla, inprimis autem quæ de Verbo Deo dicuntur, explicat, ac illi viam myſterio jam ſtrauerat, adhibuit. Longe aliter quam hodie Iudæi, qui, vt מדרשות eorum & interpretationes ſimiles omittam, ad ineptas parodias ac vernilitates, cum familiariter ad ſuos ſcribunt, totum Dei verbum traduxerunt. Qualia ſunt, *Eloquia Domini, eloquia pura*, cum amici epiſtolam commendant: *ad adytum Sanctitatis tuæ*, cum amico blandiuntur: *nomini tuo pſallam*, cum gratos ſe teſtantur: *cum exercitibus noſtris non egredieris, Domine*, quoties deſertum ſe ab aliquo queruntur: *in te ſperaui, ne confundar*, cum vehementer, etiam rem nihili, à ſuis petunt: vt cum ad condictum epulum, aut nuptias, amicum vocant. aliaque ejuſdem generis, quæ veræ profanationes ſunt. Cum autem locos alios ex Fœdere antiquo venuſtiſſime alluſerit, vt dixi, alios adduxerit Euangeliſta, ex iis, licet pauci forte ſunt numero, vix vllus eſt, qui non eruditos aliquid vel docet, vel de aliquo, quod ſcire eorum intereſt, ſi cum interprete præſertim conferatur, inſtruit. Vt cum, exempli cauſa, primo capite occurrit ille, Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Εὐθύνατε τὴν ὁδὸν Κυρίου. Quem ſtatim Criticus videbit לקצר ſeu, contracte, citatum. cum enim ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους, inueniſſet, id quod efficacius elegit. nam εὐθύνειν, pro vtroque dixit. Quod cum noſter non aſſequeretur, ita maluit,

Οἶμον ὁ φειλομένην ἰθύνατε παμβασιλῆος·
Καί οἱ ἑτοιμοτάτη πελέτω τρίβος.

qui &, cum εὐθύνατε inueniſſet, ἰθύνατε repoſuit. quod non cogitaret quantum ex Hebræorum vſu, qui diſtinguunt conjugationes, hæc differrent. neque quiſquam ſane ἰθύνειν τὴν ὁδὸν dicat, vt εὐθεῖαν ποιεῖν intelligatur: quod Euangeliſta tamen voluit. adde quod, εὐθείας ποιεῖν τὰς τρίβους, Helleniſtæ dixerant. Quanquam forte ab interpretibus deceptus eſt, qui idem voce vtraque interpretati ſunt: quemadmodum Latini voce dirigendi id interpretantur. quod jam eſt ἰθύνειν, nihil autem minus quam εὐθύνειν. Capite ſecundo locus ille extat, ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με. Quem ita exprimit,

Ζῆλος ἐμὲ ζαθέοιο τεοῦ κατεδαίνυται οἴκου.

ac ſi dicas, *zelus domus tuæ me epulatus eſt*. cum Propheta, *confici ſe ac conſumi*, dicat. Capite ſexto, extat ille, ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς φαγεῖν. ad quod noſter non acceſſit, cum dixit,

Αἰθέρος ἄφθιτον εἶδαρ,

incorruptibilem ætheris cibum. etiamſi de attributo, de quo alibi, nihil dicam: quod cum mannæ hiſtoria ac corruptione pugnat. Adde jam quod τὸ φαγεῖν vel addidit Euangeliſta, vel, in Seniorum verſione inuênit cum ſcriberet. quod nec in Hebræa nec Græca nunc repetitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

titur. alias autem ex Originis præſcripto, ſic in Pſalmis exprimendus eſſet: καὶ ἄρτον οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς * φαγεῖν ⋖. quæ cum voluptate à Critico conſiderantur. Primum autem munus, in his talibus præſertim, accurati eſt interpretis: vt locos omnes, qui ab eo quem interpretandum ſumpſit adducuntur, examinet attente ac ſecum exigat. ſummum enim in interprete judicium requirimus ac criſin. Illuſtris porro eſt, qui 12. capite, v. 15. legitur nunc locus. In quo adducendo mira ratione vſus eſt Euangeliſta. Nam cum Græce ſic legatur, χαῖρε σφόδρα θύγατερ Σιὼν, κήρυσσε θύγατερ Ἱερουσαλήμ· ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι, δίκαιος καὶ σώζων, αὐτὸς πρᾷος, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον, præterquam quod λιτότητα adhibuit, & quidem aptam, totum ſic conttaxit locum, Μὴ φοβοῦ θύγατερ Σιών· ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεται, καθήμενος ἐπὶ πῶλον ὄνου. quem ſi Hebraice citaſſent Magiſtri, aliquoties, quod vſitatum eſt illis, qui nonnunquam verſus integros tranſmittunt, ſuum ſaltem illud 'וגו poſuiſſent. multa enim prætermiſit, vt ad rem, ſiue ad hiſtoriam, quam hic completam voluit (τὴν καθέδραν, ſcilicet, vt eleganter loquitur Chryſoſtomus, τοῦ ὄνου) ſic veniret. Hoc modo igitur adduxit locum: *Ne time, filia Sion* &c. *ecce Rex tuus venit*, &c. *ſedens ſuper* &c. *pullum aſini*. nam poſt ſingula quæ annotauimus, nonnulla, quod ad vltima Prophetæ verba properaret, prætermiſit. quæ non aliter videtur adduxiſſe, ac ſi apud Zachariam, *equitans ſuper aſinum, ſuper pullum*, *inquam, aſinæ*, legiſſet. cum Propheta רכב על חמור ועל עיר בן אתנות, *ſuper aſinum, & ſuper pullum, filium aſinarum*, ſiue, *aſinæ*, dixerit: vnum autem noſter intellexiſſe videatur. de quo poſt Iohannem, Marcum & Lucam, vix quiſquam dubitaret: quemadmodum vix ex Matthæo aliud probari poteſt, qui Prophetæ verba c. 21. ita reddit, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον, καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου (videtur enim eo ſenſu dictum, quo Græci, ἐπὶ ὄνον, καὶ ἐπὶ πῶλον ὄνου, id eſt, *in aſino, in pullo*, inquam, *aſinæ*, vel, *in pullo certe aſinæ* dicerent) niſi idem cap. eod. v. 2. εὑρήσετε ὄνον δεδεμένην, καὶ πῶλον μετ' αὐτῆς, ac deinde verſ. 7. ἤγαγον τὴν ὄνον, καὶ τὸν πῶλον, dixiſſet. Ex quo voluiſſe patet, prophetiam illam in duobus, non in vno aſino, δι' ἔργων & καθ' ἱστορίαν, vt loquuntur veteres Theologi, exhibitam. Et diſerte, *in aſino, pulloque filio aſinæ*, Chaldæus dixit. vnde & notiſſima de Iudæis ac Gentibus allegoria: quam Chryſoſtomus, Euthymius, Theophylactus, Cyrillus, B. Hieronymus, Iuſtinus Dialogo cum Tryphiodoro, & alii hic adferunt. quemadmodum non minus diligenter quæſiuerunt, quid ſit factum aſina, cum inueheretur pullo Dominus. Alii enim, modo huic modo illi inſediſſe, alii inſediſſe huic, illam bajulaſſe veſtes, alii poſtremo, quod pleriſque placuit, cum Iohannes inſediſſe eum pullo dicat, aſinam ſecutam volunt. Quam ſiue gloſſam, ſeu conciliationis modum, ita ad Zachariam exprimit Cyrillus: ἐπεκάθητο μὲν γὰρ τῷ πώλῳ Χριστός· εἵπετο γε μὴν

μλὼ ἡ τεκοῦσα. *pullo enim inſidebat Chriſtus: ſequebatur autem mater.* Theophylactus: *cum enim duceretur pullus, ſequebatur & mater.* ἀγομένῳ γὰρ τῷ πώλῳ συνηκολούθει καὶ ἡ μήτηρ. Euthymius: *& pullus quidem Chriſtum inſidentem vehit, aſina vero ſequitur.* In quo loco noſter multis modis, quanquam in tribus tantum verſibus, parum congrue ſe geſſit, qui Euangeliſtæ locum ita reddidit:

Μητέρος ὑψιλόφου θύγατερ μὴ δείδιθι Σιών·
Ἤδη ποικιλόδωρος ἄναξ τεὸς εἰς σὲ περήσει,
Πῶλον ἔχων ταχύγουνον ὀπηδεύοντα τεκούσῃ.

Præterquam enim quod Sionis filiæ (quæ obuio vbique hebraiſmo, ipſa Sion eſt) pro quo כנישתא דציון, *cœtus Sionis* Chaldæus habet, (de quo ſuo loco) matrem dedit, ne id quidem cogitabat, attributis, quæ Meſſiæ tribuit Propheta, humillimam conditionem ejus denotari. Adeo vt vetuſtiſſimi Eccleſiæ Doctores, πραῢς καὶ πτωχὸς, *pauper & mendicus* verterent. vt Iudæos ſic refellerent, qui μετὰ πολλῆς φαντασίας, *cum ſplendore maximo ac plane inſolito*, Meſſiam expectabant. Vbi illud עני, ſiue πρᾶος, quod & *pauperem* vulgaris reddidit interpres, quaſi veheretur aſino, quod equum ſibi comparare haud poſſet, adeo offendit eos, vt alii de Ezra, alii de Machabæo id interpretati ſint. vide igitur, an recte ποικιλόδωρον vocauit. quod eſt idem quod πολύδωρος: ideoque opulentiam, vel liberalitatem, ſplendidiſſimi monarchæ notat. Vix tamen dubitamus, quin in Græcorum inciderit hic gloſſam, quæ Meſſiam, ſiue Chriſtum Dominum, Sionis Regem diceret vocari, ἢ ὡς θεὸν, ἢ ὡς ἐκ τῆς βασιλικῆς ῥίζης τοῦ Δαβὶδ, ἢ ὡς πολλὰ εὐεργετήσαντα αὐτήν. *vel vt Regem, vel vt ex radice Dauid, vel quod multa dona, ſiue beneficia, in eam* (ſcilicet Sionem) *contuliſſet.* quam Euthymii Latina nobis exhibet interpretatio. Interim judicium quis ſatis admiretur? cum interpretationem, ſiue gloſſam, qua in Matthæi loco, in quo forte difficultas aliqua, extricando, Patres vſi erant, ad Iohannem tranſtulit qui omni caret: cum de pullo ὀπηδεύοντα τεκούσῃ, dixit. quod non ἀκρισίαν modo, ſed & ignorantiam antiquitatis ſapit. Adde quod ignarus, non diuerſum modo, ſed contrarium ab illis dixit. Illi enim, ὅτι εἵπετο ἡ τεκοῦσα, *quod mater ſequeretur pullum*, dixerant, noſter, ὅτι εἵπετο τῇ τεκούσῃ, *quod pullus ſequeretur matrem*, dixit. quaſi, *aſinam, animal tardiſſimum, & quod vix flagris expugnatur vt incedat, ſua ſponte præceſſiſſe pullum, qui à vectore ſtimulis impellebatur*, dicas. Quo pacto autem ταχύγουνος, ſeu, *velox*, ſiue, *velox genibus*, pullus aſinæ, aut aſinus? Quis enim raram in hoc genere mortalium velocitatem vnquam prædicauit? tum &, velox quomodo hic pullus, ſi & mater anteceſſit, & ſecutus dicitur hanc pullus? Quæ omnia vitaſſet, ſi hoc modo expreſſiſſet locum:

Ἀλλά μοι, ὦ χαρίεσσα Σιὼν, μὴ δείδιθι θυμῷ·

Πρὸς

Πρὸς σὲ γὰρ ἠπιόδωρος ἄναξ πὸς ἔρχεται ἤδη,
πώλῳ ἐφεζόμενος, τὸ ὄνος παλαεργὸς ἔτικτε.

In quibus vt nihil helleniſticum, ita nihil quod cum Helleniſtis, aut hebræo Zachariæ, aut cum Thargumiſtis, aut ipſo denique Matthæo pugnet: qui non alia ſed pauciora dixit. Locos cæteros, ne diffundamur, vltro prætermittimus: & de pleriſque ſuo loco. A contentionibus ac controuerſiis, de quibus eruditi tempeſtate noſtra diſputant, non ſine cauſa abſtinendum duximus. in quibus, poſt tot concertationes, nemini relictum eſſe locum puto, niſi cui adhuc velitari fruſtra libet: cum in prœlio hoc tam diuturno, etiam triarios in acie ſtetiſſe videam. Adde, quod ad contumelias ac contumaciam pugnatum eſt: quia non jam diſcunt, qui ſic agunt inter ſe, ſed irritantur. quod niſi contumeliis nonnulli ac maledictis probent, nondum ſe defunctos arbitrantur. Cæterum, cum apud veteres legiſſem, idem boni ac prudentis viri munus eſſe ac officium quod Ariſtarchi olim fuit, vt, ſine vlla æmulatione aut malignitate, de ſcriptis aliorum libere judicium pronunciet ac ferat (quod in amicorum ſi fiat, candoris, ſi in propriis cujuſque, conſtituti judicii ac mentis, ſi in antiquorum, præter illa, cum vtilitate publica conjunctum eſt) Ariſtarchum, nihil minus quam inuidioſo, vt fortaſſe vulgus arbitratur, nomine, hoc opus inſcripſi. Quam inuidiam vel Flaccus deprecabitur, cum inquit,

Vir bonus & prudens verſus reprehendet inertes,
Culpabit duros: incomptis allinet atrum
Tranſuerſo calamo ſignum: ambitioſa recidet
Ornamenta: parum claris lucem dare coget, &c.
Fiet Ariſtarchus. nec dicet, Cur ego amicum
Offendam in nugis? hæ nugæ ſeria ducent
In mala, neglectum ſemel, exceptumque ſiniſtre.

Sequitur autem,

Hic dum ſublimeis verſus ructatur, & errat,

non aliter, quam

merulis intentus decidit auceps
In puteum foueamque.

quod hic locum habere dicas. Et nos igitur cenſuras noſtras, ſine phaleris aut ornamentis, vt in libro noſtro ſine vlla animi acerbitate annotatæ fuerant, cum omnibus communicamus. Marci Tullii exemplo, qui ſe Ariſtarchum, non Phalarin, probare in ſcriptis ait: quem & quanti fecerit, non ſemel alias teſtatur. Idem, qui Lucretii præclaros de Natura libros, magnus Ariſtarchus, emendauit. Idem, qui cum iſto ſtudio, non omnes modo diſciplinas, ſed imperia ac primas dignitates conjunxit. vt & Varro, vir incomparabilis: qui tam inſigni diligentia Plautinas, quod & veteres

nota-

notarunt, recenſuerat comœdias, vt de centum & triginta fabulis, quæ ejus putabantur, vnam & viginti tantum genuinas probaret: quas Varronianas inde veteres dixerunt. quod ſine ἀθετήσεως, & multorum quæ in reliquis extabant reprehenſione, fieri non potuit: cum omnes ſtudii hujus partes, tanquam membra, inter ſe cohæreant. Quis autem Varro ille? quem Auguſtinus libro De Ciuitate Dei ſexto, *tam multa legiſſe* ait, *vt aliquid ei ſcribere vacaſſe miretur: tam multa ſcripſiſſe, quam multa vix quiſquam legere potuiſſe credi poteſt.* Exercitationes itidem inſcripſimus: vel quod in rimanda veritate occupamur: vel quod nihil temere affirmamus; & interdum, ne hoc quidem: vel quod eruditis hanc cognitionem ac judicium deferimus. quos tam multa ſcire nobis conſtat, quam nos ignorare ſemper profitemur. Sed & erunt forte rerum omnium ignari, qui in nobis accuſare audebunt, quod vel in ſcriptore antiquo aliquid deſideremus, vel in Sacro aliquid notemus. Qui cum nos accuſant, non, vt ait elegantiæ Latinæ Princeps,

Næuium, Plautum, Ennium,

ſed vniuerſam pariter antiquitatem, inprimis autem Chriſtianam, vt jam diximus, accuſant. Et ſi in ſcriptore antiquiſſimo id fieri non ferunt, ad Grammaticos, Philoſophos, ac Rhetores, quos ante memorauimus, qui vnum hoc egerunt, ablegandi erunt. Vt Laërtium, Eunapium, inprimis autem, hominem & ſerium & maximi in cæteris judicii, Plutarchum omittamus: qui non modo libere de aliis ſententiam pronuntiauit, ſed, qua jure, qua injuria, in autore, vt ante dixi, ſummo, ac Comicorum lepidiſſimo (qui & ipſe ad cenſuram, ſed liberrimam, ſæpe & dentatam, cum poëtas cæteros tum vero Tragicos, & quidem nominatim, citat) vitia non pauca, vt ἀσάφειαν, κοινότητα, ὄγκον, διάρμα, σπερμολογίαν, φλυαρίαν, frigus denique & ineptias notauit. Quid autem? Nihil idem in Herodoto requirit, cujus libro integro maleuolentiam taxauit? Nihil in Sophocle, Ariſtotele, Platone, aliiſque, Halicarnaſſenſis Dionyſus requirit? qui libello & ipſe integro, Pompeio, cui minus digne de Platone ipſo judicaſſe videbatur ſatisfecit. in quo, finem artis hujus veritatem eſſe, eam autem, ex virtutum, quæ reperiuntur in autoribus, ac vitiorum obſeruatione, eruendam docet. Iudex accuratus, cujus, neque ſemel, jam meminimus, Longinus, quem ab eruditione varia, πολυμαθῆ ac Criticum fuiſſe dictum, notat Suidas, quem, *Bibliothecam viuam, & obambulans muſeum*, merito Eunapius vocauit, inter cæteros Demoſthenem, quem prope ad inuidiam extollit, in quibuſdam tamen libere notauit. Qui nec Xenophonti nec Platoni parcit. quos interdum, vt verniles, aut, vt Græci melius, μικροχαρεῖς, notare audet. Omnes denique antiquorum libri, vel judiciis de aliorum ſcriptis pleni ſunt, vel quantum judicando de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ſingulis tum ſibi profuerint tum aliis. qui & Critices totius vnicus prope ac ſupremus finis eſt. Sin à Chriſtianis illud, & in Chriſtianis fieri mirantur, ad hos rurſus ablegandi ſunt. Quis enim vel Tarſenſem Diodorum, *quorum ſenſa imitaretur, eorum eloquentiam, propter ſæcularium ignorantiam literarum, imitari non potuiſſe*, vel Victorini Pitabionenſis epiſcopi ſcripta, *grandia ſenſibus, viliora compoſitione verborum fuiſſe*, vel Tiberianum Bæticum, *tumenti ſermone* ſcripſiſſe, atque id genus alia nunc ſciret, niſi B. Hieronymus id docuiſſet: Et quis Photio objecit, quod vel Theodoro Antiochenſi, qui aduerſus Eunomium pro Baſilio ſcripſit, ſæcularium diſciplinarum imperitiam, vel Sophronio, qui pro eodem ſcripſit, negligentiam, ac diſſolutum & ſupinum ſcriptionis genus, aut, vt ipſe melius ſe exprimit, τὸ ἀσύνδετον τοῦ λόγου καὶ ἀπόλυτον, vel Gelaſio, Synodico ſcriptori, humilem ac vilem elocutionem, quod poſtremo, Socrati, Theodoreto, aliiſque Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptoribus, partim triuiale, partim audax ac inflatum tribuit dicendi genus? Quod de noſtro verius dicatur. ſi enim quiſquam, vere hic autor, παραβόλως, vt ejuſdem ſummi Critici ac viri verbis vtar, καὶ ὥσπερ ἀπροκάλως, ταῖς μεταφοραῖς ἐχρήσατο. Huc accedit, quod quo magis in Iohanne τὸ καθωμιλημένον, vt antiqui vocant Critici, ſeu, recepta dicendi ac familiaris regnat ratio (de phraſi enim Helleniſtica non loquor) eo minus paria interpretis cum eo faciat character: qui, vt idem ſummus Criticus de eo judicaret, εἰς τὸ λίαν ἐκδιθυραμβεῦται, κυριολογεῖν οὐκ ἐπιτηδασμένος, *nimium inflatur, neque quicquam minus quam vt proprie ac vſitate ſe exprimeret, egiſſe ſerio videtur.* ita quidem, vt non parum, ὁ τῶν νοημάτων (ſic enim idem loquitur) γεννήτωρ, *eorum, qui excogitauit iſta, autor ipſe ac pater*, (Euangeliſta, dico,) καὶ ὁ μεταφραστάμενος, *& qui hæc interpretatus eſt*, hoc ipſo differant ac diſtent. Cujuſmodi orationis genus, idem Patriarcha, Philoſtorgio, ſcriptori Ariano quidem, ſed non imperito, aſſignauit. cui & quod proprium eſt noſtro, metaphoras ἐνίοτε πλεῖστον ἀποτετραμμένας, hoc eſt, *à re ipſa nimis quam diuerſas*, tribuit: vnde & in merum frigus, aut, vt ipſe loquitur, ψυχρολογίαν καὶ ἀκαιρίαν incidiſſe notat. Idem Epiphanium, eximium Eccleſiæ doctorem, ὡς τὴν φράσιν ταπεινὸν, καὶ τῆς Ἀττικῆς παιδείας ἀμελέτητον, notauit. Idem, qui Georgium Epiſcopum Alexandrinum, qui Chryſoſtomi conſcripſit vitam, non vt dicendi modo imperitum, ſed & ὡς οὐδὲ τὴν τῶν ὀνομάτων σύνταξιν ἠκριβωμένον, id eſt, *vt qui ne in conſtruendi quidem ratione ſatis accuratus eſſet*, traducit. Quid quod ne in ſummis quidem maximiſque paganorum quicquam prætermiſit? vt cum in Galeno (quanto autem viro!) ἀκαιρολογίας, παρεκτροπὰς, περιόδους σχοινοτενεῖς, id eſt, *importunas diſſertationes, digreſſiones, longaſque nimis ac extentas circumductiones*, notauit. Neque majus crimen eſt, ſi Nonnum accuſamus, quod de S. Spiritu, ac aliis quibuſdam in Theo-

logia,

logia, minus recte ſentit, quam quod quædam in Euſebio præclarus ille judex notat. vt cum Filium τὸ δεύτερον αἴτιον ab eo dici arguit: & quod Socratem, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ autorem, ἐν τοῖς δόγμασιν οὐ λίαν ἀκριβῆ, id eſt, *in religionis doctrina minus accuratum fuiſſe*, cenſet. Idem qui Syneſium, facundiæ ac venuſtatis Atticæ exemplum, cum adhuc de reſurrectione dubitaret, ad Epiſcopatum perueniſſe, annotauit: idem, qui de Hypotypoſibus Clementis quid exiſtimarit, nemo neſcit: idem, qui in aliis Arianiſmi, quæ in Nonno paſſim obſeruauimus, veſtigia explorat. Quod & ſine optimo & inſtituto ab antiquitate factum. quia, vt in vita moribuſque ab eo quiſque ſibi cavet quod in alio vel reprehendi vel notari videt, ita & in ſcriptis alieno quiſque exemplo ſapit: quiſque illud vitat de quo in aliis monetur. Vt de illa parte Critices, quæ ἀθετεῖ, & ſingulorum vitia obſeruat, illud Comici pronuntiare de ſe quiſque Criticorum poſſit:

Inſpicere, tanquam in ſpeculum, in libros omnium
Iubeo, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi.
Hoc facito. recte ſane. hoc fugito. callide.
Hoc laudi eſt. iſtæc res eſt. hoc vitio datur.
Probiſſime.

Nullam enim efficacem magis, nullam, qua ad culmen optime ſcribendi pariter ac judicandi peruenitur, compendioſam magis eſſe viam, quam exempla aliorum, eſſe ſciunt, qui judicio hic valent. quæ eſt illa διὰ τῶν καθ' ἕκαστα monendi ac docendi ratio, quam in parente ſuo vere pariter ac eleganter Venuſinus aliis commendat. qui

inſueuit pater optimus hoc me,
Vt fugerem exemplis vitiorum quæque notando.

Deinde,

ſic me
Formabat puerum dictis. &, ſiue jubebat
Vt facerem quid, Habes autorem quo facias hoc. &c.
Siue vetabat: An hoc inhoneſtum & inutile factu
Nec ne ſit, addubites, flagret rumore malo cum
Hic atque ille? auidos vicinum funus vt ægros
Exanimat, mortiſque metu ſibi parcere cogit;
Sic teneros animos aliena opprobria ſæpe
Abſterrent vitiis.

Nam & culpæ hic non raro latent, quæ vt ab incautis imitando exprimuntur, ita vix ſine opprobrio ab aliis leguntur. Plane vt autor Græcus, qui De liberorum inſtitutione ſcripſit, Patrum munus primum eſſe, exemplis, &, vt ipſe loquitur, παραδείγμασι δεικνύντας, inſtituere ac formare rudes, prudenter atque ex vſu monet. Atque id vt fiat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

libere, vt virtutes ita vitia ſcriptorum annotanda. Quod judicium ac libertatem, magni diſcipulus Chryſoſtomi, Peluſiota Iſidorus eleganter deſcripſit pariter ac commendauit. Qui, χρὴ τὸν βασανίζοντα τὰ συγγράμματα δεινὸν, πάσης καὶ χάριτος καὶ ἀπεχθείας ὄντα κρείττονα, ἑκάστου συγγραφέως καὶ τὴν κακίαν καὶ τὴν ἀρετὴν εἰδέναι, καὶ τῇ μὲν ψηφίσασθαι, τῇ δὲ μέμψασθαι. *Oportet illum, qui aliorum recte exploraturus ſcripta ſit, ſupra fauorem ſimul eſſe ac odium, ſingulorumque & vitia cognoſcere & virtutes autorum. ea lege, vt album alibi, nigrum alibi apponat calculum.* Quanquam autem minime ignoremus, minus eſſe ſolœciſmi apud Criticum quam majeſtatis poſtulari apud judicem, neque ſine riſu Pomponium Marcellum, veterem Grammaticum, legamus, ſolœciſmum in aduocatione factum, tanquam crimen arguiſſe in aduerſario; haud ideo hanc curam in autoribus prætermittendam ducimus. nec Pyrrhonios audimus: qui, vt apud ſummum illius ſectæ legimus autorem, nihil eſſe barbariſmum aut ſolœciſmum, exercendo forte ingenio, κατὰ τὸν ἀκαταληψίας νόμον, inferebant. non magis ſane quam Iudæos, qui, vt parodiam aliquam aut elegantiam ex Sacro codice lucrentur, vtrum ſermo ſtet an cadat, parum ſunt ſolliciti: forte vt etiam hac parte filios חורים ſe probent. Vt vt eſt, minus hic moleſti exactores ſumus, quam Athenienſes olim: qui cum æris publice egerent, ſumere id ab eo recuſarunt, qui vocabulum, quo id facturum ſe receperat, non ſatis Attice aut emendate extuliſſet. & Demetrium trecentis amplius medimnis ſolœciſmum ab iiſdem redemiſſe, veteres teſtantur: neque Cleomedem piguit, è cœlo prope & aſtris, ad inferiora hæc redire, vt Epicuro, qui ſcientiam ac eruditionem omnem faſtidiret, ſolœciſmos ac ineptias objiceret. Quod ſi dicant, peregrinos eſſe, qui de Græco homine ſententiam feramus: ne id quidem admittemus, qui non minus illum, in Ægypto natum, quam nos Belgas eſſe ſcimus, & vtrumque, quod ad Helleniſmum, eſſe ἐπείσακτον, vt veteres loquuntur: in illud autem incidiſſe tempus hunc autorem, quo Sophiſticæ ineptiæ & tumor, puritatem linguæ non jam vitiarant tantum, ſed affixerant. Neque dubitauit vir diuinus Cæſar Scaliger, nonnulla paſſim in eorum ſcriptis emendare, qui, quo tempore ad ſummum culmen ac faſtigium imperii Romani ſplendor ac ingenia peruenerant, præ cæteris excelluerunt. Et quam multa idem in Lucano, quem tantopere admirata eſt antiquitas, deſiderat, emendat, caſtigat? Cujus nec filius Ioſephus, domo Græcus fuit: qui in Dionyſio Catone, Græcum hominem Planudem, in aliis quibuſdam, Theodorum Gazam, omnium Græcorum ſui temporis doctiſſimum ac primum, Græce loqui docuit. Idem, qui, cum alia, tum Publii Syri Mimos, ea venuſtate ac puritate, ex Latinis Græcos fecit, vt aduerſus omnes veteres interpretandi palmam ſuo merito

tueri

tueri poſſit. Neque eruditus quiſquam dubitabit, vter elegantius, hic, Decimam Maronis Eclogam expreſſerit, an Quartam, vel Euſebius, vel quiſquis is eſt, à quo, libro De vita Conſtantini quinto, hanc conuerſam exhibet Euſebius. Idem heros, qui cum olim nos, adhuc adoleſcentes, id dare operam videret, vt & Græcos, ſed puriſſimos, quemadmodum oportet, imitari ac exprimere autores, ſed & recte de iis judicare poſſemus, haud temere hæc ad nos tum ſcripſit: *Si adeſſes, vitia,* & ἀκυρολογίαι *ejus ſcriptoris, quatenus legendus & quantum amplectendus, oſtenderem. Immane volumen cenſoriarum notarum ſurgeret. Iuui tamen* (de Dionyſiacis jam loquitur) *infinitis eum locis. quia etſi non eſt imitandus, legendus tamen eſt.* tantum abeſt, vt, quod omni deſtituti hic judicio ac ſenſu, quid ſequendum in autoribus, quid fugiendum, qui ex iis præferendi cæteris, ac quare, ad vtilitatem omnium notare, cum inuidia conjunctum aut malignitate exiſtimaret. quæ opinio ſententiaque animis eorum qui antiquos nunquam ſalutarunt, aut, præcipuam fuiſſe hanc illis curam, nondum didicerunt, eximi vix poteſt. Ejus autem parens, vt ſic accuratum lectori ſuo eximiumque in poëſi judicium formaret, ne Homerum quidem, Græcorum vt autoritate primum, ita antiquiſſimum, cenſuræ eximendum judicauit. Vnum reſtat, quod propemodum effluxit: De ætate autoris noſtri, parum inter eruditos conuenire. Nam vt ille fuerit hic Nonnus, quem in nomine *Saluſtius*, Demoſthenem edidiciſſe ſexies, nec minus ideo infantem fuiſſe in dicendo, notat Suidas; nulla ſuadet ratio. quanuis inter characterem hujus, & diuinas oratoris maximi virtutes, eximiam inprimis illam atque omnino conſummatam, quam δεινότητα dixêre, quid quantumque interſit, non ignorem. Idem & Auſonii Sophiſtæ meminit: quem Epiſtolas atque alia ſcripſiſſe ad Nonnum quendam, ibi notat. Et Syneſius de ſuo, cujus mentionem fecit, Nonno, Soſenæ cujuſdam Patre, nihil, è quo certi quicquam hac de re conſtare nobis poſſit, vſquam prodidit, quod ſciam. Nonni, vel Noni, Edeſſenæ Epiſcopi, viri præclari, his verbis meminit Nicephorus: *Eccleſiæ vero Edeſſenæ diuinus ille præfuit Nonnus:* quem & D. Pelagiam lucrifeciſſe Chriſto notat. Locus autem, qui & Græce nunc Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro 14. legitur is eſt: Τῆς δ' ἐν Ἐδέσῃ ἐκκλησίας Νόννος ἐκεῖνος προειστήκει ὁ θεοφόρος· ὃς τὴν πρώτην τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ μαινάδων λόγοις ὑπαγαγὼν, καὶ ἀφιερώσας παρὰ δόξαν Θεῷ, νύμφην ἁγνοτάτην προσῆγεν αὐτῷ, ἀντὶ Μαργαρίτης, Πελαγίαν καλονομάσας. *Edeſſenæ vero eccleſiæ diuinus ille præfuit Nonnus: qui primam in vrbe Antiochena mænadem, verbis perſuaſam, Deoq; præter opinionem conſecratam, ſponſam illi puriſſimam adduxit: quam & pro Margarita Pelagiam vocauit.* neque tamen vllam διακριτικὴν ſcriptoris hujus notam exhibet, aut operum illius vſquam, niſi fallor, mentionem fecit. Et Epiſcopum fuiſſe,

nihil minus quam hoc ſcriptum nobis hactenus perſuaſit. Nazianzeno Gregorio, Theologo, poſteriorem eſſe, aut vidiſſe illius ſaltem ſcripta, imitationes, quas non vno loco obſeruauimus, perſuadent. Sic, cum apud hunc legiſſet

Εἰκὼν ἀρχετύποιο, φύσις γενέτορος ἴση,

ex eo ſuum ἰσοφυὴς γενετῆρος fecit. Ita enim ſub initium Euangeliſtæ noſtri:

Ἰσοφυὴς γενετῆρος ὁμήλικος, υἱὸς ἀμήτωρ.

quemadmodum & cum

Αὐτοπάτωρ, ἀλόχευτος, ἀμήτωρ ἐστὶν ἐκεῖνος.

Theologus dixiſſet; ille υἱὸς ἀμήτωρ, in eodem dixit carmine. quas non eſſe συνεμπτώσεις, ſed μιμήσεις aut ἀποτυπώσεις, verus Criticus facillime videbit. Quod ſi dogmata explores ac excutias, eo vixiſſe apparet tempore, quo de Spiritus ex Filio proceſſione, nihil definitum fuit. ſed & minus recte quam plerique ex Græcis, quos tot ſæcula in eo fluctuaſſe nouimus, de eo ſenſit. Et ſub Theodoſio concilium à centum & quinquaginta Epiſcopis Conſtantinopoli fuiſſe celebratum conſtat: in quo vt doctrina de Sancto Spiritu vberius tractata, ita nihil certi de proceſſione ex Filio concluſum aut determinatum fuit. More itaque Gregorii interdum loquitur. Nam vt ille

Πνεῦμά θ' ὃ πατρόθεν εἶσι,

ita capite 15. noſter, Πνεῦμα διορνύμενον γενετῆρος. Iam de Domino cum dicitur, ὅτι ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι, præterquam quod interpretatione parum orthodoxa, de qua ſuo loco agimus, interpolauit locum, etiam

Πνεύματι πατρῴῳ δεδονημένος

dixit. Quo, niſi aliud tum egit, Spiritum, vix Filii eſſe Spiritum, innuere videtur: quod ex illis tamen quidàm concedebant, qui ex ſolo Patre Spiritum per Filium procedere affirmabant. vt vt ſit, tuendæ de proceſſione ex ſolo Patre opinioni aut ſententiæ, de ſuo, vt non ſemel alias, Euangeliſtæ verbis addidit quod voluit: qui illius forte temporis errores ſunt. Quanquam neque circumſpectius de Filio locutus eſt. vt cum, vbi de diuinitate ejus agitur, ἦθος illi, ſiue mores, Patri ſimiles aſſignat. quaſi aut vt homini ſic Deo, recte poſſit tribui τὸ ἦθος, aut ἤθει ὅμοιος τῷ Πατρὶ ſatis tuto dicatur Filius. Ad illum quippe Euangeliſtæ locum, ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι, in quo περὶ τοῦ αὐτουσίου τοῦ υἱοῦ agitur, vt ibi notat Chryſoſtomus, ita dixit noſter:

Εἰσέτι νῦν γενέτης ἐργάζεται ἠθάδι κόσμῳ,
Ἤθεσιν ἀντιτύποις καὶ ἐγὼ πάϊς ἔργον ὑφαίνω.

Cum candide ac ſimpliciter reddi ſic poſſet:

Αἰεὶ πολλὰ Πατὴρ ἐργάζεται· ἀλλὰ καὶ Υἱὸς,
Αἰεὶ πολλὰ, καὶ οἷα Πατὴρ, ἐργάζεται ἔργα.

vbi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

vbi quomodo ἢ θάλι κόσμῳ dicatur, quem item locum habeat, eruditi videant. Sed & qui ἦθος quoque Deo tribuit, quid obſtat, quo minus profectum illi, ſiue προκοπὴν, attribuat? quæ ſecundo Lucæ, naturæ alterius reſpectu, & vt loqui ſolent Patres, οἰκονομικῶς Filio tribuitur. Similem ergo Patri fecit Filium, de quo poſtea. τὸ ὅμοιος autem, tegendo Arrii veneno, in conciliabulis, ſeu Synodis, quæ ἄτακτοι B. Athanaſio dicuntur, vel excogitatum vel admiſſum, idem notat. de quo cum alibi non ſemel, tum in Examine earum quæ Arimini Seleuciæque celebratæ ſunt, ſanctus idem ille vir agendum ſibi judicauit. Sed ad rem. Quemadmodum Nazianzeni ſcripta, qui tum ſtricto ſermone tum ſoluto neque pauca & præclara dedit, vidiſſe & expreſſiſſe alibi vix dubitamus Nonnum, ita Chryſoſtomi commentarios vix legiſſe perſuaſum habemus. Cui enim veriſimile videri poteſt, ab interpretationibus ſcriptoris tanti, qui commune & maximum Eccleſiæ oraculum tum erat, tam abhorruiſſe, vt vel nuſquam iis vteretur, vel in contrariam vt plurimum ſententiam abiret? Quod, cum ex infinitis prope locis, tum vel è primo Euangeliſtæ capite non ſemel patet. vbi, exempli cauſa, in eo, ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν, longe à diuini ejus viri interpretatione abit. Idem magnus ſcriptor, verba illa capite eodem, καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, ita accipit, quaſi non Baptiſtæ ſed Euangeliſtæ eſſent. ita enim ſcribit: καὶ συνείρει τὴν αὐτοῦ μαρτυρίαν τῇ Βαπτιστοῦ· τὸ γὰρ δὴ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, οὐ τοῦ προδρόμου ἐστὶν, ἀλλὰ τοῦ μαθητοῦ. quæ noſter cum ſuperioribus conjungit. Eodem capite, ad Nathanaëlis confeſſionem, ſummus ille vir quærit, Quare Petrus, poſt confeſſionem illam, quæ Matthæi decimo & ſexto extat, *Tu es Chriſtus Dei viui Filius*, tantopere extollatur, *vt Eccleſiam ſuam ſuper hac confeſſione* (verba ſunt Chryſoſtomi) *ædificaturum ſeſe*, dicat Dominus, cum Nathanaëli, nihil præter illa, *Majora his videbis*, reſpondeat. Reſpondet autem ipſe, Ὅτι ὁ Πέτρος ὡμολόγησεν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ὡς θεὸν ἀληθῆ· ὁ δὲ, ὡς ἄνθρωπον ψιλόν. id eſt, *quod Petrus Dei Filium, vt Deum verum, Nathanaël eundem, vt hominem confiteretur nudum.* Sed & addit, Εἰπὼν γὰρ, Σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἐπήγαγε, Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ· ὁ δὲ τοῦ θεοῦ υἱὸς, οὐ τοῦ Ἰσραὴλ ἐστὶ βασιλεὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης. id eſt, *Poſtquam enim dixit, Tu es filius Dei, addit, Tu es Rex Iſraëlis: Dei autem Filius, non Iſraëlis tantum, ſed & orbis totius Rex eſt.* A quibus longe abit noſter, qui confeſſionem eam ſic expreſſit:

σὺ Χριστὸς ὑπάρχεις,
Υἱὸς ἀειζώοιο θεοῦ, λόγος.

Deum enim eſſe, & Dei Filium, imo & λόγον, confitetur. quod à Chryſoſtomo negatur. Sed & illum cap. 5. locum, Καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστὶ, longe aliter Chryſoſtomus diſtinxit. Iam vero, capite ſeptimo, cum dicitur, Τοῦτο δὲ εἶπε περὶ τοῦ πνεύματος

οὗ ἔμελ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

οὐ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν· οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον, ὅτι ὁ Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη, præclare, & vt ſolet magnus ille interpres, verba illa, οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον, quæ Origeniſtis, Arrianis, Acatianis, Macedonianis, Ætianis, Feris, aliiſque horrendi horroris ac blaſphemiæ, non recte intellecta, occaſionem præbuerunt, ſic interpretatur, vt τὸ δοθὲν intelligat: atque ita, nondum fuiſſe datum ſignificet. οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον, τουτέστι δοθὲν, inquit. illud autem de effectis S. Spiritus doniſque, quæ initio Eccleſiæ naſcentis excellenter data ac liberaliter effuſa ſunt, interpretatur: quæ δαψιλῶς ἐκχεόμενα ibidem dixit. Noſter, quaſi in alium delatus orbem, *nondum animis infixum fuiſſe humanis ait, Chriſtum vicinam Patri occupaſſe ſedem.*

Εἶπε προθεσπίζων ἐπιδήμιον ὄψιμον αἴγλην
Πνεύματος, ὅπερ ἔμελλε τυχεῖν θεοδέγμονι θυμῷ
Πᾶσα πολυσπερέων μερόπων πεισθεῖσα γενέθλη·
Οὔπω γὰρ βροτέησιν ἐνερρίζωτο μενοιναῖς
Χριστὸς ἄναξ γενέτου φανεὶς ἀγχίθρονος ἕδρης.

De multis autem pauca quid notamus? cum ex collatione vtriuſque, eximii illius viri commentarios vix inſpexiſſe videatur. Quod ſi verum, facile erit, ſaltem probabiliter, quod quæritur hic, Critico rimari. Sub Theodoſio igitur cum diſceſſerit Gregorius (cujus eum ſcripta in quibuſdam locis expreſſiſſe diximus) ſub Arcadio autem, poſt annos circiter octodecim, ad beatam tranſlatus vitam fuerit Chryſoſtomus, cum cujus ſcriptis vix commercii quicquam fuiſſe ei patet, pro quo &, vt diximus, non raro expreſſiſſe Originem videtur; minus forte erret, qui, ſub Theodoſio ac primis Arcadii temporibus vixiſſe dicat. qui in vltimum ſane Iuſtini annum, cui ſequenti deinde Iuſtinianus ſucceſſit, rejicere eum malunt, neſcio an à parachroniſmo ſatis tueri ſe poſſint. Nam quod Agathiæ autoritate hic ſe muniunt, videndum erat, an vt coæui meminiſſet. Verba ejus quarto Hiſtoriarum hæc ſunt: Καὶ Νόννος ὁ ἐκ τῆς Πανὸς τῆς Αἰγυπτίας γενόμενος, ἔν τινι τῶν οἰκείων ποιημάτων, ἅπερ αὐτῷ Διονυσιακὰ ἐπωνόμασται, οὐκ οἶδα ἐφ' ὅτῳ ὀλίγα ἄττα τοῦ Ἀπόλλωνος πέρι ἀφηγησάμενος· οὐ γὰρ τῶν προηγουμένων ἐπῶν ἐπιμέμνημαι· εἶτα ἐπάγει

Ἐξότε Μαρσύαο θεημάχον αὐλὸν ἐλέγξας
Δέρμα παρηώρησε φυτῷ, κολπούμενον αὔραις.

Etiam Nonnus ille, Panopolites Ægyptius, in poëmate quodam ſuo, quod Dionyſiaca inſcripſit, poſtquam nonnulla, neſcio qua occaſione (non enim præcedentium ſatis memini verſuum) ita ſubjecit:

Ex quo Marſyæ rebellem Deo tibiam cum arguiſſet,
Pellem ejus ex arbore ſuſpendit ſinuatam ventis.

Locus autem ipſo operis jam dicti legitur initio: quo, auerſari tibiam ſe ait, quod Apollini, ex eo tempore, quo notiſſimum de Marſya, qui hac vſus eſſet, ſupplicium ſumpſiſſet, inuiſa hactenus fuiſſet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

fuiſſet. Iam autem primo imperii ſui anno, Arianos proſcripſiſſe, eorumque publicaſſe bona, Principem Iuſtinianum conſtat. Vt tum iis qui hæretici effugere ſuſpicionem vellent, cautius ſcribendum eſſet. quemadmodum ſuperioribus temporibus, minus vel circumſpecte loquebantur, aut in quibuſdam fluctuabant orthodoxi. Qualia non pauca illi exciderunt. ſiue quod ſic ſenſerit, ſiue quod haud multum (nam hæc olim ſuſpicati ſumus) in Sacris profeciſſet: ſiue quod partis vtriuſque gratiam captaret: ſiue quod verſutiam hæreticorum, aut quam caute propter illos tum loquendum eſſet, nondum intelligeret. Quod non paucis ex præcipuis Eccleſiæ Doctoribus impoſuit. Adeo quidem, vt hæreticorum cauſa, quædam etiam in ſuis caſtigarent aut mutarent, ſed nec paucis abſtinerent. neque enim, & quomodo, & quando ſingula ſcribantur, parum intereſſe exiſtimabant. Quarum autem noſter fuerit partium, vereor ne quiſquam dubitare poſſit, qui vel Metaphraſeos initium cum cura (quod in iis præſertim ſcriptoribus, qui infirmæ iuuentuti vel proponi ſolent, vel ab ea cupide leguntur, faciundum arbitramur) ac judicio, ſecum ipſe expendet. Totum porro Drama Arii, ſi conſtitutionem ejus ac progreſſum ſpectes, ſed & blaſphemias excipias, Mimum aut Comœdiam; ſin exitum ac virus, funeſtam, cum autori tum terrarum orbi, Tragœdiam fuiſſe, dicas. Euangeliſtæ initio quid planius? qui, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, inquit. Vt illud, ſcilicet, principium, à quo creationem ſuam magnus Iudæorum Legiſlator inchoarat, ſic reſpiciat. qui ἐν ἀρχῇ omnia creata dixit. In hoc igitur principio, ἦν ὁ λόγος inquit. Vt non alia (de quo & ſuo loco diximus) diſtinctione hic aut attributo opus ſit, neque aliud, niſi, *non cœpiſſe tum exiſtere Sermonem cum initium creandi fecit Deus*, ſic dicatur. Ariani, qui perpetuo hoc agerent, vt *ſimile ſuum*, quod vrgebant, clam inducerent, ipſi autem ſemper diſſimiles ſui eſſent (vnde & facete ἀνόμοιοι ab orthodoxis dicebantur) ſuam de Filio Dei cum exponerent ſententiam, vel dubie initio, vel ita, vt quæ dicerent lenire viderentur, loqui ſolebant. Cui rei inſuper & voculas, quas, θεραπευτικὰς, venuſte antiqui dicunt, callide excogitarunt. Si quis igitur, exempli ergo, vtrumne, κτίσμα, ſiue, creatura, eſſet Dei Filius, quod hic negatur, quæreret; illi, *creaturam quidem, non vt è cæteris tamen vnam*, κτίσμα, ἀλλ' οὐχ ὡς ἓν τῶν κτισμάτων, vel (vt apud Nicephorum eſt) κτίσμα ἐξαίρετον, *creaturam*, ſed, *eximiam*, ſed &, κτίσμα τέλειον, *perfectam* dicebant *creaturam*. An ποίημα, ſiue opus, eſſet; iterum, ποίημα, καὶ οὐχ ὡς τῶν ποιημάτων ἕν, reſpondebant. eodemque modo, ſi quis, vtrum eſſet γέννημα ex illis ſcire vellet. Iam, quis ἄναρχος, ſiue immunis eſſet principii, ſi quæreres; Deum, vel μόνον, vel μονώτατον, dicebant. De Filio ſi quæreres; Ἄχρονον dicebant: quam vocem, tanquam θεραπευτικὴν, aut amuletum, vt ex eorum,

quæ veteres adducunt Theologi, fragmentis, diſcimus, in ore & calamo habebant. Ipſe, cum libere, vt docet Athanaſius, ſententiam exponeret, ἀρχὴν τοῦ εἶναι ἔχειν, *exiſtendi principium habere*, Filium ajebat. quemadmodum, eodem teſte, ſolum ἀγέννητον καὶ ἄναρχον dicebat Patrem. quem lubentius tamen, vt ſic Filio opponeret, Deum dicebat. Ne quis dubitet, ipſe Epiſtola ad Alexandrum, Καὶ ὁ μὲν Θεὸς αἴτιος τῶν πάντων τυγχάνων, ἐστὶν ἄναρχος μονώτατος· ὁ δὲ Υἱὸς, ἀχρόνως γεννηθεὶς ὑπὸ τοῦ Πατρός. *Deus quidem, qui omnium cauſa eſt, ſolus plane principii eſt expers: Filius* vero ἀχρόνως (quam vnice amabat vocem) *à Patre generatus.* Ibidem paulo poſt, vbi magis tamen fraudem abuſumque detegit vocabuli, οὐκ ἦν πρὸ τοῦ γεννηθῆναι, ἀλλ' ἀχρόνως πρὸ πάντων γεννηθεὶς &c. addit autem, οὐδὲ γάρ ἐστιν ἀΐδιος ἢ συναΐδιος. *Priuſquam gigneretur non erat* (non enim ſemper erat) *ſed* ἀχρόνως, ſiue, *extra tempus, ante omnia genitus &c. nec æternus enim aut coæternus eſt.* quemadmodum & apud Athanaſium Epiſtola De iis quæ Arimini Seleuciæq; habitæ ſunt Synodis, *Filium à Patre, vbi voluit,* ἀχρόνως καὶ ἀπαθῶς, *genitum*, teſtatur. Ἀχρόνως igitur, hoc eſt, *cum vellet*. non, *ab æterno. Erat enim*, inquit, *cum non eſſet.* quemadmodum ἀχρόνως genitum hic ait, quem fuiſſe æternum negat. Vt omittam, in ejus ad Euſebium Epiſtola, quam dedit Epiphanius, ἄχρονον, ſiue πρὸ χρόνων (ita enim ibi ille) genitum ab eo dici, qui & ibidem æternus ab eodem negatur. à qua voce tamen, quæ in promptu ſemper illis, vbi de æternitate Filii ageretur, opus ſuum inchoauit noſter. Alterum, & quidem vel inprimis hic notandum, quod in Patre, & alii & illi, tanquam in principio, ὡς ἐν ἀρχῇ, Filium locarent ἄχρονον. Quem Patrem, (ne quis hic decipiatur, aut captare nubes nos exiſtimet) eâdem voce, & eodem quidem loco, imo & eodem carmine, vſus noſter, ἄρρητον, vt illi, dixit. Audiatur Socrates, qui, ὅτι ἄρρητός ἐστιν ὁ Πατὴρ τῷ Υἱῷ, *Filio* ἄρρητον *eſſe Patrem* (epitheton hic noſtri nota, nihil enim fingimus) ſenſiſſe eum vult. οὔτε γὰρ τελείως, inquit, οὔτε ἀκριβῶς γινώσκει ὁ Υἱὸς τὸν Πατέρα, οὔτε ὁρᾶν αὐτὸν δύναται. *neque enim plene, aut accurate, Patrem cognoſcit, aut hunc videre poteſt, Filius.* Sed & apud Athanaſium ipſe Arius, συνελόντι εἰπεῖν, τῷ Υἱῷ ὁ Θεὸς, inquit, ἄρρητος ὑπάρχει. *Filio Deus* (Pater ſcilicet) *compendio vt dicam*, eſt ἄρρητος. Quem & ἄλεκτον dicebat. ſequitur enim ibi, ἔστι γὰρ ἑαυτῷ ὅ ἐστι, τοῦτ' ἔστιν ἄλεκτος. *ſibi enim eſt quod eſt, hoc eſt, ineffabilis.* Sed & in voce ἀρχῇ perpetuo ludebat. niſi quod interdum exprimeret quod vellet. Quemadmodum apud Epiphanium, eâ, cujus ſupra meminimus, ad Euſebium Epiſtola, vbi, ἀρχὴν ἔχει ὁ Υἱὸς, ὁ δὲ Θεὸς, ἄναρχός ἐστι. *principium habet Filius: principio autem caret Pater.* Cauſam autem ne quis quærat, paulo ante, ἀνάρχως προϋπάρχειν, *ante Filium, ſine principio, fuiſſe Patrem* (vt Filii, in quo eſſet, principium) præmiſerat. Ita vt ἐν ἀρχῇ, ſed ἀρρήτῳ (ea enim vtebatur voce cum de Patre ageret) cum eſſe diceret. quo tota ſimul & τοῦ ἦν, & τοῦ ἐν ἀρχῇ ἦν, quod hic dicitur,

tur, vis perit aut infringitur. quia, vt diſerte in Nicæna Synodo, qui conuenerunt ibi, Patres, προϋπάρχον τι τὸ ἦν οὐκ ἔχει. *quod præcedat* ἦν *non habet*. Qui &, ὅτι τὸ ἦν τὸ οὐκ ἦν περιγράφει. *cum*, erat *dicitur*, non erat, *tolli*, contra eundem dixerunt. cum ſuum illud, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, perpetuo cantaret. Cui ſi inſtares, vt illius, quem ἄχρονον dicebat (à qua voce noſter opus inchoauit ſuum) principium, quo eſſe in Deo cœpit, ſaltem definiret; exceptis effugiis nonnullis, nihil jam reſtabat, niſi vt id ἀκατάληπτον, hoc eſt, *tale vt comprehendi animo non poſſet* (quod ἀκίχητον hic noſter dixit) fateretur. Omnia itaque ac ſingula, quæ ante dixi, verſu vnico repræſentauit, cum ſic opus ſuum inchoauit:

Ἄχρονος ἦν, ἀκίχητος, ἐν ἀῤῥήτῳ λόγος ἀρχῇ.

Adde jam, quod, πρὸς τὸν Θεὸν, aut, σὺν τῷ Θεῷ, fuiſſe ſemper Filium, negabat idem. De quo ipſa apud Athanaſium illius verba habes. vbi, ἦν γὰρ μόνος, inquit, ὁ Θεὸς, καὶ οὔπω ἦν ὁ λόγος σὺν αὐτῷ. *erat enim Deus primo ſolus, nec cum eo erat Sermo.* qui deinde, apud Deum, aut in Deo, tanquam in principio. Quo tempore (quod tamen ante tempus), cum conderetur, nempe, Filius, cum ante μονὰς eſſet (ita enim loquebatur) δυὰς eſſe cœpit. *Solus*, enim, ante, vt ajebat ille, *erat Deus*. Quid Euangeliſta autem? Poſtquam dixit, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, ſtatim addit, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν. quod hic prætermiſit noſter. qui, poſtquam, non, ἐν ἀρχῇ, ſed ἐν ἀῤῥήτῳ ἀρχῇ, fuiſſe τὸν λόγον, dixit, ſtatim ſubjungit

Ἰσοφυὴς γενετῆρος ὁμήλικος, υἱὸς ἀμήτωρ.

Idem Euangeliſta, vt vbique deitatem Filio, ita δόξαν, ſiue, *gloriam*, qua deitas exprimitur, tribuere illi ſolet. quod θεολογεῖν τὸν Υἱὸν & δοξολογεῖν, Græcorum Theologi dixêre. Aliquamdiu autem, vt quod res eſt dicam, admiratus fui, quænam eſſet aut excogitari cauſa poſſet, quare, cum cœleſtis noſtra Aquila, vbique δόξαν Dei Filio tribueret, ipſe vocem δόξης non admiſerit, etiam cum nihil, ac ne ipſa quidem (quanuis puerile id in re tanta) carminis obſtaret ratio: imo cum & ἰσοσύλλαβος vox orthodoxa eſſet. Statim ecce primo capite diſerte dicitur, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ: quod ibi bona fide Patres, inter cæteros Theophylactus ac Chryſoſtomus, θεότητα, exponunt: qui &, quatenus id factum, pluribus ibidem docet. ita vt & ſupra omnium Archangelorum gloriam, hanc δόξαν ponant. Quid hic Metaphraſtes noſter? Ea lege Sacram receptamque ejecit vocem, vt pro hac diuerſam, omnibuſque communem hominibus, κλέος, nempe, ſubſtitueret. Audiamus ipſum:

καὶ κλέος αὐτοῦ
Εἴδομεν ἀνδρομέοισιν ἐν ὄμμασιν.

quod nihil aliud quam *fama* aut *exiſtimatio*. vt cum κλέος ἐσθλὸν in poëtis, φήμην ἀγαθὴν, interpretes, inter quos Euſtathius, exponunt. Sequitur eodem commate, δόξαν, ὡς μονογενοῦς παρὰ Πατρός. Vbi noſter,

οἷά τε τιμὴν
Υἱοῦ μουνογόνοιο παρ' ὑψίστοιο τοκῆος.

cum ſeruare δόξαν poſſet. Ab eodem Euangeliſta, de illuſtri illo quo in vinum mutat aquam Dominus miraculo, præclare dicitur, Ταύτην ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων ὁ Ἰησοῦς ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. De quo Auguſtinus, *Mirum id ſolis iis viſum non eſſe qui feciſſe id Deum ſcirent.* item, *Ipſum gloriæ fuiſſe Regem, qui, vt Deus, elementa mutauit.* Cui ipſe Origines ſcribit: qui ad eundem hunc locum, κτίστου καὶ οὐ κτίσματος, οὐσίαν μεταβαλεῖν, *creatoris eſſe, non creaturæ*, (quod ibi factum) *ſubſtantiam mutare.* Vbi iterum noſter

Ἑβραίοις δ' ἀνέφηνεν ἑὴν ὑψαύχενα τιμήν.

Hebræis, inquit, non, *majeſtatis ſuæ gloriam*, ſed, *honorem* *ſuum*. Ad ea autem quæ ſequuntur, καὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ſummi notant Theologi, Crediſiſſe quidem ante, infirma tamen fide: quem Meſſiam, tum, & quidem qui denunciatus eſſet, eſſe crederent ac ſcirent. Quæ mihi quidem fides non exigua videtur. quam tamen nihil aliud fuiſſe quam βεβαίωσιν, ſeu, confirmationem fidei aliquam, Origines volebat. qui, ἐπίστευσαν, ἐβεβαιώθησαν exponit: additque, nihil aliud fidem ibi quam βεβαίωσιν fuiſſe. Noſter, quod jam ante diximus, interpretis illius mire ſtudioſus, nihil aliud quam πίστωσιν hoc eſſe voluit. Ita enim ille:

διχοστασίην δὲ μιμοινῆς
Ἤθεσιν ἀκλινέεσσιν ἐπιστώσαντο μαθηταί.

Quod licet tanti forte non ſit, quanti cætera de quibus adhuc agimus, fieri non poteſt tamen, quin de Zonara hic cogitem; qui, Arianæ ſectæ principem primumque autorem non tam Arium fuiſſe quam Originem affirmat: quod & cogitare noſter debuit. Pergamus tamen. Iterum capite Euangeliſtæ noſtri 17, commate 5. in diuina illa Domini precatione cum dicitur, Καὶ νῦν δόξασόν με, σύ, πάτερ, παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί. vbi δόξαν, θεότητα, ſcriptores antiquiſſimi; Didymus, τὴν προκόσμιον τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ δόξαν, *gloriam, quam ante mundum Dei habuit Filius*, interpretatur: imo ita dici λόγον ipſum poſſe ait: quem & κύριον & βασιλέα τῆς δόξης ibidem vocat. Et tamen noſter,

Καὶ σύ με νῦν κύδαινε τεῷ Πάτερ ἠθάδι τιμῇ,
Ἣν παρά σοι πάρος εἶχον, ὅτε ζαθέῳ παρὰ μύθῳ
Οὔπω κιζομένοιο θεμείλια πήγνυτο κόσμου.

quaſi glorioſa Dei atque ineffabilis majeſtas (quam θεότητα, ſeu deitatem, interpretari ſolent Patres) & quam, ante orbem conditum, fuiſſe ſuam ait Dei Filius, nihil aliud quam honor eſſet: quem virtutis eſſe præmium, nec vltra, dixit Ariſtoteles: aut quaſi Dei Filius, κύριος τῆς τιμῆς, βασιλεὺς τῆς τιμῆς, recte dici poſſit. In eâdem diuina precatione, inter alia Seruator petit, Πάτερ, οὓς δέδωκάς μοι, θέλω, ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγώ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ· ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμήν, ἣν ἔδωκάς μοι,

ὅτι

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ὅτι ἠγάπησάς με πρὸ καταβολῆς κόσμου. vbi, δόξαν, illam, *qua Deus eſt*, interpretatur Auguſtinus. cum, ne hic quidem eam tolerarit, ſed, vt ſolet, immutarit noſter: qui

Πάντες ἐσαθρήσωσιν ἐμὴν ὑψίθρονον ἀρχὴν,

dixit. Quod ſi loco vno immutatum alteroue eſſet, aliud agendo forte id factum crederent, qui, quicquid poſſunt, in antiquis libentiſſime excuſant: ſi præſertim nihil ſit, cur male ſuſpicari de aliquo quiſquam, vel in partes tranſiſſe, aut aliis aut ſibi, perſuadere vel cogatur vel debeat. de Ario adhuc loquor. Ille autem quid? Quemadmodum Trinitatem admittebat, ita δόξαν, propric ac primo ita dictam, Deo tribuebat, hoc eſt, Patri. quo reſpectu & ὁμόδοξον negabat Filium. Ita enim apud Athanaſium: Αὐτὸς γοῦν ὁ Θεὸς, καθό ἐστιν, ἄῤῥητος ἅπασιν ὑπάρχει· οὐκ ἴσον ἢ, οὐδὲ ὅμοιον, οὐδ᾽ ὁμόδοξον ἔχει μόνος οὗτος. *Ipſe ergo Deus, qua eſt,* ἄῤῥητος, *ſiue ineffabilis, eſt omnibus. qui nec ſimilem nec ejuſdem gloriæ participem habet ſolus.* vbi rurſus *Deum*, non *Patrem*, habes. Adde quod & δόξας ſtatuebat plures: quas diſſimiles volebat. Idem apud Athanaſium, Ἡ γοῦν τριάς ἐστι δόξαις ἀνομοίοις &c. Ἡ ὑπόστασις μία τῆς μιᾶς ἐνδοξοτέρα δόξης εἰς ἄπειρον. *Trinitas eſt ergo, gloria aut majeſtate diſſimili nec pari. Perſona enim vna, glorioſior, idque in immenſum, altera.* Ipſam autem δόξαν, ſiue δόξας, Filio largiri Patrem. quem τὸ εἶναι, καὶ τὸ ζῆν, καὶ τὰς δόξας αὐτῷ παρέχειν, *eſſe ſuum, pariter, & vitam & gloriam conferre*, Filium autem, εἰληφέναι ταῦτα, *accepiſſe hæc à Patre*, idem apud Euſebium Epiſtola, de qua jam ſupra, ad Alexandrum teſtatur. Eandem δόξαν, de Filio cum ageret, χάριν, ſiue, τιμὴν, imo μισθὸν, ſeu *mercedem* (quod diſerte altera aduerſus Arianos diſputatione Athanaſius teſtatur) impie dicebat. Qui, Εἶτα ἐπιφέρουσιν, ὡς σοφόν τι λέγοντες, εἰ διὰ τοῦτο ὑψώθη, καὶ χάριν ἔλαβε, καὶ διὰ τοῦτο κεχάρισται, μισθὸν τῆς προαιρέσεως ἔλαβε. *Dicere*, inquit, *tanquam magnum quid & ſapientiæ occultæ audent, ea quæ collata eſſent Chriſto* (vnctionem, nempe, & cætera) *non aliud quam gratiam, honorem eſſe ac mercedem. vt ſic præmium* τῆς προαιρέσεως *haberet.* Quare autem δόξαν Filio non tribuebat Arius? quod, nimirum, ὁμοούσιον negaret: quod ſufficere illi τὴν τιμὴν exiſtimaret. Qualem autem? etiam minorem, quam quæ deberetur Patri: & quidem adeo, vt Filium ἰσότιμον negaret Patri. Verba Diſſertatione de Synodo Nicæna apud Athanaſium hæc ſunt: Ὅτι οὐκ ἴσος ἐστιν ὁ Υἱὸς οὐδὲ ἰσότιμος τῷ Πατρί. quia, quicquid habet, παρὰ τοῦ Θεοῦ ἔλαβεν, *à Deo accepit*, inquiebat ille. Apud eundem, vbi de ea, quæ Arimini Seleuciæque habita, agit, Οὐδὲ γὰρ διστάσειεν ἄν τις, τὸν Πατέρα, τιμῇ, καὶ ἀξίᾳ, καὶ θεότητι, καὶ αὐτῷ τῷ ὀνόματι Πατρικῷ, μείζονα εἶναι. *Neque eſt cur quiſquam dubitet, honore, dignitate, deitate, vt & nomine Paterno, majorem eſſe Patrem.* Vbi iterum τὴν τιμὴν habes: quæ tantopere huic placet, & in quam Euangeliſtæ δόξαν toties mutauit. Quid quod idem de quo agimus, diſſimulatione vſus nulla, quod in Ario damnatum fuerat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Filium imitari dixit *Patrem?* quod enim quinto capite inuênit, ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ, ita extulit:

Ἔργα γὰρ εἴν ἑνὶ πάντα Πατὴρ ἐμὸς ὁππόσα ῥέζει,
Ταῦτα θεὸν γενέτην μιμούμενος Υἱὸς ἀνύσσει.

Quam inuiſa Arii temporibus vox eſſet ὅμοιος, quis neſcit? vt non ſine cauſa, inter cæteras, præcipue hanc illi hæreſin, quod Filium Dei, ſimilem Deo tantum diceret, Philaſtrius atque alii aſſcribant: quemadmodum & per contemptum, ὁμοουσιαστὰς orthodoxos ab Arianis dictos, idem notat. qua voce vt mox videbimus, inuito prope ac recuſante verſu, vti voluit. Capite quinto, is Euangeliſtæ extat locus, Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ. ad quem locum Cyrillus, Ὁ γὰρ ἴσος ἐν ἔργοις καὶ περὶ τὴν τῶν νεκρῶν ἀναβίωσιν, οὐκ ἂν ἔχοι κατά τι τὸ ἔλαττον. Ἢ πῶς ἂν εἴη πρὸς τὸν Πατέρα λοιπὸν ἑτερόφυλος, ὁ τοῖς αὐτοῖς διαλάμπων ἰδιώμασιν; *Qui ipſis enim operibus, etiam mortuis reſtituendo vitam, Patri eſt æqualis, nihil, quo ſit inferior, habere poteſt. Quomodo autem, quaſi alienigena,* ſeu, *non ejuſdem cum Patre ſit ſubſtantiæ, qui iiſdem præditus proprietatibus?* Eo enim impudentiæ hæreticus deuenerat, vt (apage blaſphemiam) ξένον, καὶ ἀλλότριον τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας, *peregrinum, & alienum quaſi, à ſubſtantia Patris,* teſte Athanaſio, eum diceret. Quid quod ad eundem, de quo agimus, Euangeliſtæ locum, B. Hieronymi præceptor Didymus, quem ille, cæcum licet, videntem ſuum dicebat, τὸ ὁμοούσιον probauit? qui, Ἐπειδὴ ὁμοούσιος ὢν ὁ Υἱὸς, ἀχώριστον ἐνέργειαν ἔχει, καὶ πᾶν ὃ ποιεῖ ὁ Πατὴρ, ἅμα καὶ ἀχωρίστως ἐνεργεῖ ὁ Υἱός. *Filius cum ejuſdem ſit ſubſtantiæ cum Patre, inſeparabilem quoque ab eo vim agendi habet: omniaque quæ agit Pater, ſimul, nec ſeparabiliter, perficit & Filius.* Vitam enim reddere defunctis, cum ſolius Dei ſit, quomodo qui vitam reddit mortuis, non Deus eſt? niſi & hic imitationem cum noſtro quandam, aut δόκησιν, ponamus. In tam illuſtri igitur loco, quomodo loquatur, videamus. Ita ergo ille,

Ὥσπερ γὰρ γενέτης νέκυας μετὰ πότμον ἐγείρει,
Ζωγρήσας παλίνορσον ἀκινήτων δέμας ἀνδρῶν,
Οὕτως οὓς ἐθέλει καὶ ὁμοίιος Υἱὸς ἐγείρει,
Ζωγρήσας φθιμένων παλινάγρετα σώματα φωτῶν.

Vbi, quærat aliquis, quid opus fuerit, vt tam illuſtri loco, illo vteretur attributo, propter quod notatus fuit Arius (quanquam & præcipuo cenſori ejus excidiſſe id alibi non neſciam) cum τὸ ὁμοούσιος ne verſus quidem ratio excluderet. niſi magis forte poëticum hoc dicas. Quid ſi autem ſint, qui, non poëtæ, quam non orthodoxi eſſe malint? Quid ſi autem, poëtarum cauſa, vel inprimis illud fuerat vitandum? qui non ea quæ ſimilia ſolum, ſed &, ſenectutem, bellum, contentionem, mortem cæteraq; quæ ingrata, imo malum ipſum, quod commune omnibus, κακὸν ὁμοίιον, vocare ſolent. quæ ne quidem ὅμοια dicuntur. Et an ſolus ignorare potuit, in deteriorem par-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

tem, τὸ ὁμοίιον, Homero vſurpari, Apionem & Herodotum Grammaticos, notaſſe? Idem Arius, vt Filium, nihil aliud quam inſtrumentum, aut ſubminiſtrum, in creatione (quem ὑπουργὸν dicebat) ſuis atque aliis fuiſſe perſuaderet, perpetuo ad illum Salomonis Prou. 8. recurrebat locum, Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, εἰς ἔργα αὐτοῦ. quemadmodum & noſter, poſtquam Patrem, κόσμου τεχνήμονα, *mundi artificem*, illo verſu dixiſſet,

Ἀενάῳ συνέλαμπε Θεῷ, τεχνήμονι κόσμου,

Filium illi, tanquam inſtrumentum, ſiue architecti ſubminiſtrum, addidit. quem ex eodem Salomonis loco, quo abutebatur ille, ἐργοπόνον noſter dixit: ex eodem quippe fabricatum eſſe hoc nomen patet. Non enim ita multo poſt

καὶ ἐργοπόνου δίχα μύθου

Οὐδὲν ἔφυ τόπερ ἔσκε.

de quo plura ſuo loco. Adde, quod vt noſter Deum Patrem hic τεχνήμονα, ita Arius, eadem vſus voce, τεχνίτην eum dixerat. de quo ita Diſputatione aduerſus Arianos III. B. Athanaſius: Ὡς δὲ παρὰ διδασκάλου καὶ τεχνίτου μεμάθηκε τὸ δημιουργεῖν. *Sermonem, tanquam à magiſtro & artifice* (Deo ſcilicet) *creandi artem didiciſſe*, ajunt. De Sancto Spiritu quam parum reuerenter & ſentire & loqui Arius ſoleret, idem, neque vno loco, B. Athanaſius probauit. De quo & videndus in Nicæna Synodo Gelaſius. qui Arianum quendam, ſimulque (quod Arianis non minus recte quam aliis tribuitur hæreticis) πνευματομάχον inducit Philoſophum. quam & cauſam arbitramur, quare attributum illi proprium, quantum poteſt fieri, vbique declinarit noſter. Ita capite primo, pro eo quod, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι ἁγίῳ, Euangeliſta dixit, ille,

Ἐν πυρὶ βαπτίζων καὶ πνεύματι.

Sed & ſeptimo, cum, οὔπω γὰρ ἦν Πνεῦμα ἅγιον, dicitur, non attributum modo prætermiſit, ſed & aliud omnino dixit. qua de cauſa & cum maxime vrgeretur, eundem Spiritum, non ἅγιον, ſed ἁγνὸν πνεῦμα, dixit. Ad illa, quidem certe Domini & Seruatoris noſtri verba, quæ cum tanta vi ac efficacia ab eo dicta capite vigeſimo leguntur, Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον, antiquus notat Theologus, δι' ὧν ἐμφυσήσας ἔδωκε τὸ πνεῦμα, ἔδειξεν ὅτι ὁμοούσιον αὐτοῦ ἐστιν. *eo quod inſſlando contulit Spiritum, ejuſdem eſſe ſecum ſubſtantiæ oſtendit*. Metaphraſtes autem quid? Ille vero

Ἁγνὸν πνεῦμα δέχεσθε.

Quaſi Dominus nihil ſuis præter caſtitatis Spiritum reliquerit: aut quaſi S. Spiritus, qui Deus dicitur ac Dominus (quod, θεολογεῖσθαι καὶ κυριολογεῖσθαι, antiquis dicitur Theologis) vt omnipotentiam, vt quæ tribuuntur illi jam omittam cætera, non aliud quam Πνεῦμα ἁγνὸν, *caſtitatis Spiritus*, dicendus ſit. Quod vix Angelis Archangeliſue ſuis Græci tribuant, qui eorum laudes, vt Michaëlis

ſui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ſui Pantaleo, ſcripſerunt. cui autem ſic ſanctificatio aſſcribitur? Cur non igitur,

Πνεῦμ' ἅγιον δέχνυσθε

dixit? Eandem autem quis non ſuſpicetur cauſam, quod in illuſtri loco illo, ὁ δὲ παράκλητος, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ πέμψει ὁ Πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου, vocem παράκλητος expreſſit, cætera, in primis attributum, prætermiſit? Capite decimo, Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν, dicitur. Ad quem locum Græci Theologi, ἓν γάρ εἰσι τῇ οὐσίᾳ, *vnum enim ſunt eſſentia*. Vbi Metaphraſtes,

Αὐτὸς ἐγὼ, μεδέων τε Πατὴρ ἐμὸς, ἓν γένος ἐσμέν.

Ego & Pater, inquit, *meus, qui regit*, ſeu, *gubernat, omnia, vnum genus ſumus*. quaſi ſolus omnia gubernet Pater, & non Filius, atque hic diſcrimen ſit: aut quaſi filius quicunque non ejuſdem ſit generis cum patre. Sed & quaſi non de Deo quoque hominibuſque Aratus

Τοῦ μὲν καὶ γένος ἐσμέν, .

quo loco ipſe vſus eſt Apoſtolus, olim dixerit: quia Deùs, nempe, pater omnium: aut quaſi denique idem genus ſit quod οὐσία. Ejuſdem, de quo agimus, Euangeliſtæ cap. 14. dicitur, ὅτι ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστιν. *Pater enim meus major me eſt*. Vbi veteres, inter cæteros Ammonius, οὐ τὸ μείζονα εἶναι τὸν Πατέρα, ἑτέρας αὐτὸν οὐσίας ποιεῖ. *non quod major ſit Pater, alterius eum efficit eſſentiæ*. Metaphraſtes

Οὕνεχ' ὅλων μεδέων γενέτης ἐμεῦ ἔπλετο μείζων.

quæ omnia pluſquam ſuſpicionem nobis mouent ac injiciunt, earum partium fuiſſe quas commemoraui. Et profecto, licet ita circumſpecte ac prouide, ne ex antiquis quidem Patribus, ſcripſiſſe omnes ſciam, vt non alibi, vel κατὰ συνέμπτωσιν, & incogitanter, vel aliis intenti, antequam de ſtatu præſertim controuerſiæ conſtaret, iiſdem vſi ſint nonnunquam vocibus, quibus abuſi ſunt Eccleſiæ hoſtes; qui eaſdem tamen, iis præcipue in locis, quibus maxime vel οἱ ἑτερούσιοι vel οἱ ὁμοιούσιοι abutebantur, mutatis in contextu jam receptis, ita cumulet, vt de compacto quaſi ac lubenter ita loqui videatur, vtrum extra omnem ſit ſuſpicionem, neque ſaltem caute ac cum judicio legendus ſit, alii videant. Nos, vt non vel iis vicinum fuiſſe temporibus, vel non iis ipſis ſcripſiſſe exiſtimemus, de quibus alibi antiquus doctor, *Totum orbem Arianum ſe miratum eſſè, ac vere tunc ingemuiſſe*, nondum obtinere à nobis poſſumus. Si quis tamen, vel incogitantiæ, vel tirocinio illius qui à paganiſmo recens adhuc eſſet, hæc aſſcribi malit, modo ne autoritate ejus abutatur, Chriſtianæ omnia libenter charitati indulgemus. qui & inter cætera, non procul à paganis abfuiſſe in quibuſdam Arium, non ſemel monuiſſe virum, in his vere excercitatum, B. Athanaſium, meminimus: ſed & conſcriptam ab eodem Thaliam non ignoramus. Cujus vt profanam inſcriptionem, ita characterem,

ćterem, diſſolutum ac laſciuum, neque Sotadeæ diſſimilem poëſi, vel è Socrate ſcriptore Eccleſiaſticæ didicimus Hiſtoriæ. cum præſertim neque eos reprehendi videamus, qui in tot antiquos Patres vel cenſuras hactenus dederunt, vel eorum næuos, Tertulliani inprimis, Lactantii ac Cypriani, vt alios omittam, cum omnibus communicarunt. ne de iis dicam qui Antidota ſcripſerunt. Quanquam neque fieri interea non potuiſſe ſciam, vt, quod multis ante ac poſtea euênit aliis, in meliorem ac Regiam reuerſus viam ſit. vt vt ſit, nunquam nos & hic & alibi pro orthodoxis, ex autoritate eorum qui has olim controuerſias tractarunt, fortiter ſtetiſſe pœnitebit. Cæterum, cum artis de qua agimus nunc hujus partes ſingulæ ac membra, finem ſuum habeant aut ſpectent; finis tamen omnium eſt veritas. Nam & ea, quæ, quid admirandum in antiquis ſit vel fugiendum, docet atque obſeruat, vt & ea quæ corrupta à librariis ac ſciolis emendat, finem vtraque habet id quod optimum. Sed & quæ adjudicat abjudicatque, ac ſuum cuiq; tribuit aut alienum demit, verum reſpicit aut falſum. quod commune ita eſſe omnibus poteſt, vt id quod optimum præponderet. Quanta ergo hujus, ſiue ſtudii ſiue artis, ſit vtilitas, apparet. Nemo enim recte ſcribit, niſi qui antiquitatem imitatur: nemo recte imitatur, niſi qui virtutes tantum imitatur. quod non poteſt niſi qui & vitia intelligit. Sed & vitia cum dico, ea quoque quæ corrupta ab ætate aut ipſis Criticis, intelligo. Quemadmodum, cum Maro, poſt tot Criticorum agmen, qui Homeri corpus lacerum collegerant, digeſſerant, interpolarant, recenſuerant, ac emendarant, diuini, quo inprimis excelluit, judicii ſecutus normam, opus nobis dedit, quod διόρθωσιν Homeri, vel cenſuram, dicas. qui ad accuratam & vbique ſui ſimilem ſcribendi formam & Romanam majeſtatem, omnia redegit. Ita autem ſemper judicauimus: Æneidem, non minus Critici quam maximi autoris maximi Poëtæ opus eſſe. Qui ipſe, quanuis non tam Poëtarum quam ſcriptorum omnium ſit norma, non euaſit tamen, quin, quod morte imperfectum, vt exiſtimabat ipſe, opus reliquiſſet, Varius & Tucca, Critici ætate illa celeberrimi, Auguſti juſſu, emendarent: cum & Varius, vt quidam volunt, etiam librorum in quibuſdam immutarit ordinem. Sed & C. Iulius Hyginus, Auguſti libertus, παροράματα diuini viri, ſiue ἀπροσεξίας, & μνημονικῶς ἡμαρτημένα, annotaſſe fertur. Nam Herennium, qui vitia, Petilium, qui furta, alioſque ejuſdem generis ac ſtyli, ſycophantas potius quam Criticos habemus. quia alterum ingenui ac liberalis, alterum infeſti καὶ ὑπούλου animi eſt opus. Nec profecto male Zoilum Homero-maſtigem, idem Ptolemæus, qui ampliſſimis Ariſtophanem muneribus, Vitruuio autore, ornauit, eſurire juſſit: quem nonnulli, vt teſtatur idem autor

doctiſſimus, cruci affixum, alii obrutum lapidibus, alii viuum in pyram conjectum, tradiderunt. hoc, nimirum, Criticus & ſycophanta intereſt. Neque dubitamus, quin Homerum prius recenſuerit Virgilius quam ſcripſit. Quod, tum viris maximis peculiare, etiam ab Ariſtotele, etſi non hoc fine, factum eſt. quemadmodum ſuauiſſimum neque ſatis commendatum hactenus poëtam, Cointum Calabrum, multa de induſtria, quæ in Homero ſciolorum aut Grammaticorum corruperat licentia, vitaſſe, ſemper arbitrati ſumus. Cæterum, vt quiſque accuratius eandem hanc conjunxit artem, ita in ſcribendo longius à culpa abſuiſſe, certum eſt. Quid enim vel Apollonio exactius ac preſſius? vel Callimacho amœnius, terſius, caſtigatius? qui judicium, quod in ſcribendo maxime requiritur, in alienis, antequam in ſuis adhiberent, prudentiſſime formarant ac ſubegerant. Ætate noſtra iterum ſe Critice commouit. cum qua duo treſue ſummi hac ætate viri omnes prope conjunxerunt diſciplinas: plerique vnam modo partem calide amplexi ſunt. quæ in corruptis, nempe, veterum autorum locis, aciem ingenii exercet. In qua, judicium ſummum, nec vulgaris ſed eximia cum requiratur eruditio, facto ſimul agmine in eam tempeſtate hac noſtra, magno vniuerſæ dehoneſtamento, inuolarunt,

Ἡ βυλλιῶντες ἄφρονες νεωΐαι.

Grex puſionum veſticeps, mentis minor,

vt antiqui dicerent. Cum eam veteres potiſſimum excolerent, quæ circa τὴν ἀθέτησιν, ſiue, *in notandis autorum vitiis*, verſatur. quam in alienis plurimi cum Ariſtarcho, omnes fere in ſuis adhibebant. Sic Platonem ad octuageſimum vſque ætatis annum, emendare ſua, &, qua voce hic Critici vtuntur, βοστρυχίζειν ſolitum, antiqui notant. Ejus ergo artis, de qua hactenus à nobis dictum, à qua vna omnium diſcliplinarum antiquarum, ſi, vt debet, in autoribus adhibeatur, reſtauratio ſperanda eſt, finis eſt veritas: argumentum, aut ſubjectum, ὕλη ἀμέθοδος, ſiue, omnis, vt antiquis placuit, ſcientia. Ad vtranque vel inprimis linguarum requiri ſcientiam, res ipſa, quæque hactenus à nobis dicta, ſatis probant. cum ſine iis neque cæteræ in reliquis ſcriptoribus ſcientiæ, neque in Sacris, qui ex Oriente profluxerunt, codicibus, ſcientiarum princeps omnium, tractari, vt oportet, Theologia poſſit. Quare, vt Romanam Græcamque, ita cum Hebræa ac Chaldæa, Helleniſticam requiri, ipſa ratio ac vſus euincit. Inter quas vt multis Helleniſtica blanditur; ita paucos ad examen & interiora hactenus admiſit. Vt, cum plurima in Nouo Fœdere à ſummis maximiſque præſtita ſint viris, haud minima, ſi verum volumus fateri, ſupereſſe adhuc pars videatur. Hebræa, quippe, Chaldæa, ac Syra, ad ſummum jam profectus apicem ac incrementum, maxi-

morum hominum auſpiciis peruênit. Inter quos nuperrime fatalis ille Orientis in Europa reſtaurator Thomas Erpenius fuit; datus orbi ſimul & ereptus. Cujus vt jucundus olim amor, ita nunc funeſta nobis eſt memoria. Et quis poſt clariſſimum ſummumque virum, vt nunc alios omittam, quos hæc ætas extulit, Buxtorfium, aliter pronuntiare audeat? Qui vt nihil olim reliqui ad exornandas eas fecit literas, ita ipſas ad majora contulit jampridem ac prouexit. Idem, qui ne cætera commemorem, non modo opus Biblicum, cum priſcis Interpretibus ac Targumiſtis, quos labore maximo reſtituit ac emendauit, ſed & præſtantiſſimum De criſi Hebræorum opus dedit. Cujus inſtituto magnæ eruditionis, ſummæ expectationis vir Sixtinus Amama ſuccedit: à quo multa ſibi orbis ſpondet, quia plurima jam habet. Pergite animi præclari, qui non ignoratis, verum eſſe illud דומים החכמים בארץ למאורות בשמים: *id quod cæli lumina in cælo, hic in terris ſapientes eſſe.* quod de veſtri ſimilibus veſtri pronunciant ac dicunt. Pergite, ô animi præclari, rebus literarum afflictiſſimis adeſſe. Audete ab hoc ſæculo ingrato ad poſteritatem, ab hominibus ad Deum, à liuore ac æmulatione ad laboris veſtri conſcientiam ac publicam vtilitatem prouocare. Nam qui linguas eruditas, qui hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcientiam ac eruditionem, ἀπὸ τῶν δογματικῶν in Sacris ſeparare audent, nihil obtinere poſſunt, niſi ad tribunal proprium appellent: quibus nemo noſtrûm hactenus cognitionem cauſæ defert. Non enim, niſi pro tyrannide quam peſſime affectant, niſi pro barbarie, quam ſummis viribus defendunt qui hanc ſolam amplectuntur, ſententiam pronuntiare poſſunt. à qua eruditi ſemper prouocabunt. Quo autem, niſi ad illuſtres nobileſque prouocabunt animas? quales Theologos antiquitas, noſtro tempore Academia hæc habet: vt doctiſſimos, ac omnium ſcientiarum linguarumque ad exemplum peritiſſimos, ita ſummos barbarorum hoſtes. Nam cum imperitis fruſtra in certamen venias. qui, vbi omnes machinas aduerſus magnos ac præclaros homines produxerint, ſi cauſa cadant, aut ab iis repellantur, vno axiomate defungi ſolent, *Nihil ad farinam hæc conferre*. quod nunc omnium qui eruditionem negligunt intercalare carmen eſt. Et profecto, nec ſcientia nec eruditio (fatendum enim eſt) ad fœnum quicquam conferunt, quo boues, aut ad carduum quo aſini paſcuntur. vt non mirum ſit, ſi tales, non in ſcientia ac ratione fructum vitæ, ſed in cibo finem ejus pariter & fructum ponunt. quodne belluæ profiteantur, nihil præter linguam obſtat. Et tamen, tanta fuit veterum ſimplicitas, vt T. Liuius, bouem locutum eſſe, inter prodigia non ſemel poſuerit: cum non raro ſimiles hoc tempore loquantur. Quas voces ac opiniones contumeliæ in eruditos ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

contemptus comitatur. Quæ calumniæ, quæ Furiæ, qui contumeliarum Acheron, Reuchlinum, cum de Græcis Hebræiſque literis reſtituendis primum cogitauit, exceperit, cum quibus monſtris conflictatus ſit, quis eſt qui neſcit? Donec ad Leonem prouocauit: qui has factiones, eruditionis in Europa inſtaurator, feliciſſime compoſuit, ac furioſos impetus ſedauit. Acceſſit liber lepidiſſimus, ſiue ab illo, quod nonnulli volunt, ſiue ab alio conſcriptus, qui, vt riſum cæteris, ita ſycophantis ſilentium indixit.

Nam riſu amœno res amœnior nulla eſt.

neque quicquam plus aduerſus iſtos poteſt. Ac ne nobis quidem in conflictu deſperandum eſt. Tantum hilari ac magno animo eſt opus. Quem majorem eſſe hac tempeſtate oportet, quia ante, animi in literas propenſi tantum, nunc conſtantiæ periculum ſubitur. Eo enim jam deuentum, vt vel eruditio ac virtus, tanquam clypeus, abjiciendæ, aut pro iis fortiter pugnandum ſit. Porro, vt in acie afflicta aut à cæteris deſerta, qui poſtremus omnium tuetur locum, robur partis, ſummæque merito virtutis exemplum habetur; quia animos ab hoſte, à calamitate ſumit vires: ita hac ætate plus meretur qui non ceſſat, quam ſuperioribus qui aliquid cum multis laude dignum præſtiterunt. De quo cogitare nunquam deſinemus. qui ſi fugientes toto orbe literas & eruditionem, ſiſtere ac retrahere non poſſumus; ſequemur, & poſt eas libentiſſime expirabimus. Nam, vt ille ait,

Βίου πονήρου θάνατος εὐκλεέστερος.

Inter cætera & curæ nobis fuit, vt, cum à doctiſſimis ſummiſque viris alibi diſſentiamus, raro nomen, &, vbi faciendum fuit, cum honore exprimamus: neminem, quo morbo plurimi laborant, traducamus. Vt cum alii ad eruditionem prouocare audeant, nullum nobis præter hoc modeſtiæ aſylum, quo confugiamus, ſit relictum. quod tutiſſimum in omni ſcriptione, ac prope ſacroſanctum, ſemper arbitrati ſumus. Nam qui ſponte maledicit, ſcurram profitetur: qui reſpondet maledictis, ſponte infamiam, quam aduerſarius meretur, in ſe transfert: ſin modeſte aut cum riſu, auget, & æternam ejus nomini inurit. Neque aliter cum Nonno egimus. à quo & ex vtilitate publica diſſenſimus. Quod qui nobis non concedit, è Senatu illud receptiſſimum, QVI ALIA OMNIA; ex antiquorum, qui hic nobis præiuerunt, & ſcriptis, & è vita, omnem judicandi libertatem tollit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

DANIELIS HEINSII

ARISTARCHVS SACER,

SIVE

ad Nonni in Iohannem Metaphraſin

EXERCITATIONES.

CAPVT I.

Iudicatrix, ſiue, vera Critice, quæ & qualis. Eam paſſim exercuiſſe Ariſtotelem. De vtroque Nonni opere. Ac primo, de Dionyſiacis, ſeu Bacchicis. Bacchi hiſtoria cum vniuerſa ejus gente è Phœnicia deducta. quod ex vocum veſtigiis apparere. A Cadmo rerum ac ſcientiarum in Græcia origo. cadmoni, ejuſque vſus. ὡς σοφὸς εἶπε. בקדמין *Chaldæorum. Cadmi in Bœotiam aduentus, & in ea mera Orientis nomina: vt & autoris primi. Id quo pacto etiam Hebræis vſurpatum. Thebæ vnde dictæ. Bacchi nomen è Phœnicia. vnde deſumptum. Vlulare &* ὀλολύζειν *in ſacris Bacchicis.* εὐοῖ *& euohe Hebræorum voces. à quibus* εὐάζειν *& Euan. Bacchus lachrymoſus Deus. Tragœdia poëma lachrymoſum, & hinc Baccho conſecrata. Adonis* δακρυότιμος. *Bacchus diſcerptus, ac cum lachrymis quæſitus.* βάκχος, κλαυθμός. *Eleleus, vox Hebræa.* Διόνυσος *vnde. Origo ejus Nonno ignota, & quid de ea ipſe. Dictus quomodo, & vnde. Bacchus domitor Indorum. id quoque vnde. Saba vox ambigua. Saba, de ebrietate. Saba & Seba. Sabaſius.* σαβάζειν. σάβος. *Iacchus Atticorum Myſticus. Ejus nomen vnde. Attici à Cadmo atque Oriente oriundi. Nomen iis vnde. Iah à Iudæis in menſa celebratus. Eorum preces. Halelu jah.* Ἐλελεῦ Ἴακχε. *Natus è femore Bacchus, & quare. Femur, pars obſcœna Hebræis.* ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ μηροῦ. Εἰραφιώτης. *Semele vnde. Semel vox Hebræa. Semala & Semal. Sammael, malus dæmon. Arma Bacchi ex Oriente. Thyrſus vnde. Thirza. Bacchi ſacerdotes ex Oriente. Mimallonides vnde. Chaldæam origine eam vocem. Thyades vnde.* תעה, *ſiue,* טעה. *Baſſarides. Baſſareus, & vnde. Satyri vnde. Maron vnde. Pytho vnde. Stultiſſimæ de ea Græculorum næniæ. pethen quid. nichas, nachas. diuinationes ex ſerpentibus. Serpentes* οἰωνοί. *iidem antiquis, &, præ cæteris, Phœnicibus culti. Boreas. Læuum ejus numen. Aquilo & Septentrio quid Hebræis denotarit.* Βορεασμοὶ *Græcorum.* Βόῤῥας *Helleniſtarum. ſerpens* בריח δράκων ἀποστάτης. *Calais, & vnde. Draco Arcticus. Aſcra, patria Heſiodi, & vnde dicta. Aſchera. Abominanda lucorum ſuperſtitio. Arborum cultus.* אילנא *Chaldæorum. Helena. Leda, & vnde. Oni & haoni. Aonia vnde. Harmon. Muſæ. muſar. Lex in monte lata. Harmonia. Cabiri. Camiri. Cadmelus, Caſmilus, Camillus.* Ἀθλωᾶ. *De ejus origine Nonni ac Græcorum ſententia. Chaldæorum thenaa. Iris Nonno in India nata. Græcorum de origine illius næniæ. ab* εἴρειν *deducta. Iris vnde.* εἶρ *Helleniſtarum. Hir Chaldæorum. Ir* ἄγγελος. ἐγρήγοροι ἄγγελοι, *Clementi. Venus Libani, & vnde ita dicta. vnde* ἀφροδίτη. *vnde* ἀναδυομένη. *Venus vnde.* Ἐν *quid Helleniſtis. Fen & Ven. Adonis, comes Veneris quare, & quis. Adon, Sol. Venus* σύνδρομος *planeta Solis. Noga.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Cinyra. Myrrha. Adoni, Adoni. Eli, Eli. vnde & Græcorum ἥλιος. Κρόνος. Χρόνος. *Saturnus. idem cum Sole, deque ejus origine vocis diſſertatio vberior. Proteus quis. Dionyſiacorum diſpoſitio. De ea diſputatum. Actionum, quæ in epico poëmate à poëta deſcribuntur, diuiſio. Odyſſea, quod ad diſpoſitionis artificium, Iliadi prælata. & quare.* πλασμοῦ μηχανή. Διονυσιακὰ, *inſcriptio. Aliud* πρᾶξις & πράγματα. *Inſcriptionum ratio antiquis vſitata.*

INter cæteros ſcriptores, quos vel celebres accepit, vel ad aliquam celebritatem noſtra hæc euexit ætas, ſine dubio & Nonnus eſt. In cujus Bacchicis tum emendandis, tum Latine explicandis, cum non pœnitendam, quod nonnulli teſtantur, operam jam olim Vtenhouius, vir nobilis Gandenſis, poſuiſſet, tandem ea magno cum fauore eruditorum ac applauſu, Gerartus Falkenburgius in lucem dedit. Nam Metaphraſis, de qua hic agimus, jam pridem factum eſt, cum eruditis ſe probauit. Porro, cum in omnium autorum lectione, vt, quis ſcopum aſſecutus ſit, quis item, in dicendo ac interpretatione, ſiue mentis ſuæ, quæ eſt eloquentia ac emendata ratio dicendi, ſiue alterius quem explicandum ſumpſit, minus aſſecutus ſit quod debuit, compertum quiſque habeat, haud parum intereſſe ad ſolidam ſcientiam ac eruditionem videatur; idem alios docere poſſe, erecti eſt ingenii ac artis; Critices, videlicet, vnius opus. Non illius, quæ hac tempeſtate celebratur, ſed quam inter veteres præ cunctis Ariſtoteles tractauit: qui in præclarum ac vere heroicum hoc ſtudium, cum paſſim, vbi de ſingulis Philoſophiæ agit partibus, tum præſertim in libello de Poëtica, cujus ſola jam fragmenta extant, omnes animi intendit neruos. Quod hoc tempore, eo diligentiore nobis cura ac labore reuocandum erat, quanto illis promptius hoc fuit, qui & plures quam nos hodie autores ſuperſtites habebant, & ingenio majori ac doctrina huic rei incumbebant. Sed nec quiſquam erat, qui vtilitatem ejus, cujus finis erat veritas, vel non videret, vel non æſtimaret. Et profecto, quemadmodum qui priſcos vel contemnunt, vel ne tangunt quidem, negligentes aut imperiti ſunt: ita qui eodem loco omnes habent, aut in vno aliquo mirantur omnia aut imitanda arbitrantur, commiſeratione dignos arbitramur. quibus diſſimiles, de poſteris non optime mereri tantum, ſed & leges ferre cæteris: quas ſi aſſequuntur, veteres vel recte imitari, vel cum his contendere ac certare queant. Ego quidem, quanquam omnibus antiquis tantum arbitror deberi, quantum illis merito debetur qui ad omnem eruditionem tanto cum ſucceſſu præiuerunt nobis, longe tamen melius de ſtudiis, non hujus tantum æui, verum & poſteritatis vniuerſæ arbitror mereri, qui antiquitatis ſcripta cum judicio examinant; quæ laude digna, quæ in illis fugienda ſint, obſervant; quam qui infinitos in ſcriptore antiquo locos feliciſſime emendant. Vt viuendi enim ita & ſcribendi norma eſt judicium, ac lex ſuprema. Quo vt quiſque acrius in terris pollet, eo magis alios obſtringit. inprimis autem eos, qui, cum cæteris excellant, hoc deſtituuntur. Duo autem noſter ſcripta cum vulgarit; alterum eorum, prout voluit, formauit ac diſpoſuit, alteri non dedit diſpoſitionem, ſed inuênit. Nos priuſquam, quod propoſitum hic nobis, de Metaphraſi, in qua verſamur nunc, ſiue Sacro hoc opere, agamus, quædam de priori, de quo alii nonnulli jam ſententiam dixerunt, præmittenda judicauimus. Ipſum enim Bacchicorum opus, quanuis fabuloſum, vt eſt, eſſe videatur; vix dici tamen poteſt, quantum eruditionis ex antiquitate, & inprimis Oriente, argumentum hoc admittat. Cum in eo primum quoque Cadmi in Græciam deſcripſerit aduentum. à quo res humanæ ibi ac diuinæ, ſed & lingua pariter & diſciplinæ, quas non recte vindicare ſibi

ſolent

ſolent Græci, ortum ac natales acceperunt. Illud ergo deplorandum, hominem ex Oriente oriundum, cum hiſtoriam eaſque res ſuſciperet, quas multi è Græcorum gente ſic tractaſſent, vt vix quicquam nobis præter fabulas ac tenebras dediſſent, ita eas deſcripſiſſe, vt originem ac veritatem, quæ ex ſolo Oriente, vbi omnia hæc nata ſunt, petenda fuit, vix aut leuiſſime attigiſſe videatur. Nemo enim dubitare debet, totam Bacchi fabulam, cum vniuerſa ejus gente, è Phœnicia deductam: nemo dubitare poteſt, ejus linguæ in ipſis quoque vocibus vbique ductus ac veſtigia nunc ſupereſſe. Cujus plane ignari cum eſſent Græci, minus mirum, id in mentem iis non veniſſe. Cadmum quidem certe, à quo voces ſuas pariter cum Sacris acceperunt, Phœnicem plerique tradunt. quam ad Syriam, & alii, & Ptolemæus, refert. Eundem in Bœotiam veniſſe primum, nemo eſt qui neſcit. à quo omnia propemodum locorum nomina, originem vel acceperunt ac ſeruarunt, vel ad eam facile à perito reuocari poſſunt. Nam de ipſo dubitare nemo poteſt, qui quid *cedem* ſit & *cadmon* non ignorat. de quo eruditi. danda enim opera, ne actum hic agamus. Illud dicam, vero ſimile videri, primo quidem vocem Cadmi ita vſurpaſſe Græcos, quomodo, cum de incerto homine loquuntur, ipſi ſuum δεῖνα, Hebræi ſuum פלני אלמני *pheloni almoni*, quod Helleniſtæ φελμουνὶ dixerunt, vſurpare ſolent. Quemadmodum τὸ *cadmoni*, cum de autore dubitant, plerunque adhibent Hebræi. qui, vt Græci, ac Theocritus præſertim, cum parœmiam adducit, ὡς σοφὸς εἶπε, *vt dixit ſapiens*, ita, *vt prouerbium antiqui dicit*, nonnunquam dicunt. ejus nempe cujus reticetur nomen. Quod כאשר יאמר משל הקדמני, ὥσπερ ἡ ἀρχαίου εἶπε παροιμία eſſet. vbi τὸ *cadmoni* habes. Qui eodem nomine inuentorem quoque ſingulorum ac autorem dicunt. qui & initium cujuſque rei, quod Græci ἀρχὴν, voce ejuſdem originis exprimunt. vt cum Chaldæo Deus בקדמין, quod Hebræi בראשית ἐν ἀρχῇ, omnia feciſſe Moſi dicitur. Thebas condidiſſe Bacchum, nemo eſt qui neſcit: qui fundatam aut conſtitutam jam vrbem, ita dixit. Quid autem תבת, *thabat*? *ſtetit*, *conſtitit*, *permanſit*. Ominis igitur cauſa, cum jam ſtaret, ita dicta. Quod Ouidius, vel ſorte, vel à perito linguæ monitus, ad verbum expreſſit. qui, *Iam ſtabant Thebæ: poteras jam Cadme videri Exilio felix*. Ipſe Bacchus, non eſt dubitandum, quin à בכה *baca*, quod eſt *vlulare*, aut, *lamentari*, dictus ſit. Vnde בכים *Bocim*, *locus flentium*, Iud. 2. vbi ab Angelo, ſeu nuncio, monitus idololatriam cum lachrymis deteſtatus eſt populus. qui locus Κλαυθμὼν Helleniſtis dicitur: quemadmodum eadem voce de Bacchabus etiam Latini vti ſolent. Virgil. Æneid. 7.

Aſt aliæ tremulis vlulatibus æthera complent,
Pampineaſque gerunt incinctæ pellibus haſtas.

vt & *ejulandi*. Idem,

Ejulat, & natam frondoſis montibus abdit.

Quemadmodum Græci ὀλολύζειν de eodem. Vnde Bacchus ipſe in Euripidis Bacchabus,

Πρώτας δὲ Θήβας τῆσδε γῆς Ἑλληνίδος
Ἀνωλόλυξα, νεβρίδ' ἐξάψας χροός.

vbi τὸ ὀλολύζειν habes. vlulatibus enim primo Thebas impleuiſſe ſe ait. Sed & inſanientes Bacchas flebiles dediſſe voces, vſitata iis acclamatio, τὸ εὐοῖ, ſiue, *euohe*, euincit. Quod profecto, non ab εὖ, quod eſt καλῶς, ſicut aliarum imperiti linguarum volunt Græci, ſed ab Hebræorum voce quæ calamitatem notat, ſiue σχετλιαστικῇ, deductum. Non enim cogitabant, Εὐοῖ, Hebræorum אבוי, hoc eſt, *auoi*, ſiue *euoi* eſſe. quod & vino ſapiens attribuit, cum ait, למי אוי למי אבוי, *cui væ, cui euoi?* &c. *iis qui immorantur vino*. Prouerb. 23. 29. Quem locum cum ſæpe alias de vino, tum & ad codicem Sanhedrin adducunt Gemariſtæ. vnde & εὐοῖ pariter & αἰβοῖ, quæ lugentium ſunt acclamationes,

tiones, deduxerunt. Vnde εὐάζειν, *Euan*, &, quod obuium vbique in noſtro, Εὔϊος. Quid autem Bacchus, idem qui & Oſiris, niſi vere lachrymoſus Deus? cui luctuoſa Græci quoque inſcribunt. Qui cum omni ſua ſapientia, eorum quæ fecerunt ipſi, rationes hactenus docere nos non poſſunt. Vt cum Baccho ſuo Tragicum poëma conſecrarunt. quemadmodum, *poëma lachrymoſum*, Tragœdia à Flacco dicitur, qui

Vt proprius ſpectes lachrymoſa poëmata Puppi.

Sed & hiſtriones Tragicos, τεχνίτας Διονύσου, *Bacchi artifices*, dictos; etiam ipſis Dionyſiis, ſeu Bacchanalibus, repræſentatas Tragœdias, quis neſcit: Et quis dubitat qui veteres inſpexit vnquam aut conſuluit autores, quin cum Baccho idem ſit Oſiris? Quem eundem quoque cum Adonide fecerunt. qui non ſine cauſa δακρυότιμος ab Orpheo, hoc eſt, ſi Hebræam reſpicias originem, Bacchus dicitur. Nam Oſirin quidem alium non eſſe à Baccho, vixè Græcis vllus eſt qui non confiteatur. Inter cæteros inprimis noſter. qui non raro ſacra vtriuſque ac myſteria confundit: qui & Oſirin Ægyptiorum dixit Bacchum, ac diſerte Cadmum primo omnium Oſiridis, Ægyptiorum Bacchi, Sacra celebraſſe notat.

καὶ Αἰγυπτίου Διονύσου
Εὔϊα φοιτητῆρος Ὀσίριδος ὄργια φαίνων.

Quæ cum vlulatu celebrari ſolita ac fletu, nullus tyro eſt qui neſcit. Notum enim illud

Et quem tu plangens hominem teſtaris Oſirin.

Quemadmodum Oſiridis viciſſim expreſſerunt nomen, cum hunc ipſum Bacchum, αἴθοπα, ſicut αἰθιόπαιδα Anacreon, dixerunt. Sed & Bacchum ſtillatim à Titanibus diſcerptum ac cum lachrymis quæſitum, nemo eſt qui non commemoret. ante omnes vero noſter. Atque hinc immanis ille luctus ac ploratus: de quo Firmicus: *Lugete Liberum, lugete Proſerpinam, lugete Atyn, lugete Oſirin, ſed ſine noſtræ contumelia dignitatis.* Refert in Phœnicum Theologia Euſebius, vetuſtiſſimos ex illis, terræ fructus vtiliſſimos, Deorum inſtar coluiſſe, ac deficientes, quod fit certo anni tempore, cum lachrymis ac ejulatu proſecutos. Ἔλεον τε, καὶ οἶκτον, καὶ κλαυθμὸν, βλαστήμασι γῆς ἀπιοῦσι καθιέρουν. qualem κλαυθμὸν ipſi lingua propria Phœnices βάκχον dicebant. De quo quidem nomine, non eſt quod diſputemus, cum Heſychius, in quo non Græciæ totius modo, ſed ex parte & Orientis eruditio concluſa jacet, & Phœnicum vocem eſſe, & vlulatum, ſeu ploratum, denotare, obſeruet. qui, Βάκχον, κλαυθμὸν, inquit, Φοίνικες. Confirmat id & antiquiſſima quæ extant Hebræorum ſcripta. Sacræ literæ nimirum. Apud Ezechielem ſane fœminæ, quæ Thammuz, ſiue Adonin (quem eundem cum Baccho volunt eſſe Græci) celebrant, מבכות, *mebaccoth*, id eſt, *Bacchæ*, ſiue βακχεύουσαι, dicuntur. vbi iterum τὸ *baca* habes. Ex quo patet, ea Sacra, etiam in Oriente primum ac potiſſimum à fœminis fuiſſe celebrata. Quod vt Εὐοῖ, ita Ἐλελεῦ confirmat. qua non minus Tragici, in primis in Prometheo qui extat, Æſchylus eſt vſus. vnde & *Eleleus* eadem prorſus ratione ab iis dictus eſt hic Deus. vt in illo

Nyctiliuſque, Eleleuſque parens, & Iacchus & Euan.

Quare ne hic quidem ita turpiter nugari debuerunt. Quippe ἐλελεῦ, quod non viderunt, Hebræorum הילילו, *helilu*, quod, *vlulate* eſt. quo, eodem plane ſenſu, & Prophetæ paſſim vſi ſunt. Ipſum vero Dionyſum, cujus nomen operi inſcripſit, vnde dictus ſit, juxta quidem cum ignaris ſciuiſſe exiſtimo. De quo dici equidem vix poteſt, quæ & quam nugacia excogitarint Græci. Ipſe ſic à Sicula deducit voce:

Κικλήσκων Διόνυσον· ἐπεὶ ποδὶ φόρτον ἀείρων,
Ἤϊε χωλαίνων Κρονίδης βεβριθότι μηρῷ·
Νῦσος ὅτι γλώσσῃ Συρακουσίδι χωλὸς ἀκούει.

Quaſi

Quaſi ὁ Διόνυσος, à νῦσος, quod eſt claudus, ita dictus ſit, quia claudicaret
Iupiter, cum eo eſſet grauidus. & hic, ſi Dîs placet, qui mendacem Græciam
ac fabuloſam aliquoties vocauit. Quemadmodum autem nemo neſcit, vſi-
tatum id veteribus fuiſſe, ac præſertim Græcis, vt heroas omnes, Deo aliquo,
inprimis Ioue, genitos exiſtimarent (vnde Caſtorem cum fratre, excellen-
ter Διὸς κόρους, ac paulatim vna voce Διοσκόρους nuncuparunt) ita vix dubium,
quin hunc, quicunque fuerit, heroem, Διὸς υἱὸν, ac deinde, vnico vocabulo,
Διόσυιον, tandemque, quod in talibus, quæ nimis manifeſta ſunt, plerunque
fieri videmus, immutatis aut adjectis in pronunciatione literis, Διόνυσον voca-
rent. Sicut enim à Theophilo præclare ad Autolycum notatur, à Diis vete-
rum familias originem traxiſſe, (quippe, qui ab Hercule Ἡρακλεῖδαι, qui
ab Apolline Ἀπολλωνίδαι καὶ Ἀπολλώνιοι, qui à Neptuno, inquit, Ποσειδώνιοι, qui
à Ioue Δῖοι καὶ Διογενεῖς) ita qui ab eodem oriundi, Διὸς υἱοὶ, quod paulatim fa-
ctum eſt, Διόνυσοι dici potuerunt. Vnde tot à Cicerone ac aliis hoc nomine
commemorantur: vnde tot de Nyſa fabulæ ac tricæ, quam in India loca-
runt. non alia de cauſa, niſi quod, vt fabulam plerunque trahit fabula, vi-
xiſſe in India, eamque ex communi Græciæ opinione, quam tot libris no-
ſter proſecutus eſt, virtute ſingulari debellaſſe intellexiſſent. quod, vt cæ-
tera ignota Græcis, originem ex Oriente habet. Saba, hoc eſt, סבא, He-
bræis, quod οἰνοφλυγεῖν à Græcis (ea enim voce ſenes Sacri hanc interpretan-
tur) hoc eſt, vino ſe ingurgitare dicitur: vnde *ſobe* סבא, *ſicera*, aut, *vinum*.
quemadmodum & Heſychius, Σαβάζειν, σαβάζειν, βακχεύειν, exponit. Idem
Σάβος, βακχεία. Saba rurſus, ſiue Seba, hoc eſt סבא, inter Chuſi filios Ge-
neſ. 10. reponitur. Vnde סבא, media inter majorem ac minorem India. Vt
Indorum domitor ac ebrioſus, idem ſit vocabulo & ortu. Ex vtroque autem
Græculi *Sabaſium* (quod Bacchi apud illos nomen eſt) finxerunt. atque hinc
illud, quod, vt noſter, ſic autores reliqui de prœliis in India, ejuſque regio-
nis debellatione, tradunt. quod autori noſtro, vt jam dixi, tot librorum, quos
Dionyſiacos inſcripſit, materiem ſuppeditauit. Iam Iacchum Myſticum, de
quo tam multa noſter, primi à Bœotis acceperunt Attici. qui & ipſi nomen
ab Hebræis trahunt: quibus עתיקים, *attikim*, quo maxime hos gloriatos no-
tum eſt, *antiqui* dicuntur. Nam diuino nomini, vt recte nuper obſeruauit vir
doctiſſimus, quod *Iah* Hebræis, quaſi *Iach*, non aliud quam terminationem
addiderunt. in quo ſibi placuit diabolus: qui hoc vbique nomen tranſtulit,
aut ipſe inuaſit. Cæterum hunc Deum, vt, quod eſt præcipuum, addamus, ce-
lebratum in conuiuiis, non eſt quod quiſquam dubitet. cum Iudæi, Deum
vulgo ſuum, quem vt nomine vſitato, quod non efferunt, ita Iah dicunt,
tanquam vini repertorem, etiam hoc tempore omnibus in menſis vſitata
iſta forma celebrent, ברוך אתה יהוה אלהינו מלך השלם בורא פרי הגפן, *Benedictus tu, ô Do-
mine Deus noſter, Rex mundi, fructus vitis creator.* Cui veteres haud dubio
notiſſimum ἐφύμνιον, *halelu jah*, addebant. Quod Iuſtinus, ſeu quicunque
autor eſt libelli, qui nunc, Quæſtiones ac Reſponſiones Orthodoxæ, inſcri-
bitur (poſtquam ſerio quid ſibi vellet ἀλληλούϊα quæſiuit) tandem, μελὰ μέλους
ὑμνήσατε τὸ ὄν, exponit. E quo *hallelu jah*, ſuum illud apud Græcos ἐλελεῦ ἴακχε,
in contumeliam diuini nominis tranſtuliſſe generis humani hoſtis videtur:
quo vbique in Dei hujus celebratione, ac præſertim temulenti, vtebantur.
de quo jam prolixe ſupra. nam diuerſo modo, ea acclamatione vtebantur.
Quemadmodum hoc tempore Iudæi, nunquam magis *hallelu jah* illud
ſuum, quam in Paſcha, vbi ſtrenue inebriantur, vt ex formulis quibuſdam
patet, canere conſuerunt. vnde & hoc feſtum ab hilaritate, lepida mutatio-
ne, פצחא dicunt. quemadmodum & apud noſtrum alibi in Euangelio, σαβάζειν
πάσχα dicitur. Et vox ipſa, de qua agimus, *hillel* nempe, à Sacris literis, de
choris Bacchicis, hoc eſt eorum qui per petulantiam calcabant uvas, vſur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

patur. Locus Iud. 9. ꝟſ. 27. illuſtris eſt. Καὶ ἦλθον εἰς ἀγρὸν, ϗ ἐτρύγησαν τοὺς ἀμπελῶνας αὐτῶν, καὶ ἐπάτησαν, ϗ ἐποίησαν χορούς. vbi, οἱ χοροὶ, הלולים dicuntur. Vnde in ſacris Bacchi, & in Comœdia Tragœdiaque, quæ ei ſacræ, adhuc Chori. omnia quippe antiquitatis priſtinæ veſtigia retinuerunt Græci. Sequitur ibidem, Καὶ εἰσῆλθον εἰς οἰκίαν Θεοῦ αὐτῶν, καὶ ἔφαγον ϗ ἔπιον, ϗ κατηρῶντο τὸν Ἀβιμέλεχ. Domumque, inquit, *Dei ſui ingreſſi, comederunt, biberunt, ac male Abimelecho dixerunt.* vbi proprium illius Dei, ac Comœdiarum, maledicta habes & conuicia. Etiam Chaldæos illud *hallelu jah*, in epulis ad Deos ſuos tranſtuliſſe, Daniel propheta docet: qui, Ἔπινον οἶνον ϗ ᾔνεσαν τοὺς Θεοὺς τοὺς χρυσοῦς. vbi שבחו in contextu ipſo. quod pro *hallelu*, etiam in Pſalmis, à Chaldæis ponitur. quibus שבחו אלהא, quod, αἰνεῖτε τὸν Κύριον, Helleniſtis. Græci natum eſſe è femore hunc puſionem tradunt. Et quas non de eo quoque ineptias excogitarunt! vt & noſter, qui initium ipſius operis ab his deduxit. Qui autem Orientem ſalutarunt, vocem ירך, hoc eſt, *femur*, honeſte, pro honeſta parum parte viri pariter & mulieris poni, non ignorant. Ac de viri quidem, vt, cum aliquoties (nam infiniti prope loci ſunt) poſteritas Iacobi, femur ejus dicitur egreſſa. vt *Exod.* 1. ꝟſ. 5. vbi, αἱ ἐξελθοῦσαι ἐκ Ἰακὼβ ψυχαὶ, quod, οἱ ἐξελθόντες ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, *Geneſ.* 46. 26. Helleniſtæ dixerunt. Pro mulieris autem: vt cum ea pars, jam ad conceptum minus apta, μηρὸς διαπεπτωκὼς ab iis *Num.* 5. 21. dicitur. Eo modo, ſcilicet quo διαμηρίσαι in obſcœnis apud Græcos: quanquam vox primaria per ſe honeſta. Et tale aliquid Procopius videtur audiuiſſe, cum notauit, ὁ γὰρ μηρὸς τὸ σπέρμα δηλοῖ, *pro ſemine vſurpari femur.* Ita natus igitur è Iouis femore, ex Orientis more dictus ille Deus, cui *prodire è femore alicujus*, nihil aliud quam filium eſſe alicujus, aut ex eo genitum. Vt cum de Gedeone, cui plurimi fuiſſe filii dicuntur, οἱ ἐκπορευόμενοι ἐκ μηρῶν αὐτοῦ, ὅτι γυναῖκας εἶχε πολλὰς, dicunt Helleniſtæ. Et Sibylla, cujus fragmentum ad Autolycum commemorat Theophilus, Εἰ γεννητὸς ὅλως ϗ φθείρεται, οὐ δύνατ' ἀνδρὸς Ἐκ μηρῶν μήτρας τε Θεὸς τετυπωμένος εἶναι. vbi *femur* eſt in viro, quod in fœmina eſt *matrix*. Quod cum ignorarent, lepide εἰραφιώτου nomen & ſimilia excogitarunt. quaſi, vt è Ioue naſceretur, inſuendus femori illius eſſet. In parente illius Semele, quis vocem סמל, *ſemel*, protinus non videt? quod idoli pariter ac dæmonis in Oriente nomen, etiam Prophetis notum eſt. Cæterum, vt erudire in ſua ſibi ſchola Græcos nunc pergamus: Non eſt dubitandum, veteres in Oriente ſapientes, cum in vino miram quandam ac eximiam vtilitatem obſeruaſſent, Dei munus merito dixiſſe. qui ab illis חי, ſiue ὁ ζῶν, Græcis autem, ζεὺς vel ζῶ, eadem voce dictus eſt: vnde & illius Dei filium dixerunt. cæterum, cum fructus quos nonnunquam edit, & abuſum, læuo ac ſiniſtro aſſcripſiſſe Deo. Læua quippe סמאל, *ſemal*, & סמלא, *ſemala*, Chaldæis dicitur ac Syris. Vnde læuum numen, quem diabolum dixerunt Græci Chriſtiani, *Sammael* Chaldæi dicunt. quem & poſteriores Iudæi nouerunt. Arma quoque Bacchus ex eodem Oriente habet. Thyrſus enim manifeſte eſt תרזה, *thirza*. quæ vox pinum denotat: quam pampinis ac ferro induebant. Vnde ſummæ ac profundæ eruditionis Grammaticus Heſychius, Θύρσοι, κλάδοι, λαμπάδες, λύχνοι. Nam è pinu optimæ fiebant lampades ac tædæ. Quare & Baccho pinum, hoc eſt πεύκην, in Sacris choriſque, & ex ea tædam, aſſignarunt. Euripides Bacchabus,

Ὁ Βακχεὺς δ' ἔχων
Πυρσώδη φλόγα πεύκης,
Ἐκ νάρθηκος ἀΐσσει
Δρόμῳ ϗ χοροῖς ἐρεθίζων πλανάτας,
Ἰαχαῖς τ' ἀναπάλλων,
Τρυφερὸν πλόκαμον εἰς αἰθέρα ῥίπτων.

Item,

Item,

> Ἔτ' αὐτὸν ὄψῃ κἀπὶ Δελφίσιν πέτραις
> Πηδῶντα σὺν πεύκῃσι δορυφόρον πλάκα.

Ex eodem ſacerdotes quoque habet. quas cum Græci Mimallonides dixerunt, & eaſdem ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι dici voluerunt, neque minus primam produxerunt, aduerſus ſe ac ſua teſtimonium dixerunt. Cum in prima vocis ſcheua ſit, non chirec (breuis, imo omnium breuiſſima, ſi ſic dicenda ſit, vocalis) & ממללין, *memallelin*, à ſtrepitu loquaculi ac garruli Chaldæis dicantur. quæ vox & clamorem notat. Vnde & Memallonides à voce aut clamore. Vt omittam vocem Thyadum, quæ protinus originem oſtendit. תעה quippe Hebræis *taha*, quod & טעה (quanuis hæc ſubtilius diſtinguant quidam) oberrare ac vagari; mente etiam, vt Thyades, ac corde: vnde & ſacerdotes Bacchi, eo, quem jam dixi, loco, Euripides πλανάτας, *errones*, ad verbum dixit. Quid quod etiam de ebrioſis vſurpatur? vt cum בשכר תעו Eſaias dixit. Vbi Helleniſtæ: Οὗτοι γὰρ οἴνῳ πεπλανημένοι εἰσίν· ἐπλανήθησαν διὰ τὸ σίκερα. ἱερεὺς καὶ προφήτης ἐξέστησαν διὰ τὸν οἶνον. ἐσείσθησαν ἀπὸ τῆς μέθης τοῦ σίκερα, ἐπλανήθησαν. Thargum טעו מן עתיק, *vino veteri errarunt*. Sed & Amoſi cap. 2. 12. (vbi, ὑμεῖς δὲ ἐποτίζετε τοὺς ἡγιασμένους μὴ οἶνον, Helleniſtæ habent) etiam hac voce vtuntur Chaldæi. Thyades ergo μεθυστάδες, vt Græci loquebantur. quæ, vel vino tactæ vel furore, vagabantur. Quod poëta ſic expreſſit:

> *Vt quas pampinea tetigiſſe bicorniger haſta*
> *Creditur, huc illuc, qua furor egit, eo.*

Quid quod eam quoque vocem, primo in Bœotia, vt cæteras, à Cadmo oriundam, innuit Pauſanias? qui, de Delphis cum agit, οἱ δὲ Καστάλιόν τε ἄνδρα αὐτόχθονα, καὶ θυγατέρα ἐθέλουσιν αὐτῷ γενέσθαι Θύαν, καὶ ἱερᾶσθαί τε Θύαν Διονύσῳ πρῶτον, καὶ ὄργια ἀγαγεῖν τῷ Θεῷ· ἀπὸ ταύτης δὲ καὶ ὕστερον ὅσαι τῷ Διονύσῳ μαίνονται), θυάδας καλεῖσθαι σφᾶς ὑπὸ ἀνθρώπων. qui, Caſtalio ibidem nato homini fuiſſe vxorem ait Thyam, quæ & Sacra primum Bacchi inſtituerit: à qua ſacerdotes ejus, quæque inſania illius rapiuntur ac furore, *Thyadas* fuiſſe dictas. Nam in fabulis vbique Græci ignorantiæ ſubſidium, aut quærunt, aut inueniunt. Illud ſane docet, vocem ibi natam. nam & θύειν de furore, ex eodem fonte: quemadmodum fortaſſe & de Sacris. Vnde & Cyprii, pars olim Syriæ ipſius, θύα, teſte Heſychio, δρώματα dixerunt: ſed & θυάρπαξ, quæ vox ibi legitur corrupte, ὁ ἱερόσυλος. Eaſdem ſacerdotes etiam Baſſaridas dixêre: quod ex Lydia aut Thracia Grammatici deducunt. quos nunc non refuto. Illud dicam: Simpliciſſime ab ea voce, à qua ipſe Deus, dictas ſic videri. qui à Flacco aliiſque, *Baſſareus*, quod notum eſt, vocatur. Eſt autem Βασσαρεὺς Διόνυσος, εὐάγγελος Διόνυσος. vt à בשר, *baſſar*, ſiue, *biſſer*, vel Chaldæo בסר, deducatur. vnde apud Thargumiſtas בסרו: quod εὐφημεῖτε, aut εὐαγγελίζετε, non male dicas. notum autem quid in Sacris ΕΥΦΗΜΕΙΤΕ ΠΑΣ Ο ΛΕΩΣ. Itaque vt ab *helilu* (à quo & *Eleleu*, & nomen Dei *Eleleus* fecerunt, de quo ante) ſic & *Baſſareus* à *baſſaru*. quod in illo Flacci manifeſtum vel inprimis,

> *non ego te candide Baſſareu*
> *Inuitum quatiam.*

vbi noſtrum recenſere non eſt, quid Grammatici, & quidem operoſe, moliantur. Nam quid poſſunt niſi ad ignotas prouocare linguas, qui nec has nec vllam, præter ſuam, didicerunt? Satyri ſodales Bacchici haud dubio à סתר, quod ab aliis jam obſeruatum, hoc eſt, à latendo, dicti. quod ferarum inſtar in ſpeluncis ac nemoribus laterent. Notum porro, vel ex Diodoro (quem doctiſſimum Euſebius Græcorum dixit) aliiſque, excelſæ homines ſtaturæ, ac Gigantes, Bacchum comitatos eſſe. Vnde ſuum & Maroni dicas nomen: qui non comes tantum Bacchi, ſed & inter primos expeditionis

comites à noſtro; inter filios illius Dei, ab Euripide Bacchabus ponitur. vbique autem turgida ac magna, vt afflati Bacchico furore ſolent, apud hunc eructat. Vel ab iſtis ergo, vel à corpore excelſo, מרום *Marom*, & mutato, more vſitato Græcis, elemento, *Maron* dictus eſt. quemadmodum Hebræis ea vox in libro Repetitæ legis, de excelſæ hominibus ſtaturæ, & qui ad Gigantes proxime accederent, à Moſe vſurpatur. Ne quis admiretur, quod è ſanguine Titanum noſter oriundum velit. ita enim lib. 19. Οὐδὲ μὲν οἷα γέρων Τιτήνιον αἷμα κομίζων. Nam de Deo vocem hanc eandem à Propheta Regio non ſemel vſurpari, nemo neſcit: qui ab alia ſublimitate, *Deus Marom*, dicitur. nihil enim aliud Diabolus ſic egit, quam vt Dei nomina, ad myſtas ſuos, per ludibrium transferret: quod perpetuo in iſtis obſeruamus. Ita *maran*, Syris eſt ὁ κύριος. quo nomine & honoris cauſa, ſacerdotes dicebantur. Primus porro omnium Bœotiam, quemadmodum cum reliquis obſeruat noſter, Cadmus acceſſiſſe exiſtimatur. Vnde & Pythonem protinus ſe contuliſſe, idem notat. vt Apollinis, videlicet, oraculum adiret. De cujus, vt de cæterorum nomine, quam multa quam intoleranda commentantur Græci! Inter quos nonnulli, ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι, à *conſultatione*, dico, nonnulli, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ τὸν δράκοντα, τὸν ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἀναιρεθέντα, πυθέσθαι, *quod ſerpens, ibi ab Apolline ſublatus, computruerit*, ſic dici volunt. quæ hoc putido ſerpente multo forſitan putidiora ſunt. Minori enim opere à Pythone ipſo deduxiſſent: niſi quod & hic hærere aquam ſibi facile viderent. nam ſi locus à Pythone, vnde Pytho, à quo nomen loco? Quaſi non Hebræis *pethen*, פתן, ſpecies ſerpentis. à quo Pytho, quod ſerpentis genus: atque ab eo, locus Pytho. Porro notum eſt, Hebræos ex ſerpentibus, vaferrimo in terris animali, diuinationes olim plures & auguria inſtituiſſe. Vnde *niches*, ſiue, *nachas*: quod, quemadmodum ſerpentem, ita diuinare aut augurari, denotat in ſacris. Quod nec male Græci, οἰωνίζεσθαι verterunt: qui ſerpentes ipſos, οἰωνοὺς dixerunt. Abyſſus eruditionis veteris Grammaticus Heſychius: Οἰωνὸς, ὄφις· ἐπειδὴ γὰρ λέγονται εἰς τὰς μαντείας ἀπὸ ὄφεως ἔχειν, οὓς καὶ οἰωνοὺς ἔλεγον. Quemadmodum pedeſtribus auſpiciis ſerpentem quoque annumerant Romani: plane eodem modo, quo Hebræi voce eâdem *nechaſim*, ſerpentes ſimul & auguria, (ad verbum οἰωνοὺς) dixerunt. Primus ſane qui hanc vocem, apud antiquiſſimum ſcriptorem Moſen, vſurpauit, Laban Syrus, antiquiſſimus idololatra fuit, quod vel ex idolis ejus, ſiue *theraphim*, apparet. Primus, qui ex Oriente, vt cætera, hoc tranſtulit, Homerus eſt: apud quem hoc diuinandi genere Iliados ſecundo vſus augur antiquiſſimus, de ſumma rei, ſiue, Ilii excidio, Græcorum principem confirmat. Draco enim ἐπὶ νῶτα δαφοινὸς, quæ eſt vera circumſcriptio τοῦ *nachas*, adhibetur: quem à notis, quæ in tergo ſunt ſerpentium, è quibus inter cætera illius animalis diuinationes ac auguria captabant, ita dictum voluêre. Vt non dubitandum ſit, quin Pythius Apollo, hoc eſt, ſpurcus ille ſpiritus, quem *Ob* & *Abaddon* Hebræi, Ἀπολλύωνα ad verbum Helleniſtæ, cæteri Ἀπόλλωνα dixerunt, ſub hac forma, qua miſeriam humano olim generi inuexit, primo cultus ſit in Græcia: qui & *peten* 91. 13. dicitur Pſalmo. vbi, אל שחל ופתן תדרך תרמס כפיר ותנין, *Leonem & aſpidem culcabis, catulum leonis & draconem conculcabis*. Helleniſtæ βασιλίσκον, Chaldæus פיתנא, *pitna*, vel *fitna*. vnde & פתניא, Hieroſolymitana lingua, id *quod malum*: impuro illi & Apoſtatæ proprium. Quemadmodum & Pherecydes Syrus, principem malorum Dæmonum, Ophioneum dixit. qui de hac Theologia, librum, teſte Euſebio, conſcripſerat. Vnde & Apollini, Mineruæ, Æſculapio, ac aliis, ſerpentes conſecrarunt. ac Apollini in hoc inprimis templo, in quo, oraculis, credulitati hominum illuſit: quaſi ab hoc, veteris ſerpentis hoſpite, ac fraudis inſtrumento, boni pariter ac mali, quod perſuaſum fuit primis noſtri

gene-

generis parentibus, ſcientia petenda eſſet. Quod & Principes ac Reges crediderunt. Quibus maxima felicitatis hinc aut gloriæ antiquitus petita fides. quod de Alexandro Magno, Maximino, Commodo, Seuero, ac Aureliano, aliiſque, antiqui notant. quo Pſyllorum item ac Marſorum pertinet religio ac efficacia. Ante omnes tamen ſceleſtiſſimus ac vere deteſtandus Ophitarum cultus ac opinio. Sed præ cæteris Phœnices, quorum princeps Cadmus, multum cultui ſerpentum tribuiſſe, primo De Præparatione Euangelii Euſebius oſtendit. qui, τὴν μὲν οὖν τοῦ δράκοντος φύσιν καὶ τὴν τῶν ὄφεων αὐτὸς ἐξεθείασεν ὁ Τάαυτος· καὶ μετ᾽ αὐτὸν αὖθις Φοίνικές τε καὶ Αἰγύπτιοι. Et, poſtquam ejus rei rationem reddidit, Φοίνικες δὲ αὐτὸ ἀγαθὸν δαίμονα καλοῦσι. qui in ſe conuertebatur & æternitatem ſic repræſentabat. Vnde, eodem teſte, κνὴφ Ægyptii dicebant. Ὁμοίως δὲ καὶ Αἰγύπτιοι, κνὴφ, inquit, ἐπονομάζουσι: quemadmodum Arabibus τὸ *canaf*, κυκλοῦν, ſiue, circuire, eſt. Addit, & in templis conſecraſſe, votaque ac ſacra ei Pœnos perſoluiſſe: quod in eo loco haud dubio à Cadmo factum. Neque alia eſt cauſa, cur draconem, cujus nomine, pro omni, quod notiſſimum, ſerpentis ſpecie, vtuntur, & inprimis, quare Boreæ, quod in Eliacis notatur à Pauſania, ſerpentum caudas loco pedum jungerent. Notum enim, malum omne, & diabolum inprimis, Aquilone, ſeu Septentrione, ab Hebræis deſignari: qui &, inter ſcæuos, ſiue læuos, Deos, ipſis quoque Græcis fuit. vnde Βορεασμοὶ, Sacra, quibus læuum ejus auertebant numen. Heſychius, Βορεασμοὶ, Ἀθήνησιν οἱ ἄγοντες τῷ Βορέᾳ ἑορτὰς καὶ θοίνας, ἵνα οἱ νότοι πνέωσιν· ἐκαλοῦντο δὲ Βορεασμοί. Nam de Helleniſtis quidem planum eſt: qui Βοῤῥοῦ, ſiue Aquilonis, nomine, infeſtum illum generi humano hoſtem denotare ſolent; illud Ieremiæ ſcilicet ſecuti, ἀπὸ Βοῤῥᾶ ἐκκαυθήσεται τὰ κακὰ ἐπὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν. Heſychius, Βοῤῥᾶς, ἄνεμος ψυχρὸς, παγώδης καὶ σκληρὸς, ὃς προπολογούμενος σκαιὸς καὶ ἀπόπομπος λέγεται, ὃς σημαίνει τὸν διάβολον· παρὰ δὲ τῶν ἀσεβῶν ἐπιδέξιος. Reſpexit autem locum Salomonis, vt putauit, Βορέας σκληρὸς ἄνεμος, ὀνόματι δὲ ἐπιδέξιος καλεῖται. cum omnino nihil tale Hebræi in hoc loco legant. Adde quod vox ipſa quoque, Hebræa origine videtur: ab ea quæ celeritatem tam in curſu notat quam in fuga. quemadmodum & fugitiuum eum Attici, cum Orithyam rapuit, fecêre. Quæ enim ipſi de origine adferunt, vix ſine riſu legi poſſunt. cum tam diligenter, neque ſecus quam familiare numen ac domeſticum ab Atticis ſit cultus; vt inprimis noſter alibi oſtendit: idem cum Serpente, generis humani hoſte, ſcilicet. Ita grauis ſcriptor Iobus, Dominum, ſerpentem בריח, *bariach* aut *boriach*, condidiſſe ait. voce eâdem à qua Boreas eſt dictus. Quem præclari viri Helleniſtæ, δράκοντα τὸν ἀποστάτην, *ſerpentem qui defecit*, id eſt, diabolum interpretati ſunt: à velocitate, vel quod cuncta penetraret. Vnde de Borea libro Transformat. 7. diuinus poëta

Idem ego cum ſubii conuexa foramina terræ,
Suppoſuique ferox imis mea terga cauernis,
Sollicito Manes, totumque tremoribus orbem.

Quemadmodum & ei filium, à voce *cal*, quod velocitatem notat, Calain dederunt. Huic ergo, etiam ſerpentem addidêre. Locus Pauſaniæ Heliacis iſte eſt: Τέταρτος δὲ ἐπὶ τῇ λάρνακι ἐξ ἀριστερᾶς περιιόντι Βορέας ἐστὶν, ἡρπακὼς Ὠρείθυιαν· οὐραὶ δὲ ὄφεων ἀντὶ ποδῶν εἰσιν αὐτῷ. *Quartus ſuper ciſta, à ſiniſtra ſi circumeas, Boreas, qui Orithyan rapuit: pedum autem loco ſerpentes habet.* vnde & fortaſſe Draco Arcticus, ſeu Borealis, ab Aſtronomis in ea parte eſt collocatus. Inter prima ad quæ Cadmus venit loca, in Bœotia, fuiſſe Aſcram, patriam Heſiodi poëtæ, nomen innuit. vix enim dubitandum, quin ex Orientis ibi ritu lucum conſecrarit (quod tantopere in Sacris Dominus abominatur) qui ab illis *aſchera* vocatur: quodque, vt cætera, ex Orientis ſuperſtitione expreſſerunt Græci. Ita pius Rex Ioſias, poſtquam jam idola, quæ non fruſtra

abominationes dicuntur, remouiſſet, lucum, ſiue אשרה, *aſchera* ſuccendiſſe dicitur. quemadmodum & abſolute in Repetita Lege לא תטע לך אשרה, *non plantabis tibi lucum*, & quidem, *quarumcunque arborum apud altare Dei*, dicitur. Vnde & vbi de Iudæis apud Ioſephum Hecatæus agit, ἄγαλμα οὐκ ἔστιν αὐτοῖς τὸ παράπαν, οὐδὲ φυτὸν οὐδὲν, οἷον ἀλσῶδες, ἤ τι τοιοῦτον. qui nec imagines, nec plantas, quales ſunt in lucis, coluiſſe aut quid ſimile, ait. Græcis enim illud vſitatum quoque, vnam arborem aut plantam vt colerent, eamque vni heroi vel heroinæ conſecrarent, vel Deo. qualis illa platanus Theocriti, quæ Helenæ ſacrata cum inſcriptione illa fuit, Σέβου μ', Ἑλένας φυτόν εἰμι. Neque dubitandum, quin Homerus, qui, vt forte breui oſtendemus alibi, ex Oriente omnia deprompſit, Helenam quoque ipſam, ſuperſtitioſe hinc hauſerit. Chaldæis enim *ilana* eſt arbor, &, vt veriſimile eſt, Dearum quibus arbores & lucos conſecrabant, vna. quales Dryades Græcorum. Sic Ezechielis ſexto, cum de cultu idolorum dicitur, ὑποκάτω δένδρου συσκίου, καὶ ὑποκάτω πάσης δρυὸς δασείας, אלה, *ela* habes. In quo Græci, & inprimis ipſe Apollodorus, nos confirmant: qui ἐν ἄλσεσι, hoc eſt, in lucis, ſiue in ſyluis, ouum Helenæ inuentum notat. cujus mater *Leda*, quod eſt לדה, illud autem partus: ne ex ouo quanquam fingeretur nata, ſine partu nata crederetur. De Aſcra Cadmi in Bœotia jam diximus. Pergamus. *Oni* & *haoni* eſt nauis. vnde Aoniam fecerunt: quod in eas partes naue Cadmus fuerit aduectus. Nam de Helicone, ac Parnaſſo, Orientis vocibus, jam alii egerunt. quemadmodum de Muſis: quanquam parce, nec ſat plene. Noſter, Cadmi nuptiis interfuiſſe Muſas, cæteros ſecutus, ait. Veteres Hebræos porro, primam, quæ ab illis *muſar* dici ſolet, diſciplinam, Legem, ſcilicet, in monte latam tradunt. plane vt Græci diſciplinas ſuas, quas & ipſi Muſas dicunt, in monte natas voluerunt: quia, more gentis ſuæ, ſacra in excelſis editiſque tantum locis celebrauit Cadmus. Quod cum Dei populus, vt & cætera, expreſſiſſet, offendiſſe Deum, בבמותם, *in excelſis ſuis*, à propheta Regio, & paſſim, dicitur. A *bom* vel *bama*, enim, quod excelſum notat locum, vocem ſuam βωμὸς Græci expreſſerunt. in qua, vt & cæteris, mirifice nugantur ipſi: neque parum caute, voce βουνὸς, quæ vel montem denotat vel collem, id Helleniſtæ reddiderunt. Quemadmodum ad montes Apolinarius id tranſtulit, qui

Ἀθάνατον κορυφῇσιν ὀρεσιβάτοις ἐρέθοντες.

Iſti partes Legis decem, illi nouem celebrarunt Muſas. Etiam Iudæi, Ethicam doctrinam, *muſar*, peculiariter dixiſſe videntur. vnde & hoc tempore liber notiſſimus, *Sepher muſar*, ſiue, *Liber diſciplinæ*, illis dicitur. quemadmodum ab ea ſtatim voce, Gnomas ſuas Salomon orditur: qui ſe conſcripſiſſe eas לדעת חכמה ומוסר, *vt ſic ſapientiam*, ac *muſar*, ſiue, *diſciplinam*, *inſtillaret*, teſtatur: cujus præſides in Græcia ſunt Muſæ. Adde, quod Theognis Gnomas ſuas Ethicas ſic inchoauit. qui hoc ipſum, quod de Cadmo noſter refert, ejus nuptiis interfuiſſe Muſas, obiter adjungit.

Μοῦσαι καὶ Χάριτες κοῦραι Διὸς, αἵ ποτε Κάδμου
Εἰς γάμον ἐλθοῦσαι καλὸν ἀείσατ' ἔπος.

carmen Ethicum nimirum, quod ſubjungit,

Ὅττι καλὸν φίλον ἐστὶ, τὸ δ' οὐ καλὸν οὐ φίλον ἐστί.

quod Bacchabus tribuit Euripides: quemadmodum ipſius Bacchi Sacra in Græciam aduexit Cadmus: quemadmodum Heſiodus Bœotus, Ethicum libellum, Opera ac Dies, à Muſarum inuocatione inchoauit. Neque eſt, quod quenquam, vt jam ante dixi, terminatio, quæ paulatim, & ab vtriuſque linguæ parum gnaris, immutata eſt, hic moueat. quod & illis, ſi quid aliud, perpetuum. Socer Cadmi, *Ares*, hoc eſt Mars, ab iis dicitur. quem eundem Græci, more, vt Macrobius obſeruat, Orientis, faciunt cum Sole.

qui ab iis חרס, *cheres*, aut, vt Helleniſtæ nomen hoc legerunt, Ἄρης dicitur. Vnde, cum octauo Iudicum rediſſe Gedeon è bello ante aſcenſum Solis dicitur, ἀπὸ ἀναβάσεως Ἄρεος, id illi reddiderunt. Vbi Ἄρης, ſed diſſimulata aſpiratione plena: vt cum Hebræorum חסידה quod eſt *ciconia*, Helleniſtæ *aſida* dixerunt. quanuis rectius ab הרס, *haras*, quod *deſtruere* ac *vaſtare eſt*, deduci Ἄρης poſſe videatur. Quia autem ad illius nuptias vocarunt Muſas, Harmoniam ejus conjugem dixerunt. In qua vocem ארמון, *armon*, ſiue, הרמון, *harmon*, à ſublimitate & proceritate dictam, quæ palatium, ſiue ædificium deſignat, ſed & fundamentum, ſeu θεμέλιον, Helleniſtis exponitur, jam vides. ominis, nimirum, cauſa: quod in nuptiis ſpectabant. Quanquam & alia ſit cauſa, ſi Rabbinis ſtamus, quare à palatiis & ædificiis, vxoribus imponant nomina Hebræi: quod in fœminæ, videlicet, creatione, *ædificandi* voce vſus fuit Moſes: qui ויבן, *& ædificauit*, ibi dixit. vnde multa de ſimilitudine cum ædificio quam habet vxor, argutantur illi. Quod ſimplicius, ac ſine argutiarum tricis, liberorum, quibus ab ædificatione in hac lingua nomen eſt, vocabulum euincit. quemadmodum & matronæ, ſteriles cum eſſent, ac marito alienam pro ſe ſupponerent, ædificari ſe ab hac dicebant. Vnde illud: *vt ædificer ab illa*, quod Græci, ἵνα τεκνοποιήσωμαι ἐξ αὐτῆς, decimo & ſeptimo Geneſeos, vt alibi, non ſemel Harmoniam in Samothrace, vt cum Diodoro refert noſter, vxorem ſibi duxit Cadmus. Vbi Cabirorum ſacra: qui, vt nomen arguit, ex Oriente eo ſunt tranſlati. vbi itidem Caſmili celebratus nomine Mercurius, vt Varro docet. quem, cum Cadmo, Bœotiis fuiſſe eundem Tzetzes notat. vnde illud apud noſtrum:

Οὐδὲ μάτην Κάδμηλος ἀείδεται· οὐρανίην γὰρ
Μορφὴν μοῦνος ἄμειψε, καὶ εἰσέτι Κάδμος ἀκούει.

Qui *Cadmelus*, *Caſmilus*, *Camillus*, eadem exiſtimaſſe videtur. cum longe aliud ſit קדם, *cadam*, à quo Cadmus, aliud ſit כמר, *camar*, à quo *Camirus* fecerunt. ſicut *camil* quoque, magis apta, quanquam alia ſignificatione, notum eſt Hebræis. quæ antiqui manifeſte confuderunt, nos fortaſſe alibi cum cura diſtinguemus. Ergo κάβειροι Dii magni. vt præclare Magnus Scaliger, qui *Diuos potes* vocat. quippe כבירים, μεγάλοι: cùm miniſtros potius Deorum eſſe velint. Camiri etenim miniſtri, ſiue ſacerdotes, aut minores Dii, qui aliis miniſtrant (vt Mercurius) qui *cemarim* in Oriente. Noſter contra τοὺς καβείρους, adminiſtros ſiue ſacerdotes, libro dixit 3.

Μυστιπόλων ἀλαλαγμὸν ἐμιμήσαντο καβείρων.

Ex eadem officina, quod, vt quidam alii, Cabiros filios Vulcani fecit, lib. 29.

Θρηϊκίης τε Σάμοιο πυρισθενέες πολιῆται,
Λημνιάδος δύο παῖδες ἐβακχεύοντο Καβείρους·
Ἡφαίστου τε τοκῆος ἐρευγομένου πυρὸς ἀτμῷ
Συγγενέας σπινθῆρας ἀνηκόντιζον ὀπωπαί.

cum id potius Camiris conueniret: qui ab igne, aut colore ejus atro, ita dicti. Neque ſemel idem autor Græciam inuidioſe ſatis, quanquam merito fortaſſe, quod non modo falſum amet, ſed & veritatem Orientis tot anilibus ineptiis inuoluat, μυθοτόκον dixit. Oraculum ex tripode poſt hanc cenſuram ac res Græcis omnibus ignotas in hoc argumento expectares. quod, qui ita loqui gaudet, obligare ſe, vt bona fide verum ſcribat, aut in veritatem ſedulo inquirat, eo ipſo videatur. Quomodo excuſes tamen eum, qui in Oriente natus, plures quam alius Græcorum fabulas immiſcet, ac vix vſquam, vel interpretationem fabularum quas accuſat, obiter alludit, aut adjungit. quod facillimum, cum hac prærogatiua, viro erudito & in Græcis optime verſato, vel aliud agenti, eſſe poterat. Quo labore, quo, vt maximo in partu, niſu ac conatu, quanquam irrito, originem Athenæ, ſeu Mineruæ ſuæ, Græculi inueſtigarunt! quam Ἀθήνην, Ἀθάναν, Ἀθηναίαν, Ἀθηνᾶν, & Ἀθη-

& Ἀθηνάαν, quaſi alludendo ad originem, dixerunt. qui, ἀθήλην quaſi, modo, ἀπὸ τοῦ ἀθρεῖν, quod cuncta videat, modo à priuatiua, &, θῶ, id eſt, θηλάζω, quod nullius vber ſuxerit, è patre nata ſine matre, ita dictam voluêre. Quo ipſius operis initio reſpexit, cum dixit,

εἶπε δὲ φύτλην
Βάκχου διοστόκοιο· τὸν ἐκ πυρὸς ὑγρὸν ἀείρας
Ζεὺς βρέφος ἡμιτέλεστον ἀμαιεύτοιο τοκῆος,
Φειδομέναις παλάμῃσι τομὴν μηροῖο χαράξας,
Ἄρσενι γαστρὶ λόχευε, πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ·
Εὖ εἰδὼς τόκον ἄλλον· ἐπεὶ γονόεντι καρήνῳ,
Ὡς πάρος, ὄγκον ἄπιστον ἔχων ἐγκύμονι κόρσῃ
Τεύχεσιν ἀστράπτουσαν ἀνηκόντιζεν Ἀθήνην.

In quibus nihil, niſi quod inſulſe Græculi profeſſi ſunt, nos docuit. qui in ſuas ipſi leges & analogiam, quoties etymologias ac origines venantur, ſæpenumero impingunt. Qui cum per nubem quaſi quandam accepiſſent, Dei Sapientiam, quæ ejus quoque Sermo dicitur, è Deo, quem Δία, Patrem item Deum hominumque dicunt, natam eſſe, tot ineptias ac ſordes hic excogitarunt. Nemo autem harum literarum gnarus neſcire debet, quid Chaldæis תנא, *thena*, quod *ſtudere* aut *diſcere* eſt: quod paſſim in eorum ſcriptis obuium. ſed & Magiſtris vſitatum illud ת"ר, ſiue, תנו רבנן, *tradiderunt doctores noſtri*, quos (Thalmudicos præſertim) תנאין, *tannain*, dixerunt. Non enim dubitandum, quin ex antiquioribus Chaldæis hæc ſeruarint. vnde תנאה, *thenaa*: doctrina. quo nunc paulo aliter vtuntur. cum articulo, *Hatthenaa*, Ἀθηνάα, Ἀθηνᾶ. Quibus vocibus jam ante veteres Chaldæos paſſim vſos, dubitandum non eſt. de hac quidem minime: cum hac ſignificatione ſit illorum. Iam & illud patet, in exprimendis Orientis vocibus interdum, vt in *ros*, à quo *haros*, *heros*, expreſſiſſe articulum. (*Ros* autem *primus*, vel, *præcipuus*: quod & familiarum principibus ac patriarchis tribuunt Hebræi: de quo, vt cum de heroibus ſuis agunt, quam ridicula excogitarunt Græci?) quem in aliis quibuſdam, neque paucis, vt res ferret, inſuper habuere. Hæc autem vox ea, quam tam curioſe & veteres Romani, & ante eos Græci quærunt ac ſcrutantur. Sed & mira vel philoſophia vel poëtice, quæ Iridis natales, ex Indorum finibus arceſſit, vbi rariſſime, vt omnes norunt, pluit. Solos ſane æſtiuos imbres Plinius & Eratoſthenes in India agnoſcunt. cum à Pattalena, ſi Strabone ſtamus, ad Hydaſpen vſque, nunquam pluat. Ζητεῖ, πῶς, inquit, οἱ μεταξὺ τόποι οὐ καλομβρεῦνται· ὅτι γὰρ ἡ Θηβαῒς μέχρι Συήνης καὶ τῆς ἐγγὺς Μερόης, ὅτι τῆς Ἰνδικῆς τὰ ἀπὸ τῆς Παταλλήνης μέχρι τοῦ Ὑδάσπου. Noſter vero, mirum ni in iis locis natam Irin voluit, qui fratrem ei dat Hydaſpen. Ita enim:

Ἐκ λεχέων Θαύμαντος ἐγείνατο δίζυγα φύτλην
Ἠλέκτρη ῥοδόπηχυς ὁμευνέτις· ἧς ἀπὸ λέκτρων
Καὶ ποταμὸς βλάστησε, καὶ ἄγγελος οὐρανιώνων,
Ἶρις ἀελλήεσσα, καὶ ὠκυρέεθρος Ὑδάσπης.

Quæro autem, quomodo in iis locis, qui cum ratione ejus ex aduerſo pugnant, genita fingatur Iris? Nam cum nubes, in qua generatur, ſit, & rorida, talis, vt mox ſolui poſſit, quæ eſt Iridis materies & quaſi mater, quomodo in iis generata potiſſimum, aut nata, terris dicitur, in quibus minime omnium, matrem, aut materiem, ac quaſi conjugem, è qua producere eam poſſit, Sol habere creditur? Bene interim quod ἄγγελον vocauit. ita enim optime expreſſit vocem, de qua minime, vt reor, cogitabat. Nam Grammatici ab εἴρω τὸ ἀγγέλλω, Irin deduxêre. manum enim iſtis abſtinere nefas habent, & è lingua ſua per vim ea, quæ ab iſta ſunt diuerſa, quærunt. Quidam interim ab ἔρις: quod contentiones nunciet in Poëtarum ſcriptis aut componat. quæ enim ſumma eſt tyrannis, cum tacere nequeant, quod

omnem

omnem ſuperat abſurditatem, fidem etiam in iis adhiberi ſibi poſtulant, quæ nemo ſanus, ac ne ipſi quidem, credunt. nemo enim neſcit, ab Homero ipſo adhiberi aliis plerunque. Quemadmodum Iliados octauo, Palladem è bello ac Iunonem reuocat ac ſiſtit. Et in quinto, Venerem, à Diomede parum comiter exceptam, benigniſſime è prœlio abducit. Et in decimo & quinto, vt ex mente ac mandato Iouis arma ponat, imperat Neptuno. Et in vltimo, (nam ſingula enumerare piget) Thetin, vt crudelitatem nimiam Achillis ac furorem ſiſtat, ad ſe vocat. vt omittam ibi & lætiſſimum de redimendo Hectore, ad patrem nuncium ab ea apportari. Cæterum, vt omnia ex Oriente maximus poëta hauſit, ita Iris, quæ ab illo θεῶν ἄγγελος, Deorum nuncia, vocatur, à Chaldæa voce עיר, *Ir.* vnde Danieli *Ir*, angelus vocatur. Ait enim, עיר וקדיש, ἄγγελος καὶ ἅγιος. Pro quo Helleniſtæ, εἲρ καὶ ἅγιος. qui, ἐθεώρουν, inquit, ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, ἐπὶ τῆς κοίτης μου, καὶ ἰδοὺ εἲρ καὶ ἅγιος ἀπ' οὐρανοῦ κατέβη. Heſychius, qui plurimis in locis Sacros erudite codices interpretatur, εἶρ, λαίλαψ, *tempeſtas*, inquit. quia Iridem hæc ſequitur nonnunquam: vel quod in Daniele eam vocem alii ſic accepiſſent. At vero Scholion ad Danielem, τὸ δὲ εἲρ οὐδὲν ἕτερον ἢ ἐγρηγορὼς καὶ ἄγρυπνος ἑρμηνεύεται. Item, ἀντὶ τοῦ εἲρ οἱ ο' ἄγγελον ἡρμήνευσαν, οἱ δὲ λοιποὶ ἐγρήγορον. hoc eſt, *pro voce Ir, Septuaginta voce angeli, alii autem vigilis ſunt vſi.* è quo ſane, ſæpius interpolatam eam verſionem, quæ nunc Senioribus aſſcribitur, apparet. Et hæc cauſa, quare ἐγρηγόρους angelos vocarit Clemens. Verum de his plura aliquando, cum de iis quæ Homerus (quod ad ceremonias, ad res, ac voces) Orienti debet, diſſeremus. in quibus pluſculum videre noſter debuit, qui inter ipſos fontes, vbi pleraque Homerus hauſit, natus eſt. Iris ἄγγελος perpetuo vocatur ab Homero. Εἶρ eſt ἄγγελος, & ſic Chaldæis vſurpatur. quibus *Irin* ἄγγελοι, & quidem qui miniſtrant Deo. Vt hæc cauſa ſit, cur miniſterio Deorum ſit præfecta Iris. fruſtra enim ejus rei cauſam ἐν τῷ φάσματι (quomodo à philoſophis vocatur Iris, quæras.) cum ex vſu vocis, nec à Græcis ſed ab Oriente ſit petenda. ipſum quippe φάσμα, vt Latinis ſic Hebræis ac Chaldæis, *arcus* dicitur. Venerem è Libano, ſeu Libanitidem, pluribus commemorat in locis: quæ & illi paginam vtranque facit: cum ipſius rei rationem ac originem, vel nuſquam explicet, vel animo non ſit complexus. Veteres, Orientis homines præſertim, ſtellas ſalutandas eſſe in montibus, (quam idololatriæ hujus quoque ſedem propriumque locum Sacra pagina vbique ponit,) exiſtimaſſe, quod oriri ibi primum viderentur, certum eſt. Itaque in Libano, quod vt excelſiſſimo in monte, ortum ejus optime ibi obſeruarent, eam coluêre. quod de Oeta etiam Latini obſeruarunt. Neque alia eſt cauſa, quare Ἀφροδίτην dixerint: niſi, quod Luciferum aut Venerem, maris vnda, vt poëta loquitur, perfuſam, ibi mane ſalutarent. vnde & *Frutinal* Romanis, vt & *Fruti*, quæ eſt ipſa Aprodite. At quam multa, quam inepta Græculi de ἀναδυομένῃ ſua? quæ eſt eadem cum Ἀφροδίτῃ, ſiue Ἀφροδύτῃ. quam ex mari, ſiue ἐκ τοῦ ἀφροῦ prodeuntem, more Orientis, primo ſalutarunt, & hinc eo nomine haud dubio dixêre. Nos, vt ineptos etymologiſtas, qui hoc vnum, prætermiſſis cæteris, & inepte quidem, agunt, minime excuſamus ac facete explodimus, ita vocum, vt plurimum, origines, rerum eſſe origines, atque in iis ſummos quoque hac & priſtina ætate viros veritatis fundamenta quæſiuiſſe, interdum & inueniſſe, non ignoramus. vt exemplo maximi Platonis vir diuinus Cæſar Scaliger. qui & ipſe, ad formam principis philoſophorum, tempeſtate noſtra veram Criticen redegit. Iam de Veneris origine, quam putida quam friuola, prognati hac Æneadæ, excogitarunt! vel ipſum mihi Ciceronem vide. cum venuſtas, ſiue gratia, Hebræis חן ſit: quod & in Originis editione Hebræa, Græce expreſſa, ἐν, quod eſt חן, ſcribebatur. Id autem cum Æolico digamma Ϝεν: Romanis *Ven.* Vt Ἑσπέρα, Ϝεσπέρα,

veſpera. Ἔντερον, Fέντερον, *venter.* Quanquam illud ſæpe integrum ſeruabant, vt, in *fircus, fordeum, fariolus*; quod eſt, *hircus, hordeum, hariolus.* Ita Ἐν, *Fen, Ven.* & ſi terminationem addas, *Venus.* Quam quia maſculam fecerunt, barba-tam quoque antiqui coluerunt. vnde & *Deus*, teſtibus Grammaticis, Ma-roni dicitur: quanquam illud quoque potius ex ritu Orientis. Hebræis igitur, quod dixi, ſine dubio, venuſtas oris ac formæ elegantia. Cui co-mitem Oriens Adonin dedit: qui Hebræis pariter ac Pœnis *Adon*, hoc eſt, κύριος. Heſychius, Ἄδωνις, δεσπότης ὑπὸ Φοινίκων, hoc eſt, κύριος. Pro quo blandientes *Adoni*, κύριέ μου dicebant. qua voce Solem ſalutabant. Ado-nem autem, ſiue Adonin, Solem eſſe, etiam Macrobius teſtatur. qui & Adon אדון, *dominus*, iiſdem dictus. Idem Heſychius, Ἄδωνα, τὸν Ἄδωνιν inter-pretatur. Adon igitur eſt *Adon ſchemes: Dominus Sol.* idem, nempe, qui *Baal ſchamaim, Dominus cœli*, Phœnicibus eſt dictus. De quo ex Phœni-cum, quam Sanchuniathon deſcripſerat, Græce Philo Byblius conuerterat, hiſtoria, ita lib. De Præparatione I. notat Euſebius: Αὐχμῶν δὲ γενομένων, τὰς χεῖρας ὀρέγειν ἐς οὐρανοὺς, πρὸς τὸν Ἥλιον. τοῦτον γάρ φησι Θεὸν ἐνόμιζον μόνον οὐρανοῦ κύριον, Βεελσάμην καλοῦντες. *Siccitatis autem tempore extuliſſe in cælum manus ad Solem. Hunc enim ſolum, inquit, Deum, exiſtimabant: quem & ideo cœli Dominum, ſiue Beelſamem, vocabant.* in quibus precibus haud dubio, *Adoni, Adoni*, inge-minabant. Quia autem Venus, quæ Magiſtris Hebræorum *Noga* dicitur, σύνδρομος planeta Solis, eumque comitatur, hujus & Adonidis amores Græculi excogitarunt. vnde Adonin, miniſterio Horarum vti, ſolumque ex heroibus occidere ac oriri rurſus, Siculus poëta dixit. qui,

Οἷόν τοι τὸν Ἄδωνιν, ἀπ' ἀενάου Ἀχέροντος
Μηνὶ δυωδεκάτῳ μαλακαίποδες ἄγαγον ὧραι,
Βάρδισται μακάρων Ὧραι φίλαι.

quia curſum nempe annuum duodecim abſoluit menſibus. Ac deinde:

Ἕρπεις, ὦ φίλ' Ἄδωνι, καὶ ἐνθάδε, κεἰς Ἀχέροντα,
Ἡμιθέων, ὥς φαντι, μονώτατος· οὔτ' Ἀγαμέμνων
Τοῦτ' ἔπαθ', οὔτ' Αἴας, ὁ μέγας βαρυμάνιος ἥρως,
Οὔθ' Ἕκτωρ, Ἑκάβας ὁ γεραίτερος εἴκατι παίδων,
Οὐ Πατροκλῆς, οὐ Πύρρος, ἀπὸ Τροίας ἐπανελθών.

quanquam & aliam ejus rei cauſam alibi reddidimus. A luctu autem quem in Sacris ejus exhibebant, quod κινύρεσθαι ab illis, voce quæ & ipſa originem Hebræam habet, dicebatur, patrem ejus Cinyram dixerunt. Et quia ſimula-chrum ejus myrrha exquiſitiſſima præ aliis plerunque odoribus imbuebatur, aut quod myrrham ei more Orientis patrio offerrent, Myrrham eidem ma-trem dedêre. omnes quippe originis Hebrææ voces ſunt. Porro vt perga-mus, quemadmodum *Adoni, Adoni*, ita & *Eli, Eli*, אלי, אלי, *Deus mi, Deus mi*, cum Orientem ſalutarent Solem, haud dubio dixerunt. vnde Græci ſuum Ἥλιος, qui Sol eſt, fecerunt. Cæterum, quam multa noſter de Saturno memoret, quem cum Græcis Κρόνον dixit, ſciunt qui in opere hoc verſati ſunt. Iam vero, Κρόνον nihil aliud quam Χρόνον eſſe, nemo neſcit: cujus genitor, ac autor quaſi, Sol ipſe: eundem, nempe, quem, Saturnum, Romani dixerunt. Qui nunquam magis ridiculi, aut ſui immemores, quam cum de origine nominis illius agunt, nobis videntur. Quis enim ferat, aut à σάθη, quod pudendum notat, ita dici, aut analogiæ rationem vllam hic agnoſcat? à *ſathe* enim, quomodo Saturnus: niſi quod qui illud volunt, Græcam originem agnoſcunt? Videatur interim Macrobius, qui ab eodem Satyros, de quibus ſupra nos, deduxit. ne hic de Fulgentio nunc dicam: cui, ex autoritate antiqui ſcriptoris, quaſi *ſacer* νοῦς, dictus videtur. Neque minus feſtiue idem, ac Tullius, qui à *ſaturando*, aut, *quod annis ſaturetur*, ita dictum volunt. Porro, eundem cum Sole Saturnum, ne quidem dubitarunt ex antiquis plerique. Inter quos Onomacritus, qui in Hymno ejus

Ποικιλόβουλ᾽, ἀμίαντε, μεγαλοσθενὲς, ἄλκιμε Τιτάν.

Macrobius: *Saturnus ipſe, qui autor eſt temporum, & ideo à Græcis, immutata litera,* Κρόνος, *quaſi* Χρόνος, *vocatur, quid aliud, niſi Sol, intelligendus eſt?* Qualis autem? jam occaſus nempe. Vnde & infauſtum Saturni nomen. de quo inprimis duo commemorant antiqui: quo propemodum & cætera referri poſſunt. Primo, quod Iouem fugerit, hoc eſt, aërem. quod fit, cum occidit, & horizontem hunc exceſſit. Secundo, quod latuerit. vnde & Latium ab eo dictum voluêre. Notum poëtæ illud

Latiumque vocari
Maluit: his quoniam latuiſſet tutus in oris.

Plutarchus ſpecum, de Luna cum agit, in quo lateat, ei tribuit. plane, quemadmodum Mithræ ſuo, ſiue Soli, ſpecum dedicaſſe Perſas, Græci tradunt: cujus milites, in ſpelæo, ſiue ſpecu, initiatos olim, Tertullianus notat. A latendo autem dictum, quaſi πατροπαραδότως, ipſi etiam Romani, vel ex Oriente ipſo, vel iis, qui ibidem nati, didiciſſe videntur. Nobis dubitandum vix videtur, quin, quemadmodum ſurgentem verbis iis, quæ jam diximus perſequebantur Solem, ita Occidentem, ſed diuerſis, ac mœrentes, proſecuti ſint. Vt ſi, LATET, FVGIT, dicas. quod poſt diſceſſum ejus, rerum ſimul omnium conſpectus viſuſque pariter ac vſus tollatur. Vnde & à Romanis Græciſque, etiam Hebræis, in Sacris, Sol occidiſſe illis dicitur, qui votis aut fruſtrantur, aut deſperant. Notum illud Siculi poëtæ,

Ἤδη γὰρ φράσδη, πάνθ᾽ ἅλιον ἄμμι δεδύκειν.

vt & illud Ieremiæ, *occidit Sol ejus dum adhuc dies eſt.* de quo alibi. Illud autem, LATET, FVGIT, סתר נס, *ſatar, nas*, cum Oriente dicas. vt τὸ סתר, pro נסתר, de eo qui abſcondit vultum, dicatur. Vnde jam patet, cur Saturnum, cur Adonin, fugere, & ad inferos, hoc eſt occaſum, abiiſſe dixerint poëtæ. vterque enim Sol eſt. Neque cauſa alia, cur apud Bionem fugere Adonin dicat Venus. quæ

φεύγεις μακρὸν Ἄδωνι.

Quo autem fugit? Sequitur,

καὶ ἔρχεαι εἰς Ἀχέροντα.

in *Acherontem*, inquit, ſiue, *Occaſum*, fugis. Quis autem dubitat, quin Ἀχέρων, quod אחרון, *Acharon*, Hebræis, de occidente vſurpetur? cum mare Occidentis, mare האחרון dicatur Moſi. Ergo φεύγει ἀδωνὶ, ad verbum סתר אדני, *ſatar adoni*, vel, *ſatar nas adoni.* quod eſt, *latet Dominus meus*, Sol nempe. latet, aut fugit. eo ſenſu quo jam dixi. Verum de Græcorum Sacris fabuliſque, quæ ex iſto fonte profluxerunt, erit aliquando major, vt ſperamus, ac commodior dicendi locus. Hæc ſunt, quæ cum inſtituto noſtro facere videntur. Plura qui deſiderat, eruditiſſimum eximii neque ſatis vnquam commendati Iohannis Seldeni De Diis Syrorum Syntagma adeat. vbi plura de Adonide & aliis. Erudite idem noſter, operis initio, ignarus tamen, Proteum, vt qui à Baccho non alienus eſſet, adhibuit. Ita enim ibi:

Στήσατέ μοι Πρωτῆα πολύτροπον, ὄφρα φανείη
Ποικίλον εἶδος ἔχων, ὅτι ποικίλον ὕμνον ἀράσσω.

Sane Hebræis *cadam*, eſt πρωτεύειν. ſiue ad ætatem, ſiue ad ſapientiam, aut alia id referas. vnde *cadmoni*, πρότερος, πρῶτος. Πρωτεὺς dicas. de quo miror neminem ex eruditis: niſi quod defuiſſe hactenus videtur, qui ad Orientem, diligenter Græciam exigeret ac preſſe examinaret. Ægyptium quod Protea fuiſſe ex Poëta dicunt, cui Ἀθάνατος Πρωτεὺς Αἰγύπτιος, dicitur, non eſt quod nos hic moretur. idem enim & de Cadmo Diodorus, Κάδμον ἐκ Θηβῶν ὄντα τῶν Αἰγυπτίων, γεννῆσαι σὺν ἄλλοις τέκνοις καὶ Σεμέλην. Τὸ ergo, *cadmon*, vel, *cadmoni*, cum primum in aliquo, eumque qui ex Oriente oriundus ſit, eâdem voce notet; alteram ſignificationem, quod ſolent Helleniſtæ, vſurparunt Græci. Ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Neptuni quidem Protea miniſtrum, prudentiſſime autor antiquiſſimus Homerus dixit : quia nempe & nauigandi arte & aſtrorum inter primos fuit. quo eodem nomine à noſtro Cadmus celebratur. Atque huc Poëtæ illud ſpectat, ὅϛε θαλάσσης πάσης βένθεα οἶδεν. Idothea, quam illi filiam fuiſſe volunt, eruditionem arguit, vt literarum inuentoris. In omnia quod ſeſe elementa, ignem præcipue atque aquam vertit, eo dicitur, quod primus vires rerum naturalium, ac principia, quæ elementa vulgo dicunt, atque earum cauſas, publice oſtendit. nam interpretationes, quas Grammatici adferre ſolent, animum erectum prope ad veritatis deſperationem agunt. Dicent, multis annis ante Proteum in Græciam veniſſe Cadmum. quaſi certa temporum in fabuloſis ratio haberi poſſit : aut Homerus Protei ætatem vrgeat : ac non potius, vt jam relatum inter Deos, celebrarit. quod & forte Cadmi meritis debere ſe exiſtimabant Græci. Et ſic quidem opinamur. nam & conjecturis, vbi nemo ſapit, locus eſſe debet. Cætera & alii notarunt, & nos olim in iiſdem libris quædam, ac non pauca quidem quæ aduerſione digna videbantur. Inter quos & vere alter parens noſter, & incomparabilis præceptor, magnus Scaliger : qui & ſolœcos aliquot, ad oram ſui codicis, quem penes nos habemus, annotarat. Quod nos aliis relinquimus. niſi quod nonnulla alia, in quibus leges vel dicendi vel poëticæ tranſgreſſus eſt, ex noſtris ad Metaphraſin jam peti poſſunt. in qua quædam ejus generis ex vſu publico notamus : quem propoſitum fuiſſe nobis, non ambitionem, affirmare poſſumus. Nunc de opere, atque illius conſtitutione, aliquid dicendum eſt. Poëtæ omnes, qui perfectum opus aliquod heroicum dederunt, cum aut vniformes & hærentes inter ſe vnius actiones, aut diuerſas, ſed vnius tamen, ſiue viri ſiue temporis, ſint perſecuti ; noſter, in his quidem quæ dicuntur Bacchica, longiſſime ab vtriſque abit. Vt qui neque vnius, ſcilicet, eaſdem, nec vnius aliquas vel omnes, neque vnius temporis diuerſas, ſed vnius cauſa, non vnius, ſed multorum, quæ nec cum quibuſdam, nec cum omnibus vnius cohærerent, in hoc opere deſcripſit. Eaſdem dicimus vnius. vt quæ paruo tempore apud Indos Bacchus geſſit. Quæ cum vix milleſima totius operis hic pars ſint, toti ſatis operi, ac quidem juſto, eſſe poterant. Vnius aliquas : vt Bacchi Indica ; ſed omnia. Vnius omnes ; vt quæ toto vitæ tempore à Baccho geſta ſunt. quod ab Ariſtotele, nec ſine cauſa, reprehenditur. Quare, ſi cum Rege Criticorum nobis judicandum, non tam opus epicum quam chaos dedit. Nam vt Indos expugnaret Bacchus, Iupiter Europam rapit : cœlum à Typhœo oppugnatur : Harmoniam ambit & exambit Cadmus. Idem Thebas condit, filiaſque elocat. A canibus diſcerpitur Actæon. à Diis denique Proſerpina amatur : ac ſic demum Zagreus, poſt hunc Bacchus, naſcitur. Tantæ molis erat, Deum, qui in amphora, vt ille ait, habitaret, gentibus ac terræ dare. ideoque & ante natum eum, cujus geſta condit, ſex aut ſeptem operum materiem conſumpſit. Inter quæ ne vnum quidem argumentum vniforme, vel ejuſdem fili aut coloris. vt tot fieri ex ipſis libri poſſint, quot ſunt ipſa. Primum eſſet ἡ Εὐρώπης ἁρπαγή : ſecundum, ἡ Τυφωέως μάχη, vel Γιγαντιὰς, vt ipſe judicauit : tertium, Κάδμου καὶ Ἁρμονίας γάμοι : quartum, ἡ Καδμεία, ſiue, αἱ Κάδμου πρᾶξις : quintum, Περσεφόνης γάμοι : ſextum, αἱ Ζαγρέως γοναί : ſeptimum, αἱ Διονύσου γοναί. Nam ſequentia non minus intricata ſunt. ita, vt viceſimo & tertio, aggrediatur Indica, qui ante decimo & tertio catalogum proponit. vt ſic totum opus nihil ſit aliud quam epiſodium, quod epiſodium non habet. Nihil enim eſt præcipuum aut primum : nulla operis κατάστασις : nihil ita denique ἐπάλληλον & inter ſe cohæret, vt hoc poſito, quod vnice Homerus agit, alterum ſequatur. in quo vniuerſæ tamen epicæ poëſeos laus vertitur. Neque alia eſt cauſa, quare Odyſſeam, quod ad diſpoſitionis artificium, Iliadi præponant Critici, ἢ, ὅτι,

dicunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

dicunt, illi, γλισχρὰ καὶ ὀλιγόϋλος ἡ ὑπόθεσις. *niſi, quia tenue ac exiguum eſt argumentum*: quod ſic, ſcilicet, amplificationis artificium admiſit. cujuſmodi artificia πλατυσμοῦ μηχανὰς, venuſte iidem Critici dixerunt. Quo decepti veteres, diuerſa aſſcripſiſſe noſtro opera videntur. quæ non ſcripſit alibi, vt arbitror, ſed hic confudit. Vnde illud:

> Νόννος ἐγώ· Πανὸς μὲν ἐμὴ πόλις· ἐν Φαρίῃ δὲ,
> Ἔγχει φοινήεντι γονὰς ἤμησα Γιγάντων.

quaſi ſi Γιγαντιάδα, non Διονυσιακὰ ſcripſiſſet. Niſi Indos intellexerit: quod & Falckenburgio, viro inprimis erudito, ac optime de hoc ſcriptore merito videtur. Cæterum, cum opere delineato, ſaltem animo ac ſecum, de inſcriptione operis, non contra, cogitare debeat Poëta; noſter ſine dubio, ante ipſum de inſcriptione cogitauit. qua, quam potuit latiſſime, quæcunque à Baccho geri potuerunt, voluit complecti. Quod quam recte factum ſit ab eo, videamus. Nam cum omnes apud Græcos fere inſcriptiones ἁπλεῖς ſint, hoc eſt, intellectu vocis principalis adjuuandæ (ita Ἰλιὰς cum dico, vel τὴν βίβλον, vel quid ſimile intelligo: Ἰλιάδα enim ἀντὶ τοῦ Ἰλιακὴν hic poni volunt:) quæro, cum Διονυσιακὰ inſcripſerit hoc opus, quid intelligi à nobis velit? neque enim plenum ſed imperfectum. Dices πράγματα: quemadmodum Κυπριακὰ aut Τρωϊκὰ qui ſua inſcripſerunt. Quod jam eſt ineptum. Non enim cum de vno loquar (& vnius ſane Bacchi cauſa cæterorum mentionem fecit) Ἀχιλλέως dicam πράγματα, ſed πράξεις: neque contra πράξεις Τρωϊκὰς, ſed πράγματα, aut πραγματεία Τρωϊκή. Quod ſi πράγματα Διονυσιακὰ concedam dici, non tam Bacchi, quam quæ ejus tempore, aut ab aliis cum eo geſta ſunt, intelligam. Quare & Ἀννιβαϊκὴν hiſtorici, non Ἀννιβαϊκὰ, ſcripſerunt. A perſonis etenim dupliciter, vt plurimum, inſcriptiones peti ſolent. Ἀπὸ τῶν κυρίων, ſeu nominibus ipſis: vt Amphitryo, Vlyſſes. Ἀπὸ τῶν κτητικῶν, ſeu poſſeſſiuis: quemadmodum Vlyſſea & ſimilia. Ideoque Διονυσιάδα inſcripſiſſe potius debebat. quod paucis tamen Bacchi actionibus aut rebus conueniſſet.

CAP. II.

Ingreſſio ad Sacrum Nonni opus. Ejus inſcriptio. Μεταβολή. *id quomodo antiquis vſitatum. Nonnus atque id nomen, vnde.* μεταβάλλειν. *Dionyſii Thracis Odyſſeæ* Μεταβολή. ἀμείβειν. τὰ ἀμειφθέντα. *Attributa, ſiue Epitheta. eadem Appoſita dicta vel Sequentia. Felicitas in iis, ex judicio quorundam, Nonni. accidentia.* ἐπιγινόμενα. *Origo attributorum, & hiſtoria. vſus in ſacris. Bacchus,* Βοιωτός. *Attributorum abuſus, in noſtro præſertim, obiter notatus. Compoſita, ſeu* διπλᾶ. *Attributorum ex Grammaticorum opinione definitio. ea refutata. Chariſii quæ eo ſpectat ac Donati definitio. Attributa male ad ſolas aſtringi ſubſtantias. earum diuiſio. ineptiæ Grammaticorum. Nonni incongrua, præſertim cum de Deo agitur, appoſita. Summa genera, ſeu claſſes, Ariſtotelis. Stoicorum quinque. & earum diuiſio ac vſus. Priſciani error. fur, latro, virgo, & ſimilia, appoſita. Hebræorum de iis ſententia. Nomen accidentis.* τὰ παρωνύμως λεγόμενα. *in attributis aut appoſitis, verum conſiderari aut falſum. dedicatiuæ enunciationes. Axioma Stoicis quid. idem Fundamentum Dialectices ab iis dictum. Appoſitorum ex Hebræa conſuetudine origo. vis eorum ac poteſtas. verum ea continere ac falſum. Quantitas Attributorum, cum ſimpliciter junguntur. Effatum, Enunciatum, Axioma, Interpretatio, idem. Hebræis Logicis quomodo dicatur.*

NVnc ad Sacrum opus veniamus. Cujus vt interpretationem dedit noſter, ſic inſcriptionem, ſiue autor ipſe, ſiue editor, quod malo, breuem, neque minus & concinnam, & appoſitam præmiſit. Vt quæ nihil quam Μεταβολὴν promittit. nos Metaphraſin plerunque diximus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Nam inſcriptio ſic habet: ΝΟΝΝΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ ΠΑΝΟΠΟΛΙΤΟΥ ΜΕΤΑΒΟΛΗ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ ΑΓΙΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ. Siue igitur initio paganus fuit, poſtea autem Chriſtianæ nomen dedit fidei, ſiue talis natus eſt, è Chriſtianis in Ægypto oriundum, ipſum quoque euincere videtur nomen. Quod, Græcis ſimul Latiniſque Chriſtianis, vſitatum, vt & *Nonni.* id autem χελικῶς τῷ *Abba*, quod eſt *Pater*, reſpondet. Vnde *Nonni*, qui ſub vno patre conſecrati eſſent, quaſi filii. A quo nomen proprium fecêre. quod, vt poſtea dicemus, ominis videtur cauſa à parentibus tranſlatum. Interim vt *Abba*, ita hæc ex Oriente: quanquam mox ad alios conceſſit, qui neque ipſi de origine ac vſu primo, non ſolliciti fuiſſe videntur. Quippe vt Filium, ſecundam, ſcilicet, perſonam, Chriſtiani, ſic, Meſſiam ſuum, ab origine hac Rabbini, voce paululum deflexa dixêre. quam in Pſalmis obſeruarant, & à נין deducunt. Notus enim locus ille, לפני שמש ינין שמו: *quam diu Sol erit, propagabitur*, ad verbum, *filiabitur, nomen ejus.* qui 72. in illuſtri illa Prophetia legitur. Vnde & מנון, *jus filiorum*, Prouerb. 29. vbi vetatur, ne quis delicate nimis ſeruum habeat, ne eo modo יהיה מנון, *tanquam filius euadat.* Porro in eo Regii Prophetæ, quem jam dixi, loco, *permanendi*, ſeu, τοῦ διαμένειν, voce, Helleniſtæ vſi ſunt. qua filiorum propagatione ſtirpes ac familiæ continuantur. Quo & illud ſpectat, vt Magiſtri notant, πρὸ τοῦ ἡλίου διαμενεῖ τὸ ὄνομα αὐτοῦ: de Meſſia nempe. quemadmodum τὸ נין, *nin*, Hieroſolymitanum Thargum, voce ביר, *bir*, teſte Elia in Thiſbite, exponebat. Vnde ad ſanctos & jam Deo conſecratos, atque ad propria id nomina videntur tranſtuliſſe Chriſtiani: vt de matre Gregorii Theologi, aliiſque, quorum meminere veteres, res fidem facit. nec ſine cauſa plane Moſchopulus, Νόννα, κύελον: quod miratur vir doctiſſimus. Sed nec operis inſcriptio modeſtia caret. quod Μεταβολὴ, vt diximus, inſcribitur. Etenim vt mercem merce alia, aut nummulo, propolæ, quos μεταβολεῖς dicebant, vulgo permutabant, ita τοῦ μεταβολέως, ſiue interpretis, ex genere iſto, in autorum quos interpretatur ſcriptis, verbum verbo, linguam lingua, permutare, munus ac officium videtur. quod & in eâdem & in aliâ habere locum poteſt. Sed & Critici, μεταβολέα, τὸν τὸ αὐτὸ νόημα διαφόρως ἐξαγγέλλοντα, *qui eundem ſenſum aliter atque aliter efferre ſolet*, eſſe notânt. Quod de facundo viro, vates facundiſſimus,

Ille referre aliter ſæpe ſolebat idem.

Videtur ergo laxius pro qualibet interpretatione ab iis ſumi. ſed & quemadmodum Paraphraſis, Rhetorices doctoribus in vſu inter exercitia ſcholarum fuit, ita & μεταβολὴ fortaſſe: quod Grammatici & alii, in hoc ſcribendi genere, id agerent, vt verbum verbo commutarent. Qualis olim Dionyſii, ſcriptoris Thracii, aut Thracis, teſte Euſtathio, in Odyſſeam maximi Poëtæ extitit interpretatio. qui, μεταβάλλειν, inquit, λέγεται λέξεις ὁ δίγλωσσος. ὅθεν καὶ τὸ βιβλίον ὅλον τῆς παραφράσεως ὁ Θρᾷξ Διονύσιος, μεταβολὴν τὴν τοιαύτην αὐτοῦ πραγματείαν ἐκάλεσε. qui παραφράσεως, pro μεταφράσεως, vt videtur, dixit. Quod ex alio apparet loco, vbi de eodem hoc interprete: ἀντὶ ἀσαμίνθου πύελον ὁ μεταβολεὺς ἑρμηνεύει. *pro voce*, inquit, ἀσάμινθος, *quæ labrum denotat, voce* πύελος, *quæ idem denotat, interpres vſus eſt.* Vbi, vocem voce reddidiſſe vides. vocem quippe ἀσάμινθος, quam minus vſitatam repperiſſet, magis vſitata verterat: qui ſic quaſi permutationem, vt in mercibus, inſtituerat. Μεταβάλλειν ergo eſt ἀμείβειν, *permutare.* quo poſteriori, etiam ſic vſos video antiquos. de interpretationibus, nimirum, ſiue *verſionibus*, vt nunc loquuntur. Etiam poëticis, quod maxime hic locum habet. vnde & ἀμειφθέντα, ipſa quæ vertuntur ſcripta, ſiue opera, à Criticis dicuntur. Poëticam ſane Eudoxiæ τῆς Ὀκτατεύχου Metaphraſin commendat Photius. qui ſunt octo primi Fœderis antiqui libri. Cujus argumentum, Ἀμειφθέντα idem maximus vir vocat. qui, Ἀνεγνώσθη Μετάφρασις τῆς Ὀκτατεύχου· καθ' ἡρῷον δὲ αὐτὴν μέτρον μεπεποίηται. λόγοι δὲ ἦσαν ὀκτώ, κατὰ τὸν ἀριθμὸν

ἀριθμὸν τῶν ἀμειφθέντων. Ἀμειφθέντα ergo τὰ μεταβαλλόμενα. hoc eſt, ſcriptum ipſum, ſiue Octateuchus: quod Eudocia, vt noſter Euangelium Iohannis, eo opere reddiderat. quemadmodum interpretem fidelem, quique à verbis quam rariſſime, à mente non recedit, ἐγγὺς ἀμείβειν, idem ſummus autor ac Sacrorum Criticorum Princeps, dixit. Quod non ſemper noſtro vſu venit. niſi quod non raro verbis hæret: quas, quemadmodum de Helleniſticis & vocibus & phraſibus probamus paſſim, non aſſequebatur. Eandem autem vocem reddere nec permutare, neque eſt μεταβάλλειν, nec religioſum eſſe, ſed hiantem ac vacuum dimittere lectorem. qui, cum plurimis in locis ex ignota voce obſcuritas naſcatur, poſtquam aliam diu expectauit ab interprete, eandem accipit quam non intelligit. Atque hæc de Inſcriptione quidem. nam ad ipſam antequam interpretationem accedamus, neque voces modo, ſed inprimis mentem cum contextu conferamus Sacro, operæ facturi videmur, ſi quæ addidit de ſuo, quæq; ab aliis tantopere ac tot modis commendantur (cujus generis Appoſita atque Attributa ſunt) cum cura expendamus. de quibus tamen, ne quid ſtudium lectoris in autore ipſo ac judicio de eo, remoretur, prius aliquid in genere dicendum nobis videbatur. Igitur Poëtæ, cum, Philoſophorum more, qui eorum traduces fuerunt, definire non conſuerint, neque minus tamen, quod præcipuum eſt in poëſi, maximo cum ornamento res diſtinxerint ac ſepararint, ſubſtantiis, tam primis quam ſecundis, quibuſdam quoque ex accidentibus (quæ nec eodem modo accidentia dicuntur, inter quæ & illa quæ ἐπιγινόμενα veteres Theologi, vt & Magnus Baſilius, dixerunt, quale eſt malum in homine aut cæcitas) proprietates quaſdam, ſiue attributa, loco definitionis ſæpe, ſæpe ornamenti tantum cauſa, aſſignarunt: quibus ea ratione ſingula circumſcribuntur partim, partim diſtinguuntur. quæ vel *Attributa*, vel *Appoſita*, vel, quod inter alia illorum nomina notauit Fabius, *Sequentia*, plerunque autem, *Epitheta*, dicuntur. Quorum quidem ea in poëſi ratio, vt congrue aut incongrue apponantur: verum item ſæpe denotent ac falſum: aut enunciationem ſaltem talem, vt loquuntur Dialectici, includant. In quibus, cum grauiſſimi doctiſſimique viri (inter quos nonnulli è præcipuis ætatis noſtræ Theologis) jam pridem noſtro tribuant hanc laudem, vt plerunque in rebus Theologicis ac Sacris, commentarii aut interpretationis loco, ea quæ ab illo adhibentur, eſſe poſſint; danda nobis opera, vt accurate ante omnia ac ſemel, hæc examinemus. Quo defuncti, cætera facilius expediemus. ita quidem, vt docendi cauſa, quæ in genere de his dicenda erunt, præmittamus. Ac de voce primo. quam ex vſu alio tranſlatam huc apparet. Quemadmodum cum Pythagorici, ἐπίθεσιν, forte & ἐπίθετον, binarium aut ſecundum dicebant numerum: quod μονάδι ſine dubio, quæ numerum non efficit, adjiciatur. Heſychius, Ἐπίθεσις, ὁ τῶν δύο ἀριθμὸς παρὰ τοῖς Πυθαγορικοῖς. Et cum ea feſta, quæ non eſſent patria aut ſua, ἐπιθέτους ἑορτὰς, eaſque cauſas, quæ, cum peregrinæ eſſent, Martis judicibus committebantur, Athenienſes ſic dicebant. ejuſdemque generis nonnulla, quæ ex antiquorum obſeruationibus petenda. Quo, vrbane, ſuo more ac erudite, Rex philoſophorum reſpicit, cum hæc, de quibus hic nunc agimus, ἐπίθετα ὀνόματα vocauit. τὰ δὲ, inquit in Rhetoricis, ὀνόματα ἐπίθετα καὶ διπλᾶ. quemadmodum rem ipſam, ἐπιθέσεις ποιεῖσθαι, idem philoſophus ibidem dixit: quod ἐπιτιθέναι τὰ ἐπίθετα τοῖς πράγμασιν, vrbane interpretes dixerunt. Hermogenes, γλυκεῖα γὰρ λέξις καὶ ἡ διὰ ἐπιθέτων ὀνομάτων. Cæterum, priuſquam aliquid de definitione, hiſtoriam eorum, primumque vſum, ac originem hic obiter tangamus. Attributa ergo in diuinis primum inueniſſe vſum, multa docent. Sacra pagina præſertim. In qua Sancti, qui præſertim cum affectione animi & ἐμπαθῶς loquuntur, ea maxime vſurpant. Teſtis eſto locus nobiliſſimus Exodi 34. vbi Deus ipſe, ad hanc,

ſiue

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ſiue compellandi ſiue orandi rationem, præit. Tredecim autem, vt ab Hebræorum obſeruatur Magiſtris, מדות, ſeu proprietates, ipſe ſibi ἐπιτίθεται. Ibi autem, *Et tranſiens Iehouah ante eum, clamauit, Iehouah, Iehoua, Fortis, Miſericors, & Miſerator. Tardus ad iram: multuſq; miſericordia & veritate.* & quæ ſequuntur. Quo & illud Ier. 32. ſpectat, *Fortiſſime, Magne, & Potens. Dominus exercituum nomen tibi. Magnus conſilio & Incomprehenſibilis cogitatu.* Quod Diabolus continuo, vt omnia, expreſſit. Nam vt attributa tot prætercam, quibus Deos ſingulos Deaſque Græci nuncuparunt ac Romani, quod ex formulis eorum patet, nuſquam illud æque luculenter atque in Hymnis Onomacriti, qui vulgo Orpheus dicitur, elucet. Toti enim attributis conſtant. ac vix dubitandum, quin ſit autor idem, cujus ſcripta (plura enim eo tempore extabant) τὰ καλούμενα Ὀρφικὰ ἔπη, primo De anima Philoſopho dicuntur. qui, τοῦτο, inquit, πέπονθε καὶ ὁ ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς καλουμένοις ἔπεσι λόγος· φησὶ γὰρ τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ ὅλου εἰσιέναι, ἀναπνεόντων φερομένην ὑπὸ τῶν ἀνέμων. vbi Philoponus, λεγομένοις εἶπεν· ὅτι μὴ δοκεῖ Ὀρφέως εἶναι τὰ ἔπη, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τῷ περὶ φιλοσοφίας λέγει· αὐτοῦ γάρ εἰσι τὰ δόγματα· ταῦτα δέ φασιν Ὀνομάκριτον ἐν ἔπεσι καταθεῖναι. ita enim legendum. *In iis, quæ Orphei dicuntur*, inquit, *quia non videntur ea Orphei eſſe carmina. quemadmodum & ipſe libro De Philoſophia dixit. Nam vt doctrina eſt Orphei, ita eam concepiſſe verſibus Onomacritum volunt.* Totus autem ille liber, vera Satanæ ipſius liturgia eſt. in qua ſinguli, vt jam dicebamus, hymni, nudis conſtant attributis. Homero autem & recentiorem eſſe, & de ſuo multa addidiſſe, vel ex eo patet, quod Priapos, alioſque Deos, nondum illi, vt putatur, notos, inſpergit. Is igitur in Hymno Bacchi, Bacchum ſe vocare ait,

ἐρίβρομον, εὐαστῆρα,
Πρωτογόνον, διφυῆ, τρίγονον, Βακχεῖον, ἄνακτα,
Ἄγριον, ἄρρητον, κρύφιον, δικέρωτα, δίμορφον,
Κισσόβρυον, ταυρωπόν.

& reliqua quæ ibi ſequuntur. Cujus generis & Hymnus ille Bacchi, qui ex attributis literarum ordine conſtructis, in Anthologia Epigrammatum Græcorum legitur. cujus initium:

Μέλπωμεν βασιλῆα φιλεύιον, εἰραφιώτην,
Ἀβροκόμην, ἀγροῖκον, ἀοίδιμον, ἀγλαόμορφον,
Βοιωτὸν, Βρόμιον, Βακχεύτορα, Βοτρυοχαίτην, &c.

vbi Bacchum inter alia Βοιωτὸν notabis dici, ne quis Sacra ejus voceſque, quibus vſi in iis Græci, à Cadmo, de quo ſupra, oriundas dubitet. Sunt autem iſta, eo ordine præſertim compoſita, meri luſus, aut ingeniorum, quæ quod agant majus nihil habent, oblectationes. Apud Principem autem Poëtam, Agamemnon aliique, ex dignitate, cum precantur, ea adhibent. qui,

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, κελαινεφὲς, αἰθέρι ναίων.

Et ita Achilles,

Ζεῦ ἄνα, Δωδωναῖε, Πελασγικὲ, τηλόθι ναίων.

Quæ poëta ſummus pariter & Criticus Callimachus, arte ſingulari ac judicio in Hymnis temperauit. nam & modice adhibuit, & ſingulorum rationem reddidit. Quemadmodum de Ioue, cum initio

Πῶς καί νιν Δικταῖον ἀείσομεν ἠὲ Λυκαῖον,
Ἐν δοιῇ μάλα θυμός· ἐπεὶ γένος ἀμφήριστον.

quod deinde fuſius perſequitur: ſemper enim aliquid interſerit: ſed & plerunque cauſam aut narrationem, quæ non impleat lectorem ſed detineat, admiſcet: idque verbis non ſeſquipedalibus, ſed caſtis. vt ecce,

Ζεῦ, σὲ μὲν Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσι φασὶ γενέσθαι,
Ζεῦ, σὲ δ' ἐν Ἀρκαδίῃ· πότεροι πάτερ ἐψεύσαντο;
Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται.

Item

Idem de Theocrito dicas. in cujus Διοσκούροις, nullum attributum turgidum, aut inſolenter compoſitum, occurrit. Noſter, extra operis neceſſitatem, Deo illi, cujus res in Bacchicis deſcribit, tot vbique attributa dedit, vt catalogus ac index confici ex iis luculentus poſſit. Quod in ſingulis nominibus ab eo factum. quorum pleraque, ſine vlla rerum, quas in Euangelio tractabat, reuerentia, huc transfert: ita vt hæc ipſa, quæ à raritate commendantur & orationem commendare ſolent, prope ad ludibrium ſic conuertantur. Quod acute olim Rhetores viderunt. qui cauendum monuerunt, ne ſuperflua adhibeantur in oratione aut multa. Quorum alterum, ineptum (vt ſi niuem albam, humidum ſudorem dicas) alterum, cum tædio conjunctum: quia ad poëſin vergit ſermo. Sed & Alcidamantem magnus doctor accuſat Ariſtoteles, quod, cum vſitato ac ſoluto ſcriberet ſermone, frequentioribus, longioribus, nimiſque eminentibus plerunque attributis vteretur. Quanquam autem nemo neſcit, plus Poëtis, quod ab eo ſæpius repetitur, licere; eorum tamen ſingula quæ ibi notat, in hoc noſtro habent locum. Quare verum de eo, quod de ſuo illo, idem Criticorum Princeps, cum judicio pronunciauit: οὐχ' ὡς ἡδύσμασιν, ἀλλ' ὡς ἐδέσμασιν, non vt condimentis quæ delectant, ſed vt cibis, ad faſtidium lectoris ac ſatietatem, ea paſſim adhibuiſſe. Quid, quod frigus illud, quod in ſuo damnat Ariſtoteles, affectaſſe ex inſtituto noſter videtur? Nam quod maxime, vt frigidum in illo notat, quod, ἀντίμιμον τῆς ψυχῆς ἐπιθυμίαν, cum de libidine ageret, dixit, quid eſt aliud, quam illud quod tam ſæpe placet noſtro, ἀντίτυπον μίμημα? Vt in eo:

Ἀντίτυπον μίμημα δρακοντείοιο προσώπου.

cum draconem, ſcilicet, ſignificare vellet. Quod & attributum ſimul & compoſitum: διπλοῦν ἅμα καὶ ἐπίθετον, vt Ariſtoteles id vocat. Iam frequentia ac nimia vbique toto opere obſerues. Luculentum ſpecimen initio occurrit. Vbi cum Sanctiſſimus Euangeliſta, omnibus non ſine cauſa abſtinendum ſibi judicaſſet, integram ex attributis contexuit orationem.

Ἄχρονος ἦν, ἀκίχητος, ἐν ἀρρήτῳ λόγος ἀρχῇ,
Ἰσοφυὴς γενετῆρος ὁμήλικος, υἱὸς ἀμήτωρ,
Καὶ λόγος αὐτοφύτοιο Θεοῦ.

Quanto autem cum periculo, ἄρρητον ἀρχὴν ac ſimilia dixerit, facile ex iis quæ in Prolegomenis jam dicta ſunt, lector videbit. Ne de frigidis jam dicam. quale illud de regeneratione,

Ἀλλὰ Θεοῦ γεγάασιν ἀνήροτα τέκνα τοκῆος.

Quod, cum ἄκυρα vbique, ſeu impropria, occurrant, etiam obſcœnitatem in re ſancta, ex tranſlationis modo habet. Quid quod attrributa, attributis dedit? Vt in illo,

Ἀβραὰμ ἀρχεγόνοιο, ῥυηφενέος γενετῆρος.

Nam vt *Pater*, attributum eſt in eo

Et Pater Æneas Romanæ ſtirpis origo,

ita γενετὴρ in iſto. Quid quod alieni characteris attributa miſcet? Vt in illo, primo capite,

καὶ Ἑβραίων χορὸς ἀνδρῶν
Πόμπιμος, ἔνθεον ἄνδρα τὸ δεύτερον ἤρετο μύθῳ.

Πομπίμους enim eos, qui à Phariſæis ac Leuitis ad Baptiſtam mittebantur, dixit. Forte quod in Sophocle Trachiniis legiſſet,

Ὦ παῖδες, ὡς ἄρ' ἡμὶν οὐ σμικρῶν κακῶν
Ἦρξεν τὸ δῶρον Ἡρακλεῖ τὸ πόμπιμον.

Quod antiqui Tragici dicerent,

Porro ſodales, peſſimo nobis malo
Donum auſpicauit, Herculi miſſum vt fuit.

quaſi vt dona πόμπιμα, in Tragœdia, ita legati qui mittuntur, in Epico præſertim carmine, vbi nauci hoc non eſt, recte dicantur. De quibus, vt oportet, judicare, linguæ ejus, de qua agitur, periti, accuratique judicii finis eſt. Adde quod cum illuſtrandæ rei attributa ſint inuenta, etiam ἀδηλογίαν & obſcuritatem miſcet, qui nec commode & ſemper iis vtitur. Quemadmodum in illo:

Νυκτιφαὴς ἀχάρακτος ἑῷος ἤιεν ἀστήρ.

Quid autem hic ἀχάρακτον in ſtella lucidiſſima? cum præſertim cæci oculos, qui cum hoc malo natus eſſet, nono capite ſic dixerit? Ita enim ibi:

Συμφερτὴν, ἀμέριστον ἔχων, ἀχάρακτον ὀπωπήν.

Quid quod vix alia admiſit vſquam quam compoſita? quæ modeſte διπλᾶ Philoſopho dicuntur. cujuſmodi non minus cum judicio Poëtæ reliqui quam Oratores admiſerunt. Componendi enim finis, partim, vt, quemadmodum à Criticis notatur, non promiſcue, ſed cum neceſſitas id exigit, oratio aſſurgat: partim, vt mens noſtra, vbi opus, loco integræ orationis, verbi beneficio vtatur: neque vnum, ſed ſic multa, vno complectatur. Ac ſic interim oratio accreſcat. cujus granditati proximus eſt tumor. In quod vitium abitur, cum aut multa adhibentur, aut non ſatis apte voces componuntur. Quod à Dithyrambis fieri ſolebat; quibus eas Ariſtoteles aſſcribit. Vt non fruſtra Dithyrambicas vocabulorum compoſitiones, & inuſitatas, ideoque duras ſimul ac periculoſas, quales fere noſtri, Rhetores relegent. de quibus eleganter autor præſtantiſſimi De elocutione libri: qui nunc vulgo Phalereus; ab Ammonio ad librum Περὶ ἑρμηνείας, ſimpliciter Demetrius dicitur. cujus liber, Περὶ λογογραφικῆς ἰδέας, ſiue, *De ſermonis vſitati forma*, inſcribitur. Is igitur Demetrius, Ληπτέον δὲ καὶ σύνθετα ὀνόματα· οὐ τὰ διθυραμβικῶς συγκείμενα. οἷον, θεοπεράτους πλάνας, οὐδὲ, ἄστρων δορύπορον στρατόν· ἀλλ' ἐοικότα τοῖς ὑπὸ τῆς συνηθείας συγκειμένοις. καθόλου γὰρ ταύτην κανόνα ποιοῦμαι πάσης ὀνομασίας· νομοθέτας λέγουσιν, καὶ ἀρχιτέκτονας, καὶ τοιάδε πολλὰ ἕτερα ἀσφαλῶς συντεθεῖσιν. hoc eſt, *Compoſitis vtendum nominibus: non quæ tumide & Dithyrambicorum more componuntur. Vt ſi quis* θεοπεράτους πλάνας, id eſt, *prodigioſe à Deo immiſſos errores, aut* ἄστρων δορύπορον στρατὸν, *aſtrorum exercitum igneis munitum haſtis, dicat: ſed, quæ ita componuntur, vt ab vſitatis receptiſque quam minime recedant. Quam in vniuerſum normam in his talibus ac legem eſſe volo. vt cum* νομοθέτας, *legiſlatores,* ἀρχιτέκτονας; *fabrorum dicimus præfectos: & id genus alia, quæ tuto componuntur.* Noſter vero ita à vulgari conſuetudine vocabulorum, ita à ſimplicibus abhorret, vt pro iis cum periculo compoſita vbique affectet. Etiam cum alia ſe offerebant. Tale eſt cap. 2.

Πρωτοφανὲς τόδε θαῦμα φιλακρήτῳ παρὰ παστῷ
Ἰησοῦς ἐτέλεσσεν.

Quod alius, Πρῶτον μὲν τόδε θαῦμα, melius dixiſſet. cum compoſitum non minus veritatem quam ſimplicitatem rei minuat. plus enim πρῶτον quam πρωτοφανές: de vero, nempe, certo ac ſimplici miraculo. Tale eſt πολυαστερής, pro πολλοί. quæ inuſitata ſunt, atque illi hac de cauſa placent. Quemadmodum & omnem ſuperat abſurditatem, quod incogitanter clauos, qui, ex ferro eſſent, hoc eſt, σιδηροῦς, ſeu, *ferreos*, σιδηροφόρους dixit.

Ὄρθιος οὗτος ὄλοιτο σιδηροφόρων ἀπὸ γόμφων.

quaſi nauem *ligneam*, *ligniferam* Latine dicas. Vt omittam, eſſe quædam, quæ perpetuo occurrunt. vt ἀντίτυπον, ἀντίκτυπον, παλίννοστον, παλινάγρετον, ἀθρήτῳ τινὶ παλμῷ, γαμψώνυχι παλμῷ. quorum quodlibet ſimplicibus vocabulis & aliis ſubinde poterat efferri. Quæ pauciſſima de multis obiter notamus: vt ſententiam antiquitatis, in quam toties peccauit, illuſtremus. Et hæc proprie ad formam Attributi. Cætera enim, quæ vel rebus parum congruunt, ac ſic inepta ſunt, vel vitioſe efferuntur, maxima ex parte infra ſigillatim annotamus. Quod priuſquam fiat, definitio conſideranda erit. quam, vt ſolent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ſolent, dignam ſe Grammatici excogitarunt. *Epitheton, ſiue Attributum, eſſe nomen, laudem denotans aut vituperium. quod propriis, vel quæ appellatiua dicuntur, commode apponitur: quodque à corpore, ab animo, aut iis quæ ſunt extra, ſumitur.* In qua definitione, quot ſunt pene verba, tot ſupinitatis ſunt indicia aut negligentiæ. Primo enim, quis diuiſionem illam ferat, *laudem denotare aut vituperium?* Nam quæ laus aut vituperium, ſi, exempli cauſa, *herilem greſſum*, cum Poëta dicam? qui

greſſumque canes comitantur herilem.

Et cum idem Poëtarum Princeps, de natura ſingulorum, *campos liquentes, mare cæruleum*, aliaque id genus, dixit? quæ profecto neque laudem neque vituperium notare poſſunt. Quemadmodum cum nihil, niſi quod redundat notant. vt, *cæduntque ſecuribus humida vina:* etiam, cum *humor liquidus*, aliaq; id genus dicuntur. Quod Chariſius cum intelligeret, *Epitheton eſt*, inquit, *dictio, vocabulo adjuncta, ornandi, aut deſtruendi, aut judicandi cauſa.* Donatus, *diſcretionis, proprietatis, aut ornatus cauſa.* Mirum autem eſt, quid cum diuiſione ea iis venerit in mentem, cum à corpore, aut ab animo, aut foris, ſiue extrinſecus, appoſita deſumi dicunt. quod & Chariſius ac cæteri ſequuntur. nec Donatus, quod mirere, hinc abit: idque vulgo jam ab omnibus receptum. Quod ſi verum eſt, ad primam ea fere aſtringi neceſſe eſt Subſtantiam: cum non tam in homine hæc ſpectentur quam in Socrate. Quis enim recte à forma quemquam aut virtute ac fortitudine animi, aut opibus commendet, niſi talem? Herculem, Vlyſſem, ſcilicet, aut Crœſum. quomodo & Oratores, hunc aut illum, à felicitate triplici commendant. Verum iſti, quæ de bonis, Ethicorum primo, à Philoſopho dicuntur, legerant haud dubio. Quaſi non, vt circa ſingula, ſic circa ſingulos actiua occupetur ſapientia. ſemper enim reſpicit τὸν δεῖνα. hoc eſt, certum: qualis Plato aut Socrates. Vnde & ex antiquitate ipſa, certa nomina ad vituperia aut commendationes ſuas veteres Sophiſtæ delegerunt. Vt Iſocrates Buſirin: alii, præſertim ex poſterioribus, alios non paucos, quos vel premunt vel attollunt. Quemadmodum vt plurimum, reliquiis Philoſophorum ac ſemeſis dapibus & fruſtis, analectæ iſti cum ſe paſcant, famem aliorum non tam explent quam irritant. Non enim cogitabant, alia hic eſſe quæ ponuntur, alia quæ apponuntur: quæ & eleganter, ὀνόματα καθ' ὑποκειμένων κείμενα πραγμάτων, quidam ex antiquis dixit. vt qui in apponendo aberrat, nec eſſentiam rei veram nec proprietatem exprimat, & definitionem quaſi falſam ſtruat. Subſtantiæ porro, de quibus prædicatur aliquid, vel incorporeæ, nec creatæ, vt Deus, Pater, nempe, Filius, & S. Spiritus: qui perpetuo appoſito, vt eſt, ita Sanctus ab Eccleſia vocatur. In quorum propriis appoſitis, vt prædicatis, quæ ſubjecto tribuuntur, neque raro neque leuiter, quod paſſim annotamus, aberrauit noſter. Sunt igitur vel tales ſubſtantiæ, vt dixi. Vel creatæ, ac incorporeæ, quales Angeli, qui boni vel mali. Vel corporeæ, inanimatæ, ſimplices. vt cœlum, οὐρανός. quem & tumide nec ſatis apte, κεχηνότα noſter dixit: cum apertum aut patentem, indicare vellet. Vel corporeæ, inanimatæ, compoſitæ, ac ſic abſolutæ. vt fulmen, nix, ac ſimilia, de quibus in Meteoris Philoſophus. de cæteris ne dicam. Reliquorum autem ſedes, ad quas commode referri poſſunt, quidam pauciores ex philoſophis fecêre. In quibus diſtinguendis, ſæpe, vel incogitantia vel imperitia Poëtæ, & fortaſſe ſæpius quam cæteri, peccauit noſter. Ex iis autem, quæ ſunt in Subſtantia aut circa hanc reperiuntur, vel inprimis ſpectant quæ συμβεβηκότα dicunt. Vt quæ Quantitatis nomine efferuntur. Qualis magnitudo, ſpatium, ac cætera ejuſdem generis. Tempus ſcilicet & numerus. quem alibi in Bacchicis ἰσόμετρον vocauit noſter. Aut quæ Qualitatis: vt habitus. quos vel animi vel corporis appoſita ſequuntur. Virtutem quippe & ſapientiam, aliaque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ejuſdem generis fere omnia, appoſitis ſubjiciunt Poëtæ. Vt & ſpecies ejuſdem Qualitatis cæteras. de quibus adeundi ſunt philoſophorum libri. nobis enim ſatis, obiter hæc deſignaſſe. Aut poſtremo, Quæ ad aliquem dicuntur. vt cum Pater, impius aut pius dicitur. Ad quam claſſem è cæteris non pauca commode referri poſſunt. Vltra quam nec Stoici aſcendunt. niſi quod poſtremum genus partiuntur: partim enim, Quæ quodammodo ſe habent, partim, Quæ quodammodo ad aliquid ſe habent, hæc dixerunt. Sola autem quatuor fecerunt genera. Subjectum, nempe, & Qualia, & Quæ quodammodo, tum autem, Quæ quodammodo ad aliquid ſe habent. quibus decem Ariſtotelis, vt ipſi volunt, claſſes, ſiue, genera, circumſcribuntur. Et Subjectum quidem optime, ex Poëtarum conſuetudine, Subſtantiam dixêre. Quanquam enim, Quanta quoque, & Qualia, & quæ Ad aliquid dixerunt ipſi, attributis ſæpe, ſiue appoſitis ornantur, minus tamen proprie priora duo vt & vltimum, apponitur ſeu prædicatur. Vt cum, *Pater Æneas*, hoc eſt, *Æneas eſt Pater*, dico. Idem de appoſitis, quæ proprie ſic nuncupant, dicendum. Quæ cum nihil aliud quam accidentia ipſius ſint Subſtantiæ, de ea prædicantur. Quantitas. vt de Achille, cum πελώριος à Græcis nuncupatur. eodemque modo de re qualibet. Quæ ipſa vel Continua: vt illud quod jam dixi. vel Separata: vt, *Viginti fuluos operoſo ex ære lebetas.* Qualitas, vt *velox:* quod Homero πόδας ὠκύς, (ab Hebræis, quibus hoc, vt cætera non pauca debet, mutuatum: quibus heros Aſael, κοῦφος τοῖς ποσὶν αὐτοῦ, ab Helleniſtis apud Samuelem dicitur,) *prudens, ſapiens*, ac cætera ejuſdem generis non pauca; vel de vno, vel de tota ſpecie. vt cum homo, vel humanum genus, *prudens, ſapiens, aut ratione præditum*, ab iis nuncupatur. Quibus & Relata adde: quæ vel apponuntur vel appoſita admittunt. Quibus reliqua ſi rurſum complectare quæ ſequuntur genera, ad ea & Homerica, ni fallor, omnia, & cæterorum, reuocabis claſſes. Sunt enim accidentia: quæ in Subſtantia aut circa eam, quod nouerunt pueri, verſantur: poſtrema autem fere κατά τι dicuntur, vt Relata. Sed & caſtigandi, qui appoſita, cum iis quæ plerunque adjectiua à Grammaticis dicuntur, eadem omnino cenſent. Vt cum Priſcianus illud, *magnus latro, magnus fur*, ita ponit, vt, quod prius eſt, ſit adjectiuum: cui, id quod eſt poſterius, apponit. Cum poſterius non raro pro appoſito ponatur. eſt enim accidens vtrunque. Quippe vt *albus* neceſſario ad aliquem aut *magnus*, ita *fur*, & *parricida*, cæteraque, referuntur. Vnde & maximus Philoſophorum, *parricidam* recte, vt & *vltorem*, attributis, ſiue appoſitis, accenſet. Quippe tertio Rhetoricorum, vbi de eorum in oratione vſu agit, parricidam matris, ac vltorem patris, dici ea ratione poſſe Oreſtem docet. ea quippe appoſita illius eſſe. Καὶ ἐν τοῖς, inquit, ἐπιθέτοις, ἐστὶ μὲν τὰς ἐπιθέσεις ποιεῖσθαι ἀπὸ φαύλου ἢ αἰσχροῦ· οἷον ὁ μητροφόντης. ἔστι δ' ἀπὸ τοῦ βελτίονος· οἷον, ὁ πατρὸς ἀμύντωρ. Ita *Virgo*, de ſanctiſſima Deipara, *Amicus Dei*, de credentium parente, appoſita ſunt Epiphanio. A quo neque Technici recedunt Hebræorum. Quibus, *ſeruus, rex, fur, parricida*, aliaque id genus, non minus quam *bonus* vel *ſapiens*, τῷ שם התאר comprehendi ſolent. Ita enim quicquid quantitatem ac quamcunque formam habitu potentiaue inhærentem, vt illorum verbis vtar, denotat, ſignificare ſolent. vt & in definitione, quam κατ' ἔπαινον dixere. Sic, exempli cauſa, ſi, *Memoria, cuſtodia eſt rerum, ſcientiæ theſaurus*, &c. dicam; quæcunque adduntur definito, recte ἐπίθετα aut ἐπιτιθέμενα dicuntur. Vt in illo

Ῥίζα βίου Κυθέρεια, Θεῶν τροφὲ, μῆτερ ἐρώτων.

vbi ſola *Cytherea*, οὐκ ἐπιτίθεται. *Nutrix* igitur & *mater*, & quæcunque in talibus adjiciuntur, ſic dicuntur, vt quæ vulgo Epitheta vocamus. De quibus, vt & infinitis aliis, Grammatici ne cogitarunt quidem. Adde, quod Latinis quoque, abſtracta pro ſimpliciter concretis poſita, intendunt id

quod

quod dicitur. Vt in illo, *lutum ſanguine maceratum*, de Tiberio. Plus enim quam vel ſordidum deſignat vel ſanguineum. eximie nimirum talem. Et hoc intellexit Epigrammatarius, cum dixit,

Mentitur qui te vitioſum, Zoile, dixit.
Non vitioſus homo es, Zoile, ſed vitium.

Quod Hebræis ita vſitatum, vt ex vſu linguæ ejus ac proprietate ſit: quomodo credentium parenti, καὶ ἔστη εὐλογία, dicitur. Minus ergo Helleniſtæ, qui, καὶ εὐλογημένος ἔστη, dixerunt. cum ſignificanter magis atque efficaciter alterum dicitur. quod tamen ipſi quoque interdum expreſſerunt: vt in illo Cant. 5. 16. *Palatum ejus ſuauitates*, φάρυγξ αὐτοῦ γλυκασμοί. Adde, quod, quæ attributa nobis aut appoſita dicuntur, ſoboles illius nominis ſint ac propago, quod שם המקרה, ſeu, *nomen accidentis*, vulgo illis dicitur. Quale eſt, *fortitudo, ſapientia, prudentia, dementia, canities, ſenectus, pueritia, juuentus*, aliaque id genus. Vnde, Achilles *fortis, ſapiens* Pythagoras, *prudens* Vlyſſes, *demens* Dido, *canus* Charon. quæ παρώνυμα Philoſopho, & παρωνύμως λέγεσθαι, & παρωνύμως ἀπό τινος λέγεσθαι, dicuntur. Sic Magiſtri Hebræorum, inter quos Elias: *Nomen formæ eſt quod ei conuenit quod eſt per ſe. Exemplo hic ſit Ruben, quod eſt nomen per ſe & proprium. Cum incipit in eo ſapientiæ eſſe accidens, tunc ſapiens vocatur. Sic cum in lapide inceperit eſſe accidens albedinis vel nigredinis, vocatur lapis ille niger & albus.* Quæ appoſite aut minus congrue ſubjectis applicantur. Itaque qui fortem dicit Paridem, virtutem tribuit imbelli: quemadmodum qui ſapientem nuncupat dementem; quia ſapientiam de eo prædicat, qui talis non eſt qualis prædicatur. Quare qui hac ratione apponit, non incongrue hæc modo tribuit vtrique, ſed & falſa in enuntiatione de vtroque ponit. Quæ non modo de Nominibus, ſed & Vocabulis, Relatis, Quantis quoque ac Qualibus, dicuntur. De incongruo autem in his præclare tertio Rhetoricorum, Princeps Sapientiæ, ὅτι δεῖ καὶ τὰς μεταφορὰς ἁρμοττούσας λέγειν. τοῦτο δ' ἔσται ἐκ τοῦ ἀναλόγου· εἰ δὲ μή, ἀπρεπὲς φανεῖται· διὰ τὸ παρ' ἄλληλα τὰ ἐναντία μάλιστα φαίνεσθαι· ἀλλὰ δεῖ σκοπεῖν ὡς νέῳ φοινικίς, οὕτω γέροντι τί. οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ πρέπει ἐσθής. *Dandam operam, vt ex decoro ac conuenienter, tranſlationes (quod & de appoſitis eodem modo verum eſt, & ſic docetur) vſurpentur. quod profecto in proportione congrua conſiſtit. Neque poteſt fieri, quin indecorum protinus in oculos incurrat: ſiquidem contraria, cum inter ſeſe componuntur, maxime elucent. Itaque videndum, vt hic congruentia, quemadmodum in veſtibus, ſeruetur. Nam vt juueni conueniens eſt purpura ac veſtes tales; ſic diſpiciendum, quæ decora ſeni. Non enim eadem vtrique.* quod in noſtro paſſim hic notamus. Adde, quod in ſingulis ſcientiis plerunque quædam neceſſario ponuntur. vt in Sacris attributa quæ ab ipſis ἀκοινώνητα dicuntur. vt *æternus, infinitus*. Nam quæ cum hominibus communicantur, primitiue melius, quam quod eſt proprium appoſitorum, παρωνύμως exprimuntur. Vnde nec tam recte ſapiens quam Sapientia. quod de Filio æterno ab Hebræo ſapiente vſurpatur. Quomodo quæ à Philoſophorum Rege de virtutibus in Ethicis præclare diſputantur, ſingulis hac ratione accommodantur. Nam παρώνυμα, &, (vt Iohannes Damaſcenus loquitur) παράγωγα, plerunque ſunt appoſita: ideoque Titio conueniunt, aut Seio, aut Ruben, quo Hebræorum Logici pro individuo vtuntur. Etiam in eloquendi arte. proxime enim ad appoſitum antonomaſia accedit. Sed & eadem ſubinde eſt. qua de re videndus eſt diffuſæ eruditionis vir Gerardus Voſſius. Et nonnunquam vel definiunt vel ſaltem conuertuntur. Vt ſi λογικὸν Poëta dicat animal, intelligatque hominem. definitum enim intelligitur καὶ ἀντιστρέφει. Quod ad falſum autem, fieri non poteſt, quin poëta, cum apponit, pariter enuntiet, aut prædicet: qui ſic prædicatum jungit cum ſubjecto, vt in eo nil præter copulam deſideretur. Ergo, ſi appoſitum confundas, aut ſubjecto jungas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

alieno, non incongruum infertur modo, ſed & falſum: atque id quidem in ſcientia quacunque. vt ſi terram leuem, ignem dicas grauem, nihil ab enunciatione differt. Neque refert, Pœnus dicas Annibal, an Annibal eſt Pœnus. quod & Axioma dicitur: & quia verum continet aut falſum, fundamentum Dialecticæ à Stoicis vocatur. Sic qui, Miſer Craſſus dicit, Craſſum, teſte Cicerone, ait eſſe miſerum, aut nihil dicit. Vt ſit idem, Miſer Craſſus, &, Eſt miſer Craſſus. de quo ille in Tuſculanis. Atque huc ſpectat, quod, tum nomina appoſita, non nomina ſed verba dici notant: quia ſunt verborum, quæ ſic prædicantur, loco. Sic ſi, ἐστὶν ἄριστος, dicatur, vim eandem, id, quam ἀριστεύει, habebit. Quemadmodum & nihil refert, vtrum ſimpliciter cum Logico, ὁ Θεὸς αἰώνιός ἐστιν, an vero Θεὸς αἰώνιος, vel ἀΐδιος, cum Poëta, aut, vt noſter loquitur, ἀέναος dicas. Vtrunque enim verum. quemadmodum & ſi juſti attributum Socrati apponas. In vtroque enim vocum, vt Logici loquuntur, ſimplicium, ſeu, primi ſermonis, compoſitio, quæ verum denotat aut falſum. Contra, ſi αὐτογενῆ dicas Deum, non aliud ſane quam ſi, αὐτογενής ἐστιν ὁ Θεὸς, dicas. quod & falſum erit, quia generari Deum poſſe, nec Plato admittit. Ita autem qui loquitur, generationem ponit, ſiue, vt Apuleius loquitur, *generationem dedicat in Deo*. cui, quæ aliquid tribuunt alicui, *dedicatiuæ enunciationes* dicuntur. Vt cum idem noſter, Deum, vel αὐτοφυῆ, vel αὐτόφυτον, ex Theologia Orphei ac Paganorum, Patrem improprie ac inſolenter Filio ὁμήλικα vocauit: idem qui Filium, cum de Deitate ejus agitur, appoſito non recte aliquoties incongruo ſubjecit. Vt cum Seruatoris vim diuinam τὴν καθολικήν, Neptuni appoſito γαιήοχον vocauit: & cum S. Spiritum, vel Paracletum, ἁγνὸν, de quo alibi, potius quam ἅγιον, &, quod minime ferendum, μετανάστην dixit. quæ nec ſatis pie neque ſatis caute apponuntur. Quemadmodum nec multum refert, vtrum Ἀχιλλεὺς ἄριστος, an ἄριστος Ἀχιλλεύς, in carmine præſertim, dicas. Secundo enim loco appoſitum plerunque Hebræi ponunt. Et, quod magis admireris, etiam quæ maxime ad mentem ac ſententiam ſunt neceſſaria, diſſimulant. vt in illo, *Qui inuênit mulierem, bonum inuênit*. Quod idcirco Helleniſtæ ſuppleuerunt, ὃς εὗρε γυναῖκα ἀγαθήν. *Qui inuenit mulierem bonam*: nam de mala falſum. cui tamen Thargumiſtæ, quanquam interpretes, nihil addunt. Noſtra parum ſane refert, ſiue terram Atticam, *ſterilem* appoſite & ἐπιθέτως Poëta, ſiue, *Sterilis eſt Attica*, dicat. vtrunque enim verum: cum & λεπτόγεως Thucydidi eandem ob cauſam nuncupetur: cui & antiquitatem populi, idem aſcribit. Ita, ſiue Ieſus ποιητὸς, voce Ariana dicatur, ſiue hoc enuntietur, nihil ad blaſphemiam referre exiſtimamus. vt nec referre, vtrum μετανάστης cum appoſito dicatur S. Spiritus, an hoc de eo ἐντελῶς enuntietur. vtrunque enim falſum. Duos Deos Manichæi ſtatuebant: Bonum hunc, malum illum. huic, librum eum, qui nunc Exodus inſcribitur, profani ac blaſphemi aſcribebant: quod negarent, Boni eſſe Dei, iis quos è terra ſeruitutis eduxiſſet, tantam mali ac calamitatum poſtea vim irrogare. οὐκ ἔστι γὰρ, τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ τὸ ἐκλαβεῖν αὐτοὺς ἐξ Αἰγύπτου καὶ κακὰ πολλὰ αὐτοῖς ὕστερον ποιῆσαι, dicebant. de quo in libro De ſectis Leontius. Siue interim quis dicat, *Malus Deus è terra ſeruitutis populum eduxit*, ſiue, *Malus Deus fuit, qui è terra ſeruitutis populum eduxit*, juxta falſum. cum nec talis Deus eſſe poſſit, & vbique bonitatis ſuæ notas ponat qui eſt ipſa bonitas. Quid quod quantitatem quoque, ſimul juncta, continent plerunque? Vniuerſi enim, quanquam ſine ſigno, vim nonnunquam habent: & plerunque ἀπροσδιορίστως, ſiue, *indefinite*, ſua efferunt Poëtæ. vt ſi, Δειλοὶ βροτοὶ, *Miſeri mortales*, dicas: quod jam idem, ac ſi, *Omnis homo miſer eſt*, dicas. Atque in iis quidem quæ perpetua dicuntur, perpetuum quod dico. Particulariter, vt ſi dicas, δύο κύνες ἀργοὶ, *duo canes albi*, cum Homero. quod eſt ac ſi dicas, *Quidam canes ſunt albi*. Singulariter, vt, *pius Æneas*, quod

eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

eſt, *Æneas eſt pius.* Sed & triplicem inuenies materiam. Neceſſariam, vt, *Homo eſt mortalis:* impoſſibilem, vt, *Mundus eſt æternus:* contingentem, vt, *Homo eſt juſtus.* Quæ in tribus his, Ἄνθρωπος βροτὸς, Κόσμος ἀΐδιος, & quod alibi in noſtro habes, Ἄνθρωπος δίκαιος, inuenies. Vt & de materia ſic judicare poſſis. Quorum ſingula id, quod *Effatum* Apuleius, Cicero *Enuntiatum, Axioma* Stoici, *Interpretationem* alii dixêre, ſi accedat copula, abſoluunt. quæ ὀνόματα καὶ ῥήματα, vt nos ſupra, Plato dixit. qua de re, & ad Tyrium Philoſophum non pauca, niſi fallor, nos olim. Hebræorum Logici præclare משפט, quia primum mentis eſt judicium, dixerunt. Iam cum id quod ſic effertur, proprie, aut figurate, aut inuſitate efferatur, & in his non raro etiam autores maximi delinquant, optime de his artifices dicendi. Quam in partem ſæpius peccauit noſter. qui & ſæpe ferreas adhibuit tranſlationes, & inuſitata extulit non ſatis caute, & appoſita non ſemper feliciſſime componit, & ſubinde, aliqua cum ſenſus, quem inuoluit, immutatione ac vitio apponit. quorum omnium exempla paulo poſt ſuppeditabit ipſe. Porro cum interpretationis, ſiue enunciationis, quod jam dixi, primæ, ſcopus, verum ſit aut falſum, & hæc eam proprie abſoluant, etiam de eo hic à nobis agi, cum de attributis atque appoſitis in Nonno judicamus, quæ ſunt prædicata & ſubjecto hærent, meminiſſe lector debet. quemadmodum, exempli cauſa, cum, de quo & jam ante, θρασὺς ab hoc noſtro nuncupatur Iudas. quod appoſitum, cum Petro quoque, & Euangeliſtæ noſtro, viris tribuit ſanctiſſimis, fieri non poteſt, vt vtrunque de vtroque, niſi aut æquiuocatio aut improprietas in altera ſit voce, verum eſſe poſſit. Neque minus tamen imprudentia Poëtæ manet: qui in tanta vocum atque attributorum copia, diuerſis plane, &, vt Logici loquuntur, diſparatis, idem ſic apponit. nam plerunque in illis, vt jam dixi, τὸ προσκατηγορούμενον, ſeu copulam, intelligunt Poëtæ. Atque hæc quidem hactenus. Quæ Grammaticorum definitionem longe excedunt: & è quibus colligi perfectior conſtituique jam facillime à quouis poteſt.

CAP. III.

Primi capitis Appoſita, ſiue Attributa, percurruntur. Paſſim in eorum vſu notatus Metaphraſtes. Initium Euangeliſtæ, non recte intellectum. Attributum ibi loco alieno poſitum. Librorum Inſcriptiones ab initiis. Eſſe in Deo, de æternitate. ἐν ἀρρήτῳ ἀρχῇ. *Quantæ efficaciæ* τὸ ἦν *in ipſo Euangeliſtæ initio. Pater Filii æternus, Filio* ὁμῆλιξ. ἡλικία *de ſtatura corporis in Sacris.* αὐτόφυτος, ὁ αὐτοφυών, *& male. aliud* φύσις, *aliud* φύεσθαι *de Deo. aliud* πεφυκέναι *&* φύεσθαι. *Pater Perſona prima,* ὁ φύσας. θεόφυτος, *de Filio.* αὐτόγονος *&* αὐτογένεθλος *de Deo.* αὐτόγονος *de ſingulis Perſonis.* σύνθρονος ἕδρῃ, *Filius, male.* σύνθρονος *Dominus, duobus modis. Rerum diuiſio,* εἰς ἄπνοα καὶ πνείοντα. *in eo, vt ſæpe alias, indiligentia Nonni. Dei Filius* ἐργοπόνος *male. Idem* ὑπουργὸς *Eunomio & Arrio.* μῦθος, ἀντὶ τοῦ λόγος, *de Dei Filio.* λόγος *Dei Filius, prius Chaldæis dictus. Dicere ad cor ſuum, cogitare Hebræis.* αὐδὴ ὁ λόγος. *Et ita Orpheo* ὁ λόγος, *etiam Theologis. Syram eam vocem, & vnde. quam non recte* ὁ λόγος, *à noſtro* μῦθος *dicatur.* μῦθοι *hæreticorum dogmata.* πολιτεία, *vitæ inſtitutum.* ἐρημικὴ πολιτεία. ἐρημοπολίτης *Iohannes Baptiſta.* ἀρχέγονον βάπτισμα. *Baptiſmi typus, Spiritus qui ſuper aquas ferebatur.* ἀρχέγονος, *vox qua in creatione vſi veteres Theologi. Iohannes* λαοσσόος. *male ei attribui, quod Chriſti eſt, attributum. Lumen illuminans Chriſtus: lumen illuminatum Iohannes Baptiſta.* αὐτοτελὴς. βροτοειδής. βροτοειδὴς μορφή. σύζυξ μορφή. συζυγίαι *in Trinitate, & quæ. Iohannes* πρωτάγγελος. *Manichæorum error.* προδραμεῖν. πρόδρομος *&* στρατηγὸς, *voces* ἐν σχέσει. *Iohannes* ἄγγελος ἐπίγειος, *in Græcorum Meniæis.* ἄγγελος *Malachiæ dictus, & quomodo.* αὐτογένεθλος *Deus, & male.* αὐτοπάτωρ *&* αὐτομήτωρ *paganis pro eodem. Communicabilia in*

Deo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Deo attributa, & quomodo intendantur. Deus αὐτογέννητος. αὐτολόχευτος *Θεὸς Paganis, & male.* ὁμόφοιτος ἀμωμήτοιο τοκῆος, *quam non recte de Domino dicatur. de duabus ad Chriſtum legationibus Nonni ſententia. Phariſæi* ἄγρυπνοι, *& quo pacto aduerſus ſomnum ſe munirent.* λῦσαι ἱμάντα. ἱμὰς *quid.* σφαιρωτήρ. *Cananæi calceum Iudæis ſoluebant. Dominus, vtrum calceatus, an diſcalceatus, inceſſerit. Iohannis baptiſma* ἄπνευστον *Nonno dictum. Differentia quam veteres inter Iohannis Baptiſtæ & Chriſti baptiſmum ſtatuebant.* ἰσονέμιον *inepte de S. Spiritu. Chriſtus* ἡνίοχος ἅρματος. *cherub. cherubim.* λάλος ἀμνός. *Græciſmi imperitia.*

Cap. I. V. 1. INitio occurrit attributum, vt in Prolegomenis jam dixi, alieno loco poſitum. Quippe, cum Euangeliſta, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, dixit, ſuauiſſima haud dubio eſt parodia, è Geneſeos initio deſumpta. Certa enim denotatione temporis, quo, quæ creata ſunt, cœperunt eſſe, ante tempus liquido oſtenditur fuiſſe, qui tum non incœpit, ſed cum Deo erat Deus. Hoc loquendi genus, præter maximi ſcriptoris mentem, peſſime interpolauit, cum τῇ ἀρχῇ appoſitum adjunxit: ſed & tanto cum periculo adjunxit, quanto jam probauimus, qui Ariana vſum voce oſtendimus. cum non aliter quam ſi πρὸ αἰῶνος hic dixiſſet, tempus illud denotetur, quo eſſe omnia cœperunt. Sed & vt principium, de quo ibidem Moſes, hic ſit Pater, quiſnam ferat? Cui enim in diuina breuitate hæc tautologia placeat, Ἐν ἀρχῇ, ſiue, ἐν τῷ Πατρὶ, ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν? Ac ſi, ἦν ἐν τῷ Θεῷ, (quod volebat Arius) καὶ ἦν πρὸς τὸν Θεὸν dicas? Iam vero, quis ἐν ἀρχῇ, ἤγουν ἐν τῷ Θεῷ, ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, dicat, ſi τὸ, ἡ ἀρχὴ, eodem ibi accipiatur modo? A quo tamen neque ex antiquis alii neque Zacharias Mitylenæus abhorruit Epiſcopus, cum ſcripſit, Τὸν οὖν Πατέρα τοῦ Λόγου καὶ τῆς Σοφίας, καὶ προβολέα τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, τὴν πρώτην αἰτίαν καὶ ἀρχὴν φαμὲν τῆς θεότητος εἶναι· ἀρχὴν ἄχρονον τῆς ἐν Υἱῷ καὶ Πνεύματι θεωρουμένης· ἥ φησιν ὁ ἡμέτερος θεολόγος ὁ Γρηγόριος. *Patrem igitur Sermonis Sapientiæque, à quo & S. Spiritus procedit, primam Deitatis cauſam ac principium dicimus: principium, ſed ſine tempore, ejus quæ in Filio conſideratur ac Spiritu, vt Theologus noſter dixit Gregorius.* Quod B. Auguſtinus, in Iohannem, *Quoniam Chriſtus Patris eſt Filius, & Pater Chriſti eſt Pater, & Filius de Deo Patre Deus eſt, Pater autem Deus, non de Filio Deo Deus eſt.* E quo nondum ſequitur, ita hic, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, dici. Adde, nec à Græco illo quem adduximus, ἄχρονον τὸν Υἱὸν (quod, vt ſupra pluribus probaui, Ario placebat) ſed τὸν Πατέρα, dici. Cum τὸ ἦν tantæ hic ſit efficaciæ, vt & tempus, & de eo cogitationem hominis excludat. quæ ſi quid accedat, non vlterius aſcendet, ſed intentionem alio diuertet. Quare diuinitus in hanc rem idem Baſilius, lib. de Spiritu Sancto: Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. ἀνέμβατον μὲν τῇ διανοίᾳ τὸ ἦν, ἀνυπέρβατον δὲ τῇ φαντασίᾳ ἡ ἀρχή. idem qui aduerſus Eunomium, τῶν πρὸς ἕτερον λεγομένων, hoc eſt, ex iis quæ relate ad alia dicuntur, eam vocem eſſe negat. quæ nec magis attributum exigit, quam τὸ ἀπ' ἀρχῆς, initio Epiſtolæ ejuſdem. Quis tam demens enim, vt, ſi carmine illud reddat, ὁ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, inepte, ὃ ἦν ἀπ' ἀρρήτου ἀρχῆς dicat, & appoſitum adjiciat? Quare neutiquam ferendum, quod luxuria epithetorum ineffabilem autoris maximi rotunditatem quaſi ſuffocauit: cujus nec veſtigium reliquit. Eſt autem admiranda plane. ὁ λόγος ἦν ἐν ἀρχῇ, inquit, καὶ ὁ λόγος ἦν παρὰ τῷ θεῷ, καὶ ὁ λόγος ἦν θεός. διὰ λόγου τούτου πάντα ἐγένετο· ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ ἦν ἡ ζωή· ἡ ζωὴ δὲ τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων· τὸ δὲ φῶς ἐν σκότῳ ἔλαμψε· τὸ δὲ σκότος οὐ κατέλαβε τὸ φῶς. Pro quibus maximam epithetorum repoſuit congeriem. vt vix vrbaniſſimam ſermonis faciem agnoſcas: & quod Rhetores tantopere explodunt, prope ſuffocetur lector. Loco quippe enunciationis primæ, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, habes illa:

Ἄχρο-

Ἄχρονος ἦν, ἀκίχητος, ἐν ἀῤῥήτῳ λόγος ἀρχῇ,
Ἰσοφυὴς γενετῆρος ὁμήλικος, υἱὸς ἀμήτωρ,
Καὶ λόγος αὐτοφύτοιο θεοῦ, φῶς, ἐκ φάεος φῶς.

Pro ſecunda, Καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν,
Πατρὸς ἔην ἀμέριστος, ἀτέρμονι σύνθρονος ἕδρῃ.

Pro tertia, καὶ ὁ λόγος ἦν θεὸς,
Καὶ θεὸς ὑψιγένεθλος ἔην λόγος.

Vbi ergo vis orationis? vbi denſitas, ſimplicitas, ac vigor? Vbi ſchemata, quæ repetitione ineffabilem tum vim orationi addunt, tum jucunditatem animo inſinuant? Vbi gradus iſti, ἦν ἐν ἀρχῇ, ἦν πρὸς τὸν θεὸν, ἦν θεός? Et adeone hominem Poëtam, qui & poëſi diu operam dederat, obiter Rhetorum legiſſe ſcripta, vt neſciret, ea ſiue cola ſiue membra, maxime laudari in oratione, quæ cum ſint breuiſſima, autoris mentem ſecum ſingula abſoluunt? quod tantopere mirantur Græci. Tale hic primum, tale & ſecundum, talia deinceps fere cætera. quibus puritatem nemo priſtinam conciliabit, niſi qui orationi nubem hanc appoſitorum demat. Vt ſi ſimpliciter ſic ſcribas, & immenſam hanc luxuriem caſtiges:

Εἰν ἀρχῇ λόγος ἔσκε· λόγος παρὰ τῷ θεῷ ἔσκε·
Οὗτος καὶ θεὸς ἔσκε. θεῷ πάρα κεῖνος ἐν ἀρχῇ
Ἔσκεν ἀεὶ καὶ ἔμιμνε· καὶ ἔπλετο πάντα δι᾽ αὐτοῦ.
Τοῦ δ᾽ ἄνευ οὐδὲν ἔην τόπερ ἔπλετο. τῷ δ᾽ ἐνὶ μούνῳ
Ἦν ζωή· ζωὴ δὲ φάος μερόπων πέλεν ἤδε.
Ἐν σκοτίῃ τόδ᾽ ἔλαμψε· τὸ δὲ σκότος οὔ μιν ἔμαρψε.

Ita quippe & parodiæ ratio conſtabit, & rotunda ſuauitas manebit, ſed & purioris, niſi fallor, Helleniſmi ſplendor ſe tuebitur. quanquam enim fuſius dixiſſe quædam poteram, vel tantillum tamen ab autoris ſummi receſſiſſe verbis ac alluſione ipſa, nefas duxi. Et priora, ſi quis paraphraſtice magis, nec ſimpliciter minus, repræſentari velit, ita poterit:

Πρίν ποτε πάντα γενέσθαι ἐν ἀρχῇ, μοῦνος ἐν ἀρχῇ
Ἦν λόγος· ἦν δὲ θεῷ κεῖνος πάρα· καὶ θεὸς, αὐτὸς
Ἦν λόγος. οὗτος ἔην παρὰ τῷ θεῷ· οὗτος ἐν ἀρχῇ
Ἦν καὶ σὺν θεῷ ἔσκε.

vt ſic omnia aut aliena aut non neceſſaria rejiciantur attributa. Neque enim vel ea quæ communia ſunt, diuinæque exprimunt ἰδιώματα naturæ, (quod interdum in ſpeciem & Arius ſolebat,) neque rurſus σχετικὰ, ſeu quæ relationem denotant, cum nihil ſit neceſſe, hic apponam: (cum præſertim Υἱὸν, vt notant veteres, ſed Λόγον, dixerit, de quo & paulo poſt acturi ſumus.) quale eſt ἰσοφυὴς & quæ ſequuntur. Multo minus Deo Patri, cum de Filii æternitate agitur, ætatem tribuam, aut ejuſdem hunc cum Filio ætatis eſſe dicam; Theologici illius ex antiquitate ſciti memor: *Ea quæ ſublimia ſunt nomina, ſoli naturæ tribuenda, quæ & major eſt affectionibus, & iis vacat: cætera, humanæ tantum. At communia, compoſito: vni, nempe, Chriſto: qui vt Deus, ita homo.* quod jam olim Cyrillus. Non quod vſitatum in Sacris ignoremus, vt ἀνθρωποπαθῶς, cum opus eſt (quod, דרך בני ארם, Hebræorum Critici, ἀπὸ τῶν ἡμῖν προσόντων, τοῦ θεοῦ τὰς ἐνεργείας σχηματίζειν, veteres Theologi dixerunt) Sancti homines loquantur. Quem autem hoc habere locum poteſt, ſi de deitate ſola, imo & de fonte ejus ac origine agas, qui eſt Pater? Adde, quod vox ἡλικίας, non profanis tantum, ſed Euangeliſtis, ad τὸ μέγεθος τοῦ σώματος, *ad ſtaturam dico corporis*, referri ſolet. vt cum, προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα. 6.27. Matthæus, vt cum, καὶ Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ, Lucas 2.40. dixit. de quo loco Theodoretus, προέκοπτε ἡλικίᾳ μὲν σῶμα, σοφίᾳ δὲ ψυχή. Item, ὅτι ἡλικίᾳ μικρὸς ἦν, de Zachæo, homine puſillo. 19.3. Lucas. de quo vide, quæ & in Exercitationibus ad Nouum Fœdus annotamus. Quem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

admodum ætatem, ſed & alimentum, cum de vtraque diſputant natura, recte ab ipſa deitate ſeparant Theologi. vt Cyrillus non ſemel. Vigilius: *Et, quod infertur, Ieſus autem proficiebat ætate, & ſapientia, & gratia, apud Deum & homines, non poteſt Deitatis ejus naturæ congruere. quia deitas, nec ætatis profectum accipit, nec aliquod ſentit augmentum, nec curriculo ſubjicitur temporum, nec numero calculatur annorum. &, vt omnia breuiter dicam, nec eſt vnius naturæ, licet vnius ſit Perſonæ.* Cum in Patre, de quo noſter agit, vna ſit, nec alteram admittat: ac ne κοινωνία quidem quam ἰδιωμάτων dicunt, ita locus ſit. Aliter Latini enim, qui *coæuum* & *æquæuum* Patri Filium dixêre. cum vox *æui*, vt & Græca & Hebræa, de æternitate vſurpetur. Quid quod nec de Patre, nec de Filio, vt Filio, quod recte Auguſtinus, hic Euangeliſta meminit. Et Euthymius, *Quare autem non dixit, In principio erat Filius? Ne quæ carnalis aut temporalis generationis irrepat ſuſpicio. Ob id ſiquidem, cum ipſum nominaſſet Verbum, atque hinc omni tempore omnique affectu generationem ipſius ſupernaturalem carere docuiſſet, abjectis quoque cæteris indecentibus circa eam ſuſpicionibus, poſtmodum in ſequentibus ipſum etiam libere Filium dicit.* Vt omittam, poſitâ ætate, vnâ inprimis atque eâdem, gradus quoque ætatis (βαθμοὺς dicunt Græci) ſimul poni. qualis *pueritia, adoleſcentia, juuentus, ſenectus.* ſiue cum Varrone, aut Iuriſconſultis, aut cum Galeno, hos diſtinguas. Quid igitur? Θεολογεῖ τὸν λόγον. *deitatem Verbi docet*, dicunt veteres Theologi. Sed relate, ſiue σχετικῶς, locutum ponamus: Filio æqualem dici Patrem ponamus. An hoc ejus aſtruit diuinitatem, quod ὁμῆλιξ Pater dicitur, non Filius? Sane ſi de Filio dixiſſet, Patri eſſe coætaneum, inter ejus forte id ἄκυρα, quæ multa ſunt, cum venia, reponi poſſet; qui nunc Patri tribuit ætatem, vt æternum eſſe probet Filium. cujus nec exemplum extat, nec ſi extet, admittendum ſit. Fieri tamen poteſt, vt in mentem illi venerit, quod veteres notarunt: vbi de Filio cum agitur, ætatis fit mentio, προΰπαρξιν ſtatui in Patre. id autem quale ſit, recte alibi inter cæteros frater Gregorii Theologi Cæſarius notauit. Quod, credo, vt euaderet, ὁμηλικίαν ſtatuit. Quaſi ita ætas excludatur, aut non Patri tribuatur pariter & Filio. vt ſi Seius coætaneus ac Titius dicatur: qui, ſi ὁμήλικες, ne immortales quidem: non magis quam Telemachus & Neſtoris filius, qui Homero ὁμήλικες dicuntur. nos religioſum eſſe non κακόζηλον, Scripturæ volumus interpretem. Sed quid opus erat, vt cum nullo plane appoſito Euangeliſta vteretur, tot congereret ac cumularet? videtur enim non orationem ſed epitheta ſcripſiſſe. Aut quid opus erat, vt in eo loco, quo de ſola Filii agitur diuinitate, ex humana tantum fæce ea hauriat ac petat? orationem denique, & ſanctam & modeſtam, tum prolixitate, tum tumore, tum conditionis noſtræ ſordibus inficiat ac fœdet? cum vterque potius, nec minus Filius quam Pater, *non ætate ſed æternitate*, vt cum Auguſtino loquar, cuncta antecedat & æqualis ſit. *Non enim creſcit genitus, vbi non ſeneſcit genitor*, vt Chryſologus præclare dixit. Et hoc eſt quod Chriſtianis objiciunt Iudæi: duo ab illis ſtatui principia, quæ ſint ætate, aut, vt illi ſolent loqui, בזקנה, *ſenectute*, æqualia. Sed nec αὐτόφυτον, ῥ αὐτοφυῆ dicam. nam, vt recte ab accurato harum rerum judice Cyrillo dictum eſt, Δοκεῖ μὲν οὐ κυριώτερον πάντων τῶν ἐπὶ θεοῦ ὀνομάτων εἶναι, τὸ Ὄν. *Nullum videtur magis Deo conuenire nomen, quam cum Ens vocatur.* Quod in definitione ſua etiam expreſſit Plato: & ante omnes veteres Hebræi. Quare, quanquam idem φύσις & οὐσία ſit in Deo, longe tamen differunt τὸ εἶναι & τὸ φύεσθαι. Et αὐτόφυτοι ſunt herbæ: quæ, licet ſponte, naſcuntur tamen & proueniunt. qualis illa νάπη αὐτόφυτος in Epigrammatis. Quis autem, ſponte vel genitum, vel ex ſe genitum, vel ex ſe natum, dicat Deum? cum ἐν τῷ ἀνάρχῳ, qui de Deo ita loquitur, ſtatuat principium: de quo, ex ſententia Theologorum, qui has voces recte rejecerunt, plura mox dicturi ſumus. Etiam interitum.

teritum. Solſtitialis ſane illa Plauti herba de qua Calidorus adoleſcens,

Quaſi ſolſtitialis herba, pauliſper fui:
Repente exortus ſum, repentino occidi,

Et Auſonius,

Oſtentatus
Raptuſque ſimul,
Solſtitialis
Velut herba ſolet.

Ea ſolſtitialis, inquam, herba, vere eſt αὐτόφυτος. quæ, vt ſponte naſcitur, ſic repente interit. Tantum abeſt, vt cum Seneca (quod abſit) Deum ſe feciſſe dicam. Quod ſi hic de Patre loqui eum dicas, quemadmodum diffuſæ eruditionis vir Petrus Faber, in libello, quem Dodecamenon inſcripſit, Deum αὐτογένεθλον, αὐτοφυῆ, αὐτόγονον, & αὐτογενῆ, Paganos dixiſſe notat, nihilo plus agas. Nam vt Dei proprium μὴ φύεσθαι, qui ſemper fuit, ſemper eſt, ſemper erit; ita Patri propria hæc ipſa, quæ illius ἰδιότητα conſtituit, ἀγεννησία. Qui, ſi ita loqui libeat, ipſe eſt ὁ φύσας. quomodo & à Cyrillo, accurato in his talibus autore, prima Trinitatis dicitur Perſona: qui de Chriſto, ταύτῃ συνεδρεύει, inquit, καὶ τῷ φύσαντι. Vnde & θεόφυτον Theologis inuenies vocari Filium: cui & αὐτόγονον & αὐτογένεθλον (de quo mox pluribus) adjunge. Quæ ſingulis non magis congruunt Perſonis quam Eſſentiæ: imo ἰδιότητας euertunt. Noſter vero, poſtquam ſemel ex Paganis fontibus hos riuulos deduxit, ſingulis apponere Perſonis audet. De Patre enim cap. 13. com. 10.

Δέχνυται αὐτογένεθλον ἐμὸν πέμψαντα τοκῆα.

cum generatum non eſſe, Patris ſit proprietas. De Filio cap. 2. com. 12.

αὐτογόνῳ δὲ
Παρθένος ὡμάρτησε θεητόκος ἱερὴ μήτηρ.

cum Filii, non à ſe, ſed à Patre, ab æterno generatum eſſe, ſit proprietas. De S. Spiritu cap. 3. com. 6. τὸ γὰρ θεῖον, ὅπερ καθαροῖο λοετροῦ.

Πνεύματος αὐτογόνοιο πέλει καθαροῖο λοετροῦ.

cum S. Spiritus, non eſſe genitum, ſed proceſſiſſe, ſit proprietas. Quod Euangeliſta autem dixit, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, & ante illum Salomo, ἤμην παρ᾽ αὐτῷ, אצלו; alio appoſito expreſſit, cum σύνθρονον fuiſſe ἕδρῃ dixit. Vt omittam autem, quod bis idem dixit, quia idem θρόνος eſt & ἕδρη, (ſatis autem erat πατρὶ σύνθρονον dixiſſe,) melius ſimplicitatem, voce eâdem, qua hic vtitur Euangeliſta, expreſſiſſet. Adde, quod diuinæ alterum naturæ, ſed & ſoli, hoc in loco tribuit: alterum humanæ quoque nunc commune. Nam vt, verum eſſe effatum illud Theologicum agnoſco, ὅτι οὐκ ἐκ προκοπῆς τὸν θρόνον ἔσχεν ὁ λόγος, *Verbum, temporis ſucceſſu, non accepiſſe ſedem ſiue thronum*; ita verum eſſe ſcio, eo modo nunc glorificatam eſſe carnem. Rufinus Expoſitione Symboli: *Aſcendit ergo ad cælos: non vbi verbum Deus ante non fuerat (quippe qui erat ſemper in cælis, & manebat in Patre) ſed vbi Verbum caro factum, ante non ſederat.* Quare quanto circumſpectius Euangeliſta, qui, *fuiſſe apud Deum*, dixit? De Sermone Deo aut Verbo, cum dicitur, πάντα δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο, ita late hoc patet, vt Auguſtinus dicat, *Omnis ſubſtantia quæ Deus non eſt, creatura eſt, & quæ creatura non eſt, Deus eſt.* Duobus interim appoſitis, omnia creata complexum ſe exiſtimauit, cum dixit, v. 3.

καὶ ἔπλετο πάντα δι᾽ αὐτοῦ
Ἄπνοα καὶ πνείοντα.

Quæ diuiſio, ſi verum volumus fateri, vix eſt vt τὰ ὑποβεβηκότα, hoc eſt, vt loquuntur veteres Theologi, *naturas in creatione inferiores includat.* Aliter Nyſſenus, qui ἐς νοητὰ καὶ αἰσθητὰ, *quæ mente percipiuntur & ſenſu*, omnia diuiſit. Sic Orat. enim Catechetica: Διπλῆ τις ἐστὶν ἐν τοῖς οὖσι κατανόησις· ἐς τὸ νοητὸν καὶ αἰσθητὸν τῆς θεωρίας διῃρημένης· καὶ οὐδὲν ἂν παρὰ ταῦτα καταληφθείη. Chryſoſtomus in ὁρατὰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

καὶ νοητὰ, ad ipſum hunc locum. Alii, εἰς ὁρώμενα καὶ νοούμενα, quemadmodum in Synodo Nicæna Patres loquuntur. Alii poſtremo, εἰς ὁρατά τε καὶ ἀόρατα, cum Apoſtolo. qui, ne quiſquam dubitet quam late id pateat, τὰ πάντα, deinde, & τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ γῆς, addidit. quibus & θρόνους, κυριότητας, ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας (vt ipſe loquitur) thronos, dominia, imperia ac poteſtates ſubjicit cœleſtes. Quis autem ferat hoc quod ſequitur,

καὶ ἐργοπόνου δίχα μύθου
Οὐδὲν ἔφυ τόπερ ἔσκε?

Quis enim dicat, laboraſſe æternum Dei Filium cum omnia crearet? Niſi forte, vt inſtrumentum in creatione Filium conſiderauit aut vicarium miniſtrum. quem peculiari voce ὑπουργὸν Eunomius & Arius; iſte & ἐργαλεῖον & ὄργανον dicebat. de quo jam ſupra. Δημιουργὸν autem eum qui eſt Deus, etiam gentiles fatentur. nam miſerrimum opificem, vix ἐργοπόνον dicam. Cujuſmodi pericula vt euaderent, Deum Filium, ex hoc præſertim loco, bonafide SS. Patres, ποιητὴν dixerunt. Theodoretus Ἀσυγχύτῳ: Πρὸ γὰρ τῆς ἐνανθρωπήσεως θεὸς καὶ θεοῦ υἱὸς, καὶ μονογενὴς, καὶ κύριος, καὶ θεὸς λόγος, καὶ ποιητὴς ὀνομάζεται. Ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος, καὶ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. quaſi κτίστην dicas. Vt cum Arianis, quod τὸν τὰ πάντα κτίσαντα, ipſe κτίσμα diceret, ab Epiphanio objicitur. cujus κτίσματος, vt idem notat, κτίσμα S. Spiritus, iiſdem dicebatur. Recte autem Auguſtinus: *Non enim laboraſſe Dominus dicendus eſt.* Item, *Sicut Pater operatur ſine labore, ſic & Filius.* qui ante incarnationem, aut, quemadmodum loquuntur veteres, πρὸ τῆς θεανδρικῆς ἐπιφοιτήσεως, vt Deus, Deo, in creatione, non vt homo, adfuit. Si enim, quod hic contra eos vrgent Orthodoxi, Filium, vt creandi haberet inſtrumentum creauit Pater, pluris erunt quæ creata ſunt quam inſtrumentum: quemadmodum & illa quæ per inſtrumentum (vt hoc loco quidam ex antiquis notant) puta ſerram, fiunt, pluris ſunt quam ipſa. Vt omittam, quanto ad eum locum, in quo tantum licere ſibi voluerunt Ariani, conjunctum ſit cum periculo, ſic loqui. Ad quem ſollicite Cyrillus aliique, nihil minus quam ὑπουργὸν, καὶ ἀλλοτρίων θελημάτων ὑπηρέτην, *artificem ſecundum*, aut, *adminiſtrum*, hic animo concipiendum notant: ita enim creatorem, ſiue, δημιουργὸν, amplius non fore. Laborare autem, ἀνθρωπίνη ἐνέργεια, non θεϊκὴ, *non diuina, ſed humana functio*, vt inquit Anaſtaſius: &, vt recte Baſilius, verum πάθος. Ipſe autem ἀπαθῶς ὁ Θεὸς ἔκτισε τὰ πάντα, *ſine perturbatione aut defatigatione*, vt præclare ab eodem dicitur, *omnia creauit Deus.* Cæterum illud quoque attributum ex profanis Paganorum ſordibus depromptum ac lacunis: qui Mineruam ſuam, Ἐργοπόνον dixerunt. Coluthus,

Ἀνέρας ἐργοπόνοιο δαήμονας Ἀτρυτώνης.

Quod in aliquo antiquiori inuenerat Poëta ſine dubio. qui, Ἐργάνην voce honeſtiori vulgo dictam, ſic haud dubio expreſſerat. Nam Pagani, quæ de Verbi myſterio audierant, ad Mineruam tranſtulerunt: quam è Iouis cerebro, tanquam Patris Sapientiam καὶ νοῦν, prognatam voluerunt. quanquam primario, è loco Salomonis, vbi Deus creaſſe εἰς ἔργα αὐτοῦ, Sapientiam dicitur, quin hoc deſumpſerit, vix, vt jam ſupra dixi, dubitandum. Sed, vt cætera jam omittamus, quiſnam hujus ſubjectum attributi, ipſum dico Dei Verbum, per quod vltimis non modo, vt de eo loquitur Apoſtolus, temporibus, humanum genus benigniſſime affatus eſt, ſed & quod ab æterno ex ſe genuit æternus ipſe; ſplendorem gloriæ, καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ (vt idem loquitur Apoſtolus) Μῦθον ab autore dici, ferat? Cum certum ſit, antiquos illos, quos in his myſteriis omnino nihil latuit, Chaldæos dico, longe prius voce Λόγου vſos eſſe, quam Sanctiſſimus Iohannes, aut quis alius, ſic ea vteretur. Qui haud dubio, vel jam recepta vſus eſt, vel ad notiſſimam Chaldæis, hac interpretatione alluſit: quod ex Targumim tot locis eruditi jam probarunt.

qui

qui non ſolum ineffabile Hebræis Dei nomen ita reddunt, ſed & quoties illius fit in Sacris mentio, hoc addunt. Cæterum, cum ſic dicatur Dei Verbum, vel quod ratio ſit Patris, quod Latini linguæ vitio non aſſequuntur, (Græci λόγον commode dixerunt,) vel quod Sermo Patris & eloquium; vtroque modo ita vſi, vt priores ſibi vindicent Chaldæi. qui cum ſint antiquiores, vna voce vtrunque exprimunt. Nemo eum interim, qui tantum, niſi fallor, cogitat, ſed qui, quod cogitat aut animo concepit, voce effatur, λέγειν Græce dicat. Hebræis contra nihil vſitatum æque, quam vt eadem vox, ad humanæ quoque mentis cogitationes, καὶ τὸν ἐνδιάθετον ſic referatur λόγον. quod ad cor, vt alias jam dixi, referunt Grammatici. Quod ipſum, ita quoque expreſſum, ad Verbum Dei, ſiue, Filium, Chaldæi retulerunt. Sic Geneſeos octauo, ויאמר יהוה אל לבו, *ad cor ſuum dixit Dominus*. Vbi eleganter, καὶ εἶπε Θεὸς κύριος διανοηθεὶς, Helleniſtæ; ואמר יוי במימריה, πρὸς τὸν λόγον αὐτοῦ εἶπε, Chaldæus. Vocis ergo מימר, ſiue λόγου, vſum, quin à voce vſurpationis ſibi propriæ deduxerint Chaldæi, vix videtur dubitandum. ſiquidem, quod Dei Verbum, quod Ratio, in mente Dei, qui eſt ipſe Filius, ſic dicitur, ab Oriente, non à Græcis, eſt profectum. Huic adde, quod in Sacris paſſim, vbi Dominum ejuſque voluntatem, vt Apollinis, gentiles, conſulunt Iudæi, ſiue id ביהוה, ἐν Κυρίῳ (ita enim reddunt Helleniſtæ) ſiue באלהים, ἐν Θεῷ facere dicantur, vtrobique במימר דיוי, quod eſt ἐν τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ, reddiderunt Chaldæi. Cum plerunque Prophetiam, quam dictare ſolet Dominus, iidem פתגם נבואה dicant. vt non ſine cauſa, quod antiqui toties teſtantur, cum in terris natum eſſet Dei Verbum, ſua amplius Apollo non reddiderit oracula. Qua de re ipſius quoque adducitur confeſſio. quemadmodum, qui Iohanni dicitur ὁ λόγος, ſiquidem Iuſtino, homine vt ſancto ſic antiquo, ſtamus, Αὐδὴ illis dictus. Qua voce & Theologi veteres vtuntur. Vt Cæſarius Gregorii frater Dialogo I. vbi ille, Ἀεὶ γὰρ ὑπῆρχεν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, ἀεὶ ὢν πατὴρ παιδὸς μονογενοῦς, αὐδῆς ἐνυποστάτου. Quæ & ipſa vox manifeſte, vt non paucæ, quibus vtitur Homerus, vſu Chaldæorum aut Syrorum eſt: cum ex ירע, ארע *oda* fiat, & hinc *auda*: nam ſic Syri. quod eſt, *notum alteri quid facere*: aut (quod beneficio ſermonis fit) *ſignificare*. Quomodo Homerus,

Αὔδα ὅτι φρονέεις,

dixit. Ex quo patet, vſum vocis, pariter cum ipſa, à Chaldæis oriundum. Idem enim Orpheus apud hunc eundem,

Εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας, τούτῳ προσέδρευε.

Θεῖον enim λόγον, Θεὸν λόγον, dixit. Et multum quidem ad improbitatem intereſt peccantis, vtrum quis per imperitiam vel imprudentiam, an ſciens, parum Chriſtiane aut impie loquatur; parum ſane ad damnum & opinionem ejus qui offenditur. Profecto, qui in Prophetarum ſcriptis, tot præclara de Meſſia vaticinia ac attributa legit, qui in Chaldæorum libris ac interpretatione, quoties quibuſque modis Verbum Domini (nam ita dicitur ab iis) inuocauerit Eccleſia, in quo omnes Sancti, apud Pſalmographum præſertim, ſe ſperare dicunt, & hoc Verbum aduenisse tandem ac humanam aſſumpſiſſe carnem, cogitat; vt, qui apud Deum Deus ſemper fuerat, quod etiam tum erat, homo ad ſalutem noſtram eſſet & ad vitam; fieri non poteſt quin commoueatur, cum eundem hunc vocari Μῦθον audit. quæ etſi vox honeſtæ notionis eſſet, vt interdum eſſe non negamus, tamen ob infamiam ſignificationis notæ, ab hoc vſu releganda erat. Vt omittam, nihil eſſe in ea, quod vocabulo vel definitione ſit commune cum vocabulo τοῦ λόγου. quod, vt pietate ſumma, ſic ſucceſſu optimo, dictante ac præeunte S. Spiritu, diuini homines formarunt. Vt Eccleſiæ omittam conſuetudinem ac Patrum, qui eâdem voce hæreticorum dogmata notare ſolent. qui, κατὰ τοὺς Ἀρειανοὺς μύθους, κατὰ τοὺς Εὐνομίου μύθους, cum de hæreſibus loquuntur, vulgo dicunt. Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Theodoretus, περὶ κακομυθίας αἱρετικῆς, cum librum, quem de hæreſibus edidit, inſcripſit. in quo nunquam aut raro aliter quam μύθους, dogmata eorum ac opiniones, vocat. qui inter alia, Καὶ τοῦτο μέντοι τῶν παλαιῶν τῆς ἐκκλησίας διδασκάλων συνέλεξα, inquit. Adde quod veteres, qui Homero, τὸν ἁπλοῦν λόγον, *vulgarem*, ſiue, *quemlibet ſermonem*, μῦθον, dici notant, ſimul, τὸ ψευδῆ καὶ πεπλασμένον, *mendacem ac confictum*, aliis ſic dici addunt. Quem Latine *Fabularem* dicas. quemadmodum, Μυθικὴ Varronis Theologia, *Fabularis* Auguſtino dicitur. quæ, qualis ac quanti facienda eſſet, ibidem, libro nempe, De ciuitate Dei 6. c. 5. docet. Vbi, *Genus, quod primum*, inquit, *poſuit* (Mythicon autem intelligit) *Fabulare appellaremus: ſed Fabuloſum dicamus: à fabulis enim Mythicon dictum eſt: quoniam* μῦθος *Græce fabula dicitur.* Qui & in ea quæ ſic dicitur Theologia, *multa contra dignitatem & naturam immortalium, facta eſſe*, ibidem addit. *In hoc enim eſt, vt Deus, alius*, inquit, *ex capite, alius ex femore ſit, alius ex guttis ſanguinis natus: in hoc, vt Dii furati ſint, vt adulterauerint, vt ſeruierint homini. Denique, in hoc omnia Diis attribuuntur, quæ non modo in hominem, ſed etiam quæ in contemptiſſimum hominem cadere poſſunt.* Quæ Theologia non minus Fabularis quam hiſtoria, de qua in Tiberio Tranquillus: quem, *notitiam Hiſtoriæ Fabularis vſque ad ineptias & deriſum curaſſe ait.* qua mente, & Ariſtoteles, περὶ τῶν μυθολογουμένων ζώων, de *fabuloſis animalibus*, qualis Chimæra ac ſimilia, librum conſcripſit. Qui ſoluta igitur oratione vel conſtricta, χωρὶς τοῦ Μύθου οὐδὲν ἐγένετο, dicat, quid aliud, quam ſi, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Μῦθος, dicat? quod omnem ἀκυρολογίαν ac blaſphemiam excedit. Quanto ſapientius Gregorius Theologus, qui de hoc Verbo,

Εἴξαντας μεγάλοιο θεοῦ λόγῳ· ὅς ῥα καλύπτει
Πάντα φρενὸς βροτέης τερπνὸν πολυειδέα μῦθον.

quibus λόγον illum ἐνυπόστατον, non tantum à profana iſta voce ſeparat, ſed & ei
℣. 4. merito opponit. Cum Sanctiſſimus Euangeliſta commate 4. dixit, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων, ne diſtincte loqueretur, appoſitum effecit. Dixit enim, καὶ ὠκυμόρων φάος ἀνδρῶν Ζωὴ πάντροφος ἦεν. Ita vt quod prædicatur & ſubjicitur confundat. cum, αὕτη δὲ ἡ ζωὴ, τῶν ἀνθρώπων φῶς ἦν, haud dubio vellet. Adde, quod præcipuum illius vitæ munus, de quo agitur hoc loco, non nutrire, ſed viuificare. cum ἡ αὐτοζωὴ ſit vita quam intelligit. Certam autem (quod & alibi notamus) vitæ aut viuendi rationem, eſt cum πολιτείαν eleganter Græci dicunt. Etiam Eccleſiaſtici ſcriptores. Ita πολιτεία ὑψηλὴ Nyſſeno, qua quis totum ſemet conſecrauit Deo, in Laude Baſilii. qui, ὅταν τις διὰ τῆς ὑψηλῆς, inquit, πολιτείας, ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ἀποικίζηται. Hinc ἐρημικὴ πολιτεία, eremitarum vita: qualis Baptiſtæ, vt volunt. Photius, Καὶ Λεόντιος, ὁ τὴν ἐρημικὴν πολιτείαν καὶ τὸν μονάδα βίον ἑλόμενος. Vnde & Iohannes ipſe, ἐρήμου πολίτης, à Theodoreto dictus eſt: qui, ὁ τῆς ἐρήμου πολίτης, τῆς πάσης πόλεως ἀπείληφε σωφρονιστὴν, inquit. Et, ἐρημοπολίτης. vt cum, Τὸ μοναχικὸν σχῆμά ἐστι κατὰ μίμησιν τοῦ ἐρημοπολίτου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου· ἐπὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἦν ἐκ τριχῶν καμήλου, καὶ ζώνη δερματίνη περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, Germanus Confeſſor dixit: quemadmodum, de quo & alibi agimus, viuendi rationem, qua quiſque vtebatur, etiam hæretici ac ſimiles, πολιτείαν dicebant. Ita cum Meſſaliani hæretici, ſiue Euchitæ, ab ocio, Vacantini, ac Græce eâdem voce dicerentur, Syneſius, συνήθη τῆς αὐτῶν πολιτείας, propriam illorum vitæ ac conuerſationis eam, dixit. Ad quem modum noſter plane ἀκύρως hunc eundem, cum πολίτην ἐρήμου vellet, ἀστὸν ἐρήμης dixit. Quaſi, quia idem ἄστυ ſubinde & πόλις, idem quoque ἀστὸς & πολίτης, eſſet. quod jam ſuum eo ſenſu, quo & vocem πολιτείας, fecerant autores. Hoc eſt illud commate 6.

℣. 6. Ἔσκέ τις οὐρεσίφοιτος ἐρημάδος ἀστὸς ἐρήμης.

Cum baptiſmum ἀρχέγονον ibidem dixit, ibi nempe,

Κῆρυξ ἀρχεγόνου βαπτίσματος,

ad quorundam è Græcorum interpretibus opinionem reſpexiſſe puta, qui,

initio

initio creationis, vbi Helleniſtæ dicunt, ὅτι πνεῦμα θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος, gratiam baptiſmatis intelligi volebant. Theodoretus Quæſtionibus in Geneſin: Τισὶ δοκεῖ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ζωογονοῦν τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν, καὶ διαγράφον τὴν τοῦ βαπτίσματος χάριν. Procopius in Geneſin, Τινὲς δέ φασι καὶ αἰνίττεσθαι εὐθὺς ἀπὸ καταβολῆς κόσμου τὴν χάριν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Cui interpretationi primam haud dubio dedêre occaſionem, qui Spiritum, de quo ibidem agit Moſes, ad Sanctum retulerunt. Quæ opinio quam ſit antiqua, Hieroſolymitanum Targum docet. à quo רוחא דרחמין, *Spiritus miſericordiarum*, qui fertur ſupra aquas, dicitur. Illud certe conſtat, τὸ ἀρχέγονον, vocem eſſe, qua in materia creationis veteres Theologi vtuntur. Cæſarius Dialogo 1. Quæſt. 62. Τὸ σκότος τίς ἐποίησεν; ἢ ἀρχέγονον ἦν, ἢ ὁ διάβολος αὐτὸ ἐποίησε; Et Dialogo 3. καὶ διὰ τί ἡ ἀρχέγονος ἡμέρα, οὐ πρώτη παρὰ τῆς γραφῆς εἴρηται; Vt & illud, Syros in baptiſmi Formulis, cum Patre & Filio meminiſſe Spiritus, qui aquis incubabat: quod ea voce, cujus mentio fit in creatione, exprimunt. Addit, & de eodem Iohanne quidem noſter, οὔνομα δ' αὐτῷ Θεῖος Ἰωάννης λαοσσόος. quomodo omni exceptione major Euangeliſta Matthæus, Sanctiſſimum Ieſu interpretatur nomen: qui, Αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ. quod profecto eſt λαοσσόος. Ibid. Quare igitur Baptiſtæ tribuit, quod erat Domini? præcurſori, quod eſt Regis? qui in carne aduênit, & quem adeo ſollicite Euangeliſta hic diſtinguit. Niſi Iohannis ſic interpretatus eſt nomen. cum *ſeruare populum*, per ſe, vnius ſit Ieſu, & illius nominis, ex ipſa S. Spiritus autoritate, μεθερμηνευόμενον, hoc ſit. Καὶ καλέσεις, inquit Euangeliſta, τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. Vbi recte Theophylactus, *Hic nomen interpretatur Ieſus, quid videlicet deſignet. Seruatorem, nempe. Ipſe enim populum ſeruabit ſuum, inquit: non Iudæum modo, ſed & gentium, qui daturus operam, vt credat, ejuſque ſit populus. A quo ſeruabit autem? An à bellis? non: ſed à peccatis.* Ἐνταῦθα ἑρμηνεύει τὸ Ἰησοῦς, τί δηλοῖ; ὅτι σωτήρ. Αὐτὸς γάρ, φησι, σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ· οὐ μόνον τὸν Ἰουδαϊκὸν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐθνικὸν, τὸν σπουδάσοντα πιστεῦσαι καὶ γενέσθαι λαὸν αὐτοῦ. Πόθεν ἡ σώσει; ἆρα ἀπὸ πολέμων; οὐχί· ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. Ac deinde addit: Ὅθεν δῆλον ὅτι θεός ἐστιν ὁ τεχθησόμενος· θεοῦ γὰρ μόνου τὸ συγχωρεῖν ἁμαρτίας. *Vnde apparet, Deum eſſe qui jam naſciturus eſſet: quod ſolius Dei ſit, ignoſcere peccatis.* Ipſi quoque Græci ſane in Meniæis ſuis, qui tot vocabulis Sanctiſſimum Baptiſtam more ſuo ornant, inter præcipua τὸν εὐτρεπίζοντα τὴν ὁδὸν τῆς σωτηρίας, *cum qui ſalutis præparat viam*, dicunt. Sed nec fidem, de qua Euangeliſta commate proximo loquitur, cum inquit, ἵνα πάντες πιστεύσωσι ℣. 7. δι' αὐτοῦ, loco hoc, κόσμου μητέρα dicam. Ita enim

Ὀρθὴν πίστιν ἔχοιεν ἀπέρμονα μητέρα κόσμου.

Siue enim vocem κόσμου, proprie de toto genere hominum accipias, male id dicitur, cum plures ſint in eo ἄπιστοι, ac infideles: ſiue, vt Iohannes, more Hebræis vſitato, ea voce vtitur, ὁ κόσμος καὶ οἱ πιστοὶ opponuntur. Vnde illa, ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ εἰσί. &, οὐκ ἐρωτῶ ὑπὲρ τοῦ κόσμου. &, ὁ κόσμος ἐμίσησεν αὐτούς. Et, an ignorare potuit quod ſequitur, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω? quod alii ex Theologis, τὸν χυδαῖον καὶ ταραχώδη καὶ ἀνόητον λαὸν, *de plebe, ac ſeditioſis*, alii de improbis, nonnulli de Iudæis, interpretantur. S. Auguſt. Tract. in Iohannem 77. *Mundus enim dictus eſt hoc loco, de quibus continuo ſubjunxit atque ait, Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat.* Idem Tractat. 94. *Et mundus eum non cognouit, hoc eſt, homines infideles, quibus toto orbe terrarum mundus eſt plenus.* De Iudæis Theophylactus ad decimum & ſeptimum Iohannis caput: Κόσμον τοὺς Ἰουδαίους φησὶ πολλαχοῦ. *Sæpe mundum cum dicit, Iudæos intelligit.* Et Auguſt. Tract. 89. in eundem: *Iudæis locutus eſt Chriſtus, nec aliis gentibus. In eis ergo voluit intelligi mundum, qui odit Chriſtum & diſcipulos ejus. imo vero, non eos ſolos, ſed hos quoque ad eundem mundum pertinere monſtrauit.* Saltem cogitaſſet, mundi Principem, à viro hoc Sanctiſſimo Diabolum vocari:

cogi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω. cap. 12. ꝟſ. 31. Vides ergo quid de hoc
appoſito ſit ſentiendum, & quam non ex conſuetudine autoris ſit petitum.
Vt hypallagen, inſuauem ſine dubio, omittam. ἀπέρμονος enim μητέρα κόσμου
voluiſſe exiſtimo: quod ne ipſum quidem verum, niſi ad circularem forte re-
ꝟſ. 8. feras formam. Cum Euangeliſta commate octauo, οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς, ἀλλ'
ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός, dixit, noſter autem ita id expreſſit, οὐ μὲν κεῖνος ἔην
νοερὸν φάος, longe prudentius, οὐ μὲν κεῖνος ἔην τὸ φάος τόδε dixiſſet, vel
eorum cauſa, qui de S. Spiritu hæc omnia accipiebant: quem neceſſario ac
ſemper φάος dici ajebant: quos & prolixe admodum Chryſoſtomus refutat.
Adde quod & Pater, φάος νοερὸν, & Spiritus, non tantum Filius. Iuſtinus
Martyr. Expoſit. Fidei: ὁ μὲν γὰρ φῶς ἐκ φωτὸς γεννητῶς ἐξέλαμψε· τὸ δὲ, φῶς, ἐκ
φωτὸς καὶ αὐτὸ, ἀλλ' ἐκπορευτῶς προῆλθε. Quemadmodum & Pater, φῶς eſt, ve-
rum ἄναρχον; ipſe fons diuinitatis nempe. Fuit & Iohannes lumen, non ta-
men illud, de quo nunc à nobis, inquit, agitur. vnde de illo apud noſtrum,
ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαίνων: quomodo non ſemel in Græcorum
Meniæis dicitur. Qua occaſione eleganter Auguſtinus & qui eum ſunt
ſecuti, *Lumen* alterum, de quo hic loquitur, *illuminatum*, alterum, *illuminans*,
dixerunt. Qui, *Poteſt quidem dici*, inquit, *lumen, & bene dicitur & ipſe lumen, ſed
illuminatum, non illuminans*. Et, *Nec ergo diſcernite aliud eſſe lumen, quod illumi-*
ꝟſ. 13. *natur, aliud, quod illuminat*. Sanctiſſimus Euangeliſta, commate decimo &
tertio, vt ſpiritualem filiorum Dei deſcribat ἀναγέννησιν, omnem libidinem
fœdamque ab ea arcet voluptatem: ex ſanguine enim ac carne, aut illius vo-
luntate, naſci tales negat. quod ex gratia nobilitas hæc oriatur: cum alte-
rius omnino vitæ ſit initium. Quare hic fœdiſſimo appoſito abſtinuiſſem.
Vocem quippe ἀροῦν, per ſe honeſtam licet, & alii, & ipſe, in Bacchicis, nec
uno quidem loco, (nam hoc illi fere vſitatum) ad obſcœnitatem transfert.
vt qui eam quoque partem corporis, quæ honeſtate ſalua exprimi non po-
teſt, ἄροτρον Dionyſ. 18. dicat.

Χάμνεν ἀνυμφεύτων στάχυων ἄρσενα πατρὸς ἄροτρον.

Major enim aliquando ex proportione fit obſcœnitas: quam tranſlationis
vſus aut cum ipſa re ſimilitudo parit. Quod tamen repetendum duxit: qui

οὐδὲ καὶ αὐτὴ
Σαρκὸς ἐρωτοτόκοιο γαμήλιος ἤροσεν εὐνὴ,
Ἀλλὰ Θεοῦ γεγάασιν ἀνήροτα τέκνα τοκῆος.

quod eſt, non vitare, ſed improuide ac imprudenter oſtentare inuerecun-
diam. Quanto autem circumſpectius Hebræi: qui, cum prætextatas vix
admittant voces, ſi quæ tales vel in ſpeciem videntur, eas vrbaniſſima vo-
calium mutatione leniunt, aut alio deflectunt. Incarnationem, ſiue ἐναν-
θρώπησιν, verbis quidem paucis, ſed inprimis efficaciter, Sanctiſſimus Euan-
ꝟſ. 14. geliſta deſcripſit, cum dixit, Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. Vbi Sermo, qui aſſum-
pſit carnem, Dei Filium, caro, hominem aſſumptum, aſſumptio illius, inef-
fabilem naturæ vtriuſque, in Perſona vna, denotat conjunctionem: quam
vt abſolutam eſſe oſtenderet, non aſſumpſiſſe carnem ait, ſed id factum eſſe.
Cæterum quid voluit, cum, voce αὐτοτέλεστος, in myſterio hoc vſus eſt? Mihi
ſane dubitandum non videtur, quin, quod alii αὐτοτελὲς, noſter αὐτοτέλεστον hic
dicat. niſi quod aduerbialiter ſumatur. Sane ea ſunt αὐτοτελῆ, ad quorum
nihil amplius perfectionem deficit aut deeſt. Et ſic Pythagoricus Ocellus,
qui frequenter vtitur hac voce, Σύστημα τῶν ὅλων φύσεων αὐτοτελὲς καὶ τέλειον, defi-
nit Vniuerſum. quam & Theologi ad diſputationes ſuas, cum de Filio &
Filiatione ejus agunt, tranſtulerunt vocem. Vt B. Athanaſius. qui, λό-
γον οὐ προφορικὸν, οὐκ ἐνδιάθετον, οὐκ ἀπόρροιαν τοῦ τελείου, οὐ τμῆσιν τῆς ἀπαθοῦς φύσεως,
οὔτε προβολὴν, ἀλλ' υἱὸν αὐτοτελῆ, ζῶντά τε καὶ ἐνεργοῦντα. Quibus verbis hoc vult,
Dei Verbum, ſeu Sermonem, nec ſermonem eſſe, qui aut animo concipitur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

aut voce enuntiatur, neque riuum, aut ſegmentum, aut particulam, aut aliquid ejuſdem generis, quod deriuatum à perfecto illo illiuſque immutabili natura, aut productum, ſed perfectum eſſe Dei Filium, viuentem, atque agendi præditum virtute. Quemadmodum & τὸ αὐτοτελὲς τῆς ὑποστάσεως, veram ac plane abſolutam Filii hypoſtaſin vocare ſolent: vt cum idem, Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ· οὐ κεχωρισμένον τοῦ Πατρὸς κατ᾽ ἐνέργειαν τοῦ ποιεῖν λέγει, ἀλλὰ τὸ αὐτοτελὲς τῆς ἑαυτοῦ ὑποστάσεως διδάσκων ἡμᾶς, quinto De Trinitate Dialogo notat. Si quid judicare de hoc interim loco poſſum, noſter, cum videret aliquanto eſſe amplius, quod Sermo à Sanctiſſimo Iohanne caro factus eſſe dicitur, quam quod alii ἐνσαρκωθῆναι dicunt, vt tenuitatem verbi excuſaret, τὸ αὐτοτέλεστος, quod hoc loco eſt αὐτοτελῶς, adjunxit. vt ſit ſenſus, καὶ ὁ λόγος αὐτοτελῶς ἐσαρκώθη: quod eſt, totam carnem, ſiue hominem, aſſumpſit. Duas enim, inquit Anaſtaſius, in incarnationis myſterio naturas agnoſcimus. Humanam, nempe, & diuinam. ὡς εἶναι τὸν αὐτὸν Υἱὸν, Θεὸν τέλειον, καὶ τέλειον ἄνθρωπον. *ita vt perfectus homo pariter & Deus idem ſit Filius.* Non enim, credo, ipſum Λόγον, quod interpretes exiſtimarunt, αὐτοτέλεστον dixit. nam quæ addit, ſane ad vnionem, non ad hanc perfectionem Perſonarum ſpectant. Niſi enim fallor, hoc volebat, καὶ ὁ Λόγος αὐτοτελῶς ἐσαρκώθη, ὥστε θεάνθρωπον γενέσθαι αὐτόν. Sed prudenter parum, quod non poterat, tentauit. Nam quemadmodum, qui θεὸν καὶ ἄνδρα dicunt, duas quidem exprimunt naturas, licet minus vſitate loquantur, ita qui θεάνθρωπον dixerunt, vnionem, cujus cauſa ea vox excogitata eſt, cum cura ac ſucceſſu expreſſerunt. Quod in altero non amplius procedit. Neque enim, ſicut θεὸς, dicimus καὶ ἀνὴρ, ſic compoſitum ex illis commode effertur. cum & in paronymis alia ſit ratio: vt cum περὶ τῶν θεανδρικῶν ἐνεργειῶν antiqui Patres agunt. Quare & hic fugit eum ratio. inprimis, quia ἀσυνδέτως duo illa, θεὸς ἀνὴρ, quæ nec ſunt compoſita, nec copula junguntur, ſeparatim ac diuiſim extulit: cum de vnione, inquam, quam ſequenti verſu δεσμὸν ipſe dixit, hic agatur:

Καὶ λόγος αὐτοτέλεστος ἐσαρκώθη θεὸς ἀνὴρ,
Ὀψίγονος, προγένεθλος, ἐν ἀρρήτῳ τινὶ δεσμῷ
Ξυνώσας ζαθέην βροτοειδέϊ σύζυγα μορφήν.

Quare, θεὸς ſaltem καὶ ἀνὴρ, συνδετικῶς dixiſſet: vt, ſi animam & corpus, quia hypoſtatice vnita, hominem abſoluunt, dicam eſſe hominem. quod antiqui θέανδρον interdum dicunt. Vt cum Dial. 4. Quæſt. 189. ὁ θέανδρος διακελεύεται, dixit Cæſarius. Nam, quod idem αὐτοτελὲς & αὐτοτέλεστον exiſtimauit, ad Grammaticorum ſpectat forum. qui hoc, niſi fallor, non admittent. Si enim τὸ αὐτοτέλεστος hoc loco ſit appoſitum τοῦ λόγου, vt hoc dicat, Totum Verbum, ſeu Sermonem, carnem eſſe factum, in Theologorum ſcholis ratio reddenda erit. de quo Magnus Athanaſius, aduerſus Arianos, Orat. III. Καὶ ὥσπερ Ἰωάννου ἀκούοντες, Ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, οὐκ αὐτὸν ὅλον σάρκα νοοῦμεν τὸν λόγον, ἀλλὰ σάρκα ἐνδυσάμενον, καὶ γενόμενον ἄνθρωπον. *Et vt cum Iohannem dixiſſe audimus, Sermo factus caro eſt, non Sermonem totum, factum eſſe carnem, ſed induiſſe carnem, factumq; hominem, intelligimus.* Et alibi, ἐνεδύσατο τὸν ἄνθρωπον. *induit hominem.* Deus, nempe. qui cum carnem induit, non id fuit propterea quod induit, nec eſſe deſiit, quod fuit. Quædam παρακεκινδυνευμένα plane, ſeu periculoſa, ſunt: quæ, vix exemplo veterum, ſi ſuppetat, admittam, aut poëtæ Chriſtiano temere concedam. Quale eſt, quod Seruatorem, ſeu naturam ejus vere humanam (nam de voce μορφῆς alibi agemus) eo, quem adduximus jam, loco, βροτοειδῆ dixit. Quo profecto, vel Manetis, Eutychis, Dioſcori, atque aliorum cauſa, abſtinere potuit: quorum ille φαντασίᾳ ψιλῇ καὶ σχήματι διακένῳ σώματος ἀνθρωπίνου, hoc eſt, *imaginatione nuda, & inani quadam forma corporis*, apparuiſſe in carne Dominum ajebat: illi, ſpecie tenus, factum eſſe hominem dicebant. quod βροτοειδῶς, niſi fallor, commode exponas. Ne de Marcione ac Manichæis dicam. qui

Ibid.

τὴν περὶ φαντασίας δόκησιν in carne vrgebant. Hoc enim tale eſt, ac ſi Deum & naturam ejus, aut diuinam certe in Chriſto, aliquis θεοειδῆ dicat. cum Homerus ipſe, homines non Deos ita dicat: eos, nempe, qui quam proxime ad eos forma corporis aut animi accedunt. abſit enim, vt vel homo verus, βροτοειδὴς dicatur. Quis enim Titium aut Seium ita dici ferat? quanto minus illum, qui ſi βροτοειδὴς fuit, neque vere induit quod poteſt mori, ac ne quidem mortuus eſt vere. Et præclare Leo primus, *Qui crucem Domini non putat falſam, & ſuſceptum pro ſalute mundi ſupplicium verum fuiſſe non dubitat, cujus credit mortem, agnoſcit & carnem.* Epiſtola ad Flauianum. Et præclare Ignatius, laudante viro maximo Theodoreto, *Si imaginarie aſſumpſit carnem Dominus, imaginarie & ego nunc illius cauſa vinctus ſum.* Εἰ γὰρ τῷ δοκεῖν ταῦτα ἐπράχθη ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν, κἀγὼ τῷ δοκεῖν δέδεμαι. *Neque cauſam*, inquit, *dico, quin ſim demens, qui illius cauſa morti me addixi.* Adde quod Diabolus ſic dici poteſt. Sed & talem fore Antichriſtum, Hippolytus Epiſcopus & Martyr, libro De conſummatione ſæculi, vaticinatur. fore enim vt aſſumat carnem, ἀλλὰ ἐν δοκήσει. Quod quid aliud, quam βροτοειδῆ fore? quo nomine & notatur, cum Apoſtolus diſerte, hominem peccati dicat. At de carne Domini, quam idem luculente! ὁ γὰρ θεὸς ἡμῶν σαρκικῶς ἡμῖν ἐπεδήμησε, κατὰ τὴν σάρκα τὴν ἡμετέραν, ἣν αὐτὸς ἐποίησε τῷ Ἀδὰμ, ἐν πᾶσι τοῖς ἐξ Ἀδὰμ, χωρὶς ἁμαρτίας. hoc eſt, *Deus enim noſter in hac carne, carne*, inquam, *qualis noſtra hæc, nobiſcum verſatus eſt, quam Adamo omnibuſque qui ex eo, ipſe fecit ac creauit, ſine peccato tamen.* Sed &, naturæ vnionem vtriuſque, σύνοδον antiqui dixerunt: qui hæc duo, ἕνωσιν, καὶ σύνοδον τῶν φύσεων, ſæpius conjungunt. Noſter etiam cum illis, συζυγίαν ibi poſuit, cum dixit

Ξυνώσας ζαθέην βροτοειδέϊ σύζυγα μορφήν.

Qua voce vtrum veteres ſic vſi fuerint, cogitandum erat. nos & de Trinitate, cum relationis, ſiue σχέσεως ſignificatione, ea vſos ſcimus: qui & quæ de Filio dicuntur, quia præſupponunt Patrem, σύζυγα vocare ſolent. ſicut cum ἀπαύγασμα vocatur, aut χαρακτὴρ, neceſſario is intelligitur à quo hæc trahit. *Dicuntur ergo* σύζυγα in Trinitate, *quorum ſingula ſic vſurpantur, vt ex illis nihil ſit quod ſolum & per ſe conſideretur, ſed hoc ipſo præſupponat aliud. quorum altero ſublato tollitur & alterum.* Vt, ſi eſt Filius, eſt & Pater, &, ſi Pater, eſt & Filius. Sed & Filium qui tollit, tollit Patrem. Et, ſi eſt Dei Sapientia, eſt & ille, cujus eſt hæc Sapientia. Quæ ſunt συζυγίαι, vt prolixe alibi Nyſſeno probatur. qui hoc argumento vtitur, vt probet, ὅτι ὁ τὸν Υἱὸν ἀθετῶν, συναθετεῖ καὶ τὸν Πατέρα: *quod, qui non admittit Filium, cum eo rejicit & Patrem.* Qualis in naturis non eſt relatio. non enim qui humanam dicit, ideo per ſe intelligit diuinam. vt in illis σύνοδος ſit potius quam σχέσις. licet, nec temere nec fulciendi forte verſus cauſa, quanquam vocem iſtam amat, ſed exemplo, ſic locutus ſit. Nec ignoſcere illi cogor, quod, (incogitantia, an verſus cauſa,
vſ. 15. dicam?) Iohannem, qui aduentum Domini prædixit, commate ſequenti πρωτάγγελον vocauit. Ita enim ſcribit:

Ἀμφὶ δὲ σαρκοφόροιο λόγου πρωτάγγελος ἀνὴρ
Ἁγνὸς Ἰωάννης πρώσαρ μάρτυρα φωνήν.

Plane, quemadmodum jam ante Dominum, φάος ἀκήρυκτον, *nemini prædictum lumen*, commate 8. nuncupauit.

Καὶ φάεος προκέλευθος ἀκηρύκτοιο φαείνῃ.

Quod ſi credimus, illud quoque, ſi videtur, credamus, neminem fuiſſe, qui adventum Domini prædixit: neminem fuiſſe, qui in teſtimoniis de Seruatore ante aduentum ejus aliquid prænuntiauit. quæ Manichæorum eſt opinio. Vnde apud Auguſtinum ex hac gente Fauſtus, *Cur non accipitis prophetas, inquis? Imo, tu dic potius, ſi quid habes, cur debeamus prophetas accipere. Propter teſtimonia, inquis, quæ de Chriſto præfati ſunt. Ego quidem nulla inueni,*

quamuis

quanuis attentius eos ac curioſiſſime legerim. Sed tamen & hoc inertis fidei confeſſio eſt: in Chriſtum ſine teſte & argumento non credere. Ad quæ S. Auguſtinus, *Nempe his omnibus verbis id agit Fauſtus, vt prophetas Hebræos, neque quicquam de Chriſto prænuntiaſſe, neque, ſi prænuntiarunt, eorum teſtimonia nobis prodeſſe, neque illos ipſos ex eorundem teſtimoniorum dignitate vixiſſe credamus.* libro aduerſus Fauſtum Manichæum duodecimo. poſt quæ accurate ſingula de Chriſto prophetarum vaticinia adducit. Idem Tractatu in Iohannem 35. *Antequam veniret Dominus noſter Ieſus Chriſtus, multas ante ſe lucernas Propheticas accendit & miſit. De his erat etiam Iohannes Baptiſta: cui tam magnum ipſum lumen, quod eſt Dominus Chriſtus, perhibuit teſtimonium, quale nulli hominum. Ait enim, in natis mulierum non ſurrexit major Iohanne Baptiſta.* Quomodo igitur ἀκήρυκτος, ſine vllo, inquam, aut præcone aut nuntio aduênit? Quomodo πρωτάγγελος Ioannes dicitur, qui tot tantoſque habuit anteceſſores? Sed incogitanter, quem πρoάγγελον Eccleſia vocare ſolet, carminis miſertus quod ruinam traheret, πρωτάγγελον vocare maluit: quaſi idem ſit πρωτόδρομος καὶ πρόδρομος. cum ſic dicatur, qui metandi, vel interdum ſpeculandi cauſa, ducem præuenit & antecedit: vnde de aduentu ejus judicatur. Hoc Syneſius volebat. qui, Duces, inquit, veniunt, οὓς οὐχ ὁρῶντες, ἀπὸ τῶν προδρόμων ἴσμεν ὅτι παρέσονται: *quos cum non videmus, adfuturos ex aduentu præcurſorum judicamus.* quomodo interdum Helleniſtis προδραμεῖν, non aliud quam præcurrendo nunciare. cui rei milites à ducibus adhibebantur: ne quid, vbi aduentarent, imparatum eſſet. Vnde in Meniæis ſuis Græci, militem & præcurſorem Chriſti, inter cætera Baptiſtam vocant. quem & τὸν ἐν προφήταις ὅρον, &, τῶν ἀποστόλων ἀρχήν, &, τὸν ἐπίγειον ἄγγελον, &, τὴν τοῦ λόγου φωνήν, &, τὸν τοῦ Χριστοῦ πρόδρομον καὶ στρατιώτην, eo, quo jam dixi, ſenſu, dicunt. Et ibidem ad Mariam Eliſabetha, Σὺ βασιλέα βαστάσεις, κἀγὼ στρατιώτην. Quod nonnunquam & aliis tribuitur. vt cum Angelus Tobiæ additus, quemadmodum loquuntur ibi Helleniſtæ, Προδράμωμεν ἔμπροσθεν γυναικός σου, καὶ ἑτοιμάζωμεν τὴν οἰκίαν, dicunt. quod jam ante Malachias, ἑτοιμάσει ὁδὸν πρὸ προσώπου σου, dixerat: quem profecto ipſum Malachiæ locum (ne de Eſaia dicam) qui de Chriſto accipit, non poteſt ipſum vel ἀκήρυκτον, vel πρῶτον τῶν ἀγγέλων, niſi fallor admodum, Iohannem nuncupare. vt omittam jam, quod πρόδρομος & στρατηγὸς, *præcurſor, & dux,* ſiue, *imperator,* σχετικὰ omnino ſint, & ad ſeſe mutuo neceſſitate quadam referantur. Cæterum prærogatiua maximi virorum fuit, quod, vt cæteri venturum, ita ipſe, venientem nunciauit, ac ſic anteuertit. Præclare Chryſoſtomus, οἱ μὲν οὖν προφῆται καὶ ἀπόστολοι πάντες, ἀπόντα αὐτὸν ἐκήρυττον· καὶ οἱ μὲν πρὸ τῆς κατὰ σάρκα παρουσίας, οἱ δὲ μετὰ τὴν ἀνάληψιν· οὗτος δὲ μόνος παρόντα· διὸ καὶ φίλον αὐτὸν τοῦ νυμφίου φησί. Adde quod, vt Græci, qui Iohannem ἄγγελον ἐπίγειον vocarunt, minus recte vocem intellexit. Apud Malachiam enim, à quo ἄγγελος vocatur, more humano Deus loquitur. Non enim ſpiritum, ſed hominem, eo intellexit loco, qui profecto vere illuſtris. Ἰδοὺ ἐγὼ ἐξαποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου, ὅστις ἑτοιμάσει ὁδὸν πρὸ προσώπου μου, καὶ ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ κύριος, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε· καὶ ὁ ἄγγελος τῆς διαθήκης ὃν ὑμεῖς θέλετε. ἰδοὺ ἔρχεται, λέγει κύριος παντοκράτωρ. cum ſit ambiguitas in voce מלאך, quam ad verbum, ac ſic ambigue, vt nonnunquam ſolent, Helleniſtæ reddiderunt. Vnde Græci, vt extollerent Baptiſtam, non pro nuncio ſed ſpiritu videntur accepiſſe. quo non opus erat. Vt eodem modo vtrobique aberret. cum, & Domini in carne aduentum (de quo ante diximus) ἀκήρυκτον, & præcurſorem ejus, poſt tot nuncios, πρωτάγγελον vocauit. Neque pauca ei, quod jam monebamus, vel ex paganorum conſuetudine, vel lectione ac recordatione, adhæſerunt. Vt cum αὐτογένεθλον 18. commate vocauit Deum. vbi, vſ. 18.

Καὶ θεὸν αὐτογένεθλον ἐν ἀντιπόροισιν ὀπωπαῖς,
Οὔποτέ τις σκοπιάζει.

Quemadmodum & illi αὐτοπάτερκλον dixerunt. id autem idem eſſe, quod αὐτοπάτωρ & αὐτογένητος, Quæſtionibus Reſponſionibuſque ad Græcos, autor, qui Iuſtinus hactenus putatur, oſtendit. Qui inter alia, εἰ ἄναρχος ὁ ἀΐδιός ἐστι θεὸς, οὔτι αὐτοπάτερκλός ἐστιν, οὔτε ἑτεροπάτερκλος. ὁ γὰρ αὐτοπάτερκλος, ἐστὶν ἀΐδιος καὶ ἄναρχος. *Principio ſi, inquit, caret, & æternus eſt Deus, neque à ſe neque ab alio productus eſt. qui enim à ſe eſt productus, nulla ratione æternus eſſe aut principio carere poteſt.* Sed & inter cætera, quæ de hac voce multa, οὐδενὶ λέγει διαφέρει τὸ ἀπάτερκλον τοῦ αὐτογενοῦς· ἀλλά, εἰ αὐτοπάτερκλος ὁ θεὸς, καὶ αὐτοπάτερκλος ἔσονται καὶ αὐτογένητος, ὅ, τε θεὸς καὶ ὁ κόσμος. qui & alibi, αὐτοπάτερκλον, αὐτοπάτερκλος, αὐτογένητον, idem eſſe oſtendit. Heſychius, αὐτογενὴς, αὐτογένεθλος. Adde his, quod, Deum non æternum modo, ſed æternitatem ſuam ſibi eſſe, Scholaſtici teſtantur. Quod ſi verum, falſum αὐτογένεθλον eundem eſſe. qui non æternus nec æternitas, ſed potius principium naſcendi ſic ſibi aut eſſendi, ac ſic ſaltem non æternus eſſet. cum verum ſemper illud Athenagoræ maneat, οὐ γενόμενον τὸν θεὸν, *non genitum eſſe Deum*, ſemper crediſſe Chriſtianos: ὅτι τὸ ὂν οὐ γίνεται ἀλλὰ τὸ μὴ ὄν: *quia, non quod eſt, ſed quod non eſt, fit ac naſcitur*: cum & ipſa, quæ tribuitur Perſonæ, ab æterno ſit generatio. Quid quod, teſte Auguſtino, nulla res ſe ipſa gignit? cujus teſtimonio Scholaſtici vtuntur, cum de controuerſia hac agunt. atque inter alia, *Qui putant Deum*, inquiunt, *ejus potentiæ eſſe, vt ſe ipſum ipſe genuerit, eo plus errant, quod non ſolum Deus ita non eſt, ſed nec ſpiritualis neque corporalis creatura. Nulla enim omnino res eſt quæ ſe ipſam gignat vt ſit. Et ideo non eſt credendum, vel dicendum, quod Deus genuit ſe.* Neque cogitabat, id quod in Ideis, quas præſertim ſtatuit in Deo, obſeruarat Plato, in nominibus diuinis, à Theologis plerunque vſurpati: vt, quæ Deo tribuuntur, ita intendantur. quemadmodum præclare in aureo De Trinitate libro Cyrillus, Dionyſius, & alii. Sic enim & in iis Dei attributis quæ cum aliis communicantur, αὐτοαγαθότης, αὐτοζωὴ, αὐτοσοφία, hoc eſt, ὑπεραγαθότης, ὑπερζωὴ, ὑπερσοφία dici poteſt. In iis item, quæ diuinitati propriè conueniunt. vt ſi αὐτοαΐδιον, αὐτοαπλοῦν, vel αὐτοαπλότητα dicam. Quemadmodum in iis quoque, quæ de eo priuatiue ex defectu hominum dicuntur; cujus generis ſunt ἄχρονος, ἀπέραντος, ἀπερίγραπτος, aliaque ejuſmodi. quæ, non, quid ſit, ſed quid non ſit, vt Cyrillus loquitur, deſignant. quomodo non αὐτοπάτερκλος, aut αὐτοποίητος, aut αὐτογένεθλος, aut quod jam ſupra noſtro placuit, αὐτόφυλος, ſed αὐτοαγένεθλος, αὐτοαποίητος, αὐτοάφυλος dicendus eſſet. Et hoc Athanaſius volebat, cum de Deo ita ſcribit, τί οὖν ἐστιν ὁ θεός; Ad quod, αὐτὸ ἀγένητον reſpondet alter. quod jam αὐτοαγένητον, quemadmodum dicebam. Et præclare idem B. Athanaſius, ὁ ἀγένητος οὐ γεγένηται, οὔτε ὑφ' αὑτοῦ, οὔτε ὑφ' ἑτέρου. *ille*, inquit, *qui ingenitus, neque à ſe neque ab alio eſt genitus.* quo verbo attributa noſtri aliquot rejecit. ne hic alium quæramus Ariſtarchum. Verum hæc appoſita vt primo omnium poëtæ veteres finxerunt, ita ex ſententia eorum, non ex vero, veritatis peſſimi interpretes Grammatici expoſuerunt. Cujus generis eſt αὐτολόχευτος. Heſychius, Αὐτολόχευτος θεός, ἀγένητος, αὐτογένητος. Suidas, Αὐτολόχευτος, αὐτογένητος, ὁ θεὸς ὁ ἀγένητος. quaſi τὸ ἀγένητος καὶ αὐτογένητος in æterna hac eſſentia tantundem eſſet: cum ex Orphei lacunis, & ſuppoſititii Hermetis, hæc deprompta ſint. Quorum ab altero αὐτογενὴς ὁ θεὸς, ab altero, αὐτοπάτωρ καὶ αὐτομήτωρ eodem fere ſenſu dictus. De quo Lactantius in quarto. qui non ſine cauſa hæc rejecit. Locus Orphei,

μοῦνον δ' ἐσορᾷ κόσμοιο ἄνακτα.
Εἷς ἔστ' αὐτογενὴς, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται.

Quem locum lib. ad Catechumenos 2. Auguſtinus ita extulit, vt caute loqueretur. qui, *Omne quod eſt*, inquit, *ab illo eſt: ipſe autem à ſe ipſo eſt, qui non ab aliquo factus*. atque ita, *non à ſe eſſe genitum*, ſed *eſſe*, dixit. Quid quod non aliter

gene-

generis humani hoſtis, in oraculis locutus eſt? Apollo quippe, vt apud facundiſſimum eruditiſſimumque ſcriptorem lib. 1. cap. 2. legitur Lactantium, *Colophone reſpondens, quo Delphis, credo,* inquit ille, *emigrauerat, Aſiæ amœnitate ductus,* de Deo conſultus, reſpondit,

Αὐτοφυὴς, ἀδίδακτος, ἀμήτωρ, ἀστυφέλικτος.

Et apud Euſebium, de Hebræorum Deo,

Αὐτογένεθλον ἄνακτα, σεβαζόμενοι θεὸν ἁγνῶς.

vt originem erroris videas ac patrem. Qui nec ipſis tamen id Philoſophis probare potuit. Non Platoni certe. qui, reuerentius, vt ante diximus, de Deo loquitur. Quare, quantum in his vocibus, quæ non Grammaticorum ſed Theologorum ſunt, ex eorum quoque legibus accipiendæ, vocabularii vulgares ac interpretes hallucinentur, qui τὸ αὐτογένεθλον, æternitatem denotare volunt, ipſa res oſtendit. quanquam ſciam quoſdam, etiam ex Græcia poſteriori, ſic interpretari. Quare? quia ferri aliter nec vſurpari poſſe à Chriſtianis judicabant. Poëtæ autem ex paganis inuexerunt. Tempus igitur, vt τὸ αὐτόφυτος, τὸ αὐτόγονος, τὸ αὐτογένεθλος, τὸ αὐτογενής, ac cætera ejuſdem generis ac modi, eo relegentur vnde infauſtum huc tulerunt pedem. Pergamus. Sacræ literæ, vt ſummam Dei majeſtatem, quam humana non aſſequitur conditio, ſic exprimant, ſedem illi tribuunt in cœlo: cujus Filium (quemadmodum de tota Trinitate Patres loqui ſolent) faciunt participem: quem ὁμόθρονον ex eo dicunt. quemadmodum ὁ καθήμενος imo ὁ καθήμενος ἀπ᾽ ἀρχῆς, Pſalmiſtæ dicitur Deus: idem qui, quod longe à turbis & mutatione noſtra majeſtatem ejus cum ſuprema poteſtate ponit, *in diluuio ſediſſe* dicitur: vt τὸ βέβαιον ſic, καὶ ἀπερίτροπον, id eſt, ſumma ſtabilitas, notetur. Sicut Filius, vt τὸ ἀχώριστον, & vt loquitur Gregorius Theologus, τὸ ἀμέριστον, id eſt, ſumma & inſeparabilis oſtendatur conjunctio, com. 18. in Patris ſinu collocatur. Ibid. Vbi non ſemel peſſime rem geſſit noſter. Quod Euangeliſta enim, ὁ μονογενὴς υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο, dixit, hoc ille

ἑῷ διεπέφραδε μύθῳ

Κεῖνος, ὁ θεσπεσίῳ μεμελημένος ἠθάδι κόλπῳ,
Μουνογενὴς, ὁμόφοιτος ἀμωμήτοιο τοκῆος.

Primo autem, cum vſitatum ſit Theologis, vt, cum Perſonas Trinitatis inter ſe opponunt aut de iis ſimul agunt, eas hypoſtatice diſtinguant, noſter contra, cum de Patre hic ac Filio loquatur, Patrem, ἀμώμητον, ſiue *inculpatum*, parum reuerenter ac conſiderate dixit. Quod appoſitum, Polydamanti ſuo tribuit Homerus. Eſt autem tale, quod nec Deo nec Perſonæ illi conuenit quam Filio conjungit. Quis enim Deum, nedum, verum illum ineffabilemque, & æternum Filii æterni Patrem, inculpatum dicat? Quæ vox nec eſſentiam proponit, nec proprietatem hypoſtaticam declarat, hoc eſt, οὔτε τὴν ὑπόστασιν παρίστησιν, vt cum Theologis loquamur. Quanto ergo melius

ὁμόδοξον ἀγεννήτοιο τοκῆος

dixiſſet? Niſi quod nec τοκῆος, quidem, quod ſemper illi placuit, placere nobis poteſt: vox, quam vix Ioui ſuo tribuat Homerus. quanquam interim, hoc modo, & conuenienter magis de vtroque, & ex vſu veterum, locutus eſſet. Alterum eſt, quod cum ſedere vtrunque innuat Euangeliſtæ, noſtro tamen placuit, non ſecus quam ſi Deus Pater primum eſſet mobile, & hunc ejus motum ſequeretur Filius, ὁμόφοιτον, hoc eſt, *coambulonem inculpati Patris*, ſeu, *illius motus comitem*, cum ſumma vtriuſque, vt jam dixi, contumelia, vocare. qui,

ὁμόφοιτον ἀμωμήτοιο τοκῆος.

Sed quomodo ὁμόφοιτος, aut cum eo ambulare vel moueri dicitur, (nam ſic interpretes id reddunt) ſi in ſinu Patris? qui ſitus, vt ἑδραῖος, ſic quietus eſt: alter contra, vagus & inſtabilis. Neque cogitabat, τὸ φοιτᾶν, (quod vix honeſta vſur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

vſurpari notione hic poteſt) vocem quoque infamem eſſe; quæ de Venere ac furore vſurpatur. vnde ὁμόφοιτοι, qui ita pariter graſſantur. Sic, exempli cauſa, Bacchides Plautinæ, ſunt ὁμόφοιτοι. Agyrtæ duo Cybeles qui pariter inſaniunt ac circulantur, ſunt ὁμόφοιτοι. Oſiris, ſimileſque Dii, quorum circumferri imagines ſolebant ac vagari, φοιτητῆρες dicebantur. vnde & recte noſter in profano ſcripto cum ſic vocauit. Adde quod φοῖτος, μανία, rabies. Heſychius, φοῖτος, μανία, λύσσα. Itaque dicendum, quod nec ſatis dici juuentutis cauſa poteſt: Virum optime de Sacris, vel exemplo vel labore meritum, tantum in his indulſiſſe ſibi, vt recoctum paganiſmum pro poëſi ſacra plurimis in locis reliquiſſe nobis videatur. Vt cum voces, quæcunque è Bacchicis reſtabant Sacris, de quo ſuo loco, ad feſtum Paſchæ, cum ſuum κῶμος, vocem ab Apoſtolis, à Paulo quoque & Petro proſcriptam, ad feſtiuitates ſacras, & inprimis feſtum tabernaculorum, refert; θαλύσια, quod feſtum Cereris, ad cultum Dei; γαιήοχος, quo nomine Neptunus illis dicitur, ad Dei Filium; appoſitum Mineruæ ἐργοπόνος, ad eandem Dei Sapientiam, quæ omnia ἀπονητὶ creauit; ἀλεξίκακος, qua voce ab iis celebratur Hercules, ad eundem transfert. quæ vt ſine modo, ita ſine reuerentia ab eo adhibentur. Eodem
vſ. 19. capite Sanctiſſimus Euangeliſta, Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ Ἰωάννου, ὅτε ἀπέστειλαν οἱ Ἰουδαῖοι ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεῖς καὶ Λευίτας, cum dixit; ea verba ita accepiſſe noſter videtur, quaſi ſacerdotum aliorum prior hæc legatio ac Leuitarum eſſet: quam Phariſæorum altera mox ſubſequatur. De quibus 24. commate mox dicitur, καὶ οἱ ἀπεσταλμένοι ἦσαν ἐκ τῶν Φαρισαίων. niſi noſter alios mox miſſos Phariſæos, ex ſententia Origenis, hic arbitratus eſt: qui duas hic legationes intellexit. Hoc nunc dicam: eum, qui à Phariſæis alios vult eſſe hos ſacerdotes, id quod Phariſæis maxime conueniebat, ſacerdotibus his tribuiſſe. Ita enim ille:

Λευίτας προΐαλλε, καὶ ἀγρύπνους ἱερῆας.

nemo autem ea ſecta magis vigilabat, magis ex propoſito τὴν ἀγρυπνίαν exercebat. Alii enim, vt eſt apud Epiphanium, ex illis, tabulas exiguas parabant, quibus incumbebant, vt, ſi quando vrgerentur ſomno, protinus in terram voluerentur, atque hac ratione ad ſe redirent: alii, ſilicibus per noctem, alii aculeatis incumbebant ſpinis. quo non aliud agebant, quam vt ſomnolentiam à ſe abigerent ac omni ratione propulſarent. Quare illis potius, quam alia de ſecta ſacerdotibus, appoſitum hoc tribuendum erat. cum præſertim & è Phariſæis plurimi tum eſſent ſacerdotes, atque hoc ipſe Euangeliſta flagitare videretur. Verba Epiphanii de hac eorum ἀγρυπνίᾳ ſunt: nam ſenſum obiter jam expoſuimus: Καὶ οἱ μὲν σανίδας ἑαυτοῖς ἐφιλοκάλουν σπιθαμῆς μόνης τὸ πλάτος, καὶ ἐπὶ ταύτην ἑαυτοὺς ἐτίθεσαν κατὰ τὴν ἑσπέραν, ἵνα εἰ ὑπνώσειέ τις, καὶ καταπέσοι ἐς τοὔδαφος, αὖθις ἐγείρηται εἰς εὐχήν, διὰ τὸ ἄγρυπνον ἔχειν τὸν βίον κατὰ τὸ δυνατόν· ἄλλοι δὲ κάχληκας συλλέγοντες, ἑαυτοῖς ὑπεστρώννυον, εἰς τὸ νηφομένους μὴ ὕπνῳ βαθεῖ φέρεσθαι, ἀλλὰ βιάζεσθαι γρήγορσιν ἑαυτοῖς προσπορίζεσθαι· ἄλλοι δὲ ἀκάνθας ἐστρωμένην εἶχον, διὰ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν. Quare quod peregrinantibus in terra aliena euenire ſolet, vt, cum ſemel aberrarint, ſæpius deflectant, ac poſtremo tota via abeant; noſtro hic euênit: qui de Phariſæis hæc accipienda eſſe, cum non crederet, iis interim de quibus agitur hic, illud tribuit, quod ſolis Phariſæis erat proprium. ἀγρυπνίαν nempe. idem, qui alteram ab hac Phariſæorum com. 25. ſtatuere hic legationem videtur. Vbi,

Καὶ χορὸς ἄλλος ἄπιστος ἀμαρτηνόων Φαρισαίων
Πέμπετο.

Sed nec attributa quæ in Sacris inuenerat, bene expreſſit ſemper. vt cum commate 21. Eliam, qui Θεσβίτης dicitur ab vrbe, Θεσβίτιδος ἀστὸν ἐρήμης dixit. Quippe vrbs Eliæ Thiſbe, ſiue Theſbe, terræ fuit Galaad aut Gilhad. Vnde, Elias, ὁ Θεσβίτης, ὁ ναίτης Γαλαάδ, *ciuis Thesbites, habitator Galaad*, 1. Reg. 17. com. 1.

com. 1. dicitur. quem locum immutarunt Helleniſtæ. Siue autem vrbem intellexit, male ἄρουραν vocauit: ſiue regionem, minus recte ἀστὸν dixit. quanuis ἄκυρον hoc amet. Aliter Ioſephus, qui, προφήτην τοῦ μεγίστου Θεοῦ ἐκ πόλεως Θεσβώνης, τῆς Γαλααίτιδος χώρας, *prophetam maximi Dei, ex vrbe Thesbone, regionis Galaitidis*, hunc dixit. Addit,

Καὶ θερμοὺς ἑσμὸς εἶπεν ἀνιπτοπόδων ἱερήων. Ibid.

Quæ cacozelia eſt Homerica; obiter hic illuſtranda. Homerus Iliados decimo & ſexto, cum religionem Iouis Dodonæi obiter deſcribit, ſacerdotes ejus ἀνιπτόποδας vocauit.

ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ
Σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται ἀνιπτόποδες, χαμαιεῦναι.

quæ vox argumentum ac occaſionem diſputandi Criticis, vt ſolet, ibi dedit. Alii enim, quod & caſti eſſent, & delubro non egrederentur, ideoque, ne ablutione quidem pedum ſibi opus eſſe exiſtimarent, quod ipſum puritatis eſſet indicium, ſic dictos voluêre. Quemadmodum de talibus Euripides Erechtheo dixit,

πηγαῖς οὐχ ὑγραίνουσιν πόδας.

quo doctiſſimus Heſychius reſpexit, cum ἀνιπτόποδας, τοὺς δι' ἁγνείαν χρείαν μὴ ἔχοντας νίπτεσθαι, interpretatus eſt. Alii ſeueritatem ſic ſignificari voluerunt: quod ex inſtituto ac propoſito, ne ſordes quidem pedum abluendas ſibi judicarent. Ea enim ratione in inſtituto fortiter perſeueraſſe: ſimplicitatis enim admodum fuiſſe ſtudioſos. De qua in Imaginibus Philoſtratus. Οἱ δ' ὑποφῆται τοῦ Διός, οὓς ἀνιπτόποδάς τε καὶ χαμαιεύνας ἔγνω Ὅμηρος, αὐτοσχέδιοί τινές εἰσι, καὶ οὔπω κατεσκευασμένοι τὸν βίον· φασὶ δὲ, μηδὲν κατασκευάσασθαι· τὸν γὰρ Δία χαίρειν σφίσιν ἐπειδὴ ἀσπάζονται τὸ αὐτόθεν. Qui, ſacerdotes, ἀνιπτόποδας quod pedes non lauarent, χαμαιεύνας item, quod humi procumberent dormirentque Homero dictos, ſimplices atque ab omni fuiſſe apparatu alienos, quam ſimplicitatem & Ioui approbaſſe, ait. Andron, vetus ſcriptor, militares homines fuiſſe, qui auſteritate iſta, &, vt Græci melius, σκληραγωγίᾳ, animum ac corpus indurarent, voluerat. Alii, atque inter eos Alexander quidam, populum fuiſſe, à Tyrrhenis oriundum: qui ex gentis ſuæ inſtituto, Iouem ita coleret ac celebraret. Vt vt ſit, ipſum hoc appoſitum non tam examinauit noſter quam arripuit & oſtentationis ſuæ prædam fecit. quod, ſi verum volumus fateri, peſſime ſucceſſit. Siue enim alios intelligas hic ſacerdotes, quis ἀνιπτόποδας, aut quare eos dicat? ſiue Phariſæos, eam vero ſectam ablutionibus inprimis deditam fuiſſe, nemo, niſi qui à Sacris alienus eſt, ignorat. Ac de manibus, crebrâque earum lotione, Euangeliſta Marcus, loco jam à pluribus laudato. nec de pedibus profecto dubitandum, cum & ſinguli Iudæi, etiam amicis crebro, vel refrigerandi cauſa, vel quod maxime hæc pars immunda eſſet, pedes ſtudioſe abluerent. vnde ipſa Veritas, ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι, ἀλλ' ἔστι καθαρὸς ὅλος, Ioh. 13. 10. vt omittam, pedes quoque in Oriente ante cibum ablui ſolere. Id feciſſe ergo ſacerdotes, vero ſimile eſt: cum alias, tum quoties in templo, ſtatione ſua vicibuſque fungerentur. Qua de re in Diſſertatione cum Serrario vir ſummus & incomparabilis Ioſephus Scaliger videndus. nam & crebro, & ex more Orientis vniuerſum abluiſſe corpus, ratio ac conſuetudo dictat: quod βαπτίζεσθαι Scriptura ſacra dicit. Non enim pedes, credo, cum in fontem aut lauacrum ſe immergerent, velamine obtexerunt. non profecto magis, quam matronæ Iudæorum, quæ poſt puerperium, priuſquam viris ſe conjungunt, in ciſternis, fontibus, ac lacubus, βαπτίζεσθαι, ac totas ita ſeſe, vt ne vllam quidem partem corporis immundam aut immunem aquæ habeant, immergere conſuerunt. Idem cæteros Iudæos, ac præſertim Hemerobaptiſtas, ſedulo feciſſe, nemo neſcit. cum præſertim etiam ex Phariſæis Hemero-

Hemerobaptiſtæ eſſent. Atque hæc omnia, cum aut neſciret, aut diſſimularet, vel, quod propius eſt vero, vt è myrotheciis Homeri huc epitheton transferret, homines ad fœdam ac ridendam prorſus ſuperſtitionem vſque ablutionibus addictos, Sacerdotes ἀνιπτόποδας vocauit. quaſi aut nulli eſſent Phariſæi Sacerdotes, aut quod Sacerdotibus tribuitur, à Phariſæis alienum eſſet: qui accuratiſſime ac creberrime abluebantur. quemadmodum à foro cum redirent, id vſurpaſſe eos, Marcus notat. Quod ad pedes quoque referendum: cum & iſtæ partes, ſæpe immundæ, minus pura, etiam inuitis illis, tangerent. neque dubitandum, Eremitam illum Phariſæum, cujus frequentiſſimas atque adeo nocturnas juxta ac diurnas lotiones celebrat Ioſephus, abluendis pedibus præcipue incubuiſſe. Ego inter cæteras Sacrarum literarum λεκτικὰς virtutes, vel præcipue ſimplicitatem ac ἀφέλειαν admiror: quam non facile incruſtari aut ab aliis ſcriptoribus aut à poëtis fero. Quod Matthæus de Baptiſta dixerat, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι,
vſ. 27. paulo aliter Euangeliſta noſter dixit: qui, οὗ ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἵνα λύσω αὐτοῦ τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος, dixit. Quam ſimplicitatem ſic interpolauit noſter:

οὗ ποδὸς ἄκρου
Ἀνδρομέην παλάμην οὐκ ἄξιός εἰμι πελάσσας
Λῦσαι μοῦνον ἱμάντα θεοπνεύστοιο πεδίλου.

Primo enim, quid eſt χεῖρα ἄκρου ποδὸς πελάσσαι, cum ἐπὶ ἄκρον πόδα vellet? Et quis Græce ſic loquatur? cum ne ellipſi quidem, quæ poëtis ſæpius ſuccurrit, excuſari poſſit. Tum, quid ἄκρον πόδα vocat: nam hoc proprie eſt hujus loci? quod ad plantam aut extremitatem digitorum veteres referre ſolent. Vt cum, ἐπὶ ἀκροτάτοισι ποσὶν, conſtitiſſe in luctando Amycum, dixit Apollonius: quod, *erectum ſtare in digitos*, Latinus poëta dixit. Sed non cogitabat, de corrigia, ſeu, calceorum vinculo, hic agi. multo minus, etiam Iudæos tibiatim calceaſſe. Vnde & doctiſſimus Tertullianus, Moſi caligam attribuit. qui, *Speculatoriam moroſiſſimam pedibus abſoluit, terræ ſanctæ inſiſtere incipiens.* caligam nimirum militarem. Quam in crure, lorum, ſeu corrigia, ambibat. quæ ab ambiendo vt Hebræis, ita ab hoc ipſo, σφαιρωτὴρ, dicta Helleniſtis. Itaq; quod λῦσαι hic dicitur ἱμάντα, id, λύειν σφαιρωτῆρα, dicitur Gregorio. Quod autem Nonnus dixit, tale eſt, vt ſi quis in pedum digitis noſtras periſcelides locaret. Quare in maximas difficultates hac περιεργία ſeſe induit. non minus quam qui ex occaſione loci hujus quærunt, vtrum calceatus in his terris an diſcalceatus Dominus inceſſerit. Ita quidem vt in partes (ea curioſitas in minima re fuit) itum ſit. Nam quemadmodum poſterius hoc Arbulenſis, Dionyſius Carthuſianus, Bonauentura ac Lyranus, ita prius, ex hoc, Marci item ac Matthæi loco, inter cæteros Chryſoſtomus Ad populum Antiochenum, vt & Auguſtinus, probant. cum non proprie, ſed κατὰ παροιμίας τρόπον, illud à Sanctiſſimis Euangeliſtis dictum conſtet. viliſſima quippe ac abjectiſſima pars de qua agit: vt cum Amos, ἀντὶ ὑποδήματος, diuendi juſtum queritur. Dici interim vix poteſt, quantas hinc allegorias viri maximi depromant. quas, ſi cui curæ ſunt, ſi cui, vt antiqui Theologi loquuntur, ἀναγωγαῖς τε καὶ θεωρίαις τῶν ἀνελίσσειν, placet, per me adeat licebit. Nobis ſatis eſt, viliſſimum ſic denotari miniſterium: vt ſumma viri magni ſic appareat humilitas. Τὸ γὰρ ὑπόδημα λῦσαι, τῆς ἐσχάτης διακονίας ἐστὶ, *Soluere calceum, viliſſimum ac maxime deſpectum*, dicunt veteres, *eſt miniſterium.* inter quos & Auguſtinus ac Theophylactus. Cui muneri, vt vili, Cananæos adhibebant ſeruulos Iudæi. nam & de poſſeſſione hoc qui accipiunt, haud minus argutantur. Non contentus porro, id quod prouerbialiter à maximo extenuatur viro, ſacrum nuncupare, θεόπνευστον vocauit: quaſi prophetandi quoque munus calceo conueniret, quem Baptiſta ſic depreſſit: imo, ſine qua humilitas diuina ejus ac modeſtia non intelligitur. Quare rectius cum eo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

quem interpretatur, vt in aliis pleriſque, his appoſitis abſtinuiſſet. nam abſurditas abſurditatem traxit: quia enim χεῖρα ἀνδρομέην dixerat, calceum θεόπνευστον vocauit. Quod haud ſine riſu Iudæi legerent: Sanctum Spiritum ſic, nempe, aut Propheticum, in calceis Meſſiæ poni. cum nec hoc nec illo eſſet opus. Quanto igitur ſimplicius dixiſſet?

οὗ τὸν ἱμάντα
Λῦσαι ἀνάξιός εἰμι καὶ ἀκροτάτοιο πεδίλου.

Aliquanto poſt, quod ab eodem dicitur Iohanne, ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ℣. 33. ὕδατι, cum Paraphraſtes ita reddidit,

Ὅστις ἐμὲ προέηκε παλιγγενέων δέμας ἀνδρῶν
Βαπτίζειν ἀπύροισι καὶ ἀπνεύστοισι λοετροῖς,

fugit eum ratio, qui ἄπνευστον eſſe idem quod ἀπνεύματον exiſtimauit. quod ſine vlla affectatione Patres δίχα πνεύματος libentius dixerunt. vt Gregorius & alii. Eſt enim ἄπνευστος, ὁ μὴ πνέων, qui non ſpirat: non autem, qui non aſpiratur ſiue afflatur. Heſychius, Ἄπνευστος, ὁ μὴ πνέων κατὰ φύσιν. is qui naturaliter non ſpirat. Homericum enim reſpexit locum, ὃς ἄπνευστος καὶ ἄναυδος κεῖτ' ὀλιγηπελέων. Quales ſunt quos animus ac ſpiritus deficiunt: quos λειποθυμοῦντας dicimus. Qualis nobiliſſima ac multum celebrata illa ἄπνους, cujus meminit Galenus, de qua librum Heraclitus ſcripſerat: quales, qui ἀπνοίᾳ laborare à Medicis dicuntur. vt in ſtrangulatione vteri, apoplexia, ac lethargo. Sed ad rem à verbis. Tertio Matthæi dixerat Baptiſta: ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν. & paulo poſt de Chriſto, αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. Vnde veteres, quod nemo neſcit, inter Domini baptiſma & Iohannis, diſtinxerunt. Baſilius illud εἰσαγωγικὸν, vt cæteros prætercam, hoc τελειωτικὸν, illud ἀναχώρησιν τῆς ἁμαρτίας, hoc οἰκείωσιν πρὸς θεόν, & υἱοθεσίας, ſiue adoptionis, vocat. quemadmodum Tertullianus, illud, præparationis, hoc perfectionis, dixit. Quæ perfectio, eſt vitæ nouitas, vt Auguſtinus loqui ſolet, ac regeneratio. Enchiridio ad Laurent. *Hujus enim baptiſmus eſt, non in aqua tantum, ſicut fuit Iohannis, verum etiam in Spiritu Sancto: vt de illo Spiritu regeneretur, quiſquis in Chriſtum credit, de quo Chriſtus generatus, regeneratione non eguit.* quemadmodum non ſemel alibi, tum vel præcipue aduerſus Donatiſtas. Atque ita antiquorum fere cæteri. nam recentiorum hic ſententiam non tango, nec de veritate diſputo. Et in illa fuiſſe noſtrum ſane apparet. Qui vt mentem ſuam exprimat, quod, ἐν ὕδατι, Euangeliſta dixerat, ipſe ἀπύροισι καὶ ἀπνεύστοισι λοετροῖς, interpretatur. Quæro igitur ſi ita ſenſit, cur παλιγγενεῖς ab eo baptizatos dicat? diſerte enim παλιγγενέων δέμας ἀνδρῶν βαπτίζειν dixit. Atqui, illi ſane, qui ad pœnitentiam baptiſmum præcurſoris reſtringebant, ſicut Spiritum, regenerationis fontem, ſic regenerationem proculdubio demebant: vnde & ἁπλῆ baptiſmum ejus nuncupabant. Vbi enim vitæ nouitas, vt ille ait, ibi Spiritus quoque innouator. Vt & contra. vnde & παλιγγενεσία ψυχῆς, *animæ regeneratio*, baptiſmus à Cyrillo, παλιγγενεσίας λουτρὸν, *regenerationis lauacrum*, à Gregorio Theologo vocatur. Auguſtinus Enchiridio, *Non enim renaſcebantur, qui baptiſmate Iohannis baptizabantur.* Noſter vero, quanquam Spiritum regenerationis manifeſte iis demit, nihilominus effectum Spiritus concedit: regeneratos enim vocat. Neque ſatis caute, cum baptiſmati Iohannis Spiritum detraxit, & regenerationem iterum conceſſit, corpus eum baptizaſſe ait: quod qui dicit, ipſam quoque pœnitentiam excludere videtur. Quare ſatis erat, ſi, βαπτίζειν ἄνδρας, aut, ἀνθρώπους, dixiſſet. ergo fluctuat & hæret, aut μετεωρίζεται καὶ ῥέμβεται; ſui pariter & veterum deſertor. Cæterum inprimis hoc tenendum, vt à quibuſdam reuerentia in rebus Sanctis ac religione abſtineatur. Quid ſit ὑπολωέμιον, ex diſputationibus Philoſophi ac conſuetudine loquendi vſitata, notum eſt. Sunt enim ὑπολωέμια quæ imperfecta ſunt καὶ ἁπλῆ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ac nulli rei. Vnde oua ὑπηνέμια, modo, ἐξ ὧν γόνος οὐ γίνεται οὐδεὶς, vt libro De Hiſtoria Animalium 6. cap. 2. modo ἄγονα ſimpliciter, quomodo in iiſdem libris alibi dicuntur: vt & vulgo, πάντα τὰ ἀχρεῖα, *quiduis quod inutile eſt*, hac voce à Græcis indicatur. Quare, neque reuerenter, neque pro Theologo ab eo factum eſt, quod Spiritum, regenerationis fontem, in baptiſmo Domini qui ipſum conſecrauit, tranſlatione hoc in loco minime religioſa, ὑπηνέμιον vocare auſus eſt. Ita enim ſtatim idem Paraphraſtes:

Εἰς ὃν αὖ ἀθρήσειας ὑπηνέμιον καταβαῖνον
Πνεῦμα θεοῦ νοεροῖο.

quo μετέωρον ſignificauit, niſi fallor. Sed quis poëtarum, præter eum, ita loquitur? nam antiqui μεταχθόνιον hoc dicunt. Neque Spiritum eundem ſane, πνεῦμα θεοῦ νοεροῖο dicam. Vt omittam quippe, à Theologis ſæpiſſime, non Deo ſed Spiritibus, qui miniſterio illius deſtinati ſunt, appoſitum hoc tribui, neque parum νοερὸν καὶ νοητὸν differre, potius perſona quam eſſentia, appoſitum hic requirebat. vt ſi dicas ἅγιον. Adde, quod perſonæ minus notæ ſunt in deitate quam eſſentia, Sanctus Spiritus quam Deus: quæ autem minus nota ſunt, appoſitis non ſine cauſa illuſtrantur. Adde, quod τὸ ἅγιον, proprium illius, de quo agitur, appoſitum ac attributum. Adde, quod πνεῦμα θεοῦ, inter attributa Filii Theophilus, antiquus ſcriptor, libro ad Autolycum, vſurpat. Cæterum cur Πνεῦμα ἅγιον non dixerit, multis ſupra jam probauimus. Pergamus. Non ſatis omnibus liquere puto, quid voluerit, cum de Baptiſta dixit, quod in terris incedentem (intelligit autem Dominum) viderit,

Ἅρματος ὑψιπόροιο μετάρσιον ἡνιοχῆα.

Qui ſublimis currus auriga eſſet. In quo aliquem ex Græcis proculdubio ſecutus eſt, qui *cherub*, ἅρμα vertit, vt deitatem ſic notaret. Notum enim illud Regii Prophetæ, ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβίμ. Et illud ejuſdem, *equitauit ſuper cherubim.* Vbi quod jam dixi, in Hebræo extat: רכב nimirum. quamuis Græci, καὶ ἐπέβη ἐπὶ χερουβίμ. Nec mireris ἑνικῶς, ſeu ſingulariter, efferri. nam fortaſſe χερουβεὶμ ſcripſerunt. Eam autem eſſe vocem ſingularem, Suida Grammaticus è Græculis notare auſus eſt. qui, χερουβεὶμ, ἐπὶ τῶν ἑνικῶν, διὰ διφθόγγου, πληθυντικῶς δὲ διὰ τοῦ ι notat. rem jocoſam ac facetam! Sed & Iuſtinus Martyr, imitatione Hebræorum, etiam Platonem, ἅρμα Ioui ſuo, cum magnificentiam ac majeſtatem ejus repræſentat, tribuiſſe notat, vbi dixit, ὁ μὲν δὴ μέγας ἐν οὐρανῷ Ζεὺς, πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων: quia, inquit, in Prophetis legerat, καὶ ἐπέβη ἐπὶ χερουβίμ. Importunum eſt, quod pene exciderat, epitheton, quo paulo ante vſus eſt, cum dixit,

vſ. 29. Ἠνίδε παγγενέταο θεοῦ σχεδὸν ἀμνὸς ἐχέφρων.

Cui par eſt ac affine quod hic ſequitur,

Οὗτος ἐπουρανίοιο θεοῦ λάλος ἀμνὸς ὁδεύει.

Multa per ſimilitudinem de Chriſto, inquit B. Auguſtinus, dicuntur, quæ non eſt per proprietatem. *Per ſimilitudinem & petra eſt*, inquit, *Chriſtus, & oſtium eſt Chriſtus, & lapis angularis eſt Chriſtus, & paſtor eſt Chriſtus, & leo eſt Chriſtus.* Ex qua obſeruatione acumen noſter aut γοργότητος quæſiuit ſpeciem, cum attributum λάλος addidit. vt oſtendat quippe vocem ἀμνὸς minus proprie hic tribui, proprietatem, vt putauit, hominis adjunxit. Quod eſt λόγος, ſiue λέγειν: quæ differentiam, ſeu id quod hominem conſtituit, ſubſequitur. Neque cogitabat multum inter ſe differre λέγειν, & quod poſuit. ſiquidem τὸ λάλον, non proprietatem denotat, ſed vitium. Et poëtæ Græci hoc cum exprimunt quod noſter voluit, voce αὐδήεις vtuntur. Quare quanquam eo hic non opus, aliquanto melius,

Ἠνίδε κόσμου παντὸς ἁμαρτάδα πᾶσαν ἀείρων,
Αὐδήεις θεοῦ ἀμνὸς,

dixiſſet. Cum & ita eo vſus ſit Homerus, vt jam olim Critici, inprimis autem

Ariſto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ariſtophanes, notarunt. qui, αὐδήεντες, inquit, λέγονται οἱ ἄνθρωποι πρὸς διαστολὴν τῶν ἄλλων ζώων. id eſt, eam vocem ad diſtinctionem hominum à cæteris ab eo vſurpari animalibus. vnde Circen & Calypſo, quas ex parte homines, ex parte Deas, hoc eſt, vt loquuntur veteres, σωματικωτέρας θεὰς eſſe voluit, perpetuo ſic dixit. Quod nec plane ignorauit noſter. vt qui 15. capite, ꝟſ. 5. cum Dominus, vitem ſe dixit, ἄμπελον αὐδήεσσαν, diſtinctionis cauſa, dixit. Ita enim ibi:

> Ἄμπελος αὐδήεσσα πέλω, καὶ ὁμόζυγες ὑμεῖς
> Κλήματα φωνήεντα.

quemadmodum αὐδῆεν μέλαθρον, alio in loco. Ideoque recte vocem hanc obeliſco ad marginem notarat magnus Scaliger.

Cap. IV.

Examinantur in ſecundo capite & tertio Nonni attributa. Locus initio capitis ſecundi notatus. μέροπες *qui. abuſus ejus vocis.* οἱ τῆς θείας αὐλῆς, *Chriſtiani. Chalane vrbs. Strato Comicus. ejus jocus* περὶ μερόπων. ὀπισθόκομοι *qui.* σφαιρηδὸν *tondere.* περικυκλοῦν τῆς κεφαλῆς τὸ κλίμα, *ex interpretatione Aquilæ, Iudæis vetitum.* Σισόη *Helleniſtis quæ. Abantes* ὀπισθόκομοι, *& qua occaſione. Heſychius in* σισόη *emendatus. angulos capitis tondere.* στεφάνη, περίδρομος. *circundare comam Tertulliano. crinis in rotæ ſpeciem acciſus Sidonio. Quos Nonnus intellexerit, cum* μέροπας ὀπισθοκόμους *dixit. Galilæi comati, ex Nonni ſententia, ideoque* πανυπλόκαμοι *&* ἀκερσέκομοι *ab eo dicti. Nazaræos, ſiue ſeparatos, qui Helleniſtis* ἡγνισμένοι *&* ἡγιασμένοι, *cum Nazarenis à Nonno confundi.* Ναζωραῖος *&* Ναζηραῖος. Ναζαραῖος *&* Γαλιλαῖος *promiſcue Nonno vſurpatum. Nonni* ἀλογιστία *in nazaræis & Nazarenis. Nazaræatus corona, Nonno* ὀπισθοκόμιον. *Nonni* ἀκρισία. *Voce* μεθυσθῆναι *deceptus. Vox* μέθης *quomodo vſurpata Helleniſtis.* οὔτις ἄνθρωπος ᾧτινι οὐχ ἣ ἑαυτοῦ ὥρα, *Hebræorum prouerbium. Nondum venit hora mea; locus à Nonno non intellectus. Ejus in appoſitis* περιεργία. πυμάτη κυκλὰς ὥρα. μεθυσφαλέες ὑμέναιοι. ὁ καλὸς οἶνος, *Helleniſtica locutio.* καταιβάτης οἶμος. καταβαίνειν. *Nonni in diſcipulorum numero hallucinatio.* στικταὶ μελέεσσι πελειάδες. περιεργία *&* ἀλογιστία *Nonni.* πελειὰς *&* περιστερά. στικτὸν *quid.* στικτὰ *animalia quæ.* τρήρωνες πελειάδες. *Bacchicæ voces de feſto Paſchæ aliiſque imprudenter vſurpatæ. Feſti ejus inſtitutio ac finis. Profani Ægyptiorum Dii, quomodo Chaldæis dicti. Seirim Dii quales. Nicodemus* αἷμα Φαρισαίων. ἄρχοντες Ἰουδαίων. *Nicodemus* θεῷ πειθήνιος *à Nonno dictus. Opinio de eo veterum. Locus,* περὶ τῶν οὐρανίων καὶ ἐπιγείων, *non recte intellectus à noſtro. Chriſtus Dominus, cum de natura ejus diuina agitur,* θέσκελος *dictus. Multas voces, hæreticorum cauſa, à Patribus ſublatas.* Ἐρυγγάνειν λόγον. Πνεῦμα θεοῦ, *Dei Filius.* Λόγος ὑπουργός. Δυερατέη ἄκανθα. ἄκανθα *pro ſerpente.* εὔδενδρος παράδεισος, *de vita æterna, ſiue Beatorum loco, male.* Μονογενὴς *de Filio Dei. male in* τηλύγετος *mutatum.* Τηλύγετος *&* μονογενὴς *quis. Longa de eo diſputatio. Eam vocem de diuinitate Filii in omnibus Symbolis, Conciliis, ac Synodis, ſeruatam. eâdem aduerſus τῆς ἀδελφοθέιας inuectores, Arium item ac Eunomium, vſos veteres.* τὸ τηλύγετος *homini conuenire, & tantum.* Υἱὸς γήρως. *Filius ſapiens Chaldæis, qui* τηλύγετος *Græcis. Ario inuiſam vocem* μονογενής: *ejus interpretatio. an idem* τηλύγετος, *qua pro altera vſus eſt Nonnus. Petrus* θρασὺς *à noſtro dictus, vt & Iohannes. idem Græcis* φίλος ἐπιστήθιος. *Terra Iudæorum, peregrina Domino, à noſtro dicta. Hieroſolyma &* Ἰουδαίων χῶρα. Σαλεὶμ βαθυκύμων. *Locorum ignorantia notata.*

SIne vlla oſtentatione ac verborum lenocinio agendum erit quod ſuſcepimus. Nam, vt ille ait,

Γλώσσης περίπατός ἐστιν ἡ ἀδολεσχία.

Garrire, linguæ tantum obambulatio eſt.

Statim capite, vt vulgo nunc diſtinguitur, ſecundo, commate 2, occurrit illud:

Cap. II. ℣ 1.2.

ὅτι χθονίῳ περὶ πασῶν
Χερσὸς ὀπισθονόμων μερόπων φοινήτορι λαῷ
Κλητὸς ἔην σύνδορπος.

Vbi duo pariter appoſita conjunxit. quorum ſane neutrum, ita vt ab eo fit, mediocri judicio videtur factum. Siquidem vox μέροπες, appoſitum, ſiue attributum, eſt, quod Homero aliiſque, non de vna gente, multo minus aliquot conuiuis, ſed de hominibus in genere vſurpatur. quod & nouit quiſquis Græce non ignorat. Ac vix dubitandum, quin ex Hebræorum ſcriptis hoc epitheto humanum genus inſignierit Poëta, qui ex Oriente plurima deſumpſit: quia poſt confuſionem, quæ à Moſe deſcribitur, diuiſas eſſe conſtat linguas. Vnde ex Sacro aliquo ſcriptore Euſtathius: οἱ μέν τοι τῆς ἡμετέρας θείας αὐλῆς (ita Chriſtianos vocat) μέροπας τοὺς ἀνθρώπους ἐπικληθῆναί φασιν, ἀπὸ τοῦ μερισμοῦ, ἤτοι διαμερισμοῦ τῆς ὀπός, ὃν ἔπαθον, μετὰ τὸν τῆς Χαλάνης πύργον διαμερισθέντες ἁπανταχοῦ γῆς. Vbi Chalana, vrbs, cujus meminit, quæ Hebræis ac Chaldæis Chalne nuncupatur. Græci Helleniſtæ, decimo Geneſeos, Χαλάννην dicunt. Igitur, vt dixi, ratio loquendi, neque ſana, neque quam, quis, qui recepto more ac familiariter loquatur, tuto imitetur: niſi forte ludat, aut tumorem alteri & affectationem iſta ratione objiciat. Ridiculus enim ſit, qui conuiuas aliquot aut homines, à ſe vel alio ad epulum vocatos, μέροπας ἀνθρώπους dicat. Quod docere eum Comicus antiquus Strato, in Comœdia Phœnicide inſcripta poterat. vbi feſtiue coquum quendam, inſolentem in loquendo hominem, traducit: qui, inter cætera, πόσους μέροπας vocaſſet is à quo conductus erat, maxima cum grauitate quæreret. Quod, vt ſtolidum ac nouum, alter intelligere ſe negat. imo, Sphinga ſe, non coquum, conduxiſſe ait, cujus nemo dictionem intelligeret. Itaque inter cæteras ineptias, & illud ponit:

Σφίγγ' ἄρρεν', οὐ μάγειρον εἰς τὴν οἰκίαν
Εἴληφ'· ἁπλῶς γὰρ οὐδὲν συνῶ, μὰ τοὺς θεοὺς,
Ὅσ' ἂν λέγῃ συνίημι· καινὰ ῥήματα
Πεπορισμένος πάρεστιν. ὡς εἰσῆλθε γὰρ,
Εὐθύς μ' ἐπηρώτησε προσβλέψας μέγα,
Πόσους κέκληκας μέροπας ἐπὶ δεῖπνον, λέγε.
Ἐγὼ κέκληκα μέροπας ἐπὶ δεῖπνον; χολᾷς.
Τοὺς δὲ μέροπας μῶν με γινώσκειν δοκεῖς;
Οὐδεὶς παρέσται. τοῦτο γὰρ, νὴ τὸν Δία,
Καταλοιπόν ἐστι, μέροπας ἐπὶ δεῖπνον καλεῖν.

Hoc eſt, vt antiqui loquuntur:

non cocum
Domum, hercle, verum Sphinga deduxit marem.
Qui pol, nec hilum video quid velit ſibi.
Sic muſtea vſquequaque tinnit & noua.
Vix primum in ædeis, credo, penetrarat pedem,
Cum quærere infit, intuens magnum ac graue,
Quot aduocaſti meropas in cœnam modo?
Quid? meropas? egon' vt meropas aduocem? furis.
Nemo adfuturus. illud ergo per Iouem
Nunc reſtat vnum, meropas ad cœnam vt vocem.

Nam veſanus ille, vt nunc ſæpe homines mechanici, quia legerat Homerum, & ab eo μέροπας nonnunquam homines vocari meminerat, nimis

tritam

tritam vocem ἄνθρωπος putabat. Sed & aliud agebat, aut Iudæos ignorabat ritus, cum conuiuas, qui Iudæi eſſent, μέροπας ὀπισθοκόμους dixit. Quod Homerus, gentibus nonnullis, quæ præ cæteris in bello expeditæ eſſent, ideoque comam in occipitio alerent, de induſtria aſſignat. id autem κυκληδὸν tonderi eſt. Qualem comam, ſeu tonſuram, περιτροχηλάτην Græci Critici dixerunt: qua interdictum fuerat Iudæis, qui mandatum, τοῦ, vt loquuntur Helleniſtæ, μὴ ποιεῖν σισόην, in Leuitico acceperant. quod interpres Aquila, μὴ περικυκλοῦν τῆς κεφαλῆς τὸ κλίμα, ſiue, quod eſt idem, μὴ ὀπισθοκομᾶν, ibi reddit. Idem quod Abantibus Homerus tribuit. qui, cum aliquoties in bello, propter comam, ab anteriori parte pendulam ac prominentem, quam idcirco inuadebant hoſtes, male rem geſſiſſent, ὀπισθόκομοι deinde facti ſunt: quod ex voto (comam enim alere ac vouere Diis, gentibus pleriſque vſitatum erat) alii fecerunt. Videtur autem Moſes (de quo loco, quia parum aſſequi videntur mentem ejus, præſertim autem vt in Græco extat, diſputarunt eruditi) voluiſſe, ne gens Dei, ritu cæterarum, conſecratam Deo vlli peregrino, comam aleret aut deuoueret. Quam σισόην Helleniſtæ dicunt: cæteri πλεξείδιον expoſuerunt. vt in Collectaneis quæ Suidæ aſſcribuntur. Ac videntur gentes, Solis cauſa, cui crinem Oriens plerunque promittebat, σφαιρηδὸν tum totondiſſe. quemadmodum cum ibi ſequitur, καὶ ἐντομίδας ἐπὶ ψυχῇ οὐ ποιήσετε ἐν τῷ σώματι: quæ religionem exteram deſignant ac gentilem. Vocabulum σισόη, ab Hebræo ציצה Helleniſtæ ſine dubio fecerunt. quod, *plexum*, ſeu κρώβυλον, interpretantur, & votiuum notat crinem. Heſychius, Σισοκουρά, ῥοιά, Φασηλῖται. Scribe, Σισόη, κουρά τις, ᾗ Φασηλῖται. Id eſt, *Tonſuræ ſpecies eſt Siſoa: qua vtuntur Phaſelitæ.* Vt σισόα vox ex ejus ſit ſententia, à Phaſelitis primum vſurpata, qui, vt gens Pamphyliæ, à Syria non procul aberant. Talem autem comam, Diis ſuis dedicaſſe, veriſimile. Quemadmodum & ipſos Græcos, ſæpe in ea parte comam Diis aluiſſe, docet Pollux. qui, ἔτρεφον δέ τινες ἐκ πλαγίου κόμην, ἢ κατόπιν, ἢ ὑπὲρ τὸ μέτωπον, ποταμοῖς ἢ θεοῖς· καὶ ὠνομάζετο πλοχμὴ, ἢ σκόλλυς, ἢ σειρὰ τριχῶν. qualis coma, ſine dubio σισόη erat. Cæterum, ad verbum, *capitis veſtri angulum in orbem non tondebitis*, in Hebræo legitur. Qui enim æquat angulos, coronam, vt nonnulli reddunt, ſiue περιφέρειαν, inducit: ſolos quippe crines, qui in occipitio, relinquit. à quo non omnino abit, quam στεφάνην Græci & περίδρομον dicebant. Pollux, ἡ δὲ πελιστάια τῶν τριχῶν περὶ τὴν κεφαλὴν περίοδος, στεφάνη καὶ περίδρομος ἐπικαλεῖται. Quemadmodum tonſura ipſa, ſine dubio, hæc fuit dicta. vnde illud, quod ex Rhetore antiquo, quanuis metaphoricum, στεφάνην κέκαρσαι τῶν πύργων, ab Euſtathio adducitur: quod, aut ſimile, *circundare comam*, Tertulliano dicitur. Sidonius Apollinaris, *crinem in rotæ ſpeciem acciſum*, comam ejuſmodi dixit. quales & ὀπισθόκομοι ex parte ſunt: quod Iudæos ſtudioſe admodum vitaſſe conſtat. Et hinc eſt, quod ſacerdotes ſiue monachos, quia capitis, vt ipſi dicunt, angulos detondent, גלחים contempte vocant. quemadmodum & ἐγκλειστὴν, ſeu κοινόβιον, quem monachum nunc dicimus, כומרי vulgo, vtrunque noſtri odio, vocare ſolent. quia idolorum ſacerdotes ſic dicuntur: cum quibus Chriſtianos (נצרים illis: ita enim vocant ſacerdotes) conferunt libenter illi ac componunt. Nunquam ergo magis falli noſtrum patet, quam cum hominum Græcorum ritus & vocabula, ad explicationem Sacri ac diuini viri, quem interpretandum ſumpſerat, detorquet, aut ad Hebræorum conſuetudines ac rationes, quod interpretem decebat, non expendit. Quanquam ne ſic quidem ſatis hic defuncti ſumus. Quare, vt ſemel dicam de hoc loco id quod ſentio: eum, qui Dominum ac Seruatorem noſtrum, cum hominibus ὀπισθοκόμοις hic accubuiſſe dixit, Galilæos intellexiſſe exiſtimo. qui perpetuo ab eo τανυπλόκαμοι, *criniti*, aut ἀκερσεκόμοι, *intonſi*, dicuntur. Quod, quandoquidem Exercitationes ſcribimus, quare ab eo factum ſit, non abs re videtur alie-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

alienum, ſi occaſione hac inueſtigemus. Helleniſtis *nazaræos*, ſiue, *ſeparatos*, quos ἠυγμένους, δεδεγμένους, ἡγιασμένους Seniores, Symmachus, ad verbum ἀφωρισμένους, dixit, plerunque itidem ναζηραίους, ſiue ναζαραίους dici, norunt, qui in iſtis ſunt verſati. quo & alluſiſſe Matthæus potuit, cum Seruatorem noſtrum loco nobiliſſimo c.2. Ναζωραῖον dixit: vbi illud, Ναζωραῖος κληθήσεται habes. à quo nunquam, quod meminerim, Ναζωραῖος, ſiue Ναζαρηνὸς quemadmodum nec à Iohanne noſtro, dicitur: nam de Marco jam & Luca non loquor. Noſter igitur, τοὺς Ναζαραίους, ſiue Nazarenos, & τοὺς ναζηραίους, ſiue ἀφωρισμένους, *Deo ſeparatos*, quorum toties in Fœdere antiquo fit mentio, pro iiſdem accepit. Et quia tempore ejus & diu ante, Chriſtiani omnes, modo Galilæi, modo Nazareni dicebantur, ſed & quia Dominus in Galilæa & à Galilæis inuitatus hic fuiſſe dicitur, quod *nazaræorum*, hoc eſt, τῶν ἀφωρισμένων, erat, qualis olim Samſon fuit, Galilæis tribuit, ſeu Nazarenis. Quaſi idem Nazarenus ſit & nazaræus; quia Græcum nomen myſtice, præſertim à Matthæo, vt quibuſdam placuit, confunditur: aut quaſi, quia nuptiæ in Cana Galilææ à Galilæis celebratæ ſunt, Chriſtus autem Nazarenus diceretur, cæteri quoque eſſent Nazareni, neque quicquam iſta nomina differrent. Et ſane, quanquam omnes Nazareni Galilæi ſint, non contra, noſter tamen ea quoque nomina in crucis titulo confudit. Qui cum, ΙΗΣΟΥΣ Ο ΝΑΖΩΡΑΙΟΣ, ibi inueniſſet, Galilæum dixit. Ibi enim:

Οὗτος Ἰουδαίων βασιλεύς, Γαλιλαῖος Ἰησοῦς.

Galilæos itaque & Nazarenos, Nazarenos itidem & *nazaræos*, hoc eſt, נזירים & נצרים, è quibus non prius ſed poſterius extare in priſco Fœdere Iudæi negant, pro eodem habuit. quæ vt vt abſurda videantur, tamen vero veriora eſſe nulli dubitamus. Iam, quod illi, hoc eſt nazaræi, quia Deo conſecrati erant, ex præcepto ejus, comam, quod notiſſimum, alebant; Galilæos, quos cum Nazarenis alias confundit, nunc ὀπισθοκόμους, à capillis quos in tergum demittebant, nunc ἀκερσεκόμους, ſiue *intonſos*, nunc πολυπλοκάμους, vel *crinitos*, dixit. Nemo enim neſcit illud, *Nec nouacula aſcendet ſuper caput ejus*, 1 Sam. 1. 11. & ante Iud. 13. 5. & alibi: quod & de Samſone nazaræo vſurpatur. Inuenimus igitur τὸ ὀπισθοκόμιον quod latebat: nazaræatus, dico, comam. quam Hebræi נזר *nezer*, στεφάνην (quæ, vt Græca, & cæſariem prolixam, & coronam denotat) Chaldæi כלילא dixerunt. vt ſic Nazarenis tribuat, quod nazaræis tribuendum erat. Quanquam autem antiquiſſimi ſint nazaræi, adeo vt libro quoque Moſis primo, in hiſtoria Ioſephi, horum fiat mentio, vix dubitandum tamen, quin paulatim aliquid acceſſerit: ſed & alii, religionis ſpecie, comam aluerint: qui, quod in Ægypto viderant didicerantque, peregrinis eam Diis deuoueri, hoc ad proprium ac verum, id eſt, ſuum, ſic transferrent. De nazaræis autem illi hoc ſi placuit, vt placuit profecto, cur alterius oblitus eſt, *Vinum aut ſicera ne bibat*? Cum & vinum hic bibatur, & ex aqua vinum fiat: non, vt nemo biberet, ſed, vt, ex hilaritate modica, majori voluptate eum celebraret quiſque, qui diuinitatem ſuam tam illuſtri ac ſtupendo hic miraculo probauit. Quid, quod noſter ebrios fuiſſe voluit conuiuas? quia verba illa, credo, quæ infra legerat, Πᾶς ἄνθρωπος, πρῶτον τὸν καλὸν οἶνον τίθησι, καὶ ὅταν μεθυσθῶσι, τότε τὸν ἐλάσσω, *Quilibet primo vinum melius, cum vero animi exhilareſcunt, vilius apponit*, de ebrietate accepit. Quaſi nuſquam Helleniſtis de mediocri quoque vſu vini ea vox accipiatur. quemadmodum, exempli cauſa, cum Aggæus, Φαγεῖν οὐκ εἰς πλησμονήν, πιεῖν οὐκ εἰς μέθην, dixit, non vitium jam intelligitur, ſed pœna. Et quid illud (vt jam cætera, de quibus infra, taceam) niſi ſummam denotat ebrietatem:

Βαρυνομένων ἢ καρήνων
Ἄνδρας ἰδὼν μεθύοντας.

vbi, inquit, *vino fuerint grauata capita*. notum enim illud veteris poëtæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Οἰνοβαρῶ κεφαλὴν, ὀνομάκλυτε, καί με βιᾶται
Οἶνος.

Sed quid dixit in hanc rem hoc toto capite aut tacuit? Nihil tamen imprudentius incogitantiuſque, vt ſic dicam, excidiſſe illi cenſeo ac ſciſco, quam quod Virgini Deiparæ, quam haud dubio ſobrietas non minus quam diuina caſtitas ac cæteræ virtutes, commendabant, eas partes com. 13. tribuit, vt Domino ſignificet, ἡμιτελῆ γάμοιο μέθην. hoc eſt, eos, qui nuptiis intererant, *adhuc eſſe ſemiebrios*. tum autem, καὶ ἄοινον ὀπώρην: id eſt, *menſas ſecundas, vino deſtitui*. Quo fine? vt, ſi illi credimus, (qui attributis aliquot ebrietatem tribuit conuiuis,) vino omnes madeant ac deponantur. Tum demum enim, ac præcipue, ſublata menſa, Græci ac Romani, majoribus poſcebant. De quo Epigrammatarius,

cum furit Lyæus,
Cum regnat roſa, cum madent capilli.

Quam in rem, ſi quid illi credimus, Mater, inter mulieres benedicta, opem Filii ac vocem ἀλεξίκακον implorat. Ita enim ille:

Ἡμιτελῆ δὲ γάμοιο μέθην, καὶ ἄοινον ὀπώρην,
Χριστῷ δεδαῶτι συνέστιος ἔννεπε μήτηρ·
Χρηΐζει γάμος οὗτος ἀλεξικάκου σέο φωνῆς.

Ecce, ὀπισθοκόμους μέροπας, ecce nazaræos, ecce Sanctas nuptias, quibus Dei Filius, & Sanctiſſima Deipara interfuerunt. quæ Maroni, Sileno, Satyris ac Mænadibus magis conueniunt: cum nihil tale hic dicatur. adeo vt apud Syros vndecim hæc commata, ab illis verbis, Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, vſque ad illa, Μετὰ τοῦτο κατέβη εἰς Καπερναοὺμ, initio jejunii, ſiue צומא, prælegantur. Quid igitur in mente illi erat, cum has nuptias, quas ipſa Salus noſtra, tum miraculo cohoneſtauit tum præſentia, non aliter, quam Sacrum Bacchicum ac epulas inuerecundi & inſanientis Dei ſui, toto capite deſcripſit? quemadmodum, vt vinum defuiſſe epulo ſignificaret, menſam ἀβάκχευτον vocare auſus eſt. Ita enim ille,

ξυνοὶ δὲ φιλακρήτῳ παρὰ παστῷ
Οἰνοχόοι δρηστῆρες ἀβακχεύτοιο τραπέζης.

Neque enim ἀβάκχευτον, eſt ἄοινον, *quod vino caret*, ſed quod intemperiem bacchantium & rabiem ignorat. quaſi hic defectus eſſet epuli, aut, quaſi, niſi defeciſſet vinum, Thracum ac bacchantium futurum illud epulum fuiſſet. quibus apud Dei Filium, ac Sanctam, vt jam dixi, Virginem, quis locus eſſe poterat? Huc ſpectat, quod φιλάκρητον, *vinoſum*, aliquoties hoc epulum, id eſt, δαῖτα διψαλέαν & διψάδα, *ſiticuloſum conuiuium*, vocauit. quæ Satyricæ ſunt voces, non interpretis. vt omittam, vocem notione hac ineptam eſſe. Habuerunt certe Græci ſua ἄοινα, *inuinia* Romani *Sacra*. Quis tamen illa, niſi forte in dramate Satyrico, ἀβάκχευτα vocare auſit? excepto forſan vnico Euripide, qui omnia in ſcena audet. Vrbaniſſimum in Hebræorum ſcri- vſ. 4.
ptis extat prouerbium, οὐδεὶς ἄνθρωπος, ᾧτινι οὐκ ἔστιν ἡ ἑαυτοῦ ὥρα, אין אדם שאין לו שעה. quod inter monita, &, vt Græci de philoſophis dicebant, τὰ ἀδόμενα, Ben Azai numeratur. Eſt autem ſenſus apud illos, *Nulli ſapienti, quid & quando aliquid agendum ſit, præſcribi oportere: cum articulos commoditatis norint optime qui vere ſunt tales*: ideoque id illis committendum. quanquam paulo aliter nonnulli. Quo mihi quidem dubium non eſt, quin Dominus, vrbaniſſimus in talibus alluſionibus ac frequentiſſimus, reſpexerit, cum com. 4. Οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου, dixit. Quaſi dicat, quid me mones? quid ſi nondum judico conſultum vt id faciam? Quod dictum, qui & cætera quæcunque humilius à Domino aut fierent aut dicerentur, in opprobrium diuinitatis conuertebant, ideoque eleganter παρείργων ἐλαττώματα à Sanctis Patribus dicuntur, peſſime intelligebant. inter quos Ariani. Vt & illi, qui ex verbis illis, fati Dominum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

num, fato ſubjecerunt. De quibus ad hunc locum prolixe Auguſtinus. Qui & ad eundem hunc Euangeliſtam alibi: *Quid eſt enim, Nondum venit hora ejus? Non enim Dominus ſub fato natus eſt. Hoc nec de eo credendum eſt quem fecit: quanto minus de illo per quem factus eſt? Si tua hora voluntas eſt; illius hora quæ eſt niſi voluntas ſua?* Noſter venuſtatem, primo voce πυμάτης, pariter cum ſenſu, qui eſt ſimpliciſſimus, inuoluit. de morte enim Domini loqui, eum dicas, cum legis

Οὔπω μοι πυμάτης δρόμος ἤλυθε κυκλάδος ὥρης.

quanquam ex antiquis eſſe ſciam, qui ad Paſſionem Domini, aut mortem, referant hunc locum. Inter quos Auguſtinum eſſe miror. nihil enim durius. Tum κυκλάδος cum addit (nam κυκλάδος ὥρης dixit) in eorum ſcopulos impegit quos accuſat Auguſtinus: quaſi fixo tempori aut reuolutioni, qualis Hebræorum tecupha, aſtrictus eſſet Dominus. quemadmodum cum Orpheus de Adonide, ſeu Sole, dixit

Σβεννύμενε λάμπων τε καλαῖς ἐν κυκλάσιν ὥραις.

Quod diuinus vir Ioſephus Scaliger,

Occiſe & rediuiue ſtatis vertentibus annis,

ſtata ſiquidem tempora ac leges Sol accepit. tantum refert, ne appoſita incommode adhibeantur. Iterum nos ludit, neque ſatis intellexit, quid ſit

vſ. 12. circumſpecte loqui, cum com. 12. eaſdem nuptias μεθυσφαλεῖς, *vino errantes,* vocauit. niſi Iudæos forte tum interfuiſſe credidit: qui de more hodie recepto, madidi ac temulenti, ſuum *chaiim tobim*, ad ſingulas φιλοτησίας acclamarent. Præclare ac magnifice interim obſeruant Patres, ad fidem pariter miraculi interfuiſſe ac dignitatem, ne quis conuiuarum ebrius ac temulentus eſſet, ne deceptos vino quis exiſtimaret: cum de potu iſto ac miraculo tam admirando, teſtes tales judicare, vt oportet, non potuerint. ἵνα μή τινες ὑποπτεύωσιν ὅτι μεθυόντων σύλλογος ἦν, εἰ διέφθαρτο αὐτοῖς ἡ αἴσθησις, καὶ ὡς διεφθαρμένοι τῇ μέθῃ ᾤοντο τὸ ὕδωρ οἶνον, *Ne quis ebriorum eſſe exiſtimaret cœtum, ſi vino corrupti eſſent ſenſus; taleſque cum eſſent, aquam vinum eſſe exiſtimarent,* inquit vir Sanctiſſimus. Non enim aſſentiri illis poſſum, qui μεθυσφαλεῖς exiſtimant ſic dici, quod in iis defeciſſet vinum: forte, quod indignum iis nuptiis hoc attributum judicarent. Quaſi non ſic ſæpe hoc ipſo capite locutus eſſet: vt cum φιλακρήτους dixit. & ſimilia, quæ ante notabamus. quale eſt quod bibiſſe eos, ἐπασσυτέροισι κυπέλλοις, *denſis frequentibuſque poculis*, dixit. Ille vero ſine dubio in animo quod commate extat decimo habuiſſe videtur: πᾶς ἄνθρωπος πρῶτον τὸν καλὸν οἶνον τίθησι, καὶ ὅταν μεθυσθῶσι, τότε τὸν ἐλάσσω· σὺ τετήρηκας τὸν καλὸν ἕως ἄρτι, vt jam ante dixi. qui locus me de Helleniſticæ locutionis ignorantia, quam ſæpe ignarus profitetur noſter, admonuit. Quod ἀγαθὸν ſcriptores vulgo dicunt, id ab Helleniſtis καλὸν vulgo dicitur. Vnde illud, καλὸν τὸ ἔλεος κυρίου. item, ὅτι καλός, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. quod & Machab. 1. 4. 24. legitur. Neque ſenſu alio Euangeliſta dixit, πᾶς ἄνθρωπος πρῶτον τὸν καλὸν οἶνον τίθησι, καὶ ὅταν μεθυσθῶσι, τότε τὸν ἐλάσσω. quod nos κρείσσω καὶ χείρω diceremus. Noſter ad colorem vini id retulit: quaſi nihil præter illud commendaret. credo quod rubello iis tum in locis vterentur. Quale vinum δυναμικώτερον εἶναι, καὶ ταῖς τῶν πινόντων ἕξεσι πλεῖστον χρόνον ἐμμένειν, veteres obſeruant. nam ante, cum Euangeliſta, καὶ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ, dixit, quam non recte δόξαν, τιμὴν reddiderit, cum dixit,

Ἑβραίοις δ᾽ ἀνέφηνεν ἑὴν ὑψαύχενα τιμὴν,

non ſemel diximus. Neque magno opere aut ſollicite quærendum reor, quare viam, quæ Capernaum deduceret, καταιβάτιν ὁδὸν dicat. Ita ſequitur:

Ibid. Νόστιμον ἴχνος ἔκαμψε, καταιβάτιν οἶμον ὁδεύων.

Laborioſe aut affectate. Sanctiſſimus Euangeliſta quippe, Μετὰ τοῦτο κατέβη εἰς Καπερναοὺμ αὐτὸς καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ. Nemo autem de interpretatione minus

eſt

eſt ſecurus, magis æſtuat plerunque, quam qui, quia linguæ genium non capit, ne à verbis quidem declinare audet. Qui hic duplex. Helleniſticæ nimirum ac Hebrææ: quanquam illa hujus ſit interpres. cujus ignorantia nonnunquam verſu integro autori noſtro ſtetit. Notum iis eſſe debet, qui in vtriuſque linguæ contextu verſati ſunt, verba, quæ non aliam quam incedendi aut eundi ſignificationem vel vim habent, per τὸ καταβαίνειν reddi. Tale eſt Cantico quod Canticorum dicunt, καταβήτω ἀδελφιδός μου εἰς κῆπον. Et in Regum libris, καὶ ἀνέστη Σαοὺλ καὶ κατέβη τὴν ὁδὸν αὐτοῦ. Quorum in altero eſt בוא, in altero eſt הלך. vt, quæ curioſe de Iudæa ſcilicet ac Palæſtina, Auſtro item ac Septentrione, aliquot in locis viri eruditi obſeruarunt, locum hic non habeant. Heſychius, cujus certe Gloſſæ, quanquam hodie aliter quam olim comparatas non dubitamus, maxima ex parte, quod in eo locis infinitis obſeruauimus, ad explicandos Helleniſtas, ac τῶν ἑβδομήκοντα, inprimis, comparatæ videntur, Κατεβήσατο, εἰσῆλθεν, exponit. quomodo & Iohannes noſter aliquoties locutus eſt. Tale eſt, quod hic habemus. In quo vehementer fluctuauit noſter, cum res nihili ac plane leuis ſit. qui & νοστεῖν, & καταβάτην οἶμον ὁδεύειν, dixit. Tale eſt cap. 4. comm. 47. καὶ ἠρώτα αὐτὸν ἵνα καταβῇ. hoc eſt, τὴν αὐτοῦ οἰκίαν εἰσέλθῃ. item 49. Κύριε, κατάβηθι, πρὶν ἀποθανεῖν τὸ παιδίον μου. Quorum alterum ſic reddit,

ἀγχιφανὴς δὲ
Ἰησοῦν ἐρέεινεν, ὅπως ἑὸν υἷα σαώσῃ,
Ἄστεος ἀγχιπόροιο κατήλυδα πέζαν ὁδεύων.

Vide quam moleſte. cum κατελθεῖν, nihil aliud quam ἐλθεῖν aut εἰσελθεῖν, ſit Helleniſtis. Quod qui neſcit, cum in re nihili ſatagere oportet. adeo quæ parua ſunt nonnunquam & nullius rei, aliud agentes vel exercent, vel ignaros linguæ, quam non didicerunt, ſiſtunt ac morantur. Et has nænias perpetuo interpretes ſequuntur: quemadmodum qui lexica contexunt. de vrbe enim Sancta cum loquitur Scriptura, alia eſt ratio. Cum deinde autem

Οἷσι δυωδεκάριθμος ὁμόστολος εἶχεν ὁδεύων, Ibid.
Ἀγχιθέων μίαν οἶμον ὀπιστερος ἑσμὸς ἑταίρων,

dixit, oblitus, vt videtur fuit, quinque diſcipulos, paulo poſt miraculum à Domino in nuptiis exhibitum, vocatos: neque alios, ex iis qui duodecim dicuntur, præter eos, quorum capite ſuperiori facta mentio, ſecutos ea tempeſtate. Vnde igitur duodecim? Matthæum enim alioſque aliquamdiu poſtea vocatos conſtat. Quid quod Petrus quoque & Andreas, nondum plane diſcipuli fuere, cum initio ſecuti tantum, de quo capite ſuperiori, tandem vero omnibus relictis, Domino hæſiſſe videantur: de quo quarto capite Matthæus. Sed & maxima ſecuritate inferos com. 22. ad quos deſcendiſſe ꝟſ. 22.
ait Dominum, ἀνόστητον βέρεθρον, *barathrum à quo reditus non datur*, more paganorum, nuncupauit, cum ſequenti carmine ex eo rediiſſe Dominum affirmat. Poſtquam enim dixiſſet

Ἀλλ' ὅτε δὴ μετὰ κόλπον ἀνοστήτοιο βερέθρου, Ibid.

primo cogitandum erat, quomodo, & quo ſenſu, deſcendiſſe ad inferos, de quo diſputatur hodie, dicatur Dominus. Illud conſtat interim, ni fallor, ſi ἀνόστητον ei iter illud, hoc eſt, ſine reditu fuit, ne de noſtra quidem reſurrectione; ſpem ſupereſſe. Bene igitur, quod emendet illud atque addat

Νόστιμος ἐξ ἀΐδαο παλινζώῳ τινὶ πότμῳ.

Forte igitur voluit, tales eſſe inferos aliis, cum ex iis redierit Dominus. quo tamen appoſito minime ſic opus erat. Sed hoc quidem cacoëthes videtur: adeo ſemper amat, nec tamen mutat, quæ ſemel, quanquam contraria, non bene, aut aliter, concepit. Ita capite 5. com. 25. vbi de mortuorum reſurrectione agitur, & hanc probat, ſepulchra, è quibus redituri ſunt qui reſurgent, ἀνοστήτους κόλπους, dixit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ἀναυδέες ὁππότε νεκροὶ
Αὖτις ἀναζήσωσιν ἀνοστήτων ἀπὸ κόλπων.

Et comm. 28.

ἀολλέες ὁππότε νεκροὶ
Ζωοτόκων ἀΐοντες ἀνοστήτων ἀπὸ τύμβων.

Ἀνόστητα autem quomodo ſepulchra, ſi ζωοτόκα? nam hæc diſerte pugnant,
quod acumen putauit; cum ſit ἀκυρολογία, non γοργότης. Mirum enim, imo ſtu-
pendum, profano eum more loqui, qui contrariam ſententiam ex ipſa ve-
ritate ejuſque verbis, ſuo more, hic ipſe probet: quia apud ſuos, hoc eſt pa-
ganos, ἀνοστήτους νέρους, perpetuo appoſito vocari legerat. nam quæ apud eos
legit, & quæ verſum juuant, lectoribus libenter imputare ſolet. Neque ſem-
per in poëſi, ac interpretatione inprimis, decet curioſitas: & poëtam ma-
gis eruditum quam περίεργον oportet eſſe. Sane qui naturam vniuerſam, &
quæ ea continentur, attributis illuſtrare ſeſe poſtulet, vel imprudentem vel
præclare eruditum, eſſe, inprimis autem judicio valere oportet. Quod tan-
topere in Romanis admiramur, qui plerunque Græcos imitati ſunt vt emen-
darent: quod & perpetuo fere in Marone videas. Noſtro animus non de-
fuit, ſed cura eum & judicium defecit. Sic, cum, Dominum in templo in-
ueniſſe, qui περιστερὰς, hoc eſt, columbas, venderent, legiſſet, στικτὰς μελέεσσι
ψ. 14. πελειάδας, eas vocat. commate enim 14, Καὶ στικτὰς μελέεσσι πελειάδας dixit. In
quo primum, non intelligebat, quod notiſſimum poëtæ eſſe debet, aliam
philoſophorum, aliam, in vſu vocum, poëtarum eſſe rationem: qui non
raro ſpecie pro genere coguntur vti. in quo, vt in reliquis, judicio eſt opus.
Sic, in columbis, περιστερὰ eſt genus: aut, vt alii, qui ſummum genus igno-
rari volunt, ſpecies, ſed magis vſitata. Quo poëtæ, quia numeris & me-
tris ſacramento vel inuiti dicunt, abſtinere ſolent. nam pro ea voce, ſpecie
vtuntur. Quæ eſt πελειάς. quam Latini hac ætate, quorum princeps Theo-
dorus Gaza, *liuiam*, dixerunt: quales liuidæ, aut varii coloris ſunt. Ari-
ſtoteles Hiſtoriæ libro 5. cap. 13. Ἡ δὲ πελειὰς, καὶ μέλαν ἐστὶ μικρὸν, καὶ ἐρυθρόπουν,
καὶ τραχύπουν· διὸ οὐδεὶς τρέφει. paruam eſſe & nigram ait, rubram atque hirſu-
tam pedibus, hanc ſpeciem: ideoque vix à quoquam ali. Poëtis igitur, vt
dixi, notior, quam vſu. De varietate ergo, etiam in iſta ſpecie, vt conce-
dam, quis varietatem eam membris potius attribuat quam pennis? Quod ſi
ſequimur, phaſiani quoque tales erunt ac pauones. quanquam in, quadru-
pedibus nonnunquam eueniat, vt pilis concolor ſit cutis. Libro certe Hi-
ſtor. 3. Philoſophus, *Animalibus variis, cutem concolorem ſubeſſe, aut, prius ali-
quid extare in ea, quod colorem referat pilorum*, notat. Et in pilis quidem recte.
Nam à pilis pennas & affectiones vtrorumque, eodem loco, mox diſtinguit:
nec in membris quicquam προϋπάρχειν (ea enim voce ibi vſus) ſed in cute,
ait. Et ſi hanc philoſophiam ſequimur, aut pennæ erunt membra, aut, iis
auibus quibus variæ ſunt pennæ, colore eodem diſtinguentur membra.
Quod quis ferat? Aut quis veterum, columbas, membris eſſe varias ac tin-
ctas dixit? Quid, quod ne intelligebat quidem, quid in animalibus ſit στικτόν?
Recte Tragicorum Princeps, ceruos, recte hyænam Oppianus, στικτὴν di-
xit. qui

Θαῦμα δὲ καὶ τόδ' ἄκουσα περὶ στικτῇσιν ὑαίναις.

Sed nec male pardos Gregorius, quos ποικίλους apud Ieremiam Helleniſtæ,
priore aduerſus Iulianum, καταστίκτους dixit. quorum in cute, vt à magno dici-
tur doctore, προϋπάρχει τι, quod pilis reſpondet. Inter aues recte Numidicam,
quæ Martiali dicitur guttata, στικτὴν dicas: guttæ enim, totidem in pennis
ſunt puncta. Collum vero columbarum, quod, cum Sol præcipue acce-
dit, variatur, non στικτὸν, ſed ποικίλον partim, partim ποικιλοφαὲς dicam.
Et columbæ, quibus pennæ variant aut alæ, non jam στικταὶ, ſed ποικίλαι.

Pauo-

Pauonis cauda, στικτὴ, pauo ipſe, ποικίλος. Vnde & negligenter admodum Euripides, quod ſæpe illi vetus objicit Comœdia, locutus eſt, cùm Argi oculos Phœniſſis στικτοὺς dixit.

Στικτοῖς πανόπτην ὄμμασιν δεδορκότα.

Non enim στικτοὶ ejus oculi, ſed ipſe στικτὸς propter oculos. vt pauonis cauda: quo poëtæ oculos illius retulêre. Et hoc intellexit facilitatis & ingenii idea Naſo, cum in Transformationum libris, ſtellionis pectus, *guttis ſtellatum* dixit. vbi,

aptumque colori
Nomen habet, variis ſtellatus corpora guttis.

ita enim & ad animalis ſimul nomen, & polentæ guttas, vrbaniſſime ex fabula alluſit. Et quis noſtro dixit, varias in Oriente plures eſſe, aut præferri? Nos de albis ſane credebamus: *quas intactas* ibi & præſtabant & colebant: quod vel ex Tibullo notum. Sed, vt ante dicebamus, aues, quibus variæ ſunt pennæ, στικτὰς, nemo, multo minus στικτὰς μελέεσσι, dicet. quod vel Helleniſtæ ſui, quos & plures quam nos & corruptos minus habuit, docere eum poterant. Abſit igitur, vt στικτὴν aut ποικίλην μελέεσσι πελειάδα, vt iſte, dicam. Quas difficultates Princeps poëtarum cum videret, toti columbino generi appoſitum à moribus impoſuit. Quod poſt eum quidam, etiam ad ſpeciem traxêre: à pauore enim, qui eſt omnibus communis, τρήρωνας vocauit. Optime autem differentiæ à moribus, Philoſopho autore, in animalibus ſumuntur. ipſe ἤθη dixit. Nunc pergamus. Libere fatebor: neque parum neque ſemel miratum me, autorem tam antiquum, & qui multa Græce ſcripſit, toties ab ejus linguæ genio abire quam profitebatur. Quemadmodum, cum paulo poſt, Hie- ψ. 16.
roſolymitanum templum, λιθῶδες dixit: quod ex lapidibus, videlicet, conſtructum eſſet.

Ταῦτα μεταστήσασθε λιθώδεος ἔκτοθι νηοῦ.

neque enim λιθῶδες quod ex lapide confectum, ſed quod eum refert, aut lapidibus abundat. vt cum in deſcriptionibus locorum, ὄρη λιθώδη, montes tales, agrumque glareoſum & terram, quæ & σκληρόγεως à duritie dicitur, λιθώδη, aut λιθωδεστάτην vulgo autores dicunt. Iam autem, λάϊνον aut λάϊνεον poëtis dici, quod λίθινον vulgo, Rex poëtarum, vnica Græciſmi norma, docere eum poterat. qui Iliados X.

πλυνοὶ εὐρέες ἐγγὺς ἔασι,
Καλοὶ, λαΐνεοι.

Iliad. Λ.

Οὐδ᾽ ὅσα λάϊνος οὐδὸς ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει.

Odyſſ. Θ.

Πυθοῖ ἐν ἠγαθέῃ, ὅθ᾽ ὑπέρβη λάϊνον οὐδόν.

& ſic ſemper. neque enim ſemel vſus eâ voce eſt. Illud autem λαΐνεον doctiſſimus Heſychius, λίθινον exponit, non λιθώδη: abſit autem. quemadmodum nec turrim ejuſmodi, λιθώδη, dicunt. Accuratiſſimus & Poëta & Grammaticus Apollonius,

τῇ μέν τ᾽ ἐνὶ νηὸν Ἄρηος
Λαΐνεον τεῦξαν Ἀμαζονίδων βασίλειαι.

Et Gregorius Theologus, qui non paulo caſtigatius in Poëmatis quam noſter loquitur, Legem ἐν λαϊνέαις πλαξὶ, *tabulis lapideis*, non λιθώδεσι, fuiſſe ſcriptam ait.

Τοὺς δὲ νόμους ἐχάραξε Θεὸς δέκα ἔν ποτε πλαξὶ
Λαϊνέαις.

Quare merito hunc locum, vt & alios non paucos, obelo notarat magnus Scaliger: à quo abire haud poſſum. Qui neq; hic probo, de quo alia occaſione jam ſupra, quod cum feſta Dei, grauiſſimis de cauſis inſtituta, deſcribit, non ſemel appoſita ex Sacris Bacchicis ac gentium abominationibus deſumpſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Vt cum ὄργια φιλόκροτα, cum θυὰς ἑορτὴ, & alia ejuſmodi, ad interpretationem
℣. 23. loci illius, Ὡς δὲ ἦν ἐν Ἱεροσολύμοις, ἐν τῷ Πάσχα ἐν τῇ ἑορτῇ, πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς τὸ
ὄνομα αὐτοῦ, adhibuit. Summam, inquam, leuitatis habet ſpeciem, quod verſibus non amplius duobus, voces quinque ex horrendis illis ritibus deſumpſit: quos Romani ipſi, propter fœditates ac flagitia in iis perpetrata, abrogare legibus coacti ſunt. Et quis ergo illa ferat?

θεοδμήτῳ δ᾽ ἐνὶ νηῷ
Ἄχρις ἔην, καὶ ἔδεθλα διέστιχεν Ἱεροσολύμων,
Εὐάζων ἔτι πάσχα, καὶ ἀρνοφάγων ἱερήων
Ὄργια μυστιπόλευε φιλόκροτα θυὰς ἑορτή.

Nam & τὸ εὐάζειν, quod de ipſa Sanctitate, hoc eſt, Domino, vſurpat, vt jam ante monui, & ὄργια, & μυστήρια, & κρότος, & θυὰς, mere ſunt Bacchica, quæ ſunt mentis Chriſtianæ, nondum à profanis expiatæ ceremoniis, indicia. Atqui ſaltem cogitaſſet, nullum magis feſtum à profanis Paganorum ritibus eſſe alienum quam quod proprie aduerſus ſuperſtitiones & idola inſtitutum fuit. Vnde in inſtitutione à Deo dicitur, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς θεοῖς τῶν Αἰγυπτίων ποιήσω τὴν ἐκδίκησιν. *de omnibus Ægyptiorum Diis pœnam ſum ſumpturus.* inter quos & ipſe Oſiris erat: quem non ſine cauſa ipſe in Bacchicis, Διόνυσον Αἰγύπτιον, *Ægyptiorum Bacchum*, dixit. vt præuaricatio hæc, quaſi adulterium, in carmine tam ſacro ſit. Adde, quod Chaldæi Deos hos טעו Ægyptiorum, ab errore, & ab eâdem voce dixerunt, à qua & Thyadas, Bacchi ſacerdotes, dictas, ſupra jam monuimus. Sed & Patres notant, Ὅτι πάντα τὰ ζῶα, πλὴν τοῦ χοίρου, ἐθεοποίουν ποτε οἱ Αἰγύπτιοι. *Cuncta animalia excepto porco, diuinis affeciſſe tum honoribus Ægyptios.* Neque dubium, quin Dii iſti, quos hic Nonnus celebrauit שעירים ſint Hebræorum. quales Panes, Satyri, Sileni, aliique hiſpidi id genus ac villoſi Dei. quemadmodum & ipſe Bacchus, princeps Seirim, in pugna cum Typhæo, caprum ſiue hircum, quod vel ex Ouidio in opere ingenioſo aliiſque notum, induiſſe fertur. Iam quod eodem loco Sacerdotes, ἀρνοφάγους dixit, parum caute ab eo factum. non enim Sacerdotum, ſed totius gentis feſtum fuit. Et quo pacto Sacerdotes ſoli comederunt agnum, cum in feſti inſtitutione, vt agnum quiſque acciperet κατ᾽ οἴκους πατριῶν, diſerte dictum ſit? cum vniuerſus populus, in tribus, in familias, aut patrias, atque hæ in domos (aut, κατ᾽ οἴκους, vt Hebræus loquitur, πατέρων, hoc eſt, juxta domos ſingulas) diuiderentur. notum autem præfuiſſe ſingulis qui Patres dicebantur. De Nicodemo, Euangeliſta
Cap. III. ℣. 1. initio tertii capitis dixit, Ἦν δὲ ἄνθρωπος ἐκ τῶν Φαρισαίων. Vbi ἐκ τῶν Φαρισαίων ita dicitur, vt primo capite, καὶ οἱ ἀπεσταλμένοι ἦσαν ἐκ τῶν Φαρισαίων: id eſt, *Phariſæi erant.* quanquam ratione Hebraiſmi, de quo ſuo loco agimus, fuiſſe non poſtremos inter eos innuere videtur. vbi noſter, χορὸς ἄπιστος ἁμαρτινόων Φαρισαίων: nam quos ibi ἁμαρτωλοὺς, hic νοοπλανέας dixit: ita enim lego: idem qui ἐκ τῶν Φαρισαίων, eum, qui è Phariſæis oriundus eſſet, dici hic exiſtimauit: cui & ἱερὸν αἷμα Φαρισαίων, ſacrum Phariſæorum tribuit ſanguinem. Atqui ſane Phariſæi, ſecta, vt Stoici: quæ, vt recte ac eleganter dixit Epiphanius, nihil aliud quam ἐθελοπερισσοθρησκεία erat: ſuperuacuus vanuſque cultus, quem excogitarant ipſi. Neque omnes Phariſæi Sacerdotes erant. ac ne Nicodemus quidem: quem Euangeliſta ἄρχοντα Ἰουδαίων, ipſe ἀρχὸν dixit. quam vocem non mutauit Syrus, ſed inflexam leuiter ſeruauit. Et ex Lege notum illud, ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς. qui Chaldæis modo רבא, vt in eo loco, modo שליט, vt de Ioſepho. vbi tamen Græci, Ἰωσὴφ δὲ ἦν ὁ ἄρχων τῆς γῆς. De Nicodemo autem, ἄρχων τῶν Ἰουδαίων, hoc eſt, τῶν ἀρχόντων εἷς. cum neutri tamen Sacerdotes, niſi fallor, eſſent. Sed pergamus. Veteres, Nicodemum, quanquam vel ex iis quæ in Paſſione de eo dicuntur, optime de Domino ſenſiſſe conſtet, interim, cum caput ex diſtinctione nunc recepta tertium, ſuperioribus

ribus annectunt, quod & Syri data opera fecerunt, inter eos ponunt, qui ſuperiori capite miraculis adducti, nondum plene crediderunt. De quibus nempe dicitur, πολλοὶ ἐπίστευσαν ἐς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, θεωροῦντες αὐτοῦ τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει. Item, Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἐπίστευεν ἑαυτὸν αὐτοῖς, διὰ τὸ αὐτὸν γινώσκειν πάντας, &c. Noſter vero, non contentus, Nicodemum ἄνδρα πιστὸν dixiſſe,

ἀνδρὶ δὲ πιστῷ
Ἰησοῦς ἐνέπων βαπτίσματος ἔνθεον αἴγλην,

(quod ſic poſſet accipi, vt quæ ὁμωνύμως ab Euangeliſtis dicuntur: inter quæ & illa vox eſt) inſuper πειθήνιον vocauit θεῷ, com. 2.

Καὶ οἱ μῦθον ἔλεξε θεῷ πειθήνιος ἀνήρ.

Quaſi, ſcilicet, cum Deo loqui ſe intellexiſſet. quem Theophylactus inter eos ponit, qui οὐδαμινὴν, qui πρόσκαιρον, qui οὐ βεβαίαν, qui *leuiſſimam*, qui *temporariam*, qui *necdum firmam*, conſecuti eſſent fidem: qui cum homine diuino, nihil autem minus quam cum Deo, rem ſibi eſſe cogitaret. πρὸς καιρὸν γὰρ προσεῖχε τῷ Χριστῷ, οὐχ ὡς θεῷ, ἀλλ' ὡς ἀνθρώπῳ θεοφορουμένῳ. *ad tempus enim non vt Deo, ſed vt homini diuino, Chriſto dabat operam*, inquit. Et deinde, διδάσκαλον δὲ αὐτὸν ἀποκαλεῖ, ὡς ψιλὸν ἄνθρωπον· τοιαύτην γὰρ ὑπόληψιν εἶχε περὶ αὐτοῦ. Διὸ καὶ ἐπάγει, ὅτι οὐδεὶς δύναται ταῦτα ποιεῖν, ἐὰν μὴ ᾖ ὁ θεὸς μετ' αὐτοῦ. *magiſtrum eum, tanquam nudum hominem, compellat: vt de quo ſic ſentiret. Vnde & ſubjungit, nemo enim hæc præſtare poteſt, niſi ſit cum eo Deus.* ex ſententia S. Chryſoſtomi: qui & ipſe, inter cætera: *de Chriſto enim, non vt oportebat, eâque, qua conueniebat, mente ſentiebat: cum adhuc Iudaica teneret eum infirmitas.* διέκειτο μὲν περὶ τοῦ Χριστοῦ, οὐχ ὡς ἐχρῆν δὲ, οὔτε μετὰ διανοίας τῆς προσηκούσης· ἀλλ' ἔτι ὑπὸ τῆς Ἰουδαϊκῆς κατείχετο ἀσθενείας. B. Auguſtinus, ad locum illum, *Verba autem quæ locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt*, ita notat: *Hunc ſpiritum & hanc vitam non ſapiebat iſte Nicodemus, qui nocte venerat ad Ieſum.* Sequitur, non ita multo poſt, Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε· πῶς, ἐὰν εἴπω ὑμῖν τὰ ἐπουράνια, πιστεύσετε; quod Paraphraſtes, vſ. 12.

ἀπλανέων δὲ
Εἴ τινα μῦθον ἔειπον ἐπιχθονίων χάριν ἔργων,
Καὶ τόσον ὑμείων βαρυπειθέες εἰσὶν ἀκουαί·
Εἰ στρατιὴν πτερόεσσαν, ἢ αἰθέριος ἔργα, βοήσω,
Μᾶλλον ἀπειρήτοισι πόθεν πείθεσθε μύθοισιν,
Οὐρανίης ἀΐοντες ἀθήτου φύσιν ὕλης;

Quo in loco, notum, non eodem modo, τὰ ἐπίγεια, ejuſque oppoſitum, quod ſubdit, ἐπουράνια, intellexiſſe veteres. Inter quos Chryſoſtomi opinio videtur ſimpliciſſima: qui prius illud, de baptiſmo, quatenus peragitur in terris, aut de ſimilitudine ſpirantis venti, qua jam paulo ante vſus erat, accepit. quemadmodum, per τὰ οὐράνια, æternam Filii intelligit è Patre generationem: præ qua, ipſa hæc, de qua nunc agitur, regeneratio, terrena videatur. Quid igitur in mentem venit noſtro, cum τὰ ἐπουράνια de Angelorum accipit cohorte, cui ocioſum plane appoſitum, τὸ πτερόεσσαν, adjunxit? quod hic præter rem ſane: quemadmodum αἰθέριος ἔργα, τὰ αἰθέρια, aut potius, τὰ ἐπουράνια, ſunt illi. qui Helleniſtas, in animo, vt videtur, habebat ſuos: quibus στρατὸς οὐρανοῦ, interdum Angeli, interdum ſtellæ Hebræo vſu dicuntur. quod verſu integro expreſſit. Pergamus. Errant vehementer, qui poëtis omnia licere volunt. quos antiquitas doctiſſima vt caſtigaret, Critice, vt fuſe ante probauimus, exorta eſt: quam diuinitus aduerſus poëtarum inprimis licentiam, cum alii, tum Ariſtoteles, exercuit. quippe, vt eruditionem omnem profitentur ac ſcientiam poëtæ, ſic, vt in officio continerentur illi, de omni judicabant iſti. Quod ſi non omnia in literis profanis, profani ipſi permiſerunt ſuis, quanto minus in Sacris permittendum? vbi qui ab Eccleſiæ aut Patrum conſuetudine recedunt, recte in ordinem ab eruditis rediguntur.

vt ex ipſis Patribus nonnulli, quædam permiſerunt ſibi, quæ, hæreticorum cauſa, poſtea mutarunt. Ita Tatianus, ſcriptor antiquiſſimus, ita Theophilus, ὅτι ὁ θεὸς ἐξηρεύξατο τὸν αὐτοῦ υἱὸν, dicere auſus fuit. donec hæreticus, Filium Dei, ἐρυγὴν vocauit. Idem Theophilus, Λόγον προφορικὸν in creatione dixit Filium: quod & alii, & inprimis Baſilius in Eunomio, tantopere, ac merito, exagitauit, & hæreticorum maximo, in ore atque ad manum ſemper fuit. idem Πνεῦμα θεοῦ, Dei Filium vocauit. Nonno vſitatum eſt, vt Seruatorem noſtrum, modo θεῖον modo θέσκελον, dicat: quemadmodum eundem, θεηγόρον, quod antiquis idem deſignabat, alibi vocauit. Ita cum Sanctiſſimus Euan-

ſ. 13. geliſta dixit, καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς; noſter,

Εἰ μὴ θέσκελος οὗτος.

quaſi, Dei Filium, *diuinum* dicas: idque in eo loco, in quo de diuina ejus agitur natura. Cujuſmodi appoſita, quod iis callide Neſtorius abuteretur, Patres, teſte inprimis Damaſceno, rejecerunt. cauſam addit, οὐ γὰρ ἄνθρωπον ἀποθεωθέντα λέγομεν τὸν λόγον, ἀλλὰ θεὸν ἐνανθρωπήσαντα. Quare? quia dignior natura ita hominem aſſumpſit, vt maneret id quod erat, neque minus eſſet Deus is qui homo erat. *Non ergo hominem diuinum, aut deum factum, ſed Deum,* inquit, *incarnatum*, dicimus. Eademque fuit cauſa, quare Patres, cum vbique viros Sanctos, qualis Baſilius, Gregorius, Nyſſenus, θεοφόρους paſſim dicant, nomen hoc, ne eo callide Neſtorius abuteretur, hic non admiſerint. Damaſcenus, Καὶ πᾶς θεοφόρος ἄνθρωπος Χριστὸς λέγεσθαι δύναται, εἰ καὶ ὁ Νεστόριος ὁ θεήλατος τὸν ἐκ παρθένου τεχθέντα θεοφόρον εἰπεῖν ἐφρυάξατο, ἀλλ' οὐ θεὸς φύσει ἡμᾶς ἢ μὴ γένοιτο θεοφόρον αὐτὸν εἰπεῖν. Bene igitur Baptiſtam θεηγόρον noſter, minus recte Dominum ſic dixit. Eſt enim Prophetarum Sanctorumque attributum, non illius qui eſt ſupra omnes: quemadmodum hoc Patribus, vt ante dixi, vulgo tribuebant. Idem Damaſcenus, lib. 3. De Orthodoxa fide, ὧν ἡ ἐνέργεια, inquit, μία, τούτων καὶ ἡ οὐσία μία, κατὰ τοὺς θεηγόρους πατέρας: vbi de Sanctis diuiniſque viris, quales, nimirum Patres, & vſurpat id & vſurpandum docet. Heſychius, Θεηγόρος, θεῖος, ἐκ θεοῦ λαμβάνων. Pergamus. Quæro, cur ſerpentem, quem erexit in deſerto Moſes, δουρατέης typum habuiſſe ἀκάνθης, paulo poſt dicat. Ita enim capite eodem:

ſ. 14. Δουρατέης μεθέποντα τύπον ποιητὸν ἀκάνθης.

Neque ignoro, quod ab eruditis obſeruatur: Nonnum, voce ἀκάνθης, pro ſerpente aliquando vti. Sed & ſerpens, de quo agitur, ex ære fuit: & ſerpentes, quorum cauſa hic erectus fuit, שרפים (quos ὄφεις θανατοῦντας nuncupant Helleniſtæ,) fuerunt. Neque verum eſt quod ait, hunc ſerpentem, τὸν δακνομένων δηλήμονα, *interfectorem hominum quos momordiſſet*, fuiſſe. cum ſanaret morſus, & antidoton aduerſus δηλητηριώδες τῶν שרפים præberet. Quomodo & verus Seruatoris fuit typus. οὐκ, vt recte Epiphanius, διὰ τὴν τοῦ ὄφεως φύσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ εὐδοκίαν, δι' ὄφεως ὡς ἀντίδοτον τοῖς τότε δεδηγμένοις ἐργαζομένου. *non propter ipſam ſerpentis naturam, ſed Dei placitum, qui iis quos momorderat tum ſerpens, ſic antidoton remedium parabat.* quemadmodum diſerte ſcriptum eſt, πᾶς ὁ δεδηγμένος, ἰδὼν αὐτὸν ζήσεται. *quicunque morſus fuerit, aſpectu ejus viuet.* Nonnus ita eſt locutus, quaſi Moſes ὄφιν θανατοῦντα erexiſſet, quem λυσίπονον mox ipſe, oblitus ſui, vocat. At vero ἄκανθα ἡ δουρατέη, de qua noſter, ſpineam, ni fallor, denotat coronam: cujus hunc ſerpentem typum eſſe voluit. Quia ſimile aliquid, cum ſpinea corona, omnis ſerpens habet. vt hac ratione ad coronam Domini in Paſſione ſpineam alludat. Quod fortaſſe ex antiquitate & alii fecerunt: quas interim argutias heroica ingenia non amant. Interdum voces ipſas, & earum vſum, appoſitis corrumpit. Παράδεισον ex Oriente vocem, ſed quam Græci pridem poſſident, inprimis vſitatum eſt pro loco Beatorum poni. Noſter quia cœlo tribuit appoſitum, quod proprium eſt Paradiſo, efficit, vt jam improprie de eo vſurpetur Paradiſus, de quo recte alias nonnunquam vſurpatur. Vt cum dixit

Ναίων ἄφθιτον οἶκον ἐν εὐδένδρῳ Παραδείσῳ,

quod Euangeliſta *ζωὴν αἰώνιον* dixiſſe ſatis habuit. non autem, arbores, de ℣.16.
eſſentia, vel cœli, niſi fallor, vel æternæ vitæ ſunt, aut ibi requiruntur. Ita
autem in tranſlatione, *τὸ ἀνάλογον* tranſlationis, ſine quo, vt recte Ariſtoteles,
conſiſtere non poteſt, plane tollitur ac perit. Sed quid vnum ex tam multis
hic notamus? Tota ſententia, in qua verſatur noſter, quamque per tot attri-
buta *ἄκυρα* & ac mias exprimit ambages, quemadmodum ſimpliciter ab
Euangeliſta concipitur, ita plane eſt diuina. quam vtinam inſigant animis
qui Chriſto Domino dixerunt ſacramento. *οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον*, in-
quit, *ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν· ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ
ζωὴν αἰώνιον*. Eam autem, vt jam dicebamus, ſic expreſſit, vt tumore partim,
partim crebris ac compoſitis appoſitis, ita totam vitiaret, vt *ἀφέλεια*, id eſt
ſimplicitas, quæ in ſententiis præcipue ſpectatur, tota interiret. Quid enim
ſibi volunt, *κόσμος πολύμορφος*, & *ὑψιμέδων σκηπτοῦχος*, & iterum, *πετράζυξ
κόσμος*, & *ἦθος μετάτροπον*, & *εὔδενδρος παράδεισος*? cum ſententia ſit caſta
atque ab omni affectatione ac tumore aliena: quod bene conſtitutæ mentis
ac compoſitæ indicium in aliis cum eſſe ſoleat, hic cœleſte & ab ipſo cœlo,
vt nunc legitur, dictatum eſt. Verum audiamus ipſum.

Οὕτω γὰρ πολύμορφον ἐφίλατο κόσμον ἀλήτην
Ὑψιμέδων σκηπτοῦχος, ὅτι χραισμήτορα φωτῶν,
Μουνογενῆ λόγον υἷα, πόρεν πετράζυγι κόσμῳ·
Ὄφρα μιν ὅς δέξοιτο, μετάτροπον ἦθος ἀμείψας,
Πίστιν ἐς ἀστυφέλικτον ἑκούσιον αὐχένα κάμπτων,
Ζωῆς οὐρανίης αἰώνιον ἐς χορὸν ἔλθῃ,
Ναίων ἄφθιτον οἶκον ἐν εὐδένδρῳ Παραδείσῳ.

Vides, quam non ſemel, ſed frequenter, idem dixerit, & oratio mirifice re-
dundet. Adde, quod *πολύμορφον* non eſt appoſitum illius mundi, de quo
agitur hoc loco, ſed *τῆς οἰκουμένης*. Quid enim hoc ad eum mundum quem di-
lexit Deus, Dei Filius ſeruauit? Quid ad Theologorum, Chryſoſtomi inpri-
mis interpretationem, qui *δούλους ἀγνώμονας* exponit? Adde, orationem in-
concinnam, imo pluſquam *ὑποσόλοικον*, quæ talis, *οὕτω ἐφίλατο τὸν κόσμον, ὅτι ἔδω-
κε τὸν υἱόν*. Nam quis ſic loquatur? cum ſuauiſſimum præſertim Atticiſmum, *οὕτω
γὰρ ἠγάπησεν ὥστε ἔδωκεν*, inueniſſet? Sed & *χορὸν ζωῆς αἰωνίου*, vitæ alterius partici-
pes, nemo Græce dicat qui ſanus ſit. nam *μακάρων χορὸν* voluit. Quanto au-
tem ſic ſimplicius & minus affectate potuiſſet!

Οὕτω γὰρ θεὸς αὐτὸς ἐφίλατο κόσμον ἄκοσμον,
Ὥσθ' οἱ μουνογενῆ πανυπέρτατον υἱὸν ἔδωκε·
Πᾶς ἵνα δεξάμενός μιν ὑπεκφύγοι αἰπὺν ὄλεθρον,
Ζωῆς τ' ἀθανάτοιο πανόλβιον ὅρμον ἵκοιτο.

vt elegantiorum literarum ſtudioſi diſcant, quantum referat, quo pacto
quidque efferatur. Sed pergamus. In vocibus quibuſdam, quas Eccleſia ad-
miſit, vix quæ ſunt ejuſdem poteſtatis temere admittam: tantum abeſt, vt
cacozeliam, & diuerſas nominum interpretationes, quæ ex male intellectis
paganorum deſumuntur ſcriptis, excuſare velim. Dei Filium, in Symbolo
communi, vnigenitum quotidie recepta voce Chriſtiani confitemur: quem
eâdem voce hic *μονογενῆ* Sanctiſſimus Euangeliſta dixit. *ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη* ℣.18.
κέκριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ. Pro qua voce, cum ne
verſus quidem repugnaret, parum circumſpecte, ne profane dicam, vocem
τηλυγέτου ſubſtituit.

Τηλυγέτου βασιλῆος ἐς οὔνομα.

Cum *τηλύγετος*, vel *τηλυγέτης, ὁ τηλοῦ τοῖς γονεῦσι γεγονὼς ἐπὶ γήρᾳ*, *qui ſero & in ipſa
ſenectute parentibus natus eſt*, dicatur. qualem *ὄψιμον* dixerunt. Vel (vt Gram-
matici, qui ſeſe in hiſce talibus oſtentant, ac pomœria ambitionis ſuæ liben-
tiſſime

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

tiſſime extendunt, oſeruarunt) qui, τῆλε ὄντος τοῦ πατρὸς, hoc eſt, *dum procul domo abeſt pater, natus eſt.* vt vernilitates reliquas omittam. Cæterum locis maximi Poëtæ, quos non ſatis intellexerant, decepti, τηλύγετον, μονογενῆ expoſuerunt. quia dixerat Homerus, μοῦνον, τηλύγετον.

Καί με φίλησ' ὡσεί τε πατὴρ ὃν παῖδα φιλήσῃ,
Μοῦνον, τηλύγετον.

& alibi eodem modo: quia euenire poteſt, vt qui eſt μονογενὴς, ſit & τηλύγετος. hoc eſt, vt idem & ſit vnicus & ſero natus, ac contra: quales, ſi præcipue vtrunque pariter eueniat, præ reliquis amantur. Quod cum non expenderent, τηλύγετον, μονογενῆ, Heſychius ac Suidas, reddiderunt. Neque cogitabant, duos tales ab Homero poni. Vt Iliados E.

Βῆ δὲ μετὰ Ξάνθον τε Θόωνά τε Φαίνοπος υἷε,
Ἄμφω τηλυγέτω.

Et quis dubitat, quin Apollonius duo hæc diſtinxerit, cum de eodem dixit,

Ἀλλά ἑ τηλύγετόν περ ὅμως καὶ μοῦνον ἐόντα
Πέμπε.

Quid quod Pollucem & Caſtora idem, geminos gemellos, τηλυγέτους dixit?

Καὶ μὴν Αἰτωλὶς κρατερὸν Πολυδεύκεα Λήδη
Κάστορά τ' ὠκυπόδων ὦρσεν δεδαημένον ἵππων
Σπάρτηθεν· τοὺς δ' ἥγε δόμοις ἔνι Τυνδαρέοιο
Τηλυγέτους ὠδῖνι μιῇ τέκεν.

quanquam aliud ibi moliatur Scholiaſtes. Et quia in Sacris verſamur, tales Ioſephus ac Benjamin fuerunt: neuter vnigenitus, ambo autem τηλύγετοι. Quid quod vni ex vxore non vna, aut tempore diuerſo, duo filii, quorum alter μονογενὴς, alter τηλύγετος, dari poſſunt? Quo illud Heſiodi referre poſſis, Μουνογενὴς δὲ πάϊς σώζοι πατρώϊον οἶκον. Et, Γηραιὸς δὲ θάνοις, ἕτερον παῖδ' ἐγκαταλείπων. Vbi iſta opponuntur, quæ ταυτοδυναμοῦντα exiſtimabat noſter. quorum poſterius, cum non recte intelligerent interpretes Græci, ſpurium abſurdumque, aut, vt loquuntur ipſi, παρέγγραπτον καὶ ἀδιανόητον, dixerunt locum. Nam τηλύγετος, quem υἱὸν γήρως Helleniſtæ dicunt, is eſt, qui patre naſcitur ſene. qualis, vt jam dixi, Ioſephus fuit, quem tot fratres habuiſſe conſtat. quod in vnigenito non habet locum: qui ſi ſolus, vnigenitus, ſi vnigenitus, & ſic eſt ſolus: quemadmodum τηλύγετος, ſi fratrem habet, jam non vnigenitus. At quis ferat, aut in Deo Patre ſenectutem, aut quæ iſtam comitatur, ſeram generationem: aut in Filio, eorum quicquam, quæ hac voce includuntur: cum & ſolus, & vt ſolus, ita genitus ſit ab æterno, neque æterna minus generatio illius ſit quam ipſe. Cyrillus Hieroſolymitanus, Τὸν δὲ πάλιν ἀκούων, μὴ νομίσῃς θετὸν, ἀλλὰ φυσικὸν υἱὸν, μονογενῆ, ἀδελφὸν ἕτερον οὐκ ἔχοντα. διὰ τοῦτο γὰρ καλεῖται μονογενὴς, ὅτι εἰς τὸ τῆς θεότητος ἀξίωμα καὶ τὴν ἐκ πατρὸς γέννησιν ἀδελφὸν οὐκ ἔχει. Rufinus Interpretatione Symboli: *Ne forte putes, quod humana iſta vocabula, terrenum te aliquid doceant, ideo ſubjungit, Vnicum hunc eſſe Filium Dei, Dominum noſtrum. Vnus enim de vno naſcitur: quia & ſplendor vnus eſt lucis, & vnum eſt verbum cordis. Nec in numerum pluralem defluit incorporea generatio, nec in diuiſionem cadit, vbi qui naſcitur nequaquam à generante ſeparatur.* Sed ad ipſam, de qua agimus hic, vocem, proprie videtur reſpexiſſe Auguſtinus: qui 20. Tractatu in Iohannem: *Et forte dicet aliquis, quia per multa ſæcula Deus in ſenectute ſuſcepit filium. Sicut pater ſine ſenectute, ſic filius ſine incremento. Nec ille ſenuit, nec ille creuit: ſed æqualis æqualem genuit, æternus æternum.* Quibus verbis ſemel hoc deciſum eſto. Non enim iſta ſcribo, vt Grammaticorum leuitate me inuoluam, ſed vt Sacras literas ab iis vindicem: tum, quid hac in parte ſit ſequendum, interpretibus oſtendam. quos, vt reuerentes, ita circumſpectos eſſe oportet. Non poſſum tamen, quin hoc addam: Nihil cauſæ me videre aut excogitare poſſe, quare vocem ab Eccleſia & in Symbolo receptam,

quam

quam non minus carminis lex admittebat, cum periculoſa ac ſuſpecta, aut ad minimum ambigua, mutarit. Saltem de Magni Baſilii conſilio hic cogitaſſet, qui Eunomium accuſat, ὅτι ῥήματα ἔξω τῆς χρήσεως ὄντα τοῦ θείου πνεύματος νομοθετεῖ. *quod voces S. Spiritui inuſitatas ſanciat.* Saltem cogitaſſet, voces primum à Scriptura ac deinde ab Eccleſia receptas, vel mutandas ideo non eſſe, quod aduerſus callidas hæreticorum fraudes aut ineptias, ex iis argumenta prudentiſſime antiquitas formauit ac deſumpſit: ideoque nihil temere mutaſſe. Quare, vt in Symbolo Apoſtolorum, ita in Gregorii Neocæſarienſis Confeſſione, quæ & apud Euſebium, ni fallor, legitur, vbi Pater *Pater Filii vnigeniti*, dicitur, & in Symbolo Nyſſeno apud Rufinum ac Socratem, itidem antiquiſſima, vbi Filius Dei, *natus de Patre vnigenitus*, & in Symbolo ad Damaſum, itidem antiquo, quod nonnulli D. Hieronymo aſſcribunt & in ejus legitur operibus, & in Epheſino Concilio, cujus in hanc rem & apud Cyrillum fit mentio, vbi Dominus noſter, *Filius vnigenitus*, & *Deus* dicitur *perfectus*, & in Decreto ejuſdem Synodi cum Anathematiſmis, à Cyrillo ſcripto, quod in Conciliis legitur, vbi *vnigenitus, hoc eſt, de ſubſtantia Patris*, item *Filius vnigenitus, Deus de Deo vero*, & in Confeſſione Leonis, quam Chalcedonenſis Synodus probauit, vbi *vnicus* vt in aliis *vnigenitus* dicitur, & in cæteris conſtanter, eam inuenies ſeruari vocem. Quemadmodum ex ea, alium non eſſe æterni Patris Filium, aduerſus eos qui jam olim Chriſti fratrem Spiritum vocabant, & ἀδελφοθεΐαν inducebant, efficaciter Cyrillus Hieroſolymitanus, vt & Epiphanius, & aduerſus Arium Eunomiumque, Filium non eſſe conditum, Theodoretus probat. quia, inquit, vnigenitus non amplius ſic erit. Idem enim, quod eſt ipſe, & quaſi ſoror ejus vniuerſa erit creatura. Οὔτε γὰρ κατὰ τὴν Ἀρείου καὶ Εὐνομίου βλασφημίαν, κτίσμα τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὀνομάζομεν. μονογενῆ γὰρ εἶναι φησὶν ἡ θεία γραφή· εἰ δὲ κτιστός ἐστιν, οὐ μονογενής, ἀδελφὴν γὰρ ἔχει τὴν κτίσιν, καὶ ἅπαντα τὰ τῆς κτίσεως μόρια· εἰ δὲ μονογενής ἐστιν, ὥσπερ οὖν ἐστιν, οὐδεμίαν ἄρα ἔχει πρὸς τὰ κτιστὰ κοινωνίαν· ὅτι δὲ μονογενής ἐστιν, αὐτὸς ὁ μονογενὴς ἐδίδαξε. ac deinde, hunc atque alium Euangeliſtæ laudat locum: in quibus ſi τηλύγετος reponas, perit vnitas de qua contendunt. Adde, quod μονογενὴς diuinæ eſt appoſitum naturæ. vt, cum paſſim, tum inprimis aduerſus Neſtorium, teſtantur veteres. ita enim τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ πατρὸς ὄντα λόγον, ad Iohannem Cyrillus exponit: qui & diſerte, τὸν ἐκ γυναικὸς καὶ τὸν μονογενῆ, conjungit ſimul ac opponit. Τίνος εἶναι, inquit, φαμὲν ἴδιον πατέρα τὸν θεόν; ἄρα τοῦ ἐκ γυναικὸς ἀνὰ μέρος τι καὶ ἰδικῶς νοουμένου, ἢ τοῦ μονογενοῦς; Idem alibi, ἐκεῖνον Νεστόριος μὲν ἀναιρεῖ εἰς ἅπαν τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν. Ac propterea Neſtorius, vt θεοτόκον S. virginem negabat, ita τοῦ μονογενοῦς negabat eſſe matrem. Damaſcenus, οὐκ εἶπε διὰ γυναικὸς, ἀλλ' ἐκ γυναικός. ἐσήμαινε δὲ ἐν τούτῳ, ὡς αὐτός ἐστιν ὁ μονογενὴς υἱὸς θεοῦ, καὶ θεὸς, ὁ ἐκ τῆς παρθένου γεγεννημένος. & ſic ſemper de diuinitate omnes. At τηλύγετος humanæ eſt appoſitum naturæ: quod & ὀψίγονος exponitur. quomodo, vt ante diximus, Ioſephus, qui, jam ſene patre, ſero erat natus, non μονογενὴς Iacobi, ſed τηλύγετος dicendus erat. qui בן זקנים Gen. 37. 3. dicitur: quem υἱὸν γήρως Helleniſtæ, בר חכים, hoc eſt, *ſapientem, filium*, Chaldæi dicunt. vel quod patres, tales magis ſapere arbitrantur, quia magis amant: vel quod à prudentia parentum, quæ tum major eſt, nonnihil trahere putantur: ſi quando autem aliter, non ex ſignificatione vocis, ſed ex accidenti vſurpatur. Quemadmodum ὀψίγονος ſic vſurpari poteſt: quod, qui ſero & in ſenectute patribus naſcantur, ſoli ſint, nec eos alii ſequantur: quod Grammatici docere poſſunt. Vt nec proprie nec aliter de Deo vſurpari poſſit: cum in deitate, nihil ſero natum, nihil ſit poſterius. de quo & notum axioma illud, ὅτι οὐδὲν ἐν τῇ ἁγίᾳ τριάδι ἐπείσακτον, ὡς πρότερον μὲν οὐχ ὑπάρχον, ὕστερον δὲ ἐπεισελθόν· οὔτε γὰρ ἐνέλιπέ ποτε υἱὸς πατρί. Hoc eſt, *Nihil in Sacra Trinitate aduentitium, quaſi prius non eſſet ac mox adueniſſet: ſiquidem nec Patri*

vnquam defuit in iſta Filius. Et hic vſus tam antiquus, vt interpres Pentateuchi Hieroſolymitanus, vocem יחידי, hoc eſt, μονογενὴς, de Deo Verbo, ſiue Filio, ad illum locum, *Ecce Adam ſicut vnus è nobis factus eſt*, vſurparit. Et dixit, inquit, *verbum Iehouæ, Ecce Adam, quem creaſti, eſt vnigenitus in mundo, ſicut ego vnigenitus in cœlis excelſis.* Adde quod & Iſaacum τὸ μονογενῆ, typum Seruatoris noſtri ſtatuunt antiqui. quem ἰεοὺδ, à Phœnicibus vocatum, ex Sanchuniathone, qui eorum conſcripſerat hiſtoriam lib. De Præparat. Euangelica primo Euſebius notauit. Ἰεοὺδ, dico, quod יחיד Chaldæi. Adde quod in nomen hoc, quod miror obſeruatum hactenus non eſſe, baptizatus eſt Dominus. Nota enim verba ſunt, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα. hoc eſt ὁ μονογενής. B. Hieronymus ad 12. Zachariæ, *Vnigenitus dicitur, propter naturæ proprietatem, primogenitus, juxta Apoſtolum, ex mortuis reſurgentium. Pro vnigenito* ἀγαπητὸν, *id eſt, chariſſimum, Septuaginta tranſtulerunt. De quo in Euangelio legimus, Hic eſt filius meus chariſſimus, in quo mihi complacui.* Proprium autem Helleniſtis eſſe hoc, vt vnigenitum ἀγαπητὸν dicant, fuſe alibi probamus. ſed & alios ita locutos, vt Homerum: qui Aſtyanactem, Ἑκτορίδην ἀγαπητὸν, ἀλίγκιον ἀστέρι δίῳ, dixit. vbi Gloſſator, ἀγαπητὸς, μονογενής. de quo alibi, vt dixi. quemadmodum nec Helleniſtas, de quibus nunc agimus, aliter paſſim (vt Ieremiæ 6. ℣ſ. 26. Zachariæ 12. 10. Amoſi 8. 10. aliiſque locis) τὸ μονογενὲς, ſiue, τὸν μονογενῆ, expreſſiſſe. Et quis furor eſt, cum ipſam vocem, pro qua tanta bella Chriſtianis ſunt bellata, ſed & quam ita petulanter Arius ac Ariani arroſerunt, adeo, vt, teſte Theophylacto, *vnigenitum* vocari vellent, quod à Patre factus ipſe ſolus ac creatus, reliqua ab eo eſſent, ejus loco ſubſtituere eam, quæ quemadmodum naturam hominis, ita ejus denotat infirmitatem: *ſero generare*, ſcilicet, *ac generari.* Quam ſi alibi in Sacris inueniſſet Arius, nemo facile illud, ἦν χρόνος ὅτε οὐκ ἦν, è manu ei extorſiſſet. hoc enim ipſum eſt τηλύγετος. Sane μονογενὴς eſt ὁ πρὸ χρόνων: qui, παλαιὸς τῶν ἡμερῶν, à viro deſideriorum dicitur, hoc eſt, *Deus*: τηλύγετος, autem, ὁ ἐν χρόνῳ, id eſt, *homo*: quod nihil ad hoc quod exponit. Quare nec mutare quicquam debuit. Quædam enim voces ſunt Eccleſiæ, non noſtræ: in quibus nihil nobis quoque juris. Quod cum Philoſophi in ſuis non ferant, nec in Eccleſiaſticis ferendum eſt. Adde, quod hanc vocem nota propria Cæſarius & alii Theologi notarunt, cum in ea σχέσιν, ſeu, relationem, ponunt. qui hanc ejus propriam, atque illi conuenire ſciſcunt, cujus Pater Deus: quem ex ipſa voce & diſtingui & intelligi. quod profecto locum in τηλύγετος non habet: vt omittam, nomen proprium Theodoreto dici. Quod, vt alii, quos ſupra annotauimus, haud pauci loci, in quibus cum eâdem, qua vſus fuerat Euangeliſta, vti voce, nihil reluctante metri lege, poſſet, in diuerſa abiit, atque, ex compacto quaſi, eas mutauit, Ario & Ariomanitis fauiſſe, quos alibi χριστομάχους dixit Athanaſius, mirifice perſuadet nobis.

℣ſ. 27. Iam quid ſibi voluit, cum capite ſequenti, Petrum, Sanctiſſimum Apoſtolum ac maximum heroem, θρασὺν dixit? Οὐδέ μιν εἶργε Πέτρος ἀπὸ θράσους. Quod plerunque gloriæ, & quidem putidiſſimæ, tribuitur. vnde Thraſones: quos *audaces* Horatius dixit. Quo nomine, & Euangeliſtam noſtrum alibi indigitat. idque eo loco, qui omnino alienus ab hoc attributo: cum, nempe, pectori incumbit Domini. vbi ille, ὁ δὲ θρασὺς ὀξέι παλμῷ, Στήθεσιν ἀχράντοισι πεσὼν πεφιλημένος ἀνὴρ Δαιμονίου βασιλῆος. cap. 13. Fuit igitur, hoc judice, θρασύτης, ſeu temeritatem ſeu ambitionem dicas, quod dilectus Domino præ cæteris, Sanctiſſimo illius, ex amoris priuilegio, inhæſit pectori: vnde & φίλος ἐπιστήθιος, à Græca dicitur Eccleſia. Quanto autem melius illorum Liturgiæ: quæ, πεποιθότα, non θρασυνόμενον, feciſſe hoc dicunt. Saltem cogitaſſet, Iudæ id appoſitum ſe aſſignaſſe: de quo, Υἱὸς Ἰακώβοιο καὶ οὐ θρασὺς Ἰσκαριώτης. cap. 14. ℣ſ. 22. dixit. quem θρασύχειρα καὶ αὐθάδη Cyrus Theodorus dixit.

dixit. Quid autem, cum duobus Sanctiſſimis viris, Beato Petro ac Ioanne, commune Apoſtata ac proditor habere potuit? quare nec eodem appoſito ac ne quidem aliter accepto, notandi erant. Pergamus. Imprudenter, cum ex vrbe Sancta Dominus poſt habitum cum Nicodemo colloquium, εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν, veniſſe dicitur, (Μετὰ ταῦτα ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὴν Ἰου- vſ. 22.
δαίαν γῆν, inquit Euangeliſta) terram Iudæorum, *peregrinum domicilium*, (ſeu quocunque modo τὸ ἐναύλιον interpretari libet) nuncupauit, quaſi non aut Bethlehemi eſſet natus, aut non in Iudæa Bethlehemum eſſet, nec in Matthæo ſaltem aut Propheta, *Et tu Bethlehem, terra Iuda*, legiſſet: quaſi temere denique ab eodem Propheta, *Ex te egredietur mihi, qui paſcet populum meum*, eſſet dictum: aut ab Apoſtolo, *Ex Iſraëlitis Chriſtum eſſe quod ad carnem*: aut ab ipſa Veritate denique, *Salutem ex Iudæis eſſe*. Verba ejus hæc ſunt:

Καὶ θεὸς αὐτόθι μίμνε σὺν ἀντιθέοισι μαθηταῖς
Ναιετάων ὀθνεῖον ἐναύλιον.

ὀθνεῖον autem, ἀλλότριον, ἀλλοεθνὲς, ξένον, ἀλλοφυὲς, interpretantur veteres. Porro quidam cum non caperent, quo pacto poſt diuinam Domini cum Nicodemo diſſertationem, quam in ipſa vrbe habitam fuiſſe conſtat, in Iudæam illinc contuliſſe ſe dicatur, prius iterum in Galilæam, atque ex Galilæa aliquo poſt tempore in Iudæam rediiſſe volunt. Inter quos eſt, qui notat, *Dicit autem* poſt hæc: *non quod continuo poſt diſputationem cum Nicodemo, quæ facta eſt Hieroſolymis, ſed peracto ſpatio temporis de Galilæa in Iudæam rediit*. Quam ſententiam ſecutus eſt & noſter. At Theophylactus, μέχρι μὲν ἡ ἑορτὴ τοῦ πάσχα συνίστατο, ἐν Ἱεροσολύμοις ἦν ὁ Ἰησοῦς· ἐπεὶ δὲ παρῆλθεν αὕτη, ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν γῆν, καὶ πλησίον τοῦ Ἰορδάνου διέτριβεν. quæ ad verbum ante eum maximus Chryſoſtomus. Neque nouum ſane, ex Iudæorum vrbe, in eorum terram, hoc eſt χώραν, veniſſe. contra quam cap. 11. com. 55. Euangeliſta noſter: qui, καὶ ἀνέβησαν πολλοὶ εἰς Ἱεροσόλυμα ἐκ τῆς χώρας, cum, ἐξ Ἱεροσολύμων εἰς τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν veniſſe Dominum hic velint. ibi autem & noſter, χώραν, γαῖαν, ſiue γῆν, interpretatur. Cum enim Euangeliſta dicat, καὶ ἀνέβησαν πολλοὶ εἰς Ἱεροσόλυμα ἐκ τῆς χώρας, ille

ἀπ' εὐρυάλοιο δὲ γαίης
Πολλοὶ Ἰουδαίων ὁμοτέρμονες ἄνδρες ἐρήμου
Μυστιπόλων ἀνέβαινον ἐς ἕδρανον Ἱεροσολύμων.

Et Matthæus nono, εἰς ὅλην γῆν ἐκείνην. &, ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ἐκείνῃ. hoc eſt, χώρᾳ. Nam hic nodus vere eſt in ſcirpo: in quo tamen viri maximi ſe torquent. Quid autem cauſæ fuiſſe dicemus, quod Salim, vrbem, βαθυκύμονα haud multo poſt, dixit? Vbi

Ὕδατι βαπτίζων βαθυκύμονος ἐγγύθι Σαλείμ.

quaſi fluuius, aut mare potius, non vrbs eſſet: aut quaſi Ænon, vbi bapti- vſ. 23.
zaſſe dicitur, idem quod Salim, aut Salim quod Ænon eſſet: aut quaſi fluuius, in quo baptizaret Iohannes, quod optime fit in tranquillo, βαθυκύμων ideo dicendus eſſet. Quod ſi locum à commoditate ac copia aquarum, quod videtur magis, ita commendauit, quia ſequitur, ὅτι ὕδατα πολλὰ ἦν ἐκεῖ, maximum tumorem καὶ ἄκυρον incurrit. Nulla enim ibi κύματα, quæ maris eſſe quiuis nouit. vnde & βαθυκύμων Oceanus caſtigatiſſimo poëtæ Dionyſio Periegetæ dicitur. à quo iterum arguitur, non terræ, verum mari, attribuendum id fuiſſe. Vt vt ſit, non tam oppidi, cujus prætermiſit nomen, quam maris attributum vrbi aſſignauit vicinæ: cum Euangeliſta, ſolam, quæ ibi eſſet, vel commoditatem aquæ vel abundantiam notarit. quod ſi & noſter voluit, cum vrbem, de qua egimus, ita vt diximus jam, celebrauit, nihil erat opus, vt hoc iterum repeteret, cum ait,

Κεῖθι γὰρ εὐρυπόροιο κυλινδομένου ποταμοῖο
Χεύμασιν ἀενάοις κυμαίνεται ἄφθονον ὕδωρ.

De Salim quoque & Ænone nota ſunt, & omnium in manibus, quæ veteres notarunt. Vt in re tam obuia, vix error patrocinium inueniat.

Cap. V.

Iohannes Baptiſta Eliæ imitator. Veſtis Eliæ: veſtis Ioannis. μηλωτὴ, ζώνη δερματίνη. *Melota &* ζώνη *quibuſdam eadem. Zona mortificationis Hieronymo.* Λάσιος χιτὼν *Nonni. addereth ſimpliciter quæ. addereth ſehar.* δορά. *Veſtis* ἀπὸ τριχῶν καμήλου, *&* χιτὼν λάσιος, *diuerſa. Tunica pellicea, & hirta. Ejus in pænitentia vſus. Aliud* λάσιον, *aliud* τρίχινον. *item* χιτὼν *talis aut talis. Hebræorum Sac. Cilicium.* Στολὴ *&* σάκκος *oppoſita.* Στολὴ *Chaldæorum. Patriarchalis Saccus purpureus in pænitentia. Cilicia. & vnde dicta. Chaldæorum cilci, vnde cilicium.* λεπτοφυὴς χιτών. λεπτοφυῆ *quæ. conjectura in loco Nonni.* λεπτοϋφῆ *quæ.* λεπτολάχανα. ψιλά. *Iacobus* φυτοεργός. *Iacobus habitator tentorii, & quare. Idem* οἰκῶν οἰκίαν *ab Helleniſtis dictus. Idem miniſter eruditionis Chaldæis dictus. & quare. Domus doctrinæ. Tabernaculum Synagogæ ac templi typus.* ἐν σκηνῇ τρέφεσθαι *Græcis quid. Quare* ἀμπελόεν πεδίον *Iacobo tribuatur. Sichar à ſchecar.* τὸ σίκερα *vino interdum opponi. voces* φρέαρ *καὶ* πηγὴ *ex Hebræo vſu. Nonno* ἰλυόεν φρέαρ, *puteus Iacobi.* ἕδος τηλεπόρος, *ἑτερόποις Ἰάκωβος.* ὅρκιον ὕδωρ, *&* ἄρκιον. φρέαρ ὁρκισμοῦ *&* ὅρκου. Βεερσαβεέ. *Ridicula autoris* ἀλογιστία, *cum* λοιβὴν κεραελκῆ *dixit.* λοιβὴ, χύσις, σπονδή. *neſech. Nonni* ἀδολεσχία *caſtigata. Galilæi* φιλόχριστοι, φιλόστοργοι, *& vtrum recte, ab eo dicti.*

NOn ſine graui cauſa à Chryſoſtomo ad tertium Matthæi, facundiſſime notatur, virum Sanctiſſimum Iohannem Præcurſorem ac Baptiſtam, de cujus vitæ grauitate, auſteritate, &, vt Græci melius, σκληραγωγία, ibi diſſerit, in omnibus dediſſe operam, vt virum Sanctiſſimum Eliam Thiſbiten referret. cui vt veſtis loco μηλωτὴ tribuitur non ſemel, ita inter notas ejus ζώνη δερματίνη ponitur. Notus enim locus ille, Ἀνὴρ δασὺς, καὶ ζώνη δερματίνη περιεζωσμένος. qui cultus, iis qui quotidie in vrbibus ac agris oberrabant, maxime accommodatus erat. vnde Sancto Petro quoque ac Paulo, talem idem maximus vir tribuit. Atque hæc vna erat, inquit, cauſa. Secunda, διὰ τὸ καλλωπισμὸν ἅπαντα καταπατεῖν, καὶ σκληραγωγίαν ἀσκεῖν μελετᾶν. *quod molliciem & luxum omnem, ſed præcipue in cultu, abdicarent.* Quid ſibi ergo noſter voluit, qui zonam quidem penitus omittit, togam autem, ſiue malis, tunicam λεπτοφυῆ viro Sanctiſſimo attribuit? Non multo
vſ. 26. enim poſt, ſequitur,

ἐμειλίξατο δ' ἣ μύθῳ
λεπτοφυεῖ λασίῳ πεπυκασμένον ἄνδρα χιτῶνι.

Cum quo cultu, ſimul & τὸ ἀπὸ τριχῶν, quod eidem tribuitur, καμήλου ἔνδυμα, καὶ ἡ δερματίνη ζώνη, vehementer pugnant. Pugnat magnum illud Seruatoris noſtri de Iohanne ejuſque cultu teſtimonium: Ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; ἰδοὺ οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες, ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων εἰσίν. Ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; ἄνθρωπον λεπτοφυεῖ ἠμφιεσμένον χιτῶνι; vt talem neget Iohannem. Quanquam autem longe aliud ἔνδυμα, aliud ſit ζώνη, fuerunt tamen Critici, qui, quod de melota legerant Eliæ, ad pelliceam referrent zonam. Suidas, Μηλωτὴ, ζώνη ἐκ δέρματος. Non doctiſſimus Chryſoſtomus: qui in Sanctiſſimo Elia, τὸ ἱμάτιον, quod ἔνδυμα vocatur in Baptiſta, & τὴν ζώνην, manifeſte diſtinguit. Ἀλλὰ τίνος ἕνεκα, φησι, καὶ ζώνης μετὰ τοῦ ἱματίου ἐχρῆτο; ἔθος τοῦτο τοῖς παλαιοῖς ἦν, πρὶν εἰς τὸ μαλακὸν τοῦτο καὶ διαρρέον σχῆμα ἐξελθεῖν. οὕτω γοῦν καὶ ὁ Πέτρος φαίνεται ἐζωσμένος, καὶ ὁ Παῦλος· τὸν γὰρ ἄνδρα, φησὶν, οὗ ἐστιν ἡ ζώνη αὕτη· καὶ ὁ Ἡλίας δ' οὕτως ἦν ἐσταλμένος, καὶ τῶν ἁγίων ἕκαστος. *Cur autem, inquit, zona cum ſuperiori veſte vtebatur? Vſitatum id antiquis, priuſquam ad mollem*

hunc & diffluentem quaſi habitum perueniretur. Ita ſane & Petrus, fuiſſe cinctus videtur & Paulus. Virum enim, cujus hæc eſt zona, inquit. vide Actor. 21. 11. *Sed & Elias ſingulique è Sanctis cultu hoc vſi.* Vnde & *cingulum mortificationis* B. Hieronymo dicitur. At cui viro? quem in iſtis nihil fere latuit. qui haud dubio meminerat, Gallos quoque, caſtigandæ juuentuti ea vſos. Vnde Strabonis illud: ἴδιον δὲ καὶ τοῦτο· ἀσκεῖν γὰρ αὐτοὺς, μὴ παχεῖς εἶναι μηδὲ προγάστορας· τὸν δὲ ὑπερβαλλόμενον τῶν νέων τὸ τῆς ζώνης μέτρον, ζημιοῦσθαι. *Id quoque illi*, inquit, *genti eſt proprium, exercere ac caſtigare juuentutem. ne aut pingues plus æquo eſſent, aut ventre prominerent. Eum autem qui præſcriptum zona excederet modum, mulctari.* Et profecto, aliud eſt ζώνη δερματίνη 4 Reg. 1. 8. aliud μηλωτὴ, ejuſdem libri cap. 2. comm. 8. & 13. eodemque capite non ſemel. quæ Hebræi diligenter inter ſe diſtinguunt: aliud χιτὼν λάσιος, qui hic tribuitur Iohanni. quanquam μηλωτὴ, & tunica & chlamys, & nonnunquam pallium, reddatur. Hebræa autem vox, & dubiæ ſignificationis & diuerſæ, ac plerunque Regiam illius generis deſignat veſtem. Atque hinc nomen ſane illi: à magnificentia, nimirum, & ſplendore. Quod cum Hebræorum Critici viderent, vocem illi addiderunt. Nam aut *addereth Sinear*, aut *ſehar* dixerunt. quorum illud Babylonicum & ſummi precii, alterum piloſum, ſeu villoſum notat. Quali veſte quod initio Prophetæ veri, vt videtur, aliquando vterentur, falſi quoque, vt populo ſe commendarent, id ſecuti. Vnde, quemadmodum philoſophis à Luciano τρίβων, abolla Cynicis peculiariter tribuitur à Martiale, ita veſtem ejuſmodi pſeudoprophetis Zacharias tribuit. quem χιτῶνα λάσιον vocare poſſis. Helleniſtæ δέῤῥιν τριχίνην (neque ſatis, niſi fallor, recte) reddiderunt: Cum Eliæ, quem Baptiſtæ Præcurſorem volunt, nuſquam λάσιος, quod ſciam, χιτὼν tribuatur. cui ne Helleniſtæ quidem quicquam præter μηλωτὴν dederunt. quemadmodum nec vſquam illi *addereth* quod *ſehar* dicitur, ſed *addereth* ſimpliciter, (quæ vox ambigua) tribuitur. In quo Helleniſtæ ſic luſerunt, vt nonnunquam quoque, cum ſimpliciter vox ea vſurpatur, δορὰν reddant. vt Micheæ 2. 8. Vbi, cum Propheta, eam populi improbitatem eſſe conqueratur, vt ornamenta ſua pauperi eripiat, iiſque pallium, vt Plautus loquitur, detexat, τὴν δορὰν ἐξέδειρεν, dixerunt: quaſi de villoſa tunica aut pallio agatur: cum non aliud quam אדר inueniſſent. Sed & error ſane eſt idioticus, quod vbi δερματίνη tribuitur Eliæ ζώνη, ibi quoque λάσιον eidem quidam tribui exiſtiment χιτῶνα. quia בעל שער, quod eſt λάσιος, non λάσιον χιτῶνα ἔχων dicitur. quod Chaldæi pariter & Helleniſtæ, δασὺς, at non δασυχίτων, interpretati ſunt. Vbi enim agitur de habitu ac notis maximi illius viri, ita ſcribunt: Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς, τίς ἡ κρίσις τοῦ ἀνδρὸς τοῦ ἀναβάντος εἰς συνάντησιν ὑμῖν, καὶ λαλήσαντος πρὸς ὑμᾶς τοὺς λόγους τούτους; καὶ εἶπον, ἀνὴρ δασὺς, καὶ ζώνη δερματίνη περιεζωσμένος τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ. Καὶ εἶπεν, Ἠλίας ὁ Θισβίτης οὗτος. Et Ioſephus lib. 8. τοῦ δὲ βασιλέως σημαίνειν αὐτῷ τὸν ταῦτα εἰρηκότα κελεύσαντος, ἄνθρωπον ἔλεγε δασὺν, καὶ ζώνην περιειλημμένον δερματίνην. Quid, quod ne Iohanni quidem χιτὼν λάσιος tribuitur? cui ἀπὸ τριχῶν καμήλου ἔνδυμα Matthæus dedit. quod & Marcus ſeruat, qui ἐνδεδυμένον τρίχας καμήλου ait. Locus alterius eſt: αὐτὸς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ. Quod profecto, veſtem, non hirſutam, aut pelliceam, ſed hirtam notat: quâ & οἱ μετανοοῦντες Iudæorum, & philoſophi, præſertim Stoici, plerunque vtebantur. qualem Catoni tribuit Lucanus.

Huic epulæ viciſſe famem, magnique penates,
Submouiſſe hyemem tecto: pretioſaque veſtis,
Hirtam membra ſuper, Romani more Quiritis,
Induxiſſe togam.

cui ſimilem Iohannis dicas tunicam, quam τῆς μετανοίας prædicator geſſit. quam & zona, *ſuper membra ejus*, vt Hebræi, בשרו, accinxit. quæ profecto

neque pellis, neque ex pellibus, ſed crinibus, contexta. Quare nec ſat circumſpecte, &, vt debuit, Cathem. Hymno 8. Prudentius,

Poſt in patentes ille ſolitudines,
Amictus hirtis beſtiarum pellibus,
Setiſue tectus, hiſpida & lanugine,
Seceſſit, horrens inquinari & pollui
Contaminatis oppidorum moribus.

Qui, vt noſter, manifeſte λάσιον χιτῶνα illi dedit. Rectius Iuuencus,

Texta camelorum fuerant velamina ſetis,
Et zonæ pellis medium cinxere Prophetam.

verba enim Euangelii, à quibus defecerunt alii, ſecutus eſt. Quod Paulinus poſtea in carmine, quo hunc præconem ac legatum Regis noſtri celebrat, ſecutus eſt. qui,

Veſtis erat, curui ſetis conſerta cameli,
Contra luxuriem molles duraret vt artus,
Arceretque graues compuncto corpore ſomnos.

Longe autem aliud eſt λάσιον & τρίχινον: χιτὼν item λάσιος & τρίχινος. Cujus, non illius autem generis, Hebræis שק, *ſac*, *ſaccus*, quem pœnitentes induebant: *cilicium* Latinis. Vt cum Ionæ 3. 6. Rex, qui pœnitebat, περιείλετο τὴν στολὴν αὐτοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ ἐνεδύσατο σάκκον, καὶ ἐκάθισεν ἐπὶ σποδοῦ. Vbi στολὴ ab Hebræis eo nomine vocatur, quo Eliæ pallium, ſiue chlamys dicitur. ita vt τὸ *Sinear*, quæ, precioſa, ſeu ſubtiliter contexta, intelligatur: quæ & ψιλὴ iis dicitur. quam & Chaldæi Græca voce exprimunt plerunque: qui & ipſi literis iiſdem prope, aut paululum deflexis, *ſtolam* dicunt. Quæ exuta autem hac induebatur veſtis, τρίχινος, non λάσιος profecto χιτών. qui vt corpus, nempe, pungeret ac exerceret; ita animum ad pœnitentiam ac corporis ſubactionem (quæ præclare ἀσαρκία à Gregorio in laude Cypriani Martyris vocatur) excitaret. Ex quibus & *Patriarchalis* forte *ſaccus* : quem ex purpura, quod mœſtum eo tempore hunc colorem judicarent, etiam jejuniis, ſeu, ταῖς νηστείαις, Patriarcha induebat. De quo videatur vir Clariſſimus ac optime de literis his meritus, Iohannes Meurſius, hac voce, in Gloſſario, quod Græcobarbarum inſcripſit. Iſidorus, *Cilicia Arabes nuncupant velamenta pilis caprarum contexta*, ex quibus ſibi tentoria faciunt. Varro nomen à Cilicibus deducit: cum à voce potius Hebræa aut Chaldæa ortum videatur. Nam quemadmodum Heroës veteres, qui ab Homero celebrantur ac Virgilio, caput puluere in luctu imbuebant, ſic in terram ſeſe Hebræi proſternebant. Vt cum, ægro filio, ἐπὶ τῆς γῆς ἐκυλίσθη (ita enim Helleniſtæ, pro quo in nonnullis nunc ηὐλίσθη legitur) ibi Regius Propheta ſe prouoluit. quod קלק dicitur: à quo קלק, *cilci*. quod in recentiorum Gloſſis, *cilicium* exponitur. Quare fruſtra λάσιον χιτῶνα tribuit Iohanni. qui ad frigus depellendum aut molliciem accommodatior: cum ἀσκητικὴ καὶ μετανοητικὴ hic deſcribatur veſtis. Sed quid voluit, vt ante dixi, cum eandem tunicam λεπτοφυῆ dixit? Quod eſt *addereth*, vt ibi quoque monebamus, *Sinear*; veſtis Babylonica ac precioſa. cum ne quidem *addereth*, quam *ſear* dicunt, ſiue pellibus ſuffulta, quod jam ante dixi, recte illi tribuatur. Sed juuemus virum eruditum, nec de Sacris, vt quidem ratio tum temporum ferebat, male meritum. Quid ſi potius λεπτοϋφῆ ſcripſit? Vt λεπτοϋφῆ, τὰ κακοϋφῆ καὶ ἁπλῶς ὑφασμένα, quæ leuiter viliſſimeque contexta ſunt, dicantur. ſicut *tenue* vtroque modo à Latinis vſurpatur: etiam, vt λεπτολάχανα in Aſcetarum victu. Quanquam Græculi, qui prorſus vltimi ac ſequioris æui ſunt, quæ λεπτοφυῆ dicuntur, ψιλοκαμωμένα, lingua ſua reddidêre. qui hac voce, ea quæ accurate texta, &, vt ipſi quoque loqui ſolent, τὰ λεπτοσκευασμένα, quæ & ψιλὰ abſolute aliis, denotant. Vt vt ſit, vehementer ſe inuoluit. Manifeſte enim pugnant, τὸ λεπτοφυὴς καὶ τὸ πεπυκασμένος: veſtis item ex

crinibus cameli, ſiue camelorum, quam Euangeliſtæ tribuunt Iohanni, & ὁ χιτὼν ὁ λάσιος. Interim in animo, cum hac confuſione, ejus veſtis habuit deſcriptionem, vere ἀσκητικὴν & pœnitentiæ accommodatam, quam vt Helleniſtæ μηλωτὴν dixerunt, ita quidam ex Hebræis, monachis attribuunt. hoc eſt, *addereth* Eliæ. In Hiſtoria Samaritanæ cum legitur, CAP.

ὅπη φυτοεργὸς Ἰακὼβ IV.
Ἀμπελόεν πέδον εἶχε, ℣ſ. 5.

imaginarium eſt, & ex eo quod ſequitur petitum, quod Iacobum φυτοεργὸν hic nuncupauit: qui habitaſſe in tentorio à Sacro dicitur ſcriptore. *Eſau*, inquit, *venandi gnarus, & homo agricola: Iacob autem vir ſimplex habitabat in tentoriis.* Vbi quod Eſauo tribui videtur, autor noſter tribuit Iacobo. quanquam, non agricola, ſed, vt ibi erudite Senes Helleniſtæ, potius ἀγροῖκος dicitur Eſauus. At Iacobus qui τῶν σκηνῶν οἰκιστὴς ad verbum dicitur, οἰκεῖν οἰκίαν illis dicitur. quia pecuariæ intentus erat: quæ, vt inquit Rex philoſophorum, *ſegnis maxime eſt & iners: vt quæ labore nullo è manſuetis vitam paret animalibus. Quia autem paſcuorum cauſa pecudes ſequuntur*, inquit, *etiam mutare locum ſæpius coguntur. Adeo vt viuam quandam exercere agriculturam videantur:* vt quæ non in plantis ſed in animalibus conſiſtit. quibus venatores protinus adjungit. Sed nunc ipſum audiamus. Οἱ μὲν οὖν ἀργότατοι νομάδες εἰσί· ἡ γὰρ ἀπὸ τῶν ἡμέρων τροφὴ ζώων, ἄνευ πόνου γίνεται σχολάζουσιν. ἀναγκαίου δ᾽ ὄντος μεταβάλλειν τοῖς κτήνεσι διὰ τὰς νομὰς, καὶ αὐτοὶ ἀναγκάζονται συνακολουθεῖν, ὥσπερ γεωργίαν τινὰ ζῶσαν γεωργοῦντες. Tales autem in tentoriis vixiſſe, quæ pro paſcuorum ratione transferebant, ſcimus. nihil enim ex antiquitate, & quæ de Nomadicis Geographi ſcripſerunt, magis notum. Et Geneſeos trigeſimo & tertio, illuſtrem hanc in rem habemus locum. vbi vulgo, *Et Iacob venit in Socoth: vbi, ædificata domo, & fixis tentoriis, appellauit nomen illius loci Socoth*, ſiue, *Succoth*, id eſt, *Tabernacula.* Vbi, καὶ Ἰακὼβ ἀπαίρει εἰς σκηνάς· καὶ ἐποίησεν ἑαυτῷ οἰκίας, καὶ τοῖς κτήνεσιν αὐτοῦ ἐποίησε σκηνάς. διὰ τοῦτο ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου, Σκηναί, Helleniſtæ habent. Quod Chaldæi cauſa annotandum, qui, *miniſtrum eruditionis*, ſiue, *domus doctrinæ*, eum vocat. quod durum Fagio videtur ac Mercero; cum Iudæos ipſe in hac ſententia verſari notet. Mihi dubium ſane non eſt, quin ita locum hunc acceperint Chaldæi, quaſi κατὰ πρόληψιν ad σκηνὴν μαρτυρίου, in qua præſens erat Dominus, alludat. De quo equidem non dubitabit, qui præclarum Exodi trigeſimo & tertio, comm. 7. conſiderabit locum. vbi, cum de tabernaculo hoc iſtis verbis agitur, Καὶ λαβὼν Μωϋσῆς τὴν σκηνὴν, ἔπηξεν ἔξω τῆς παρεμβολῆς· καὶ ἐκλήθη σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου· καὶ ἐγένετο, πᾶς ὁ ζητῶν τὸν Κύριον, καὶ ἐξεπορεύετο εἰς τὴν σκηνὴν ἔξω τῆς παρεμβολῆς, eadem voce vtitur Chaldæus. qui, משכן בית אלפנא, id eſt, *Tabernaculum domus doctrinæ, vocauit*, ibi dixit. Sicut autem σκηνὴ μαρτυρίου, Synagogæ templique, quod Eccleſiam recipiebat, typus fuit, ita ejus præſidem Iacobum, ac per fidem adminiſtrum, jam tum fuiſſe, haud dubio ſignificauit. quare & Philo, οἶκον, καὶ αὐλὰς τοῦ Κυρίου, id interpretatus eſt. Cæterum, non σκηνὴν ſed οἰκίαν, Helleniſtæ, vt exiſtimo, interpretati ſunt: quod honeſte minus eam vocem vſurpare Græcos, non neſcirent. quippe qui, ἐν σκηνῇ τρέφεσθαι, de libidinoſis atque obſcœnis, aut quæ precio proſtituiſſent corpus, vulgo vſurparent. Theodoretus Præfatione libri, cui Περὶ τῆς αἱρετικῆς κακομυθίας inſcriptionem dedit: τὴν γὰρ καὶ νενομοθετημένην παρ᾽ αὐτῶν καὶ πραττομένην λαγνείαν, οὐδὲ τῶν ἐν σκηνῇ τις τεθραμμένων, ἀνάσχοιτ᾽ ἂν ἢ φράσαι, ἢ λεγόντων ἄλλων ἀκοῦσαι. τοσοῦτον ἀπολείπει καὶ τοὺς ἐπισήμους τῆς ἀσελγείας ἐργάτας. vbi quid ſit τρέφεσθαι ἐν σκηνῇ, *nutriri in tentorio*, aut, *ſcena*, vides. Iam ἐν τῇ φυτουργίᾳ, ſeu, plantarum cura, primum curæ vinearum, ſiue, τῇ ἀμπελουργίᾳ, aſſignari locum, vel ex Philone notum: qui & iſto titulo notiſſimum, & qui in omnium verſatur manibus, inſcripſit librum. Quare autem πεδίον ἀμπελόεν, agrum Sichemiticum, dixerit,

dixerit, cum forte alias adferre poſſem cauſas, eo noſtrum reſpexiſſe arbitror, quod Sichar (nam alluſionibus non raro delectatur) à poſterioribus vrbs dicta eſt: illud autem Græci quaſi à שכר, σίκηρ vel σίκερα interpretati ſunt. Atque id ſi voluit, in eo fallitur, quod σίκερα ex ſola vite putat fieri, cum à vino ſæpe diſtinguatur: vt Numer. 6.3. Mich. 2. 11. & alibi non ſemel. Vnde & illud, οἶνον καὶ σίκερα οὐ μὴ πίῃ. Ad quem locum Græci Patres, contra prorſus quam hic voluit, ὅτι σίκερα πᾶν τὸ μέθην ἐμποιεῖν δυνάμενον, λέγεται, πλὴν ὃν ᾖ ἐξ ἀμπέλου, *quicquid inebriat, excepto vino, aut quod naſcitur ex vite, Sicera* vocari, notant: cum in iis tantum locis, in quibus οἶνος καὶ σίκερα diſtinguitur, id locum habere poſſit. vt in illo, exempli cauſa, Lucæ primo, de quo ante dixi, & ſimilibus. quod antiquis impoſuit, cum notant, Σίκερα, οἶνος συμμιγεὶς ἡδύσμασιν, ἢ πᾶν πόμα ἐμποιεῖν μέθην δυνάμενον, μὴ ἐξ ἀμπέλου, σκευασθὲν ᾖ καὶ σύνθετον. Nam & vinum ea voce Hebræis denotari, nemo eſt qui neſcit, qui vel Thargum Chaldæorum obiter inſpexerit. Quod à Ioſepho, maximo ſcriptore, libro Antiquitatum ſecundo, de Barbaris dicitur, ὅτι ἐν τοῖς θρέμμασι τὸ παλαιὸν πᾶσα ἦν ἡ κτῆσις αὐτῶν, hoc eſt, *in pecoribus omnes conſtitiſſe illorum facultates*; de antiquis quoque Patriarchis, Iacobo vel inprimis, de quo ante agebamus, verum eſt. Porro, cum mirifice aridus ac ſiccus eſſet omnis Oriens, quanta ibi cura puteos vel foderent, vel quos fodiſſent, ab injuria ac vi defenderent, quaſi vtiles aut neceſſarii præ cæteris poſſeſſionibus ad pecuariam hi eſſent, nemo neſcit. Neque ignota ſunt, quæ in Abimelechi atque Abrahami, inprimis autem in Iacobi hiſtoria, de iis leguntur. Talis fuit puteus, ad quem diuinos illos cum Samaritana muliercula ſermones habuit Seruator noſter. quem nunc πηγὴν, nunc, ex vſu Hebræorum, φρέαρ, more Helleniſtarum, Sanctus autor dixit. Ita puteum, ad quem Rebecca famulo occurrit Abrahami, modo πηγὴν modo φρέαρ, Helleniſtæ interpretes dicunt. Vbi primo, καταβᾶσα δὲ ἐπὶ τὴν πηγὴν, ἔπλησε τὴν ὑδρίαν, καὶ ἀνέβη, deinde, καὶ ἔδραμε πάλιν ἐπὶ τὸ φρέαρ, quemadmodum varietatem iſtam in Hebræo inuenerunt, dicitur. quod cum eſſent putei; à puritate, vt videtur, fontes quoque dicerentur. diligenter enim lapide impoſito, & claudi & recludi denuo ſolebant. Qua de re videndum in Hiſtoria Iacobi vigeſimo Geneſeos & nono. niſi forte ex ſola linguæ ratione, ſiue, κατὰ τὴν διάλεκτον, vt dicebamus, ita eſt locutus. Noſter, quod interpreti vix conuenit, præterquam quod & ipſe modo πηγὴν modo φρέαρ dixit, ἰλυόεν quoque, id eſt, *lutulentum*, dicere audet. Ita enim loquitur,

Πηγὴ ὅπῃ βαθύκολπος. & deinde,
Φρείατος ἰλυόεντος ἀνήγαγε νέρτερον ὕδωρ.

Neque cogitabat, infra de Iacobo dici, καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ ἔπιε καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ. *& ipſe ex eo & filii biberunt*. Qui ingentem aut prolixam confecêre viam, τηλεπόρους vocant Græci. quod ita notum, vt nec pueri ignorent. Noſter ipſi viæ hoc appoſitum adjunxit. Ita enim ibidem:

Ibid. Κεῖθι δὲ τηλεπόροιο πεπαυμένος ἀτραπιτοῖο
Χερσὸς, ὁδοιπορίῃσι καμὼν ἀμπαύσατο μόχθου.

Et quandoquidem inter appoſita quoque participia Hebræi habent, hoc ſu-
℣ſ. 7. perioribus addatur: Deſultorium videtur, de Samaritana quod mox ait,

ἀειρομένην διὰ κόλπου
Ἠθάδα κάλπιν ἔχουσα,

hoc eſt, in ſinu hydriam geſtaſſe: cum Rebecca capite Geneſeos vigeſimo & quarto, ἐπὶ τῶν, vt Græci reddunt, ὤμων eam geſtet. quo non dubitandum aliquoties hoc capite alludi. Non ita multo poſt, in illo,

℣ſ. 12. μὴ ἀρσενόπαιδος Ἰακὼβ
Μείζων ἡμετέροιο πέλεις ζαθέοιο τοκῆος,

parum commode ἀρσενόπαιδα Iacobum dixit, vbi vrbis Sichem paulo ante facta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

facta eſt mentio. quemadmodum hæc omnia quæcunque hactenus perſequitur, ad eam geſta ſunt. De Dina ſaltem cogitaſſet: cujus ſtuprum tantam in hoc loco dedit ſtragem, vt ex eo ſolo vrbs nobilitata ſit. Aliud fuiſſet, ſi de tribubus egiſſet. tantum refert, quomodo loquaris. Atque hæc eſt fortaſſe cauſa (quanuis ſcio aliam ex Hebræorum ratione afferri poſſe) quare in recenſione liberorum hujus Patriarchæ, ea vix aut non recenſeatur. Sequitur:

Καὶ πίεν ἐξ αὐτοῖο πεδοτρεφὲς ἄρκιον ὕδωρ. Ibid.

vbi nonnulli ὅρκιον legerunt. Quod ſi Nonnus ſcripſit, ad באר שבע, quod modo Φρέαρ ὁρκισμοῦ aut ὅρκου, modo Βεερσαβεὲ vocare Helleniſtæ ſolent, reſpexiſſe videatur. vt intelligatur ille, ad quem Iſraël, cum in Ægyptum proficiſceretur, verſatus dicitur. Sed quid ille ad iſtum, qui Iacobi dicitur fuiſſe, & in Samaritano tractu locatur, cum Berſabee, ſeu Φρέαρ ὅρκιον, aut ὁρκισμοῦ, aut ὅρκου, Iſraëliticæ terræ limes ab Auſtro fuerit ac terminus; ex Abrahami ac Iſaaci rebus quam Iacobi magis celebratus? Et eundem tamen ἄρκιον vocari poſſe, ſi à dextra ad ſiniſtram transferatur punctum, norunt, qui his literis imbuti ſunt. vnde & *abundantiam* vulgatus vertit, quod in Græco ὅρκος legitur. Itaque ſublata difficultas erit, ſi, vt quidam, ἄρκιον legamus. niſi ignorantiæ id aſſcribendum. Quid volebat autem, cum pro verbis illis, Γύναι, πίστευσόν μοι, ṽ. 21.
ὅτι ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ οὔτε ἐν Ἱεροσολύμοις, προσκυνήσετε τῷ Πατρὶ, id eſt, *Mulier, crede mihi, venit hora, cum neque in monte hoc neque Hieroſolymis Patrem adorabitis*, dixit,

Αἵματι ταυρείῳ κεραελκέα ῥέζετε λοιβήν.

Quod interpretes, *Sanguine taurino cornibus tractam facietis libationem* reddunt. Primo enim, aliud eſt *adorare*, aliud *ſacrificare*. Et à verbis Domini non temere, præſertim hoc in loco, abeundum: ſaltem contraria & quæ diſerte pugnant non dicenda erant. cum enim ſacrificia aboleantur, noſter ea ponit. Sed ponamus, nihil hæc differre, & autorem noſtrum, quantum poteſt, tueamur. Quæro, quænam λοιβὴ hic κεραελκὴς dicatur. *Libatio quæ cornibus attrahitur*, interpretes reſpondent. Sed quid audio? vt victima cornuta, ſit libatio? Commendat Regius Propheta Pſalmo 69. 32. μόσχον κέρατα ἐκφέροντα, *vitulum cornutum:* ſed vt vitulum, ni fallor. At libationem, quæ ex vino, melle, cæteriſque liquidis fiebat, quis cornutam vnquam dixit? Quis Græcorum χύσεις, χοὰς, λοιβὰς, & σπονδὰς, quæ à fundendo aut libando dicebantur, victimas vocauit? Helleniſtæ Hebræorum נסך, χοὴν, σπονδὴν, plerunque; inſtrumentum quo fundebatur, modo κύαθον, modo σπονδεῖον dixerunt. Gloſſæ, *libamen*, λοιβὴ, σπονδὴ, χοὴ, נסך. Dauid 2 Sam. 23. 15. aquam Bethlehemi bibere cum poſſet, maluit libare. hæc eſt λοιβή. Æſchylus Tragœdiarum vnam, χοηφόρους, propter τὰς χοὰς, quæ ibi effunduntur, inſcripſit. quas & χύσιν χύτλον, & χέρνιβας ibidem, à liquore vocat. Et hæ veræ λοιβαί: non cornutæ tamen aut κεραελκεῖς, niſi inſanimus. Cæterum ponamus, ſanguinem taurinum, non, vt victimæ partem, ſed, vt λοιβὴν, hic conſiderari, quid cum cornibus illi? Quare, ſi eſt λοιβὴ, quomodo κεραελκής? & ſi κεραελκὴς, quomodo jam λοιβή? Sophiſticum ac plane intempeſtiuum eſt, quod, cum de adoratione in Spiritu & veritate, verbis caſtiſſimis diuinus autor agit, quorum vterque, quæcunque in ipſa ad ſuperſtitionem flectunt, altera, etiam antiquos omnes typos, quales erant victimæ & ſacrificia, à cultu ſeparat, vt recte interpretari locum hunc poſſis, noſter, neſcio quos corporis in adorando geſtus habituſque, imprudenter ac moleſtiſſimis appoſitis expreſſit. Nam cum ſimpliciſſime, vt ſolet, Sanctus autor, Ἀλλ᾽ ἔρχεται ṽ. 23.
ὥρα καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσκυνήσουσι τῷ πατρὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ· καὶ γὰρ ὁ πατὴρ τοιούτους ζητεῖ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν; ita noſter:

Ἀλλὰ σοφαῖς τελετῇσι θυηπόλος ἔρχεται ὥρη,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Καὶ νῦν ἄγχι βέβηκεν· ἀληθέες ὁππότε μύσται
Ξυνὸν ὑποκλινέουσι λιτήσιον αὐχένα γαίῃ,
Αὐχένα δοχμωθέντα καθελκομένοιο καρήνου,
Πάντες ἀληθείῃ τε πνεύματι· μυστιπόλους γὰρ
Τοίους ὑψιμέδων ἐθέλει θεὸς, οἵτινες αὐτοῦ
Ἀκροπαγῆ κάμπτουσι συνήορα γούνατα γαίῃ,
Πνεύματι θεσπεσίῳ καὶ ἀληθεῖ μάρτυρι φωνῇ
Ἐν δαπέδῳ πρηνηδὸν ἐρειδομένοιο προσώπου.

Vt in eo loco, in quo de ſimplici veroque ac ſpirituali cultu agitur, præter ineffabilem ἀδολεσχίαν & loquacitatem, nihil aliud quam ſuperſtitioſas ac Iudaicas geſticulationes, atque, vt loquitur Sidonius, *ceruicum humiliatarum & ſternacium hominum ſuſpiria*, commendare videatur. Quæ non leuis nec vulgaris ἀκρισία: in homine præſertim, qui vel Sacra docuit, vt quidam volunt, vel tractauit; certe interpretatus eſt. Quanto autem melius ſimpliciuſque hoc modo maximum autorem expreſſiſſet?

Αὐτὰρ παρμέμβλωκε, γύναι, καὶ ἐλήλυθεν ὥρη,
Πρόσπολοι ἡμέτεροι τε ἀληθέες ὁππότε μύσται,
Πνεύματι σὺν θείῳ καὶ ἀληθείης μετὰ μούνης,
Πατρὶ γόνυ κλινέουσι· μόνοισι γὰρ αἰθέρα ναίων
Εὐμενέει τοιοῖσδε, καὶ εὐχομένοισι φιληδεῖ.

Quæri itidem poteſt, quid in mentem illi venerit, vt Galilæos, modo φιλο-
vſ. 43. χρίστους, modo θεοστόργους dixerit. Paulo enim poſt in Samaritanæ Hiſtoria ſic legitur:

Καὶ πάλιν ἐς πέδον ἦλθε φιλοχρίστων Γαλιλαίων.

quos deinde, paulo poſt, θεοστόργους dixit.

Ἄσμενος ἑσμὸς ἔδεκτο θεοστόργων Γαλιλαίων.

quaſi nuſquam magis aut addictos ſibi aut beneuolos habuerit Dominus. De quibus tamen ipſa Veritas, *Prophetam nullum affici honore in patria*, pronuntiauit. item, *Væ tibi Chorazin, væ tibi Bethſaida*, &c. item, *Et tu Capernaum, quæ nunc ad cælum vſque elata es, ad inferos vſque deprimêris.* Cæterum vrſiſſe admodum antiqui hoc videntur, quod Matth. 26.32. Marci 14.28. à Chriſto dicitur, προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Lactant. lib. 4. cap. 20. *Profectus ergo in Galilæam (noluit enim ſe Iudæis oſtendere, ne adduceret eos in pœnitentiam, atque impios reſeruaret) diſcipulis iterum congregatis, Scripturæ Sanctæ literas, id eſt, Prophetarum arcana, patefecit, quæ, antequam pateretur, perſpici nullo modo poterant: quia ipſum paſſionemque ejus nunciabant.* Theophylactus, δεικνύων ἐντεῦθεν, ὅτι τὴν μὲν Ἱερουσαλὴμ ἐγκαταλείψει, εἰς δὲ τὰ ἔθνη ἀπελεύσεται· τὴν γὰρ Γαλιλαίαν ἐθνικοὶ κατῴκουν. Vnde & totum tempus à Paſcha ad Aſcenſionem, quod in Galilæa Dominus tranſegerat, Galilæam eſſe dictam, docti notarunt. Quæ, aut fallor, aut habere locum hic vix poſſunt. multo autem minus, φιλοχρίστους inprimis fuiſſe Galilæos.

Cap. VI.

Πέδον Καναναῖον. *Cananæus male pro Canæus. Cana Galilææ. Natura rei pro eſſentia.* φύσις ὕδατος, φύσις πυρός. φύσις *&* ὄψις *oppoſita. Aquæ* φύσις χιονῶπις *Nonno.* χιονοῦν, *niuare. Color aquæ: & ab ea ſeparabilis. color aquæ ex Nonni ſententia à Domino in vino mutatus. Intoleranda autoris in appoſitis luxuries.* νᾶμα οἰνωθὲν, *&* ῥέεθρον ἐρευθιόον, *pro vino.* χύσις οἴνου. χύσις φύλλων. χύσις, *de ſtellis. Origo vndæ Sedulio. origo, pro ſapore. origo, vnde primo res dicitur, quod Græcis* ἀρχή. *Aqua flaua Nonno. & quis proprius aquæ color. Color* αἴθοψ *quis. De flauo colore. is vnde & in quibus.* Ξανθὸν, *flauum modo, modo rubrum aut rubeum: eumque proprium vini colorem. pluſcula de eo. Hebræis ac Chal-*

dæis

dæis quomodo dicatur. Color albus, luce perfuſus. Colores mirifice à Græcis ac Latinis confuſi, ab Hebræis præſertim. Color quidam, & quæ de eo diſputant interpretes Hebræi.

NOn ita multo poſt Hiſtoriam Samaritanæ, quarto capite ita legitur, vſ. 46. ἦλθεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πάλιν εἰς τὴν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, ὅπου ἐποίησε τὸ ὕδωρ οἶνον. Quem locum ita noſter reddit:

Ἰησοῦς μὲν ἵκανε, καὶ ᾤκεεν αὐτόθι μίμνων,
Ἧχι πέδον Καναναῖον· ὅπῃ πάρος εἰς χύσιν οἴνου
Ξανθὸν ὕδωρ ποίησε, φύσιν χιονωτὸν ἀμείψας.

Vt omittam, excuſandum minime eſſe, quod, vt ſupra, ita hic, vrbem Cana, πέδον Καναναῖον dicat: quod, ſolum Palæſtinæ, ſiue, ipſa Palæſtina, erat: Cananæi enim Palæſtinæ incolæ fuerunt. Cum à Cana non Cananæus, niſi fallor, ſed Canæus fiat. quod Caninius quoque obſeruauit. itaque Canæum fuerat dicendum. adde quod non Cana abſolute ea, de qua agitur, ſed Cana Galilææ dicitur. Nihil porro tam eſt vſitatum, quam vt ipſa rerum, qua id ſunt, quod Ibid. ſunt, eſſentia, καὶ τὸ, vt loquuntur philoſophi, εἶναι, vulgo φύσις nuncupetur. Vt cum φύσιν ὕδατος, aut φύσιν πυρός, neque ſemel veteres, ac ipſe Rex philoſophorum, dixit: & in ſuis diſputationibus, τὴν φύσιν καὶ τὴν ὄψιν, Theologi opponunt. vt cum diſputant, Vtrum ne igneus, quo protoplaſti ſunt ejecti, gladius, φύσις πυρὸς fuerit an ὄψις. Theodoretus Quæſt. in Gen. Οὔτε οὖν ἡ φλογίνη ῥομφαία, φύσις ἦν πυρὸς, ἀλλ᾽ ὄψις τοιαύτη· οὔτε τὰ χερουβεὶμ ζῶα, ἀλλ᾽ ὄψις τοιαύτη. Noſter vero quid volebat, cum naturam aquæ, quæ reuera non in ſpeciem, hoc eſt, πρὸς δόκησιν καὶ φαντασίαν, ſed ſimpliciter ac vere, ab eo, qui ὑπερουσίως erat ὑπερούσιος, in vini mutata eſt ſubſtantiam, φύσιν χιονωτὸν nuncupauit? Sane φύσις (ſi loquendum ſit hoc modo) χιονέη, nix potius quam aqua erit. ſed & niuem, φύσιν ὑδατώδη potius, quam, aquam, φύσιν χιονέην aut χιονώδη, habuiſſe dicam. quia aqua, quæ ſimpliciter ſic dicta, nunquam nix fuit. quemadmodum nec omnibus in locis πήγνυται, aut fieri nix poteſt: neque in terra, nempe, οὐδὲ ἐν τῷ ἄνω, vt Philoſophorum princeps loqui ſolet τόπῳ. Aqua certe, quæ non aliud quam aqua, neque nix vnquam fuit, neque κατὰ φύσιν, aut τὸ εἶναι, nix eſt. Χιονωτὸς autem φύσις, nuſquam, niſi fallor, extat. Χιονωτὸν vero ὕδωρ, non *niualis* ſed *niuata* eſſet aqua. quomodo & οἶνον χιονωτὸν dicas. Nam τὸ χιονοῦν, *niuare*, ſeu, *infuſa niue*, vt nouerunt eruditi, *temperare*: quemadmodum piſcinis, tempore æſtiuo, teſte Suetonio, *niuatis*, vtebatur Nero. qui de eo, *Refotus ſæpe calidis piſcinis, ac tempore æſtiuo niuatis*. Nam quod χιονωτὸν, potius quam χιονώδη, (quanquam ne illud quidem ſatisfaciat) φύσιν dixit, apud Grammaticorum tribus excuſandum habet. Et quis, *niueam naturam*, dicat, aquam qui intelligat? cum ἡ φύσις, ſit τὸ εἶναι: color autem accidens, vt dicebamus. ita quidem ſeparabile in aqua, vt quemcunque aſſumat; neque idcirco aqua eſſe deſinat, aut eſſe deſinat quod fuit. Sed & Ariſtoteles, cum alibi, colores eos maxime eſſe dicat ſimplices qui elementis hærent, vt candorem in aqua (quemadmodum in libro De coloribus, ἁπλᾶ τῶν χρωμάτων ἐστὶν ὅσα τοῖς στοιχείοις συνακολουθεῖ, οἷον πυρὶ, καὶ ἀέρι, καὶ ὕδατι, καὶ γῇ· ἀὴρ μὲν γὰρ καὶ ὕδωρ καθ᾽ ἑαυτὰ τῇ φύσει λευκά) totum tamen alibi à terra eſſe hoc ait, per quam fluit. ποιεῖ γὰρ τὸ γεῶδες καὶ τὰς ἐπιχροὰς τῶν ὑδάτων, inquit. cum ne niui quidem, à qua tamen nomen albus color accipit, perpetuum atque inſeparabilem colorem illum eſſe ſinant, qui in montibus Armeniæ, non albam, vt vulgo alibi, ſed rubram, quæ ex terræ miniatæ exhalationibus naſcitur, prouenire notant. quos nunc omittamus. Illud vero mirum, ac Theologo indignum, quod colorem aquæ potius quam ipſam, in miraculo hoc immutatum, imprudenter dixit. Quemadmodum & ita ſupra, capite ſecundo, nempe, vbi hoc miraculum deſcribit, Metaphraſtes noſter dixit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ἄφνω δ' ἔπλετο θαῦμα· καὶ ἐς χύσιν αἴθοπος οἴνου
Χιονέην ἤμειψε χρόην ἑτερόχροον ὕδωρ.

Vides χρόην χιονέην, quam mutauit aqua, vides aquam ἑτερόχροον vocari. Quid quod addit, ἄκρατον, (hac enim voce vtitur) hoc eſt, *puram*, ſiue, *meram*, fuiſſe aquam, è qua odor quidam Bacchicus ſpiraret? Ita enim ipſe:

καὶ ὑδροδόκου διὰ κόλπου
Ὕδατος ἀκρήτοιο φιλοίνου ἔπλεεν αὔρη.

Quod eſt, aquam dicere vinoſam, ſiue, vino tinctam: quam nihilominus & meram dicit, cum præſertim poſt miraculum, quod jam præmiſerat, non vino tincta aut imbuta, ſed, pro aqua, vinum eſſet. Ponamus tamen, ὕδατος ἀκρήτοιο, cum dixit, ὕδατος, ἀκρήτου πρὶν ὄντος, hoc eſt, *quæ diluta prius fuerat ac mera*, voluiſſe; reliqua quo pacto ſatisfaciunt? Quid, quod paulo poſt, non οἶνον, ſed, νᾶμα οἰνωθὲν, ſiue, *aquam vino tinctam, aut vinatam*, dixit?

Καὶ ταμίης ὅτε δαιτὸς ἐγεύσατο μάρτυρι λαιμῷ
Νάματος οἰνωθέντος ἐρευθιόωντι ῥεέθρῳ.

Et deinde à colore commendat,

Πᾶς μὲν ἀνὴρ, πρώτιστον, εὔχροον οἶνον ἀφύσσων,
Κιρνάμενος προτίθησιν.

Quod ſi nihil aliud in vino quam colorem immutauit Dominus, neceſſe, vt κατὰ δόκησιν, non immutatione aquæ, & ex vero, factum ſit miraculum: nihil enim præſtitit, quod caupo quilibet non poſſet. ſed & de Marco hæretico ex Epiphanio ac Irenæo notum, qui in coloribus hoc modo ludere ſolebat. Atqui nihil de colore Euangeliſta, qui ex guſtu judicat: tum & judicio illius vtitur, quem ſobrium fuiſſe conſtat. *Ne quis*, (ait circumſpecte admodum Theophylactus) *ebrios fuiſſe quoſdam, ac non recte judicaſſe, exiſtimet*, τῷ ἀρχιτρικλίνῳ ἐπιτρέπεται ἡ γεῦσις, τῷ νήφοντι, *architriclino guſtus committitur, vt ſobrio.* de quo pluribus Chryſoſtomus. Sane, niſi certum eſt, quod recte Auguſtinus, verum vt vinum, ita veram in hoc miraculo aquam intelligi, in vno cætera laborant. quia hoc, niſi verum fuerit, non recte, vt prius, commendatur. Et Hilarius præclare, qui, *abolitum fuiſſe* ait *quod fuerat, ac cœpiſſe quod non erat*. Auguſtinus item, qui, *Ipſe*, inquit, *fecit vinum illo die in hydriis, qui omni anno facit hoc in vitibus*. vnde hoc ipſum vinum, vt ex miraculo ac ſubito prognatum, ἀγεώργητον Theodoretus eleganter dixit. Sed hoc à luxurie epithetorum, niſi fallor, quæ orationem ſimplicem ac puram, quæ illis continetur verbis, ὡς δὲ ἐγεύσατο ὁ ἀρχιτρίκλινος τὸ ὕδωρ οἶνον γεγενημένον; in appoſita inordinata, & quæ nihil minus quam appoſita, conuertit. Quæ ita, vt jam dixi, reddidit:

Καὶ ταμίης ὅτε δαιτὸς ἐγεύσατο μάρτυρι λαιμῷ
Νάματος οἰνωθέντος ἐρευθιόωντι ῥεέθρῳ.

Vbi neutrum eorum, quæ pro vino ponit, (νᾶμα nempe οἰνωθὲν, & ῥέεθρον ἐρευθιόον) ejus indicat ſubſtantiam. Ita cum hic inueniſſet, ὅπου ἐποίησε τὸ ὕδωρ οἶνον, quod ſimpliciter inprimis ab autore dictum eſt, non ὕδωρ, ſed ξανθὸν ὕδωρ, neque οἶνον, ſed χύσιν οἴνου, neque ποιῆσαι ὕδωρ, ſed ποιῆσαι εἰς ὕδωρ, ſiue, ἐς χύσιν ὕδατος, dixit. quod, ποιεῖν οἶνον, vel εἰς οἶνον μεταβάλλειν, dicunt Græci. Quid quod nihil minus quam vini ſubſtantiam deſignat ἡ χύσις, & cum aqua vino eſt communis? quæ non aliud quam κίνησις: ipſe effundendi motus, ſiue copia καὶ ἄθροισις. Vnde & ad cætera, quæ non ſunt liquida, transfertur, vt cum χύσις φύλλων Odyſſeæ quinto maximus Poëta dixit: & cum χύσιν ſtellis quoque Aſtrologi aſſignant. At nos hic τὸ εἶναι, ſiue τὴν οὐσίαν vini, quærebamus, quæ miraculum abſoluat: quam *originem* in Acroſtichide Sedulius vocauit. qui,

Nouum genus potentiæ,
Aquæ rubeſcunt hydriæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Vinumque juſſa fundere,
Mutauit vnda originem.

vbi & naturæ & coloris immutationem habes. Non eſt autem dubitandum, quin *originem* cum poſuit, ſaporem intellexerit: quæ origo ac principium, ex quo dignoſci vinum ſolet. quemadmodum à Principe philoſophorum Metaphyſicorum quarto, inter alia notatur, ὅθεν γνωςὸν τὸ πρᾶγμα πρῶτον, ἀρχὴ λέγεται τοῦ πράγματος. *Illud vnde primo, res cognoſcitur, origo*, ſeu, *principium illius*, dicitur. Noſter, cum colorem ferè vbique poſuiſſet ſolum, peſſime de eo quoque judicauit. Nam quid voluit, cum aquam, cui χιονωτὸν φύσιν tribuit, quam & χιονώδη dixit alibi, ξανθὴν hic vocauit? Quanquam operæ, ni fallor, erit, vt, quem hactenus conſideramus, iterum hic apponamus locum.

Ἵκε πέδον Κανανᾶον, ὅπη πάρος ἐς χύσιν οἴνου
Ξανθὸν ὕδωρ ποίησε, φύσιν χιονωτὸν ἀμείψας.

Nam quid, inquam, voluit, cum ξανθὸν ὕδωρ dixit, & eodem carmine χιονωτὸν vocauit? non enim vim appoſiti intelligebat. In elementis quippe, vbi ſimplex maxime eſt color, aqua, λευκὴ, ignis, ξανθὸς, à philoſophorum Rege dicitur. qui, ἀὴρ μὲν γὰρ, inquit, καὶ ὕδωρ, τῇ φύσει λευκά· τὸ πῦρ δὲ ὁ ἥλιος, ξανθά. Qui color tantum abeſt vt ſit albus, vt in igne rutilus, in aliis ſubfuſcus ſit, & ad nigrum proxime accedat. quare & αἰθὸς ab Euſtathio ac aliis vocatur. Itaque, ex nigri imbecillitate aut defectu, vbi nutrimentum deeſt, vt in frugibus, in ſetis animalium, atque aliis id genus, naſci hunc, inductione ſatis longa, libello De coloribus Philoſophus probauit. quemadmodum coruorum alas quoque ex nigro ducere eum, ac poſtremo exhibere, ibidem notat. Adde, quod è ſiccitate ac concoctione humorum (vt in frugibus Auguſto, arboribus Autumno, quæ ſiue exareſcunt ſiue matureſcunt, flauum induunt colorem) iſte naſcitur. Quanam ergo ratione is aquæ color erit, qui abſente aut deficiente hac naſcitur? Adde, quod, quo quidque ad ignem propius accedit, minuſque tenebris inficitur aut vmbra (quæ ad nigrum ſemper abit) ita lætior in eo color iſte ac dilute minus exhibetur. vnde & αἴθων, qui eſt ignis color, *ruber* quoque ac *rubeus*, vocatur. Gloſſæ veteres, ξανθὸς, *flauus, rubrus, rubeus*. Vt in vino, non tam flauo quam rubello: quod vt οἶνον αἴθοπα Homerus dixit, ita noſter toto capite ſecundo & hic intellexit. id quod, nempe, חמר illi, Helleniſtæ ἄκρατον ſubinde dicunt: quod quo minus aqua temperatur, eo exquiſitius vel ardet, vel colore minus eſt diluto. nam τὸ ξανθὸν, vini proprium colorem eſſe, interdum quoque de rubello, vel qui proxime huc accedit, vſurpari, nemo magis quam Hebræi ac Chaldæi docent. Cum enim color flauus, ſed qui, vt in vino, Græco, puta, ac Hiſpano, rutilat, צהב à colore, vt volunt, auri, ab Hebræis nuncupetur, (qui, quemadmodum ex loco nobili de lepra decimo Leuitici & tertio apparet, סומק in capillo à Chaldæis dicitur) eundem, ad rubellum ſuum, id quod סומק vocant, ab eodem manifeſte tranſtulerunt. Omne autem rutilum ab albo pluſculum quam flauum trahit. Quanquam ſæpe duos hoſce veteres confundunt: quo & Plato, cum ex rubro, ſplendido atque albo, flauum vult conſtare, ſine dubio reſpexit. Quicquid enim lux illuſtrat, aliquid ex albo habeat neceſſe eſt: luce enim tenebræ atque vmbræ carent. Vnde & caligo, ἄχρoος ab Ocello Lucano, quemadmodum & albus color, multa luce circumfuſus, qua pene omne nigrum caret, à Platone dicitur. Quod ſi dicas, pro capacitate vaſis, aut ipſius quantitate aquæ, etiam colorem ejus dici (prout enim pauca eſt aut multa, ita minus nigra eſt magiſue: nam aut fundum viſus penetrat aut impeditur: quod de mari quoque ac fluuiis ab Ariſtotele notatur) plenas has fuiſſe hydrias, magnamque ſingulas continuiſſe aquæ vim ac copiam, ipſe autor innuit. Sed ponamus, veteres, quod ſane verum, in coloribus, atque iſto vel inpri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

mis, de quo agimus, luſiſſe: vt cum Pacuuius & *aquam & puluerem* ſic dixit, qui

Cedo tamen pedem lymphis flauis, flauum vt puluerem
Manibus iiſdem, quibus Vlyſſi ſæpe permulſi, abluam,
Laſſitudinemque minuam manuum mollitudine:

(nam de Ennio, qui & cæruleum & flauum mare dixit,

Verrunt extemplo placide mare marmore flauo,
Cæruleum ſpumat ſale conferta rate pulſum,

minus Critici mirantur, quia, *cum ſit flauus color viridi & albo miſtus, pulcherrime ſpumas virentis maris*, ibi, *flauum marmor*, vt eſt apud Gellium lib. 2. cap. 26.) dixiſſe volunt. Quicquid hujus ſit, non ſolum manifeſte duo hæc appoſita, τὸ ξανθὸν, in eadem aqua, &, τὸ χιονῶδες, pugnat, ſed & ita idem erit color aquæ quæ mutata fuit, cum colore vini, quem aſſumpſit. qua ratione notam, quam vbique ponit διακεκριμένην, color, nempe, euertetur. Atque hæc de coloribus his fuſe ſatis: quos tum Græci tum Latini, vt jam dixi, ſæpius confundunt. Multo autem maxime Hebræi ſequiores. qui ex neſcio quo Arabe Ariſtotelis interprete, colores ſimplices in elementis ac coloribus eorum, ſpectari optime cum didiciſſent, ideoque tabernaculum, quod Teſtimonii dixerunt, ſingulos repræſentaſſe vellent, de his ipſis ita nihilominus contendunt, vt vix vnum definire poſſint. quemadmodum de thaſio & colore & animale ipſo poſtquam argutiſſime diſſeruerunt, aliquem inuenies ex iis, qui, ne quicquam deſit, bouem illud animal fuiſſe dicat: quemadmodum in auibus & aliis hallucinantur. vt hac ratione *riſu tabulæ ſol-*
ψ.47. *uantur*. Iam vero, vrbem cum vicinam, ἀγχίπορον, haud multo poſt dixit, Græcæ linguæ imperitiam profeſſus eſt. vbi & κατήλυδα notabis πέζαν dici. Nam ἀγχίποροι, qui prope accedunt: quod & pueri nouerunt. vnde & poëta quidam ἀγχιπόρους κόλακας vocauit. Et Grammatici qui hæc excuſant, ac interpretari ſummo opere conantur, nihil agunt quod morari quenquam debet. Locus de quo agimus eſt iſte:

Ἄστεος ἀγχιπόροιο κατήλυδα πέζαν ὁδεύων.

CAP. VII.

Nonni locus emendatus. Templum Iudæorum ex marmore albo & vnius coloris. ἐπωμίδα λέκτρον, *vitioſe nec Græce ab autore dictum. Grabatus. Nonni ſecuritas & incogitantia in explicatione loci de Paralytico ſanato.* θεοδέγμων. *ea voce perperam eſſe vſum.* πλοιάρια, *quibus lacum Tiberiadem trajiciebant, Syris quomodo dicta. Noſtro ineptiſſime* πολυκλήϊδα *ejuſmodi nauiculam dici. Andreæ admonitio, de puero qui quinque panes duoſque piſciculos haberet,* φερέδειπνος *dicta, quod Domino debebatur.* ὄψον *&* ὀπταλέον *confundi.* ἰχθύες ὀπταλέοι *ineptiſſime.* ἄρτοι κριθώδεις, *pro* κρίθινοι. Τιβεριὰς λίμνη, θάλασσα, *ex vſu Hebræorum, dicta. Error & Hebraiſmi imperitia Nonni.* ἀκρόκαλος, *& cetera quæ mari conueniunt, de lacu. Manna,* ἄρτον ἄφθιτον, *parum circumſpecte dici. Manna computruiſſe. Idioticus Nonni error, vt & Græcorum. Aliud deſertum Sin, in quo Manna comederunt Iſraëlitæ: aliud deſertum Zin, in quo aquam Moſes præbuit è petra. Helleniſtis* ἔρημος Σὶν *vtrunque dictum. Interpretatio loci Euangeliſtæ de Manna.* Ἰωσὴφ *non recte, vbi contemnitur,* θεοειδὴς *dictus.* Διάβολος, *Iudas quomodo dictus.* ἄνθρωπος διάβολος, *Pindaro.* Διάβολος *de perdito homine.* τυραννικοὶ καὶ διάβολοι. *Diabolus, adoleſcens nullius frugis Plauto. Comedere calumnias Chaldæis delatores ac Sycophantæ dicti. & quæ ratio.* Κυκλὰς νοῦσος *Nonno, paralyſis.* Κύκλος *Medicis* περίοδος. νόσοι περιοδικαί. *Paralyſis duplex. Qua ratione Nonno* κυκλὰς νόσος *ea dicta. Annus, cyclus. Deni ter annorum cycli. Filius Dei* ἀγχίθρονος *Patri, à Nonno, quem* σύνθρονον *Patres dixerunt. Aliud* σύνθρονος, *aliud* ἀγχίθρονος. *periculoſa cacozelia & Paganorum imitatio. Paganorum* θεοὶ πάρεδροι. *Aſſeſſores*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ſores Dii. Πάρεδροι *&* συγκάθεδροι, *iidem Magiſtratus.* Πιστεύοντες *&* πεπιστευκότες, *non de immota & vera ſed imperfecta fide. Error Nonni. Inconſtantia ejus.* ποθόβλητοι μέριμναι *male, quæ Euangeliſtæ* ἐπιθυμίαι. ποθόβλητα ἔργα, *res amatoriæ Silentiario, qui in hoc notatur.* ἐπιθυμία, *pro homicidio, & ſimilibus.*

QVemadmodum, Iudææ olim vniuerſæ maximum vrbs Sacra ornamentum, ita templum ſingularem addidiſſe vrbi maximæ ſplendorem, nemo neſcit. Quod ex marmore albo ac plane niueo (שש Hebræi dicunt) mirifice conſtructum, incomparabili candore, viatorum, vt recte à Ioſepho notatur, præſtringebat oculos. Adeo vt culmina Libani niue conſperſa referre videretur. à quo & nomen montem inueniſſe volunt. Quare ergo noſter, poſtquam ab altitudine illud commendauit, columnas potius, quam aut tectum deſcribit aut culmen? cum præſertim de exteriori ejus forma aut ſplendore potius quam de interiori loquatur. Verum vix dubitandum, quin ſcripſerit,

Ἰησοῦς δ᾽ ἀνέβαινεν, ὅπῃ δόμος αἰθέρι γείτων Cap. V.
Χιονέων ἀμάρυσσε λίθων ἑτερόχροον αἴγλην. ℣ſ. 1.

ipſo quinti capitis initio. pro quo κιονέην editur. Vbi χιόνεοι λίθοι, vt λευκοὶ λίθοι Ioſepho, marmor candidiſſimum, & vniforme καὶ ὁμόχρουν. Quare non ignoſco illi, quod, ἑτερόχροον αἴγλην, id eſt, *diſcolorem ſplendorem* dixit: cum præſertim, ἡ ὁμόχροια, nec diſcolor ſed vnicolor ejuſdem marmoris albedo, templi conſpectum commendaret. Eodem capite de ægro, qui jam ſibi reſtitutus, grabatum ſuſtollebat, cum ſic loquitur,

ἀήθεα γοῦνατα πάλλων, ℣ſ. 9.
Καὶ καμάτῳ βαρύφορτον ἐπωμίδα λέκτρον ἀείρων,

vitioſe, nec profecto Græce, ἐπωμίδα λέκτρον dixit. Aliud ſane, εἰς ἐπωμίδα, eſſet: quanquam ἐπωμὶς & ὦμος ſint diuerſa. niſi cum magno Scaligero ἐπωμίδι hic legas: quod ne ipſum quidem ſatis placet. Nec grabatum, lectulum leuiſſimum, quem circumferri moris erat, βαρύφορτον dicam. Notum eſt illud

Fractum qui veteris pedem grabati,
In collo ſibi collocare poſſet.

Quare & Græce magis & ex vero ita hoc extuliſſet,

Αὐτίκα δὲ κλιντῆρα κατωμαδὸν αὐτὸς ἄειρε.

quanquam idem antea jam dixit: qui, καὶ κλιντῆρα λαβὼν ἐπικείμενον ὤμοις, dixit. Totum ergo locum, quanto melius ſic concepiſſet!

Νουσαλέος δ᾽ ἀνέπαλτο, καὶ ἐς πέδον ἴχνος ἐρείσας,
Ἔστιχεν, ὡς πάλαι αὖθις ἀήθεα γοῦνατα πάλλων·
Αὐτίκα δὲ κλιντῆρα κατωμαδὸν αὐτὸς ἄειρε.

Nullum ſane ſtudiorum, quod cum hoc ſit conferendum, genus eſſe reor. Nullum enim magis vel ingenium informat, vel judicium abſoluit. quod ne quidem antiquiſſimis vbique integrum aduerſus nos concedimus: quos haud minus labi potuiſſe, in rebus pariter ac linguæ ratione, ac nos, conſtat. verum de his alias: nunc de Nonni attributis. Et quandoquidem Hebræi participia appoſitis annumerant, illud hic addatur, quod de hoc eodem ægro poſtea ſequitur,

Μῦθον ἀναινομένῳ βοόων ζηλήμονι λαῷ. ℣ſ. 15.

Non aduertit enim, niſi fallor, quid hic dicat. Si enim is, qui conualuerat ac reſtitutus fuerat, Iudæis, Dominum fuiſſe à quo priori reſtitutus erat valetudini, indicat, ſiue alio animo, ſiue vt ſic eum, (quod Euthymius, Chryſoſtomus, ac alii, negare non verentur) ſceleratis proderet; fuiſſe id gratum iis dubitandum non eſt. Ipſe enim autor addit, καὶ διὰ τοῦτο ἐδίωκον τὸν Ἰησοῦν οἱ Ἰουδαῖοι. quare igitur ἀναινομένῳ λαῷ, id eſt, *recuſanti*, dixit *populo?* Capite ℣ſ. 33.
eodem ita noſter canit:

εἰρόμενοι

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

εἰρόμενοι δὲ

Ἀγνὸν Ἰωάννην θεοδέγμονος ἔγκυον ὀμφῆς.

Sciunt autem vel vulgari eruditione imbuti, θεοδέγμονα à Græcis dici, qui admittit vel recipit Deum: poëtis certe, ὁ θεὸν δεχόμενος, non male, θεοδέγμων dicitur: quales ſunt qui numine afflantur. quod poëta voluit cum dixit, *Eſt Deus in nobis:* quod eſt θεοδέγμονές ἐσμεν. vnde & pati vates & admittere dicuntur Deum. Quid volebat ergo, cum Sanctiſſimum Iohannem, qui præceſſit Dominum ac prædicauit, plenum ὀμφῆς θεοδέγμονος vocauit? neque enim, ſi quid Græce intelligimus aut ſcimus, ita quod acceperat Iohannes, ſed Iohannes ipſe, qui diuinus reuera eſſet, dici debuit. Ac ſic ipſe loqui ſolet. qui cap. 10.

Ἔστι μὲν ἐστὶ καὶ ἄλλα πολύτροπα πώεα ποίμνης,
Ταύτης οὐ γεγαῶτα μιῆς θεοδέγμονος αὐλῆς.

Et 18.

Χριστῷ σύνδρομος ἦλθεν ἔσω θεοδέγμονος αὐλῆς.

Et 7.

ἐπιδήμιον ὄψιμον αἴγλης
Πνεύματος, ὅπερ ἔμελλε τυχεῖν θεοδέγμονι θυμῷ.

Et 1.

Κοινὴν μαρτυρίην ἐνέπων θεοδέγμονι λαῷ.

Et de Ioſepho qui geſtabat Dominum ac Deum noſtrum, 19.

Φόρτον ἐλαφρίζων θεοδέγμονι κείμενον ὤμῳ.

quibus omnibus aduerſus locum hunc ſententiam, ni fallor, dixit. Quanquam Euangeliſtæ autem, vt & aliorum, quibus vtitur, nonnunquam vix ſatis aſſecutum verba dicas, vincunt tamen illa, quæ non ſatis circumſpecte, neque vlla ſui, vel autoris, quem interpretatur, ratione habita, à Græcis autoribus, νεόφυτος, vt videtur, Eccleſiæ deſumpſit. quod vt in majoribus, de quibus ante, ita in minoribus apparet. Naues, quibus Tiberiadem tranſmittere ſolebant eo tempore, exiguæ omnino erant: quales אלפין, à gubernatore aut magiſtro, vt videtur, tum dicebant Syri. vnde & Euangeliſta, πλοιάρια, vt plurimum, vocauit. Ita infra, ἄλλα δὲ ἦλθε πλοιάρια ἐκ Τιβεριάδος. vbi πλοιάριον videtur eſſe ſcapha, qua tranſmittebatur lacus. eadem quæ עברה fortaſſe, aut non ita multo major: qua Iordanem ea tempeſtate tranſmittebant. quam

Cap. VI. lem, vt veriſimile, intellexit, cum ſexti capitis initio dixit, Μετὰ ταῦτα ἀπῆλθεν

ὁ Ἰησοῦς πέραν τῆς θαλάσσης τῆς Γαλιλαίας, τῆς Τιβεριάδος. Ejuſmodi interim Ho-

℣ſ. 1. merico exemplo πολυκλήϊδα dixit noſter: qui

Νηῒ πολυκλήϊδι ταμὼν ἀντώπιον ὕδωρ.

Quales plerunque ingentes & immenſis trabibus compactæ, plurimorum quoque opera ac miniſterio egebant: ita vt πολύζυγοι καὶ ἑκατόνζυγοι, aut, πολύκωποι, quod ægre remis, & à multis impellerentur, Grammaticis ejuſmodi dicantur. licet & majores nonnunquam Magiſtri piſcantibus tribuant: à quo minime abhorrebant, qui inprimis ſequebantur Chriſtum. Vt vt ſit, ex muſca elephantum etiam, cum de ejuſmodi ſcapha, infra

Νῆα δ' ἐπαΐξαντες, ἁλίδρομον ἅρμα θαλάσσης,

℣ſ. 8. dixit. Imprudentiſſime non ita multo poſt, Andreæ, qui monebat Dominum, ὅτι, vt loquitur Euangeliſta, παιδάριον ἓν ὧδε, ὃ ἔχει πέντε ἄρτους κριθίνους, καὶ δύο ὀψάρια, vocem, ſiue orationem, φερέδειπνον vocauit. quod profecto ejus debebatur voci, cui debebatur & miraculum. Hoc enim Domino, cum cibo

℣ſ. 9. benediceret, conueniebat: non Apoſtolo, qui nihil ad miraculum ex ſe conferre poterat. Ita tamen ille:

εἷς δέ τις αὐτῶν
Ἀγχιθέων ἑτάρων δι' ἄγγελον ἴαχε φωνὴν
Ἀνδρείας, βασιλῆϊ χέων φερέδειπνον ἰωήν.

Porro,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Porro, cum Sanctiſſimus Euangeliſta, verba illa quæ jam attulli, ἐστὶ παιδάριον ἓν ὧδε, ὃ ἔχει πέντε ἄρτους κριθίνους καὶ δύο ὀψάρια, ſcripſit, quia nemo eſt qui neſcit, ὄψον καὶ ὀψάριον de piſce dici, prorſus idiotice ἰχθύας ὀπταλέους vertit. quaſi τὸ ὀψάριον & τὸ ὀπτᾶσθαι quicquam habeat commune: aut piſces iſti aſſi eſſent. quod, niſi fallor, nec Matthæus, nec Marcus, nec Lucas dixerunt. Tum, ſi quicquam judicare poſſum, nihil fuit cauſæ, cur, panes eos, qui κρίθινοι dicuntur, recoquere ac κριθώδεις dicere maluerit. Quod tale eſt, ac ſi triticeos, πυρώδεις non πυρίνους, dicas. quaſi κριθῶδες, materiam, non aliquid de forma, ant ξυλῶδες, idem quod ξύλινον, notaret. quæ, nec pauca alia ejuſmodi, ſecure hactenus Grammatici, nulla juuentutis ratione habita, in gloſſas ſuas transtulerunt. Eodem capite ſequitur, ψ. 22.

Ἀλλ' ὅτε πορφύρων Τιβερήτιδα γείτονα πέτρην
Ἀκροφανὴς ἐχάραξε λιπόσκιον ὄρθρος ὁμίχλην,
Λαὸς εὐκροκάλοιο πέρην ἀντώπιδος ἄλμης,
Ἱστάμενος σκοπίαζεν.

Τιβεριάδα porro λίμνην, lacum Geneſareth, per quem Iordanis fluit, Tiberiadem à Tiberio fuiſſe dictam, vt & vrbem, quam ad lacum hanc ædificauerat Herodes, nemo eſt qui neſcit. quare, eandem Τιβερήτιδα cum dixit, metuendum ne Grammaticis non ſatisfecerit: ne de Hiſtoricis nunc dicam. Neque minus negligenter fecit, quod cum ipſe lacum dicat; tamen πέτρας, ἀκτὰς, ſcopulos, littora, & ſimilia, quæ maris ſunt, eidem aſſcribat. Quemadmodum, quod ἄλμην quod πόντον vocat: quæ ſunt appellationes maris. cum ex vſu Hebræorum, quod nec pueri ignorant, quæuis aqua major aut collectio illius, mare dicatur. Sicut & hic lacus *mare Cinnereth* Num. 34. quomodo Iohannes, ὁ ὄχλος ὁ ἑστηκὼς πέραν τῆς θαλάσσης, dixit. Procopius ad Eſaiam cap. 9. Παραλίαν δὲ λέγει πᾶσαν τὴν ἀμφὶ τὴν Γεννησαρέτιν λίμνην χώραν, ἣν καλεῖ τὸ εὐαγγέλιον θάλασσαν. Quod non aſſecutus noſter, qui quemadmodum alia quæ maris ſunt lacui tribuit vbique, ita hic εὐκρόκαλον dixit. lapillos enim, arenam, & cætera quæ mari propria, κρόκας & κροκάλας poëtæ dicunt. Heſychius, Κρόκαι, παραθαλάσσιοι ψῆφοι. Idem, Κροκάλαι, ψῆφοι, ἀκταὶ, ἄμμος. Ergo etiam ſic littora vocari vult. Quomodo autem, ſi θάλασσα, hoc loco, dicitur ἡ λίμνη, hoc eſt, *lacus*, in quo nihil mari proprium? Eodem capite, ψ. 31.

ὑμέτεροι γὰρ
Αἰθέρος ἄφθιτον ἄρτον ἐρημάδος ἐγγύθι πέτρης
Μάννα πολυκλήϊστον ἐθοινήσαντο τοκῆες,

parum circumſpecte (de quo obiter & alibi) manna, ἄρτον ἄφθιτον vocauit. non enim ignorare poterant Iudæi, de hoc pane in Sacro dici contextu, *computruiſſe ac vermibus ſcatere cœpiſſe*, ὅτι ἐξέζεσε σκώληκας καὶ ἐπώζεσε. Item, *cum incaluiſſet Sol, liquefieri* cœpiſſe. Ex. 16. Quod œconomice videtur factum, ne vel huic cibo nimium tribuerent, vel alium, qui vere ἀθάνατός τε καὶ ἀθανατίζων eſſet, de quo agitur hoc capite, non expectarent. Sed & error plane eſt idioticus, nec viro erudito dignus, quod deſertum Sin, in quo annos quadraginta populus vagatus eſt, ac manna comêdit, πέτρην ἐρημάδα dixit. Hinc ortum ſine dubio, quod, vt Helleniſtæ, ἔρημον Σὶν, cujus mentio fit Exodi decimo & ſexto, aliiſque in locis, atque vbi manna præbitum eſt populo, cum ἐρήμῳ Σὶν (cujus mentio fit Numerorum 20, vbi Arabiæ petra, apud quam Maria, Moſis ſoror, ſepulta, quam & hic & infra noſter ſomniat, cum dixit, καὶ θάνον ἐν σκοπέλοισιν ἐρημάδος ἐγγύθι πέτρης) manifeſte confundat; de Hebræorum ſcriptura ſecurus. quibus alterum deſertum, in quo præbitum à Deo manna comederunt, מדבר סין, alterum, in quo non comederunt manna, verum aquam, quam è petra Moſes præbuit, biberunt, מדבר צין dicitur. Ita paulo poſt,

Μωσῆς δ' πάρος ὕμμιν ἐρημαίη παρὰ πέτρῃ
Αἰθέρος ἄρτον ὄπαζε μελίρρυτον;

ſimili errore. Petra enim, de qua loquitur, ad Cades fuit: vbi aqua contra-
dictionis. de qua nihil cogitabat noſter: cum alterum inter Elim & Sinai,
vſ. 32. alterum in terra Edom, quod Pharan alias, ponatur. Sequitur commate ſe-
quenti, Οὐ Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ; Quare? Nam diſerte, ex per-
ſona Dei, Exodi 16. 4. dicitur de manna, Ἰδοὺ ἐγὼ ὕω ὑμῖν ἄρτους ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Et
deinde, maxima cum cura dicitur à Moſe, οὗτος ὁ ἄρτος ὃν ἔδωκε κύριος ὑμῖν
φαγεῖν· τοῦτο τὸ ῥῆμα ὃ συνέταξε κύριος. Quare? quia enim manna Deus ipſe, vt
loquuntur nunc, immediate quaſi, dedit: aqua, vero, quam ex petra bibit po-
pulus, pulſante petram Moſe, profluxiſſe dicitur. ibi enim, καὶ ἐπάρας Μωϋσῆς
τὴν χεῖρα αὐτοῦ, ἐπάταξε τὴν πέτραν τῇ ῥάβδῳ. Hoc ergo dicit, Sicut manna, non
à Moſe, ſed à Patre meo, accepiſtis, ita idem Pater meus, verum vobis nunc
ex cœlo præbet panem. Defectus enim in oratione manifeſtus. οὐ Μωσῆς δέ-
δωκεν ὑμῖν τὸν ἄρτον τὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλ' ὁ πατὴρ ἐμὸς, ὃς καὶ νῦν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν ἀλη-
θινὸν δίδωσιν ὑμῖν. cum nonnulli ex homonymia, τοῦ ἄρτου τοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, loci in-
terpretationem petant. Quaſi dicat, *Non cæleſtis vere fuit panis ille Moſis, ſed
hic vere eſt cæleſtis, qui à Patre meo vobis datur.* Fruſtra. quia Moſi non tribui-
tur, ſed Deo: & ad ea ipſa loca, ſuo more, Euangeliſta obiter alludit. Nam
de pane, alterum fuiſſe typum, alterum fuiſſe verum, nemo dubitare poteſt:
neque ab hac opinione abit noſter. Et an circumſpecte, quanquam in co-
dicibus nonnullis verſus hic deſiderentur aliquot, Ioſephum, cujus per con-
temptum Iudæi meminerunt, θεοειδῆ dixit?

vſ. 42. Ἦ ῥά νυ κεῖνος ἔφυ θεοειδέος υἱὸς Ἰωσήφ;

Circa hujus finem capitis, commate penultimo, nimirum, cum Euange-
vſ. 70. liſta dixit, καὶ ἐξ ὑμῶν εἷς διάβολός ἐστιν, hyberbole haud dubia eſt. Noſter
malum intellexiſſe Spiritum videtur: cum Græci quoque de extreme im-
probo vtantur ea voce. vnde & ἄνθρωπος διάβολος ex Pindaro adfertur.
Sed & Athenæus, diſcipulos Platonis alibi, τυραννικοὺς καὶ διαβόλους dixit. qui,
εἷς ἐβασίλευεν, inquit, φαῦλος ὢν καὶ διάβολος, de vere improbo, vt recte
ex eo loco Euſtathius probauit. Et in Plauti Aſinaria, adoleſcens nihili ac
nulli bonæ rei, Diabolus vocatur. non traducit enim ſenem, ſed hoc para-
ſito mandat. Mihi autem dubitandum non videtur, quin à delatoria ad
ſummum ſcelus ac improbitatem ὁ ἀποστάτης diſcipulus peruenerit. qui ſic
Martham, ac diuinum ejus factum, infra nequiter traducit. Quemadmodum
non dubitandum, quin de Domino ejuſque factis ita judicaret, & vbique
ſuſurronem ageret ac delatorem. qualem lex 19. 16. Leuitici deſcribit: vbi
לא תלך רכיל, *non ſycophanta eris aut ſuſurro*, dicitur. Chaldæus לא תיכול קרצין, *non
comedes calumnias.* quod nonnulli, *non comedes placentas*, interpretati ſunt:
forte, quod conuiuiis id genus hominum adhiberetur, &, vt paraſiti, ventris
cauſa, maledicerent. Sed notiſſimum Chaldæos, ita loqui: eo ſenſu quo à
Græcis χαίρειν ὡς δαιτὶ dicitur. quomodo & bellicoſi, πολέμῳ κεχαρηότες ἠΰτε
δαιτὶ, dicuntur. Syri vna voce id interpretantur. Quare interpres Syrus, cum
διάβολος hic סטנא conuertit, efficacius fortaſſe, lingua ſua, vel Chaldæa,
אכל קרצא, aut ſimile, quanuis & hoc diabolo tribuatur, dixiſſet. qualis Pro-
uerbiorum vndecimo commate 13. ἀνὴρ δίγλωσσος dicitur. Ἀνὴρ δίγλωσσος
ἀποκαλύπτει βουλὰς ἐν συνεδρίῳ. quod ipſum optime ſceleſto huic conuenit: &
Cap. VII. ibi Chaldæi, eo modo, quo jam dixi, loquuntur. Capite ſeptimo, illa verba,
vſ. 23. ἐμοὶ χολᾶτε ὅτι ὅλον ἄνθρωπον ὑγιῆ ἐποίησα ἐν σαββάτῳ; ad miraculum, quod ſu-
pra deſcribitur, illius nempe, qui 38. annos decubuerat, referendum pleri-
que arbitrantur. quem Paralyticum fuiſſe, & alii nonnulli ex antiquitate,
& ad eum Theophylactus locum pro confeſſo ſumit. Ita enim ille: Ἐκπλη-
κτικὴ ἡ καρτερία τοῦ παραλύτου. ἔτη τριάκοντα καὶ ὀκτὼ εἶχε, καὶ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἀπαλ-
λαγήσεσθαι τοῦ νοσήματος προσδοκῶν, ἐνεδρεύετο ἐμποδιζόμενος ὑπὸ τῶν δυνατωτέρων, καὶ
ὅμως οὐκ ἀφίστατο, οὐδὲ ἀπεγίνωσκε. Quid ergo voluit, cum κυκλάδα νόσον, hoc eſt,

πεια-

περιοδικὴν, dixit? Cyclus enim, vel eſt idem quod περίοδος in morbo Medicis, vel definiti vim in definitione exponit. vt cum Galenus morbum περιοδικὸν, τὴν κατά τινα κύκλον περιερχομένην νόσον dixit. addit autem, ὀνομάζουσι δὲ τὸν τοιοῦτον κύκλον ἕκαστοι οἱ ἰατροὶ περίοδον. Iam paralyſis perfecta, ſiue, exquiſita, cito tollit. Altera diuturnior, ſed quæ, vt in ſubjecto iſto factum videtur, motum omnem tollit: & hoc vno modo κυκλικὸν τι & περιοδικὸν habet, quod interdum magis inualeſcit. Vt hoc ſit, de quo ſupra idem æger conqueritur, Κύριε ἄνθρωπον οὐκ ἔχω, ἵνα, ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ, βάλλῃ με εἰς τὴν κολυμβήθραν. Verum aliud, ſi quicquam judicare poſſum, voluit. morbum nempe χρονικὸν fuiſſe ac diuturnum. Eo enim loco ipſe dixit,

> Τρεῖς δεκάδας δασπλῆτι παρ' ἀπωδύσας ἐνὶ νούσῳ,
> Καὶ πάλιν ὄγδοα κύκλα κυλινδομένων ἐνιαυτῶν.

Quemadmodum Græcorum poëtarum norma Homerus, περιπλομένους ἐνιαυτοὺς dixit: quemadmodum Maro, *annum in ſe volui*, dixit. Et annus nihil aliud quam *cyclus:* ſicut annus κυκλίσκος. Ita *annorum cycli* in Hymno Hilarii. qui,

> *Denis ter annorum cyclis,*
> *Iam parte viuens temporis,*
> *Lympham petit baptiſmatis,*
> *Cunctis carens contagiis.*

quemadmodum ter decem annorum cyclos & octo, æger ille decubuerat, cui νόσον κυκλάδα tribuit. nihil ergo, præter diuturnitatem morbi, innuit: neque quicquam, niſi fallor, vlterius definit. Antiqui, cum τὸ ὁμότιμον (quod in Synodo Nicæna, cum τῷ ὁμοουσίῳ & συναϊδίῳ ſtatuerunt Patres) in Chriſto Domino ſignificare vellent, inter cætera ὁμόθρονον καὶ σύνθρονον dixerunt Patris. quemadmodum Gregorius Theologus, σύνθρονον ἀεὶ καὶ συμφυῆ τῷ πατρὶ dixit Spiritum. Pro quo noſter παρακεκινδυνευμένως, neque ſatis prudenter, ἀγχίθρονον dixit. Ita enim,

> Οὔπω γὰρ βροτέῃσιν ἐνερρίζωτο μενοιναῖς, ψſ.39.
> Χριστὸς ἄναξ γένετο φανεὶς ἀγχίθρονος ἕδρης.

cum in Sacro codice inueniſſet, οὔπω γὰρ ἦν Πνεῦμα ἅγιον, ὅτι ὁ Ἰησοῦς οὔπω ἐδοξάσθη. quod æqualitatem tollere eſt, vicinitatem aut proximitatem dare. Quam Ariſtoteles vitiis quoque & virtutibus concedit. quia quædam boni, vt Poëta loquitur, proximitate teguntur: vt liberalitatis prodigalitas. ne jam dicam, eidem Gregorio, virtutem & vitium, hoc eſt, κακίαν καὶ ἀρετὴν, ἀγχιθύρους dici. qui diſerte tamen, διάνδιχα ναιετάειν, hoc eſt, *ſeorſim habitare*, eas addit. Ita enim de quatuor Euangeliſtarum parabolis:

> Ἔνθ' ἀρετὴ κακίη τε διάνδιχα ναιετάουσαι
> Ἀγχίθυροι γεγάασιν.

Et quid prohibet, quin ἀγχιθρόνους dicas? cum & qui plurimum à dignitate abeſt Regis, Regi ſede aut loco eſſe poſſit proximus: qualis ſcriba ille quem pro Porſena tollebat Mucius. Sic cum libro Eſther Satrapæ, οἱ ἐγγὺς τοῦ βασιλέως, καὶ παρακαθήμενοι, *qui prope Regem erant, eique aſſidebant*, hoc eſt, οἱ ἀγχίθρονοι, commemorantur, quis dubitat, quin multum inter iſtum honorem & Regis intereſſet? Vt omittam σύνθρονον τῷ Πατρὶ, non ἀγχίθρονον τῆς Πατρὸς ἕδρης, dicendum fuiſſe. Quis enim σύνθρονον τῷ θρόνῳ, dicat, niſi qui bis idem dicat? aut ἀγχίθρονον quis dicat, niſi qui duos ponat thronos? Quid quod Patri ἕδραν, filio aſſignat thronum? Non enim eſſentiam diſtrahere, qui σύνθρονον & ὁμόθρονον fecerunt, ſed Perſonas diſtinguere volebant. quemadmodum, cum Sermo apud Deum eſſe dicitur: quem antiqui & noſter σύνθρονον dixêre. vnde & cum Patre & in ſinu ejus eſſe dicitur. Cæterum vt alia non pauca, ita hic in animo paganos ſuos, & παρέδρους eorum Deos habuit. vt cum Dii primarii, θεοὶ πάρεδροι, Latinis *Aſſeſſores*, dicuntur. Quemadmodum, & qui in numerum Deorum à Principibus referebantur. vt cum

Alexander θεὸν πάρεδρον Hephæſtionem alibi à Luciano dicitur feciſſe. Ac
vt illi quibus impune hic ludere licebat, παρέδρους & συνθρόνους, ſiue Deos con-
fundebant, ſiue magiſtratus, atque vt Athenienſibus πάρεδροι, quod Regi
aſſiderent, quidam à Polluce, ab aliis συγκάθεδροι, dicuntur, quod vox vtra-
que vicinitatem ſedis ſeu proximitatem deſignaret, ita noſter, quod non
paulo longius recedit, ἀγχίθρονον & σύνθρονον, idem in Perſona Filii eſſe vo-
luit. Vt ſi ὁμοούσιον & ὁμοιούσιον, quæ tantas olim inuexerunt turbas, idem eſſe
dicas. Cum ex illis ipſis, de quibus nunc agimus, ſuam de illis aſtruant, hære-
ticorum diruant ſententiam, antiqui. Qui cum ex voce σύνθρονος, τὸ συμφυὲς,
ſeu naturæ in Filio ac Patre vnitatem, aduerſus Arium ac Macedonium, vt
Gregorius & alii probarent, nullum fuit periculum ne vocem ἀγχίθρονος
pro altera admitterent. Sed, vt dixi, Paganorum imitatione abreptus eſt.
Quid quod φανεὶς, non ὢν dixit? Quid quod totus locus, locum hic non ha-
bet? & Euangeliſta nihil tale. qui cum de S. Spiritu loquatur, noſter de
Filio locutus eſt. Sed de hoc alibi, ni fallor, melius. Viderint interim eru-
diti, vtrum ſic accipiendus fuerit locus ille, οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον. quem
interpretatus eſt, hac lege, vt nihil diceret. Certe vna voce cum Chryſoſto-
mo & aliis, mentem ſuam expreſſiſſe poterat. quid autem cauſæ fuerit, cur
aliud omnino dixerit, ac ne Spiritus quidem Sancti διακριτικὸν ac proprium
CAP. expreſſerit nomen, ſupra jam diximus. Capite octauo, quid in mentem illi
VIII. venit, cum ad ea verba, ταῦτα αὐτοῦ λαλοῦντος πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, ita
℣ſ.30. ſcripſit?

Ταῦτα δέ οἱ βοόωντι πολυσπερέων στίχες ἀνδρῶν
Πίστιος ἀρρήκτοισιν ὑπεκλίνοντο λεπάδνοις.

quaſi de vera ac immota ageretur fide. cum πιστεύοντες καὶ πεπιστευκότες, & hic &
ſæpe alibi dicantur, qui doctrinam Domini libenter tantum audiebant,
ſiue admittebant. Chryſoſtomus, ἐπίστευσαν μὲν, οὐχ ὡς ἐχρῆν δὲ, ἀλλ' ἁπλῶς καὶ
ὡς ἔτυχεν ἡσθέντες καὶ ἀναπαυσάμενοι ἐπὶ τῇ τῶν λόγων ταπεινότητι. ὅτι γὰρ οὐ τελείαν πίστιν
εἶχον, δείκνυσιν ὁ εὐαγγελιστὴς ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα λόγων, ἐν οἷς αὐτὸν πάλιν ὑβρίζουσι. quomo-
do מאמינים Gerionidæ de Sadducæis fere ac Phariſæis vſurpatur. quorum iſti
πιστεύοντες ἐς τὸν νόμον καὶ τὰ πατροπαράδοτα, illi ἐς μόνον τὸν νόμον dicuntur. Et quomo-
do immota fuit fides, ſi iidem paulo poſt, vt Chryſoſtomus obſeruat, male-
dicunt Domino? quod & ipſe paulo poſt oblitus ſui ipſe fatetur. qui,

Ἑβραῖοι δ' ἰάχησαν ὁμογλώσσῳ τινὶ λαιμῷ.

Si concordi voce, & omnes, ergo inter eos quoque qui hic crediſſe dicun-
tur. A quo tamen Auguſtinus abit, qui Tractatu in Euangeliſtam hunc
quadrageſimo & primo, *Reſponderunt ei, non illi qui jam crediderunt*, inquit,
℣ſ.44. *ſed illi qui in turba erant, nondum credentes.* Eodem capite,

Ὑμεῖς δήϊα τέκνα δυσαντέος ἐστὲ τοκῆος
Δαίμονος ἀντιπάλοιο· ποθοβλήτους τε μερίμνας
Πατρὸς ἀερσινόου μενεαίνετε πάντες ἀνύσσαι.

Qui ſint ποθόβλητοι, vix pueri qui ejus linguæ vſum habent, ignorare poſſunt.
Certe παθητικῶς id vſurpatur. Eſt igitur ποθόβλητος, non amor, quod ridicu-
lum eſt plane, ſed qui amat. Quantæ autem autoritatis Nonnus fuerit, vel
ex Silentiario, poëta eleganti, judices, quem cum Agathia, qui & ipſe Nonni
meminit, poëta ſummo, vixiſſe volunt. is igitur, exemplo Nonni, credo, res
amatorias, ποθόβλητα ἔργα dicere auſus eſt. Tantum, ſi autoritas accedat, ca-
cozelia poteſt. vt vel inde planum fiat, quantum ad integrum interſit ju-
dicium, de iis quæ perperam dicuntur, moneri juuentutem. Idem autem,
quanto ex Græcorum ratione alibi melius?

τῇδε κονίῃ
Σκῦλα ποθοβλήτου κεῖται Ἀναξαγόρα.

Qui & melius quam Nonnus hic, ad amorem id tranſtulit. Nam præter-
quam

quam quod τὰς ἐπιθυμίας parum Græce ποθοβλήτους μερίμνας dixit, ne hoc quidem, quam à ſenſu Sanctiſſimi ſcriptoris id alienum eſſet, cogitauit: qui τὰς τοῦ διαβόλου ἐπιθυμίας, neutiquam amorem, ſed peccata, quorum autor eſt diabolus, (in primis autem actualia, quemadmodum ad locum iſtum pridem obſeruauit Auguſtinus) ſic dixit. Quorum ſpeciem hic ipſe ponit: non libidinem profecto, aut amorem, ſed contrarium omnino; homicidium nimirum. cujus originem Caino aſſcribebant veteres. Auguſtinus: *Itaque hoc in loco patrem Iudæorum Cain ſignificat, cujus imitatores volentes eſſe Iudæi, Saluatorem peremerunt. Ab eo enim forma data eſt fratricidii.* Quis autem ποθόβλητον dicere auſit fratricidium? Verum quia חפץ, quam ἐπιθυμίαν Helleniſtæ reddunt, ſæpe beneplacitum deſignat, peruerſam inclinationem, inprimis ἀνθρωποκτονίας, quæ in illo ſcelerum autore eſt qui ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνος
dicitur fuiſſe, ita expreſſit. Cum eodem capite, quod Euangeliſta dixit ὅτι ℣ſ. 48.
Σαμαρείτης εἶ, ita reddit,

Ὅτι θεὸς ποιητὸς ἀεξήθης Σαμαρείτης,

putaui aliquando Eſaiæ locum cap. 10. ℣ſ. 11. ὃν τρόπον γὰρ ἐποίησα Σαμαρείᾳ, καὶ τοῖς χειροποιήτοις αὐτῆς, reſpexiſſe, ac ſic vocem ſimplicem, ſiue τὸ ἁπλοῦν, vt loquuntur Critici, loco συνθέτου, ſiue compoſiti, vſurpaſſe. vt θεὸς χειροποίητος אליל, θεὸς οὐ θεός, ἤγουν ποιητός. *Deus nihili*, ſit: quemadmodum quotidie nouos Deos aut colebant aut è monte ſuo producebant Samaritæ. potuiſſe autem fieri, vt aliquis ex Græcis eam vocem ita reddiderit. Sed profecto aliud eſt Σαμαρείτης, quod hic à Iudæis Domino impingitur, aliud eorum Dii, ſiue idola. Quare maximo Scaligero aſſentior, qui totum verſum ſic ſimpliciter legebat:

Ὅτι νέος ποιητὸς ἀεξήθης Σαμαρείτης.

Quod nouus nobis factus Samarita ſis. propter conſuetudinem haud dubio cum muliere, de qua ſupra, aut aliis Samaritanis: & quod, vt illi, ab ipſis diſſentiret. Sed ποιητὸς non ſine cauſa: quod Samaritani olim, Apoſtatæ Iudæis eſſent. Vt νέος ποιητὸς Σαμαρείτης, Iudæus ſit Apoſtata: ſiue qui recens è Iudæo factus Samaritanus.

Cap. VIII.

Nonnus emendatus. Locus capite nono de cæco cui reſtituitur viſus. Sine oculis fuiſſe ex veterum ſententia. Eos à Deo creatos, ex opinione eorundem. ἡ ὀφθαλμοῦ δημιουργία. χθόνιος κενεών, *quo oculi cæco conferuntur, quid Nonno.* κένωμα *Aquilæ quod* κενὸν *Theodotioni Geneſ. primo. vtrunque terræ tribui.* χοῦς ἀνδρογόνος. ἀλαωπὸς ὀμίχλη, *an recte.* ἐπιπροσθεῖν τοῖς ὀφθαλμοῖς. *Morbus Lazari* ἀσθένεια. φόνιος ὄλεθρος, *morbus quo interiit Lazarus.* φοναὶ, *loca vbi committuntur cædes.* φόνοι, *homicidæ.* φόνις, τὸ ἐκ φόνου αἷμα. *Caiaphas* θεοπρόπος, *& an recte.* θεόρητος *aliud quam* θεοπρόπος. *illud Caiaphæ conuenire, non hoc. Prophetia dicta* δι' οἰκονομίας, *qualis Caiaphæ hæc fuit. Hebræorum de ea verſiculus ſponte forſitan natus. Septenarius verſus Varroni, qui Politicus poſterioribus Græcis. Eo genere, triumphale carmen, quod Dauidi accinitur, conceptum. Feſtum Paſchæ, quod inſtaret,* δεξιχόρευτος ἑορτὴ *dictum. Opera Domini miraculoſa & quæ diuinam in Chriſto arguerent naturam, male* θεηγορῆ *à noſtro dici. quid* θεηγορὴς *vel ipſo teſte. Opera Domini diuina,* θεοπρεπῆ *Theologis antiquis dicta. Linteum quo ſe præcinxit Dominus,* σκληρὸν ὕφασμα. λέντιον, *ſindon Syro interpreti.* Βαδδὶν, βύσσινον ἔνδυμα. *Heſychii error.* Βαδ *&* Βαρ *ex errore Helleniſtarum confuſa. linteum quo Dominus præcinctus fuit, ex goſſipio. Oſiridis veſtis à Tertulliano dicta. Nonni error.* ὁπλότερον *quid Græcis.* καινὴ ἐντολὴ, ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, *& quomodo Euangeliſtæ dictum.* καινὸν *ex Hebraiſmi ratione* τὸ ἔξοχον, *& quod excellit.* ὁπλοτέρη ἐφημοσύνη *Nonno, quæ* καινὴ ἐντολὴ *Euangeliſtæ.* ὁπλότερον *quid, & quomodo vſurpatum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

tum Græcis. Spiritus Sanctus incogitanter & imprudenter μετανάστης *dictus. Spiritus Sanctus donum* ἀμεταμέλητον, *ac nihil minus quam* μεταστατικὸν ἢ ἀποστατικόν. Μετανάσται *in Republica qui. qui Geographis* μετανάσται. *Iazyges metanaſtæ. Aſtrologis* μετανάσται *in ſtellis. Aſtra* παλίνωρα. *Theologis* μετανάσται *qui &* ἀποστάται. *Meſſaliani, ſiue Euchetæ,* αὐθαίρετοι μετανάσται *Syneſio dicti. Sancti Spiritus præſentia conſtantiaque quomodo Chaldæis dicta. Schecina conſtantiæ nota.* μένειν *& habitare de S. Spiritu.* μένειν *ex Chaldæorum ac Syrorum vſu quod* οἰκεῖν *Apoſtolo.* παρεπίδημος *Abrahamus. Sanctus Spiritus* ὁμόγονος, *ſiue frater Domini, dictus. Sanctus Spiritus ex Patre, non* γεννητῶς *tamen vt Filius, ſed* ἐκπορευτῶς. Ἀδελφοθεΐα, *quam Nonnus expreſſiſſe videtur, veteribus damnata.* Προβολεὺς *Pater Spiritus.* τρόποι ὑπάρξεως *confuſi.* Φεράλληλα & ἀλληλένδετα *nomina Theologis.* κόσμος ἀέναος, *& an recte.* κόρυμβος πολύπλορθος. κόρυμβος, *& in eo error noſtri.* κραδίη μυθοτόκος, *de Domino parum pie. Diabolus* ἀρχὸς ἀγλώωρ, *parum circumſpecte.*

Cap. IX. ℣ſ. 1. NOni capitis initio, vbi mirum quam luxurietur noſter, cœcus, cui viſum Dominus reſtituit, συμφερτὴν, ἀμέρσον, ἀχάρακτον ὀπωπὴν habuiſſe dicitur. Vbi συμφυρτὴν, non συμφερτὴν, lego. vt ſignificet, confuſum plane & indiſcretum fuiſſe ejus viſum. nam ἀχάρακτον cum addit, ne quidem illi oculos fuiſſe ſignificat, quem Euangeliſta, τυφλὸν ἐκ γενετῆς, ſatis habuit dixiſſe. Quanquam ſane ſic de eo veteres ſenſerunt, vt non viſum modo illi datum, ſed & oculos à Domino formatos ac creatos dicant. Cyprianus, *Sputo oculos Chriſtus fabricauit*. Et Aſterius, κλιθῆναι τοῦ αὐτοσχεδίους ὀφθαλμοὺς καὶ κατασκευασθῆναι ait. Idem, ἵν᾽ ὅθεν τὸ ὅλον κατ᾽ ἀρχὰς ἐπλάσθη ζῶον, καὶ τὸ μέρος δείξῃ πλαττόμενον. *vt ex quo* (puluere nimirum) *totum initio formatum eſt, partem nunc oſtenderet formatam.* Eodem Chryſoſtomus ad 14. Matthæi reſpexit, cum miraculum, de quo hic agitur, δημιουργίαν ὀφθαλμοῦ vocauit. qui, ὅτε, inquit, ὀφθαλμὸν ἐδημιούργησε, *cum creauit oculum.* Et Theophylactus, cum eodem modo, quo protoplaſtus, formatum atque conditum fuiſſe ait. διὰ τοῦτο καὶ ἀπὸ πηλοῦ τὰ ὄμματα δημιουργεῖ, ἐκείνῳ τρόπῳ τῆς δημιουργίας, ᾧ καὶ τὸν Ἀδὰμ ἐδημιούργησε. Auguſtinus, ſeu quicunque autor, Sermon. De Temp. *Recepit hic quidem* (de altero cœco) *oculos. alter accepit: & quod natura non dederat, manus Chriſti formauit. Impoſuit enim fronti puluerem, ſputo conſperſum, & ad tactum ſacræ manus operis diſciplina feſtinans, luciferas gemmas orbibus præforatis infixit, & quod natura non dederat, Chriſtus artifex integrauit.* Eun-

℣ſ. 6. dem puluerem quid voluit cum κενεῶνα χθόνιον vocauit? Ita enim mox ſequitur:

Καὶ χθονίῳ κενεῶνι πεφυρμένον ἀφρὸν ἑλίσσων.

Et κενεῶνος quidem vocem, varie à noſtro vſurpari, norunt qui præſertim ejus Bacchica legerunt. Nunc cum ait, Dominum ἐκ χθονίου κενεῶνος καὶ ἀφροῦ, id eſt, *ſputo*, lutum hic feciſſe, quo cœcus ille, cujus facta mentio, inungeretur, terram aut puluerem intelligi, res ipſa docet. Cauſam autem cur ſic ſit locutus, nemo docet. nam interpretes de terra, quæ lapidibus ſit vacua, quod adferunt, nullius ſane eſt rei. Ac fortaſſe, vt non omnia ad trutinam judicii exactam ponderauit, ad τὸ κένωμα reſpexit, quo interpres Aquila in exprimenda voce בהו, ſiue, *inanitatis*, vſus eſt. quod κενὸν Theodotio interpretatus erat. de terra quippe, inanem & vacuam fuiſſe primo, Geneſ. 1. ſtatim initio dicitur. Κόνις autem, etiam origine, quid aliud quam κένωμα aut κενόν? quemadmodum Chaldæis terra ibi רקניא. Sed, quod nemo neſcit, περὶ τῆς ἀστάτου καὶ ἀκατασκευάστου τῆς γῆς, ſeu, de terra quæ tum nondum terra erat, ibi agit Moſes. Neque id tamen obſtat, quin ad ipſam Aquilæ reſpexerit hic vocem, & vt ille κένωμα, inanem adhuc terram dixerat & vacuam, ita κενεῶνα partem ejus, quæ inanis maxime ac leuis, ejus dixerit exemplo; puluerem nimi-

nimirum. Terræ quippe pars leuiſſima ac maxime inanis, de qua agit. mirum enim quantum veteres in illis ſe interpretationibus tum oblectarint. Paulo poſt cum dixit

Ὀφθαλμοὺς πλέων νεοτευχέας ἤφασε πηλῷ Ibid.
Ἐκ χοὸς ἀνδρογόνοιο,

in animo Helleniſtas ſuos habuit. Illi enim, καὶ ἔπλασεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς. vt reſpiciat ad eos, quos jam dixi, qui eodem modo eademque ex terra, è qua factus Adam, factos eſſe hos oculos volebant. vnde Cyrus Prodromus, lutum, quo hic vſus fuit Dominus, πηλὸν ὀμματουργάτην dixit.

Ὁ πηλὸς οὗτος, πηλὸς ὀμματουργάτης,
Οὐχ ὡς φύσιν σχὼν δημιουργὸν ὀμμάτων,
Ἀλλ' ὡς ὑπουργῶν τῇ κελεύσει τοῦ λόγου·
Ὡς ἐμπλύσαις μοι, Χριστὲ, τὰς ψυχῆς κόρας.

Caliginem adimere vſum oculorum, ac inducere illis cœcitatem, planum eſt: quod, ἐπιπροσθεῖν τοῖς ὀφθαλμοῖς, à Græcis dicitur. quibus euenire id ſolet, ἀλαωποὺς cum Poëtis dicas. Itaque non σκότος, ſiue ὀμίχλη, hoc eſt, tenebræ, ſed is, cui illæ nocent, ita dicendus erat: &, οἱ ἐπιπροσθούμενοι τοὺς ὀφθαλμοὺς, hoc eſt, qui obſtructos habent oculos, non ἡ ἐπιπροσθοῦσα τοῖς ὀφθαλμοῖς ὀμίχλη, vel σκοτία, hoc appoſitum meretur. Heſychius, Ἀλαῶπιν, σκοτεινὴν, οὐ βλέπουσαν. Ἀλαωπὸν στέρησιν ὀφθαλμῶν, τύφλωσιν οὐ βλέπουσαν. Hoc enim vitium eſt cœci, qui, ab ipſa cœcitate, ἀλαωπὸς Poëtis dicitur. Quod non cogitabat, cum de hoc eodem, aliquanto poſt,

Ἑβδομάτη δ' ἄπρηκτος ἔην τότε θέσκελος ἠώς, ℣ſ. 14.
Τῇ ἔνι πηλὸν ἔτευξε, καὶ ἔπλασε φέγγος ὀπωπῆς
Χειρὸς, ἀπὸ βλεφάρων ἐλάσας ἀλαωπὸν ὀμίχλην.

Et quare oculis nunc tenebras abactas ait, quos tum primum formatos ac creatos, ante, imo toties, jam dixit? Morbum, quo Lazarus amicus Domini extinctus eſt, Euangeliſta non expreſſit: niſi quod ἀσθένειαν vrbane dixit. qua de re ad locum ipſum infra. noſter febrim ſupra poſuit, ſi quicquam judicamus. Quid eſt ergo, quod ad locum illum capite vndecimo, ℣ſ. 37.
Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν εἶπον, Οὐκ ἠδύνατο οὗτος ὁ ἀνοίξας τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ, ποιῆσαι, ἵνα καὶ οὗτος μὴ ἀποθάνῃ; ita loquitur,

Μὴ φονίῳ νέκυς οὗτος ὁμιλήσειεν ὀλέθρῳ?

Quis enim febrim, aut quemcunque generis ejuſdem morbum, φόνιον ὄλεθρον, hoc eſt, cruentam dixit mortem? Eſt enim φόνος, ὁ διὰ σφαγῆς θάνατος. quod ex minimo Græcorum diſcere profecto potuit: nam hæc talia ad nauſeam Grammatici. Vnde & φοναὶ, ipſa loca vbi committuntur cædes. & qui criminis illius rei, φόνοι Dorienſibus: qui ſceleſtos quoque, καὶ τοὺς φόνου εἰργασμένους ἄξια, ſic dicunt. Quemadmodum & φόνις, τὸ ἐκ φόνου αἷμα, *qui ex cæde ſanguis*. atque hoc prorſus ſane ἀσύστατον. Imprudenter capite eodem, Caia- ℣ſ. 51.
pham, quem antea non male ἀθέμιστον dixerat, θεοπρόπον vocauit. Αὐτόματος δ' οὐ τοῦτο θεοπρόπος ἔννεπεν ἀνήρ. Quod non magis illi conuenit quam Balaamo aut Diabolo, cum, inſtinctu Dei, vera, vel inuitus, dicit. Sed in Grammaticorum gloſſis legerat, θεοπρόπον, τὸν ἐκ θεοῦ προλέγοντα dici. cum θεόρητος, hic de quo agit, non θεοπρόπος fuerit dicendus: qui viribus non ſuis, ſed illius, à quo regabatur, voluntate, vt cum B. Hieronymo, dicamus, locutus fuerit. ſaltem cogitaſſet, alibi de Chriſto Domino ſe ea voce vſum. Fuit ergo prophetia, quam δι' οἰκονομίας veteres Theologi dixerunt. Quod rotunde inprimis Hebræorum vt alibi diximus exprimunt Magiſtri, נבא ברצון האלהים ולא ידע מנבא. *Prophetat ex voluntate Dei, nec capit quod prophetat.* Quo carminis genere (ſeptenarium dixit Varro) & Triumphale quod in contumeliam Saulis Dauidi à fœminis 1 Sam. 18. ℣ſ. 7. accinitur, conceptum alibi obſeruauimus: vt Hebræis quoque placuiſſe videatur. quanquam iſta aliud agen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

agentibus nonnunquam excidunt. Porro licet plane incogitanter, ſponſum, cujus nuptiæ recenter celebratæ eſſent, cap. 2.
vſ. 56. νεόγαμον dicas, omnem tamen ſuperat abſurditatem, ἀρχιχόρευτον dixit, quem
ſtum, non elapſum, ſed quod jam inſtaret, ἀρχιχόρευτον ἑορτὴν vocauit. Quippe, vt omittam, τὸ χορεύειν eſſe ἀμετάβατον, ſiue; verbum quod non tranſit,
vt νεοχόρευτος, ſicut νεοποίητος, dici non poſſit, quis perſuaſit ei, τὸ ἀρχι, quod
idem eſt quod πρὸ ὀλίγου, temporis venturi notam eſſe, aut νεόπλουτον, qui diues eſt futurus? Ibi autem, vt hic,

ὀψὲ δὲ αὐτὸς
Ἔνθεον ἴχνος ἔκαμψεν ἐς ἀρχιχόρευτον ἑορτήν.

cum Euangeliſta paulo poſt πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα, etiam quæ mox ſequun-
vſ. 42. tur, eueniſſe dicat. Negligenter eodem capite, & ἀκύρως, opera miraculoſa & quæ diuinam in Domino arguerent naturam, θεηγενῆ dixit. quod
ipſius qui miracula agebat attributum eſt. Neque id ipſum fugit. capite
enim 19.

Θεσπεσίην ἐσθῆτα θεηγενέος βασιλῆος.

& 21. Ὃς δὲ δαινυμένοιο θεηγενέος βασιλῆος &c. dixit. Hic vero cum Euangeliſta dixiſſet, ὅμως μέντοι καὶ ἐκ τῶν ἀρχόντων πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, noſter,

Ἔμπης ἀπλανέες τινὲς ἀνέρες ἴδμονι σιγῇ
Ἀρχῇ Ἰουδαίων, ὑψαύχενος ὄμματα βουλῆς
Παιδὶ θεοῦ πείθοντο θεηγενέων χάριν ἔργων.

quaſi idem ſit ὁ γεννώμενος & τὰ γινόμενα: qui ab æterno eſt genitus, & opera
quæ fecit. Atqui opera, de quibus agit, peculiariter θεοπρεπῆ dixerunt Theo-
Cap. XIII. logi: vt Cyrillus & alii. quod neque hic reſpuebat verſus. Capite decimo &
tertio, Sanctiſſimus Euangeliſta, Dominum, è menſa Sacra ac diuina vere,
vſ. 4. ſurrexiſſe ait: qui & veſtes, inquit, poſuit, ſumptoque ſeſe linteo præcinxit.
καὶ λαβὼν λέντιον, διέζωσεν ἑαυτόν. Quod linteum, non video, qua cauſa, σκληρὸν
ὕφασμα, *duram veſtem*, dixerit. Non enim dubitandum, quin & tenue &
terſum fuerit inprimis. quale eſt quod בד Hebræis dicitur. Vt cum dicunt
ephod בד. quod Chaldæi byſſinum, non tam materiæ fortaſſe, quam tenuitatis cauſa, exponunt. ideoque & erudite Syrus, *ſindonem* hoc loco vocat.
Heſychius cum dixit, περίζωμα ἱερατικὸν, ad *ephod* בד haud dubio reſpexit.
Idem doctiſſimus Grammaticus, Βαδδὶν, βύσσινον ἔνδυμα, εἰς ἱερέας: ex interpretatione Chaldæorum, quibus βὰδ eſt βύσσινον. vnde βαδδὶν, quod pluralis
formæ. Nam cum ſcripſit idem, Ἐφοὺδ βὰρ, ἱερατικὸν ἔνδυμα, τὸ δὲ βὰρ, μικρὸν
λέγεται, Helleniſtarum ſequitur errorem. qui non βὰδ ſed βὰρ in Hebræo
legerant: quod neminem neſcire puto. Niſi quis linteum ex molliſſima
goſſipii lanugine vocari durum poſſe exiſtimat. quale hoc fuiſſe autor antiquiſſimus Tertullianus ſine dubio exiſtimauit; cum linteum, quo Chriſtus
hic eſt vſus, propriam Oſiridis vocauit veſtem, lib. De corona Militis. qui, *Si
& vniuſcujuſque ſupellectilis, & ſingulorum vaſculorum aliquem ex Dis ſeculi
autorem nominaris, agnoſcam neceſſe eſt, & recumbentem in lectulo Chriſtum, &
cum peluem diſcipulorum pedibus offert, & cum aquam ex vrceo ingerit, & cum
linteo circumſtringitur; propria Oſiridis veſte.* cujus Sacerdotes *linigeros* idcirco à Poëtis dici, notum eſt. ipſum à Benjamino *citin Mizri*, *linum Ægy-
vſ. 34. pti*, niſi fallor, dicitur. Eodem capite ad illa verba, ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν,
non videtur aſſecutus, quid ὁπλότερον ſit Græcis, cum Sanctiſſimi Euangeliſtæ verba, ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ſic interpretatur,

Ὁπλοτέρην ἐν ἅπασιν ἐφημοσύνην ἐπιτέλλω.

Nam hoc ad ætatem Græci referunt, quæ tirociniis eſt apta. quam deſcriptam atque definitam etiam Romani habuerunt. Præterea, cum nouum
non videatur hoc præceptum, quod à Domino exprimitur hoc loco, ἵνα
ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, (quanuis non ignorem, quod & alibi jam dixi, quomodo
nouum

nouum dici poſſit, quod tum vſu prope ignotum erat) fieri poteſt, quod jam aliis in locis quoque admonuerunt eruditi, ἐντολὴ ἔξοχος καὶ ἀναγκαῖα, id eſt, *præſtans ac eximium*, aut, *neceſſarium* ſignificetur hic præceptum. Sicut καινὸς οἶνος à Matthæo: Hebræorum more, quem nec pueri ignorant. Adde quod non, ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς, ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, ſed ſimpliciter, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, dixit: cui illud ſubjungit: καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς, ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. Quemadmodum & alias cum præceptum repetitur, non, ἵνα ὡς ἐγὼ ὑμᾶς ἠγάπησα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, ſed, ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, vt recte vir doctiſſimus Ianſenius notauit, dicitur. Quare fruſtra hic ſe torquent veteres, qui & à diſtinctione abeunt recepta. Theophylactus, εἶτα ἐπειδὴ ἠπόρησεν ἄν τις, πῶς καινὴν ἐντολὴν δίδως, κύριε, τὴν ἀγάπην, ἣν καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ νενομοθετημένην οἴδαμεν· ἐπιφέρει, ὅτι καθὼς ἐγὼ ἠγάπησα ὑμᾶς, ἵνα καὶ ἀλλήλους ἀγαπᾶτε. ac ſi legendum atque diſtinguendum eſſet, ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καθὼς ἐγὼ ἠγάπησα ὑμᾶς. quemadmodum Chryſoſtomus quoque & Cyrillus. Quod ſi eo, quo jam dixi, modo vocem καινὴν ſumas, nulla reſtat difficultas. Niſi quis οὐ καινὴν etiam hic legat, quod non probo: & Euangeliſtæ proprium, diuerſa ratione eadem voce vti. Vt vt ſit, ὁπλότερον, νεώτερον eſt, non καινὸν aut καινότερον, vt recte interpretatur id Heſychius & alii. Ὁπλότερος certe qui Romanis tiro: qui arma, inquam, primo gerit. Vnde & Grammaticis, ὁπλότερος, νέος, ὡς ὅπλα αἴρειν δυνάμενος, *juuenis qui primum*, ὅπλα, ſiue, *arma*, ferre jam poteſt. Adde quod de viris proprie id vſurpari notant: adde quod ὁπλότερος γενεῆφι, Poëta dixit, qui ad ætatem id refert. Apud eundem Euangeliſtam, decimo & quarto capite, ſic ipſa Veritas pronuntiat, Καὶ ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα, καὶ ἄλλον παράκλητον δώσει ὑμῖν, ἵνα μένῃ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα. Vbi noſter, CAP. XIV. vſ. 16.

Καὶ θεὸν αἰτήσω γενέτην ἐμὸν, ὄφρα κεν ὑμῖν
Οὐρανόθεν πέμψειε παράκλητον μετανάστην,
Χριστοῦ σύγγονον ἄλλον ὁμοίϊον, ἔμπεδον αἰεὶ
Ἀτρεκίης ὀχετηγόν.

In quo loco, cum Sanctus Spiritus, donum, nec leue nec inconſtans, ſed perpetuum, ac, vt loquitur Apoſtolus, ἀμεταμέλητον, promittatur, quis diuinare poteſt, quid in mentem illi venerit, cur attributum, quod per diſciplinas omnes ac ſcientias, in quibus vſum habet, inconſtantiæ ſignificatione ac leuitatis proſcriptum eſt, ei aſſignarit? Eo, inquam, aſſignarit loco vbi de conſtantia illius agitur: vbi diſerte, ἵνα μένῃ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα, dicitur. Quemadmodum & ſequitur, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν, ὅτι οὐ θεωρεῖ αὐτὸ, οὐδὲ γινώσκει αὐτό· ὑμεῖς δὲ γινώσκετε αὐτὸ, ὅτι παρ' ὑμῖν μένει καὶ ἐν ὑμῖν ἔσται. Nunc ergo Spiritum, quem ipſe ἔμπεδον αἰεὶ Ἀτρεκίης ὀχετηγὸν, *firmum ac conſtantem veritatis ducem*, dixit, de quo ibidem,

Ὄττι μεθ' ὑμείων μενέει καὶ ὁμόστολον ἔσται,

ſemper ac perpetuo cum illis futurum dixit, μετανάστην, & eodem quidem loco dicere auſus eſt. Politicis enim, vt hinc incipiam, μετανάσται, non tam peregrini quam errones, & qui ſtabile, vt ille loqui ſolet, ſtabulum non habent: οἱ μεθιστάμενοι, nimirum: qui alibi, vt recte Grammatici, cum nati ſint, illinc ſeſe ſubduxerunt. Vnde fit, vt in Republica, in qua viuunt, μέτοικοι, ſiue, inquilini, fiant, neque ad magiſtratus aſpirare poſſint. vt Athenis inter alias. Vnde & πολῖται νόθοι, *ciues ſpurii* dicuntur. Vt non fruſtra conqueratur Achilles,

ὅς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔθηκε
Ἀτρείδης, ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην.

qui me ſumma affecit inter Græcos contumelia, tanquam vagum ac erronem, aut ſpurium adulterumque ciuem. Etſi proprie non notat extraneum, (quanuis in Republica ſic vſurpetur) ſed qui locum proprium aut patriam mutauit. In Geographia, gentes vagæ & erraticæ, quales nomadicæ, μετανάσται

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

dicuntur. vnde *Iazyges metanaſtæ*. Aſtronomi, & præſertim, qui τῶν φαινομένων doctrinam perſecuti ſunt, ea aſtra, ſiue ſigna, quæ non errant, ſed & ordinem & ortum occaſumque definitum habent, reliquis opponunt, quos errones, ſiue μετανάστας, vocant. Theo ad Aratum: οἱ γὰρ πλάνητες οὐκ ἔχουσι τὴν τῆς θέσεως τοιαύτην, ἀλλὰ πλανώμενοι, καὶ μετανάσται εἰσίν. vnde & ἀπλανῆ non ſunt, vt reliqua: quæ eodem tempore & occidunt & oriuntur. Ipſe Aratus,

Οὐκ ἂν ἔτ' εἰς ἄλλους ὁρόων ἐπιτεκμήραιο
Κείνων, ἵνα κέονται· ἐπεὶ πάντες μετανάσται.

Et ibidem Theo, ἐπειδὴ πάντες μετανάσται, καὶ οὐκ ἐν ταὐτῷ κείμενοι. Deinde autem addit, οὐ γὰρ τῶν μενόντων εἰσίν. *neque ex iis enim qui manent:* cui contrarium, & iiſdem quidem verbis, de Sancto dicitur hic Spiritu, quem tamen μετανάστην, hoc eſt, πλανήτην, dixit. cum & S. Spiritui vbique in Sacris, τὸ μένειν, vt proprium, attribuatur, Theologis autem, μετανάσται, μεταστάται ſint & ἀποστάται: qui præſcriptum, nempe, ſibi ordinem deſuerunt. Vnde Syneſius, Meſſalianos, ſiue, Euchetas, qui deſerta ſemel ſtatione, vagabantur, αὐθαιρέτους μετανάστας, *ſpontaneos errones*, ſiue, *fugitiuos*, dixit. qui, Epiſt. 67. οὗτοι καθέδραν μὲν ἀποδεδειγμένην ἔχειν οὐ βούλονται· οἵγε τὴν οὖσαν ἀπολελοίπασι, οὐ κατὰ συμφορὰν, ἀλλ' αὐθαίρετοι μετανάσται γενόμενοι. *hi definitam habere atque aſſignatam ſibi cathedram recuſant: vt qui propriam deſeruerunt; non calamitate expulſi, ſed ſpontanei errones facti.* Nota ergo inconſtantiæ ac leuitatis ſemper illud attributum, quanuis aliquando κατ' ἀκολουθίαν paulo vſurpetur aliter: quod omnino locum hic non habet. Præſtantiſſimum ac ſine exemplo optimum Henrici Stephani Gloſſarium, Μετανάστης, *transfuga, migrator.* vt negari non poſſit, quin eo loco, in quo Dominus non minus ejus quem miſſurus eſt conſtantiam, quam muneris præſtantiam commendat, attributo plane inepto ac contrario ſit vſus. Quanto autem melius Chaldæi ac Rabbini, qui diuinam Spiritus præſentiam שכינה, ſiue, *habitationem*, vocant. quæ profecto vox τῷ μετανάστῃ recte opponitur. Etiam Chaldæi, cum de majeſtate Dei ac præſentia illius agunt, *habitare* eam dicunt. quo ſenſu paſſim Thargum voce שרא, quod eſt *habitare*, Helleniſtis autem μένειν, vtitur. Vnde locus oppido diuinus Numerorum vndecimo: vbi præſentia Diuini Verbi & majeſtas, *habitare inter ſuos* dicitur. Ita cum primo capite Ezechiel, *Factam ſuper ſe manum Dei*, ſiue, *Domini Iehoua*, ait, quod Helleniſtæ, ἐγένετο ἐπ' ἐμὲ χεὶρ κυρίου, Chaldæi, *reſediſſe prophetiæ ſuper eo ſpiritum*, exponunt, & hac voce vtuntur. Quo reſpexit Sanctus autor noſter paſſim in Epiſtolis. inprimis autem primæ capite ſecundo, ℣ſ.14. vbi, καὶ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἐν ὑμῖν μένει. Talia ſunt illa, quæ leguntur ibi paſſim, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐν τῷ θεῷ μένει, καὶ ὁ θεὸς ἐν αὐτῷ. cap. 4.16. Et ibidem paulo ante, Θεὸν οὐδεὶς πώποτε τεθέαται· ἐὰν ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, ὁ θεὸς ἐν ἡμῖν μένει, καὶ ἡ ἀγάπη αὐτοῦ τετελειωμένη ἐστὶν ἐν ἡμῖν. Ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ δέδωκεν ἡμῖν. Qua voce & in Euangelio non ſemel ita vſus eſt. vt cum dixit, ὁ μένων ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. qui & alibi μονὴν ποιεῖν dixit, quod Apoſtolus οἰκεῖν eodem ſenſu dixit. Ac de Spiritu diſerte, εἴπερ πνεῦμα θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. ad Rom. cap. 8.9. &, Οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, alibi. hoc eſt, שרא. Quod Chaldæorum ac Syrorum more, τῷ שכינה tribuitur, ac idem notat. quæ propter arcam fœderis in Sanctuario jam olim habitare dicebatur: ſicut poſtea in templo. Vnde, *templa ſpiritus*, fideles. quos ipſe noſter, μέλαθρον καὶ δόμον θεοῦ, alibi vocauit. Sed quo iſta? quia autor ipſe, ἵνα μένῃ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα, hic dixit. Atqui μετανάστης eſt quod תושב dicerent Hebræi: Helleniſtæ παρεπίδημον interpretari ſolent. Ita Abrahamus גר ותושב dicitur: quod μετανάστην Gregorius interpretatur: vagabantur enim patriarchæ. quare nullum hic adhibuit judicium. Nec ferendum ſane in homine, qui Theologice ſe loqui poſtulet, quod hunc ipſum Spiritum
Ibid. de quo nunc agit, Χριστοῦ σύγγονον hoc loco, hoc eſt, fratrem, dixit. Cum

vterque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

vterque quidem, non eodem tamen modo, ſit ex Patre. Nam hinc ipſa Perſonarum oritur proprietas. quod alterius ἡ γέννησις, alterius ſit ἡ ἐκπόρευσις. Quanquam enim ipſe quoque Spiritus ex Patre, non tamen υἱικῶς, vt Filius, quemadmodum Cyrillus loquitur, ſed ἐκπορευτῶς: cum profecto υἱικῶς naſcantur fratres. Adde quod opinionem iſtam merito jam veteres damnarant. Optime Cyrillus, οὐ γὰρ ὁμοιοῦται γέννησις ἑτέρα τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ γεννήσει· εἰ γὰρ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ἀλλ᾽ οὐ γεννητῶς ἀλλ᾽ ἐκπορευτῶς. Et Euthymius, *Quare autem Filius & Spiritus, non dicuntur fratres, cum eundem habeant patrem? Quia non eodem modo ex illo ſunt. Siquidem ille naſcitur, hic vero procedit.* Et Epiphanius aduerſus πνευματομάχους, Οὔτε συνάδελφος υἱὸς πατρὶ, οὔτε συναλοιφή· καὶ τὸ πνεῦμα οὔτε συναλοιφὴ, οὔτε συνάδελφον πατρὶ καὶ υἱῷ. Item, Πνεῦμα ἅγιον οὐ γεννητὸν, οὐ κτιστὸν, οὐ συνάδελφον. Quid quod qui Sanctum Spiritum συνάδελφον facit Chriſto, Chriſtum (quod nec dici ſine horrore poteſt) μονογενῆ negat? vt ab eodem probatur. Sed & facilius, vt ἐκπορεύεσθαι dicatur filius, admiſerit Theologus, quam vt γεννᾶσθαι aut συγγεννᾶσθαι S. Spiritus. Quicquid enim (inquit S. Auguſtinus, cum de hac diſtinctione loquitur,) *gignitur, procedit, ſed non contra, quicquid procedit, etiam gignitur.* Quemadmodum Theologis veteribus, Pater, reſpectu Filii, non Spiritus, ſic dicitur. cujus προβολεὺς ab iis nuncupatur Pater. Et ſi σύγγονος ſit Chriſti Spiritus, duos filios habebit Pater. quare τρόπους τῆς ὑπάρξεως confundit. Ac profecto mirum, quæ τῆς ἀδελφοθείας πέρι antiqui conſcripſerunt, non vidiſſe noſtrum: quomodo eorum errorem dicebant, qui ex Patre, & eodem modo, Filium productum atque Spiritum volebant. Sinaita Anaſtaſius: ἢ ποῖον ποίου προήγαγεν ὁ πατήρ; πότερον τὸν υἱὸν ἢ τὸ πνεῦμα; εἰ δὲ τὰ ἀμφότερα ἅμα, ἄρα αὖ ἀδελφοθεία καὶ διδυμοτοκία ἐστὶν ἐν τῇ τριάδι. quæ verba ex Nyſſeni diſputatione, περὶ τοῦ, τί ἐστι τὸ κατ᾽ εἰκόνα θεοῦ καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν, deſumpta ſunt. Quo eodem loco eleganter docet, ſicut Patris nomen, cum in Trinitate dicimus, Filium haud dubio cum illo denotamus, ita Spiritum cum dicimus, cum illo denotari Deum; Patrem ſcilicet & Filium. Vnde & hæc nomina, quæ Perſonas totidem, æquales & diſtinctas, vnum vero notant Deum (Patris dico, Filii, & Spiritus,) φεράλληλα καὶ ἀλληλένδετα Theologi dixerunt. In quibus nulla eſt fraternitas; ſed potius æqualitas: quia, nempe, & vnitas. In noſtro qui excuſant hoc aut aliter interpretantur, fruſtra ſunt, cum, incogitantia, vt alia, commiſſum ſit. Nobiliſſimus eſt locus, qui ſub finem capitis ejuſdem, in iſta verba legitur: ỷſ. 30. Ἔρχεται γὰρ ὁ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχων, καὶ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἔχει οὐδέν. Ad quem ita Nonnus: ἀπροϊδὴς δὲ Ἀενάου κόσμοιο φανήσεται ἀρχὸς ἀγλώωρ. Vbi, quare mundum dixerit æternum, dubitari poſſe video. Nam ſi proprie locutus eſt, quod fieri non poteſt, non à Chriſtianis modo abit, ſed ne quidem ex philoſophis pleroſque pro ſe habet. Quod ſi cum Euangeliſta loquitur, qui improbos hoc nomine intelligit, obſcuritatem magnam loco intulit quem illuſtrare debuit. Quanquam enim, in æternas improbos ſeruari pœnas conſtat, nemo tamen, niſi fallor, ipſos recte dixerit æternos qui bis mortui rectius dicuntur. Proximum eſt igitur, vt ſæculum intelligat venturum, id quod עולם הבא Hebræorum dicitur Magiſtris. quod ſi voluit, jam à Domini haud dubio diſceſſit mente, qui ſæculi Principem hujus diſerte Diabolum vocauit. quippe τούτου τοῦ κόσμου cum dicatur. De quo recte B. Hieronymus, *Dominus Diaboli mundus, qui in maligno poſitus eſt; non creatoris dignitate, ſed magnitudine delinquentium.* Vnde & Chryſoſtomus, κόσμου ἄρχοντα, τὸν διάβολόν φησι, καὶ τοὺς πονηροὺς ἀνθρώπους οὕτω καλῶν. οὐ γὰρ οὐρανοῦ ἄρχει καὶ γῆς· ἐπεὶ ἀνέτρεψε πάντα καὶ κατέβαλεν· ἄρχει δὲ τῶν ἑαυτοὺς παραδιδόντων αὐτῷ· διὰ τοῦτο καὶ ἄρχοντα σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου καλεῖ. Sed euênit illi res ridicula. quia enim vox κόσμος & vox αἰών, ſæpe pro eodem à Scriptura vſurpantur (vt cum D. Paulus 2. ad Cor. cap. 4. ỷſ. 4. θεὸν τοῦ αἰῶνος τούτου, eum dixit, quem hic, ἄρχοντα τοῦ κόσμου τούτου, dixit Dominus)

ἀέναον κόσμον dixit, quem αἰῶνα, aut κόσμον, ſcorſim dicere Scriptura ſolet. quaſi eſſe æternum poſſit, quod expreſſa voce τούτου ab æternitate ſeparatur. Ad
CAP. XV. comma tertium ſequenti capite ſic legitur:

Βοτρυόεν μίμημα πολυπτόρθοιο κορύμβου.

℣ſ. 4. Atqui κόρυμβος, quem ab hedera ad vitem transfert, non eſt πολύπτορθος, cum potius ὁ πτόρθος, ſiue palmes, ſit κορυμβοφόρος. non enim palmitem racemus, ſed racemum gerit palmes. Verum error in corymbi vſu apud noſtrum. qui palmitem vbique ita vocat. Infra manifeſte, ne quis dubitet:

Εἰ δέ τις ἡμετέροισιν ἐν ἔρνεσι μηκέτι μίμνῃ,
Ἀμπελόεν μίμημα χυτῇ χθονὶ βάλλεται ἔξω,
Ἡμερίδων ὡς κλῆμα, καὶ ἐκταδὸν ὑψόθι γαίης
Κείμενος, ἀζαλέῳ ξηραίνεται ἶσα κορύμβῳ.

Vbi κλῆμα habet Sanctus autor: quod ne bis repeteret, cum corymbo confudit. Quemadmodum autem Cæſari parum erat, caſtam eſſe vxorem ſibi, niſi & ſuſpicione inſuper careret: ita Sacro poëtæ, parum, vt incommoda vbique ac diuerſa vitet, eſſe debet, niſi & ſuſpicionem, quæ plerunque ex ambiguitate naſcitur, cum cura caueat ac vitet. Noſter, Græciam in Bacchicis non ſemel, quod & ſupra dicebamus, μυθοτόκον, hoc eſt, matrem vanitatis ac mendaciorum, dixit. Quod appoſitum, non parum negligenter, vt impietatis voce temperem, à qua non longe abeſt, ipſi Veritati, Domino &
CAP. XVI. Seruatori noſtro, cap. 16. commate 4. tribuit. Euangeliſta enim cum dicat,
℣ſ. 4. ταῦτα δὲ ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς οὐκ εἶπον, ὅτι μεθ' ὑμῶν ἤμην; ille,

Ταῦτα δὲ μυθοτόκου κραδίης κεκαλυμμένα σιγῇ
Ἐξ ἀρχῆς νοέων οὐκ ἔννεπον, εἰσέτι μίμνων
Ὑμείων ὁμόφοιτος ἐπὶ χθονί.

Quod, quis ferat? Aut quis patienter legat, ejus mentem, ſiue κραδίην, μυθοτόκον dici, *in cujus ore dolus non eſt repertus?* Cui ſimile eſt quod capite 4. commiſit. Nam cum ibi diceret Seruator, ἐμὸν βρῶμά ἐστιν ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με &c. imprudenter,

Εἶδαρ ἐμὸν πέλε μῦθος· ἐμὸν ποτὸν ἔργα τοκῆος.

dixit. Quod impius aliquis, qualis Iulianus fuit, maximo cum riſu legeret: quaſi cibus illius qui mentiri neſcit, eſſent fabulæ aut nugæ. Quod, ne alia nunc dicam, vocis ſane ſuadet ambiguitas atque vſus vulgaris: cum recte ac caute loqui potuiſſet, ſi pro eo dixiſſet,

Εἶδαρ ἐμὸν λόγος ἐστὶν, ἐμὸν ποτὸν ἔργα τοκῆος,

Syris enim, qua occaſione hoc vrbane, vt multa alia, à Domino infertur, omne quo quis delectatur, βρῶμα dicitur: ſicut δαὶς Græcis, quod notum
℣ſ. 11. eſt, poëtis. ſed & Heſychius Εἶδαρ, non βρῶμα modo, ſed & ὄφελος exponit. Eodem capite, vt & ſupra, mirifice Diabolum deſcripſit, cum dixit,

οὕνεκα κόσμου
Κέκληται ἀενάοιο πολύτροπος ἀρχὸς ἀγήνωρ.

vt enim πολύτροπος vox media nonnunquam, ita ἀγήνωρ talis, vt plerunque laudem, & inſignem, quidem trahant. Sic Vlyſſes πολύτροπος Homero, ἀγήνωρ dicitur Achilles; maxima cum laude vterque. qui virtutes iſtas, vtriuſque operis materiem ac argumentum habuit. Cauſam, quare cum κόσμου ἄρχοντα vocaret, grauiſſimam habuit Seruator: cur cum talibus ornaret attributis, nullam noſter. Quare melius dixiſſet,

οὕνεκα κόσμου
Κέκληται οὐτιδανοῖο δολοπλόκος ἀρχὸς ἀλάστωρ.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Cap. IX.

Nonni in deſcriptione torrentis Cedron imprudentia. Eum vado tranſiri potuiſſe. Idem pedis tranſitus dictus. Κέδρος *&* Κεδρὼν, *confundi.* ἡ σπεῖρα τῶν ἀρχιερέων, *quæ templi exercitus.* στρατηγοὶ τοῦ ἱεροῦ. ἄρχοντες τοῦ ναοῦ. *Nonnus notatus, cum* ἀναιδέας ἀρχιερέας *dixit.* Φερώνυμοι *qui.* Φερώνυμος τόπος. κρανίου τόπος. *Adami cranium. Adam,* ἄνθρωποι. *Adam* ἀνθρωπότης. *Helleniſtarum de Adami cranio fabula.* Ἄντυγι φερώνυμον, *inepte dictum.* Φερώνυμον *&* ἐπώνυμον. *nomen* ἐτήτυμον. *Poëtæ veteris epigramma, hactenus non editum.* Ἑβραῖοι ἐπιδήμιοι *Nonno, qui Euangeliſtæ* Ἰουδαῖοι. ἐπιδήμιοι *qui.* πάροικοι *&* παροικοῦντες. *Locus vbi crucifixus fuit Dominus, Golgotha, ſiue* κρανίου τόπος. *idem Iuuenco Rus. Inſcriptio* Ναζωραίου *myſtica. Galilæus pro Nazareno. Corona Sanctitatis, nezer: cui inſculptum* τὸ ἁγίασμα κυρίῳ. *Calami vox, Chaldæis nota. Scribendi ratio, quæ* ἐκτετυπωμένον τῆς σφραγῖδος *Helleniſtis dicta.* γλυφὴ *&* γραφή. *Nonni* ἀλογιστία, *cum Syriacam linguam pro Hebraica vſurpauit. Titulus crucis tripictus Prudentio dictus, & quare. Tunica Domini* οἶνοψ *dicta.* εἶδος ἄμβροτον, *de corpore Domini. Andreas Petri* ὁμογάστριος. *cacozelia Nonni.* Εἷμα ἄμβροτον, *de corpore Domini. Item* ἱμάτιον, *de eodem.* Ἅγιος, *nomen S. Spiritus proprium: pro quo* ἁγνὸν *à Nonno poni.* ἁγνοὶ *qui. & quomodo nonnunquam ea vox Græcis vſurpata. caſti, qui in Dei alicujus caſtu.* ἀκυρολογία *interpretis notata.*

DE torrente Cedron, de quo Decimo octauo Capite agit, non aliter rem gerit, quam ſi mare Oceanum, aut aliud quod vado caret, oculis repræſentaret. Nam & οἶδμα λυσσῆεν, ſiue *furioſum* illi tribuit *tumorem*, & οἰδαίνειν, *tumere*, dicit. Ita enim ad comma primum: Cap.

ἐϋπρέμνων ὅθι κέδρων XVIII.
Οἴδματι λυσσήεντι κυλίνδεται ὄμβριος ἀλήτης, ℣ſ. 1.
Οἰδαίνων θρασὺ χεῦμα χαραδραίου ποταμοῖο.

cum non modo ex deſcriptione Sacri codicis, qui ſæpe ejus meminit, ſed & aliorum Hebræorum, inter quos eſt Gorionides, plus ſatis notum ſit, tranſiri vado potuiſſe. quod præclare expreſſit Syrus, cum עברא דרגלתא, *pedis tranſitum*, vocauit. Puerilis quoque error, cum inter κέδρον καὶ Κεδρὼν, quod jam alii notarunt, non diſtinxit. quod vel à Græcis ſuis habere poterat, qui in Fœdere antiquo τοῦ χειμάῤῥου Κεδρὼν tot in locis meminerunt. quare appoſitum nec hujus loci neque nominis appoſuit. Magnus autor noſter ac Sanctiſſimus, paulo poſt, cum dixit, ὁ οὖν Ἰούδας λαβὼν τὴν σπεῖραν καὶ ἐκ τῶν ἀρχιερέων ℣ſ. 3. καὶ Φαρισαίων ὑπηρέτας, ſatellitum phalangem, quæ Præfectos populi, quos *Seniores* dicunt alias Euangeliſtæ, ſequebantur, intellexit. quos hic noſter, niſi fallor, στρατὸν dixit: quia qui his præerant, à Luca στρατηγοὶ dicuntur. συνελάλησεν τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς στρατηγοῖς, τὸ πῶς αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς. Vbi Syrus, חילא דהיכלא, *exercitum templi* vocauit. quia ſolæ Iudæis res Eccleſiaſticæ, Templique, vt patet, tum cuſtodia, relicta erat: quemadmodum & στρατηγοὶ τοῦ ἱεροῦ eidem dicuntur. Nec propterea tamen noſter non fallitur, cum στρατὸν eſſe putat, vbicunque στρατηγοῦ fit mentio. quare nec clypeis hic opus erat. Adde, quod Chaldæi quoque interpretes, voce στρατηγῶν, quam vſu ſuam fecerant, hoc eſt, איסטרטיגין, pro Præfectis & cuſtodia latiſſime vtuntur. vt, cum alibi, tum ex loco ad 1 Reg. 4. 7. patet. Ita autem illud extulit:

Καὶ στρατὸν ἀσπιστῆρα δεδεγμένος ἀρχιερήων.

Gloſſarium Stephani, Στρατηγὸς, *magiſtratus, duumuir.* Στρατηλάτης, *magiſter militum.* Atque hoc intellexit Syrus, qui in Actis, ſiue, vt veteres loquuntur, ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασιν Apoſtolorum, ἄρχοντας τοῦ ναοῦ eos dixit, quibus σπεῖραν tribuit Euangeliſta. Quam cum noſter τοῖς ἀρχιερεῦσι tribuit, quid Euangeliſta velit aſſecutus non eſt. qui diſtincte, λαβὼν τὴν σπεῖραν, καὶ ἐκ τῶν ἀρχιερέων

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

καὶ Φαρισαίων ὑπηρέτας dixit. non τῶν ἀρχιερέων σπεῖραν ergo, ſed τοῦ στρατηγοῦ τοῦ ναοῦ. Quædam appoſita παρὰ τὸ πρέπον ſunt. vt cum Pilatus, Domino præſente,
℣. 35. ſummos Sacerdotes ἀναιδέας ἀρχιερῆας vocat. Ita enim capite eodem:

> Ἔθνος, ἵνα κρίνω σε, καὶ ἀνέρες ἀρχιερῆες, ὑμέτερον δὲ
> Αὐτοί ἐμοὶ παρέδωκαν ἀναιδέες.

Cap. XIX. Cum Euangeliſta decimo & nono capite ſcripſit, καὶ βαστάζων τὸν σταυρὸν αὐτοῦ,
℣. 17. ἐξῆλθεν εἰς τὸν λεγόμενον Κρανίου τόπον, ὃς λέγεται Ἑβραϊστὶ Γολγοθᾶ, libuit illi ita παραφράζειν.

> Εἰσόκε χῶρον ἵκανε φατιζομένοιο Κρανίου,
> Ἀδὰμ πρωτογόνοιο φερώνυμον ἄντυγι κόρσης.

Vbi vt cætera, tum quam etiam de ſyllabis ſecurus ſcripſerit, omittam, φερωνύμους nemo dici eos neſcit, quorum nomina conueniunt cum rebus, quæ & ἐτήτυμα dicuntur. Vt in Epigrammate nondum, quod ſciam, edito, in obitum matronæ, cui Protæ nomen: cum omni virtutum genere ac venuſtatum talis quoque eſſet. Hoc autem tale:

> Δειλαίη, τί σε πρῶτον ἔπος, τί δὲ δεύτατον εἴπω;
> Δειλαίη· τοῦτ' ἐν παντὶ κακῷ ἔτυμον.
> Οἴχεται ἡ χαρίεσσα γυνὴ, καὶ ἐς εἶδος ὥρην
> Ἄκρα, καὶ ἐς ψυχῆς ἦθος ἐνεγκαμένη.
> Πρώτη σοὶ ὄνομ' ἐστὶν ἐτήτυμον· ἦν γὰρ ἅπαντα
> Δεύτερ' ἀμωμήτων τῶν ἐπὶ σοὶ χαρίτων.

Quod ſic Latine nobis excidit:

> *Infelix! nam qua primum te voce ciebo?*
> *Infelix! vox hæc triſtia cuncta notat.*
> *Matronæ flos ille abiit: cui contigit æui*
> *Moribus & vultu gloria prima ſui.*
> *Næ verum Primæ nomen tibi! namque ſecundæ*
> *Nulli hominum Veneres, Diua, fuere tuæ.*

cujus nomen Prote cum eſſet, recte ἐτήτυμον Poëtæ dicitur. Hic vero, nihil tale. Neque enim locus ex Euangeliſtæ mente ab Adami cranio aut dictus eſt, aut huic, ſiue opinioni πατροπαραδότῳ, ſiue acroamati, vocabulum κρανίου reſpondet: neque locus, Cranium Adami, verum, vt Euangeliſta loquitur, κρανίου τόπος, dicebatur. Quod enim Chryſoſtomus & alii, in eo obiiſſe Adamum loco volunt (τινὲς, inquit, φασὶν ἐκεῖ τὸν Ἀδὰμ τετελευτηκέναι) inter quos & Athanaſius, nihil ne hoc quidem ad φερωνυμίαν, aut ad vocem cranii. Propius huc facit, quod in eo loco cranium Adami Epiphanius repertum notat. quo reſpexit noſter. Cujus fabulæ originem, non vidiſſe eos, qui in libris Helleniſticis verſati ſunt, mirari equidem me fateor. in quibus Ἀδὰμ collectiue, & Hebræorum more, quorum ipſam quoque ſeruant vocem, vſurpari ſolet. Quod à Latino factum interprete. qui 2 Sam. 7. 19. *iſta eſt enim lex Adam*, inquit. hoc eſt, τῶν ἀνθρώπων, non, τοῦ Ἀδάμ. Quin & Symmachus, τὸ Ἀδὰμ, ἀνθρωπότητα interpretatur: vt cum Ioſias combuſſiſſe oſſa אדם, Ἀδὰμ, hoc eſt, ἀνθρώπων, dicitur: quo loco, Helleniſtæ, καὶ κατέκαυσεν ὀστᾶ ἀνθρώπων ἐπ' αὐτῷ. qui in Hebræorum lingua mediocriter verſatus eſt, intelligit quid velim. Quia igitur in iſto loco, τῶν ἀνθρώπων, hoc eſt, Adam, crania fuere, ita dictus ipſe. Abſurditatem aliorum noſter auxit, qui, non Ἀδὰμ modo, dixit, ſed appoſitum Adami addidit, quod vni conuenit & ſoli. quo cum vſus eſt, aliud
Ibid. ab eo quod jam dicebamus, dixit. τὸ πρωτογόνοιο enim addidit. Ἀδὰμ πρωτογόνοιο qui jam is erit, quem protoplaſtum vulgo dicimus. Eſt & error alius, quod ἄντυγι φερώνυμον hic dixit, cum ἐπώνυμον dicendum eſſet. Locus enim de quo agit, non φερώνυμος κρανίῳ (nam quis ita loqui auſit?) ſed ἐπώνυμος κρανίου fuit. Aliud omnino eſſet, ſi dixiſſet, πολλὰ ἐκεῖ ἦν κρανία· ὅθεν καὶ φερώνυμος ὁ τόπος.

vel,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

vel, ἐκεῖ γεγονέναι λέγεται τὸ κρανίον τοῦ Ἀδάμ· ὅθεν καὶ φερώνυμος ὁ τόπος. nam ſic Græci ſolent loqui: quorum ſemper eſt habenda ratio. Non multo poſt, cum Euangeliſta ſcripſit, Τοῦτον οὖν τὸν τίτλον πολλοὶ ἀνέγνωσαν τῶν Ἰουδαίων, placet nobis, ne quid dolo dicam, quod, quos Ἰουδαίους ille lato vocat nomine, Ἑβραίους ℣ſ.20. ἐπιδημίους dixit noſter. Ita enim ille:

> *Καὶ πολὺς Ἑβραίων ἐπιδήμιος ἐσμὸς ἀνέγνω*
> *Τίτλον ἰδών· ὅτι χῶρος*, &c.

vt intelligantur, qui in vrbe feſti celebrandi cauſa verſabantur. Quorum, vt plerique omnes (quales Helleniſtæ) Græce; ita quidam & Latine norant. adeo vt has omnes, propter quos à Pilato ille, cujus hic fit mentio, conceptus fuit titulus, non difficulter linguas intelligerent. Nullam enim præter patriam intelligebant cæteri. Ἐπιδήμιοι hic igitur גרים ſunt. qui ab Helleniſtis πάροικοι, vel παροικοῦντες, nuncupantur. Cum enim, ὅτι χῶρος ἦν λόφος ἄστει γείτων dixit, forte ex opinione vulgi locutus eſt, qui colliculum, à forma capitis ſic dictum, hic ponebant. Ipſe vero aliam de capite Adami jam ſecutus eſt ſententiam. vt parum circumſpecte id dixerit. Sane Golgotha non montem Sacra pagina, ſed τόπον vocat. quod & bis Matthæus repetit. qui, καὶ ἐλθόντες εἰς τόπον λεγόμενον Γολγοθᾶ, ὅς ἐστι λεγόμενος κρανίου τόπος. Et Euangeliſta noſter, ὅτι ἐγγὺς ἦν ὁ τόπος τῆς πόλεως ὅπου ἐσταυρώθη ὁ Ἰησοῦς. quemadmodum & Ibid. Cypriano & Tertulliano dicitur. Nam Iuuencus *rus* dixit.

> *At poſtquam ventum eſt, vbi ruris Golgotha nomen.*

Syrus quoque *locum* vocat, neque quicquam addit. Porro, quod neſcio quomodo jam præteruecti ſumus, cum in titulo, quem ſic Sanctiſſimus Euangeliſta concipit, Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος, ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, pro Ναζωραῖος, Γα- ℣ſ. 19. λιλαῖος noſter poſuit, licet nemo neſciat in Galilæa Nazareth fuiſſe, conſtat tamen multa etiam minora κατ᾽ οἰκονομίαν hic & dicta eſſe & facta. Et jam ante alius Euangeliſta in vexato illo eruditis loco, καὶ Ναζωραῖος κληθήσεται, diſerte dixerat. vix enim dubitandum, quin myſtice τὸν ἡγιασμένον reſpiciat vox iſta. Erat enim verus ναζηραῖος ille Ναζωραῖος. vnde & in vicinis his vocibus quin tacite alluſerint, vix dubitandum. Ναζηραῖος enim, נזיר, ὁ ἡγιασμένος, Sanctus, ſeu ſanctificatus, Helleniſtis: ſicut Ναζωραῖος fuit Sanctus ille Domini, quem Nazareth produxit. quanuis in ſcribendo, ab Hebræis iſta diſtinguantur. Vt vix dubitandum ſit, quin in hac Domini inſcriptione quæ inſculpta fuit tabulæ, ad laminam coronæ Sanctitatis, quæ & ipſa *nezer* dicitur, ſic alludatur. cui &, Ἁγίασμα Κυρίῳ, quod eſt, Ναζηραῖος τοῦ Κυρίου, Exodi trigeſimo & nono ℣ſ. 30. inſculptum dicitur. ego ſane nihil hic mutare auſim. Quemadmodum & imprudenter σοφῷ καλάμῳ ſcriptum hoc fuiſſe ait. quanquam enim calami vox tam Chaldæis nota, vt in Targumim reperiatur, longe tamen aliam ſcribendi rationem hic intelligit Euangeliſta. eam nempe quæ ἐκτετυπωμένον τῆς σφραγῖδος Helleniſtis, מכתב פתוחי חותם, dicitur Hebræis. quæ eſt cælatura, non ſcriptura: γλυφὴ, οὐ γραφὴ, dico. vnde &, καὶ ἔγραψαν ἐπ᾽ αὐτοῦ γράμματα ἐκτετυπωμένα σφραγῖδος, in illo Moſis loco Helleniſtæ dixerunt. Quemadmodum & ἀκυρολογία eſt in noſtro, quod quæ doctor ac Euangeliſta maximus, Hebraice fuiſſe ſcripta monet, Syriace fuiſſe ſcripta dicat. Notum enim omnibus, Hebræam, quod & ipſe Euangeliſta noſter locis aliquot confirmat, Syram, ac non contra, dici. quemadmodum id ipſum Metaphraſtes quoque Syrus alibi ſecutus eſt. Ab his porro linguis idem titulus à Prudentio *tripictus* dicitur.

> *Pilatus jubet ignorans: tu ſcriba tripictis*
> *Digere verſiculis.*

Eodem capite, quæri poteſt, quare tunicam talarem Domini, de qua Euan- ℣ſ. 24. geliſta agit, οἴνοπα dixerit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Οἴνοπι μὴ χρίζωμεν ἀληθέα τόνδε χιτῶνα.

Ac mihi quidem more veterum videtur hoc feciſſe, qui non raro præter ex-
pectationem & occulte, locum aliquem alludunt. Ita nunc in animo vide-
tur habuiſſe illum, πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβο-
λὴν αὐτοῦ. Geneſ. 49. cum de *Siloh*, ſeu Meſſia, agitur. Quemadmodum pro
ἀληθέα, voce hoc in loco quidem nihili, non dubito, quin ἀνήθεα, quod, vt
puto, monuerunt alii, ſcribendum ſit. quia ὑφαντὸν δι' ὅλου fuiſſe legerat: pro
quo ἄκλωστον, & rectius & vſitatius dixiſſet. Aliud nere enim, aliud texere.
Sed quis rationem accuratam exigat ab eo, qui non raro negligenter loqui-
vſ. 29. tur? nam de tunica hac ipſa, ſuo loco. Non ita multo poſt, ad 29. comma,
nimirum, cum dixit, impios Iudæos, qui amarum Domino præberent po-
tum, dediſſe illum atque exhibuiſſe

Ἀντίδοτον βασιλῆϊ μελισσαγέος νιφετοῖο
Ἄρτου θεσπεσίοιο,

manna intellexit. quia ὡσεὶ πάγος ἐπὶ τῆς γῆς, *vt pruina*, ככפר Exodi 16.14. fuiſſe
dicitur. Et Ioſephus libro Antiq. 3. cum de manna loquitur, τοῦ πλήθους ἀγνοοῦν-
τος καὶ νομίζοντος νίφεσθαι, ita, *vt quid eſſet plebs neſciret*, adeo, *vt nonnulli
ningere exiſtimarent*, cecidiſſe ait. Recte ergo νιφετὸν μελισσαγῆ dixit. Nyſ-
ſenus Sermone in Reſurrectionem Domini, χολὴν ἐδίδουν τῷ τὸ μάννα αὐτοῖς
ἐπομβρήσαντι. eodem ſenſu & iiſdem prope verbis cum noſtro. Idem De vita
Moſis, θρόμβους κρυσταλλοειδεῖς τὸ εἶδος, ὧν ἡ γεῦσις τὴν τοῦ μέλιτος ἡδονὴν ὑπεκρίνετο,
Cap. XX. in eundem vocat ſenſum. Sequenti capite, cum de Petro ait,

vſ. 2. κατηφιόωντι δὲ Πέτρῳ
Ἀγγελίην, ἑτέρῳ τε συνενδιάοντι μαθητῇ,

ſcribendum κατηφιόωντι: *mæſto*, & *dolenti*. Et appoſito ſequenti, contuber-
nalem ac domeſticum Iohannem Petro dedit. quod ſi verum eſt, videbitur
Dominus, cum matrem ſuam ei diſcipulo commiſit quem amabat, Petro
ſimul commiſiſſe. quod abſurdum, ſiue ἀπεμφαῖνον, in hiſtoria, vt Græco-
vſ. 17. rum Critici loquuntur. Eodem capite Mariæ ait Dominus, Μὴ ἅπτου μου. Ad
quem locum ita noſter:

θεὸς δ' ἀνέκοψε γυναῖκα,
Δεξιτερὴν μέλλουσαν ἐς ἄμβροτον εἶμα πελάσσαι,
Καί οἱ μῦθον ἔλεξεν, ἐμῶν μὴ ψαῦε χιτώνων.

vbi, εἶμα ἄμβροτον, ſacrum Domini dixiſſe corpus videatur. Quomodo & ve-
teres nonnunquam Theologi loquuntur. Apud Photium Chryſoſtomus,
καὶ ἦλθε τὸ ἐμὸν περιβεβλημένος ἱμάτιον. ex Zachariæ forſan loco: vbi de Ieſu
Sacerdote, Ἀφέλετε τὰ ἱμάτια τὰ ῥυπαρὰ ἀπ' αὐτοῦ. Lactantius, *Locutus eſt igi-
tur de Ieſu, Filio Dei, vt oſtenderet, eum primo in humilitate & carne venturum.
Hæc enim eſt veſtis ſordida. Item, Is igitur corporatus eſt, & veſte carens, indu-
tus.* Neque ignoro, Patres, pro variis nonnunquam S. Spiritus donis, varia
ei appoſita tribuere. Ita tamen vt hoc maneat, quod eſſe eum Sacer voluit
contextus & Eccleſia. Ἅγιος, ſeu Sanctus, nempe. quod nomen, quanuis
ipſi agnoſcant Iudæi, noſter denegauit illi, qui non amplius quam ἅγιον
vſ. 22. πνεῦμα, cum eodem capite, λάβετε πνεῦμα ἅγιον à Seruatore dicitur, collatum
voluit. de quo, ne toties repetamus eadem, vide quæ in Prolegomenis à no-
Cap. XXI. bis jam dicta. Initio capitis viceſimi & primi, non ſatis prudenter dictum
vſ. 1. ab eodem videtur, Dominum, poſt obitum, diuinam ſiue formam, ſiue ſpe-
ciem, vt ille loquitur, exhibuiſſe ſuis. cum ille, vt ἀκήρατον καὶ ἄφθαρτον, ita ve-
rum tamen exhiberet corpus. Ita enim noſter:

Τὸ τρίτον ἄμβροτον εἶδος ἑοῖς ἀνέφηνε μαθηταῖς
Χριστός.

cum aliud ſit corpus ἄφθαρτον, *non corruptum*, adde & ἄμβροτον, ſiue *im-
mortale*, aliud εἶδος ἄμβροτον, *diuina forma*. Corpus quippe exhibuit quod
contre-

contrectauit Thomas. Et hoc fine, vt verum corpus, non aërium, fuiſſe perſuaderet. corpus, quod nonnulli forte, πνευματικὸν, τοῦτ' ἔστι λεπτομερές τι καὶ ἀερῶδες, καὶ ἕτερόν τι παρὰ τὴν σάρκα, *ſpirituale* (vt ipſi de eo judicabant,) hoc eſt, *ſubtile & aërium, atque aliud à carne*, fuiſſe vellent. Cyrillus, θέα γάρ, ὅπως οὐχ ἁπλῶς ἰδεῖν ἐπιθυμεῖ τὸν Κύριον ὁ Θωμᾶς· ζητεῖ δὲ τοὺς τύπους τῶν ἥλων, τοῦτ' ἔστι, τὰ περὶ τὴν σάρκα γεγονότα τραύματα. πιστεύσειν γὰρ οὕτως αὐτὸ μάλα διϊσχυρίζεται, καὶ συναινέσειν τοῖς ἄλλοις ὅτι περ ἀληθῶς ἀνεβίω Χριστός. ἀνεβίω δὲ δῆλον ὅτι κατὰ σάρκα. *Vide enim, quomodo non ſimpliciter videre velit Dominum Thomas: qui veſtigia clauorum, hoc eſt, quæ in carne, quærit vulnera. Ita quippe crediturum plane ſe confirmat, aliiſque acceſſurum, qui reuixiſſe reuera crederent Dominum. qui, quod ad carnem, reuixerat.* Sed nec alii, inter quos Theophylactus, & Chryſoſtomus, qui κατὰ συγκατάβασιν, hanc ἀφθίτου corporis φανέρωσιν hic factam notant, corpus id fuiſſe negant, ſed affirmant. quam autem ſimpliciter Euangeliſta, ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν dixit! cujus plurimis in locis cum judicio ſobrietatem vellem imitatus interpres eſſet. Nec prætermittendum, quod ſequenti commate, Andream, quem ἴδιον Πέτρου ἀδελφὸν, Euangeliſta primo capite vocauit, ſatis habet ὁμογάστριον dixiſſe.

Καὶ σοφὸς Ἀνδρείας, ὁμογάστριος ὃς πέλε Πέτρου.

Quæ cacozelia eſt Homerica. quia is dixerat

Ἠὲ κασίγνητον ὁμογάστριον, ἠὲ καὶ υἱόν.

nòn alia de cauſa, quam quod tales, vt recte ibi notant Critici, τῶν ὁμοπατρίων aut ἀμφιμητόρων chariores ſunt: ideoque & ἐνδιάθετοι τοῖς ἀδελφοῖς, hoc eſt, pro fratribus habentur. hi autem αὐτοκασίγνητοι haud dubio fuerunt. Euangeliſtis ſane Andreas, ἀδελφὸς Σίμωνος dicitur: quemadmodum Sophronio & aliis. Et quid nouo opus erat attributo, vbi nulla fit Andreæ mentio? Quanto autem, ſi aliter, prudentius cum Scriptura ac Eccleſia locutus eſſet, & proprietatem, ſiue *midda*, vt Rabbini vocant, tertiæ Perſonæ, eo certe loco, in quo περὶ αἰσθητοῦ σημείου jam aduenientis agitur, intactum reliquiſſet. quia Sanctus proprium eſt ejus nomen, qui peculiariter hac voce deſignatur: quemadmodum Cyrillus, aliique ex veteribus, loquuntur. Sed & Damaſus Epiſcopus Romanus, *Proprium*, inquit, *nomen Patri eſt Pater, & proprium nomen Filio Filius, & proprium nomen Spiritui Sancto, Spiritus Sanctus.* Sed & D. Baſilius κλῆσιν ἰδιάζουσάν τε καὶ κυρίαν, hoc eſt, *peculiare propriumque nomen* vocat Sancti Spiritus, quod ſic dicatur. Quid quod vocem non examinauit quam adhibuit? Ἁγνὸς enim proprie τὸν ἄγαμον, ſeu, *cælibem*, deſignat: neque ſemper puritatem denotat. Vt cum Sappho, vera meretricula, fœdiſque amoribus polluta, &, vt recte Tatianus, ἐρωτομανὲς γύναιον, tamen ἁγνὰ Alcæo dicitur. vt in illo, Ἰοπλόκαμ' ἁγνὰ μειλιχόμειδε Σαπφοῖ. Et Romanis omnes, qui in caſtu ſunt, hoc eſt, profano Deo, quales vere deteſtatur noſter, conſecrati ſunt, caſti dicuntur: quemadmodum & Græcis. Ita in Epigrammate Dioſcoridis antiquo, nondum, quod ſciam, edito, Atys vere effœminatus nebulo, quod in caſtu Magnæ Matris eſſet, ἁγνὸς dicitur.

Ἁγνὸς Ἄτυς, Κυβέλης θαλαμηπόλος· ἄγρια δ' αὐτοῦ
Ἐψύχθη χαλεπῆς πνεύματι θευφορίης,
Ἑσπέριον στείχοντος ἀνὰ κνέφας.

Gloſſæ Henrici Stephani, *Caſtus*, ἁγνός. *Caſtimonium*, ἁγνεία. vt in illo Næuii, *Res diuas edicit, prædicit caſtus.* Quid quod ipſe aliter plerunque hac voce vtitur? Sane Galilæos, homines fuiſſe vafros ac corruptis moribus, tum alii teſtantur, tum illud apud noſtrum, Ἐκ Ναζαρὲθ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; Et eorum tamen terram ἁγνὸν ἔδεθλον Γαλιλαίων dixit. Vt ibi ecce:

Ἔστιχεν ἁγνὸν ἔδεθλον ἀκερσεκόμων Γαλιλαίων.

Iudæi de mactando Domino & Deo noſtro cogitabant. neque minus propterea tamen, paulo antequam id fieret, ἁγνοὺς eos, aut eorum terram, dixit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ἀγνὸν Ἰουδαίης περιμέτρεε κόλπον ἀρούρης.

Vides ἁγνοὺς dici, qui in S. Spiritum, quod iis objicit Saluator, ſæpius peccabant. cum eodem tamen attributo, & de eo, cujus proprium non modo Sanctum eſſe, ſed & ſanctificare, vt alias dixi, vſus ſit. Verum, hoc aut illud, imo neutrum ſatis caute. Non enim temere aliena attributa, aut quæ proſtitueris, ad res diuinas reuocanda ſunt. Quanuis ſciam verſus cauſa alios nonnunquam id feciſſe. quod hic locum nullo modo habet. Vt cum Amphilochius, quem alii πανάγιον, πάναγνον dixit.

Πατὴρ σὺν υἱῷ καὶ πανάγνῳ πνεύματι.

Et in iis Poëmatis quæ nuper reliquis Gregorii Lutetiæ adjecta ſunt, οἷ[illegible] πῃ, ὧν ἐθέλῃσι, καὶ ὧν τι πνεύματος ἁγνοῦ εἴρυσεν ἡ κραδίη. Sed illi verſus cauſa: qui non vbique legem noſtro præfixit: cum id paſſim, de quo & jam ante, immutet. In hujus vero loci interpretatione, ea mutatio, ſummam ſine dubio vel imprudentiam vel ἀκρισίαν interpretis arguit. quod, qui ſano ſunt judicio, intelligunt.

Cap. X.

Nominum ac vocum conſideratio. De earum notione diligenter Stoicos egiſſe. Ambiguorum ſiue, ὁμωνύμων, diſtinctio. De iis Sacri Critici quam fuerint ſolliciti. Septuaginta Interpretes. iis vſam Europæam διασπορὰν. Quatenus ſecuti eos Euangeliſtæ ac Apoſtoli. De iis fabula Græcorum. cujus vanitas nunc primum detecta. vnde hauſta. Seniorum nomen: & quæ de numero eorum, de ſcenis & ſeparatione, dicuntur. Vnde orta de conſenſu eorum fabula. Tetraplus, Hexaplus, Octaplus Originis, eorumque diſpoſitio. Helleniſtica lingua. Ea alia à Græca. Multa perperam in Nouo Fœdere ejus cauſa intellecta. Vocum ejus linguæ ex aliis petendam eſſe interpretationem. Quam crebræ in Nouo Fœdere ambiguitates & homonymiæ. Proprium id Helleniſtarum linguæ eſſe. idque exemplis aliquot probatum. Homonyma S. Iohannis. Vocum notiones ex vſu Orientis vſurpatæ. Vox σὰρξ quam varie vſurpata. Interpretis in explicandis vocum, quæ in Nouo Fœdere extant notionibus, quod munus. Nyſſeni & Optati ex ambiguitate vocis ortus error. πνεῦμα quam varie accipiatur. vox ἀλήθεια quam varie à noſtro accipiatur. Προσυμβεβηκότα Dei, vox Anaxagoræ. alia πολυσήμων in autore Sacro exempla. κρίσις & κρίνειν quam varie accipiantur. Locus Euangeliſtæ obſcuriſſimus, ejuſque interpretatio. Nonni per eaſdem voces interpretandi ratio notata. Id exemplis variis probatum. αἵματα, & ἐξ αἱμάτων, Nonno male intellectum. quid Iudæis. ἀτρεκίη & ἀλήθεια, an eadem. ἀλήθεια & δικαιοσύνη Helleniſtis eadem, Græcis diuerſiſſima. Nonni vt in vocibus ſic in orationis complexu παρερμηνεῖαι. εἰς τὰ ἴδια ἦλθε. inepta ejus loci interpretatio. υἱοὺς θεοῦ γενέσθαι & τέκνα θεοῦ ἀκούειν. ἀκούειν καὶ εἶναι, & eorum differentia. ἡ ἐντελεστάτη υἱοθεσία de Electione, aut ejus executione. Nonni obſcuritas notata. Locus aliter quam ab ipſo Græce redditus. Interpretandi ratio B. Hieronymo probata. Hebraiſmi in Nonno, etiam cum nulli in Euangeliſta, & vnde. In jure Canonico Helleniſtica. Antonii Auguſtini de Vlpiano ſententia excuſſa. Etiam Poëtas Græcæ ac Hebrææ linguæ imperitos ἑβραΐζειν. Nonni Hebraiſmi notati. οἶκος ἀειφρούρητος, de carcere. Vſus rubelli in Oriente. ἅγιος θεοῦ. ἀμειβόμενος βίβλος. γυμνοῦσθαι, de amphoris, ex Hebræorum vſu. ἐς φύσιν οἴνου ποιεῖν, Helleniſtica locutio. Tribus pro gente. χορὸς & χοροστάδος. ἦμαρ ἑορτῆς. μῦθος more Hebræorum ac Chaldæorum vſurpatum. Ambroſii hallucinatio. ἐρεύγεσθαι φωνήν. τιμὴ pro ἐξουσία. De Sacris, Noui Fœderis præſertim, libris interpretandis, conſilium. Quid maxime ſequendum aliis, & à noſtro neglectum. De Euangeliſta ejuſque in ſermone virtutibus, judicium.

ET de Appoſitis hæc quidem. Quæ non tam Interpretis ſunt quam Poëtæ. quanuis ad Euangeliſtam quoque, quem interpretatus eſt, ſint

exigen-

exigenda. Nunc nonnihil de interpretandi ratione quam ſecutus eſt agamus. In quo, quanquam obiter & aliud agendo, autoris quoque Sancti mentem illuſtrabimus. cum hæc cura alium, & quaſi proprium, in hoc volumine requirat locum: ad quam paulo poſt venturi ſumus. Stoici, homines, in veritate inquirenda, ſuo modo ſeduli, vt ſupra dicebamus, ac gnaui, primam Dialecticæ doctrinæ partem, in duas; (eam, ſcilicet, quæ περὶ σημαινόντων καὶ σημαινομένων, de ſignificationibus à ſignificatis, ageret) diuidere ſolebant: quemadmodum & Socrates, teſte Epicteto, τὴν τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψιν, *contemplationem nominum*, principium eruditionis dicebat. Inprimis tamen locum περὶ ἀμφιβόλων, hoc eſt, *De ambiguis*, cum cura, illi, quos jam dixi, pertractabant. Quemadmodum præcipuas interpretis, inprimis ejus qui in Sacræ paginæ interpretatione occupatur, partes, ἵνα τῆς ὁμωνυμίας ἀπομερίζῃ τὰς λέξεις, *vt æquiuocas ante omnia diſtinguat voces*, antiqui ponunt Critici. Sed & de Euſebio, Theologo antiquo, notat Photius, *Nullo magis nomine Andream Monachum notaſſe*, ἢ ὅτι μονοσήμαντον τὸ τῆς φθορᾶς ἐξειληφὼς ὄνομα, ἐπὶ μόνης ἁμαρτίας φέρεσθαι τάττεσθαι. *quod cum late vox* φθορὰ *pateret, vno tantum modo, de peccato nempe, vſurpari credidiſſet.* Vnde & recte notant veteres Philoſophi: ambiguam, quæ aliud atque aliud ſignificat, enunciationem, non enunciationem ſed enunciationes, vocemque, quæ ſit talis, plures potius quam vnam eſſe. Quia, vt præclare Damaſcenus, Ἕκαστον αὐτῶν ἄλλο τι σημαίνει, καὶ οὐσίας ἄλλης ἐστί. *Singula illorum aliud atque aliud deſignant, ideoque nec vnius ſunt ſubſtantiæ.* De quibus antequam agamus, operæ facturos puto, ſi de iis, quæ ab Helleniſtis & eorum lingua ad nos deuoluta ſunt, hic obiter agamus. Septuaginta Seniorum antiquiſſimam primamque, quæ in Europæa obtinebat tum διασπορᾷ interpretationem, (quos Iudæos Helleniſtas tum dicebant) non tam in ſingulis ſecuti, quod plerique credunt, quam in ſcribendi ratione ſubſecuti ſunt Euangeliſtæ ac Apoſtoli. quos eadem lingua κατ᾽ οἰκονομίαν, & ex diſpenſatione Dei, vt Iudæos jungerent cum Græcis, non ſine graui cauſa vſos ea tempeſtate conſtat. De quibus Interpretibus, quas non nugas, fabulas ac nænias, excogitarunt Græci! Vt non temere ex illis pleraque miretur ſimul & irrideat Sanctiſſimus doctiſſimuſque vir ac ſcriptor B. Hieronymus. Ipſam autem nominis originem ac ſcenæ, obiter vt detegamus, quia factum id à nemine meminimus, locus hic nos monet, numerum Interpretum, interpretandi rationem, tum & quæ de ſeparatione ac conſenſu tanto ambitu dicuntur, ex vigeſimo & quarto capite ſecundi libri Moſis ortum habuiſſe obſeruauimus. Vbi magnus Dux ille ac amicus Dei, attuliſſe librum Fœderis dicitur, è quo coram populo legiſſe quædam. quod Helleniſtæ, commate, nimirum, ſeptimo, Καὶ λαβὼν τὸ βιβλίον τῆς διαθήκης, ἀνέγνω εἰς τὰ ὦτα τοῦ λαοῦ. Deinde autem, commate, nimirum nono, Moſes, Aharon, aliique, ſed & Seniores ſeptuaginta, aſcendiſſe ad Deum dicuntur. Vbi mox additur, ואל אצילי בני ישראל לא שלח ידו, *ad principes autem filiorum Iſraël non miſit manum ſuam.* quibus *nullum fuiſſe incommodnm*, Chaldæus, aut ſimile, dixit. Pro quo mirifice Helleniſtæ, καὶ τῶν ἐπιλέκτων τοῦ Ἰσραὴλ διεφώνησεν οὐδὲ εἷς. *& electorum Iſraël nec vnus diſſenſit*: aut, vt vulgo, quæ ex iis expreſſa, interpretatio Latina, habet, *& electorum Iſraël non diſſonuit neque vnus.* Quam interpretationem inter cæteros fere ad verbum ſecutus & B. Auguſtinus. Qui, de loco illo cum agit, inter cætera, *Sequitur*, inquit, *& de electis Iſraël non diſſonuit nec vnus.* ac deinde, *Quis dubitet*, inquit, *illos, quos nominatim expreſſit, & ſeptuaginta Seniores nunc appellatos electos Iſraël? qui proculdubio perſonam gerebant eorum, qui electi ſunt in populo Dei. Non enim omnium eſt fides.* Ex illis ergo Septuaginta ſenioribus, Septuaginta ſeniores interpretes. Et quia dicitur de illis, καὶ διεφώνησεν οὐδὲ εἷς, *diſſenſiſſe ex illis neminem*, in Lege autem, ſiue libro Fœderis, præceſſerat quod dixi; hinc hiſtoria haud dubio de Pto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

lemæo, hinc famoſæ illæ ſcenæ, quas B. Hieronymus explodit. hinc inuentum illud, neminem in tanto numero in exprimendis Sacris diſſenſiſſe. Iam autem quia אצילים, qua voce ibi vtitur, etiam κεχωρισμένοι, ſiue ſeparati, hinc hiſtoria de ſeparatione, quod ſeorſim, nempe, ac ſeparati, Legem aut contextum Sacrum expreſſerint. Quæ ſi cogitaſſet vir eruditiſſimus Iohannes Wouerius, amiciſſimus, dum vixit, nobis, nullo negocio in elegantiſſimo de iſtis Interpretibus libello, fontem ac originem erroris detexiſſet. Quanquam ipſum ſane numerum ex infinitis prope aliis haurire potuerunt locis: cum & paſſim ejus, & Seniorum, mentio in Sacris. Quem, vt paululum abirent, rotundum eſſe noluerunt. quod tamen confunditur plerunque. Ex interpretatione hac & aliis, Tetraplum, Hexaplum, poſtremo, & Octaplum, ordinauerat Origines. ſic, vt paginam aut partem ejus ſinguli in iis vindicarent contextus. quorum ſex Græci, lingua Helleniſtica conſcripti. Vnde admodum diffundi ea cœpit lingua: adeo, vt per omnia Græcorum, etiam qui purius loquuntur, ſcripta, facile ejus videas veſtigia. Tetrapla, è Senioribus quos dixi, Aquila, Symmacho, ac Theodotione, conſtabant. In Hexaplis, Editio in doliis, Hierichunte, Palæſtinæ oppido ſub Caracalla inuenta, altera item apud Nicopolin inuenta, accedebat. In Octaplo, textus Hebræorum, primo literis Hebræis, tum & Græcis ſcriptus, ſuum ſibi vindicabat locum. Hoc modo:

Pag. 1.	2.	3.	4.
Heb. Hebr. lit.	Heb. Græc. lit.	Septuag.	Aquila.
בראשית	βερεσίθ.	ἐν ἀρχῇ.	ἐν κεφαλίδι.
5.	6.	7.	8.
Theodot.	Symma.	Hierich.	Nicopol.
ἐν ἀρχῇ.	ἐν ἀρχῇ.	* * * *	* * * *

Vel quandoquidem, primo Tetrapla, mox Hexapla atque Octapla edidit, tabellam, quam de iis magnus olim Scaliger delineauerat, hic exhibebimus. qui, vt alii nonnulli, poſtremum gemino contextui Hebræo locum aſſignarat.

Pag. 1.	AQVILA.	τετραπλᾶ.	ἑξαπλᾶ.	ὀκταπλᾶ.
Pag. 2.	SYMMACHVS.			
Pag. 3.	LXX SENIORES.			
Pag. 4.	THEODOTION.			
Pag. 5.	EDITIO HIERICHVNTIS.			
Pag. 6.	EDITIO NICOPOL.			
Pag. 7.	TEXTVS HEBR. HEB. LIT.			
Pag. 8.	TEXTVS HEB. GRÆC. LIT.			

qui in eodem Græcorum Bibliorum, quod ex ejuſdem incomparabilis viri legato penes nos eſt, exemplari hæc annotarat:

INTERPRETES SACRORVM BIBLIORVM:

Septuaginta Seniores ſub Ptolemæo Philadelpho.
Aquila Sinopenſis, è Ponto: ex Græco Chriſtianus, ex Chriſtiano Iudæus.
Symmachus Samaritus, proſelytus Iudæus ſub Seuero.
Theodotion Sinopenſis, ex Ponto, proſelytus Iudæus ſub Commodo.

Α'ΝΩ'-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ἈΝΩΝΥΜΟΙ ἙΡΜΗΝΕΙ͂ΑΙ.

Editio inuenta in doliis, in Hierichunte Palæſtinæ ſub Caracalla.

Editio inuenta & ipſa in doliis apud Nicopolin Actii promontorii, ſub Alexandro Mammææ.

Poſt quam nobiliſſimam editionem, aliam ex ſolis, quod non ſemel alii notarunt, Senioribus, idem Origines ſic dedit, vt quæ textui Hebræo acceſſiſſent, jugularet: quæ deeſſent, ex interpretatione Theodotionis potiſſimum, ſuppleret. Vnde nata major textus antea corrupti corruptela. vt non mirum ſit, ſi toties hallucinentur, qui hunc ſunt ſecuti. Atque hos autores quidem in antiquo Fœdere ea lingua habet, quam nos Helleniſticam vocamus: quia non cum Græcis, ſed cum iis, quos interpretatur, & cum Oriente loqui ſolet: quemadmodum & vocum quoque notiones ac ὁμωνυμίας, ex illius, non Græcorum, ſequitur præſcripto. quam in nouo Fœdere obtinere, quiuis cum videre poſſit, pauci tamen hactenus à Græca diſtinxerunt. Vnde plurimi interpretum errores, & in libris his, de quibus tot præclari hac ætate viri optime ſunt meriti, hallucinationes maximi momenti ϗ παρερμηνεῖαι. Quippe cum ſermone exprimatur mens, ſermo autem quo res exprimuntur, vocibus vel definitione exprimatur, prima ambiguitas in vocibus conſiſtit. quæ aut explicatione, aut diſtinctione, eorum quæ alia atque alia præſertim denotant, ab eruditis tollitur. Ex eadem enim voce, quæ ſignificatione aut definitione non eadem, exoritur æquiuocatio. quæ niſi alia aut definitione, aut voce, quæ vel vera & perfecta, vel non aliud quam vocis eſt interpretatio, tollatur; neceſſario in rebus difficultas oritur ac ambiguitas. Quæ in libris Græce ſcriptis, eo major difficiliorque, quod ex aliis, (Hebræa, nempe, Syra, ac Chaldæa) vel interpretatio eorum haurienda ſit vel definitio. Quam ſit autem crebra in hac lingua ambiguitas, inprimis cogitare interpretem oportet. cui ab initio incumbit, vt hæc recte intelligat & tollat: ne concluſiones parum rectæ, ſiue inepta συμπεράσματα, naſcantur. Nicodemus audit, *Niſi quis natus fuerit denuo, non poteſt videre regnum Dei.* vnde abſurdum illud, *Et quo pacto naſci poteſt homo, cum ſit ſenex? Num in ventrem intrare matris poteſt denuo & naſci?* Cum item Dominus dixiſſet, *Qui carnem meam edit, & ſanguinem meum bibit, vitam æternam habet;* ipſi diſcipuli reſpondent: *Durus eſt hic ſermo. quis audire eum poteſt?* Sic cum diceretur, Ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς, *Veritas vos liberabit*, aliter accipiunt quod dicebatur. Ita cum audirent, *Si quis verbum ſeruarit meum, mortem non videbit in æternum;* quaſi, de morte, ſcilicet, quæ animæ à corpore eſt ſolutio, non ea, quæ, vt à Cyrillo recte dicitur, annexam habet rationem culpæ, ageretur, mire indignantur. Vnde illud, Νῦν γινώσκομεν ὅτι δαιμόνιον ἔχεις. *Nunc non dubitamus quin in poteſtate ſis Diaboli.* Quare? *Abraham enim & Prophetæ obierunt.* Ita cum audirent, *Amen amen dico vobis, priuſquam Abraham fieret, ego ſum*, lapides, dicuntur ſuſtuliſſe: vt, quod peſſime intelligebant, innocentis morte vindicarent. Quid quod major nobis difficultas, quibus linguæ hujus ambiguitates Græce proponuntur? Exemplo ſit vox *carnis:* quæ cum proprie ad Medicos pertineat; tria ejus genera fecerunt: quæ & accurate diſtinxerunt. cæteri Græcorum more vſitato vſurparunt. At Euangeliſta noſter, & hac voce, & pleriſque aliis, ſic vtitur, vt ſolum nomen, quod eſt vſitatum Helleniſtis, Græce exprimat, ſignificationem vero Orientis ſeruet: neque eaſdem, ſed ex ratione eorum alias atque alias iiſdem vocibus aſſignet notiones. Ita aliter vox σαρκὸς accipitur in eo, οἱ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, aliter, cum dixit, καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο: aliter, cum, καὶ ὁ ἄρτος, ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν, aliter, cum, καθὼς ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς, dixit. In quibus Græci, niſi qui in Helleniſticis verſati ſunt, nihil intelli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

gunt aut vident. Vocem enim Græcam extra linguæ ejus notiones, ad ſignificationes vocis peregrinæ בשר, more peregrino, nec à Græcis vſitato, transfert. Quod Poëta niſi vitat, aut ad linguæ ſuæ vſum transfert, nec interpretem profecto, nec poëtam agit. Nam nec Græce loquitur, quod eſt poëtæ, neque intelligitur ab iis, quorum cauſa Græce ſcribit. quibus autem niſi Græcis ſcripſit? Talia ſunt, θέλημα, παραλαβεῖν, δόξα, κόσμος, ὑψοῦν, & alia: quæ paſſim aliter atque aliter, ex vſu Orientis, non Græcorum, ab autore Sacro vſurpantur. Talis eſt vox πνεῦμα, quæ in loco nobiliſſimo, τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ, ambiguitate ſua, quanuis nihil habeat difficultatis, ſummis quoque viris ex antiquitate impoſuit: qui hoc de S. Spiritu accipiebant. inter quos Nyſſenus & Optatus ſunt. Aliter quippe in eo, πνεῦμα ὁ θεός. Aliter in eo, οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον. Aliter in eo, ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι. Aliter in eo, παρέδωκε τὸ πνεῦμα. Aliter in eo quem jam dicebamus loco, quem ita noſter reddidit:

Πνεῦμα παλινδίνητον ἀθηήτῳ τινὶ παλμῷ
Οἶδε περιπνείειν ὅθι βούλεται· ἀγχιφανῆ δὲ
Φωνῆς ἀερίης θεοδινέα βόμβον ἀκούεις,
Οὔασιν ὑμετέροις πεφορημένον.

Vt non ſine cauſa interpretibus B. Hieronymus ſuccenſeat, quod, nulla ambiguitatis ratione habita, hanc vbique vocem ſeruaſſent. Commentatio in Amos: *Cur autem illi Spiritum, & non dixerunt ventum, qui Hebraice vocatur* רוח, *cauſa manifeſta eſt: quia hoc verbo & ventus & Spiritus appellatur.* Sed & amplius periculum ex iſta ambiguitate notat. *Iſte qui creat*, inquit, *Spiritum; Sanctum, vt hæretici ſuſpicantur: ſed ventum intelligimus, ſiue ſpiritum hominis.* Aliter τὸ μένειν in eo, περὶ μένεις; Aliter eodem capite, καὶ ἔμεινεν ἐπ᾽ αὐτὸν, de S. Spiritu. Aliter in eo, εἰ θέλω αὐτὸν μένειν ἕως ἔρχομαι. quod eſt ζῆν, *viuere*, ex Syrorum vſu. In quibus nihil intellexit: neque voces magis notas pro Syrorum vocibus ac Chaldæorum reddit, ſed obſcuras ſeruat. Et hæc tamen tanti ſunt momenti, vt ex ambiguo, concluſiones, quod jam dixi, falſæ, in diſputando aut diſſerendo ἀναγωγαὶ, & quia falſæ definitiones, falſa in docendo methodus naſcatur. Aliter vox ἀληθείας in eo, ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη, ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. Aliter in eo, ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ. vbi quaſi definitio ſubjungitur, ὁ λόγος ὁ σὸς ἀλήθειά ἐστι. quod & ſic à Scriptore hoc aliquoties accipitur. Aliter in eo, ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια. vbi inter prima attributa, &, vt Anaxagoras non ſatis proprie dicebat olim, συμβεβηκότα Dei. Eſt enim ipſa Veritas. quemadmodum diuinitas vicina voce, vnde hæc deduci potuit, אלהותא Syris ac Chaldæis dicitur. Aliter in eo, πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας, ἀκούει μου τῆς φωνῆς. quem Hebraiſmum, non magis noſter quam Pilatus intellexit: qui quærebat, τί ἐστιν ἡ ἀλήθεια; quam profecto definiret nemo, niſi cui de ſingulis illius notionibus conſtaret. Inepte igitur vbique, aut vocem ſeruat, aut in minus efficacem mutat. Locus capite tertio extat nobiliſſimus. Πᾶς γὰρ ὁ φαῦλα ποιῶν, μισεῖ τὸ φῶς, καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα φανερωθῇ αὐτοῦ τὰ ἔργα· ὁ δὲ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν, ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα φανερωθῇ αὐτοῦ τὰ ἔργα. cum τὸ ποιεῖν ἀλήθειαν, καὶ τὸ δικαίως ζῆν, ſæpe ab Helleniſtis conjungantur. Sane cum Ezechias, *Fiat pax & veritas in diebus meis*, dixit, δικαιοσύνην reddiderunt Helleniſtæ. qui γενέσθω δὴ εἰρήνη καὶ δικαιοσύνη ἐν ταῖς ἡμέραις μου. interpretationem enim loci ejus, quem jam dixi, nemo apud noſtrum intelligat qui quidem Græce ſciat. Ita enim ille:

Ὃς δὲ θεουδείησιν ἐτήτυμα πάντα φυλάσσει,
Ἵξεται αὐτοκέλευστος ὅπη φάος· ὄφρα φανείη
Ἔργα, τάπερ ποίησε θεοῦ τετελεσμένα βουλῇ.

Aliter autem in eo, aliter, cum dicitur, ἐν τῷ νόμῳ ὑμετέρῳ γέγραπται, ὅτι δύο ἀνθρώπων ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐστιν: cum in lege extaret, σταθήσεται πᾶν ῥῆμα. Quod Mat-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Matthæus quoque & Paulus ſunt ſecuti.cum, ex more Helleniſtico ac conſuetudine loquendi, ἀληθὲς hic idem ſit quod πιστόν. Neque dicitur in Lege, *Duos teſtes non mentiri*, ſed, *Si duo adſint teſtes, ratum id haberi. cum ex teſtimonio vnius non procedat accuſatio.* Quod ſic interpretatur noſter, ac ſi duo neſciant mentiri. qui

Μαρτυρίη διδύμων ἐτυμόθροος ἔπλετο φωτῶν.

cui ſi accedimus, quid duobus illis fiet, qui aduerſus Seruatorem noſtrum, hoc eſt, ipſam Veritatem, Matthæi 26. 50. mendaciſſime teſtati ſunt? Fuit ergo ſtabile, hoc eſt, ex ordinaria & vſitata Legis formula admiſſum ac adhibitum hoc teſtimonium, cum nihil minus fuerit quam verum. Quare ſi quis aliquem Sanctiſſimi autoris publice exponat locum, qui pro definitione vnius, alterius ſignificati definitionem ponat, ſane & imperitos in errorem, quod non raro fit, inducet, & ludibrium debebit eruditis. neque poteſt, quin, qui notiones non diſtinguit quia non intelligit, in tota methodo & explicatione rei, quod jam ante dicebamus, grauiter hallucinetur. quia neque τὸ εἰ ἔστι, neque τὸ διότι, nec τὸ ὅτι, niſi conſtet περὶ τοῦ τί ἐστιν, in Scripturæ Sacræ explicationibus aut diſſertationibus, tractari, niſi vitioſe, poteſt. Ipſum autem, τὸ τί ἐστιν, à quo definitio ac cætera dependent, in æquiuocis aut latet, aut ridicule confunditur ac imperite. Ipſum autem τί ἐστιν, pro linguarum vſu variat ac permutatur. vnde & ſine illis ne cognoſci quidem poteſt. Ita δόξα aliter in eo, δόξαν παρὰ ἀνθρώπων οὐ λαμβάνω. Aliter in eo, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός. item, καὶ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ. item, ὅτι εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ. item, τῇ δόξῃ ἣν εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρά σοι. Talia δοξάζεσθαι, ὑψοῦσθαι, & ſimilia. quod aliter in illo Lucæ, καὶ ὕψωσε ταπεινούς. Aliter plerunque noſtro, & peculiariter Syrorum more. vt in eo, ὅταν ὑψώσητε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. Aliter εἰρήνη, vox Helleniſtarum πολύσημος, accipitur in eo, εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν. Aliter in eo, εἰρήνη ὑμῖν. Vbi cum Cyrillus, vt & in ſuperiori loco, Chriſti Spiritum intelligit, aliud vir maximus agebat. Nihil enim aliud quam ſalutatio eſt. quod שלום לכם Hebræi, Græci χαίρετε. neque magis hic de Chriſti Spiritu intelligendum eſt, quam infinitis Fœderis antiqui locis; vbi iſta formula in ſalutationibus vtuntur viri Sancti. Ideo cum noſter, σύννομος ὑμῖν Εἰρήνη, aut aliud aut nihil dixit. Si quæras quid in eo loco, Αὕτη δέ ἐστιν ἡ κρίσις, ὅτι τὸ φῶς ἐλήλυθεν ἐς τὸν κόσμον, καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος, ſit κρίσις; reſpondebit Chryſoſtomus, κόλασις ἢ κατάκρισις, *pœna aut condemnatio.* Si quæras, quid in eo, ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθής ἐστιν, reſpondebit, ψῆφος, hoc eſt, *judicium.* Si ex noſtro quæras, quid priori loco ſit κρίσις, reſpondebit κρίσις.

δυσσεβέος δὲ

Κόσμου σύγχρονος ἤδε πέλει κρίσις.

cum ambiguitatem vocabuli non tollat attributum, ſed inuoluat locum. Si ex eodem, quid poſteriori loco ſibi velit κρίσις, reſpondebit κρίσις.

Νημερτὴς καὶ ἄμεμπτος ἐμὴ κρίσις.

Inter notas & κριτήρια Meſſiæ, ab Ezechiele cap. 21. com. 27. ponitur ἡ κρίσις. quod eſt, munus judicandi vere Regium. vbi, ἕως οὗ ἔλθῃ οὗ ἡ κρίσις, dicitur. quod Theodoretus aliique, ad Meſſiam referendum putant. Helleniſtæ enim, ᾧ καθήκει, habent. Ex qua interpretatione ipſa Veritas, Οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ, capite 5. com. 22. pronunciat. Si hic quæras quid ſit κρίνειν; reſpondebit, κρίνειν. quid ſit κρίσις; reſpondebit κρίσις. Nam quæ addit attributa, aut obſcura ſunt aut nihil dicunt.

Οὔτινα γὰρ κρίνει πατὴρ ἐμός· ἀνδρομέην δὲ

Ὄψιμον υἱέϊ δῶκεν ὅλην κρίσιν.

Locum illum obſcuriſſimum quibuſdam viſum eſſe, nemo neſcit: Καὶ ἐλθὼν ἐκεῖνος ἐλέγξει τὸν κόσμον περὶ ἁμαρτίας, καὶ περὶ δικαιοσύνης, καὶ περὶ κρίσεως. Περὶ ἁμαρτίας

τίας μὲν, ὅτι οὐ πιστεύουσιν εἰς ἐμέ· περὶ δικαιοσύνης δὲ, ὅτι πρὸς τὸν πατέρα μου ὑπάγω, καὶ οὐκ ἔτι θεωρεῖτέ με· περὶ δὲ κρίσεως, ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται. capite 16. commate 8. & deinceps. *Mundum*, inquit, *hoc eſt, qui improbitatem ſæculi ſequuntur, primum de peccato ejus, publice conuincet. quia poſt tot ſigna ac miracula, quæ etiam inuitis oculos perſtringunt, nondum tamen in me credit. Secundo, de juſtitia, ejuſque publico contemptu, quia hanc in me non ſunt amplexi. quem & vere juſtum eſſe, & ab omni labe alienum, non, vt illi clamant, peccatorem, vel hoc ipſum nunc euincit, quod ad Deum Patrem, juſtitiæ ac veritatis fontem, nunquam vos viſurus amplius, diſcedam: ac cum eo ſemper ſim futurus. De judicio corrupto ac peruerſo, quia toties increduli damnarunt eum, à quo princeps ſimul hujus ſæculi & injuſtitiæ damnatus eſt.* Si ex noſtro quæras, quid ſint ſingula de quibus eruditi hic contendunt; vel eaſdem voces, vel, quas συνωνύμους ipſe judicat, reponet. Si, quid ſit ἐλέγχειν, ſcire velis; bona fide ἐλέγχειν reſpondebit. vt in illo:

ἀπειθέα κόσμον ἐλέγξει.

Si, quid ſit juſtitia, de qua nemo accuſari aut conuinci ſolet; quod injuſtitiæ conuenit; quid judicium ſit denique, aut cujus hic judicium intelligatur, cum, ἐλέγξει τὸν κόσμον περὶ δικαιοσύνης καὶ κρίσεως dicitur; reſpondebit,

Ἀμφὶ δικαιοσύνης καὶ κρίσιος.

& hoc illi toto fere hoc opere perpetuum. Denique, vt pueri, in locis cauis aut conuallibus, cum clamant, ex refractione aëris accipiunt quod ipſi dicunt: ita quidam, & hic noſter (quod nonnulli hodie, religioſum eſſe, vocant) non interpretatur dubia, ſed ſeruat. quod ne μεταβολέως quidem eſt: cujus ſaltem munus eſt, mutare verba: cum Μεταβολὴν interpretationem hanc aut ipſe aut alii inſcripſerit. Cap. 1. com. 13. veteres qui hunc explicarunt locum, Οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, non ſignificationis tantum ſed & numeri pluralis inſolentiam mirati, τὰ καταμήνια, ſiue menſtruum intellexerunt ſanguinem. & ita multi. Noſter, quod non intelligeret, omiſit. *Nihil* autem, inquit Vlpianus, *intereſt, Neget quis an taceat interrogatus, an obſcure reſpondeat, vt incertum dimittat interrogatorem.* At Iudæis nihil vſitatius: qui cum alia peccata, tum originem in homine corruptam, ſiue peccatorum fontem, ita dicunt, quem & יצר הרע, *cogitationem*, ſeu, *figmentum malum*, vulgo nuncupant. Si quæras, quid in diſputatione illa obſcuriſſima cap. 6. ℣ſ. 53. Ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίνητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, ſit αἷμα; reſpondebit, ſiue, quod vix credo (cujus rationem, & prolixe quidem, mox daturi ſumus) ipſe, ſiue quiſquis autor eſt, hoc ipſum quod quærebas, ſed inepto plane verſu,

Εἰ μὴ σάρκα φάγητε, γλυκύ τε καὶ αἷμα πίνητε.

Si quæras, quid in loco tam illuſtri, φαγεῖν ſit aut τρώγειν, ille, ἐρέπτειν, aut εἰλαπιναζέμεναι, vocibus quæ locum hic vix habent, reſpondebit. Quorum hæc, (ἐρέπτειν, nempe,) ferarum aut brutorum eſt, quæ more ſuo non tam comedunt quam vorant. Heſychius, ἐπὶ τῶν νεμομένων τετραπόδων τάσσεται ἡ λέξις. *de quadrupedibus, quæ paſcuntur*, inquit, *vſurpatur vocabulum.* alii, *celeriter vorare, & vt feræ ſolent.* Εἰλαπινάζειν autem εὐωχεῖσθαι, *indulgere genio in epulis.* Igitur vox vtraque, ἀχρεῖος & inutilis hic quidem, vt jam dixi, neque quicquam cum myſterio tam magno hoc & plane ineffabili commune habet. Ludunt vero qui ridiculis vtuntur vocibus. Homine autem vel mediocri prædito in Sacris judicio, inprimis indignum, quod cum τὸ φαγεῖν de carnali manducatione, in illis verbis, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, acciperent Capernaitæ, in verbis quibus contrarium ſignificatur, ejuſdem Domini, qui nihil præter Spiritum ac cœlum talemque panem loquitur ac cibum, Capernaitica, & quaſi maximo labore, vt contrarium exprimeret, conquiſita vſus voce ſit. Verba Domini eo quo jam dixi capite, ℣ſ. 58. ſunt, ὁ τρώγων τοῦτον τὸν ἄρτον, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. Quæ ſic ille interpretatur:

Τοῦτον ἀνὴρ ἐπάρουρος ἐτήτυμον ἄρτον ἐρέπτων,
Ζωὴν ὄψεται οὗτος.

Ac ſi quis, *Panem hunc, pecudum inſtar qui vorauerit, victurus eſt*, Latine dicat. Adde quod hoc loco, οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, *hic eſt panis ille, qui de cœlo deſcendit*, dicatur. Adde quod mannæ, quæ Angelorum panis dicitur, hic præferatur. ſequitur enim, οὐ καθὼς ἔφαγον οἱ πατέρες ὑμῶν τὸ μάννα, καὶ ἀπέθανον, *non vt manna comederunt patres veſtri, & ſunt mortui*. Adde quod, ὁ δὲ τρώγων τοῦτον τὸν ἄρτον, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα, *qui hunc panem ederit, in æternum viuet*, dicitur. Quid ἐρέπτειν autem? Reſpondeat Euſtathius: qui, ἀπὸ τῆς γῆς λαμβάνειν, inquit, παρὰ τὴν ἔραν, ὃ δηλοῖ τὴν γῆν· καὶ τίθεται ἐπὶ τῆς ἀλόγων τροφῆς. *à terra tollere, vt pecudes ſolent.* ἔρα *enim, vnde* ἐρέπτειν, *terra eſt: à pecudum enim, eorumque quæ ratione carent paſtu, deſumptum eſt.* idem, qui alibi, de pecudibus, cum paſtus cauſa in terram ſe inclinant, atque hoc modo cibum ſumunt, dici id notat. Ita, vt cum Dominus de cœlo agat, verbiſque ſingulis à terra in cœlum nos attollat, noſter, qui ſic loquitur, in terra cum pecudibus ac feris, quaſi conuiuas eorum, nos deprimat. cui rei, & quidem cum moleſtia, excogitaſſe hanc vocem videtur. Si quæras quid in illo, Καὶ εὐθὺς ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ, dicatur αἷμα; reſpondebit noſter

Πρῶτα μὲν αἷμα χύθη, μετέπειτα δὲ θέσκελον ὕδωρ.

cum τὸ *ſanguis* hic, non minus à ſuperioribus ejuſdem vocis ſignificationibus quam ſanguis differat & aqua. Vnde ergo definitionem petam? aut ſi definitio non datur, quomodo docebit aut interpretabitur Theologus quæ nondum didicit? Interdum ergo hæret, & omittit locum quem non capit. Interdum idem dicit de quo quæritur. Interdum, ſenſu plane inuito, vt qui agit aliud, ſynonyma conjungit. quæ nec ſemper idem ſunt, nec ſemper docent. Interdum quoque cum ſint Græca, linguæ non conueniunt aut quadrant quam interpretatur. Nemo enim quærit, an, exempli cauſa, ἀτρεκίη idem ſit poëtis Græcis aliquando quod ἀλήθεια (hoc enim nemo neſcit:) ſed an Helleniſtis, qui, non more Græco, ſed in Oriente vſitato, vocibus vtuntur, iſta ταυτοδυναμοῦντα ſint. de quo ille, vt plurimi hoc tempore, non cogitabat. Tum, an locis ſingulis, in quibus mentio τῆς ἀληθείας, eam vocem ἀτρεκίη exprimat. vt in illo Hebraiſmo, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. vbi immane quantum iſta differunt. Et tamen dixit

Καὶ χάρις ἐκ Χριστοῖο καὶ ἀτρεκίη πέλε κόσμῳ.

Ita nemo dubitare poteſt, quin poëtis ſit ἐτήτυμος quod ἀληθές. Cæterum, an vnquam id ſit Græcis, quod ἀλήθεια in eo loco, ὁ δὲ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν, hoc eſt, an ἐτήτυμον ſit idem quod δικαιοσύνη, hoc jam illud de quo agitur. quod, ni fallor, nec Homerus nec Demoſthenes, nec Ariſtarchus ipſe intelligat. Et tamen, nihil vel Hebræis vel Chaldæis vſitatius. qui & τὸ קשט, quod ἀληθὲς, plerunque ſic vſurpant. *menſura* enim *vera* Thargumiſtis, quæ Hebræis, *juſta*, dicitur. Quare vt homonyma confundit, ſic ſynonyma non intellexit. Helleniſtæ enim alia Synonyma à Græcis habent. Ita & δικαιοσύνη & ἀλήθεια, definitione & vſu Helleniſtis cum ſint eadem, toto cœlo Græcis differunt, vt vulgo dicitur. Quemadmodum ἀλήθειαν ποιεῖν cum dicunt: quod nec Ariſtoteles nec Plato intelligeret. de ſuo enim Græci veteres, de alieno Helleniſtæ, vt plurimum, loquuntur. Id qui non intelligit, vbique impingit. quod in noſtro & in aliis ad tædium quotidie obſeruamus. Quare ridiculum eſt illud quod jam ante adducebamus,

Ὃς δὲ θεουδείῃσιν ἐτήτυμα πάντα φυλάσσει.

Et profecto, Græce tantum doctus, nunquam, vt tum dicebamus, diuinare poterit quid velit: neque Hebræis ſcripſit, quorum linguam ignorauit. Quemadmodum autem nihil magis mercatorem decet quam vt æſtimationem mercium ac precia nummorum recte intelligat: ita vocum ac lingua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

rum ἰσοδυναμίας noſſe, ne diuerſas notiones miſceat aut alteram pro altera ſupponat, proprium interpretis eſt munus. In quo noſter mirum quam fallatur. Ita cum, μὴ σκανδαλισθῆτε, cap. 16. 1. ait Dominus, noſter σκάνδαλον interpretatur οἶστρον.

Μὴ θρασὺς οἶστρος ἄπιστος ἐς ὑμετέραν φρένα βαίνῃ.

Quod mirabitur, qui ex B. Hieronymo, vel aliorum commentariis, quid ſcandalum ſit, didicit. nam appoſita quæ ibi addit, etiam fortaſſe longius à definitione ſcandali recedunt. Sed à voce metuebat ſibi. vt & alias nonnunquam: cum nonnullas præſtet, quæ in vſu Helleniſtis ſunt, ſeruare, quam diuerſam & quæ definitione tota differt, adhibere: quemadmodum nonnullas præſtat non mutare. Vt Πατὴρ, Λόγος, Πνεῦμα ἅγιον. Igitur, cum Deum Patrem aliquoties τοκῆα; Filium, non λόγον, ſed illius loco, μῦθον, Sanctum Spiritum, non Πνεῦμα ἅγιον, ſed ἁγνὸν dicat, licentiam in rebus ſeriis, quæ nemini conceditur, exercet. Neque tantum in vocabulis, ſed & junctura, ſiue orationis integræ complexu. Notus ille locus capite primo, commate 11. Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε: *in propria venit.* Quod nonnulli ad Iudæos, ad orbem olim vniuerſum referebant alii. Theophylactus: ἴδια ἤγουν αὐτοῦ, ἢ τὸν ὅλον κόσμον νοήσεις, ἢ τὴν Ἰουδαίαν ἣν ἐξελέξατο, ὡς σχοίνισμα κληρονομίας, καὶ ὡς περιουσιασμὸν αὐτοῦ. Si ex noſtro quæras, qui ſint ἴδιοι hoc loco, nihil diſces, quia idem ſeruat. Si de integra oratione; totam imprudenter immutauit: hoc eſt, aliud omnino dixit. Quippe quod Euangeliſta, εἰς τὰ ἴδια ἦλθεν, ille,

Ἐγγὺς ἔην ἰδίων,

vicinus erat ſuis. quaſi Dominus, ἐν τῇ οἰκονομίᾳ, ſiue aſſumptione carnis, de qua ibi agitur, vicinus tantum eſſet nobis. Quod eſt tale, ac ſi ilud, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, aliquis, ἐσκήνωσεν ἐγγὺς ἡμῶν, *prope à nobis habitauit*, cum natura deſignetur ipſa quam aſſumpſit, interpretetur: aut, cum Apoſtolus Spiritum Dei ἐνοικεῖν ἐν ἡμῖν, *in nobis habitare*, dixit, ἐγγὺς ἡμῶν οἰκεῖν, *vicinum nobis habitare*, dicas. Aliud eſt igitur τὸ ἀμειφθὲν, ſiue quod Euangeliſta dixit, aliud interpretatio quam adfert. quod vbique fere videas. Ita quia τὸ ἀκούειν & τὸ εἶναι, alibi promiſcue à Græcis vſurpari meminiſſet, pro eo quod ſequitur, Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι, ipſe, τέκνα θεοῦ ἀκούειν dixit. Quod hypocritis cum aliis commune. imo proprium hypocritis, ſolum hoc vt ſibi vindicent. Et quaſi non aliud ſit *eſſe*, aliud *audire* filium Dei: cum præſertim ad ipſiſſimam electionem, ſiue τὴν υἱοθεσίαν, quam ἐπιλεκτὴν dicunt, locum illum referant antiqui. quemadmodum ſane aliud videri, aliud vero eſſe. Siue ergo idem dicit, nihil dicit: ſiue vocem aut orationem adhibet quæ aliud deſignat, nihil docet. cum vtrunque decipiat lectorem ac inducat. Nam & oratio & verba aliter repræſentata quam oportet, aliud perſuadent. Eadem autem ſi ſeruentur, non minus lector fallitur quam illo Plautino,

Hos quos videtis ſtare heic captiuos duos,
Illi qui adſtant, hi ſtant ambo, non ſedent.

nihil enim noui audit qui hoc vnum expectabat. Summum in ſermone vitium obſcuritas. majus tamen in interprete: cui hoc incumbit, vt hanc tollat. Ita Homerum ajunt, cum ænigma, omnium ſcientiarum capax, ſoluere non poſſet, ex indignitate rei diem obiiſſe. Atqui ſæpius, & alii, & noſter, qui neque linguæ vim neque genium, è qua & in quam diuina transferunt oracula intelligunt, ideoque peregrina, aliis ac ſibi pariter, loquuntur, ænigmata lectoribus proponunt. Quale eſt illud capite primo, commate 3.

Οὓς φύσις οὐκ ὤδινε λεχωΐας, οὐ βίος ἔγνω,
Ἀνδρομέου βλάστημα θελήματος· οὐδὲ καὶ αὐτὴ
Σαρκὸς ἐρωτοτόκοιο γαμήλιος ἤροσεν εὐνή.

Quippe & res ipſa, homini vix mediocriter his tincto, aut qui hæc myſteria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ſteria ignorat, tum dicendi genus, οἱ ἐξ αἱμάτων, quod hic non illuſtrat ſed omittit, &, οἱ ἐκ θελήματος σαρκὸς, &, οἱ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ſi præſertim ab interprete Poëtæ magis inuoluantur, æque ſunt ignota. Omitto fœdam ac obſcœnam vocis ἤροσε tranſlationem. Omitto alia. Quid enim ἀνδρὸς θέλημα dicatur, docti Hebraice intelligunt. quod autem ipſe dixit, ἀνδρομέου βλάστημα θελήματος, à tumore & inſolentia autoris eſt: qui non tam interpretatur quam aut mutat Hebraiſmum aut inuoluit: vt ſic numeris & metro, nempe, conſulatur. quæ jam non religio ſed ἀκρισία eſt. Et cur φύσις λεχωΐας, *puerpera natura?* Quare autem non *corrupta?* nam de irregenitis Euangeliſta agit. Quæ profecto ad obſcuritatem plane, non ad mentem. imo ſi ad verbum denuo Latine reddas, Loxiam exiſtimabis loqui.

Quos natura non peperit puerpera, non vita nouit
Virilis germen voluntatis, nec ipſe
Carnis amoriparæ nuptialis arauit concubitus.

Quæ vt intelligantur, eo opus eſt quem voluit interpretari. Qui peregrine loquitur, non Græce. voces enim, Græcæ; vſus vocum ac ſententiarum, non jam Græcus, ſed ex Oriente. Hæc eſt ergo ſtulta illa, quam tantopere B. Hieronymus exagitat, κακοζηλία. quæ & venuſtatem omnem tollit, nec lectori, dum non mutat quæ exponere debebat; quod debebat exhibet aut docet. De qua ad Pammachium præclare antiquus ille Doctor, *Quod ſi cui non videtur linguæ gratia in interpretatione mutari, Homerum ad verbum exprimat in Latino. Plus aliquid dicam, eundem ſua lingua proſis verbis interpretetur. Videbis ordinem ridiculum: & poëtam eloquentiſſimum vix loquentem.* Sicut noſter, qui, nunc ſenſus, nunc vocabulorum notiones, non domeſticas ſed peregrinas, maximo labore Græcis verſibus incluſit. quod eſt ejerare genium & venuſtatem. Quanto autem melius ſic mentem loci expreſſiſſet!

Οὓς φύσις οὐκ ἐλόχευσε, καὶ ἀνέρος οὐ τέκεν εὐνή,
Μαργοσύνης ὀπτῆρος, ἀοσσητῆρα γενέθλης,
Ἀλλὰ θεοῦ γόνοι εἰσί, καὶ οὐρανίη σφίσιν ἀρχή.

In quibus nihil peregrinum, nihil, niſi fallor, tranſmarinum: quæ à nobis omnia ſublata ſunt. De qua re tam ſeria ac graui, ſine qua nec proprie Poëta loqui, nec interpretari Metaphraſtes poteſt, ne vacauit quidem, vt videtur, cogitare noſtro: cum vbique diuerſiſſima occurrant. diuerſiſſima nunc dico, quæ cum phraſi ac ſermone Græco non conueniunt. Exemplo ſint vel quæ primo capite leguntur Helleniſtica. quæ enim paſſim extant, melius ſeorſim alibi dabuntur.

com. 1. καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν.
com. 8. ἀλλ' ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός.
9. πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.
11. καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον.
12. τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ.
13. οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ θεοῦ ἐγεννήθησαν.
14. καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν.
ibid. καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός.
15. ὅτι πρῶτός μου ἦν.
17. ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο.
18. ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός.
22. ἵνα ἀπόκρισιν δῶμεν.
26. μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν.
27. οὗ ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἵνα λύσω. &c.
33. βαπτίζειν ἐν τῷ ὕδατι, βαπτίζων ἐν πνεύματι ἁγίῳ.
ibid. ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐτόν.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

37. καὶ ἤκουσαν αὐτοῦ οἱ δύο μαθηταί.
39. ποῦ μένεις.
42. εὑρίσκει οὗτος πρῶτος τὸν ἀδελφόν.
44. τῇ ἐπαύριον, aliquoties, more Hebræorum.
46. εὑρίσκει Φίλιππος τὸν Ναθαναήλ.
49. πρὸ τοῦ σε Φίλιππον φωνῆσαι.

Quæ vt vt efficaciter, quemadmodum omnia θεόπνευστα rebuſque accommodata, dicantur, vel Græci in Sermone non admittant: &, quod noſtro quoque euenire ſolet, vel omnino non vel aliter intelligant. in quibuſdam enim verba, in quibuſdam ἡ σύνταξις, in quibuſdam tota peregrina eſt oratio. in quibus omnibus vbique talem exhibuit ſe noſter, vt vel ipſas voces & orationem ſeruet, ideoque Græce non loquatur: vel ſermonem, de quo ante omnia ſollicitum fuiſſe oportet, peregrinum efficiat: &, cum Græcus requiratur, longe alium efficiat quam Græcum. Interdum, quæ nec ipſe capit, vſitata judicat ac Græca: interdum plana ac perſpicua, obſcure effert: interdum callide omittit, quæ non capit. Eſt & vbi aliud ſupponit, quod non explet mentem. Semper autem timide incedit, nec exactum habet, quod dicturus eſt. Et, quod maxime admireris, tot difficultatibus oppreſſus, quæ in aliis non capit, ſponte ac non coactus ipſe vſurpat. Multa enim Helleniſtica de ſe aſpergit: neque raro, ipſe ignarus, ex eorum lectione ac imitatione ἑβραΐζει. Hebraiſmos autem quoſdam ei excidiſſe nunquam mirabitur, qui, pleroſque ex antiqui Fœderis, quibus ea tempeſtate vtebantur interpretibus, vſque ad ſuperſtitionem Hebraiſmos expreſſiſſe, nonnullos, ipſas quoque voces, vt inuenerant, ſeruaſſe, cogitauerit. Factum hinc, vt Patrum nonnullorum ſcripta, quæ Scripturæ Sacræ plurimis in locis parodiæ aut centones ſunt, linguam præ ſe ferant, in qua nullum plane ſtudium poſuerant autores. Quod à Græcis ſimul & Latinis, ea etiam ætate factum dicas, qua nec Græcæ nec Hebrææ, vlla vel ſcientia ſupererat vel eruditio. Quare? quia enim etiam Latini hanc eandem fere inſtiterant interpretandi viam: vt Hebræam, nempe, ac Chaldæam non mutarent conſuetudinem. cujuſmodi in Iure, quod Canonicum vocamus, quæ Alciato & aliis fecere fraudem, plurima occurrunt. Quod Antonius enim Auguſtinus, vir eruditiſſimus, Iuriſconſultos, inprimis autem Vlpianum inter cæteros, Iudæorum more loqui putat, etiam cum ellipſin Græcis ac Romanis vſitatam amat, (vt cum, *pro hærede autem gerere, non eſſe facti quam animi*, ait, cujuſmodi non pauca congeſſit) vereor ne eum ratio fugerit. Nihil enim, niſi fallor, adfert, cujus non apud Tacitum ac Plautum, etiam Homerum, diuerſarum ætatum ac linguarum autores, exempla extent. Nam ellipſes ſimileſque, quæ ἰδέαι à Magiſtris dicendi figuræ nuncupantur, vt fortaſſe magis familiares Orienti, ita ſæculis linguiſque omnibus communes ſunt. vt eadem quæ Vlpianus habet, ex autorum Romanorum conſuetudine ac vſu hauſiſſe illi videantur. Quid autem magis vſitatum Tacito quam vt ſic loquatur? quod de eorum ſcriptis dici non poteſt, qui poſteriori æuo, neque Græce nec Hebraice eruditi, Hebræorum libenter more loquerentur: & interdum ipſas quoque, vt erant, linguæ ejus retinerent voces. Vnum ejus rei adferam exemplum. nam de phraſi & locutionibus ſit infinitum. Ita cum interpres vetus vocem *manzer*, pro ſpurio, ſeruaſſet, Poëtæ, vtriuſque & Græcæ linguæ imperiti & Hebraicæ, Sedulius & Fortunatus, eam vt Latinam vſurparunt. Quorum ille in deſcriptione Paſſionis Domini,

Nulla tamen tanti metuerunt ſigna pericli,
Qui Dominum fixere cruci. quin inſuper hauſtum
Cum peteret ſitiens, vnus de plebe nefanda,

Peni-

Peniculo infuſum calamo porrexit acetum.
Manzeribus populis in deteriora volutis
Conueniens liquor ille fuit.

Ait, Iudæos, gentem vere adulterinam ac ſpuriam, liquori illi quem porrexerunt Domino, ſimillimam fuiſſe: olim præſtantiſſimam, vt vinum: nunc vero, nulli rei, vt acetum. Fortunatus autem,

Chriſticolæ vt cernunt tunc agmina manzera jungi,
Protinus inſiliunt, qua latet ille dolus.

cum Hebræa vox ſit *mamzer*, quæ & in Hebræo extat contextu. Quam ſi Græci quoque interpretes ſeruaſſent, inter vermiculata noſtri forte & emblemata nunc compareret. cui aliud agenti ſæpe Hebraiſmi exciderunt. Ita carcerem, οἶκον ἀειφρούρητον dixit.

Οἶκον ἀειφρούρητον ἐδύσατο, πομπὸν ὀλέθρου.

quia apud ſuos οἶκον φυλακῆς aliquoties legerat. vt inter alia 2 Sam. 20. 3. Eſaiæ 42. 7. Ejuſdem conſuetudinis eſt illud,

Ὕδατος οἰνωθέντος ἐρευθιόωντι ῥεέθρῳ.

Hebræorum enim חמר, ſeu, rubellum, quo in Oriente vtebantur, intellexit. Ita cap. 6. quod Euangeliſta dixit, καὶ ἐγνώκαμεν, ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, hoc ille,

Ὅττι θεοῦ σὺ μόνος ἅγιος πέλεις.

Quod eſt קדוש. Ea autem apud Marcum 1. com. 24. Diaboli confeſſio. qui, οἶδά σε τίς εἶ· ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ. Ita capite ſeptimo, com. 52. ἀμοιβάδα βίβλον, librum Legis dixit. quem Hebræi מגלה, ſeu complicatum dicunt codicem. quemadmodum & τὸ ἑλίσσειν, quod eandem vocem magis exprimit, adjecit.

ἀμοιβάδα βίβλον ἑλίσσων,
Ἕζεο μαστεύων.

Hebraiſmus eſt & illud, quod cap. 2. com. 3. legitur,

Οἴνου δ' ἡδυπότοιο θυώδεες ἀμφιφορῆες
Πάντες ἐγυμνώθησαν.

Quod qui Hebraice neſciret, merito vt ἄκυρον in Græco homine notaret: qui τὸ ערה, quod eſt γυμνοῦν, ita exprimat. vt cum de Rebecca Gen. 24. ℣ſ. 20. καὶ ἐγύμνωσε τὴν ὑδρίαν, *& nudauit hydriam ſuam*, id eſt, *effudit*, dicitur. pro quo nunc, ἐξεκένωσε, qui nouitatem hanc aſpernatus eſt interpres. Helleniſtarum eſt & illud quod cap. 4. com. 46. legitur: ὅπη πάρος ἐς χύσιν οἴνου ξανθὸν ὕδωρ ποίησε. In animo enim illud, εἰς ἄνδρα καὶ γυναῖκα ἐποίησεν αὐτοὺς, habuiſſe videtur. quanquam non eadem ſit vtriuſque ratio. Græci ſane μεταβάλλειν ἔς τι, non ποιεῖν, dicunt. Quo & illud refer, cum pro gente, tribum poſuit, aut generatione:

Ποῖον ξυνὸν ἔην Σαμαρείτιδι καὶ σέο φύτλῃ;

In Hiſtoria Samaritanæ cap. 4. com. 9. illud quoque ex Hebraiſmi fontibus, quod diem feſtum, χορὸν, ſiue χοροστάδος ἦμαρ ἑορτῆς dixit. cap. 7. com. 37.

Ἀλλ' ὅτε λοίσθιον ἦλθε χοροστάδος ἦμαρ ἑορτῆς.

quia τὸ חג, nempe, & tripudium & feſtum notat: quemadmodum & *tripudium* nonnemo è Latinis interpretibus, ſignificatione, niſi fallor, hac vſurpauit. Purus Hebraiſmus eſt qui nono capite, com. 32. legitur:

Τηλίκος οὔποτε μῦθος ἀκούεται, ὅττι λαχόντι
Ὄμμα πολυκλήϊστον ἀφωτίστοιο προσώπου
Ἀνέρι τις πόρε φέγγος, ὃν ἔρριτόκου διὰ κόλπου
Εἰσέτι τυφλὸν ἐόντα μογοστόκος ἔδρακεν ἠώς.

Et cap. 4. com. 22. Μιμηλὴν τελέοντες ἀληθέος εἰκόνα μύθου. Et cap. 9. com. 32. de cœco reſtituto, τηλίκος οὔποτε μῦθος ἀκούεται. In quo exprimendo Helleniſtæ, modo voce λόγου, modo ῥήματος, vtuntur. Vbi, & τὸ μῦθος ea ratione adhibuit, qua illi ſuo דבר, Chaldæi פתגמא, pro re geſta aut negocio,

vtuntur. quomodo & Homerum alibi locutum memini. Quod Sanctiſſimum virum Ambroſium decepit: qui cum Lucæ 2. Paſtores dicunt, *Videamus hoc verbum*, τὸ ῥῆμα, (id eſt, rem geſtam) *quod factum eſt*; Domini natiuitatem nempe; ita *verbum*, quomodo Iohannis 1. accipitur ὁ λόγος, accipiendum exiſtimauit. Tale eſt, ἐρεύγεσθαι φωνὴν, ἀντὶ τοῦ λαλεῖν ἢ λέγειν.

καὶ ἄναξ ἤρευγε φωνήν.

Et,

Ἐκ καρδίης ὅτε μῦθον ἐρεύγομαι.

In animo enim illud, ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα habuiſſe videtur. item, ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγους. Cujus generis non pauca annotauimus. è quibus quædam, ne faſtidioſi ſimus, prætermittimus. Quibus adde, quorum ratio vix reddi poteſt, proprios idiotiſmos ac peculiares. Dominus quid voluerit, cum Pilato dixit, οὐκ εἶχες ἐξουσίαν οὐδεμίαν κατ᾽ ἐμοῦ, εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον ἄνωθεν, quiuis intelligit; quid ipſe voluerit cum dixit,

Οὐδεμίαν μεθέπεις αὐτάγρετον εἰς ἐμὲ τιμήν,

nemo facile interpretabitur, aut rationem ejus reddet. Quid ſit gazophylacium, ignorat nemo; ſed fortaſſe quid in mentem noſtro venerit, cum χῶρον vocauit. qui ineptus ſane idiotiſmus eſt. Nam cum cap. 8. com. 20. inueniſſet, ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ, διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ, dixit.

Γαζοφύλαξ ὅθι χῶρος ἀκούεται.

Quis autem vel certam templi partem, χῶρον dicat? Illud conſtat, hominem, qui nullum prope Hebraiſmum aut idiotiſmum è Sanctiſſimo ſcriptore expreſſit, multos domo ac de ſuo attuliſſe. quaſi parum eſſet, lingua Græca optime ſcripſiſſe. Cæterum, priuſquam finem huic capiti imponam, paucis exequar quod volo. Summam eſſe majeſtatem, eloquentiam, dicendi vim in Sacris, nemo dubitare debet. Addo, &, eundem plane ſpiritum, in Nouo Fœdere ac neruos, apparere. Quod ad ἑρμηνείαν, ſeu dicendi modum, non tam alius, quam, ex ejuſdem Dei diſpenſatione ac beneplacito, diuerſus eſt. Lingua enim, non Hebræa, ſed Hebraice Græca Helleniſtæ vtuntur. Simul enim Græcis & Iudæis ἑλληνίζουσι ſcribebant. quos & ſequebantur. Alii enim Seniores, qui tum obtinebant, noſter fere vbique Targumiſtas ante oculos habebat. Nobis ergo id ſperandum maxime ac optandum videtur, vt qui aliquem, ex Nouo Fœdere, aut Græce aut Latine, libero ſermone aut vincto, interpretandum ſuſcipit ſcriptorem, magno animo ac ſtudio id agat. Idem judicium, idem ingenium, ſublime ac erectum afferat. quod, poſt Deum, cui ſoli omnia debentur, educationi ac naturæ quiſque debet. Ac, vt primo quidem, omnes Helleniſticos dicendi modos, Græce aut Latine ſecum reddat: & hos ipſos inter ſe diſtinguat: ambiguitatem, ſi quæ eſt in verbis, tollat: verba primum obiter ad vſum, mox pleniſſime definiat. Quæ ſunt Hebræorum, Chaldæorum, ac Syrorum, ſingulis aſſcribat: aut in eo opera alterius, qui hæc intelligit, vtatur. Quibus & Romanas addat voces, quæ nonnunquam hic occurrunt: addat eas, quæ vt Græcæ ſunt origine ac notione prima, ita, ratione ac vſu, Chaldæorum eo tempore ac Syrorum erant: quales [illegible], παράκλητος, λῃστὴς, αὐθέντης, στρατηγὸς, ac ſimiles. quibus, vt illi tum vtebantur, ita, quod pleroſque etiam nunc fallit, alia plerunque notione vtebantur. Sic fiet, vt & pure ſcribat, & cum vocum definitiones animo percepit, rerum quoque, quæ cum his cohærent, vt Interpretem oportet, recte aſſequatur, recte aliis exponat. Nunc fit, vt qui verba ſemper neglexerunt, cum res maxime docere ſe exiſtiment, de verbis ac de iis prope ſolis, inter ſe contendant. digni ea pœna, quam ſecuritate ac contemptu aliorum, qui cum rebus verba tractant, & ab his ad iſtas inoffenſo pede tranſcunt, merentur. Noſter, horum omnium ſecurus, nec orationem puram nobis dedit, neque peregrinam intellexit: ideoque nec interpretatus eſt. moleſtus æque, ſiue

ſeruat

ſeruat quæ non capit, ſiue interpretatur aliter quam debet. quia nec Poëtæ nec Interpretis hac ratione impleuit munus. Concludamus. In Euangeliſta noſtro, totum illud, λεκτικὸν quod dicitur (quicquid voces, dico, ſpectat ac ſermonem) peregrinum eſt. Ipſa compoſitio, ſeu σύνθεσις, non aſpera ſemper, ſed & leuis nonnunquam: imo talis, vt in verſum ſponte ſua eat. Cujus aliquot exempla habemus. Ita capite 6. com. 11.

Ἐκ τῶν ὀψαρίων ὅσον ἤθελον.

Eſt enim hemiſtichion. Et eodem capite commate 18.

Ἥ τε θάλασσ᾽ ἀνέμου μεγάλου.

In cæteris, τὸ καθωμιλημένον, τὸ ἀπερίεργον, καὶ τὸ ἀπανοῦργον, vt loquuntur Critici, hoc eſt, ſimplicitas, ab omni affectatione aliena & familiaris, regnat. Quod ad τὸ ἐννοηματικὸν & ipſos ſenſus, omnia excelſa, alta ac ſublimia. in quibus tanta vis eſt, vt hæc pars emineat ac vincat. Itaque, quemadmodum Longinus, autor nobiliſſimus, profanus tamen, qui de ſublimitate orationis ſcripſit, quanuis Moſen Græce legiſſet, dicendi tamen characterem admiratus eſt: (vnde & οὐ τυχόντα ἄνδρα, *non vulgarem virum*, vocat) ita in Scriptore noſtro, in ſermone ἀφέλεια, in ſenſibus eſt ὕψος. Quas ideas diuerſiſſimas, in noſtro frigus cum tumore vt plurimum extinguit. non aſſurgit enim, ſed, vt Critici in iſtis loqui ſolent, ἐκδιθυραμβοῦται. hoc eſt, Dithyrambicorum more intumeſcit.

Cap. XI.

De interpretandi ratione qua vſi veteres. Variæ illius ſpecies. Ὑπομνήματα. Ἑρμηνεῖαι. Σχόλια. Παραφράσεις. Μεταφράσεις. Ὁμιλίαι. Ὑπομνημάτων autores. Marianus Poëta Metaphraſtes. Diuerſæ ejus Poëticæ Metaphraſes. Nobiliſſima interpretandi ratio, quæ Paraphraſtica dicitur. & vnde orta. Exempla Paraphraſeos in imitatione veterum. Archilochi locus emendatus. Gregorii Neocæſarienſis in Eccleſiaſten Paraphraſis. De ea judicium. Laus ejus. alibi notatus. Gregorio Nazianzeno fruſtra eam aſſcriptam. Gregorii Nazianzeni βάσις. Μεταβολὴ, qualis interpretandi ratio. Iani Rutgerſii laus. Μεταβολῆς exemplum. Nonni ἐν τῷ μεταβάλλειν error, & quam male ei hæc interpretandi ratio ſuccedat. aliud κολυμβήθρα, aliud πύελος. λήκυθον à Nonno non diſtingui à Paraphraſi. λήκυθος, qui purpureus pannus Horatio dictus. ληκύθων Nonni exempla. Paraphraſis, ſpecies ἐκφράσεως. ἦθος καὶ ἠθοποιΐα. ejus partes. ἀλήθεια in oratione duplex. Iohannes Euangeliſta φιλαλήθης peculiariter dictus, & quare. Nonni ideam, qua vſus eſt, τὸ ἦθος ſuſtuliſſe Euangeliſtæ. vox διεζώσατο, Nonni interpretatione interpolata. Ἀκαιρολογία ejus & ἀδολεσχία. ληκύθους riſu à ſeriis hominibus plerunque excipi. Nonnus aliquoties notatus. Aliud ληκύθου exemplum. Ejus tautologia. παρερμηνεία ejuſdem. ἀνελλιπὲς ejuſdem. ἀντέρχεσθαι Hebræorum more ab Euangeliſta vſurpatum. Aliter ea voce Græcos vti. ἀντέρχεσθαι & συμβάλλεσθαι, παρὰ τοῖς δυναμένοις Poëtis. Solæciſmus Nonni. Nonni in explendo orationis defectu notata negligentia. Veterum de loco capitis 2. v. 1. dubitatio. De miraculo Chriſti in Cana facto, dubitatio veterum. τὰ παιδικὰ θαύματα Domini Ieſu. δόξα & τιμὴ aliud. Nonnus in explicatione loci notatus. Παράφρασις πρὸς ἐνδείας ἐκπλήρωσιν adhibita. σχήματα ἐνδείας Orienti quam vſitata. Locus alius male à Nonno explicatus. idem ab Auguſtino explicatus. τὸ ὄψον in eo loco quam male expreſſerit Nonnus. Παραβολικὰ Iohannis σχήματα, quæ ἀνεξέργαστα Criticis dicta. Eorum exemplum. Locus à Nonno male intellectus. interior ſenſus, Hebræis. Locus Euangeliſtæ qui contrarius loco alteri videtur. idem à Chryſoſtomo explicatus. Nonni in ejus explicatione negligentia. Locus idem aliter redditus. Eudociæ Reginæ τῆς ὀκταστίχου Paraphraſis. Ejus virtutes ac laus ex Photio. Nonnus in Sacro auctore ad fabulas delapſus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

lapſus. Interpretis ἀδολεσχία. Multa ab eo prætermiſſa. de ea re B. Hieronymi judicium. in Nonno τὸ Μεταφραστικὸν, τὸ Παρεκβολικὸν & τὸ Μεταβολικὸν interpretandi genus confundi.

ET hæc quidem hactenus de Helleniſticis Æquiuociſque. Creſcit porro labor; magnus quidem, ſed & nobiliſſimus: quem jam ſuſcepimus. In quo vnum alterumque reſtat. Et inprimis, De interpretandi, quem ſecutus hic eſt, modo. de quo, antequam ad inſtitutum noſtrum, aut præcipuam illius partem, veniamus, aliquid dicendum erit. Varias interpretandi rationes, præcipue in Sacris, veteres ſecutos eſſe, nemo eſt qui neſcit. Et laudantur ab antiquis Ὑπομνήματα, Ἑρμηνεῖαι, Σημασίαι, Σχόλια, Παραφράσεις, Μεταφράσεις, aliaque id genus. Nam Ὁμιλίαι, quales ſunt Chryſoſtomi; ὁμιλίαι καὶ λόγοι ὑπομνηματικοὶ, recte dici poſſunt. cujus tamen Σημασίας in Iohannem laudat Suidas. Ad Ὑπομνημάτων, ſiue Commentariorum, formam, proxime Ἑρμηνεῖαι acceſſiſſe videntur. quæ nec ſemper ſola examinabant verba, vt ex Photio apparet, qui de Hippolyti Martyris ad Danielem Ἑρμηνεία notat, ὅτι κατὰ μὲν λέξιν οὐ ποιεῖται τὴν ἀνάπτυξιν, πλὴν τοῦ νοῦ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐ παρατρέχει. id eſt, *Singula quidem non euoluit verba, ita vt nihil tamen quod ad ſenſum prætermittat.* Quæ nec ſemper negligebant. Idem Criticus, vbi de Theodoreti in eundem hunc Prophetam Ἑρμηνεία agit, τῇ τῶν προφητικῶν ῥημάτων ἀναπτύξει καὶ διακαθάρσει κρατεῖν, *in explicandis illuſtrandiſque verbis propheticis, regnare eum*, notat. Varios ejus autores, vt & eorum quæ Ὑπομνήματα dicuntur, paſſim veteres commemorant: inter quos, Theodoretum, Hippolytum Martyrem, Chryſoſtomum, Cyrillum. qui poſtremi quoque duo, ſæpe ἐν ὑπομνήμασι citantur: quale in Iohannem hodie Cyrilli, extat. Scholiorum ratio ex pluribus autoribus notiſſima: vt & Metaphraſeon: niſi quod non vnum eſſet genus. Erant enim quas διγλώσσων dicebant. quales ſunt qui linguam in aliam conuertunt. in quo numero τῶν ἑβδομήκοντα reponit Photius. Alii, qui mentem breuiter interpretantur: ita vt ſententias interdum integras, nonnunquam & interpretationes addant. Fuêre & qui Poëmata eodem modo, hoc eſt, verſu Metaphraſtico exponerent. Meminit cujuſdam Mariani Suidas. quem in Theocritum, Apollonii Argonautica, Hecaten, Hymnos, Aëtia, Epigrammata Callimachi, Aratum, Nicandri Theriaca, & aliorum Poëtarum ſcripta, Iambicas ſcripſiſſe Metaphraſes obſeruat. Nobiliſſima interpretandi ratio ac modus eſt Paraphraſis. non prolixa quidem illa & diffuſa, ſed breuiſſima & ſtricta: cujus illuſtriſſima exempla, in Themiſtio, & Andronico Rhodio, à nobis primum edito, habemus. Quæ ex imitatione primum nata, & ab eloquentiæ Magiſtris obſeruata, ad interpretationem tandem optimo tranſlata eſt ſucceſſu: niſi ſi ex veterum interpretatione autorum, eam tranſtulerunt primitus, ſuamque Rhetores fecerunt. quæ ita, vt Græcorum Critici loquuntur, ἔκ τε τῶν ποιητῶν καὶ ἄλλων συγγραφέων μὲν προῆλθε, κοινὴ δὲ ῥητόρων ἐκ παρατηρήσεως γέγονε). fieri enim poteſt, vt poſterius id Rhetores in imitatione obſeruarint, quod ad lucem veterum Scriptorum jam contulerant interpretes. Homerus dixerat

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ᾽ ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Quod Archilochus ſic paraphraſtice expreſſit:

Τοῖος ἀνθρώποισι γὰρ θυμὸς
Γλαῦκε Λεπτίνεω παῖ γίνεται,
Θνητοῖς ὁκοίην Ζεὺς ἐφ᾽ ἡμέρην ἄγῃ.

E quibus facillime & jambos ita feceris,

τοῖος ἀνθρώποισι γὰρ
Ὦ Γλαῦκε, θυμὸς, Λεπτίνεω παῖ, γίνεται,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Θνητοῖς ὁκοίην Ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγῃ.

vbi imitationem ſimul & interpretationem vides, qualem dixi. Nam & mutat, ſiue μεταβάλλει, verba. νόον enim, θυμὸν, & ἐπ' ἦμαρ, ἐφ' ἡμέρην, reddit. Et figuram tollit. nam quod ille, πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, iſte, Ζεὺς dixit. Et appoſitum omittit. Etiam immutat caſum. ἀνθρώποις enim, non ἀνθρώπων. Sic quod ille dixerat,

Οὐχ' ὁσίη φθιμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι,

idem ſic extulit:

Οὐ γὰρ ἐσθλὰ κατθανοῦσι κερτομεῖν ἐπ' ἀνδράσι.

Homerus de expugnatione vrbium dixerat

Ἄνδρας μὲν κτείνουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει,
Τέκνα δέ τ' ἄλλοι ἄγουσι, βαθυζώνους τε γυναῖκας.

Quod ita Æſchines expreſſit: καὶ νομίζετε ὁρᾶν ἁλισκομένην τὴν πόλιν, τειχῶν κατασκαφὰς, ἐμπρήσεις οἴκων, ἱερὰ συλώμενα, ἀγομένας γυναῖκας καὶ παῖδας ἐς δουλείαν, πρεσβύτας ἀνθρώπους, πρεσβύτιδας γυναῖκας, ὀψὲ μεταμανθάνοντας τὴν ἐλευθερίαν. Quam ſcribendi formam, vt præclare B. Hieronymus obſeruat, in citandis Fœderis Antiqui locis, Sacri Scriptores in Nouo interdum ſequuntur. in quibus aliquid venuſte addi, quædam immutari, & orationis, cum ſit eadem, decenter, neque tamen operoſe, facies extendi ſolet. Venerabile antiquitatis monumentum, Gregorii Neocæſarienſis in Eccleſiaſten extat Paraphraſis. quam nunc Μετάφρασιν inſcribunt. Multa ibi terſe ac polite explicantur. neque aliud tam illi curæ fuit, quam, quod proprium eſt Paraphraſtæ, vt in ſcripto obſcuriſſimo, connexionem, ſeu, τὴν ἀλληλουχίαν, demonſtraret: quod & feliciter plerunque aſſecutus eſt. Itaque inoffenſo pede per Helleniſtarum remoras, quod noſtro vel inprimis deeſt, & ſignificanter Græce, æquor hoc decurrit: ita vt lubentius nonnulla prætermittat (ῥήσεις enim, quod non probo, integræ deſiderantur) quam vt non connectat. Cum tamen alibi nonnihil, quanuis nuſquam extra leges Paraphraſeos, inſiſtat. Veram breuitatem enim, vt jam dixi, in hoc genere amabant veteres. Scio alibi, non tantum ab Hebræis, ſed à ſuis etiam abire. Vt in illo: *Vidi cunctos viuentes, qui ambulant ſub Sole cum puero ſecundo, qui ſtabit pro eo.* vbi Helleniſtæ, περιπατοῦντας μετὰ τοῦ νεανίσκου τοῦ δευτέρου, ὃς ἀναστήσεται ἀντ' αὐτοῦ. Hoc autem vult: pleroſque, Regum ſucceſſores, &, vt ille apud Tacitum ajebat, Solem orientem adorare. Ille autem quid dixit? quaſi *ſeniorum qui ſub juuene ſed prudenti, viuunt, melior ſit conditio.* συμβαίνει γὰρ τοὺς ὑπὸ τῷ νέῳ, ἔμφρονι δὲ, τασσομένους, ἀλύπους εἶναι, ὅσοι πρεσβύτεροι. Quod longiſſime à mente ac animo ſcriptoris, quem interpretatur, abit: qui nihil tale dixit. cum Chaldæus recte, vt plerunque ſolet, mentem aſſecutus ſit. Quemadmodum in allegorica, quæ ſub ejuſdem Sapientis finem extat, deſcriptione ſenectutis, quam tam luculenter ac feliciter Chaldæus refert magis quam exponit, nihil intellexit. in quo metuo ne ſui eum Græci deceperint. Magno Gregorio Theologo qui aſſcripſerunt, fugit eos ratio haud dubio. Nuſquam enim grauis illa, quam in eo οἱ ἐπιδοξοῦντες quoque prædicant, elucet βάσις. de qua Philoſtorgius, ſecta licet Arianus, præclare apud Suidam judicat. Illud autem proprium Interpretationis hujus: vt, cum cæteri, quæ non intelligunt, omittant interpretes, Paraphraſten, τὴν ἀκολουθίαν & autoris inſtitutum ita ponderare oporteat, vt cum omnia interpretetur, nihil demat nihil addat, niſi quod obſcuritatem tollat aut difficultatem minuat. A qua interpretationis ſpecie, Μεταβολὴ, quæ proprie ſic dicitur, diſcedit: interdum puerilis ac Grammatica interpretandi ratio. Exemplum ejus ex hæreditate Fratris, nobiliſſimi clariſſimique viri Iani Rutgerſii, in Batrachomyomachiæ poëmatium habemus. Cujus viri,

Οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ex animo memoriam delebit. In quo Græcus quidam ſingulis lineolis ἰσοδυναμοῦντα pleraque, more tum recepto, inſeruerat. Hoc modo:

Ἀρχὴν ποιούμενος, κατ᾽ ἀρχάς, ἐκ τοῦ ὄρους τοῦ Ἑλικῶνος
Ἀρχόμενος πρῶτον, Μουσῶν χορὸν, ἐξ Ἑλικῶνος
ἐλεύσεσθαι εἰς τὴν ἐμὴν ψυχὴν εὐχὴν ποιοῦμαι, τῆς ποιήσεως
Ἐλθεῖν εἰς ἐμὸν ἦτορ ἐπεύχομαι, εἵνεκ᾽ ἀοιδῆς,
ἥν τινα ἀοιδὴν ἐν βιβλίοις ἔθηκα,
Ἣν νέον ἐν δέλτοισιν ἐμοῖς ἐπὶ γούνασ᾽ ἔθηκα,
λέγω, τὴν μάχην τὴν πολλὴν, τὴν πρᾶξιν τοῦ φόβου,
Δῆριν ἀπειρεσίην πολεμόκλονον, ἔργον Ἄρηος,
εὐχὴν ποιούμενος τοῖς ἀνθρώποις εἰς ὦτα βάλλειν,
Εὐχόμενος μερόπεσσιν ἐν οὔασι πᾶσι βαλέσθαι,
κατὰ τίνα τρόπον ποντικοὶ ἄριστα ἔργα ποιήσαντες ἦλθον.
Πῶς μύες ἐν βατράχοισιν ἀριστεύσαντες ἔβησαν.

Hæc obiter adduximus, vt de ea quoque interpretandi ratione obiter lectori conſtet: in qua interpretatio ipſa, minio diſtinguitur. Vides autem verbum verbo μεταβάλλεσθαι. quemadmodum poſtremo verſu vocem, μύες, voce, ποντικοὶ, ex linguæ ſuæ vſu exponit autor: quanquam interdum quædam prætermittit. Quod profecto qui in Noui Fœderis interpretatione præſtet, illi maxime agendum ſit quod noſter maxime neglexit. tum, vt peregrina mutet: tum, vt paria, ex notionibus, non tam Græcæ linguæ, quam illarum quarum conſuetudinem ſecuti ſunt ſcriptores illi, cum judicio ac cura petat. Quod, licet illi, qui ſe Realiſtas dici volunt, negligere ſoleant, neque in his quicquam præter pudendam profiteantur ignorantiam, adeo, vt, quia nihil intelligunt in verbis, cum ad res deuentum eſt, plerunq; maximo eorum cum riſu quos contemnunt, ſudent, hæreant, nugentur; faxit Deus immortalis, καὶ ἔξεχ᾽ ὦ φίλ᾽ ἥλιε, vt aliquis pro dignitate hoc præſtet. Noſter, qui plerunque ipſa repræſentat verba, quoties ab eo abit, toties aut ceſpitat aut cadit. Notant Græcorum Grammatici, Thracen Demoſthenem, qui, vt ſupra quoque diximus, in Homerum ſcripſerat Μεταβολὰς, quod ἀσάμινθος Poëtæ dicitur, πύελον dixiſſe: & optimo ſucceſſu quidem. Noſter vero, quinto capite, commate 2. κολυμβήθραν cum inueniſſet, ἀσάμινθον interpretari auſus eſt. quo ſucceſſu, alias videbitur. Quare nec Μεταβολὴν conſcripſit: vel quod non mutat quæ obſcura ſunt & peregrina, vel ſi id conetur, peſſime ſuccedat: tum, quod (nam hoc illi proprium) immodice nonnunquam in verborum explicatione ſe diffundat. Et cum magis Paraphraſten agat, (qualem eſſe volunt veteres, Suidas certe τὸν Παρθενίαν θεολόγον δι᾽ ἐπῶν παραφράσαι ait) cujus proprium amplificare quæ interpreteris, & interpretari quæ obſcura ſunt; plerunque neutrum, prius autem, vbi minime videtur neceſſarium, præſtare ſolet. Quod inprimis vero, cum judicio notandum, λήκυθον ab expoſitione non diſtinguit: hoc eſt, pro interpretatione, vel poëtica pigmenta, vel ampullas addit. qui eſt Pannus ille Horatii, quem in Arte ſua ſummi judicii & Criticus & autor feſtiuiſſime perſtringit.

Purpureus, late qui ſplendeat, vnus & alter
Aſſuitur pannus. cum lucus, & ara Dianæ,
Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros,
Aut flumen Rhenum, aut pluuius deſcribitur arcus.

Sic Auroræ, Noctis, Veſperæ deſcripriones, aliaque id genus, quæ à contextus explicatione aliena ſunt, plerunque interſerit. quod eſt pingere in pariete Ranarum pugnas, cum Euangeliſta tantum ἀναγκαῖα καὶ ψυχωφελῆ, vt Critici de Sacris judicant, loquatur. Si, exempli cauſa, τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, dicat autor, vt in illo ſimpliciſſimo, Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ ἐγένετο γάμος ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας; ſtatim illi myrothecium ad manum: ſed quod approbare ſapiens non poſſit.

Ἀλλ' ὅτε πέτρας
Πορφυρέας τριβάτη θαλαμηπόλος ἔγραφεν ἠώς.

Si Euangeliſta dicat, τῇ ἐπαύριον βλέπει ὁ Ἰωάννης τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον πρὸς αὐτόν; ille,

Ἀλλ' ὅτε δὴ δρόμον ἄλλον ἐκηβόλος ἤγαγεν ἠώς.

quod perpetuum eſt illi. Non eſt autem dubitandum, quin Paraphraſis ἐκφράσεως, hoc eſt, deſcriptionis, vt Rhetoribus dicitur, quædam ſit quaſi ſpecies: cujus prima virtus, ſermo ἀνειμένος, ſeu, *remiſſus*, qui nec tumet neque nimium aſſurgit, ab iiſdem ponitur. in qua duo (ἦθος, nempe, ſiue mores) & quæ illos exprimit ac pingit, ἠθοποιΐα, locum habet. Mores Domini, quin accurate nobis exprimat qui ejus pectori incubuit, ne dubitandum quidem. quorum illud (ἦθος nempe) in factis, ac deſcriptione eorum; hoc (ἠθοποιΐαν dico) in Sacris Domini ſermonibus expreſſit: cum in vtroque ἡ ἀλήθεια ſpectetur. Quæ eſt duplex. vel quam Rhetores conſiderant, & ad ſimplicitatem proxime accedit, quam vbique autor candidiſſimus exhibuit: vel quam veteres Theologi peculiariter in noſtro laudant, & à qua φιλαλήθης illis dicitur. non, quod cæteri non æque vera ſcribant, ſed quod autor iſte, ſiue de ſe ſiue de aliis loquatur, ea quæ illæſa veritate præterire poterat, maximo amore ejus non diſſimulat. Ac alterius exempla quidem, in narrationibus illius habes. quas crebris tranſlationibus, appoſitis perpetuis, tumore, ac τοῖς ληκύθοις, quæ potiſſimum cum hac idea pugnant, aut mutauit noſter aut corrupit. Poſterioris admodum illuſtre exemplum, capite vigeſimo & primo, commate 7, habemus. vbi Petrum cum Euangeliſta monuiſſet noſter, eum qui in lacus margine eſſet, Ieſum eſſe; iſtum, protinus in aquam præ impatientia amoris abjeciſſe ſe, refert. In quo & priores illi tribuit haud dubio: quanuis, ὃν ἠγάπα κύριος, de ſe dixiſſet. quod non ſine motu animi, tum ob candorem hujus, tum illius flagrantiſſimam amoris vehementiam, à quoquam legi poteſt. Quis non ſentit autem, totum hoc perire: quia duplici ληκύθῳ vſus, primo veſtem Petri, & quo pacto ſe accinxerit, tum & quomodo natarit, quaſi noſtra ſcire id intereſſet, operoſe ac moleſtiſſime deſcripſit. De priori enim:

Εἵματι δαιδαλέῳ λαγόνας μιτρώσατο Σίμων,
Καὶ λινέῳ πεπύκαστο πολυτρήτῳ χρόα πέπλῳ,
Πόντιον ἀμφίβλημα περὶ γλουτοῖσιν ἑλίξας,
Δέρμα, τόπερ διδύμων κεχαλασμένον ἐς πτύχα μηρῶν,
Ἰχθυβόλοι φορέουσιν ἀθήτου σκέπας αἰδοῦς.

vt omittam, & clunes, & pudendam partem, quaſi neceſſaria, in partes vocari: cum nihil aliud autor, niſi, ὅτι τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο, *amiculum ſuccinxiſſe*, dicat. vbi voce διεζώσατο, vere virginali, vſus eſt Parthenius noſter: tantum abeſt, vt pudenda ſibi exprimenda hic exiſtimarit. Quæ non prætermiſit. credo, quia de Therſite ſuo, homine pudendo, τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει, dixerat Homerus. De poſteriori autem:

Καὶ ταχὺς ἐς ῥόον ἅλτο, καὶ ἠθάδα πόντον ἀμείβων,
Χεῖρας ἐρετμώσας, κεφαλὴν εἰς ὕψος ἀείρων,
Ποσσὶν ἀμοιβαίοισιν ὀπίστερον ὤθεεν ὕδωρ.

Quibus verbis, natandi artem, tanquam è cathedra, docere videtur. cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

nihil aliud Euangeliſta, niſi, ὅτι ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν, *conjeciſſe ſe in mare*, dicat. Cum vtrunque ſola feſtinatio commendet. quam breuiſſimo ſermone ac ſimplicitate cum æquaſſet Sanctus autor; noſter eam aboleuit: qui, cum res, quas autor tractat, vix delibet aut reſpiciat, de cæteris intemperanter agit. Expectationem certe meam vicit. qui in deſcribendo prope ſummo ac ineffabili herois maximi amore, in quo & ſimplicitatem ſuam & candorem, magis etiam propemodum commendat autor, ad poſtrema quæque ac minima dilapſus eſt. cum, quod nondum didiciſſe videbatur, riſum αἱ λήκυθοι ſiue inepta pariant myrothecia. Quæ vbique exhaurit. adeo vt etiam cum conciones, quæ hic plurimæ, interpretatur; non in rebus ipſis, ſed in comparationibus ac cæteris quæ obiter dicuntur; ludat defixuſque hæreat. Ita, ſi generationis, vt regeneratio intelligatur, fiat mentio, illam pingit ac deſcribit: ſi de vite, obiter, & explicationis cauſa, aliquid dicatur; protinus ampullam ſuam non jam implet ſed effundit. Quæ vt in Poëta riſum, quod jam dixi, ſic in Paraphraſte ſacro, indignationem quoque viris grauibus ac ſeriis extorquent. Simpliciter ac more ſuo autor primo dixit capite, τῇ ἐπαύριον ἠθέλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐξελθεῖν ἐς τὴν Γαλιλαίαν· καὶ εὑρίσκει Φίλιππον, καὶ λέγει αὐτῷ, ἀκολούθει μοι. Quæ ſic reddit:

ἀλλ' ὅτε γείτων
Ἀκροφανὴς δροσερῇσι βολαῖς πορφύρεεν ἠώς.

Habes λήκυθον. Addit

Ἰησοῦς μετὰ νύκτα λιπόσκιον ἤθελε βαίνειν.

Habes tautologiam. nam, qui craſtino, ni fallor, aliquid futurum dicit, nocte elapſa id futurum indicat. atqui τῇ ἐπαύριον præceſſerat. Deinde,

Εἰς πόλιν εὐώδινα τανυπλοκάμων Γαλιλαίων.

vbi jam παρερμηνείαν habes. non enim Nazaretham, quam non raro fugiebat, adiiſſe Dominum, ſed Galilæam, autor dixit. Deinde,

καὶ σχεδὸν εὗρε Φίλιππον.

Habes ἀνελλήνιστον. Interim quod ſolum debuit interpretari, in luxurie tam magna prætermiſit. Εὑρίσκειν enim Græcis inuenire eſt quem quæras. vt Hebræis, ἐντυγχάνειν: *occurrere, illi quoque, de quo tum non cogitabas*. Et ſic aliquoties hoc capite. vt cum dixit, εὑρίσκει οὗτος πρῶτος τὸν ἀδελφόν. &, εὑρίσκει Φίλιππος τὸν Ναθαναήλ. Ita Geneſ. cap. 4. ℣ſ. 13. καὶ ἔσται πᾶς ὁ εὑρίσκων με, ἀποκτενεῖ με. quod συμβάλλεσθαι Poëtis: ſine certa enim deſtinatione fit. Sequitur,

ἄναξ δέ μιν εἶπε γενέσθαι
Πιστὸν ἑὸν συνάεθλον.

Habes ſolœciſmum. Quis enim dicat, εἶπεν αὐτὸν γενέσθαι, qui ſignificare vellit, *juſſit vt fieret, aut eſſet?* præterita enim narrat, cum futura indicare vellet. Quæ omnia vitaſſet, ſi, Græcorum more, ac ſimpliciter, vel hoc vel ſimili modo ſcripſiſſet:

Τῇ δ' ἑτέρῃ, Γαλιλαίαν ἐὴν ἐς πατρίδα βαίνειν
Ἰησοῦς πάλιν αὖθις ἐέλδετο· τῷ δὲ Φίλιππος
Ξύμβλητο· χερσὸς δέ μιν ὡς ἴδεν, ὧς φάτο μῦθον·
Ἕσπεο θεῖε Φίλιππέ μοι αὐτίκα.

Nulla autem tam aſtricta interpretandi ratio, in qua τὰ ἠπορημένα λύειν, καὶ τὰ ἄδηλα σαφηνίζειν, *ſoluere dubia, illuſtrare obſcura*, non permittant Critici. Noſter rationem eam iniit, vt verbis hæreat plerunque: difficultates autem qualeſcunque, nec reſpiciat nec tangat. Ita vt ne verbo quidem, vbi poteſt, locum fulciat, aut plenum repræſentet. quæ eſt maxima ſecuritas, ne negligentiam nunc dicam. Exemplo locus ille primo capite com. 8. nunc ſit. οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς, ἀλλ' ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός. Quod cum ſcripſit non aliud quam, οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς, ἀλλ' ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτὸς, πεμφθεὶς ἦλθεν, aut quid ſimile voluit. Noſter vero cum amplificaret nullo bono cætera quæ jure omi-

omiſiſſet, ſenſum ſemiplenum ac ſuſpenſum, vt inuenerat, reliquit. Qui ita:

Οὐ μὴν κεῖνος ἔην νοερὸν φάος, ἀλλ᾽ ἵνα μοῦνον
Πᾶσιν ἀναπτύξειε θεηγόρον ἀνθερεῶνα,
Καὶ φάεος προκέλευθος ἀκηρύκτοιο φανείη,
Ξυνὴν μαρτυρίην ἐνέπων θεοδέγμονι λαῷ.

Itaque in luxurie tam magna, quod orationi deerat, non adfert domo, ſed quod vnum, cum id proprie interpreti incumbat, jure ſuo expectabat lector, negligenter prætermiſit. Eſt & vbi locis, magis etiam obſcuris, leue auxilium, cum facile id præſtare poſſet, maximo lectoris damno, impartiri, inſuper videtur habuiſſe. Veteres initio ſecundi capitis vehementer torſit, quonam verba illa, τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, referenda eſſent: Τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας. inter quos eſt Epiphanius, vt nos ſuo loco. De quo tamen ſolo nihil dixit: cum cætera quæ addit, præter rem ſint. Neque minus in ambiguitate ejus loci, capite eodem, Ταύτην ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων ὁ Ἰησοῦς ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, hæſiſſe videntur. Dubium enim iis, vtrumne primum hoc fecerit, an primum Canæ Galilææ. Ac priorem quidem ſententiam vrgebant, qui τὰ παιδικὰ θαύματα Domini Ieſu & ſimiles nænias populo vendebant. de quibus alibi Theophylactus. Priorem hoc præcipue argumento idem Theophylactus probat, quod addatur, καὶ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. vt ſit σχῆμα ἐνδείας. ac ſi, καὶ τότε πρῶτον ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ, dixiſſet. Vbi ambiguitatem ſane non ſeruauit modo noſter, ſed & hoc quo tollitur, lectoribus extorſit: qui rurſus, cum δόξα ſit interpretatio Chaldæi יקר, quo majeſtas Dei ac poteſtas deſignatur, pro hac, de quo multis ſupra egi, τιμὴν repoſuit. Illud arbitror conſtare inprimis, πρὸς ἐκπλήρωσιν ἐνδείας, olim adhibitam Paraphraſin. quod fit, cum ſermoni aliquid adjicitur quod deeſt. Atqui σχήματα ἐνδείας quæ dicuntur, Orienti maxime ac Helleniſtis vſitata ſunt: quare & ſupplenda ab interprete. Mirifica cap. 21. com. 9. ellipſis illa: Ὡς οὖν ἀπέβησαν εἰς τὴν γῆν, βλέπουσιν ἀνθρακιὰν κειμένην, καὶ ὀψάριον ἐπικείμενον, καὶ ἄρτον: quaſi panem cum piſciculis prunæ impoſitum inueniſſent. Ad quem locum Auguſtinus Tractatu ad hunc Euangeliſtam 123. *Vbi non eſt intelligendum, etiam ſuperpoſitum panem fuiſſe prunis, ſed tantum ſubaudiendum*, viderunt. *Quod verbum ſi repetamus eo loco vbi ſubaudiendum eſt, ita totum dici poteſt: Viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum, & viderunt panem. Vel ita potius: Viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum :· viderunt & panem.* Vbi noſter cum vnico vocabulo conſultum lectori ire poſſet, panem cum reliquis conjungit. vt difficultatem ſic intendat loci. Qui hæc:

Καὶ χθονὸς ὡς ἐπέβησαν ἐπ᾽ ἠόνι διψάδος ἀκτῆς,
Πυρκαϊὴν φλογόεσσαν μαραινομένην ἴδον ἀτμῷ·
Ἀνθρακιῆς δ᾽ ἐφύπερθεν ἐπ᾽ ὀφρύσι κείμενον ἰχθὺν,
Ὄψον, καὶ νέον ἄρτον.

Præterea, cum ὄψον ex Græcorum more piſcis hic dicatur, ipſe ὄψον, tanquam tertium quid, poſuit: quod eſt ἰδιωτικὸν & triuiale. Abundat inſuper & παραβολικοῖς Euangeliſta σχήμασιν: quæ ἀνεξέργαστα à Criticis dicuntur. quia ſenſum, qui interior Hebræis dicitur, ſupplendum in ſingulis interpreti relinquunt. Quale eſt illud cap. 11. 9. Οὐχὶ δώδεκά εἰσιν ὧραι τῆς ἡμέρας; ἐάν τις περιπατῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, οὐ προσκόπτει, ὅτι τὸ φῶς τοῦ κόσμου τούτου βλέπει. In quo loco ab interiore ſenſu ſi deterruerunt eum, quod non mirum forte, veterum diſſenſiones, qui ſine eo vix ἀκολουθίαν cum ſuperioribus præſtari poſſe exiſtimabant, ſaltem quæ inuenerat recte expreſſiſſet. Quæ nunc ſic expreſſit, ac ſi dictum eſſet, *Si quis mane, aut, orto primum Sole, ambulet, non impingit.* quaſi matutinum tempus, horas totidem quot naturalis dies contineret, aut initium diei, totus dies eſſet. Ita enim ea reddit:

Ἤματος οὐ γηράσι δυώδεκα κυκλάδες ὧραι;
Ἤματος ἀντέλλοντος ὁδοιπόρος οὔποτε κάμπτει
Ταρσὸν ἐλιθηροῖσι περιπλαίοντα πεδίλοις.

quaſi, ἐάν τις ἡμέρας ἀνατελλούσης περιπατῇ, quod, niſi fallor, nunquam Domino in mentem venit, hic inueniſſet. Capite octauo com. 13. legitur, Σὺ περὶ σεαυτοῦ μαρτυρεῖς· ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής. contra autem cap. 5. com. 31. dicitur, Ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής. Vbi manifeſtum videtur ἀπεμφαῖνον, ſiue abſurdum. Quo pacto enim teſtimonium illius non eſt verum, qui eſt ipſa Veritas? Recte igitur Chryſoſtomus hic addit: Τὸ οὖν, οὐκ ἔστιν ἀληθής, οὐχ ἁπλῶς ἀναγνωστέον, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐκείνων ὑπόνοιαν· οἷον, Ὅτι ὑμῖν οὐκ ἔστιν ἀληθής. *Illud*, non eſt verum, *non ſimpliciter hoc loco, ſed ex aduerſariorum ſenſu ac judicio ſumendum. quaſi dicat, Vos negatis verum eſſe.* Ideoque, ex lege Paraphraſeos, vel vna voce omnis tolli difficultas poterat. hoc aut ſimili, nimirum, modo, Ὑμεῖς μὲν λέξετε, ὅτι ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου ἀληθὴς οὐκ ἔστιν. id eſt, *Scio quidem id à vobis dici*, &c. Nunc mirifice difficultatem auxit. Ita enim:

ἣν γὰρ ἐνίψω
Μαρτυρίην ἰδίην, οὐ πείθεται ἄλλος ἀκούων·
Οὐ γὰρ ἐμὸς πέλε μῦθος ἐτήτυμος, ἥνπερ ἐνίψω
Μαρτυρίην ἰδίην αὐτόθροον· ἀμφ' ἐμέθεν δὲ
Ἄλλος ἀνὴρ πέλε μάρτυς ἐπάρκιος· οἶδα δὲ κείνου
Πιστὴν μαρτυρίην καὶ ἐτήτυμον.

Qui hoc modo omnem ſuſtuliſſet:

ἣν γὰρ ἔγωγε
Αὐτὸς ἐμοῦ πέρι τι μαρτύρομαι, οὐκ ἔτι βάζω
Ἀτρεκίην, ψεῦδος δὲ θεοστυγές, ὡς λόγος ὑμέων.
Αὐτὰρ ἐμοὶ πέλε μάρτυς, ὃν ἀτρεκῆ ἴσμεν ἐόντα,
Μαρτυρίην δ' αὐτοῦ παναληθέα, τὴν ποτ' ἔνισπε
Οἴδαμεν.

Cujus generis inuenies non pauca. nam de multis vnum alterumque adduco, quæ ad cætera lectoribus præibunt. Laudat Photius, ſacrorum Criticorum Princeps, Eudociæ Reginæ, in hoc genere admirandæ inprimis & eximiæ, poëticam Ὀκτατεύχου Metaphraſin. quod & omnes interpretis virtutes, & ipſam ita exprimeret antiquitatem, vt ad eam proxime accederet: neque tamen artem, quod pleriſque eo tempore vſitatum erat, putide vel oſtentaret, vel lectori ſuo imputaret, ac ne narratiunculas quidem, fabellis haud diſſimiles, deliniendis auribus inepte interſereret, nec digreſſionibus, ab iis quæ ex fide redderet, Chriſtianos animos abduceret. Quæ ſi noſter præſtitiſſet, omnibus exemplo in hoc genere eſſet. qui nunc omnia propemodum neglexit. idem, qui &, vbi non neceſſe fuit, quædam prætermiſit, & interdum, nullo bono, fuſe admodum digreditur. Vt cum mortem Lazari, aut potius miraculum à Domino in ea exhibitum, deſcribit. vbi cum Euangeliſta, qui eſt mos ejus, ſimpliciſſime dixiſſet, Καὶ ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκὼς, δεδεμένος τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρίαις· καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ σουδαρίῳ περιεδέδετο, & quæ eodem verſu pauciſſima ſequuntur; ille, quaſi ſacramento, quo interpretationi dixerat, ſolutus, aut jam ſui factus transfuga, viginti verſibus aut pluribus, non ſane optimis, defungitur. In quibus admodum ſollicite, quanta Pluto ſpe exciderit, qui à Lethe non procul mortuum elapſum ſibi fruſtra apud inferos inueſtigauerit, lectori oſtendit. Cujus magnam partem ebibiſſe oportet, qui oblitus ſit hoc totum quod profitebatur. hoc eſt, & interpretationem, & interpretem illius, qui nec Lethen, nec Plutonem, neque vllas paganorum ejus generis ineptias ac ſordes didiciſſet. A quo ſi Prudentius & alii tantopere abhorruerunt, quid interpretem oportet? Oportet

autem,

autem, dicunt Critici, τοῦ γεννήτορος τῶν λόγων οὐκ ἀλλότρια τὸν μεταφραζόμενον φρονεῖν. *non alia ab eo quem interpretatur, ſentire eum qui interpretis ſuſcepit partes.* Sic ad illa de Maria Magdalena, καὶ βλέπει τὸν λίθον ἠρμένον ἐκ τοῦ μνημείου, nouem verſibus aut decem, imprudenter admodum laſciuit. ita, vt cum idem dicat, idem tamen iterum reponat: idem, qui in aliis tam multa ne interpretatur quidem. Tale eſt initium, vt ſupra oſtendimus. vbi breuiſſimas ac ſimpliciſſimas periodos, vt diximus, aut axiomata, ita ſeſquipedalibus inflauit appoſitis atque extendit, vt interdum vnam quoque aliquam ridicule amplificet. Qualia vbique toto opere non pauca, etiam in admiranda Domini cum Nicodemo diſputatione, inuenies. vbi majeſtatem rerum ληκύθοις & præpoſteris amplificationibus infregit. Multa quoque, vt ante dicebamus, prætermiſit: inſtituto in tam Sancto opere non bono. cum, vt recte B. Hieronymus alibi, *Melius ſit in diuinis literis transferre quod dictum eſt, licet non intelligas quare dictum ſit, quam auferre quod neſcias.* Illud autem vel ex iis planum, quæ ab aliis inſerta ejus operi, aut addita. de quibus capite ſequenti. Vt in eodem opere, τὸ Μεταφραστικὸν, τὸ Παραφραστικὸν, & τὸ Παρεκβολικὸν interpretandi confundatur genus: nihil autem minus quam τὸ Μεταβολικὸν, quod titulus promiſerat, agnoſcas. de quibus, quam pauci ſint, qui, vt oportet, judicare poſſint, verbis exprimi vix poteſt.

Cap. XII.

Nonni verſus qui deſiderantur, vtrum amiſſi. ἀκρισία *eorum, qui quoſlibet ſupplerunt locos. Multa quæ non caperet, ab eo prætermiſſa. id exemplis aliquot probatum.* ὅτι πρῶτός μου ἦν, *Hebraiſmus.* ἐτάραξεν ἑαυτόν. *Aliæ cauſæ, quare prætermiſerit nonnulla. Templum pro Synagoga nullo judicio à Nonno poſitum. Locum de Sancto Spiritu prætermiſſum, aut pro eo alia ſuppoſita. Nonni negligentia: eamque cauſam eſſe, cur quædam prætermiſerit. cujus generis loca aliquot notantur. Multa, capite præſertim ſexto, ab interprete omiſſa. Verſus ineptiſſimi eo capite à Bordato editi. In iis hiatus, numeri item tardi, & à Nonni numeris diuerſi: quos celeres ac concitatos eſſe, nec σπονδάζοντας in ſuis admiſiſſe. Nonni ὁλοδάκτυλοι & Bucolici. Verſus, quos ſuppoſuit Bordatus, examinati. verſus λογοειδής.* ὄσσα. ἀνθερεὼν *quæ pars corporis. ea voce abuſum ſæpe Nonnum.* βυκτάων ἀνέμων. *id vnde deſumptum. Verſus* κακόζηλος. *Iudicium de Græca Poëſi pauciſſimis datum.*

PRiuſquam vlterius pergamus, caſtiganda eſt doctorum quorundam error aut ἀκρισία, qui quæcunque in hac Paraphraſi deſiderantur, periiſſe temporis calamitate aut negligentia exiſtimarunt. Quare inuenti ſunt qui verba quoque minutiſſima & voculas, quas Sanctus autor habet, admodum ſollicite ſupplerent. Quo ſucceſſu, jam non dico. tantum hoc judicium accuſo: in iis quæ tam manifeſta ſunt præſertim. multa enim quæ non caperet, omiſit. Quale eſt illud primo capite com. 30. ὅτι πρῶτός μου ἦν. qui eſt inter primos Hebraiſmos: & de quo nos ſuo loco. Tale eſt illud capite vndecimo, com. 33. καὶ ἐτάραξεν ἑαυτόν. quod cum alias occurrit, infeliciter interpretari ſolet. Quædam alia difficultate territus non reddidit: quod, vt puto, ſuffragari nollent verſus. Quale eſt illud cap. 1. com. 12. τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. quod & ipſum alias, nec recte, nec vt debuit, repræſentauit. Tale eſt illud cap. 5. com. 2. ἡ ἐπιλεγομένη Ἑβραϊστὶ Βηθεσδὰ, πέντε στοὰς ἔχουσα.

Quod vix Melpomene, quod vix Polyhymnia poſſit,
Vix pia cum Phœbo dicere Calliope,

vt ille ait. quare æquum eſt vt illi ignoſcatur. Tale eſt cap. 12. 21. τῷ ἀπὸ Βηθσαϊδὰ τῆς Γαλιλαίας. Tale eſt capite eodem 42. ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται. Quod cum alias conatus interpretari eſſet, peſſime ſucceſſit illi. pro Synagoga enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

enim templum poſuit. quod Iudæi non admittent. Ita capite 7. 39. illa de Spiritu Sancto, οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον: pro quibus plane alia ſuppoſuit. Et iterum cap. 14. 26. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὃ πέμψει ὁ πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου, de quibus nos alibi. Eſt & vbi quædam quæ exiſtimaret præceſſiſſe, aut expreſſa ſatis, prætermiſit. Sic poſt illud cap. 3. 31. ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενος, quod ſequitur, ἐπάνω πάντων ἐστὶν, non expreſſit. quia id quod poſuiſſet, credo, alterum complecti arbitratus eſt. Ita cap. 4. com. 7. in illis, Ἔρχεται γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας, ἀντλῆσαι ὕδωρ, poſteriora non ſatis expreſſit: cum ita ſatis intelligi putaret, quod dixiſſet:

Ἔνθα γυνὴ Σαμαρεῖτις, ἀειρομένην διὰ κόλπου
Ἠθάδα κάλπιν ἔχουσα, μετήιε γείτονα πηγήν.

vt & alia nonnulla ejus generis. Alia per negligentiam omiſit. Nonnunquam pauciora: vt cum verbum alibi aut alterum neglexit: quæ à Nanſio notata ſunt. Nonnunquam plura. vt cum capite quarto, comma prope integrum vigeſimum & ſeptimum; eodem autem capite, quadrageſimum primum ac ſecundum; capite quinto, partem ſecundi, cum tertio ac parte quarti; octauo denique trigeſimum octauum non expreſſit. Quæ per ſe notabit quiuis: & priuatim ſingula à nobis annotata ſunt. Lectoris autem ocio aut diligentia abuti, nihil habeo neceſſe. Partem capitis octaui quare prætermiſerit, jam alii notarunt. quod, nimirum, quidam ex antiquitate partim libri, partim interpretes plerique, id non agnoſcerent: quæ pars in antiquiſſimo Quatuor Euangeliorum codice (quem nos, vt alia non pauca viro nobiliſſimo, beatæ nunc memoriæ, Iano Rutgerſio, affini ſuauiſſimo, ille, Reuerendo, & eximiæ tum eruditionis tum humanitatis viro, Andreæ Riueto, acceptum ferebat) quemadmodum extat, ita multa variant in eo, neque pauca aliter, quanquam eodem fere ſenſu, leguntur. Nuſquam tamen plura quam Sexto prætermiſit capite. vbi totam prope, vt nos, diuinam, vt nonnulli tum judicabant, σκληρὰν, de manducatione carnis diſputationem Chriſti omiſit. Quod quo inſtituto factum ſit ab eo, adhuc quæro. Si nullum aliud ſane argumentum, quo, prætermiſſum eſſe eum locum, probaremus, nobis eſſet; perſuadere id verſus admodum inepti poſſent, quos Bordatus ibi, antea deſideratos, dedit. Si quis tamen tanti putat; in Sylburgianis Notis, quas cum Nonno olim dedimus, hos leget. Quos qui primus dedit, ne de Nonno quidem recte meritus videtur: à cujus more ac conſuetudine ſcribendi prorſus alieni ſunt. hiatus enim ſaltem, aliaque à quibus plane abhorret, expendiſſent. Vt omittam, alios hic eſſe numeros; à cæteris diuerſos; lentos ſcilicet ac tardos: cum in iis, noſtro nihil concitatius: quem ὁλοδάκτυλοι vt plurimum delectant. quorum cauſa & σπονδάζοντας vbique excluſit. ita quidem vt Bucolicos nonnunquam prope ſolos plurimis in locis admittat. Ecce enim ſtatim vel primo capite:

Ἰσοφυὴς γενετῆρος ὁμήλικος.
Πατρὸς ἔην ἀμέριστος, ἀπείρμονι.
Καὶ θεὸς ὑψιγένεθλος ἔην λόγος.
Πρεσβύτερος κόσμοιο, καὶ ἔπλετο.
Οὐδὲν ἔφυ τόπερ ἔσκε, καὶ ἔμφυτος.
Ἔσκέ τις οὐρεσίφοιτος ἐρημάδος.
Κήρυξ ἀρχεγόνου βαπτίσματος.
Θεῖος Ἰωάννης λαοσσόος.
Ὀρθὴν πίστιν ἔχοιεν, ἀπείρμονα.

quibus tantopere Theocritus vbique gaudet. Continuos ergo prope dactylicos vides: hiatus autem & eliſiones, proſcripſiſſe. quod pauciſſimi hoc tempore in ſuis obſeruant. Secundus tertiuſque, hiat & plebeius eſt. Is nimirum

Κεῖνος

Κεῖνος ὁ οὐρανόθεν καταβὰς ἐγὼ ἄρτος ὑπάρχω.

qui λογοειδὴς plane, & ad ſolutam, vt plerique ex cæteris, orationem tranſit. Quartus plane ineptus,

Κ᾽ ὄσσαν ὀμφήεντα ἀνήρυγεν ἀνθερεῶνος.

poſteriori enim parte imitari Nonnum voluit: cum prior quam longiſſime ab ejus conſuetudine recedat. Et mirum quam omnia pædagogice confundat. Adde, quod τὸ ὄσσα, idem quod modulatio, aliis nonnunquam, vt & autori ſimpliciſſimo Heſiodo: Homero autem, idem quod φήμη Heſiodo: *fama communis*, ſcilicet, aut, *rumor*. Vt cum Iliados ſecundo, ὄσσα δεδήει, *increbreſcebat fama*, dicitur: quemadmodum in illo Taciti, *non ſemper errat fama, interdum & eligit*. Neque ἀνθερεὼν, quod Nonno perperam hoc ſenſu ſemper placet, ea pars quæ vocem format, ſed in qua formantur barbæ pili: quemadmodum Latini, pubem, *florem*, hoc eſt, ἄνθος dicunt: quemadmodum apud Homerum qui ſupplicant, ἀνθερεῶνα, hoc eſt, barbam, ſiue locum ei deſtinatum, tangunt. de quo Medici videndi ac Grammatici. Noſter, quod hic eſt ſecutus, inſtrumentum vocis eſſe putat. Ille autem verſus plane ineptiſſimus,

Βυκτάων ἀνέμων γεγυσμὲν ἐάσατ᾽ ἀέλλαις.

Quem vt commendaret (omnia enim alias ἰδιωτικὰ, ex Helleniſticis autoribus aut interpretibus deprompta, verſibus incluſit) epitheto Homeri operam dedit. Qui quod ille Odyſſ. κ.

Ἔνθάδε βυκτάων ἀνέμων κατέδησε κέλευθα,

de procelloſis ventis, quos in vtre, quo Vlyſſem donat, ne nocerent, colligarat Æolus (quæ cacozelia mera eſt) locum hic habere exiſtimauit. Idem qui, ex eo quod in autore noſtro, Eſaia item, ex interpretatione eorum legerat de quibus diximus, καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ τοῦ θεοῦ, quod vix quiſquam Græce tantum doctus intelligeret, verſum nobis, ſed hunc dedit:

Καὶ μεγάλοιο θεοῖο διδακτοὶ ἅπαντες ἔσονται.

Quod Græce dicas

Πάντας ὁμοῦ σοφίσωτε θεὸς καὶ θεσμὰ διδάξει.

Sed & ille pluſquam pædagogicus,

Εἴς με ὁ πιστεύων ζωὴν αἰώνιον ἴσχει.

neque vnius ſane aſſis. Ab illo tamen ſuperatur:

Τὴν ἀμέλει δρεπανηφόρος οὐ χρόνος οἶδεν ὀλέσσαι.

Et quid ad æternam vitam falx Saturni? Ejuſdem monetæ eſt & ille,

Ἄρτος, ὁ οὐρανόθεν καταβὰς, ἐγὼ αὐτὸς ἀκούω.

Ejuſdem qui ſequuntur. Inter quos tamen eminere hi videantur:

Ἡμετέρη πέλεται σὰρξ ἄρτος, ὃν ὔμμιν ὀπάσσω,
Ἥν περ ἀλιτροβίου ζωῆς κόσμοιο δίδωμι.

vbi, quod defendi à ſolœco non poteſt, περὶ ζωῆς, pro, ὑπὲρ ζωῆς, dixit. Vt omittam & licentiam in ſyllabis διχρόνοις, quam ignorat Nonnus, Græculi poſteriores paſſim adhibent, ab eo admitti. vt in illo:

Εἰ μὴ σάρκα φάγητε, γλυκύ τε καὶ αἷμα πίητε
Υἱέος ἀνθρώπου, ζωὴν ἔχετ᾽ οὐκ ἐν ἑαυτοῖς.

vbi τὸ γλυκύ τε Criticis notandum. Ejuſdem fere ſunt farinæ cæteri, quos duodecimo, decimo tertio, decimo quarto, decimo quinto, decimo ſexto, decimo ſeptimo ac decimo octauo capite adjecit. quos, quanquam in editionibus nonnullis extent; maxima ex parte eſſe ineptiſſimos, monendus eſt lector. Talis ille capite ſeptimo, & præter rem, & κακόζηλος plane:

Καὶ μετέπειτα ἔβη κακκείων οἶκαδ᾽ ἕκαστος.

Et nihil tale Euangeliſta. Neque meliores ſunt, qui duodecimo leguntur:

Εὐλογίησιν ἄναξ Ἰσραὴλ αἰνετὸς ἔστω,
Ἀθανάτου ὁ ἐν οὐνόματι κοσμήτορος ἥκων.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Plus enim ſunt quam triuiales. quemadmodum in aliis quoque capitibus, pauci alicujus frugis reperiuntur. Sed jam nauſeamus. Et tamen ornatiſſimus doctiſſimuſque ſenex, optime de hoc autore meritus, & honore omni vel propterea ac laude dignus, nihil magnopere in iis quod diſpliceret ſibi vidit. qui & ſuos ipſe inſeruit ac Nonno imputauit: quod nunquam, me autore, fateor, feciſſet. Qui, vt ſcio majus crimen eſſe jugulare hominem quam verſibus ſcribendis abſtinere (nam vbique hoc impune licet) ita illud quoque ſcio, minori cum periculo conjunctum eſſe, verſus ſcribere non optimos, quam oſtentare. ſuperſunt enim quidam omni ſæculo, qui & de noſtris & de antiquorum judicare poſſunt. Cæterum, quemadmodum de Græcis judicare, non eſt omnium: ita de Græcorum Poëſi, oppido paucorum. Quippe, vt Poëtæ, ita Poëtarum judices naſcuntur. Perficiuntur autem, cum ad præſtantiſſimam naturam, ſine qua fruſtra etiam in aliis pleriſque laboratur, vſus & autorum lectio accedit.

Cap. XIII.

Commatum ac verſuum diſtinctiones. Eas ignoraſſe veteres, & cum iis Nonnum. Verſus hodie vſitati. Hebræorum verſus. Parſchiot minores. Ad eas quodammodo accommodata Nonni interpretatio. ἀδολεσχία *ejus. In exprimenda periodorum breuitate negligentia. Paraphraſtes Ethicorum Ariſtotelis. Mira ejus breuitas. Apollinarii in exprimendis Pſalmis breuitas.* λήκυθοι *ab eo in interpretatione recte prætermiſſæ. Capitum alia apud veteres diſtinctio. Mille, centum, & ſexaginta duo. Quatuor Euangeliſtarum capita. Sexageſimum & quintum Matthæi. Sexageſimum ſeptimum ejuſdem. Octuageſimum ſecundum Lucæ. Diuiſio Græcorum. Theophylacti Catalogus. Euangelii Iohannis ſecundum eum diuiſio & partes. Parſchiot majores Hebræorum. Ratio citandi partes librorum Hebræis vſitata. Iohannes* ἐν τῷ Ἐν ἀρχῇ. *Partes Sancti Euangelii Iohannis ſecundum Cyrum Prodromum.* Ἀποκαθήλωσις *quæ pars. Diuiſio & tituli ejuſdem Euangelii ſecundum Gregorium. Similis Homeri diuiſio. vtriuſque ejus operis* τμήματα. *Diuiſio Cyrilli. Diuiſio Syrorum. Capitis ſexti S. Iohannis ex Syrorum ratione diuiſio. Ejuſdem ex Theophylacti Catalogo diuiſio. S. Iohannis Euangelii ſecundum Bedam diuiſio. Sexti capitis ſecundum eundem diuiſio. Diſtinctionem verſuum haud neceſſariam, neque ſuperſtitioſe obſeruandam.*

HActenus de Metaphraſte, ſiue Paraphraſte noſtro, maxima ex parte. qui cum Sacro, quem interpretatus eſt, autore, poſthac conferendus nobis erit. In quo ipſo quoque plurima hoc tempore eruditi viri nobis reliqua fecêre. Quæ nec noſter, & fortaſſe illi nondum ſatis illuſtrarunt. Primum, quod in mentem nobis venit, de Capitum ac Commatum diuiſione eſt. De quo nihil colligi ex noſtro poteſt, qui vtranque cum antiquitate cætera (de ea loquor, quæ nunc obtinet) ignorat. apud quem non raro finem Capitis, inchoat acroteleution, acroſtichis concludit. Nam quod quidam hanc Metaphraſin ad commata, quos verſus dicunt hodie, accommodarunt, eo factum, quod plerique periodici, & ſenſum integrum abſoluunt: id interpres autem, ſiue Metaphraſtes, ſi ſequatur, fieri vix poteſt, quin eodem quoque loco ſenſum claudat & abſoluat. Quemadmodum facillimum fuit, Onceli non modo, qui & breuior, & extra textum raro ſe diffundit, in Legem; ſed & Ionathanis in Prophetas, & Ioſephi Cœci, quæ in Hagiographa, Paraphraſin, ad noſtra, ſiue tmemata, ſeu commata, accommodare ac verſus: cum finis ipſe, *ſoph* Hebræis dictus eo per ſe ducat. Qui vt mare illud, quod Erythræum vulgo, *mare ſoph*, dictum ex iis quidam volunt, quia terræ Sanctæ limes eſt, eamque claudit; ita terminum τῆς διανοίας, ſiue finem, *ſoph-*

paſuc,

paſuc, dicunt. qua poſteriori voce & ipſe verſus à Magiſtris, eſt & vbi קרא dicitur. Qui à noſtris parum differunt plerunque. quod apparet, quoties ex Sacris ῥῆσιν aliquam adducunt. Sic cum verba illa Eſaiæ, cap. 7. 14. *Ideo dabit Dominus ipſe vobis ſignum*, interpretantur; ſtatim poſt illa, iſtud ועוד כתוב בסוף הקרא, id eſt, *in fine præterea verſus ſcriptum eſt*, ſubjungunt. Mox autem verba illa, qui & nobis verſum faciunt, *Ecce virgo erit prægnans, & filium pariet, & vocabis nomen ejus Immanuel*, adducunt. Minor vero paraſcha, inter quam & majores פרשיות diſtingunnt illi, tres verſiculos interdum ſuo ambitu complectitur. Sic in Bereſchit, quæ major paraſcha, ab illis verbis, Καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, γενηθήτω στερέωμα, vſque ad illa, Καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, συναχθήτω τὸ ὕδωρ, verſus tres inuenies. Verſus autem nunc quos dicimus, antiquis quoque, Græcis quidem στίχους, Latinis *verſiculos*, aut, *verſus*, vt nihil vel haud multum differrent à noſtris, dici nouimus nonnunquam. Quo & illud contra Arianos ſpectat Athanaſii: qui poſtquam loci illius meminit, Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, qui Prouerbiorum octauo legitur, deinde addit, Ἐπειδὴ γὰρ καὶ τὸν ἑξῆς στίχον ἀναγινώσκοντες αἱρετικοὶ, κακῶς καὶ περὶ τούτου διανοούμενοι νομίζουσιν· ἐπειδὴ γέγραπται, Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, &c. Deinde, Ἀναγκαῖον καὶ τοῦτον τὸν στίχον διαλύοντας, δεῖξαι τὴν πλάνην ἐκείνην. neceſſe ait, vt & ſequentis mentem verſiculi aduerſus Arianos oſtendat. Qui ſequitur autem verſus, de quo agit, is eſt: Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, ἐν ἀρχῇ πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι. niſi & ſequentem intelligi velis: quo non opus tamen. Idem libro De Virginitate: Ἀνιστάμενος γὰρ πρῶτον τοῦτον τὸν στίχον εἶπε, Μεσονύκτιον ἐξεγειρόμενος ἐξομολογεῖσθαι ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου. Pſalmi autem 119. verſus 62. is eſt. Addatur & B. Hieronymi ad Eſaiæ nonum locus: qui, *Cœpta Immanuelis*, inquit, *& naſcentis pueri de virgine prophetia, ex eo loco, vbi dicitur ad Achaz, Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo, verſiculo iſto finita eſt, quo infertur, zelus Domini exercituum faciet hoc.* Verſiculus autem, de quo agit, integer is eſt: *Multiplicabitur ejus imperium, & pacis non erit finis, ſuper ſolium Dauidis & ſuper regnum ejus: vt confirmet illud, & corroboret in judicio & juſtitia à modo & vſque in ſempiternum. zelus Domini exercituum faciet hoc.* ita vulgaris enim. niſi ipſam verſiculi intelligas partem: quemadmodum non vno apud Patres loco, capitulum ab his non abit. Exemplo ſit iterum B. Hieronymus, qui ad illa 33. Eſaiæ verba, quæ vel verſum apud nos conſtituunt vel comma: *Væ qui prædaberis: nonne & ipſe præda eris? Et qui ſpernis, nonne & ipſe ſpernêris? Vbi conſummaueris prædationem, præda eris: cum fatigatus deſieris contemnere, contemnêris.* quem verſum, qui ad Sennacherib à B. Hieronymo refertur, alius, qui ſuperiora interrumpit, ſequitur. Ille, ſcilicet, *Domine, miſerere noſtri*, &c. Vbi ita idem, quem jam diximus, B. Hieronymus: *Hebræi capitulum ſuperius, in quo legitur, Væ qui prædaris: nonne & ipſe prædaberis? &, reliqua vſque ad finem, contra Sennacherib, Regem Aſſyriorum, dictum putant. Quod poſtquam decem tribuum, quæ appellabantur Iſraël, ſubuertit ciuitates, & excepta Ieruſalem, Iudæ quoque vrbes ceperit, ipſe ſuperetur, & percutiente Angelo ejus deleatur exercitus.* De quibus commodior alibi fortaſſe agendi erit locus: vt & de iis in quos Septuaginta interpretes Poëticos diſtinxerant ſcriptores. cujus luculentum nobis nuper ſpecimen à clariſſimo & eximio Patricio Iunio editus exhibuit Iobus. Verſus autem noſtri ac στίχοι veterum, κεφάλαια illorum item ac noſtra, quantum differant, neſcire non poſſunt, qui veteres eorumque in Euangelia ſummas viderunt. Nos diuiſiones noſtras, modo verſus, modo commata hic diximus. Quæ veteribus autem in decretis Synodorum ac concluſionibus, de quibus agunt, commata dicantur, cum ex aliis, tum è Theoriani cum Catholico diſputatione, quæ & Manuelis Comneni ad Armenios Legatio inſcribitur, petendum. qui, Εἰ μὴ ἤθελον εἰπεῖν, οὐκ ἂν ὑπεσχόμην. ἀλλ' ἀναγινωσκέσθω ὁ ὅρος κομματικῶς, καὶ πρὸς ἕκαστον κόμμα τοῦ ὅρου, ἡ χρῆσις

ὅθεν ἐλήφθη παραληφθέσθω. *Si explicare noluiſſem, ne promiſiſſem quidem. Per inciſa interim ſingula*, ſeu, *commata, legatur decretum, ita vt ad quodlibet decreti comma, dictum ejus è quo ſumptum eſt adjiciatur.* Exempli autem cauſa, illud ponit: Ἑπόμενοι τοίνυν τοῖς ἁγίοις πατράσιν, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν υἱὸν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν συμφώνως ἅπαντες ἐκδιδάσκομεν. Cui χρῆσις additur Cyrilli: Ἐδιδάχθημεν παρὰ τῆς θείας γραφῆς, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων, ἕνα υἱὸν καὶ Χριστὸν ὁμολογεῖν. Sed pergamus. Verſus, vt nunc loquimur, aut minimum Euangeliſtæ hujus comma eſt, Ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς, vndecimo, nimirum, capite. Quod ita Nonnus:

καὶ ἔστενεν αὐτὸς Ἰησοῦς,
Ὄμμασιν ἀκλαύτοισιν ἀήθεα δάκρυα λείβων.

Comma majus, exempli cauſa, illud: Ἐβουλεύσαντο δὲ οἱ ἀρχιερεῖς, ἵνα καὶ τὸν Λάζαρον ἀποκτείνωσιν. cap. 12. 10. Nonni vero,

Καὶ φθονεροὶ μενέαινον ἀναιδέες ἀρχιερῆες,
Καὶ ζαμενὴς Φαρισαῖος ὅλος χορὸς, ὄφρα καὶ αὐτὸν
Λάζαρον ἀχλυόεντι πάλιν πέμψωσι βερέθρῳ,
Νόστιμον ἐκ νεκύων, ἑτέρῳ κτείνοντες ὀλέθρῳ,
Πότμον ἔτι πνείοντα παλαίτερον· ὄφρα τις εἴπῃ,
Λάζαρος οἶτον ἄλυξε, καὶ οὐ φύγεν ἀρχιερῆας.

In quo intemperiem Poëtæ vides. Quam tamen alibi majorem longe videas: interdum quoque, vbi majus comma eſt, minorem. Quale eſt capitis vigeſimi 25. non quod verſus ibi pauci ſint, ſed quod pro præſcripto pauciora dixit. Plerunque enim ex occaſione ſe diffundit, neque penſi quicquam habet. In quo ita ſeſe geſſit, vt cum cola, ſiue orationis membra, breuia mirifice ſint & conciſa, tum per ſe longa, quæ χοινοτενῆ à Criticis dicuntur, tum ex concurſu quoque, vt plurimum, ac cumulo attributorum longiora, repoſuerit. cum nonnulli Paraphraſtæ (inter quos jam toties laudatus nobis quem in Ethica edidimus) etiam cum quædam illuſtrando ſenſu addunt, cum rotunditate Ariſtotelis ac breuitate alibi contendant. Et Apollinarius, quanuis quanti ſit Metaphraſis illius nunc non judicamus, quoſdam ſic expreſſit Pſalmos, vt celeritate cum Propheta Regio certare videatur. Cujus rei fidem vel octauus fecerit: qui cum tot ληκύθων anſam præbeat, prudenter omnes prætermiſit. Vt quæ ibi de creatis rebus, Sole, Luna, aſtris, bobus, ouibus, auibus, ac piſcibus dicuntur. quibus ſingulis vt non immoraretur, Atticum talentum nunquam meruiſſet noſter. Quam autem longe aliter capita veteres diſtinxerint, vt autoritatem Suidæ omittam, vel ex Cæſario, Nazianzeni fratre, manifeſtum: qui in Quæſtionibus: Τέσσαρα ἡμῖν ὑπάρχει Εὐαγγέλια, κεφαλαίων χιλίων ἑκατὸν ἑξήκοντα δύο. *Quatuor nobis*, inquit, *ſunt Euangelia: quæ mille centum ſexaginta duobus capitibus conſtant.* Et Euthymius in Iohannem, ad caput ex diuiſione noſtra decimum octauum, ſexageſimum & quintum Matthæi, quod nunc vigeſimum & ſextum, adducit. Ad illa enim verba: *Miſit eum Annas ligatum ad Caiapham, Pontificem. Stabat autem Simon Petrus & calefaciebat ſe* &c. *Sexageſimo*, inquit, *quinto Euangelii, juxta Matthæum, diligenter de his diſputatum eſt. Vbi habetur: Et ingreſſus intro, ſedebat cum miniſtris vt videret finem.* Deinde ad verba quæ ſequuntur, *Statimque gallus cecinit*, &c. *Quære*, inquit, *ſexageſimo ſexto dicti Euangeliſtæ capite, vbi ſimiliter dicitur, Statimque gallus cecinit. ibi enim de hoc perſpicue dictum eſt.* Vtrunque vero apud nos eodem extat capite, & eo quidem quo jam dixi: alterum 58. alterum commate 74. Idem ad verba illa, capite Euangeliſtæ noſtri decimo & nono, *Acceperunt autem Ieſum, & duxerunt in prætorium*, ſexageſimum Matthæi ſeptimum adducit. *Quære ſexageſimo ſeptimo juxta Matthæum capite, vbi habetur, Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt eum chlamyde & induerunt eum veſtimentis ſuis: ac lege enarrationem.* Qui locus, ex diuiſione noſtra, capite vigeſimo & ſeptimo, commate 28. nunc extat.

Idem

Idem ad caput vigeſimum Euangeliſtæ noſtri, octuageſimum ſecundum Lucæ adducit. Secutus autem eſt diuiſionem ſuam, aut, ſi vis, Græcorum. A qua aliquantum Catalogus Theophylacti abit. In Euangeliſta noſtro, titulos ιη Suidas, & cum eo Græci ponunt. Nam κεφάλαια minores ibi ſectiones ſunt. Sic Euangeliſta noſter titulos ιη, capita σλϛ habere dicitur. Vt ſit primus,

ΠΕΡῚ ΤΟΥ͂ ἘΝ ΚΑΝΑ͂Ι ΓΆΜΟΥ.

Primum enim caput ab hiſtoria miraculi in nuptiis, quæ ibi incipit, Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, nonnulli inchoabant. Nam quod nunc primum, vt Præfationem, ſepararunt. Quem is qui eſt,

ΠΕΡῚ ΤΩ͂Ν ἘΚΒΛΗΘΈΝΤΩΝ ἘΚ ΤΟΥ͂ ἹΕΡΟΥ͂,

atque ita deinceps cæteri, vt à Camerario & aliis editi ſunt, ſequuntur. Quæ in manuſcripto meo Euangeliorum antiquiſſimo, modo in ſuperiori, modo in inferiori parte paginæ, ad verbum notata inuenias. Quas particulas, vt ſuas parſchiot Hebræi, puta Bereſchit, Noach, Lech Lecha, ac cæteras, citare ſolent. Niſi quod initia verborum iſti, Græci hiſtoriæ ſpectare ſolent. Vt ſi Euangeliſtam noſtrum ἐν τῷ Ἐν ἀρχῇ adducas. quemadmodum Cyrus Prodromus, primum lemma ſuum, Εἰς τὸ Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, fecit. qui eſt primus quaſi titulus. Secundus, Εἰς τὸν ἐν Κανᾷ γάμον. Tertius, Εἰς τὸν νυκτερινὸν μαθητὴν Νικόδημον. Quartus, Εἰς τὴν Σαμαρεῖτιν. Quintus, Εἰς τὸν παράλυτον. Sextus, Εἰς τὸν τυφλόν. Septimus, Εἰς τὸν Λάζαρον. Octauus, Εἰς τὸν νιπτῆρα. Nonus, Εἰς τὸν Ἰωάννην τὸν ἐμπίπτοντα τῷ στήθει τοῦ Κυρίου. Decimus, Εἰς τὴν ἀποκαθήλωσιν. qui titulus & Nicodemi, tollentis è cruce Dominum, hiſtoriam complectebatur. Vndecimus, Εἰς τὸν Θωμᾶν. Gregorius enim in diuiſione ſua, ſola exhibuit miracula. Qui videtur titulos feciſſe, ΠΕΡῚ ΓΆΜΟΥ ἘΝ ΚΑΝΑ͂Ι. ΠΕΡῚ ΒΑΣΙΛΙΚΟΥ͂. ΠΕΡῚ ΤΟΥ͂ ἘΝ ἈΣΘΕΝΕΊΑι. ΠΕΡῚ ΠΈΝΤΕ ἌΡΤΩΝ. ΠΕΡῚ ΤΟΥ͂ ἘΠῚ ΤΗ͂Σ ΘΑΛΆΣΣΗΣ ΠΕΡΙΠΆΤΟΥ. ΠΕΡῚ ΤΟΥ͂ ἘΚ ΓΕΝΕΤΗ͂Σ ΤΥΦΛΟΥ͂. ΠΕΡῚ ΤΟΥ͂ ΛΑΖΆΡΟΥ. ΠΕΡῚ ΤΟΥ͂ ΘΑΝΆΤΟΥ ΤΟΥ͂ ΚΥΡΊΟΥ. ΠΕΡῚ ΤΗ͂Σ ἈΝΑΣΤΆΣΕΩΣ. ΠΕΡῚ ΤΩ͂Ν ὉΜΙΛΙΩ͂Ν ΜΕΤᾺ ΤΩ͂Ν ΜΑΘΗΤΩ͂Ν. Quæ particulæ iis ſunt ſimillimæ, in quas Iliadem & Odyſſeam antiqui diuiſerunt Critici. Vt ſi, ΛΟΙΜῸΝ Ἢ ΜΗ͂ΝΙΝ, ὌΝΕΙΡΟΝ Ἢ ΚΑΤΆΛΟΓΟΝ, ὍΡΚΟΝ Ἢ ΜΟΝΟΜΑΧΊΑΝ, ὉΡΚΊΩΝ ΣΎΓΧΥΣΙΝ Ἢ ἘΠΙΠΏΛΗΣΙΝ, ΔΙΟΜΗΔΟΥΣ ἈΡΙΣΤΕΙΑΝ, ὉΠΛΟΠΟΙΪΑΝ, ΜΗΝΙΔΟΣ ἈΠΟΡΡΗΣΙΝ, ſimileſque ex Iliade; ΝΕΚΥΟΜΑΝΤΕΙΑΝ, ἈΠΟΠΛΟΥΝ ΠΑΡᾺ ΦΑΙΑΚΩΝ, ἈΝΑΓΝΩΡΙΣΜῸΝ, ac ſimiles, ex Odyſſea adducas. quæ τμήματα memoriam non parum juuant, ac diuiſionem illi operis inſigunt. Auguſtinus ſingulis Tractatibus, Homiliis ſingulis Chryſoſtomus, ſenſus aliquot aut ῥήσεις exponunt. qui, vt manifeſtum ſit quam de Græcorum etiam diuiſione fuerit ſecurus, verba illa, καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, quæ & nos & Græci ſeparamus ac diſtinguimus, cum fine primi capitis conjungit. Cyrillus pro librorum, quos duodecim in hunc Euangeliſtam edidit, diuiſione, ipſum Euangelium diuiſit. Primum enim librum ab illis, Ἐν ἀρχῇ, Secundum ab illis ejuſdem capitis, τῇ ἐπαύριον βλέπει Ἰωάννης τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον, qui verſus eſt vigeſimus & nonus, Tertium ab illis, ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος, qui verſus eſt trigeſimus & quintus capitis quinti, Quartum ab illis, ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, qui eſt verſus ſexti capitis trigeſimus & ſextus, inchoauit, ac ſic ſic deinceps. Quintum enim, Sextum, Septimum, Octauum, Chlichtouæus addidit. de Latina, qua tum vſi ſumus, interpretatione loquor. Alia diuiſione Syri, caput Primum in quatuor, Secundum in tres diuiſêre partes. ita vt finem ejus, vbi verba illa habes, ὡς δὲ ἦν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, quæ nobis comma inchoant vigeſimum & tertium, cum diſſertatione, quam cum Nicodemo habuit Seruator, vſque ad capitis ejus vigeſimum ſecundum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

comma connectant. Forte vt, de quo Græci quoque ac Latini quidam aliquid notarunt, verba illa, περὶ τῶν προσκαίρων, ad Nicodemum, cui inter illos locum tribuunt, referrent: rurſus verba commatis vigeſimi ſecundi, Μετὰ ταῦτα ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν, vſque ad comma quartum capitis quarti, Samaritanæ autem hiſtoriam, ac comma quadrageſimum & tertium ejuſdem capitis, vbi verba illa, Μετὰ δὲ τὰς δύο ἡμέρας ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, jungerent. Ex quibus, quantam & capitum noſtrorum rationem habuerint, eſt & vbi melius, quæ non hærerent, diuiſiſſe, intelligimus. Singulas autem ex his partes, feſtis ſuis ac ſolennitatibus accommodarunt. Sic miraculum in Cana, Matutinis Dominicæ, qua inchoant jejunium, Samaritanæ hiſtoriam, ante Pentecoſten legebant. Caput nobis Sextum, quinque illis partes habet: cum nos, quanquam male hærentes, connectamus. Ita in Catalogo Theophylacti, octo ejus capitis fecere partes. Inter quas, exiguas fuiſſe quaſdam admodum, neceſſe eſt. Vt cum ab initio, ad comma decimum & quartum, primam ſtatuunt illius partem. quod miraculum de quinque piſcibus ac panibus, vſque ad verba illa, οἱ οὖν ἄνθρωποι ἰδόντες ὃ ἐποίησε σημεῖον ὁ Ἰησοῦς, complectitur. Secunda, in qua, ne Rex crearetur, abitus deſcribitur. quæ non amplius quam comma decimum & quartum cum ſequenti, apud nos habet: ab eo enim verſu qui hunc ſequitur, περὶ τοῦ ἐν θαλάσσῃ περιπάτου, agere incipit. Pars quarta, verſus admodum, ni fallor, octo continet. Quinta, cum commate trigeſimo incipiat, ſequenti περὶ τοῦ ἄρτου τοῦ ἐξ οὐρανοῦ, ſequitur: quam ille ſextam fecit. quæ pars ſane maxima, ad comma ſexageſimum & ſextum diffunditur: vbi περὶ τῶν μαθητῶν τῶν ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ ἀπελθόντων agitur. Poſtrema rurſus parua, Petri teſtimonium de Domino complectitur. cum deſcripti manu codices, & Græci, Sexti, Septimi, Octaui capitis, vſque ad Nonum, duas tantum partes fecerint. Illum enim, à ſexti capitis initio locum, Μετὰ ταῦτα ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς, vſque ad noni capitis initium, Καὶ παράγων εἶδεν ἄνθρωπον τυφλὸν ἐκ γενετῆς, ita diuiſerunt, vt prior, De panum ac piſcium miraculo, altera, De ambulatione Chriſti in mari, ageret. quod, vt dixi, nono capite deſcribitur. Itaque in codice antiquiſſimo, inter illam ſiue inſcriptionem, ſiue titulum, περὶ τοῦ ἐν θαλάσσῃ περιπάτου, illam item, περὶ τοῦ ἐκ γενετῆς τυφλοῦ, pagellæ admodum duodecim omnino vacant. Idem factum & in aliis codicibus, ex ſummi viri Ioachimi Camerarii, & aliorum, qui è Græcis eos deſcripſerunt libris, manifeſte apparet. A quibus Bedæ interim Catalogus diſſentit: qui Euangelii totius ſumma quatuordecim, ni fallor, fecit capita. Sextum autem ſic diuiſit, quinque ejus vt feciſſe partes videatur. Ita enim: *De quinque panibus & duobus piſcibus, & quod eum Regem facere voluerunt. Ieſus ſuper mare ambulat: & de manna & pane cæleſti loquitur, ac recedentibus ab eo diſcipulis, vnum ex duodecim diabolum dicit.* Sed & qui Catalogos Actorum & Epiſtolarum, tam Doctoris gentium, quam earum quas καθολικὰς ſiue ἐγκυκλίους vocant, qui cum enarrationibus leguntur Oecumenii, ſemel inſpexerunt (quam antiqui autem ſint, non quæro) ſciunt nullam ibi eſſe, quæ cum noſtra quadret capitum diuiſione. Plura enim ſemper ſunt aut pauciora. Sane Apoſtolorum Acta, quadraginta ibi, nobis octo & viginti habent. Epiſtola quæ ad Romanos ſcripta, nobis ſedecim, viginti ibi habet. Quæ ad Galatas, nobis ſex, ibi duodecim habet. ne quis capita minora ſemper arbitretur: vt alias cum tituli & capita junguntur. Euangeliſtæ noſtri Prima, nobis quinque, ibi ſeptem; Secunda, vnum nobis, ibi duo; Tertia poſtremo vnum nobis, ibi tria habet. Nam Apocalypſin & in λόγους & κεφάλαια diuiſit Aretha. vt viginti quatuor λόγους, ſeptuaginta & duo capita contineat: quia prior numerus τρισσευόμενος, ſeu triplicatus, alterum producit: prior autem, ajunt, propter totidem preſbyteros, qui ibidem deſcribuntur. nam hæc illis placent. Quanti autem iſta ſint, non diſputamus.

Satis enim, ſi illorum ſuperſtitio tollatur, qui antiquitatis plane ignari, ſuperſtitioſe his diſtinctionibus adhærent. Sane quemadmodum vir ſummus ſanctiſſimuſque B. Hieronymus, ad Minores Prophetas & alibi, ſæpe in medio capitis, nouum inchoat librum, ita quanti verſus noſtros ſiue commata antiqui fecerint, norunt, qui Cyrillum, Chryſoſtomum, Auguſtinum, alios tractarunt. quemadmodum, ne longe abeamus, vel ex eo patet, quod plerique ex antiquis, & inter hos Cyrillus, tertium ſtatim primi capitis comma, quod Manichæis alibi ab Auguſtino objicitur, cum quarto conjunxerint. Quod qui vt nouum admiratur (quanquam ſane illius loci ſententiam non probo) ad inuenta noſtra καὶ τὰ χθὲς καὶ πρώην διατεταγμένα, veteres aſtringit. Hoc affirmare poſſum, partes iſtas vt memoriæ ſuccurrunt, ita locis alibi non bene diſtinguendis, in Paulinis præſertim Epiſtolis, quod ibi non ſemel probauimus, occaſionem dediſſe.

Cap. XIV.

Ad eorum explicationem quæ in S. Iohannis Euangelio nondum ſatis explicata ſunt, tranſitum. Quanti eum fecerit antiquitas. Id ex laudibus & nominibus quæ ei ab iis impoſita, euinci. Θεολόγος, υἱὸς βροντῆς, Βροντόφωνος, *&* Βροντόπαις *dictus. Cujuſdam* δοκησισοφία. *Criticorum contemptus. Quo loco antiquis S. Iohannes. quare Theologus dictus. Falſa de eo quorundam opinio. S. Iohannis Euangelium prædicatum, vt Syri volunt. Ea in re Græca voce uti. Euangelii hujus ſecundum Syros inſcriptio. S. Iohannis Euangelium* ὑπαγορευθῆναι *etiam à Græcis dici. Excerpta MS. Florentini, ſiue Summæ Euangeliorum. Syri mens, cum prædicatum S. Iohannis Euangelium ait. id ex Hebræorum diuiſione ſumptum videri. Marci Euangelium à Petro prædicatum aut dictatum, à Marco excerptum, Lucæ à Paulo dictatum, ex quorundam ſententia: ex aliorum,* κατ' ἐπιτροπὴν *Petri ſcriptum. Pauli Euangelium. & quid de eo veteres. Euangeliſtarum ac Apoſtolorum ſcripta* ὑπαγορεύσεις *&* ὑπαγορευόμενα. *Error ex loco Matthæi male intellecto.* ἡ πρακτικὴ τοῦ Χριστοῦ γενεά, *& quomodo dicatur. Cyrilli ac Damaſceni locus, de quo fuſe agitur.* πράγματι θεωρεῖν καὶ λόγῳ. τὸ εἶναι πραγματικῶς ἔχειν. τρία ἔμπρακτα. *Theologus Euangeliſta noſter quare dictus. Theologia & œconomia oppoſita.* τὴν θεολογίαν βροντᾶν. θεοπρεπῆ *&* ἀνηγμένα *in Sacris ſcriptoribus.* ὁ τῆς θεολογίας ἀρχηγὸς, *S. Iohannes dictus.* τὸ Χριστὸν θεολογεῖν. *Principium S. Iohannis,* ἡ τοῦ μονογενοῦς θεολογία *dictum. Ipſum S. Iohannis Euangelium,* θεολογία *dictum. Initium ejuſdem & conciſa breuitas. Periodi quales. S. Iohannes* Βροντόφωνος *dictus. Tonitru, de majeſtate diuina. Dauidis locus expoſitus. Tonitru vox, & vox Dei. Filia vocis. Interpretatio loci S. Iohannis.* Φωνὴ *lingua Helleniſtica pro tonitru. Opera diuina Angelis aſſcripta. Angelus mortis, Chaldæo. Tonitrua in Apocalypſi. Quæ & quanta ad recte Sacra ſtudia tractanda requirantur.*

NVnc ad autorem Sacrum veniamus. In quo ita verſabimur, vt ne iſtum quidem, in quo hactenus verſati ſumus, dimittamus. Cujus iterum Interpretationem ſic examinabimus, vt ſi quæ in Sacro Scriptore minus recte intellexit vel expreſſit, ea obiter quoque expendamus: ſi quæ in eodem adhuc illuſtranda reſtent, iis lucem adferamus. Ea lege, vt nonnulla quæ in mentem veniunt nunc præmittamus, ſimulque hoc & ſequenti capite, parti huic finem imponamus, atque ad alteram quæ ſequitur ac reſtat, tranſeamus. De laudibus Euangeliſtæ noſtri, cum Auguſtinus tum & alii non pauci, nemo tamen diſertius facundiuſque Chryſoſtomo: qui cum alibi videndus, tum præſertim in Præfatione quam præclaris in autorem hunc Homiliis præfixit. Ex quo quanti eum fecerit antiquitas, apparet. Quod inter cætera & ea, quæ paſſim ei ab antiquitate tribuuntur nomina euin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

cuincunt. Vt cum θεολόγος, υἱὸς βροντῆς, βροντόφωνος, & βροντόπαις, dicitur. Quod ad primum quidem, quare ſic dicatur, nemo qui in ſcriptis Patrum aliquantulum verſatus eſt, neſcire poteſt. Et inueni tamen, qui cum rerum omnium ſcientiam profiterentur, nihil magis quam quod ſcire exiſtimarent, ignorarent. Inter eos quendam ſane, ex iis, qui cum duas controuerſias vel tres fortaſſe intelligant, aut intelligere arbitrentur, vere eruditos omnes, quibus curæ inprimis eſt antiquitas ac S S. Patres, Criticos, vocare ſolent. multum diſſimiles, ni fallor, iis, qui in Academia hac noſtra & Eccleſia, ad normam & exemplum ſapiunt. Is igitur ex me cum audiuiſſet, plurima extare adhuc in Nouo Fœdere quæ pauci aſſequantur, inprimis autem ego (ſemper enim neſcio quo pacto, tenuem profectum noſtrum, tanquam comes viæ, ex confeſſione ignorantiæ ac conſcientia, humilis de eo ſequitur opinio) ille, geſtu mimico mirari, hominem, quem Græce exiſtimabat didiciſſe, adhuc in principiis hærere. Ibi cum nonnulla ex me ſcire vellet, ad quæ, vt eſt captus mediocrium, quæ poteram tum reſpondebam, & autoris noſtri forte Euangelium euolueret, inter alia quæ occurrebant, cur Theologus antiquis hic potiſſimum Euangeliſta diceretur, modeſtiſſime quæſiui. Ibi ille, ex Thomæ definitione, quid Theologia eſſet, nos docere. Quæ cum ſæpe, & fortaſſe alio quam ſolent glorioſi cum judicio legiſſem, Tanti ſapere eſt, inquam: tamen hoc non agi. Nam Theologos profecto dici poſſe, quotquot Dei olim Spiritus afflaſſet, neque cauſæ quicquam eſſe cur Euangeliſtæ cæteri, Theologi non eſſent: ſi quidem Theologia eſſet, quam jam definiret. Ibi cum hæreret, alterum quoque eſſe dixi ſcrupulum, non quidem magnum illum, nec qui magnos, qualis ipſe eſſet, viros, ſed Eccleſiaſticæ antiquitatis ac linguarum ſtudioſos, remorari poſſet: quare, cum Dorotheus & alii, eundem, prædicaſſe in Aſia, in Patmo autem Euangelium ſcripſiſſe notent, Syri tamen ejus Euangelium, ab eo prædicatum dicant. voce autem Græca כרז vti, quod κηρύσσειν eſſe. Inſcripſiſſe enim, *Euangelium Sanctum prædicationis Iohannis, quod protulit ac Græce in Epheſo prædicauit.* In Excerptis vero Græcis, quæ Summam Euangeliorum continerent, quæque ex MS. exemplari Florentino deſcripta præſtantiſſimus vir Fredericus Lindenbrogius communicaſſet nobis, ita legi: Ἰστέον, ὅτι τὸ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον, ἐν τοῖς χρόνοις Τραϊανοῦ ὑπηγορεύθη ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ· διηγεῖται δὲ τὴν ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἡγεμονικὴν, καὶ πρακτικὴν, καὶ ἔνδοξον τοῦ Χριστοῦ γενεάν. quemadmodum, & Marci Euangelium à Petro, Lucæ à Paulo, ὑπηγορεύθησαν ab eodem dicitur. Primo igitur doceret me, quid nam ſibi vellent Syri: tum & quid Excerpta, quorum meminiſſem, ὑπαγόρευσιν vocarent: &, an eadem hæc eſſent. Ille vultu, vltra etiam quam dici poſſe arbitror, ſeuero ac grauiſſimo, quæ propoſueram, λογομαχίας, &, cum aliquantulum excanduiſſet, μωρὰς ζητήσεις, imo ἀπαιδεύτους, ex Apoſtolo eodem nuncupare. Libenter enim è Scriptura Sacra, ſicut protoplaſti nuditatis ſuæ folia ex ficu, velamenta ignorantiæ, id genus hominum plerunque quærit. De veris enim abſit vt Theologis nunc loquar: cum nec tales, veri poſſint dici, & de talibus, præ cæteris querantur qui ſunt veri. Ibi ego rurſus,

nec ſæui, magne ſacerdos,

inquam. nam & hic (vt prouerbium vſurpem vetus) Dii ſunt. Ibi vero, vultu ad ſeueritatem ille, ſed majorem jam, compoſito (ſeptem Sapientes Græcos, cum Catone tertio, in eum commigraſſe exiſtimares) increpare, quod Deorum voce vſus eſſem: vanum & indignum Chriſtiano homine id eſſe. Sed nec recte ac ordine ad linguas inuitari quoſdam aut in iis exerceri, qui ad alia non paulo grauiora nati eſſent. In contextu quidem Græco, nihil eſſe admodum quod ſe lateret: ad vnguem didiciſſe hunc ac tenere. De Hebræo ac Chaldæo, aut interpretatione Syra, nunquam cogitaſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Aliena enim non curare. Ne legendis quidem Patribus vel ocium vel tempus impendiſſe: quæ in primis ſibi chara eſſe. ſed & in iis quædam minus orthodoxa. Munus, quod incumberet,cum fide exequi. Commiſſam ſibi animarum curam: illud agere nunc vnum. Regnum ſibi cathedram ac voti finem eſſe. In hac,neque cuiquam Principum,nec cuiquam qui delinqueret ex iis pepercisse vnquam. ibi ſcire, quæ dicenda eſſent: cætera, vt nuces aut crepundia,non male pueris relinqui. Ad quæ ego placide,vt mos meus,Rara, inquam,ac ſtupenda plane ingenii felicitas: ad quam nemo, vt exiſtimo, Theologorum, cum tot ſummos homines vel noſtra vel parentum ætas tulerit, peruênit. Quid de iſtis autem loquor? Auguſtinus, Hieronymus, Cyrillus, imo princeps Noui Fœderis Interpretum Chryſoſtomus, ſubinde ignorantiam vel prodit vel fatetur. Et,

Nos viles pulli, nati infelicibus ouis,

aliquid videmur nobis ſcire, ſi nonnunquam aliquid ignotum aut indictum aliis in libris obſeruemus. Me quidem,cum ad Dei verbum ac myſteria accedo, ſemper dare operam, vt quantum neſciam profitear, & ad ejus Spiritum, qui ſolus fax eſt veritatis, caligantes oculos attollam: qui in iſto puluere ac terreni corporis compagibus cum hæreant, nihil ſine hoc præſidio ſperari poſſe. Annos agi multos, ex quo Patrum ſcripta diligenter legere cœpiſſem,& ad ignorantiæ confeſſionem tantum profeciſſe. Tu vero fruere hac felicitate tua, &, vt ille ait,

Quæſitam meritis ſume ſuperbiam.

Tamen parce, inquam, Pater, &, vt Syri illi dicunt, quos tantopere contemnis חס לך, aut ſi Græca mauis (quibus tribuere nonnihil jam vidêris) ἵλεώς σοι Κύριε: nam & ipſe Petrus (noſti virum) ne prouerbialiter in poſterum aut cum autoribus profanis loquar, ita loqui ſolet: neque in animum inducas, quicquid multi ignorare malunt, fruſtra à quibuſdam diſci. De antiquis quoque Patribus (quibus autem quantiſque viris!) minus inclementer in poſterum vt judicaret, petere ac rogare me, qui plurima ex iis didiciſſem. ſummos quippe veritatis & patronos & interpretes fuiſſe. Sed & linguas, Dei dona, nec ſcientiæ vnius inſtrumenta eſſe. Sacri ordinis, ſi quenquam, obſeruantem eſſe me ac ſemper fore: ſed & primos amicorum hîc habere. Forte, vt fit nonnunquam, conuenerant tum plures. inter quos & quidam, vt feſtiui vir ingenii ac liberalis, ita haud ineruditus: qui præfatus veniam, ſibi quoque in dicendo locus vt eſſet, facile à me impetrauit. Is igitur, Vt aliis nunc alia relinqueret, de cathedra, de qua jam facta mentio, vt Chriſtiano dignum, reuerenter & locutum ſeſe & ſenſiſſe ſemper,dixit. neque quenquam eſſe à quo doceri nollet: ſcire enim quantum ignoraret.Ibi autem, vel inprimis,vanitati ac applauſibus, quæ condimenta ſcenæ ſunt, renunciandum eſſe, vt alia non pauca, ex antiquis dediciſſe: de quo aliquid dicturus eſſet, niſi alter quoque nollet. Ad quæ iterum cum ille,haud ſecus quam qui ſupplices admittere libellos ſolent,obiter demiſſo capite annuiſſet; In Moſis cathedra ſediſſe olim Phariſæos, ipſa, inquit, Veritas teſtatur. De magno interim Hieronymo quid judicaret, ſcire ex eo velle. cui viro præceptorem Gregorium Theologum fuiſſe; ab eximia ſcientia ac eruditione Sacra quam profiteretur, ita dictum. Hunc igitur Hieronymum,cum de vita Clericorum ad Nepotianum Epiſtola 2. ſcribit, ita judicare, ita loqui: *Docente te in Eccleſia, non clamor populi ſed gemitus ſuſcitetur. Lachrymæ auditorum laudes tuæ ſint. Sermo presbyteri ſcripturarum lectione condîtus ſit. Nolo te declamatorem eſſe & rabulam garrulumque ſine ratione, ſed myſteriorum peritum, & ſacramentorum Dei tui eruditiſſimum. Verba voluere, & celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem ſui facere, indoctorum hominum eſt. Attrita frons interpretatur ſæpe quod neſcit,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

& cum aliis perſuaſerit, ſibi quoque vſurpat ſcientiam. Præceptor quondam meus Gregorius Nazianzenus, rogatus à me, vt exponeret, quid ſibi vellet in Luca Sabbatum δευτερόπρωτον, *eleganter luſit: Docebo te inquiens ſuper hac re in Eccleſia: in qua mihi omni populo acclamante, cogêris inuitus ſcire quod neſcis. Aut certe ſi ſolus tacueris, ſolus ab omnibus ſtultitiæ accuſaberis*, &c. Plura enim ſequuntur. Viri tanti vere ingenuam de ſe confeſſionem, inquit, habes: tum de cathedra judicium ac vulgo: imo, doctorum de cathedra judicium, ac vulgi. Petere igitur ac ſupplicare, vt, quid eſſet illud de quo magis vulgus crederet Gregorio quam ipſe ſibi, paucis nunc exponeret. Δευτερόπρωτον, videlicet, quid eſſet Sabbatum. Paratum ſe vt ſingula exciperet ac annotaret. quod ſi ignoraret, vel nonnihil ſaltem imperitis illis Criticis tribueret, qui hæc & talia, pro viribus jam illuſtraſſent. Et cum Græce ſciret, eſſe alterum quod flagitaret: quendam Apoſtoli locum quomodo intelligendus eſſet, vt doceret. Hic cum iterum jam annuiſſet; Priore, inquit ad Corinthios, quid voluit, cum, *alii ſcientiam linguarum, alii interpretationem*, ἑτέρῳ γένη γλωσσῶν, ἄλλῳ δὲ ἑρμηνείαν γλωσσῶν, *datam eſſe*, dixit: & de quo hic agi Spiritu exiſtimaret. ibidem enim, *omnia hæc vnus efficit idemque Spiritus*, ſubjungi: tum eâdem hac Epiſtolâ, cum dixit, θέλω δὲ πάντας ὑμᾶς λαλεῖν γλώσσαις, quid voluerit: poſtremo, quid in mente illi eſſet, cum de linguis quas callebat, gloriari audet, Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου, πάντων ὑμῶν μᾶλλον γλώσσαις λαλῶν. *Gratias ago Deo meo, quod magis quam vos omnes linguis loquar.* è quibus, non pluris, inquit ille, quam crepundia aut nuces puerorum, ſcientiam linguarum eſſe, perſuaderi nondum ſibi poſſe, aut Apoſtolum id velle. Ille cum attente ſatis locum quæreret, Compendii, inquam, ſtudium quærendi facias nunc velim: eâdem quippe Epiſtolâ, non ita multo poſt, is legitur. Et cum ipſum comma digito monſtraſſem, vno alteroque dicteriolo nos vltus eſt. quod cum admodum modeſte tranſmiſiſſem; Theologiæ, inquam, ſtudium auguſtum per ſe ſane ac magnificum, quod vindicetis, atque in illud incumbatis, recte id quidem: ab eo autem, vel amore illius ſaltem, alios quod excludatis, nec recte equidem nec ordine id fieri exiſtimo. Nam & antiquorum Patrum & interpretum recentiorum ſcripta, poteſt fieri vt diligenter ex iis quidam legant, quos vos neſcio quam recte Criticos dicatis: qui in hoc nonnunquam metuo ne magis ſapiant, quod nec Philoſophos, nec veteres Theologos, Theologiæ præceptores ac doctores maximos, atque, vt quod ſentio dicam, fontes ipſos, neq; linguas, quibus vſi ſunt Prophetæ ac Apoſtoli, contemnant. In Chaldæis quidem Metaphraſibus, præter eruditionem, quam præclara de æterno Dei Verbo, de æterna vita, etiam cum minus manifeſte de iis agi in contextu videtur, ex occaſione interpretationis extent teſtimonia, ſcire eruditos. Sed nec hactenus extare vllum, quod admitterent Iudæi nec rejicerent, quo de Meſſia vero magis conuincantur, & ejuſdem tamen ſit antiquitatis, ſcriptum. Syrum quoque Interpretem immerito contemni. Si enim etiam Latinos Noui Fœderis, non ille quidem qui hæc omnia jam intelligeret ac ſciret, verum ego ſimileſque mei, vbi opus eſſet ad ſententiam eorum cognoſcendam adhiberent; quanti eſſe, qui, cum ipſam mentem, tum idiotiſmos Seruatoris & Apoſtolorum plurimis in locis optime repræſentaret? Aderat & eruditionis exquiſitæ ac diffuſæ admodum Theologus: qui, cum multa ſciret, plura tamen aliis, quæ morum ingenuitas in eo erat, etiam qui minus eruditi eſſent, libentiſſime tribueret. veteres amores meos Thyſium ex indole ac eruditione deſcripſiſſes. Qui cum hominis temeritatem καὶ ἀπαιδευσίαν bona fide caſtigaſſet, Tu vero, perge inquit: ea tamen lege, vt de primo quod propoſuiſti, primo, ac ſic ordine de cæteris ſententiam exponas. Ego quidem faciam quod jubes, inquam: ſaluo tamen tuo, cui noſti quantum tribuam, judicio. Quod ad Syrum, cum

præ-

prædicandi vſus voce eſt, Hebræos habuiſſe in animo, adducor vt exiſtimem. Qui cum in Legem, ſiue Pentateuchum, hoc eſt שמש ſuum (vt Magiſtri dicunt) in Prophetas item atque Hagiographos, Sacros diuidant libros, poſtremos, vt ab aliis diſtinguant, inſtinctu quidem S. Spiritus conſcriptos, neque tamen prædicatos, dicunt. Qua voce paulo aliter noſter, de quo jam agebatur, Græcus, hic vſus, ab aliis conſcriptos, ab aliis dictatos velle videtur hos libros. Qui, ἰστέον, inquit, ὅτι τὸ κατὰ Μάρκον Εὐαγγέλιον ὑπηγορεύθη ὑπὸ Πέτρου ἐν Ῥώμῃ. Ἐποιήσατο δὲ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ προφητικοῦ λόγου τοῦ ἐξ ὕψους ἐπιόντος τῷ Ἡσαΐᾳ, τὴν πτερωτικὴν εἰκόνα τοῦ εὐαγγελίου δηλοῦντος. Et deinde hos verſus addit:

Ὅσσα περὶ Χριστοῖο θεηγόρος ἔθνεα Πέτρος
Κηρύσσων ἐδίδαξεν, ἀπὸ στομάτων ἐριτίμων
Ἐνθάδε Πέτρος ἄγειρε, καὶ ἐν σελίδεσσιν ἔθηκε·
Τοὔνεκα καὶ μερόπεσσ' εὐάγγελος ἄλλος ἐδείχθη.

qui à Petro prædicatum, aut dictatum potius, à Marco excerptum eſſe vult hoc Euangelium. vnde & Petri ἑρμηνευτὴς Sophronio vocatur Marcus: & ὑπαγορεύειν, ἑρμηνεύειν exponunt Græci. Ita Euangelium Lucæ, à Luca ſcriptum, à Paulo dictatum vult: cum Dorotheus id, κατ' ἐπιτροπὴν Πέτρου, *inſtinctu Petri*, ſcriptum, Apoſtolorum vero Acta, κατ' ἐπιτροπὴν Παύλου, concepta notet. Neque ignoratis interim quod apud Paulum aliquoties, cum de ſuo agit Euangelio, occurrit. vt cum, exempli cauſa Epiſt. ad Romanos, Ἐν ἡμέρᾳ ὅτε κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ: item ad Galatas, Τὸ εὐαγγέλιον τὸ εὐαγγελισθὲν ὑπ' ἐμοῦ: altera denique ad Timotheum, vbi iterum cap. 2. ℣ſ. 8. Euangelii ſui meminit: cui forte inter cætera occaſionem dedit, quod & Lucæ meminit, nec ſemel. De Iohanne autem ait, ὅτι ὑπηγορεύθη τὸ αὐτοῦ εὐαγγέλιον ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ, *prius prædicatum, ibi mox dictatum.* Quemadmodum & ratione alia, omnia Apoſtolorum ac Euangeliſtarum ſcripta, recte Ὑπαγορεύσεις, & Ὑπαγορευόμενα, quia Sancto Spiritu dictante ſcripta ſunt, à nobis dici poſſunt. Idem autor, de Matthæo aliter paulo. de quo ejus verba, quia nondum publicata ſunt, quod ſciam, hic deſcribam. Τὸ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον Εὐαγγέλιον, πρὸς τοὺς ἐξ Ἰουδαίας ἐξεδόθη ὑπ' αὐτοῦ ἐν Ἱερουσαλὴμ διὰ γραμμάτων Ἑβραϊκῶν. διὰ τοῦτο γὰρ ἅτε Ἑβραίοις γράφων, οὐδὲν πλέον ἐζήτησε δεῖξαι, ἢ ὅτι ἀπὸ Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ ἦν ὁ Χριστός. Et addit

Ματθαίου τόδε ἔργον ἀριστοπόνοιο τελώνου,
Ὃς τόκον ἔφρασε θεῖον ἀπειρογάμοιο γυναικός,
Ἣ τέκεν ἄσπορον υἱόν, ὃν οὐ χάδεν οὐρανὸς εὐρύς,
Χριστὸν ἀειζώοντα, θεὸν βροτὸν αἰὲν ἐόντα.

Cui autem perſuadebit, nihil aliud Matthæum præſtitiſſe, quam vt ab Abrahamo & Dauide ortum eſſe Seruatorem oſtenderet? Vide quid Hebraicarum poſſit literarum ignorantia. idem enim quod Eraſmo (cui autem viro?) impoſuit hic Græcis. Principium Matthæi lingua Helleniſtica conceptum ita habet: Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβίδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. quod ita acceperunt ac ſi Euangelii totius eſſet hæc inſcriptio, aut, quaſi βίβλος liber eſſet potius quam ordo. de quo accurate jam periti hujus linguæ, inter cæteros Iohannes Druſius. Atqui ille, *Hæc eſt*, inquit, *ſeries & ordo ſtirpis Ieſu Chriſti.* Vt ſit mera παρῳδία. quemadmodum primo Moſis libro, Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων, Helleniſtæ jam dixerant. Quare ad Euangeliſtam noſtrum, & quæ hic aguntur, redeamus. Velim ergo ex te, inquam, præſtantiſſime virorum (nam cum iſto, qui contemnit illa, pax eſt nobis) ſcire, quid ejuſdem inſcriptio autoris velit, cum τὴν πρακτικὴν τοῦ Χριστοῦ γενεὰν commemorat. Ita enim de Euangeliſta noſtro, διηγεῖται δὲ τὴν ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἡγεμονικὴν καὶ πρακτικὴν καὶ ἔνδοξον τοῦ Χριστοῦ γενεάν. quod in Nouo quidem Fœdere non extat: in quo nihil iſtum latet. Id cum ſibi quoque ignotum fateretur, Dicam igitur quod ſubito in mentem nobis venit, inquam. Quanquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

haud ignorem, non eodem modo ea voce ſemper vſos eſſe veteres, πραγματικὸν eſſe arbitror, quod recte ὑποστατικὸν hic dicas: quatenus, non in imagine aut idea, quod Samoſatenus voluit, ſed τῷ πράγματι, ſiue, πραγματικῶς, à Patre genitus eſt Filius. quemadmodum nonnunquam & ὑπόστασιν, τὴν ἀληθῆ ὕπαρξιν, notare id *quod reuera exiſtit*, Damaſcenus aliique obſeruant. vt cum ἐνυπόστατον, Sermonem Dei, ſeu, τὸν λόγον Θεὸν, humanum contra ἀνυπόστατον dicunt: (quare autem, etiam ipſe libro de Trinitate probat Cyrillus): quem πραγματικὸν, ſeu, ὄντα τῷ πράγματι, non male forſan dicas: quem & οὐσιωδῶς ὑφεστῶτα, imo ἐνεργὸν, puta πραγματικὸν, ibidem dixit. Nam quid πράγματι θεωρεῖν & λόγῳ ſit, eodem De Trinitate libro Cyrillus, & qui caput hoc deſcripſit, idem Damaſcenus, vt & Elias Cretenſis, Nazianzeni interpres, dicent. Qui, δεῖ δὲ εἰδέναι, ὅτι ἕτερόν ἐστι, τῷ πράγματι θεωρεῖσθαι, καὶ ἄλλο, τῷ λόγῳ καὶ ἐπινοίᾳ. *Scire autem hoc operæpretium eſt, aliud eſſe, re, aliud ratione conſiderari aliquid.* Et quomodo? Pergit: Ἐπὶ μὲν οὖν πάντων τῶν κτισμάτων, ἡ μὲν τῶν ὑποστάσεων διαίρεσις πράγματι θεωρεῖται· πράγματι γὰρ ὁ Πέτρος τοῦ Παύλου κεχωρισμένως θεωρεῖται· ἡ δὲ κοινότης, καὶ ἡ συνάφεια, καὶ τὸ ἕν, λόγῳ καὶ ἐπινοίᾳ θεωρεῖται· νοοῦμεν γὰρ τῷ νῷ, ὅτι ὁ Πέτρος καὶ ὁ Παῦλος τῆς αὐτῆς εἰσι φύσεως, καὶ κοινὴν ἔχουσι φύσιν μίαν· ἕκαστος γὰρ αὐτῶν ζῶόν ἐστι λογικὸν θνητόν, &c. *In omnibus enim creaturis hypoſtaſium quas dicimus re conſideratur diſtinctio (à Paulo enim re ſeorſim conſideratur Petrus) cum communio, cum conjunctio, ratione ac cogitatione conſideretur, vt & vnitas. Naturæ enim Petrum ac Paulum eſſe ejuſdem, eamque communem habere, mente concipimus*, &c. In Sacroſancta autem Trinitate, contra dicunt illi: Ἐκεῖ γὰρ τὸ μὲν κοινὸν καὶ ἕν, πράγματι θεωρεῖται, &c. μία γὰρ οὐσία, μία ἀγαθότης, μία δύναμις, &c. ἐπινοίᾳ δὲ τὸ διῃρημένον. *Ibi enim, quod commune & vnum, re conſideratur, &c. vna quippe eſſentia, vna bonitas, vna poteſtas. Id autem quod diſtinctum,* (vt proprietates, nempe, perſonarum, quod & addit) *cogitatione conſideratur.* Sed, an ideo re ipſa, de quo hic agimus, non ſunt hypoſtaſes: quas, μερικὰς εἶναι, καὶ τὸ εἶναι πραγματικῶς ἔχειν, *particulares eſſe, & realiter eſſe habere ſuum*, eodem libro, ab eodem diſerte dicitur. Pro interpretatione autem noſtra, qua olim vſi ſumus, præclare ſummus jam Theologus reſpondit: qui eorum quæ ſiniſtre maleuoli tum objecerunt, vel per ſomnium, veniſſe in mentem quicquam nobis negauit. de quo nec amplius dicemus, qui ab omni velitatione abſtinendum nobis hactenus hic judicamus. Quid ſit autem ἔνδοξος, tum cur ita Dei Filii dicatur generatio, neſcire amplius non poteſt, qui, quid, cum de Trinitate agitur, δόξα ſit & ἔνδοξον, è noſtris veterumque ſcriptis didicit. Quod & de Perſonis recte vſurpatur. Ἔνδοξοι enim ſingulæ. quemadmodum, & Epiphanius, quod inprimis huc facit, tres Perſonas, tria ἔμπρακτα, vocauit. Videtur autem ἡγεμονικὴν dixiſſe, quia Chriſtus, qui σοφία ἐνυπόστατος vocatur, ex ipſa mente Patris ab antiquis generatus dicitur. Notum eſt illud Damaſi ſcriptoris antiqui:

Vox ſummi ſenſuſque Dei, quem fudit ab alta
Mente Pater.

mens autem ἡγεμονικὸν Platoni. Vel, quod magis placet, quia omnes res creatas generatio hæc antecedit. vt ſi primam, ſiue principem, Latine dicas. Et non ſemel memini Theologos ſic loqui: nam ex illa, vt Cyrillus locum hunc interpretatur, πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. à quo longe ibi receſſerunt noſtri, qui *familiam* verterunt. Cum non abnuiſſet, & ad alia jam properarem; ibi vero ille, Tu etiam atque etiam quid agas, inquit, vide. De nomine enim Theologi, cæteriſque, quæ Scriptori tuo Sancto ab antiquis tribuuntur, nihil hactenus. Ergo, vt ad inſtitutum redeas nunc vide. nam obſtrictum tenemus: qui nonnullum ibi ſcrupulum jam injeciſti, quaſi de eo quoque aliquid jam meditatus ſis. Veteres non raro ita loqui, vt θεολογίαν καὶ οἰκονομίαν inter ſe opponant, non ignoras, inquam.

Quo-

Quomodo Chryſoſtomus atque alii nonnunquam id vſurpant. Vt cum de Euangeliſta hoc cæteriſque, magnus ille Doctor, ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι τὴν οἰκονομίαν ἔγραψαν, ὁ Ἰωάννης δὲ τὴν θεολογίαν βροντᾷ. *apud cæteros œconomiæ fulmen, apud hunc Theologiæ tonitrua exſtare*, dixit. Itaque ea, κατ᾽ οἰκονομίαν, quæ de Domini humanitate, κατὰ θεολογίαν autem quæ de altera ejuſdem agunt natura, dici exiſtimant. Sic aduerſus Eunomium Baſilius, qui non ſemel autorem hunc extollit, περὶ τῆς θεολογίας, inquit, παραδίδωσι τρόπους: quæ θεοπρεπῆ, & ἀνηγμένα quoque, in hoc Scriptore, & aliis, vocare ſolent. vnde &, ὁ τῆς θεολογίας ἀρχηγὸς, Theologiæ dux, & quaſi primus autor, noſter dicitur. Quod ex definitione, non de qua jam ante agebamus, & quæ in Scholaſticorum libris extat, ſed hac noſtra, Græci ibi dicunt: quia à Theologia, ſicut ab œconomia alii, incepit. Statim quippe à Deitate Filii, quod & θεολογεῖν antiquis dicitur, incepit: cum, κατ᾽ οἰκονομίαν, vt itidem loquuntur veteres, ſtirpis ejus ſeriem, ſiue, vt ipſe loquitur, τὴν βίβλον τῆς γενέσεως, ipſo ſtatim initio exponat Matthæus. Ita vt alter hominis, alter τοῦ ἀγενεαλογήτου æternitatem initio proponat, & ab hac ordiatur. ideoque, *Ducem hunc, & quaſi principem, qui ex cælo Theologiam deduxit, quia clamat*, Ὅτι ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, eſſe volunt. Vt & cum dicunt, ὅτε πλήρης ὢν ἀγάπης, πλήρης γέγονε καὶ τῆς θεολογίας: vnde & θεολογεῖν τὸν λόγον, & θεολογεῖν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, dicitur. idem qui in iiſdem Meniæis, ὁ τὸν τοῦ ὑψίστου θεοῦ υἱὸν θεολογήσας, eo modo vocatur, quo Cæſario θεολογεῖν τὸν χριστὸν, cum de ejus diuinitate agit, Scriptura dicitur. vnde &, vſque ad verba illa, Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον, θεολογεῖν; in iis quæ ſequuntur, κατ᾽ οἰκονομίαν noſtrum loqui dicunt. Theophylactus ad illa, quæ jam dixi, verba: Ἐνταῦθα φανερώτατα εἰς τὸν περὶ τῆς ἐν σαρκὶ οἰκονομίας λόγον ἐμβάλλει. cujuſmodi ſunt, καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο: vt &, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. quæ κατ᾽ οἰκονομίαν dici volunt: quanquam & τὸ λόγος & τὸ κατεσκήνωσε, Theologiæ modum quoque includunt. Vnde antiquus Theologus Eulogius: ὅρα δὲ πάλιν καὶ τὸν Ἰωάννην δύο φύσεις κηρύττοντα· ἕτερον ἡ σκηνή, καὶ ἕτερον τὸ σκηνοῦν. quemadmodum ex veteri Theologo in eodem loco, τὸ τῆς οἰκονομίας, & τὸ τῆς θεολογίας σχῆμα, conjungi notat Photius. De principio autem, ſeu, primis commatibus, Chryſoſtomus, μέλλων παραδιδόναι ἡμῖν τὰ περὶ τῆς θεολογίας τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, οὐδεμίαν ἀρχὴν ἄλλην τῶν ὅλων ἔδωκε. Qui & principium illud, τὴν τοῦ μονογενοῦς θεολογίαν dixit: vt qui vno ibi eodemque commate, κατὰ θεολογίαν τε καὶ οἰκονομίαν loquatur. Poſtquam enim, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν dixit, ſtatim, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, ὡς δόξαν μονογενοῦς παρὰ πατρὸς, addit. quod θεολογεῖν, aut θεολογεῖν τὸν υἱὸν, dicas. Quæ eſt illa τοῦ μονογενοῦς θεολογία, ad quam tum Chryſoſtomus reſpexit. quemadmodum & totum Euangelium hoc nomine dixerunt: vt cum Suidas ex antiquo aliquo Theologo, ἐκεῖ δὲ διάγων συγγράφει τὴν θεολογίαν dixit. Quæ cum nos obiter, prior ille doctor meus ac Theologorum alpha, de fatali vultus grauitate ac ſuperciliis remittere nonnihil viſus eſt. Diem protinus ſereniorem, aut jam nouum affulgere nobis Solem, diceres. Ita quidem, vt jam ipſe ex me quæreret, cur υἱὸς βροντῆς diceretur. quanquam enim ſciret quæ ex Marci Euangelio de eo afferuntur, ſi quid tamen amplius de eo obſeruaſſem, libentiſſime id ſe auditurum: quod vt beneficium non leue imputare nobis videbatur. Reſpondi: Eo plus difficultatis id habere, quod de eo Græci nunquam dubitaſſent. quorum alii ad partem itidem & prima verba, alii ad vniuerſum ejus Euangelium id retuliſſent: alii myſteriorum grauitati & Theologiæ, alii verborum ponderi ac breuitati aſſignarent. nam vt tonitru, inexpectatum, ſtatim ceſſat ac defungitur, ita ſingulas periodos, aut cola, res inuſitatas plane ac inauditas pondere ſententiarum ac velocitate æquare. Et quid magis præter expectationem, quam quod qui in reliquis ab Abrahamo, à Dauide, ac cæteris deduci Chriſtum legit; in principio fuiſſe eum audit, quem à tot majoribus deductum adhuc cogitat? Sed & ſemper per ſe ſplendida ac grauis in oratione ejuſdem breuitas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Δεινότερον γὰρ τὸ βραχὺ καὶ ἐπιτακτικὸν, *acrior enim & imperantis propria eſt breuitas*, vt præclare ſummus autor qui De elocutione ſcripſit: (cum quo prope eadem ad verbum Tacitus): quæ & ſemper cogitandum aliquid lectori relinquit. Adde quod periodi vt ſunt μονόκωλοι, ita nihil συνεστραμμένον, nihil affectationis, aut ex oratorum arte habent. Exempli cauſa, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος: item, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν· καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, & quæ ſequuntur. quæ ſunt mera fulmina, excuſſa ſimul & abrupta. In fine vnius quippe, noua incipit periodus & deſinit. Vnde & βροντᾶν Pericles dicebatur. quemadmodum hunc Græci, υἱὸν βροντῆς dici crediderunt: qui & βροντὴν, & βροντόφωνον, dixerunt. Ita idem autor, quem Euangeliorum ac Epiſtolarum Summas ſcripſiſſe diximus:

Βροντὴ μὲν θεόφωνος Ἰωάννης πινάρεστος,
Πρωτοτόκου σοφίης ὑπεράρχιον εὗρεν ἀρχὴν,
Πρωτοφαῆ γενετῆρα, θεοῦ θεὸν αὐτογένεθλον.

Et deinde addit, Ἔνθεν ὀλεθροτόκων αἱρέσεων ἤμβλυνε φρένας. Quæ verba leuiter tranſpoſita dicas. ſcripſiſſe enim, Ἔνθεν ὀλεθροτόκων φρένας αἱρέσεων ἤμβλυνε. Sic in Meniæis, ſiue Menologiis Græcorum, οὗτος καὶ ἐβρόντησεν, Ὁ λόγος ἦν ἐν ἀρχῇ· ὅθεν βροντόφωνος ἐδείχθη. Et, βροντοφώνῳ σου γλώττῃ ἀναφθεγγόμενε. qui idem eſſe id, quod υἱὸς βροντῆς, crediſſe videntur: cum quæſita potius quam vera ejus ſit interpretatio. Ibidem, Σὺ υἱὸς ἐκλήθης θείας βροντῆς. quemadmodum ibidem, & παῖς βροντῆς, & βροντόπαις aliquoties Cæſario in Quæſtionibus dicitur. Inter alia, Συμφώνως δὲ τούτῳ ὁ βροντόπαις Ἰωάννης. Nam initium & cauſa vera nominis ex Marco, à quo Boanerges dicitur. Ita enim capite 3. commate 17. Καὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν τοῦ Ἰακώβου· καὶ ἐπέθηκεν αὐτοῖς ὀνόματα Βοανεργὲς, ὅ ἐστιν υἱοὶ βροντῆς. Vbi non Iohanni modo, ſed Iacobo quoque imponitur hoc nomen: vt ad ejus vix referri poſſit eloquentiam. quid de ea autem voce eruditi notent, ex eorum libris peti poſſe. Mihi autem aliud videri. Qui non dubitarem, quin quod שכינה Hebræis, quo præſentiam diuinæ majeſtatis Spirituſque illius notant, voce רעם, ſeu tonitrui, notetur. Tale eſſe illud, *in ſecreto tonitru audiui te*. Pſalmo 81. 8. id eſt, *in ſecreto majeſtatis meæ*. בסתר רעם. vbi, διὰ βροντῆς ἀποκρύφου, Symmachus habebat. Dubitationem tollere Chaldæum, qui באתר טמור בית שכינתי, *in loco abſcondito majeſtatis meæ*, expoſuit. quod, vt plurimum, cum tonitru, diuinæ majeſtatis placita ac Sacra exponeret tum Deus: quemadmodum & Legem ſuam, vt ad tubam ſua hodie decreta Reges ac magnates, vniuerſi Princeps ille tulit. Vnde & tonitru non raro, קול *vox*, nonnunquam *vox Domini*, vt Pſalmo 29, &, ſi Dei vox accedat, בת קול dicitur. quæ Prophetiæ ſpecies Hebræis erat (de qua alii non ſemel) quia cum tonitru plerunque de futuris monebantur. Sic Euangeliſtæ noſtri cap. 12. commate 28. cum dixiſſet Dominus, Πάτερ δόξασόν σου τὸ ὄνομα, venit, inquit, φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, Καὶ ἐδόξασα καὶ πάλιν δοξάσω. Helleniſtæ tonitru lingua ſua φωνὴν dicunt. Loco Exodi jam dicto, Ἐγένετο δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ γενηθέντος πρὸς ὄρθρον, καὶ ἐγένοντο φωναὶ καὶ ἀστραπαὶ καὶ νεφέλαι γνοφώδεις: neque aliter Chaldæus. In Iohanne autem ſequitur, ὁ οὖν ὄχλος ὁ ἑστὼς καὶ ἀκούσας, ἔλεγε βροντὴν γεγονέναι. Ἄλλοι ἔλεγον, Ἄγγελος αὐτῷ λελάληκεν. Vbi idem φωνὴν καὶ βροντὴν dici vides. ſed & populum de eo diſputaſſe: quia tonitru diuinæ vocis indicium ac comes. Alii ergo vocem, alii tonitru, hoc eſt קול ſiue בת קול, tonitru diuinum, ſeu, conjunctum cum oraculo diuino aut teſtimonio, dicebant. Alii vero, Angelum dicebant loqui. more tum Chaldæis vſitato, qui diuina opera miniſtris iis aſſcribebant: vt cum mortem repentinam, מלאך דמותא, *angelum mortis*, in Pſalmis dixerunt. Ita idem noſter hic Theologus, in Prophetia ſua, quam Apocalypſin dicimus, cum oraculis diuinis vocibuſque, ſemper tonitru conjungit: quod perpetuum eſt illi. vt cum ἀστραπὰς, φωνὰς, καὶ βροντὰς cap. 4. 5. conjungit. Ita cap. 6. 1. audi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

audiuiſſe ſe, *ὡς φωνὴν βροντῆς, Ἔρχου, καὶ βλέπε, tanquam vocem tonitru, prænuntiantis, Veni, & vide*, teſtatur. Et cap. 10. 3. *αἱ ἑπτὰ βρονταὶ τὴν ἑαυτῶν φωνὴν λαλεῖν, vocem ſuam ſeptem edere tonitrua*, dicuntur. quæ & poſtremæ voces & tonitrua poſtrema ſunt, quibus vltima in terris confirmata fuit Prophetia. Vnde & Iudæi Chriſtiani, qui cum viſione ac Prophetia ſemper tonitru conjungunt, ſuis objiciunt, quod cum in die expiationis à mane ad veſperam, aduentum Meſſiæ & liberationem petant, nulla tamen viſio aut vox, de aduentu ejus amplius exhibeatur: itaque amplius non expectandum, ſed veniſſe. Ex quibus patet, duos venerabiles legatos קולו, *vocis ejus*, ac diuinæ majeſtatis, Βοανεργὲς, ſeu, בני רעמא, cum Syro vt loquar, nuncupari. Sunt & alia nonnulla, quæ Euangeliſtæ huic ab antiquis tribuuntur nomina, in quibus nulla difficultas. vt cum φίλος ἐπιστήθιος in Meniæis, ex hiſtoria, vocatur: vt cum Aquila, quod notum, vt cum θεοσωέργητος ab Aretha, ex collectaneis Andreæ, vt videtur, Cæſarienſis, dicitur: vt & alia fortaſſe haud pauca, cujus generis quotidie excogitari poſſunt noua. Quæ cum attuliſſem, alter gratias modeſte ac verecunde egit: ſed & alter, qui de Patrum ſcriptis fando aliquid fortaſſe audiſſet, vix in iis quicquam hactenus legiſſet, Græcas quoque literas, quarum minime vulgarem vindicabat peritiam, vix attigiſſet, vultu, ſed grauiſſimo, non diſplicere ſibi, dixit. Ego, quanquam parum eſſe id tutum apud tales ſcirem, obſecrare tamen cœpi, ne indignum ocio ac grauitate ſua crederet, veterum Theologorum paulo quam feciſſet accuratius tractare ſcripta. quibus quid deberent noſtri, dici vix poſſe. Linguis quoque temporis nonnihil daret. Quod ſi illi integrum per alia non eſſet, de iis ſaltem bene judicaret (viris enim magnis aliquot, quos tota ſemper venerabitur poſteritas, confidenter ſatis obtrectaſſe dicebatur) qui inſtructi illis literis terrarum orbi publice prodeſſent. Neminem contemptu aliorum, ad celebritatem, niſi forte parum auſpicatam, perueniſſe. contentione, aſſidua, labore, ſcientia, ac eruditione, nec inuidia magnorum hominum, ſed æmulatione & exemplo hic opus eſſe. Nunquam adeo rediſſe res humanas, vt de eruditione ac eruditis cenſura ac judicium ſolis deferretur imperitis. Me quidem, hominem multarum rerum ſatis eſſe ignarum, & hoc qualibet occaſione profiteri: id didiciſſe tamen, fruſtra eſſe, qui Græcarum vocum aliquot cognitione inſtructus, Noui Fœderis myſteria interpretari conaretur: in Antiquo autem, ſapere eos demum, qui ad intellectum ejus, non Hebræum modo, ſed Chaldæum quoque ac Græcum, diligenter inter ſe contextum conferrent. Omnium Græcorum, doctiſſimum Origenem fuiſſe, & id Patres teſtari (de cujus aliis erroribus, ne rurſus, inquam, interuenias, non ago) Latinorum nulli Hieronymum ceſſiſſe, vtrunque autem inter Criticorum principes fuiſſe, atque ex cura iſta nobiliſſima, vel primam ſibi laudem peperiſſe conſtat. quibus quantum deberetur, nunquam defuturos qui profiterentur. Quare noli, inquam, maledicere illis, qui in Sacris illuſtrandis, operam & ſtudium, exemplo horum, conferunt ac ponunt. Sunt enim ignea, vt plurimum, ingenia, ne tu fallaris: & fuerunt inter eos hac ætate, qui non quaſdam modo, ſed & omnes prope, conjunxerunt linguas pariter aut diſciplinas. Quales noſtro tempore Scaligeros, Turnebos, & Caſaubonos ſuo merito laudare poſſum. Itaque, quod nunc in aurem ſoli dictum mallem,

nunquam vidi iniquius
Concertationem comparatam, quam hæc hodie inter vos quidem.

Vtrique enim datis operam vtrinque: alteri, vt multum ſciant, multum ſtudia eruditorum juuent: alteri, vt eruditionem ac ſcientiam, contemptu aliorum ſpecioſe vobis, vt videtur, vindicetis. qui non aliud ex eo apud iſtos quidem conſecuti hactenus, ni fallor, eſtis, niſi vt pro oblectamento

vos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

vos habeant, ac publice, cum viſum eſt, traducant. nam quos hæc mouere poſſunt, digni ſunt qui contemnantur. Mea quidem cauſa, omnes eruditi, quantum aut ingenio aut eruditione veſtrûm quiſque poteſt, ad hæc ſtudia conferte. Et, vt eſt in antiquo verſu,

Συμφέρετε πτερά τ' οἰωνοὶ, κηρόν τε μέλισσαι.

Præſtat enim hoc, quam circa profanorum ſcopulos perpetuo hærere, & fortaſſe fidei naufragium feciſſe. A nobis vero apage maleuolentiam & veros iſtos canes: qui, cum loqui poſſint, allatrare omnes malunt. Me quidem cum ſupremus iſte dies & ineuitabilis excipiet, hæc tantum comitetur fama aut ſequatur; quod cum à quibuſdam amore veritatis diſſenſerim, obtrectarim nemini. nam latratus aliorum, contemptu ſolo ſatis erit vindicaſſe. Quæ cum ſine vlla animi commotione à me dicta eſſent; alter corrugare, &, vt ille loquitur, τοξοποιεῖν τὰς ὀφρῦς cœpit. Alter ſubridere viſus eſt. Ita hunc Catonem ὀφρυανασπασίδην dimiſi.

CAP. XV.

Quædam quæ hactenus prætermiſſa ſunt in Nonno, σόλοικα, ὑποσόλοικα, ἄκυρα & ἰδιωτικὰ, notata. ἀκούεται Μεσσίας pro ἀκού. κάτω δρυὸς, ὑπὸ δρυΐ. ἐπιγράφειν τῇ βίβλῳ, περὶ τινὸς γράφειν. ἀμφὶ πέδον Κανανᾶιον. ἦσαν ἐκεῖ κείμεναι ὑδρίαι, & quam male id intellexerit Nonnus. εἶναι ἐπὶ νηῷ, ſolœciſmus. ἐπιθύνειν πέδῳ, ὑποσόλοικον. οὕτω ἐφίλατο, ὅτι ἔπορε, ſolœciſmus. Ἰουδαῖοι ἢ Σαμαρεῖται, ἀνάρμοστον. παύειν pro ἀναπαύεσθαι, & quam non recte. Ætas circa quam ſtare in ſcientia homo dicitur: eam ἡλικίαν Euangeliſtæ, περιμήκετον ἥβην Nonno dici. γραφίδες, γραφαὶ aut γραφή. χάριν τιταίνειν, λέγειν. κλισιοπηγία. κλισίας & σκηνὴν à Nonno confundi. vtriuſque differentia. Scena paſtoralis. ſucca. Dies σκηνοπηγίας Baccho ex ſententia Plutarchi conſecratæ. obſita frondibus Bacchi orgia, quæ ſub ſcena ſeruabantur. Σύκινος Διόνυσος, & vnde. præter Græcorum mentem dictus. Comicorum ac Tragicorum ſcenæ. Mos bibendi ſub ſucca. ex Oriente ad Græcos fluxiſſe: idque exemplo Regis Syriæ probatum. ἐν συκχώθ. θαλίαι, ſiue epulæ, Homero vnde dictæ: origine Chaldæam, eam vocem eſſe. σίδηρος θεσμοφόρος, nec recte ita ferrum, quo in circumciſione vtebantur, dici. Gladioli ſaxei, quibus in circumciſione olim vtebantur Iudæi. ii cum Ioſua, ex ſententia τῶν ἑβδομήκοντα, ſepulti. Mirum Nonni de ætate circumciſionis ἄκυρον. φῶς. ἄρσεν. ἀνήρ. καλαυγάζειν, & quam perperam eo vſus ſit Nonnus. οὐ μὲν ἀνέγνων, pro οὐκ οἶδα. ποιμαίνειν pro βόσκεσθαι. ἔχειν ἀληθῶ. στείχειν χθόνα, ſolœcum. σκεδάζειν & διασκορπίζειν. περῆσαι εἰς ἑορτήν. πῆχυς βωμὸν ἀνάπτειν, pro ἀνάπτεσθαι. ἀνάπτειν & ἀνάπτεσθαι. παλάμης ἀγκών. ἀγκὼν brachii pars, non manus. κύβιτον. κυβιτίζειν. βραχίων pro robore in loco Geneſeos Hebræis, quo deceptum videri Nonnum. Deficientis Græciſmi idiotiſmus οὐ χάριν εἶπε. μεγάλον, pro μέγαν. μεγάλε Ζεῦ. μέγας δεξιερὸς, inepte dictum. ἀμείβεσθαι μύθοις ἀμείβεσθαι. Πιλάτος ἐξήλασεν αὐλῆς, ἀνελληνίστως dictum. κυκλοῦν στέφανον κεφαλῇ, pro κυκλοῦν κεφαλὴν στεφάνῳ. Quæ S. Iohanni μεγάλη ἡμέρα dicitur, male ἀθέσφατον Nonno dici. Dominum perperam & ἀκύρως, poſt triumphum de morte, φύζηλιν dictum. φύζηλις quid Græce. δαίνυσθαι ὑπὸ κύκλα τραπέζης, pro ἐπὶ τραπέζῃ. Syllabarum quam negligens fuerit Nonnus. in Προβατικῇ, penultima producta. Τιβεριάδος ἅλμης. κόφινοι penultima producta. Διάβολος prima producta. Πιστικὴ penultima producta. κρανίου penultima producta.

AFfirmare poſſum, cum ad hoc ſcribendi genus animum appelleremus, ſine vlla aut ambitione aut oſtentationis ſtudio, tria nobis præ cæteris propoſita fuiſſe. Partim vt, quæ ad interpretationem maximi Sanctiſſimique autoris & res Sacras ſpectant, notaremus. Partim, vt, in quibus,

quibus, quantumque ab antiquitate illa, terſa, pura, ac venuſta, in qua præcipue Homerus regnat, Sophiſtarum ingenia abierint, oſtenderemus: tum & quantum juuentuti nocuerint, qui dum linguæ profitentur Græcæ peritiam, & in hos autores ſcribunt, ea quæ perperam dicuntur, neque inducunt neque indicant: (vt quæ proba ac recepta ſunt, juuentus ſequatur: cætera cum cura fugiat, & tanquam ſcopulos in pleno mari vitet:) quin & vbi de formando juuentutis agitur judicio, tanquam bonæ notæ cæteris accenſent. Quare alia nonnulla, prout ſingula in mentem nobis venient, capitum, quantum poteſt, ac commatum ratione habita, inprimis, barbariſmos ac ſolœcos, eoſque potiſſimum quos ſupra prætermiſimus, in hoc caput obiter conjiciemus. vt qui per ſe ſapere non didicerunt, moniti à nobis, iſta cæteraque, in ejuſmodi ſcriptoribus obſeruent: ſed & in vocabulariis, à cæteris diſtinguant, ac ſic juuentutis diligentiæ, inprimis autem imitationi, quæ pars magna eruditionis eſt, hac ratione conſulant. qui enim ſponte ſua iſta vel non videt vel non capit, proximum eſt, vt monentibus & credere & parere diſcat. Qualia non pauca, etiam in Dionyſiacis, notari poſſunt. quæ, tanquam opes aut theſauros Græciæ, à cæteris ſcriptoribus non vſurpatos, qui, quid Græcum, quid Sophiſticum ſit, quid corruptum, non intelligunt, referre ſolent. quemadmodum præclare, eximium harum quoque literarum ornamentum, V.C. Petrus Cunæus oſtendit, vt enim recte ex Heſiodo Philoſophus,

Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ·
Ἐσθλὸς δ᾽ αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.

nam de cæteris, vt idem recte addit, deſperandum eſt. Quod Euangeliſta primo capite com. 15. dixit, Ἰωάννης μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ, hoc noſter

Ἁγνὸς Ἰωάννης πιστώσατο μάρτυρα φωνήν,

dixit. nec Græce nec recte. Non enim vocis vim qua vtebatur intellexit. Chryſoſtomus ſane & alii qui pure loquuntur, Ἰωάννης τὴν τοῦ λόγου ἐπιφάνειαν καὶ τὴν περὶ αὐτοῦ ἀλήθειαν τῇ αὐτοῦ μαρτυρίᾳ ἐπιστώσατο, dicunt: cum noſter, πιστοῦν τὴν μαρτυρίαν, idem quod μαρτυρεῖν, eſſe velit. quo nihil magis ἀνελλήνιστον. Sed fortaſſe aliquid de hoc jam ante. quare deſino. Quod Euangeliſta capite eodem comm. 42. dixit, Εὑρήκαμεν τὸν Μεσσίαν, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, ὁ Χριστὸς, noſter ita extulit,

Μεσσίαν σοφὸν εὕρομεν, ὃς θεὸς ἀνὴρ
Χριστὸς Ἰουδαίοισιν ἀκούεται Ἑλλάδι φωνῇ.

Vbi ſaltem ἀκούει dixiſſet. Εὑρήκαμεν Μεσσίαν, ὃς ἀκούει Χριστός. qui Chriſtus eſt Græcis, ſiue dicitur. Ἀκούει quippe hoc loco, quod Seuerus Theologus ad Eſaiam, ὃ εἰς Ἑλλάδα γλῶσσαν μεταλαμβανόμενον λέγεται. vulgo, ὃ μεθερμηνευόμενον Ἕλλησι, Χριστός ἐστιν, ſiue, λέγεται, dicas. Sane ſi quis ἀκούεται ἐσθλὸς Græce dicat, vel ἀκούεται Χριστὸς, Grammaticorum notam, niſi prorſus Græce ignoramus, nunquam euadat. Neque ſemel tamen ita loquitur. vt cum capite 8. com. 20.

Γαζοφύλαξ ὅθι χῶρος ἀκούεται,

dixit: vt alios omittam locos. Sed intricatiſſimus eſt totus locus, Χριστὸς Ἰουδαίοισιν ἀκούεται Ἑλλάδι φωνῇ. Nam quomodo à Iudæis ita dici ait, cum τὸ μεθερμηνευόμενον ponit, quod non Hebræum eſt ſed Græcum? Quaſi dicas, *Qui Iudæis Chriſtus, voce Græca, dicitur.* abſurde haud dubio. Nihil minus eſt quam Græcum quod eodem capite ad comma 46. legitur,

Εὗρεν ὑποπετάλοιο κάτω δρυὸς,

cum ὑπὸ δρυῒ vellet. quod ad idiotiſmos, propter Hebræorum תחת, quo ſic vtuntur illi, commode referri poteſt. Sed & quod commate eodem ſequitur, nihil minus quam Græcum. Euangeliſta enim, Ὃν ἔγραψε Μωσῆς ἐν τῷ νόμῳ καὶ οἱ προφῆται εὑρήκαμεν, Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ Ἰωσὴφ, cum dixiſſet; noſter,

ὃν σοφὸς ἀνὴρ
Μωσῆς ἀρχιγένεθλος ἐπέγραφε θεσπεσίῃ βίβλῳ
Εὑρόμενος.

Quaſi ἐπιγράφειν τὸν Μεσσίαν τῇ βίβλῳ, idem eſſet, quod γράφειν περὶ τοῦ Μεσσίου. cum ἐπιγράφειν τὸν Μεσσίαν vulgo is dici ſoleat, qui de Meſſia, & cum hac inſcriptione, librum edit. Neque Græcum eſt, quod eodem commate habes,

ὁσίοιο βοώμενον υἱὸν Ἰωσήφ.

quomodo alibi non ſemel loquitur. vt cum cap. 21. comm. 1.

Πέτρος ἔην, ὁ πρόσθε βοώμενος οὔνομα Σίμων.

Nec βοώμενος enim Græcis ὁ καλούμενος, quod prorſus ridiculum eſt, ſed qui περιβόητος vel πολυθρύλλητος ab illis dicitur: qui celebris ac notus eſt. Et ita, De vanitate vitæ Gregorius Theologus:

ἐνὶ πολίεσσι μέγιστος
Πανδήμοις στομάτεσσι βοώμενος.

Euangeliſta, Ὅτι γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, cap. 2. com. 1. hoc eſt, nuptias in ipſa vrbe, quam in Galilæa ponit, celebratas fuiſſe ait. Quas noſter ἀμφὶ πέδον Καναναῖον celebratas vult. quaſi non in vrbe, ſed in ditione, aut circa agrum Cananæum, aut in parte ejus, non in vrbe, id factum eſſet. quis autem, ἀμφὶ πέδον Καναναῖον, dicat, qui in vrbe Cana factum id ſignificare velit? Eodem cap. 2. comm. 6. ἦσαν δὲ ἐκεῖ ὑδρίαι λίθιναι ἓξ κείμεναι κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων, Euangeliſta inquit. quo, hydrias ſex lauacro Iudæorum deſtinatas fuiſſe ibi ſignificat. nam τὸ κεῖσθαι ita vulgo vſurpari, nemo neſcit, niſi qui ſcribere aut loqui Græce neſcit. Noſter ita hoc expreſſit, quaſi jacuiſſent, aut muro ruinoſæ vel confractæ incubuiſſent hydriæ. Qui,

ἀμοιβαίῳ δ' ἐπὶ τοίχῳ
Κεκλιμένοι στοιχηδὸν ὁμόζυγες ἀμφιφορῆες
Ἓξ ἔσαν, τρία μέτρα κεχανδότες.

ac ſi idem eſſet, κεῖσθαι εἰς τι, & εἶναι κεκλιμένον ἐπὶ τοίχῳ. Si quis certe εἶναι ἐπὶ νηῷ, diceret, idemque id, quod ἐν τῷ νηῷ, hoc eſt, *in templo eſſe*, vellet, bona fide ſolœciſmum committi crederem. Neque ſententiam nunc muto: quanuis noſter cap. 2. ad comm. 23.

θεοδμήτῳ δ' ἐπὶ νηῷ
Ἄρχις ἔην, καὶ ἔεθλα διέστιχεν Ἱεροσολύμων.

dixit. Nam qui παρὰ τῷ νηῷ exponat, laterem lauet. neque quiſquam neſcit, Dominum in templo feciſſe quod in eo reprehendunt Iudæi. Dauid ἐπὶ οἴκου, aut potius οἴκῳ, erat, cum Bathſebam vidit: in tecto enim verſabantur Iudæi. Ἐπὶ ναοῦ erat Dominus, cum ἐπὶ ναοῦ πτερύγιον tranſlatus à Diabolo fuit. idem ἐν τῷ ναῷ erat, cum ex eo collybiſtas ejecit: de quo Euangeliſta egit; Nonnus hic loquitur. Et quæ cauſa fuit, quare noſter, pro eo, quod Euangeliſta ἦν ἐν Ἱεροσολύμοις dixit, ἦν ἐπὶ νηῷ diceret? Recte, tanquam ſolœciſmum, imo, vt ipſe loquitur, ineptiſſimum, notauit magnus Scaliger, quod eo capite ad comma 12. legitur,

Οὐ μὲν ἄναξ δήθυνε πέδον Καναναῖον ἀκούων.

cum ellipſis locum hic non habeat. Nam quis δηθύνειν Ἑλλάδα, pro eo quod eſt, *in Græcia morari aut cunctari*, dicat? Quanto aliter Rex Poëtarum!

Οὐδὲ Πάρις δήθυνεν ἐν ὑψηλοῖσι δόμοισι.

qui quater, nunquam ita vſus, eſt hac voce. Nam δηθύνειν, idem quod ἐγχρονίζειν, vt à Grammaticis exponitur. ita quidem, vt quod δηθύνειν ἐν πέδῳ, dicitur, ἐγχρονίζειν πέδῳ Græci dicant. Quid quod nec à Tragicis nonnulla vſurpari intellexit, quibus grauitatem, τὰ σολοικοφανῆ, τὰ ὑποσόλοικα, τὰ σόλοικα, τὰ ἀνάρμοστα καὶ ἀνακόλουθα conciliant, quæ à reliquis vitari ſapienter ſolere, ſupra notauimus? Quæ nuſquam, ac ne ſtructuras quidam vitioſas, vt jam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

vt jam ſupra notauimus, vitauit. Vt cum capite 3. comm. 16. Οὕτω θεὸς ἐφίλατο τὸν κόσμον, ὅτι ἔπορε τὸν υἱὸν, dixit. de quo vide quæ ſupra. Capite quarto ad comma 9, non dixit quod voluit, minus autem vt debuit, cum pro illo Euangeliſtæ, οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις, illa repoſuit,

Οὐ γὰρ Ἰουδαῖοι μιγάδες ξυνήονι θεσμῷ
Ἐς βίον ἀλλήλοισιν ὁμίλεον, ἢ Σαμαρεῖται.

Quis enim, οὐ γὰρ Ἰουδαῖοι ἢ Σαμαρεῖται ὡμίλουν ἀλλήλοις dicat, cum velit, οὐ γὰρ Ἰουδαῖοι καὶ Σαμαρεῖται ἀλλήλοις ὡμίλουν? quod & Scaliger notauerat. Critici enim qui ex aliis id excuſant Nonni locis, nihil agunt. Capite eodem, comm. 40. cum dixit,

καὶ παῦσεν ἄναξ παρὰ γείτονι πηγῇ,
Καὶ ταχὺς εἰς πόλιν ἦλθεν,

hoc voluit, καὶ παύσας παρὰ πηγῇ, μετέπειτα ἐς πόλιν ἦλθε. Verum ineptiſſime. Quippe, vt cætera omittam, quis παύειν pro ἀναπαύεσθαι dicat? Comicorum enim παῦε longe aliud. Itaque, ἐπαύσατο τοῦ πορεύεσθαι, vel πορευόμενος, dicam: παύειν παρὰ πηγῇ, pro ἀναπαύεσθαι, non dicam: circa principia enim hæret, hoc qui ignorat. Quod cum neſcio qui Critici (non enim Poëtæ dicam) viderent, πᾶσι ſubſtituerunt. qui, καὶ πᾶσιν ἄναξ παρὰ γείτονι πηγῇ. Et cum nihil minus locum ex hac emendatione quam integrum judicarent, verſum de ſuo addiderunt. Iſtum nempe:

Ἀρχομένοισι καὶ εὐχομένοις ἐπένευσε δέησιν.

Adeo libenter poëſin nobis oſtentabant ſuam, quibus nouum erat, Nonnum Græce non loqui. de quo ne tirones quidem dubitare debent. Et ne dubitent, illorum intereſſe exiſtimamus. verſu interim, quem de ſuo largiti nobis iſti ſunt, carere hic quenuis poſſe, res ipſa docet. Iam autem quomodo, quod capite 5. commate 39. legitur, ſcripta Sacra γραφίδας dixit?

ἐνὶ γραφίδεσσι γὰρ κεῖναι
Μαρτυρίην βοόωσιν ἐμὴν ὑποφήτορι μύθῳ.

vt & capite eodem comm. 45.

Ὑμέας ἐν γραφίδεσσι κατήγορος ἄλλος ἐλέγχει.

Quod tale eſt, ac ſiquis Romanorum ſcripta, in quibus ſtylis aut graphiis ſolebant vti, graphia vocare audeat. nam quid Helleniſtæ voluerint, cum vitulum, quem Aharon fecit, ἐν γραφίδι factum dicunt, ne ipſe quidem forte noſter intellexit, nec hic locum habet. Idiotiſmus eſt, à Græca lingua alienus, cum cap. 6. com. 11. quod vulgo *gratias agere* dicimus, χάριν τελεῖν dixit.

αἰεὶ ζώοντι χάριν γενετῆρι τελείων.

quod Græci χάριν λέγειν dicerent. Sed quia eos, qui gratias agunt aut precantur, χεῖρας τελεῖν, vt exiſtimo, legerat, pro eo χάριν τελεῖν dixit. quanquam aliud intelligat Euangeliſta: de quo ſupra, ni fallor. Quale autem eſt, quod, cum capite ſeptimo, commate ſecundo, ab Euangeliſta dicitur, Ἦν δὲ ἐγγὺς ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων ἡ σκηνοπηγία, (feſtum tabernaculorum, nempe, quod ſic eleganter Helleniſtæ dixerunt,) πηγνυμέναις κλισίῃσιν ἐπώνυμον vocauit. quod ſi verum eſſet, ipſum feſtum κλισιοπηγία dicendum fuiſſet. Quanquam autem κλισίαν interdum σκηνὴν exponant Grammatici, non ideo tamen ſequitur, omnem σκηνὴν, præſertim autem eam, vnde σκηνοπηγία dicta eſt, κλισίαν eſſe. Scenæ enim paſtoralis, quæ origine vox Chaldæorum eſt, Geneſeos 4. ỹſ. 20. mentio. qualem primo vſurpaſſe Iabel dicitur: qui pater habitantium ἐν σκηναῖς vocatur. vbi prudenter Helleniſtæ, ἐν σκηναῖς κτηνοτρόφων, reddiderunt: cum in Chaldæo vocis Græcæ veſtigia expreſſa ſint. At hujuſmodi ſcenæ Deuteron. 16. 16. & alibi fit mentio. vbi tamen סכת, & hoc feſtum habes. Talis enim ſcena סכה illis, *ſucca*, non שכינא, *ſchecina*, aut ſi ſcheua non exprimas, *ſchina* dicitur. *Succa* enim, quæ ex frondibus illarum arborum, quas peculiariter Hebræi deſcribunt, fieri ſolebat, vt jam nemo neſcit.

Plutarchus eas ex palmitibus & hedera contextas vult. Quia, ex ſententia illius, dies illi à Iudæis Baccho conſecrati erant. Sub ſucca enim, hoc eſt, ſcena ex ramis contexta, etiam apud Græcos Deus ille celebrari ſolitus: quemadmodum & orgia illius ſub ſucca ſeruari. Vnde illud Flacci

non ego te candide Baſſareu
Inuitum quatiam: nec variis obſita frondibus
Sub dium rapiam.

At Græci, qui omnia peregrina, ex Oriente præſertim, ad ſe tranſtulerant, & originem eorum ignorabant, inprimis autem Bacchi feſta à Cadmo acceperant, Bacchum, quem ſub ſucca celebrabant, cum vocem ipſam non intelligerent, ex ficu formarunt: qui hinc Σύκινον Διόνυσον finxerunt. Qua de re videndus eſt Herodotus & alii. nos autem, breui, volente Deo, plura alibi dicemus. Putarunt ergo, ἀπὸ συκῆς ita dictum, qui à ſucca haud dubio ſic dictus eſt. cum, vt omnia ridicula imitatus eſt diabolus, ad modum *chag haſſuccoth*, hoc eſt, τῆς σκηνοπηγίας, ſub ſcena coleretur ille. Vnde Comicorum ac Tragicorum ſcenæ: quæ ex frondibus initio, in gratiam illius Dei, contextæ ſunt. Quid enim aliud quam *ſuccoth* ingenioſus poëta ignarus deſcripſit, cum in libris De arte amandi dixit,

Illic quas tulerant nemoroſa palatia, frondes
Simpliciter poſitæ, ſcena ſine arte fuit.

Adde quod mos ac conſuetudo bibendi *ſub ſucca*, ſiue ὑπὸ σκηναῖς, ex Syria & Oriente, primum ad Græcos, vt cætera, defluxit. Exemplo ſit Rex Syriæ, Benhadat, qui, primo Regum, capite vigeſimo, *ſub ſuccoth*, ab Hebræo, inebriari dicitur. quod vno loco ἐν σκηναῖς, vno ἐν συκχὼθ ab Helleniſtis dicitur. Πίνων ἦν αὐτὸς καὶ πάντες οἱ βασιλεῖς οἱ μετ' αὐτοῦ ἐν σκηναῖς. Ἄδερ πίνων καὶ μεθύων ἐν συκκὼθ, αὐτὸς καὶ οἱ βασιλεῖς. &c. Ac deinde, καὶ ὑμᾶς Homerus, qui Syris plurima ac Chaldæis, etiam quod ad voces, debet, θαλίας ſuas hinc deduxerit. Feſtum quippe tabernaculorum חגא דמטליא ἑορτὴ τῶν θαλιῶν ab illis dicitur. Et ipſe Benhadat במטליא ὑπὸ θαλίαις, *ſub vmbraculis*, potare dicitur. טלל enim *tegere*, טולא Chaldæis *vmbra*. Ineptum eſt ac Græce erudito indignum quod cap. 7. ad com. 22. ferrum, quo vtebantur qui circumcidebant, θεσμοφόρον dixit.

οὐ χάριν ὑμῖν
Μωσῆς θεσμοφόροιο τομὴν παρέδωκε σιδήρου.

cum Deus ipſe, vt circumciſionis autor, θεσμοφόρος; ferrum, quo in circumciſione vtebantur, τοῦ θεσμοῦ eſſet. Ac ne ſemper quidem ferrum. cum gladiolis olim ſaxeis, vt ex hiſtoria Sephoræ & Ioſuæ notum eſt, vterentur. Adeo vt Græci interpretes Ioſuæ cap. 21. 42. μαχαίρας πετρίνας, eos dicant: & ejuſdem libri cap. 1. 24. 30. cum Ioſua ſepultos velint. de quo magnus Maſius videndus eſt. Sed quam multa ſunt, quæ concoquere non poſſumus! Ibidem dicitur,

καὶ ἀρχεγόνῳ τινὶ θεσμῷ
Ἑβδομάτης ὅτε φέγγος ἐθήμονος ἔρχεται ἠοῦς,
Ἀρτιγενῆ λοχίῳ περιτέμνετε φῶτα σιδήρῳ.

Quid enim magis ridiculum? Ait, περιτέμνετε φῶτα, hoc eſt, ἄνδρα. quod eſt, juſtæ ætatis virum: & eundem tamen ἀρτιγενῆ, hoc eſt, recens natum vocat. Omitto, quod de circumciſione eorum agat qui diem vitæ ſeptimum explerant. de qua circumciſione Dominus hic loquitur. Et hinc argumenti vis ac pondus. quod & ipſe non minus expreſſit. Et tamen φῶτα ait, quaſi idem eſſet ἄρσεν & ἀνήρ: cum alterum ſit ſexus, alterum ætatis jam perfectæ. Caute igitur Euangeliſta, καὶ ἐν σαββάτῳ περιτέμνετε τὸν ἄνθρωπον. Pro quo ſi puerum dixiſſet, ferri poſſet. nam vt vir ſit, qui ſeptimum expleuit diem, & vt vir ſit, quem ipſe ἀρτιγενῆ, hoc eſt, recens natum, vocat, cui perſuadebit?

cum

cum φῶτα Grammatici, & alii, eum eſſe notent, qui ætate plena, in foro, & alibi, vitæ munia exequitur. quamuis de origine nugentur. Quod & loquendi vſus docet. Solœciſmum, nullo colore nulla oratoria arte excuſandum, commiſit, cum cap. 8. ad comm. 12. dixit,

ὃς δέ μοι ἀνὴρ
Πιστὸν ὁμαρτήσειεν ἔχων νόον, οὔποτε βαίνει
Ποσσὶν ἀλωομένοις σκιοειδέα κῶνον ὁμίχλης·
Ἀλλὰ καταυγάζοιεν, ἔχων ὁμόφοιτον ἐν αὐτῷ
Ζωῆς ἀπλανέος φάος ἔμπεδον.

Vt non ſine cauſa ſummæ indignationis notam, in codice viri doctiſſimi Gerardi Voſſii, magnus Scaliger aſſcripſerit. Quis enim ita tiro in Græciſmo eſt, vt, καταυγάζειν, idem eſſe quod φωτίζειν neſciat? Heſychius, Καταυγάσας, φωτίσας. Quare quod Euangeliſta, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς; ſupra fidem inepte, ἀλλὰ καταυγάζοιεν dixit. quod eſt, *alterum illuminare.* ſed & tranſit: cum nihil tale in mente habuerit Euangeliſta, nihil tale à Græcis dici poſſit. Pædagogiſmus eſt figura, omnibus κακοζήλοις, inprimis autem quibuſdam qui Græcos hodie verſus moliuntur, communis. qui aliquid ſe dicere arbitrantur, cum aut nihil aut aliud, decepti exemplo aut genio, dicant: quæ æternitatis ac ſcriptorum condimenta ſunt. Cujus generis quam multa hoc tempore notauimus! Exempla in hoc nuſquam deſunt. Vt cum capite 8. commate 40. dixit,

Ἀβραὰμ οὐ κάμε τοῦτο θεουδές.

Quod Euangeliſta ſimpliciter dixit, τοῦτο Ἀβραὰμ οὐκ ἐποίησε. Atqui idem cum Antipater Poëta vſurpauit,

Τοίους Πραξιτέλης κάμε δαίμονας,

& alius,

Χείρ με Πολυκλείτου Θασίη κάμε,

appoſite dici judicamus. vterque enim vſum vocis intellexit: qua ridicule, & plane ἀνελληνίστως, hic abuſus eſt. Vt in omni re ſuus modus, ſua tempeſtiuitas, ita in homine eſt ætas, quam, *conſtantem*, Cicero, *ſtatam* Latini nonnunquam dicunt. ad quam cum peruênit homo, *diſcernere*, vt Rabbini, inter alios Kimchius alibi notat, *bonum* incipit *à malo.* Quam ætatem, ἡλικίαν Euangeliſta dixit: quam intelligit cum capite 9. comm. 23. διὰ τοῦτο οἱ γονεῖς αὐτοῦ εἶπον, ὅτι ἡλικίαν ἔχει, αὐτὸν ἐρωτήσατε, dixit. Quam ætatem, inepte prorſus καὶ ἀκύρως, περιμήκετον, quaſi prælongam Latine dicas, nuncupauit. quo quantitatem continuam aut longitudinem, exprimunt Poëtæ. Ita vero ibi,

Ἄρτια μέτρα φέρουσαν ἔχει περιμήκετον ἥβην.

Primo autem, quomodo de ætate? tum de ea cui μέτρον aſſignat? cum exceſſum vox ea notet. Solœciſmus eſt cum dixit, οὐ μὲν ἀνέγνων, cum vellet, οὐκ οἶδα. Itaque cum Euangeliſta cap. 9. comm. 25. εἰ ἁμαρτωλός ἐστιν, οὐκ οἶδα, dixiſſet, pro eo

οὐ μὲν ἀνέγνων,
Εἰ πέλεν οὗτος ἀλιτρὸς ἐτήτυμον.

noſter dixit. Aliud eſt βόσκεσθαι, quod eſt gregis, aliud ποιμαίνειν, quod eſt paſtoris. Et tamen noſter cap. 10. comm. 3. dicere auſus eſt,

παρὰ προθύροισι δὲ ποιμὴν
Πώεα ποιμαίνειν προκαλίζεται.

quod eſt σολοικίζειν. Nam Euangeliſta, καὶ τὰ ἴδια πρόβατα καλεῖ κατ' ὄνομα, καὶ ἐξάγει αὐτὰ, dixit. quod eſt, ὁ ποιμὴν εἰς τὸ νέμεσθαι καὶ βόσκεσθαι τὴν ἀγέλην ἐξάγει. Ipſe ergo paſtor ποιμαίνει gregem: non autem gregem ἐς τὸ ποιμαίνειν educit: quod ſibi ſeruat. quæ excuſationem vix admittunt. Sed & ineptum eſt illud ἄκυρον quod capite 10. comm. 18. legitur. Nam quod Euangeliſta dixit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ἐξουσίαν ἔχειν, poteſtatem aliquid agendi habere, hoc noſter ἔχειν ἀλκὴν dixit. Quod non magis Græcum eſt quam Hiſpanicum aut aliud quodcunque. Ἐξουσίαν, inquit de anima ſua Dominus, ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. Ille autem,

οὐδέ τις αὐτὴν
Θεσμὸς ἀφαιρεῖταί με γενέθλιος, οὐ χρόνος ἕρπων
Πανδαμάτωρ, ἀδάμαστος, ἢ ἐμπεδόμηλις ἀνάγκη·
Ἀλλά μιν αὐτοκέλευστος ἑκὼν ἐθέλουσαν ὀπίσσω,
Ὄφρα λάβω μετὰ βαιὸν, ἔχων αὐτάγρετον ἀλκήν.

Sed quia δύναμις & ἐξουσία, idem nonnunquam valent, ἀλκὴν idem eſſe voluit quod ἐξουσίαν. cum aliud ſit ἰσχὺς, quod eſt ἀλκή: aliud δύναμις, quod nonnunquam idem quod ἐξουσία. Qui mediocriter Græce ſciunt, non ignorant, quædam eſſe verba, quæ non tranſeunt ſed manent, ideoque ſtare ab Hebræis dicuntur. cujus generis eſt στείχειν. Et tamen noſter στείχειν χθόνα dixit: vt ſi Latine *terram ire aut incedere*, eum dicas, qui in terra incedit. Tale eſt illud cap. 11. ad 44. comma, vbi de Lazaro,

Στείχων αὐτοκέλευθος ὁμοπλεκέι χθόνα ταρσῷ.

Et capite primo comm. 36.

Χερσὸν ἰδὼν στείχοντα βαθεῖαν χθόνα πεζὸν ὁδίτην.

quod non ſine cauſa obeliſco in margine à Scaligero notatum erat. quanquam non ſemel alibi ſic loquitur. Neque magis placet ſane quod capite 11. com. 52. cum apud Euangeliſtam legiſſet, ἀλλ' ἵνα τέκνα θεοῦ διεσκορπισμένα συναγάγῃ εἰς ἕν, dicere auſus eſt,

ἀλλ' ἵνα τέκνα θεοῦ κεκεδασμένα κόσμῳ
Εἰς ἓν ἀολλίσσειεν.

quaſi idem ſit σκεδάζειν, quod de fugato hoſte vſurpatur, & διασκορπίζειν, quod de filiis Dei, qui in omnes terræ partes diſperſi ac diuiſi fuerunt. Quod ita Scaligero diſplicuit, vt in margine notam indignantis animi apponeret: quam autoris cauſa omitto. Exemplo rem illuſtremus. Ait Epiphanius, cum de Eſſenis agit, Iudæos in Iudææ ac Samariæ terminis διεσπαρμένους vixiſſe: ſimul tamen Hieroſolymam ad celebranda feſta conueniſſe. Hic ſi quis, ἐσκεδασμένους vixiſſe, dicat, nihil ſane dicat, neque Græce loquatur. Ineptum quoque quod περῆσαι ἐς ἑορτὴν dixit, cum ἐλθεῖν inueniſſet. Τί δοκεῖ ὑμῖν, inquit capite eodem, comm. 56. Euangeliſta, ὅτι οὐ μὴ ἔλθῃ εἰς τὴν ἑορτήν; Pro quo noſter,

ὅττι περῆσαι
Οὐ δύναται βροτὸς οὗτος ἐς ἀργυχόρευτον ἑορτήν;

Quæ cacozelia Homerica eſt: apud quem πύλας ἀΐδαο περῆσαι legerat. Nam de Tragicis alia res eſt: qui multis vocibus vtuntur, quibus Epico Poëtæ abſtinendum eſt. Et quis negabit ſolœciſmum in eo loco commiſſum? cum capite 13. commate 1. dixit

Καὶ ναέταις πρὶν Πάσχα μολεῖν, πρὶν βωμὸν ἀνάψαι.

cum ἀνάπτεσθαι vellet. Longe enim aliud ἀνάπτειν. quod vel pueri non ignorant, vel ſaltem ignorare non debent. Ara ſane ἀνάπτεται: ſacerdos ἀνάπτει. Quod Antipater non ignorauit, cum de tæda dixit

ἣν δέ μ' ἀνάψας
Εὔξηται, λάμψω φέγγος ἀκουσίθεον.

Et quid ſibi voluit cum capite eodem comm. 12.

Καὶ παλάμης ἀγκῶνα παλινδίνητον ἐρείσας,
Ἀκρόπολον περὶ κύκλον ὁμοστόργοιο τραπέζης,

dixit? nos enim, παλάμην manus, ἀγκῶνα brachii partem eſſe putabamus. Quis autem dicat *femur pedis*, aut *crus plantæ*? Ἀγκὼν enim, quem κύβιτον & Hippocrates & Latini dicunt. Et Galenus, κύβιτον, τὸ ὠλέκρανον, ὅπερ καὶ ἀγκών.

vnde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

vnde κυβιτίζειν Epicharmo, τῷ ἀγκῶνι παίειν, vt Grammatici obſeruant. Puto autem, aliquo, vt ſolet, Helleniſta interprete abuſum, qui Geneſeos penultimo, in loco illo, *roborauerunt que ſeſe brachia manuum ejus*, βραχίονας χειρῶν αὐτοῦ reddiderat. pro quo hodie, τὰ νεῦρα βραχιόνων χειρῶν, habemus. quaſi nouum eſſet, brachium, pro robore & poteſtate, Hebræis poni. Et an non ſupra illud Eſaiæ legerat, Καὶ ὁ βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; Capite eodem, comm. 24. cum Euangeliſta dixit, Νεύει οὖν Σίμων Πέτρος πυθέσθαι, τίς ἂν εἴη περὶ οὗ λέγει, pro eo noſter dixit,

Τίς πέλεν οὗ χάριν εἶπε.

qui deficientis linguæ idiotiſmus videtur. Sic capite 3. comm. 12.

ἀπλανέων δὲ
Εἴ τινα μῦθον ἔειπον ἐπιχθονίων χάριν ἔργων,

pro ἐπιχθονίων πέρι, dixit. Ita nunc, Τίς πέλεν οὗ χάριν εἶπεν, pro περὶ οὗ εἶπεν. Ineptum eſt & ἀνακόλουθον, quod capite 15. ad comma 22. dixit,

Εἰ μὴ πατρὸς ἵκανον ἐγὼ ζωαρκέϊ πομπῇ,
Πᾶσι θεουδείης ὁδὸν ἔννεπον, οὐκ ἂν ἐκεῖνοι
Εἶχον ἀλιτροσύνην νεμεσήμονα.

cum dicendum eſſet, εἰ μὴ ἱκάνων ἐγώ, vel εἰ μὴ ἵκανον καὶ ἔννεπον. Euangeliſta, Εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον, dixit. Quid quod μεγάλον dicere illi placuit, cum μέγαν vellet? Ita enim capite 18. comm. 22.

Τῇδ᾽ ἐνέπων μεγάλον σὺ ἀμείβεαι ἀρχιερῆα;

Forte quod μεγάλε Ζεῦ, ab Æſchylo dictum meminiſſet. quaſi non Tragicis multa liceant, quæ Epicum non decent. Nam & ego, ſi neceſſe ſit, ὦ μεγάλε Ζεῦ, non μεγάλον tamen, in epigrammate dicam. quomodo & vates Peliades, Phemonoe antiquiores, teſte Pauſania, cecinerunt,

Ζεὺς ἦν, Ζεὺς ἐστι, Ζεὺς ἔσσεται, ὦ μεγάλε Ζεῦ.

quod eſt, ὁ ὤν, ὁ ἦν, ὁ ἐρχόμενος: quomodo B. Iohannes nomen trium temporum, *Iehoua*, expreſſit. Sed & bis idem dixit. Nam qui ἀρχιερῆα dicit, μέγαν ἱερέα dicit: & qui μέγαν ἀρχιερέα, bis idem dicit. quemadmodum Hebræi, μέγαν ἱερέα, hoc eſt, כהן הגדול cum dicunt, ſatis dicunt. Neque ἀμείβεσθαί τινα, Græcis reſpondere eſt, ſed μύθοις ἀμείβεσθαι. Quare melius dixiſſet,

Τοῖσδ᾽ ἐνέπων σὺ μέγαν μοι ἀμείβεαι ἡγεμονῆα;

Quanquam enim aliud ἡγεμών, aliud ἱερεύς, tamen Iudæis hodie, Pontifex Romanus, cum de illo loquuntur, ההגמון הגדול, ἡγεμὼν μέγας, Græca voce dicitur: vt Benjamino & aliis. Et ineptiſſime ad comma ejuſdem capitis 29, cum Euangeliſta ſimpliciter dixiſſet, ἐξῆλθεν οὖν ὁ Πιλάτος πρὸς αὐτοὺς ἔξω, pro eo

Καὶ Πιλάτος ταχυεργὸς ἑῆς ἐξήλασεν αὐλῆς.

Nam ἐξήλασε dixit, quod Poëtæ, πόδας ἐξήλασε dicerent: vt Apollonius, qui

ἢ προτέρωσε ταχὺς πόδας ἤλασεν ἵππος.

quemadmodum ἀπήνην ἐλαύνειν, de curru. vt politiſſimus Periergetes,

Ἀλλὰ γὰρ ἠλάσκουσιν ὑποζεύξαντες ἀπήνην
Χώρην εἰς ἑτέρην.

quod poſitum abſolute, σολοικίζει. Sane Πιλάτος ἐξήλασε, qui Pilatum exiiſſe aut egreſſum velit, nemo Græce doctus, dicere auſit. Sed & nemo, niſi omnis ratio & ſcribendi vſus me fallit, κυκλοῦν στέφανον κεφαλῇ, ſed contra κυκλοῦν κεφαλὴν στεφάνῳ, dicat: qui de corona capiti impoſita, aut imponenda, agat. Et tamen capite ſequenti comm. 2. noſter dixit,

Στέμμα νόθον βασιλῆος ἐκυκλώσαντο καρήνῳ.

Nullum autem majus vitium ab interprete committi poteſt, quam ſi aliud ab eo quod interpretatur dicat: quemadmodum ineptum eſt, ſi aliud animo autor concipiat, aliud ſermone exprimat. Vnde ἄκυρον: in quod toties impingit noſter; vitium pudendum, ac vere ſermonis ſcabiem: ſiue ex imperitia,

ritia, ſiue ex ambitione naſcatur. Cujus nobile exemplum capite eodem, comm. 31. habes, Vbi Euangeliſta, ἦν γὰρ μεγάλη ἡμέρα ἐκείνη τοῦ σαββάτου. Quid autem ſit μεγάλη ἡμέρα, duo maxima hujus æui ingenia jam docuerunt. Vt qui μεγάλην ἡμέραν eo ſenſu dicat, & τὴν προεόρτιον & προπαρασκευὴν, ſiue προσάββατον, quia Paſcha ſimul hic & Sabbathum, complectatur. nam hæc omnia ad μεγάλην hanc ἡμέραν, quia Paſcha & Sabbathum concurrebat, requirebantur. Noſter, quia apud Homerum legerat, ἀθέσφατον interdum temporis intenſionem, (vt cum noctes longæ, quales ſunt hybernæ, ἀθέσφατοι dicuntur) interdum denotare copiam, (vt cum magna cibi copia aut vini, σῖτος & οἶνος ἀθέσφατος ab Homero dicitur) tali vſus eſt judicio, vt ἀθέσφατον ἡμέραν, idem quod μεγάλην ἡμέραν, hic exiſtimaret. Itaque pro illis, quorum jam meminimus, Euangeliſtæ verbis, illa repoſuit:

ἦν γὰρ ἐκείνη
Πᾶσιν Ἰουδαίοισιν ἀθέσφατος ἔννομος ἠώς.

quo nihil minus ad autoris mentem appoſitum ab illo dici potuit. Quis enim primum Azymorum, aut magnum Sabbathum ex eo intelligat? quis Iudæus, Græce doctus, יום טוב, aut feſtum ex eo intelligat? Quare ſaltem dixiſſet,

ἦν γὰρ ἐκεῖνο
Ἦμαρ, τὸ μέγα πᾶσιν Ἰουδαίοισι καλεῖται.

Nam ἔννομος ἠὼς, quoduis Sabbathum dici, quoduis feſtum poteſt: cum nullum Sabbathum μεγάλη ἡμέρα per ſe dicatur. Ἀθέσφατος autem longe aliud: &, vt dixi, ne de feſto quidem Græce dici poteſt. Conſtat, Dominum noſtrum, cum reſurrexit, de hoſtibus ſuis noſtriſque, de Diabolo, de doloribus crucis ac inferni, poſtremo de ipſa morte, triumphaſſe. Noſter cum Mariam Magdalenam, vt vngeret Dominum, qui in ſepulchro, vtpote poſt triumphalem reſurrectionem, non compareret, veniſſe vellet, νέκυν cum φύξηλιν, hoc eſt, fugitiuum, dixit. de quo, vt de quibuſdam aliis, inter attributa dicendum fuerat. Ita autem ille:

ἐρημαίης ἢ χαμεύνης
Ἥψατο, μαστεύουσα νέκυν φύξηλιν ἀλεῖψαι.

Quem autem Latini deſertorem ordinum in acie, Græci φύξηλιν, & quidem, vt Porphyrius volebat, παρὰ τὸ φεύγειν τὰς ἴλας, dixerunt. Vide igitur, quo judicio, Dominum, poſt omnia ludibria, mortis terrores, ac poſtremo, ipſam fortiter deuictam, φύξηλιν vocarit, quod in tumulo non compareret. Heſychius, φύξηλιν, φυγάδα, δειλὸν, φυγοπόλεμον. Et, φυξήλιδας, δειλούς. Vt omittam, non tantum iſto, ſed quo voluit, ſenſu, falſum eſſe quod dixit. Non enim venerat, vt abſentem, ſed vt præſentem vngeret. Propoſitum enim, ſiue inſtitutum, Sanctiſſimæ fœminæ, τὸ μαστεύειν indicat. quanuis nec hac voce hic vtar. Iterum ergo infert aliud quam voluit. Quanto autem melius dixiſſet!

ποθέουσα μάτην νέκυν ἔνδοθι τύμβου,
Ἤδη ἀνεγρόμενον θανάτου κρυόεντος, ἀλεῖφειν.

Quædam modum omnem & rationem excedunt. Quis enim dicat, ὑπὸ τὴν τράπεζαν δαίνυσθαι, cum velit, ἐπὶ τραπέζης δαίνυσθαι, *cibum in menſa capere*, vt ſolet fieri? Nam ſub menſa nihil tale geritur. vbi, vt eſt in Euangelio, catelli regnum obtinent. Et tamen noſter capite 21. comm. 13.

ἑοῖς δ' ἐκέλευε μαθηταῖς,
Δεῦτε πάλιν, δαίνυσθε μιῆς ὑπὸ κύκλα τραπέζης.

Cujus generis plurima, cum paſſim, tum inprimis autem priori parte, à nobis obſeruata ſint, manum abſtinebo. ſatis enim, juuentuti præiuiſſe. Sed nec temporum majorem rationem habuit in ſyllabis. in quo cum Poëtis Latinorum Chriſtianis paria nonnunquam fecit. Vt cum paſſim in Ἱροσόλυμα

mediam

mediam produxit: cùm ἱερὰ Σόλυμα, vel, ἱεροὶ Σόλυμοι, commode dici poſſit. quod tamen illi demus. Tale eſt, cap. 5. com. 2.

Ἦν δέ τις εὐποίητος ἐν ἐνύδρῳ Προβατικῇ &c.
Εὐρυτενὴς ἀσάμινθος.

Tale eſt capite ſexto comm. 1.

Ἔννεπε· καὶ μετέπειτα πέρην Τιβεριάδος ἅλμης,
Νηὶ πολυκληΐδι περῶν ἀντώπιον ὕδωρ.

Tale eſt capite eodem comm. 13.

Συμμιγέων ἔπλησε δυώδεκα κύκλα κοφίνων.

talia enim vt in peregrinis ferantur, nonnunquam exigit neceſſitas. At de voce κόφινος & Ariſtophanes & alii docere eum poterant. Græcis enim κόφινος, quod *formio* Latinis. Nobiliſſimæ Stephani Gloſſæ, *Formio*, κόφινος· παρῆκται δὲ ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ, ὡς Ἡσίοδος. Tale eſt eodem capite, commate penultimo,

Διάβολος νέος ἄλλος ἐν ὀψιγόνοισιν ἀκούων.

vbi Criticorum audire excuſationem, quam judicium illorum aut Poëtæ ſequi, malo. Tale eſt capite duodecimo comm. 3.

Πιστικῆς τρία μέτρα φαλιζομένης ἀπὸ νάρδου.

Nam peregrinam eſſe vocem, quanquam non intelligeret, non credidit, vt arbitror. vt vt ſit, Græcum in ea tempus ſeruandum fuiſſe, ne dubitandum quidem. Et capite 19. commate 17.

Φαλιζομένοιο καρήνου.

In quo accentum ſecutus videri poſſit, quod in Græcis vocibus Latinis vſitatum eſt. vt cum Prudentius

Tamen paterno in pectore
Sophia callebas prius,

&

non idola bello
Cedere compulerant,

aliaque ejuſmodi & cæteri dixerunt: niſi id in aliis negligeret. Sed jam tempus, vt cum noſtro abjungam. Cujus poſtremi verſus ita ſe habent,

Ὅσα καθ' ἓν στοιχηδὸν ἀνὴρ βροτὸς αἴκε χαράξῃ,
Βίβλους ποσαλίας νεοτευχέας· οὐδὲ καὶ αὐτὸν
Ἔλπομαι ἀγλαόμορφον ἀπείρονα κόσμον ἀεῖραι.

Quo in loco quis Græce vel mediocriter doctus concedet, ἀεῖραι βίβλους, eo ſenſu dici poſſe, quo χωρῆσαι τὰ γραφόμενα S. Iohannes dixit? Nam quod, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα, dixit, idem eſt, quod Helleniſtæ, οὐχ ἱκανὸν τὸν κόσμον τοῖς γραφομένοις, dicerent: vt Ioëlis ſecundo, τίς ἔσται ἱκανὸς αὐτῇ; quod ad verbum Syrus hic ſecutus eſt. Verum τὸ χωρῆσαι hoc ſenſu ſuo כול exprimunt Hebræi. Sed & fieri poteſt, vt vrbaniſſime ac ſuo more locum Amoſi c.7.com.10.alluſerit Euangeliſta: qui לא תוכל הארץ להכיל את כל דבריו, *non poſſet terra ejus omnia ſuſtinere verba*, dixit. quanquam ibi paulo aliud vox ea quam χωρῆσαι: vnde & ὑπενέγκαι Helleniſtæ dixerunt. Sed Iudæi, cum familiariter ad ſuos ſcribunt, ita voce Hebræa vtuntur. vt cum, קלף לא יכיל, *membrana non caperet*, hoc eſt, οὐκ ἂν χωρήσαι, puta, *amorem meum*, aut quid ſimile, dicunt. Verum Targumiſtæ, ad quos ſemper reſpicit Euangeliſta, voce כבר Amoſi loco vſi erant. quæ vox *concludere* aut *ambire* notat. Eleganter igitur χωρῆσαι dixit. quod ad intellectum aut capacitatem ejus retulit: quod νοῆσαι Theophylactus dixit. Sed quid hoc ad ἀεῖραι? aut quis intelligat, ſi Græce dicam, κόσμος τὰς βίβλους ἀείρειν οὐ δύναται, cum intelligi velim, capiendis libris parem non eſſe orbem? Cæterum quod res eſt dicam. Non dubito quin interpretibus ſit vſus, qui ad hunc locum, illum, Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι, adduxerant. quemadmodum & à Theophylacto idem locus hic

citatur. Quia igitur βαςάσαι idem eſt interdum quod ἆραι, Helleniſtice autem pro καταλαβεῖν ponitur non Græce; ἆραι & καταλαβεῖν idem eſſe Græcis voluit. in quo, vt antehac plerunque, judicio, deceptus eſt. De quo nihil inter cæteros Cyrilló, cum hunc interpretatur locum, veniſſe in mentem videtur: qui, Καὶ γὰρ τὸ καθ' ἓν εἰ γέγραπται τῶν τετελεσμένων, παραλειφθέντος οὐδενός, ἐπλήρωσεν ἂν τὴν οἰκουμένην ὁ τῶν βιβλίων ἀχώρητος ὄχλος. *Si enim ſingula quæ acta ſunt aut geſta, nullo plane prætermiſſo, perſcripta eſſent, totum terrarum orbem, librorum implere numerus poterat.* Qui & hyperbolen agnoſcit. quemadmodum nihil in Sacris vſitatius, quam vt quædam, על דרך גוזם (ita enim quæ hyperbolice dicuntur, deſignari Magiſtris ſolent) efferantur. quibus eadem, בהפלגא, *excellenter*, aut *eminenter*, efferri dicuntur. Atque ita ingens ſane, ſi ad numerum librorum referatur, hyperbole erit: quanquam, vt idem loquitur, μυρία ὅσα, & innumera quaſi, facta à Domino miracula ſatis conſtet. Quare quid χωρῆσαι hoc loco eſſet, cogitandum fuerat. de quo quæ ad Euangeliſtam notata nobis videantur. Noſtrum νεοτευχέας βίβλους cum dixit, ad ſcribendi cacoëthes, vt loquitur Satyricus, retuliſſe id exiſtimo: qui nec τεύχειν βίβλον, ſed γράφειν dicam. neque Euangeliſta τὰ τευχόμενα, ſed τὰ γραφόμενα βιβλία dixit. Quemadmodum autem opus non eſt, vt ὁ κόσμος, τοὺς τὰ κοσμικὰ φρονοῦντας, *eos qui terrena tantum ſapiunt*, denotet, quod inter cætera Theophylactus hic notauit; ita nihil obſtat, quo minus homines intelligantur: ſi præſertim τὸ χωρῆσαι recte intelligatur. Vt non opus iis eſſet attributis, quibus vti voluit hoc loco, cum ἀγλαόμορφον cum ἀτέρμονα τὸν κόσμον dixit. Quorum poſterius immane quantum hyperbolen intendit. Et quomodo non multa capiat ſi ſit ἀτέρμων? Ἀγλαόμορφος autem, quid ad libros aut ſcripta, de quibus agit? Et quid opus ita dici mundum, vt intelligatur quid non capiat mundus? Perit enim vel inprimis quod in epithetis, ſiue, vt loquitur Fabius, appoſitis, maxime ſeruandum eſſe libro Rhetoricorum tertio Criticorum princeps monet Ariſtoteles: τὸ ἁρμόττον, dico, ſiue, hoc quod cum re conuenit. quo ſublato, teſte eodem doctore, perit proportio, ſeu τὸ ἀνάλογον. Quod non ſemel factum à noſtro, vel ex iis patet quæ ſupra de appoſitis notauimus.

Et jam tempus equûm fumantia ſoluere colla.

Ac de iſtis jam ſatis. Hæc noſtra interim de Scriptore antiquo, ab omni & verborum & animi acerbitate remota ſententia. In quo alii interpretationem & res ipſas ſumma laude extulerunt: alii, dicendi genus proximum aut par Homero arbitrati ſunt. A quibus quantum abeam, ne quis in poſterum decipiatur, ſolo veritatis atque antiquitatis amore inflammatus, quà ad ſermonem, quà ad res, hactenus oſtendi: Ariſtotelem, M. Tullium, Fabium, cæteroſque maximos autores ſecutus; qui, vt, quid in verbis, partim & rebus, iis quos inſtituunt, ſequendum eſſet, candide docerent, non virtutes magis ſingulorum quam vitia notarunt. inprimis vero iſta. Vt jam Chriſtianos, ac inprimis eum, de quo & ſupra egimus, Photium omittam. quos qui ideo ſugillet aut maleuolis accenſeat, dignus ſit ſane, quem maleuolum cenſeat judicem

Κείνων ἁπάντων τῆς τ' ἀληθείης ἅμα,

quiſquis cum eruditione, & ejus cauſa, candorem pariter & veritatem profitetur.

DANIE-

DANIELIS HEINSII

ARISTARCHI SACRI,

SIVE

EXERCITATIONVM

ad Nonni Metaphraſin

PARS ALTERA.

In qua S. Iohannis Euangelium, ex collatione cum Nonno præcipue, illuſtratur.

CAPVT I.

Euangeliſta cum interpretatione Nonni confertur. Nonni locus aliter ac vulgo legitur diſtinctus. Locus negligenter à Nonno redditus. Iuliani Apoſtatæ malignitas. Euangeliſtæ in Primo capite ἀκολουθία *ab eo notata. Verba Apoſtatæ. ejus calumnia rejecta. De* ἀκολουθίᾳ *loci totius diſputatum. ea ex Euangeliſtæ mente propoſita. Diuiſa ab Euangeliſtis tempora Baptiſtæ.* ἔνδειαν τοῦ λόγου, *quæ ſupplendæ in Euangeliſta. Notæ quibus aliorum teſtimonia Magiſtri Hebræorum diſtinguunt. Pater & Spiritus,* φῶς *dicti, vt Filius.* φῶς ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, *Hebraiſmus. Nonni imprudentia. pro eo* ἔρχεσθαι ἐπὶ γαῖαν, *perperam à Nonno dictum. Aliud* ἔρχεσθαι εἰς κόσμον, *aliud* προσδέχεσθαι ἐπὶ γῆς. *vtrunque ab Helleniſtis: & quomodo Hebræis vtrunque vſurpatum.* τὸ παραλαβεῖν, *vocis Chaldææ interpretatio.* ἀποδοχὴ, ἀποδέχεσθαι. ὑπακούειν. παραλαβεῖν *de Propheta per excellentiam ſic dicto.* γεραίρειν *Nonno pro* πιστεύειν *& veteribus ſic vſurpatum. Loci ejus,* καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, *interpretatio.* σκηνοῦν *quid. Locus non recte à Nonno intellectus.* οἴκησις *Neſtorii, & peruerſus ejus vocis vſus. Loci ejus,* καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, *interpretatio.* κατασκήνωσις, *Chaldæorum ſchecina.* σκήνωσις *&* δόξα *de diuinitate conjungi.* δόξα, *ipſa diuinitas Cyrillo & aliis. multis locis id probatum. Pro nomine ineffabili, vox eadem in vſu. Aſiatici ac Europæi Iudæi ea voce quomodo vſi. Hymnus antiquus, & in eo,* ὅτι ἐδοξάσθη, περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ λόγου: *ſeu, de carne quam aſſumpſit Dei Filius. Ne Hebræis quidem de Filio ignotum hoc nomen.* Κυρίου δόξα *de Filio. Nomen majeſtatis Græcis ignotum. quam ridiculi in ea exprimenda Græci.* βασιλικὴ μεγαλοφροσύνη. ἔγκλημα ἀφοσιώσεως, *de Majeſtatis crimine. Locus Euangeliſtæ,* ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς, *male ab hæreticis exceptus.* ὡς *particula,* βεβαιώσεως *in eo loco nota. id exemplo Helleniſtarum & Hebræa confirmatum conſuetudine. De lectione quadam in contextu diſputatum.* χάρις καὶ ἀλήθεια, *diuinitatis notæ. Loci illius,* ὅτι πρῶτός μου ἦν, *interpretatio.* πρῶτος, *non tantum ordinis ſed & poteſtatis.* πρῶτός μου, *vt primas meus, aut* ἄρχων μου. *Arii interpretatio illius loci rejecta. Harmenopuli ſententia.*

REſtat ergo, vt autorem Sacrum cum Interprete nunc ordine examinemus, & ſi quid notandum ſit in eo quoque aut illuſtrandum, ſine apparatu & illecebris verborum id præſtemus. Statim ſub ipſum primi Capitis initium, legitur, CAP. I. ỷ. 1.

Καὶ λόγος αὐτοφύτοιο θεοῦ, φῶς, ἐκ φάεος φῶς·
Πατρὸς ἔην ἀμέριστος, ἀτέρμονι σύνθρονος ἕδρῃ.

Vbi nobis quidem vix eſt dubium, quin male diſtinguatur locus, & ſic ab autore fuerit conceptus:

Καὶ λόγος αὐτοφύτοιο θεοῦ φῶς, ἐκ φάεος φῶς
Πατρὸς ἔην· ἀμέριστος, ἀτέρμονι σύνθρονος ἕδρῃ.

℣. 3. Cum Euangeliſta paulo poſt ſcripſit, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονε, bene annotarunt S S. Patres, recte ab eo dici, ὅτι πάντα ἐγένετο διὰ τοῦ υἱοῦ ἃ γέγονε, non ſimpliciter πάντα, vel ἅπαντα ἅ ἐστιν, id eſt, *omnia*, vel *omnia quæ ſunt*: propter hæreticos, quibus ad Spiritum Sanctum, id referendum videbatur. qui, vt & Pater, οὐ γέγονεν, ὅτι ἦν. Gregorius Theologus De Spiritu Sancto. καὶ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνο φοβηθήσομαι, τὸ πάντα διὰ τοῦ υἱοῦ γεγονέναι λέγεσθαι, ὡς ἑνὸς τῶν πάντων ὄντος καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· πάντα γὰρ ὅσα γέγονεν, εἴρηται, οὐχ ἁπλῶς πάντα· οὐδὲ γὰρ ὁ πατήρ· οὐδὲ ὅσα μὴ γέγονε. Sed & ex Epiphanio notiſſimum, quam callide eo loco non vnus ex hæreticis abuteretur. Cujus rationem noſter non habuit, cum dixit

καὶ ἐργοπόνου δίχα μύθου
Οὐδὲν ἔφυ τόπερ ἔσκε:

℣. 8. non autem γέγονε, quemadmodum debebat. Sequitur, Οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς. Quem locum cum aliquot commatibus quæ ſubſequuntur, vt diligentius conſiderarem, impuriſſimi Iuliani Apoſtatæ malignitas effecit: qui in ea nullam eſſe ἀκολουθίαν voluit. quaſi, nunc ex ſua, nunc ex Baptiſtæ ſententia loquatur: & cum ipſe, Verbum, de quo loquitur, fuiſſe Deum, primus, vt vult, docuerit, callide Iohanni id Baptiſtæ poſtea aſſcribat: ita tamen, vt illius mentione facta, iterum ab eo dilabatur. Verba ejus apud Cyrillum, à quo refutatur, ſic leguntur: Μικρὰ δὲ εἰπὼν περὶ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ, πάλιν ἐπανάγων ἐπὶ τὸν ὑπ᾽ αὐτοῦ κηρυττόμενον λόγον· καὶ ὁ λόγος, φησί, σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· τὸ ὅπως, λέγειν αἰσχυνόμενος· οὐδαμοῦ δὲ αὐτὸν οὔτε Ἰησοῦν, οὔτε Χριστόν, ἄχρις οὗ θεὸν καὶ λόγον ἀποκαλεῖ· κλέπτων δέ, ὥσπερ ἠρέμα καὶ λάθρα τὰς ἀκοὰς ἡμῶν, Ἰωάννην, φησί, τὸν βαπτιστὴν ὑπὲρ Χριστοῦ Ἰησοῦ ταύτην ἐκθέσθαι τὴν μαρτυρίαν· ὅτι ἄρα οὗτός ἐστιν ὃν χρὴ πεπιστευκέναι θεόν. *Qui, poſtquam pauca de Iohanne dixit Baptiſta, rurſus ad eum, qui ab ipſo prædicatur, deflectens Sermonem, Et ſermo,* inquit, *caro factus eſt, habitauitque in nobis; id quomodo factum ſit, dicere non auſus. Neque vero Ieſum aut Chriſtum dicit, priuſquam Deum & Sermonem dixit. Interim occultas quaſi ac ſubdolas auribus noſtris ſtruens inſidias, Iohannem Baptiſtam, hoc de Chriſto exhibere ait teſtimonium: hunc eſſe, ſcilicet, quem credere, Deum Sermonem eſſe, oporteat.* Quæ verba, quanuis ſummam continent malignitatem, patet tamen, rationem τῆς ἀκολουθίας, vel impoſuiſſe illi, vel calumniæ illius atque improbitati, quanquam ſane immerito, occaſionem præbuiſſe. quam ne noſtros quidem ſatis perſpexiſſe reor. Quare aliquid de ea hic dicendum arbitror. Totum iſtud caput, nihil eſſe aliud quam πρόθυρον hiſtoriæ ſequentis, in quo, ſummo artificio, ex teſtimonio Baptiſtæ, cui plurimum, vt ex Ioſepho quoque patet, eo tempore Iudæi tribuebant, Dominum commendat autor, etiam nonnulli ex antiquis viderunt. Cæterum, à commate octauo, mirum eſt quam Nonnus, aliique & antiqui & noſtri, in connexione orationis fluctuarint. cujus rei cauſa, quod ellipſes ac σχήματα ἐνδείας, quæ Syrorum propria ac Hebræorum, non ſatis peruiderent. Quare haud abs re erit, ſi τὴν ἀλληλουχίαν, ſeu, connexionem, ex ſententia autoris pariter & verbis, ſic, vt ea tantum addam quæ explendæ faciunt orationi, ſemel hic proponam. Quæ quid obſtat, quo minus talis eſſe poſſit?

Οὐκ ἦν ἐκεῖνος, ἤγουν ὁ Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής, τὸ φῶς· ἀλλ᾽ ἐπέμφθη, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τούτου τοῦ φωτός· λέγων, ὅτι τοῦτο τὸ φῶς, ἦν τὸ ἀληθινὸν φῶς, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. καὶ ὅτι ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο· καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω· καὶ, ὅτι εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον. ὅσοι δὲ παρέλαβον αὐτόν, ὅτι αὐτοῖς ἐξουσίαν, τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, ἔδωκεν· ἤγουν τοῖς πιστεύουσιν εἰς

τὸ ὄνομα αὐτοῦ. οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ᾽ ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν. καὶ ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. καὶ ὅτι αὐτοὶ ἐθεασάμεθα τὴν αὐτοῦ δόξαν, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ τοῦ πατρός. Ταῦτα οὖν Ἰωάννης περὶ αὐτοῦ ἐμαρτύρησε. Μαρτυρεῖ ὁ αὐτὸς δὴ Ἰωάννης, καὶ κέκραγεν, ἤγουν ἐβόησε, λέγων· ὅτι οὗτος ἦν ὃν εἶπον, Ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν· καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος· ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη· ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ὁ μονογενὴς υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. *Non erat ille (Iohannes, ſcilicet, Baptiſta) lux illa: verum vt de luce iſta teſtaretur, miſſus fuit. Diceretque, veram fuiſſe lucem, lucem hanc, quæ omnem hominem, venientem in hunc mundum, illuſtrat. Sed & fuiſſe in mundo, mundumque per eum eſſe factum, nec nouiſſe eum tamen. Quin & in propria veniſſe, neque ſuos eum recepiſſe. quotquot autem receperunt eum, hanc prærogatiuam contuliſſe illis, Filii vt Dei ſint facti: qui in ejus, nempe, credunt nomen. Qui non ex ſanguine neque ex voluntate carnis, aut voluntate viri, ſed è Deo ſunt geniti. Tum & Verbum, carnem eſſe factum, gloriæque ac majeſtatis ſuæ tentorium fixiſſe in nobis, plenum gratia & veritate. Sed & ejus nos ſpectaſſe majeſtatem, vtpote vere vnigeniti, è Patre tanto nati. Hæc de eo igitur teſtatus eſt Iohannes. Qui & teſtatus eſt de eo clamauitque, Hic eſt de quo dixi, Poſt me qui venit, ante me factus eſt, quia prior me erat. E cujus omnes plenitudine, gratiamque pro gratia accepimus: quia Lex per Moſen data eſt, gratia & veritas per Chriſtum facta eſt. Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus filius, qui in ſinu Patris, quæ ſcienda de eo ſunt expoſuit.* Nihil enim obſtat, quominus hæc omnia, contra quam exiſtimabat ille ac nonnulli arbitrantur, non aliud quam primum Baptiſtæ contineant teſtimonium, neque Euangeliſtæ, vt exiſtimatur, ſed illius cujus ſemel meminit, ſint verba. Vt hoc teſtimonium deinde nouum, ſiue alterum, ſequatur: cui præmittantur iſta: Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ Ἰωάννου. Quæ & teſtimonii ſecundi nota. cui cætera ſubjungit. Sed ellipſes eos fefellerunt, vt dicebam. Vides ergo illuſtriſſima Baptiſtæ teſtimonia. Quæ ſi quis propterea non eſſe illius arbitretur, quia cæteri eorum nuſquam meminerunt, etiam quæ de legatione ad eum & ſecundo teſtimonio dicuntur, alii aſſcribat. Extat illuſtriſſimum τῆς θεοτόκου, extat Zachariæ illuſtriſſimum de Seruatore teſtimonium, cujus præter vnum Lucam nemo meminit. Extant apud ſingulos Euangeliſtas multa, & præcipue hunc noſtrum, quæ, excepto illo, nemo memorat. niſi quis exiſtimat, ſcire hæc vt abdita non potuiſſe eum, de quo illuſtre illud extat teſtimonium: *amplius fuiſſe quam Prophetam.* tum, autem, *inter genitos è mulieribus, majorem non fuiſſe prophetam. Qui tam magnus*, inquit B. Auguſtinus, *eſt viſus, vt putaretur Chriſtus.* idem qui, vt eleganter Maximus loquitur Taurinenſis, *ſpeciali quadam gratia, ob hoc redemptorem mundi nouiſſimus prædicauit, vt oſtenderet eum primus.* Adde quod & tempora Euangeliſtæ diuiſerunt. Sic Matthæus, quæ captiuitatem maximi Prophetæ antecedunt, obiter; Iohannes fuſe perſecutus eſt. Et hac nota διακριτικῇ vtuntur Patres. Inter cæteros Chryſoſtomus, cum inquit: Διενείμαντο τοὺς καιροὺς οἱ Εὐαγγελισταί· καὶ ὁ μὲν Ματθαῖος, τοὺς πρὶν ἢ δεθῆναι τὸν Βαπτιστὴν χρόνους ἐπιτεμὼν, ἐπείγεται πρὸς τοὺς ἑξῆς· ὁ δὴ Εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, οὐ μόνον οὐκ ἐπιτέμνει, ἀλλὰ τούτοις μάλιστα καὶ ἐνδιατρίβει. *Diuiſerunt*, inquit, *tempora Euangeliſtæ. Sic Matthæus, illud quod captiuitatem Baptiſtæ antecedit tempus, vt ad alia conferret ſe, contraxit: Euangeliſta vero Iohannes, non ſolum id non contraxit, ſed huic maxime inhæret.* Prima quæ interpretes videtur fefelliſſe ἔνδεια, in illis, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός· ἦν τὸ φῶς. hoc eſt, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτὸς, ὅτι ἦν τὸ φῶς· τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον, &c. Quod ita dictum eſt, vt illud, Ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε: id eſt, ὅτι θεοί ἐστε. quod vulgo, ἀλλ᾽ ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτὸς, λέγων, ὅτι ἦν τὸ φῶς, Helleniſtæ dicerent. Nihil vſitatius. Ac ſi, nempe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

dictum eſſet, οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς, ἀλλ' ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτὸς, ἦλθε. ſiue, ἦν ἢ μάρτυρ τοῦ φωτός. *luminis illius erat teſtis*. Deinde, Ἐμαρτύρησεν οὖν περὶ τοῦ λόγου, ὅτι ὁ λόγος ἦν τὸ φῶς. Iam poſt illa quæ ſequuntur, διακριτικῶς, ſeu diſtinctionis cauſa, addit, Ἰωάννης μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ: ne quis ea alii aſſcribat, & vt ſic à propriis diſtinguat. quod Magiſtri Hebræorum זה לשונו, vel זה לשונם, *Hic eſt ſermo ejus*, vel, *Hic eſt ſermo eorum*, dicunt, & hac nota, ז״ל, contrahunt: idque cum Doctoris alicujus citant locum, ſubjungunt, quemadmodum interdum alia præmittunt. Quale eſt illud quod hic adhibetur, μαρτυρεῖ καὶ κέκραγε, λέγων. quæ plerunque nouo præmittuntur teſtimonio: omiſſa autem turbant. Igitur, Ἰωάννης μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ, pro vſitato illo, αὕτη Ἰωάννου μαρτυρία ἐστίν. Præcurſoris enim, cujus merito autoritatem, quam Iudæi quoque, vt antiqui notant, tum colebant, & initio & fine, cum illius verba laudat, teſtimonia diſtinguit. Tale eſt verſu 9. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ Ἰωάννου. Et verſu 32. Καὶ ἐμαρτύρησεν Ἰωάννης. quod propemodum eſt tale, quale illud Phocylidis,

Καὶ τόδε Φωκυλίδου.

niſi quod de ſe Phocylides, noſter de alio loquatur. In quo iterum Chaldæos ſuos & præſertim Targumim, quos amat, imitatus eſt. qui in medio nonnunquam capite, interdum etiam cum nihil tale in contextu extat, verba illa אמר נביא, *Dixit Propheta*, ex more interponunt. Cujus illuſtriſſimum exemplum, 7. Michææ, Malachiæ item tertio, habes: quod hoc ipſo capite interdum veteres cum prætermitti crederent, de ſuo addiderunt. quemadmodum poſt illa, ὅτι πρῶτός μου ἦν, quæ Baptiſtæ ſunt ſed à ſequentibus non diſtinguuntur, ea quæ ſequuntur, καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, Euangeliſtæ quidam eſſe volunt. Nos ἀλληλουχίαν, quam ſequendam arbitramur hic, oſtendimus. in qua nihil aſſecutus eſt Apoſtata. inprimis autem, quomodo jungantur illa, ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη: tum, ὅτι θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε; (non magis equidem quam Nonnus) cum hæc tamen reprehendat. quæ euincunt, magis de Homero ſuo quam de Helleniſtico ſermone, etiam cum inter Chriſtianos verſaretur, ſategiſſe. Sed de eo infra. Quod autem idem primo omnium Euangeliſtam hunc diuinitatem Chriſto, imo ſolum, tribuiſſe ait, neque à Paulo aliiſque id factum, plane eſt ἀνέλεγκτον, imo refutatione indignum, & quod Græci ejus dicerent, ψεῦδος ἐτύμοισιν

ψ.9. ὁμοῖον. Iam pergamus. Probare nunquam potui, quod ad illa verba, ἦν τὸ φῶς, (quæ, quo pacto cæteris jungenda eſſent, non oſtendit) addidit quod non inuenit:

> Καὶ γὰρ ἐοῦ μετὰ πατρὸς ἐτήτυμον ἀρχέγονον φῶς
> Μουνογενὴς λόγος ἦεν.

quaſi ſcriptum eſſet, Καὶ γὰρ ὁ υἱὸς μετὰ τοῦ πατρὸς τὸ ἀληθινὸν φῶς ἦν: *Filius cum Patre verum erat lumen.* Cum hic Patris nulla fiat mentio: non magis equidem quam Sancti Spiritus. qui & ipſe lumen: nec raro ſic dicitur. notum enim illud veterum, Φῶς ὁ Πατὴρ, Φῶς ὁ Υἱὸς, Φῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Quem hac ratione excludere videtur: quia poſito eo, cujus non meminit Euangeliſta, huic quoque locus deberi videbatur. de quo ſane homo, qui minus recte plurimis in locis de eo loquitur, facile in ſuſpicionem venit. In diuerſum plane ibant, qui, vt Filium à Patre & Spiritu ſic ſepararent, id quod ſequitur, ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ad Filium hic referebant. quaſi dictum eſſet, ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, πάντα ἄνθρωπον φωτίζει. In quo tamen loco non minus ceſpitauit noſter. quare & de eo aliquid dicendum erit. Hebræis, & qui hos interpretantur, Helleniſtis, ἔρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον, eſt, naſci. Quomodo & paſſim autores loquuntur. Autor Sepher Amana, de Abrahamo, *erat ei pax* בכל באי עולם, μετὰ πάντων τῶν εἰς κόσμον ἐρχομένων. id eſt, *quotquot in terra viuerent aut nati eſſent*. quemadmodum & in Tobia, qui libellus, vt à Fagio eſt editus, puriſſime terſiſſimeque ἑβραΐζει. Pro quo noſter,

κατω-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

καταυγάζων φύσιν ἀνδρῶν
Ἐρχομένων ἐπὶ γαῖαν.

quod ne Græce quidem quicquam notat. Ἔρχεσθαι εἰς γῆν, exempli cauſa, Φαιάκων, Græcum eſt, cum ὡρισμένως, ſeu, expreſſe, cum terræ nomine effertur. Ἔρχεσθαι εἰς γῆν, aut γαῖαν, aut, ἐπὶ γαῖαν, nihil eſt: προβῆναι autem ἐπὶ γῆς, plane aliud. Vt ſi הלך על הארץ, dicas. quo Iudæi Chriſtiani tempus notant, quod in terris egit Dominus. Græci τὴν σωτηριώδη τοῦ κυρίου ἐπιδημίαν dicerent: & vtroque interdum pariter vtuntur. Vt cum de Domino quærunt, *quare triginta annos ambulauerit in terra, antequam id, venientibus in mundum reuelatum fuerit*. Quod Græci, Διὰ τί ἔτη τριάκοντα ἐπεδήμησεν ἡμῖν, καὶ πρὸς οὐδενὸς τῶν πώποτε ἀνθρώπων ἐγνωρίζετο τοῦτο; Hellenıſtæ autem, Διὰ τί τριάκοντα ἔτη περιεπάτει ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ οὐδενὶ τῶν ἐρχομένων εἰς κόσμον τοῦτο ἐφανερώθη; dicerent. Vbi, aliud eſſe προβῆναι, vel, περιπατεῖν ἐπὶ γῆς, aliud ἔρχεσθαι εἰς κόσμον, quiuis videt. Cum quibus nihil hactenus commune habet, ἔρχεσθαι εἰς γῆν, ſiue, ἐπὶ γαῖαν: quod, ni fallor, nihil notat. quantum denique differant, ἔρχεσθαι εἰς γῆν, &, ἔρχεσθαι εἰς κόσμον, norunt, qui nouerunt, quantum, extra vſum Fœderis antiqui, differant, ἡ γῆ, καὶ τὸ עולם. Sequitur ibidem, Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέ- ℣ſ.11.
λαβον. Vbi quid in mentem eruditis venerit, cum *exceperunt*, interpretantur, non video. Noſtrum, Hebræis, ſed Chaldæa notione, קבל eſſet. quod Hebræis enim שמע, Helleniſtis ὑπακούειν, exprimunt hac voce Targumiſtæ. vt Gen. 22. 18. & 26. 5. de firma Abrahami fide: quod Apoſtolo ἀποδέχεσθαι eſt: cui & ἀποδοχή, ἡ πίστις. Licet vix illuſtrior ſit locus eo, qui Exodi 23. 21. & 22. vbi ſolenniter Angelum ſuum, qui in terram eos Cananæam deduceret, promittit Deus: cujus τοῦ λόγου ὑπακούειν, quod eſt παραλαβεῖν Chaldæis, hoc eſt קבל jubentur. quod & perpetuum. Nec aliter illuſtri illo Deut. 18. ℣ſ.19. loco, vbi plane, vt ibi, de Chriſto ipſo, quem per excellentiam Iohannes quoque noſter paulo poſt, vbi ad eundem hunc reſpexit locum, τὸν προφήτην vocat, ita Deus loquitur: *Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum*, &c. Ac deinde, Καὶ ὁ ἄνθρωπος ὃς ἂν μὴ ὑπακούσῃ τῶν λόγων αὐτοῦ, ὅσα ἂν λαλήσῃ ὁ προφήτης ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐγὼ ἐκδικήσω ἐξ αὐτοῦ. Pro quo Chaldæus, Ἐὰν δέ τις ἄνθρωπος οὐ παραλάβῃ τοὺς λόγους τοὺς ἐμοὺς, οὓς ἐν τῷ ὀνόματί μου λαλήσει, ὁ λόγος ὁ ἐμὸς ἐκδικήσει ἀπ' αὐτοῦ. id eſt, *Si quis homo non receperit ſermones meos, quos in meo nomine loquetur, Verbum meum vindicabit ab eo.* vbi idem, Propheta ille, & ὁ Λόγος. Itaque, quemadmodum, Chaldæos ſecutus, ἀπὸ τοῦ Λόγου, quod illis eſt æternum Dei Verbum, ſiue Sermo, Euangelium hoc autor inchoauit, ita hic, vt alias non raro, ad illum de Propheta, qui excellenter ſic dicitur, haud dubio alluſit locum. Quare & hic monendum, quod & ſuo loco ſæpe repetendum erit: perpetuo ad Targumiſtas reſpexiſſe hunc Euanliſtam. Veteres, & inter eos Auguſtinus, ſimpliciter ad fidem referunt. qui libro De Trinitate 13. *Et ſui eum non receperunt. Intelligitur enim, non in eum crediderunt*. Et paulo poſt, *qui recepiſſent eum, qui in eum credidiſſent*, exponit. Quid igitur in mente fuit noſtro, cum γεραίρειν ſeu *honorare*, exponit?

Ἐγγὺς ἔην ἰδίων, ἴδιοι δέ μιν ἄφρονι λύσσῃ
Ὡς θεὸν οὐκ ἐγέραιρον.

quod à quouis arbitror non ſatis intelligi. Idem tamen dixit quod Auguſtinus. credo quod γεραίρειν illo tempore ἀντὶ τοῦ πιστεύειν vſurparent. Gelaſius in Synodo Nicæna, de iis qui poſt obitum Licinii, Dominum profitebantur, ſiue in eum credebant: τὸν βασιλέα θεὸν, καὶ τὸν τούτου γνήσιον παῖδα Χριστὸν, πρώτιστα πάντων, ὅτι δὴ τοῦτο ἐδιδάχθησαν, ἐγέραιρον. vbi γεραίρειν τὸν Χριστὸν, ita vſurpari videtur. Quid quod ea voce ita vſus ipſe noſter? Nam quod cap. 9. com. 35. dicitur, τίς ἐστι Κύριε, ἵνα πιστεύσω εἰς αὐτόν; ipſe

Κοίρανε τίς πέλεν οὗτος ὃν ἔννεπες, ὄφρα γεραίρω.

quod obſeruandum. Quid igitur eximii Theologi hic ſibi volunt, qui Mat-
thæi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

thæi locum illum, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου, huc tra-
hunt, & *excipere* hic reddunt? Alterum enim לשון לקח, alterum לשון קבל dice-
℣.14. rent Magiſtri. Quis à magnis hæc expectaret viris? Sequitur, Καὶ ὁ λόγος
σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. De quo loco ad Euangelium Sanctiſſimi auto-
ris noſtri ante egimus: neque ſemel, quid ſit δόξα quid σκήνωσις, in Sacris ſcri-
ptoribus monuimus. Quare & veniam à lectore petimus, ſi nonnulla hic
addamus: forte & alibi dicta quædam, non alieno certe loco, repetamus. Ac
primo quidem, τὸ σκηνοῦν idem eſſe Helleniſtis quod τὸ ישב conſtat. vt Ge-
neſ. 13. 12. quod non eſſe huc trahendum, apud Chriſtianum Criticum ac
ſummum virum, maximus vir Ephraimus Syrus monet. Cum hic venuſtiſ-
ſima, vt videtur, parodia ſit. quæ ex Chaldæorum inprimis vſu in autore
hoc petenda erat: quod non ſemel neglexerunt eruditi. Quis autem nobi-
liſſimum illum ignorat locum, καὶ ἀπώσατο τὴν σκηνὴν Σιλώμ, σκήνωμα, ὃ κατε-
σκήνωσεν ἐν ἀνθρώποις. Pſal. 77. 60. Quod, ושבק משכן שילו רשרת תמן שכינתה בגו בני נשא [illegible],
& reliquit tabernaculum Silo, in quo habitauerat majeſtas ejus intra homines.
vbi voce illa, de qua jam toties, שכינא, dico, qua ipſa Deitatis denotatur ma-
jeſtas, Propheta vtitur. Quo & obiter reſpexit. nam ad ſola verba ſæpe fiunt
parodiæ: etiam ſuauiſſimæ ac plane amœnæ. Quod & proprium autoris
hujus θεοπνεύστου. Ipſa autem prophetia, quam inſuper reſpexit Zachariæ 2. 10.
extat. Τέρπου καὶ εὐφραίνου θύγατερ Σιών, διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἔρχομαι, καὶ κατασκηνώσω ἐν
μέσῳ σου. quod Chaldæus, בועי וחדי כנשתא דציון ארי הא אנא מתגלי ואשרי שכינתי בגויך אמר יוי
*Exulta & lætare congregatio Sion, ecce enim reuelabor, & collocabo majeſtatem
meam in medio tui, dicit Dominus.* Noſter igitur, quanquam recte, quod non
commorandi, de quo ad Euangeliſtam egimus, ſed *habitandi* voce vſus eſt,
cum dixit,

Καὶ Θεὸς οἶκον ἔναιε σὺν ἀνδράσι,

aliquanto tamen forte tutius,

Καὶ Θεὸς ἐσκήνωσεν ἐν ἀνδράσι,

dixiſſet. Alterum quippe ישב, quod ad homines refertur: alterum שכן: à quo
vox ſanctiſſima, de qua jam diximus, deducitur. Sed & melius σκηνὴν, quam
aut οἶκον aut οἴκησιν hic exhibuiſſet. Saltem vt cum ſua hic οἰκήσει hæretici ſic
excludantur. qui, quemadmodum in ſingulis Prophetis, Verbum, ſuam ha-
buiſſe οἴκησιν dicebant: inter quos impurus Neſtorius, qui χειρίστην ἕνωσιν, καὶ ψι-
λὴν ἐνοίκησιν, ponebat. Quo magis vellem loci vim aſſecutus eſſet noſter. qui,
& hic & aliis in locis, vbi autor χαλδαΐζει, (vt perpetuo, vel propter Aſiaticos
ſuos) ille aut non aſſequitur quæ dixit, aut quæ non aſſequitur, immutat.
quod potiſſimum in voce δόξης, ſiue, vt gratificetur iis de quibus ſupra egi-
mus, ſeu ignorantia, eueniſſe illi notauimus. Cujus quoque vim ſummus vir
Chryſoſtomus ſatis aſſecutus ſi eſſet, non tam fuſe ac vbertim, de Moſis ac
Sanctorum gloria diſſeruiſſet. Vno enim verbo, quod in Targumin perpe-
tuo exprimitur, defungi poterat. nam Hebraice Euangeliſta ſi ſcripſiſſet,
כבודי dixiſſe poterat. Cum interdum ea voce ſic vtantur illi: licet & ad alia
referre eam ſoleant Magiſtri. vt cum בן בבור רבי, *filius* τοῦ ἐνδόξου *Rabbi*, puta, *Mai-
mon*, ac ſimilia, vulgo dicunt. Quærunt Patres, quare, mortuo Ozia, Κυρίου
δόξαν, vidiſſe Iſaias ſe dicat. Ibi enim Helleniſtæ, καὶ πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης
αὐτοῦ. Reſpondet autem Euſebius: *Regem pollutum, ideoque & lepra contactum
fuiſſe.* Fuiſſe autem nefas, vt quamdiu in vrbe Sancta talis Rex viueret, in ea
ἡ τοῦ Κυρίου δόξα habitaret. qui, λεπροῦ βασιλέως οἰκοῦντος τὸν τόπον, εἰκότως ἀνακεχώρηκεν
ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ, *ſub leproſo Rege, recte Majeſtas Domini, migrarat*, inquit. ſublato
autem Rege tali, rediiſſe eam ait. eodem capite, quo, ad τὸ τρισάγιον, quod
κλέος, τιμὴν vel, gloriam, poſtquam Chaldæos præſertim inſpexit, exponat.
qui, זיו יקרה, *ſplendore gloriæ ejus*, quo ſuprema continetur majeſtas, exponunt.
ibi exprimitur, Πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ, additur. Quis autem ibi, δόξαν,

Et

Et Euangeliſta, ne quis dubitaret, notam ponit quæ non fallit. Addit enim, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός. Vbi, τὸ μονογενὲς, quod in ipſo Symbolo exprimitur, quo ſpectet, nemo neſcit: cum omnipotentis, creatoris item cœli ac terræ, hoc eſt, τοῦ אב שדי השמים והארץ, vt Hebræi id exprimerent, vnigenitus dicatur Filius. Et Euſebius ad locum Eſaiæ, illud περὶ δόξης, quam vidiſſe ſe Propheta ait, ex vero, περὶ τοῦ μονογενοῦς, τοῦ ὄντος ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ πατρὸς, interpretatur. Etiam Theophylactus, cum Chaldææ vocis vſum ignoraret, τὴν τοῦ μονογενοῦς θεότητα intelligi notauit. Neque mirum ſane Græcos, propter Helleniſtas, qui Chaldæa & Hebræa, vt inuenerant, ex vſu linguæ, quam non intelligerent, interpretati fuerant, cum iis ſæpius locutos. Qui tamen recte, & in Hymno in Natalem Domini, ſeu κατασκηνώσιν, ex ea voce ἐφύμνιον quaſi fecerunt. Vnde & poſt verſus ſingulos intercalare, Ὅτι δεδόξασται, ſolent. quaſi, Ὅτι ἐν ἡμῖν κατεσκήνωσε, ſiue, quia in terris exhibuit τὴν δόξαν, dicas. Ita enim illi:

> Χριστὸς γεννᾶται, δοξάσατε· Χριστὸς ἐξ οὐρανῶν, ἀπαντήσατε· Χριστὸς ἐπὶ γῆς, ὑψώθητε. Ἄισατε τῷ Κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ, καὶ ἐν εὐφροσύνῃ ἀνυμνήσατε λαοί. ὍΤΙ ΔΕΔΟΞΑΣΤΑΙ.
>
> Ῥεύσαντα ἐκ παραβάσεως, τὸν κατ᾽ εἰκόνα γενόμενον ὅλον, τῆς φθορᾶς ὑπάρξαντα, κρείττονος ἐπαινοῦντα θείας ζωῆς, αὖθις ἀναπλάττει ὁ σοφὸς δημιουργός. ὍΤΙ ΔΕΔΟΞΑΣΤΑΙ.
>
> Ἰδὼν ὁ κτίστης ὀλλύμενον τὸν ἄνθρωπον, χερσὶν ὃν ἐποίησε, κλίνας οὐρανοὺς κατέρχεται· Τοῦτον δὲ ἐκ παρθένου θείας ἁγνῆς ὅλον οὐσιοῦται, ἀληθείᾳ σαρκωθείς. ὍΤΙ ΔΕΔΟΞΑΣΤΑΙ.

quemadmodum iidem Græci in Menologiis ſuis, τὸ Δόξα in Natali, præ cæteris ingeminant: quod τῷ τρισαγίῳ, ſiue Trinitati hic tribuunt. Inter cætera, Εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον, καὶ πάντα τὰ ἐντός μου τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ. Δόξα τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. Cui paulo poſt, τὸ μονογενὴς, vt hic Euangeliſta, addunt. vbi, Ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ Θεοῦ, deinde, Ἐν τῇ βασιλείᾳ σου μνήσθητί μου Κύριε. quibus deinde Beatitudines, Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, cæteraſque addunt. Quas deinde Δόξα ſequitur: quod non ſemel repetitur. Præcedit autem, καί σοι τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν σὺν τῷ ἀνάρχῳ πατρί. ne quis diuinitatis eſſe notam dubitet. vbi tamen ſi ex Græcis hodie quibuſdam, quid ſit δόξα, quæras, vix dubitandum, quin cum Nonno, τιμὴ καὶ κλέος, reſponſuri ſint. Neque Iulianus certe Apoſtata, impudentior vnquam fuit, quam cum, inter cæteros, Paulum, diuinitatem vſquam tribuiſſe Ieſu negat. qui, τὸν γοῦν Ἰησοῦν, οὔτε Παῦλος ἐτόλμησεν εἰπεῖν Θεὸν, οὔτε Ματθαῖος, οὔτε Λουκᾶς, οὔτε Μάρκος. *Ieſum quippe neque Paulus Deum dicere auſus, nec Matthæus, neque Lucas aut Marcus.* Neque melius præclariuſque rem aduerſus Apoſtatam Cyrillus geſſit: qui, poſtquam alios adduxit locos, in quibus diſerte à vaſe electionis Deus dicitur, tandem illum 1 ad Cor. 2. 8. non ſine cauſa objecit, Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν: qui eſt Deus. ὀνομάζει δὲ αὐτὸν καὶ τῆς δόξης, inquit, Κύριον. Quod agnouit Iſaias, qui Meſſiam לכבוד, εἰς δόξαν, futurum dixit. quod & vſitata ibi voce, de qua ante, iterum Chaldæus exponit. Quare apage, cum voces ſingulas mutauit noſter: cum pro κατασκηνώσις, quæ שכינא, οἴκησιν ſiue οἶκον, pro δόξα, quæ eſt יקרא & כבוד, τιμὴν aut κλέος ſuppoſuit. quemadmodum & ab hac Majeſtate, quæ ſolius Dei, & ab eo ſeparari nequit, eum, de quo loquitur Euangeliſta, Filium, ſeu Verbum Dei, השם הנכבד, *nomen glorioſum*, Χριστιανίζοντες Iudæi paſſim dicunt. quod non minus Deo, quam cætera quæ paſſim tribuuntur illi conuenit. quemadmodum & Rabbini, vbi inter Dei nomina (inter quæ, exempli cauſa, Schadai) & hoc, quod ineffabile, diſtinguunt, ſummum ac mirum illud nomen, nomen, Δόξας, ſeu δεδοξασμένον, vocare ſolent. Ita Rabbi Dauid alibi: *cum ſe ante Scadai dixiſſet*, inquit, *nomen ſuum glorioſum* (הנכבד) *indicauit Moſi.* paulo autem poſt, *& eſt Iod, Vau, He*, inquit. ne quis dubitet. Quomodo jam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

olim Chriſtiani, inter ea quæ Dei Filio attribuuntur nomina, Κυρίου δόξαν cum dicunt. Iuſtinus Martyr Diſputatione cum Tryphone: Ὁ Θεὸς γεγέννηκε δύναμίν τινα ἐξ ἑαυτοῦ λογικήν, ἥτις καὶ Δόξα Κυρίου ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου καλεῖται. Sed, vt ante dixi, Sanctus autor, ne quid prætermitteret, notæ aut interpretationis loco, verba illa, ὡς μονογενοῦς, adjecit: ne, nimirum, alii vel δόξα tribuatur hic vel καταχρηστικῶς. ac ſi, vt hic cum Magiſtris loquar, Adonai, El, Scadai, Zebaoth, Elohim, Echeieh, vnum ex ſeptuaginta denique & duo, quæ בספרי קבלה, in libris extant *Cabalæ*, cum eo nomina communicentur. de illis loquor quæ non male Deo tribuuntur. Ex quo ſane Hæreticorum vel malignitas vel ignorantia apparet. qui τὸ ὡς hoc loco, de quo mox acturi ſumus, ὁμοιωτικὸν eſſe, neque quicquam præter ſimilitudinem notare, ajebant: vt ſi gloria alterius, qui Rex non ſit, cum Regis alicujus conferatur gloria. quæ violenta & ἀλογίας plena ſunt. Vocem autem Græci, quæ cum nihil aliud quam famam bonam aut exiſtimationem notat, pro honore vſurpant. Concludamus. Defectus in vulgari vocis Græcæ vſu, quam huc noſter transfert. Quanquam enim Græci, ἐξ ἀκολουθίας tantum, ea pro honore vtantur, Helleniſtis alia incubuit neceſſitas. qui, cum alienas, & plerunque emphaticas, exprimerent, vbi poterant, eaſdem, vbi non, proximas à Græcis deſumpſerunt. Atque hic in tota Græcia non erat, quod eadem efficacia exprimeret Chaldæam. Majeſtatis enim voce carent Græci. quæ vnius & ſolius Dei, cæteris ἀκύρως, vel in Regno, vel in ſtatu alio, tribuitur, neque aliter quam ſummâ poteſtate definitur: ſuperiori enim, qui eſt ſolus Deus, hoc vocabulum debetur. Sic Majeſtas Dei, ipſe Deus: &, quod placuit Politicis, Majeſtas Regia, Rex ipſe. Sic *Imperatoria Majeſtas*, ipſe Imperator eſt. vt in Iuriſconſultorum ſcriptis: vbi neque κλέος, neque τιμή, neque δόξα locum habet. eſt enim aliquid eſſentiale. Quare & ridiculi in eo loco Græci, qui βασιλικὴν pro eo μεγαλοφροσύνην, quod virtutis nomen eſt, non poteſtatis; ipſum autem Majeſtatis crimen, ἔγκλημα καθοσιώσεως, in Iure ſuo reddunt. Quæ quanto melius Latini! Ergo, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός. *& Majeſtatem ejus vidimus: Majeſtatem, vt vnigeniti Patris.* & ſic in omnibus Euangeliſtæ noſtri locis, quoties ſic vſurpatur. Pergamus. In eodem, vt jam obiter monuimus loco, aliquantum antiquiſſimos Eccleſiæ ſcriptores, τὸ ὡς, torſit: quod Hæretici in eo luderent, ac vulgo, οὐ μονογενοῦς μὲν, ἀλλὰ ὡς μονογενοῦς dicerent. Vnde Chryſoſtomus, Theophylactus, alii, ἀντὶ τοῦ ὄντως, hoc eſt, *reuera*, poni volunt. vt, οὐ μὲν ὁμοιώσεως, ἀλλὰ βεβαιώσεως καὶ ἀναμφισβητήτου διορισμοῦ, *non ſimilitudinis, ſed confirmationis, & indubitatæ ſeparationis*, nota ſit, dicunt illi. hoc eſt, ac ſi dictum eſſet, Εἴδομεν τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ἀληθῶς, vel, ὡς ἀληθῶς, μονογενοῦς παρὰ πατρός. Nec negari poteſt quin pro ἀληθῶς ab Helleniſtis vſurpetur. cujus rei miror nullum eos in re tanta protuliſſe exemplum. Ita Oſeæ 5. vſ. 10. Ἐγένοντο οἱ ἄρχοντες Ἰούδα ὡς μετατιθέντες ὅρια. vbi Cyrillus, ὅτι δὴ πάντως μεθιστᾶσιν ὅρια. *Facti ſunt vt qui transferunt terminum.* hoc eſt, *omnino transferunt terminum.* Nec hoc latuit Rabbinos, qui caph ibi, לאמת הדבר, *ad confirmationem rei*, poſitum affirmant. cujus rei plura afferunt exempla. Sed res tota, mera κακοσχολία & malignitas ingenioſa: quam in Republica aut ſeria re nemo ferat. Si quis de monarcha dicat, Majeſtatem ſe vidiſſe in eo, & quidem Majeſtatem, vt vnici in terra Regis, atque ex eo alius inferret, Regi ergo ſimilem non Regem eſſe; jocum ac ludibrium haud dubio deberet. Et tamen noſter, qui ſi eas de quibus ſupra egimus ſecutus eſt partes, luculentiorem locum reperire non potuit, quo ſe efferret, efficaciſſimam non modo, ac diuinæ Majeſtati ſolitam, vt diximus, tribui, & quidem bis, mutauit vocem, ſed &, οἷά τε dixit.

καὶ κλέος αὐτοῦ
Εἴδομεν ἀνδρομέοισιν ἐν ὄμμασιν, οἷά τε τιμὴν
Υἱοῦ μουνογόνοιο παρ᾽ ὑψίστοιο τοκῆος.

Neque

Neque contemnenda eſt Theophylacti obſeruatio, qui illa, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας, referre huc videtur, cum inquit: Ἀντὶ τοῦ, ἡ δόξα, ἣν ἐθεασάμεθα, ὡς τῷ ὄντι κατ' ἀλήθειαν ἦν ἡ δόξα ἣν, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Ac ſi totus hunc in modum legatur locus: Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς, πλήρη χάριτος καὶ ἀληθείας. vt hoc modo τῆς παρενθήκης, quæ aſperius interuenit, moleſtia tollatur. *Et Majeſtatem ejus vidimus, Majeſtatem, vtpote vnigeniti, plenam* &c. haud male profecto. Et, quanuis bene noſter & vulgati libri, qui ad τὸν λόγον hæc poſtrema referunt, miror tamen eruditos quibus alterum tantopere diſplicuit. Et, an obliti erant, paulo poſt, Καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος dici? Quid mirum igitur, ſi πλήρης χάριτος dicatur ipſe, aut δόξα ejus, in cujus πλήρωμα τῆς σωματικῆς θεότητος, vt Baſilius loquitur, ponitur ἡ χάρις? Sane Gratia & Veritas, Majeſtatis, & diuinæ quidem, notæ ſunt. vt Geneſ. 27. *Benedictus Dominus Deus, Dominus Domini mei Abraham: qui non abſtulit Miſericordiam & Veritatem:* aut, vt in Hebræo, *Miſericordiam ſuam & Veritatem ſuam.* de quibus toto hoc capite. Huc ſpectat illud, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος. item, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. Sed mirum, quantopere in priori exprimendo, Helleniſtæ varient. verum, vt jam dixi, alibi nec ſemel, de eo jam egimus. Sequitur, Ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου vſ. 15.
ἦν. Vir Sanctiſſimus idemque maximus Iohannes Chryſoſtomus, verba illa, ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ad prædicationem, illa, ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ad dignitatem refert. non enim aliter procedit argumentum, nec conſiſtere illa, quam mox addit, αἰτιολογία poteſt, ὅτι πρῶτός μου ἦν, inquit. quæ non ſine cauſa ad æternitatem τοῦ λόγου refertur. Quo reſpexit idem præſtantiſſimus interpres, cum obſeruat, idem eſſe Euangeliſtæ noſtro, ἔμπροσθέν μου γέγονε, quod Matthæo dicitur, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος αὐτοῦ. Cui Cyrillus ſubſcribit. niſi quod priora illa, Ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ad natiuitatem refert. quia, *ſex fere*, inquit, *menſibus præceſſit Iohannes.* Sibi autem noſter quid voluit, cum, Πρῶτος ἐμεῖο βέβηκε dixit? Quod eodem ſenſu Græcum non eſt, nec video qua ratione verum eſſe aliter poſſit. nam & prædicationis tempore, & natiuitatis, Dominum Iohannes anteceſſit. Multo minus ipſe intelligebat, quid ſcriberet, cum dixit, Ὅτι μοῦ ἦν πρώτιστος. neque enim πρώτιστος, recte de duobus Græce dicas. Scribebat autem Græce, neque aſſequebatur id quod ab autore dicitur: quia non didicerat, quod multis euenire hac tempeſtate video; peculiarem eam linguam eſſe. Quemadmodum & vulgo errant, cum τὸ πρῶτος ἐπιθετικῶς accipiunt, vt nihil præter ordinem deſignet: quomodo Latinis *primus*, nempe, cum longe aliter accipiatur. Vt cum, ראש pro ראשון Hebræi dicunt: in quo tota loci vertit elegantia. de quibus judicare nemo debet, niſi qui adferre genium judiciumque ſobrium ac in talibus ſubactum poteſt. Ita, ſi Latine *primum* pro *primate*, *ſummum* pro *ſummate* dicas, vſitatum quidem id, cum minus vſitatum ſit loquendi genus. quanquam ſane Comicus Romanæ linguæ princeps, Eunucho,

plurima ſalute Parmenonem
Summum ſuum impertit Gnato.

Vbi cum anima interpretum Donatus ellipſin notet, alio tamen loco, ad Adelphos nempe, idem,

Nam is noſtro Simulo fuit ſummus, & nos coluit maxime,

abſolute poni vult. Ita enim notat: *Summus, an ad cognatum, an ad amicum refertur? an abſolute ponitur, vt in Eunucho, Plurima ſalute Parmenonem ſummum ſuum impertit Gnato?* Eruditiſſimum Henrici Stephani Gloſſarium, Πρῶτοι, *primores, primates.* Atque hic quidem abſolute poni, vix dubitandum. ſed & nihil frequentius Helleniſtis eſſe, quam vt τὸ ראש voce πρῶτος exponant, non ignorant qui in illorum ſcriptis verſati ſunt. Quemadmo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

dum non refert, vtrum Niſan inter menſes ראש an ראשון, dicatur. nam vtrunque dicitur & idem eſt. Ea autem voce, etiam Meſſias dicitur. Inter alia Oſeæ 1. 11. *Et conſtituent ſibi primum, aut primatem, vnum.* In Hebræo extat ea vox quam dixi. ac ſi Græce dicas, καὶ θήσουσιν αὐτοῖς πρῶτον ἕνα. Vbi Rabbi David, *hic eſt Rex Meſſias.* Et eſt elegantia ad quam non aſpirabat noſter: quæ & temporis & dignitatis ſimul in diuinitate exprimit prærogatiuam. Ita apud Lucam, πρῶτος τοῦ λαοῦ, in Euangelio, & πρῶτος τῶν Ἰουδαίων, in Actis. Hoc ſi Hebraice exprimas, nihil lenius aut ſuauius: ſi Helleniſtice, quod fecit Iohannes, non poteſt, quin, doctis Græce tantum, aut qui parum in Helleniſticis ſubacti ſunt, durum videatur. quorum verba, quod ad vſum, ac loquendi conſuetudo, longe alia ab illa. Vt mens ſit, *Is qui poſt me venit, excellentia ac donis omnibus me ſuperat: vt qui primas ſemper de me tulit. Ego πρωτοστάτης videor, cum ſim præcurſor: ille ἐπιστάτης, quia poſt me venit. Sed qui poſt me venit, prior factus eſt. Nec mirum. nam vt tempore ſic poteſtate πρωτοστάτης meus erat.* pro quo πρῶτός μου Helleniſtæ. Nam τὸ ἔμπροσθε γέγονε, ad προκοπὴν refertur. Quod acute, vt pleraque, Cyrillus vidit. *Nam quemadmodum fit, inquit, vt qui ante docet quam diſcipulus, pluris fiat, quia prior arte aut re aliqua excellit, ita fit nonnunquam vt diſcipulus doctorem antecedat.* Intelligebat, quam dilatum eſſet, πρότερός μου γέγονεν, ὅτι πρότερός μου ἦν. Ergo, ἔμπροσθέ μου γέγονεν, vt homo. vnde illud, καὶ Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ, καὶ ἡλικίᾳ, καὶ χάριτι. Ergo, πρῶτός μου ἦν, tempore & poteſtate. anteceſſor enim meus erat. Nam vt ordinem ſic dignitatem ejus de quo loquitur expreſſit. de quo Propheta, Ἐγὼ πρῶτος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα. Adde quod tautologiæ nulla ſic ſuſpicio. Adde quod & Arii interpretatio ſic cadit. qui priora illa, ἔμπροσθέ μου γέγονε, πρὸ ἐμοῦ ἐκτίσθη, exponebat. Cui optime Hermenopulus, libello De ſectis, ex antiquitate reſpondet: Eo, nempe, ſenſu, ordine inuerſo dicendum fuiſſe, ὅτι πρῶτός μου ἐστί, διότι πρῶτός μου γέγονε. Noſtrum autem optime procedit, ἔμπροσθέ μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν. Sed & mire venuſtum eſſet, ſi Hebraice hoc diceretur. Et qui hoc non ſatis aſſequuntur, poſtquam diu in omnes partes ſe torſerunt, tandem eo redeunt, vt fateantur, ὅτι τὸ πρῶτός μου ἦν, cauſam alterius non eſſe, niſi dignitatem quoque aut poteſtatem notet. Sed, quod ſæpe dixi, rationem linguæ Helleniſticæ, qui ex Græca probare ſe poſtulet, operam neceſſe eſt in Sacris ludat. Noſter eo fuit judicio, vt exiſtimaret πρωτιστός μου Græce dici, cum non intelligeret qua ratione πρῶτός μου hic diceretur.

CAP. II.

Interpretatio illius loci, ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη. Nonni παρερμηνεία. διὰ Μωσέως. ἔλεος, δικαιοσύνην, χάριν, ἀλήθειαν ποιεῖν, Helleniſtis ταυτοδυναμοῦντα. χάριν καὶ ἀλήθειαν ποιεῖν, poteſtatis notæ. Gratia & Veritas duo ſecundum Iudæos cardines Legis. χάριν ἀντὶ χάριτος. Nonno, non à Deo ſed à Patre datam Legem, dici. Magni conſilii Angelus, in ferenda lege excluſus. διὰ Μωσέως ἐδόθη, διὰ Χριστοῦ ἐγένετο. differentia τοῦ ἐδόθη καὶ τοῦ ἐγένετο. ea neglecta à Nonno. Lex quæ, in eo intelligatur loco. Nonni ἰδιωτεία & negligentia. βίβλος θεμίστων, pro Lege, de qua Euangeliſta agit: & de vocis etymo. θέμις & νόμοι quam diuerſa. θέμις quæ. vnde dicta. ineptiæ Grammaticorum. Vox Græca νόμος à Syro interprete ſemper fere, à Targumiſtis plerunque ſeruata. ἀκολουθία Euangeliſtæ obſeruata: ea à Nonno neglecta. Interpretatio illius loci, θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε: quem male à Nonno expreſſum. Meſſalianorum hæreſis. ὁρᾷν ἀντὶ τοῦ γινώσκειν. Prophetæ & alii quomodo Deum vidiſſe dicantur. Diuerſæ viſionis ejus ſpecies. ἢ κατὰ φαντασίαν· ἢ κατ᾽ ὄψιν· ἢ καθ᾽ ὑποτύπωσιν τοῦ ἡγεμονικοῦ. Triplici modo Deus ab Euangeliſta noſtro conſpectus. Interpretatio illius loci, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. ἐξηγηταὶ Athenienſibus qui. oratio ἐλλειπτική, & quomodo ſupplenda. ἐξηγήσατο ab Helleniſtis Iobi interpretibus qua ratione vſurpatum.

de Ii-

de Filio Dei quam efficaciter dicatur. Locus Iobi & Iohannis confertur. De Legatione ad Baptiſtam miſſa. Eam vnicam fuiſſe, & ex Phariſæis inſtitutam. ἱερεῖς καὶ λευίτας, ἱερεῖς λευίτας. *Nonni ignorantia & error. Propheta excellenter dictus. Iohannes Baptiſta, Propheta.* ἄγγελος, προφήτης. *Nonni* ἀπροσεξία. *Diuerſa Iudæorum de Propheta* κατ' ἐξοχὴν *ſic dicto, opinio. eum Nonno non recte à cæteris diſtingui.* τῇ ἐπαύριον. *mos Helleniſtarum cum de craſtino loquuntur.* ἄρτος ὁ ἐπαύριον. *Nonni lecythus notata.*

EOdem capite locus ſequitur elegantiſſimus, ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσέως ℣ſ. 17.
ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. In quo toto nihil, vt debebat, intellexit noſter. Si Euangeliſta Hebraice ſcripſiſſet, aliter ſe expreſſiſſet. Nunc videndum quid velit. Διὰ Μωσέως ἐδόθη, eſt, quod ביד משה dicerent Hebræi. quæ vt plurimum miniſtri nota eſt, per quem agit Dominus. Ita Rex Aſſuerus in Megillath Eſter, quæ agit, διὰ χειρὸς εὐνούχων agere dicitur. Et ſic paſſim. vt ibid. cap. 1. com. 12. vbi ſimpliciter genus dicendi diſſimulant Helleniſtæ. qui alias ἐν χειρὶ hoc dicunt. Per manum ergo Moſis, vt miniſtri, data Lex eſt. Quemadmodum mandata Regum, in miniſtrorum manu dicuntur eſſe. Atque ita loco jam dicto loquitur Chaldæus. *Et renuit Regina Vaſti intrare ex mandato ſermonis Regii.* די ביד. *quod, in manu miniſtrorum ejus, ſiue magnatum, erat.* hoc eſt, *quod eorum miniſterio commiſſum erat.* In Hebræo אשר ביד הסריסים, *quod per eunuchos mandauerat.* Sicut lex miniſterio Moſis, ideoque & per manum ejus, data dicitur. vt Nehemiæ 9. 14. *Et Sabbatum ſanctificatum tuum oſtendiſti eis, & mandaſti ceremonias, & Legem præcepiſti eis per manum Moſis ſerui tui.* Gratia & Veritas autem, quod eſt Domini, per Ieſum Chriſtum facta. Quo magis Syrum interpretem mirari libet, qui ביד tam de Ieſu Chriſto quam de Moſe dixit. Quanquam enim aliter Hebræi quoque ea voce vtantur, tamen hic id locum non habebat. vt cum neceſſaria hic ſit diſtinctio. *Miſericordiam facere & Veritatem*, ἔλεος καὶ ἀλήθειαν, non ſecus quam, δικαιοσύνην καὶ ἀλήθειαν, χάριν καὶ ἀλήθειαν (quæ eodem fere ſenſu apud Helleniſtas extant) ſuperioris eſt, & plerunque Dei. vt 2 Sam. 2. 6. de exquiſita gratia & beneficio. Et Iudæi ante dixerant, totam Legem cardines habere duos, quibus verteretur, τὸ חסד καὶ τὸ אמת, χάριν καὶ ἀλήθειαν. quibus continentur partim beneficia quæ gratis conferuntur, partim promiſſorum veritas, quæ ea exhibet. quod diuinus autor ſolita vrbanitate à Lege, ad finem ejus, qui eſt Chriſtus, tranſtulit. Non poteſt dici, quanta venuſtate hoc dictum ſit. vt & illud jam intelligatur, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος. Iudæi in Lege gratiam agnoſcunt & fauorem Dei ſingularem. qui perpetuo in ore habent illud, *Non ita fecit omni nationi: & judicia ſua non manifeſtauit eis.* Ita Nehemiæ 9. 13. Deo gratiæ aguntur, quod νόμους ἀληθείας καὶ ἐντολὰς ἀγαθὰς, id eſt, πλήρεις χάριτος, vt loquitur Euangeliſta, dederit. Chaldæus enim, Syrus, & interdum Helleniſtæ, ἀγαθωσύνην pro eo dicunt. Hæc eſt ergo illa gratia. At nunc, inquit, χάριν ἀντὶ χάριτος, *gratiam pro gratia accepimus.* quod optime Chryſoſtomus, ἀντὶ τῆς παλαιᾶς τὴν νέαν, interpretatur. Sed quam multa pariter eodem loco hic occurrunt, in quibus parum circumſpecte, & vt decet Theologum, ſe geſſit noſter? Verba illa, ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη, ſic interpretantur Patres, quaſi dictum eſſet, ὁ θεὸς τὸν νόμον διὰ Μωσέως ἔδωκε, ne in promulganda aut ferenda lege magni Angelum conſilii excluderent. cujus vox in promulgatione terram concuſſiſſe dicitur: vt ad Hebræos loquitur Apoſtolus. Vbi Chryſoſtomus, ἡ γὰρ τότε δόντος τὸν νόμον φωνὴ τὴν γῆν ἐσάλευσε. Fuit enim שדי, vaſtator ille & terribilis, qui in monte Sinai locutus eſt. vt omittam locum Actor. 7. ℣ſ. 38. Quid, quod noſter, Patrem quidem dediſſe Legem, ex Chriſto autem Gratiam & Veritatem eſſe, ait. Ita enim ille:

ὅτι θεμίστων
Βίβλον ὅλην γενέτης διὰ Μωσέος ὤπασε λαῷ·
Καὶ χάρις ἐκ Χριστοῖο, καὶ ἀτρεκίη πέλε κόσμῳ.

quod Euangeliſta, hic certe, non dixit. Auguſtinus: *Et vnde innotuit Moſi Deus? Quia reuelauit ſeruo ſuo Dominus. Quis Dominus? Ipſe Chriſtus, qui præmiſit Legem per ſeruum: vt veniret ipſe cum Gratia & Veritate.* Cui duæ illæ tribuuntur partes: quod & Legem dedit, & reatum ſoluit, vt præclare idem loqui Auguſtinus ſolet. de quo non cogitabat noſter, cum diſtinctionem Perſonarum in ferenda Lege poſuit. Iam, quod veteres tantopere vrgent, ἐγένετο de Chriſto dici non ἐστὶ, penitus neglexit. dixit enim πέλε. quod eſt, ἐστί. Autor vero optimus Theophylactus, Καὶ ὅρα, πῶς ἐπὶ τῆς παλαιᾶς εἶπε, τὸ, ἐδόθη διὰ Μωσέως· ὑπουργὸς γὰρ καὶ ὑπηρέτης οὗτος ἦν. ἐπὶ δὲ τῆς καινῆς οὐκ εἶπε, τὸ, ἐδόθη, ἀλλὰ τὸ, ἐγένετο· ἵνα δείξῃ, ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς δεσπότου, οὐχ δούλου, γενομένην, καὶ εἰς τέλος προβᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Et addit, Νόμος μὲν γὰρ ἐδόθη παρὰ Θεοῦ (non παρὰ πατρὸς cum Nonno) διὰ μέσου τοῦ Μωσέως. ἡ χάρις ἐγένετο, οὐκ ἐδόθη, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. αὐθεντικὸν μὲν τὸ ἐγένετο, δουλικὸν τὸ ἐδόθη. *plenæ autoritatis*, inquit, τὸ ἐγένετο: ἐδόθη *vero ſerui, aut miniſtri.* Vides ſummam in omnibus ſecuritatem. Quod ad Legis vocem qua hic vtitur, ſubtiliter de ea, quomodo hoc loco ſit accipienda, & Auguſtinus & alii diſputant. Et Auguſtinus quidem, *quæ reos nos tenebat*, inquit. Alii Moralem volunt, cui Gratia; Ceremonialem, cui Veritas reſpondet. quæ nunc prætermittimus. Noſter vero ἰδιωτικῶς rem gerit. Totius enim Legis librum, per Moſen datum eſſe ait. quaſi Pentateuchum, ſiue חומש, intelligeret Euangeliſta. Deus Legem dedit, quam eodem tempore contraxit: decem enim verbis primo ſe expreſſit: nam interpretatio acceſſit. Vide igitur, an recte totos hic loquatur libros. Quis enim totum Legis librum, ſiue Pentateuchum, datum per Moſen, Gratiam & Veritatem, per Chriſtum factam eſſe dicat? cum & Lex ſit veritas, & à veritate ipſa non majus beneficium aut gratia, exhiberi Iſraëlitis potuerit. Ergo, ſi Lex ſimpliciter intelligatur, ipſa quoque Gratia & Veritas per Moſen data eſt. Aliqua igitur, vel Gratiæ & Veritatis cauſa, quæ & Chriſto aſſcribuntur, opus hic diſtinctione erat. Νόμον ergo cum Euangeliſta ſi dixiſſet, jam defunctus eſſet, qui ne βίβλον quidem νόμου ſed θεμίστων dixit. cum non parum θέμις differat & νόμος. Nonni forſitan ætate excepta, qua non raro hæc confundebantur. vt cum Leges Cæſaris Iuſtiniani, à Poëta Græco, cujus verſus illis præfiguntur, θέμιστες dicuntur. Qui

Ἧς ἐπὶ μαρμαίρουσιν ἀγάλματα πάντα θεμίστων.

At Grammatici, qui in origine verborum, quibus rerum veritas & priſca continetur eruditio, ſuſque deque quiduis habent, hæc confundunt. qui non veriti ſunt, θέμιν ἀπὸ τοῦ τίθεσθαι, ridicule apud pueros formare: cum à תם, *tham* quo integritas in actionibus notatur, *Thamis*, ac ſic *Themis*, Græci fecerint. nam, vt ſolent, terminationem addiderunt. Quæ quamdiu in terris ſupereſſet, locus legibus non erat: poſtquam autem, vt Poëtæ, viri maximi, dixerunt, terris exulare cœpit, locus eſſe legibus incepit. vnde nec antequam in cœlum Themis abiit atque homines reliquit, leges latæ. Sic majores noſtri protoplaſti, & qui proxime ab iis Patriarchæ, quod de aurea ætate ſua maximus ac facundiſſimus Poëta ſcripſit,

Sponte ſua ſine lege fidem rectumque colebant.

quæ eſt θέμις. Qua ſublata, Lege opus fuit. Θέμις igitur, quod *fas* Latini dicunt. qua incolumi ne vſus quidem legis vllus eſſe poteſt. Et hoc eſt quod ſummus autor Tacitus, *corruptiſſima Republica plurimas eſſe leges*, dixit. Νόμος, vt vox efficax, ſic mirifice πολύσημος. θέμις tantum abeſt, vt ſit νόμος, vt omnino ſit aliud. Nihil igitur mutandum erat. vt non ſine cauſa Syrus ſemper, (qui & hic נמוסא dixit,) Targumiſtæ ſæpe, Græcam vſurparint vocem.

Sed

Sed quam multa illi exciderunt pariter, de quibus plura hic monenda eſſent, niſi alia vocarent? Legem non à Deo ſed à Patre ait traditam. quem ne Patrem quidem, ſed γεννέτην vocat: quaſi Chriſtum ſic excludat. Neque cogitabat, Moſen, tanquam ſeruum, Chriſtum, tanquam Dominum ac Regem, illum tanquam adminiſtrum, hunc, vt autorem Legis pariter & finem, opponi. Vocem Legis nullo judicio mutauit: ἀλήθειαν, quæ notione Hebræa ſumitur, in ἀτρεκίην, quæ nihil tale hic denotat, mutauit. Ponamus enim Ceremonialem, vt nonnulli è Theologis jam obſeruarunt, intelligi hic Legem, pro qua veritatem nunc, hoc eſt ἀλήθειαν, habemus, vt cum typus ſignum, ſiue vmbra, opponitur, & veritas, quid hic ἀτρεκίη erit? In illis quæ ſequuntur, *v.* 18. Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, non examinarat, quod commune illi eſt cum aliis hoc loco, τὴν ἀκολουθίαν, vt debebat. Mentio jam Moſis facta erat. de quo in ore hoc perpetuo Iudæi eo tempore habebant & nunc habent, Ὅτι Μωσῆς κατὰ ςόμα ἐλάλησε τῷ Θεῷ, *Moſen ore ad os cum Domino locutum.* Oſtendit ergo, ne hunc quidem ad conſpectum Dei aut eſſentiæ illius eſſe admiſſum. Quippe hoc ſeruatum ei, qui eſſentia cum Patre vnus eſſet: qui & vidit Deum, &, vt addit poſtea, repræſentauit atque expreſſit. Alii igitur viderunt hoc aut illo modo: non vt erat, ſed pro reuelationis modo. nemo talem vidit, qualis erat: præter eum qui non tantum talis eſſet qualis ipſe, ſed hoc ipſum. de qua ſane ἀκολουθίᾳ nunquam cogitaſſe noſtrum, ipſa res oſtendit. Quis perſuadere autem illi potuit, Euangeliſtam, Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε, cum dixit, Θεὸν οὐδεὶς κατ᾽ ὄψιν ἑώρακε dixiſſe, aut hoc voluiſſe? Ita enim iſta reddidit:

> Καὶ Θεὸν αὐτογένεθλον ἐν ἀντιπόροισιν ὀπωπαῖς
> Οὔποτέ τις σκοπίαζεν.

quaſi aduerſus Meſſalianos & eorum ſententiam hoc ſcriptum eſſet: qui Trinitatem ipſam αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς videre ſe ajebant. quod in mentem autori hic non venit: qui eſſentiam diuinam, nec videri, nec, vt eſt, cognoſci poſſe, aduerſus Iudæos ſic aſſeruit, vt ad verum Dei characterem, & illius gloriæ imaginem, in qua videndum ſe exhibuit, ſummo artificio ſermonem iterum deduceret. Hoc ergo voluit: Eſſentiam diuinam nec ab homine videri, nec, vt eſt, cognoſci vlla ratione poſſe: ideoque, neque viſam cuiquam hactenus nec cognitam fuiſſe. Et hoc voluit antiquus apud Suidam Theologus: qui, τὴν ὅρασιν, hoc loco, magnum Athanaſium ſecutus, γνῶσιν interpretatus eſt. Ὅρασις, inquit, γνῶσις· καὶ ὁ Εὐαγγελιςὴς, Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἔγνω τρανῶς. Cæterum, vt Moſen nunc omittam, Eſaiam vidiſſe Dominum, & ipſe, & Euangeliſta noſter teſtatur. Sed & ille, & cæteri de quibus hoc teſtantur, vt non ſine cauſa notant Patres, vere quidem, ſed ἐν σχήματι, ideoque & πολυτρόπως, vt loquitur Apoſtolus, viderunt eum quem viderunt: quare ne viderunt quidem. ex quo ipſo, neminem vidiſſe Deum, recte Chryſoſtomus probauit. Qui, Εἰ γὰρ αὐτὴν ἑώρων τὴν φύσιν, inquit, οὐκ ἂν αὐτὴν διαφόρως ἐθεάσαντο. *Si ipſam ejus eſſentiam vidiſſent, non diuerſo vidiſſent modo.* eſt enim vniformis. Aliter autem Moſes, aliter Eſaias, aliter Ezechiel, aliter alii Prophetæ, vt fatentur ipſi, & ſinguli, diuerſo ſæpe modo, Dominum viderunt: neque ex iis tamen quiſquam, αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς, vidiſſe ſe Deum dixit. Quibus ergo? τοῖς τῆς διανοίας, ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος πεφωτισμένοις, *oculis animi, ſed à Sancto illuſtratis Spiritu*, quod de Eſaia Cyrillus dixit. At Euangeliſta, neminem vidiſſe Deum dixit. Quod ſi voluit, neminem vidiſſe Deum oculis corporeis, ſiue ἀντιπόροις, vt noſter loquitur, quod eſt, κατ᾽ ὄψιν, vultu ad vultum; id, de quo, ni fallor, nemo dubitabat, dixit. quare hac interpretatione opus hic non erat. Nam, ſi alii, & vere, &, vt eſt, viderunt Deum, (quanquam non κατ᾽ ὄψιν) quæ prærogatiua τῷ μονογενεῖ, τῷ ἐν κόλποις τοῦ πατρὸς, (cum eſſentialis nota ſit illius, ſupra omnes benedicti,) relinquetur? Qui viderunt ergo Deum, illi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

illi, οὐχ' ὡς ἐκεῖνός ἐστιν, ἀλλ' ὡς μετέχειν δυνατὸν, inquit Nyſſenus, ὡς ἀνθρώπῳ δυνατὸν, inquit Baſilius, ὥσπερ ἰδεῖν αὐτοὺς οἷόν τε ἦν, inquit Theodoretus, Deum viderunt. Quare & Moſes, de quo ante egimus, & Eſaias, de quo infra agit, vt & cæteri, qui hoc de ſe teſtantur, viderunt quidem: verum ſuo modo, καὶ ὡς δυνατὸν, viderunt. Neque quiſquam, vt hic, de quo agit. quare & nemo vere, niſi ille. Atque hæc cauſa eſt, cur varias καὶ πολυτρόπους hujus viſionis ſpecies Græcorum ponant Theologi. Vnam nempe κατὰ φαντασίαν. quam & duplicem, ἡμερινήν τε καὶ τὴν κατὰ νύκτα, *nocturnam ac diurnam*, ſtatuunt. alteram κατ' ὄψιν: *cum aliquid repræſentationis cauſa in oculos incurrit*. tertiam poſtremo, quam, καθ' ὑποτύπωσιν τοῦ ἡγεμονικοῦ τοῖς μέλλουσιν ὡς τοῖς παροῦσι συγγινομένου, vocant. quod fit, *cum mens Prophetarum, ab humana omni ſorde prius expurgata, res futuras, vt præſentes, quaſi oculis vſurpat.* Eſaias certe, Seruatoris vidit gloriam. Et Euangeliſta noſter tribus modis Deum vidit. nam & ejus μεταμόρφωσιν in monte vidit, & præſentem κατὰ σαρκὸς σχῆμα vſurpauit: & in Patmo inſula, τῷ ἡγεμονικῷ τοῦ πνεύματος, vt Aretha de eo loquitur, conſpexit: qui & denique in ſinu jacuit illius, quem in ſinu Patris ipſe ponit. Et tamen, quæ eſt φιλαλήθεια diuini viri, Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακεν, inquit. non, τοῖς ὀφθαλμοῖς, vt noſter loquitur, ſed vt eſt, non vidit. ne quis aut plus æquo ſibi vindicaret, aut plus æquo tribueret Prophetis: aut poſtremo, quicquam vnigeniti detraheret prærogatiuæ, & inutilem Meſſiæ crederet aduentum. qui, vt ſolus Deum vidit, ita ſolus ἐξηγήσατο: hoc enim ſequitur. in cujus explicatione, vt in cæteris, ſe geſſit noſter. Sequitur ergo, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, οὗτος ἐξηγήσατο. quemadmodum autem loco ſuperiori, ita iſto, omnem Prophetarum ac Sanctorum hominum prærogatiuam, infra vnigeniti prærogatiuam ponit: in quo noſter, quoſdam ſecutus, nihil vidit. Nam quid voluit, cum dixit, ἑῷ διεπέφραδε μύθῳ: id eſt, *ſermone ſuo expoſuit?* Ita enim ille:

> ἑῷ διεπέφραδε μύθῳ
> Κεῖνος, ὁ θεσπεσίῳ μεμελημένος ἤθαδι κόλπῳ.

Quid autem? an voluntatem Patris? an illius mentem? an doctrinam ſalutis? Sed quid hoc ad viſionem Dei, quam tantopere vrget, & de qua tam manifeſte loquitur? Et quæ hæc ἀκολουθία, aut connexio, Nemo Deum vidit: vnigenitus, qui in ſinu Patris eſt, expoſuit? Quid quod nemo Prophetarum aut Apoſtolorum ſit, qui voluntatem Dei non quodammodo exponat? Quæ hic tanta igitur prærogatiua ejus, qui vidiſſe ſolus Deum dicitur, qui eſſentialiter cum eo jungitur? Nam, vt recte Chryſoſtomus interpretatur, τὸ ἐν κόλπῳ, τὸ ἐν φύσει δηλοῖ. *eſſe in ſinu, denotat eſſentiam.* Saltem aliquid ex Græcis ſuis ad interpretationem vocis attuliſſet. apud quos ἐξηγηταὶ, Sacrorum ac religionum interpretes dicuntur: de quibus multa qui ad Oratores ſcripſerunt. Heſychius, Ἐξηγητὴς, ὁ περὶ ἱερείων καὶ διοσημείων ἐξηγούμενος: id eſt, *qui ex victimis ac tempeſtatibus, Deorum exponit voluntatem*: quemadmodum ad tempeſtates ſubito coortas, ſi præſertim hi obnuntiarent, publici conuentus ſoluebantur. Suidas, ita dictos notat, qui ignaris Leges exponebant. qui & ἐξηγεῖσθαι καὶ διηγεῖσθαι ſubtiliter diſtinguit: & hanc vocem iis tribuit, qui imperitos jura patria aut alia docerent, quærentibuſque de quibus quiſque dubitaret, reſponderent. quæ illis, vt nunc Nonno frigidum hoc ſchema, relinquamus. Orationem eſſe ἐλλελειμμένην, ipſa res euincit. quæ, ſi quicquam judicare poſſum, integra ac plena talis eſſet: Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. ὁ μονογενὴς υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος εἶδε τὸν Θεὸν μόνος, καὶ ἐκεῖνος Θεὸν ἐξηγήσατο. *Deum nemo vidit. Vnigenitus qui in ſinu Patris, ille Deum vidit ſolus, quæque abſcondita homini, expoſuit*, aut, *expreſſit.* Quis? ὁ Λόγος. quem vt Μῦθον alibi à noſtro dici, ita hic μῦθον tribui τῷ Λόγῳ ferre vix poſſum. quanuis minus ferendum ſane alterum. Aliquoties jam diximus, in autore hoc nihil eſſe ſuauius, quam quod vrbaniſſime ad locos Fœderis antiqui, ac præ-

ſertim

Ibid.

ſertim ad Chaldæos aut ad Targumiſtas, alludat. Iobus, ſcriptor vere δεινὸς & ſublimis in dicendo, poſtquam cap. 28. gloriam Domini, quæ, præcipue in opere creationis, quod cum Sapientia ſua, de qua & hic ſermo eſt, abſoluit, manifeſte elucet, fuſe ac magnifice deſcripſit, tandem, Τότε εἶδεν αὐτὴν, ἐξηγήσατο αὐτὴν, addit. *Poſtquam hæc abſoluit, ſuam*, inquit, *vidit Sapientiam: ad eam ſe conuertit: eam contemplatus eſt, ac bona eſſe quæ creaſſet intellexit omnia.* Quam deinde ἐξηγήσατο. quod Helleniſtæ, ἐφανέρωσε, *repræſentauit: manifeſtam generi humano fecit.* Huc Euangeliſta quin reſpexerit, non dubito. Itaque vt Deum ibi ait Sapientiam vidiſſe ſuam, qui eſt Filius, per quem creauit omnia; ita ſolum hic Filium vidiſſe ait Patrem. Et vt ibi, ὅτι ἐξηγήσατο, ita hic, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο, dicitur. Nemo Deum vidit. ſolus eum vidit Filius: vt qui in ſinu ejus ſemper fuit. ſiue, is qui vnus eſt cum eo; Deus cum Deo. Solus ergo ille, vtpote character Patris, ἐξηγεῖσθαι potuit. Quid autem? Deum, ſcilicet, ejuſque eſſentiam. Verum ſumma vis in ea voce eſt. Ἐξηγεῖσθαι enim hic, referre, ac deſcriptum quaſi exhibere. *Qui me vidit, Philippe, vidit*, inquit, *Patrem.* Solus character Patris εἶδε τὸν θεὸν, καὶ ἐχαρακτήριζε τὸν θεόν: etiam in carne. Et hic eſt character ille de quo ante dixit, *Et vidimus gloriam ejus, vt vnigeniti à Patre.* præceſſit autem, Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. Eſt ergo ſenſus: *Deum nemo vidit: quem ſolus vidit & expreſſit Filius.* Voce autem ἐξηγεῖσθαι, vocem ספר expreſſerunt Helleniſtæ. quæ mirifica & plane hoc ſenſu luculenta. Operæ pretium interim, totum illud caput Iobi diligenter intueri. Nam quemadmodum hic, *Nemo Deum vidit*, ita ibi aliquoties, *Neminem vidiſſe Dei Sapientiam, aut ſcire vbi ea ſit*, dicitur. Ita ℣ſ. 12. *Sapientia hæc vbi inuenitur? & quis locus eſt illi?* Reſpondet autem, *Non nouit homo viam ejus.* Et 20. *Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium.* hoc eſt, Τὴν σοφίαν θεοῦ οὐδεὶς ἑώρακε. Ita vt concludat tandem, Τότε εἶδεν αὐτὴν, ἐξηγήσατο αὐτήν. poſtquam, nempe, omnia abſoluit. Ad quem locum Olympiodorus, quem in præclara illa in Iobum Catena viro eximio ſummoque amico noſtro Patricio Iunio Sereniſſ. Magnæ Britanniæ Regis Bibliothecario debemus, Deus, inquit, poſtquam quæ feciſſet omnia, bona admodum eſſe vidiſſet, τότε καὶ ἡμῖν ἐξηγήσατο τὴν σοφίαν. quod exponit, πίνακά τινα προθεὶς αὐτῆς τὰ δημιουργήματα, ἵνα ἐκ τοῦ τούτων καλλονῆς καὶ τοῦ μεγέθους, τὰ τῆς σοφίας αὐτοῦ ἀόρατα καταλάβωμεν. *tanquam tabulam quandam Sapientiæ ſuæ propoſuit opera, vt è pulchritudine ac magnitudine eorum, Sapientiæ ejus inuiſibilia comprehendere poſſemus.* vt pateat, quam efficaciter & hic & ibi τὸ ἐξηγήσατο dicatur. Eo enim modo vera illa nobis Dei Sapientia, quæ ſciri, quæ videri non poſſunt, tanquam in propoſita tabella ἐξηγήσατο, ac voluntatem ejus repræſentauit. Quid quod ספר (ac ſi *ſcripſiſſe* dicas) Hebræus hic dixit: pro quo Syrus verbo אשתעי, enarrandi ſignificatione, quod eſt ἐξηγεῖσθαι, vſus eſt? Quare locus plane eſt geminus. Neque aliter τῷ ספר Regius Propheta vſus eſt: qui, *Cæli*, inquit, *gloriam enarrant Dei.* Quod ſi cœli, ex ſtructura illa admiranda ac ſtupenda, vt & Solis, Lunæ, Siderumque, Deum narrant, & deſcriptum quaſi repræſentant, quanto magis ille, qui in ſinu Patris, ipſa Patris Sapientia, per quem & hæc facta ſunt, qui character ipſe Patris & imago, ἐξηγήσατο τὴν δόξαν αὐτοῦ, *majeſtatem ejus ac virtutem inter homines repræſentauit?* Cujus & character, eſt ſcriptura. Hæc Sanctiſſimi quippe Euangeliſtæ mens eſt. qui cum de Diuinitate Filii ejuſque notis ita manifeſte & efficaciter loquatur, vt receptis pridem à Chaldæis, quas in eum vſum conquiſiuit, vocibus vtatur, mirum non majorem horum rationem eruditos habuiſſe. de noſtro enim minus mirum eſt: qui recens à paganis ritibus ad iſta ſe accinxit, neque phraſin Sacram, ea, qua debebat, diligentia excuſſit: quæ percellit ſane homines, & ſupra homines attollit. Vellem certe omnibus perſuaſum eſſet, quod compertum nobis toties monemus, locis fere ſingulis Chaldæos, quorum lingua, aut vicina, vtebatur, alluſiſſe in Euangelica

hiſtoria aut reſpexiſſe, autorem noſtrum. vt cum de nobili legatione illa,
℣ſ. 19. quæ hic ad Baptiſtam miſſa eſt, idem ita loquitur, Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία
Ἰωάννου, ὅτε ἀπέστειλαν οἱ Ἰουδαῖοι ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεῖς καὶ Λευίτας, ἵνα ἐρωτήσωσιν αὐτόν,
Σὺ τίς εἶ. Quæ pro more ſuo ita noſter reddidit:

Ἑβραίων ὅτε λαὸς ἐρημάδος ἐς ῥάχιν ὕλης
Λευίτας προΐαλλε, καὶ ἀγχύπους ἱερῆας.

Quanquam autem ſciam, Leuitarum alios fuiſſe Sacerdotes, quos Aharonitas proprie dicebant, alios, qui iſtis miniſtrarent, quos ſimpliciter Leuitas nuncupabant; vt nimirum ex Leuitis hos, qui Sacerdotes inter eos eſſent, miſſos ad Iohannem dicat; cogitandum interim, an non, ex vſu Helleniſtico Euangeliſta loquatur, & Λευίτας καὶ ἱερεῖς, pro eo quod vulgo, *Leuitas Sacerdotes*, dicat. vt Ioſuæ 3. 3. *Cum videritis arcam Fœderis Domini Dei veſtri, & Leuitas Sacerdotes portantes eam.* Vbi plane eodem modo, in Hebræo הכהנים הלוים, ſine copula nimirum. quod Helleniſtæ, ὅταν ἴδητε τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ τοὺς ἱερεῖς καὶ τοὺς Λευίτας αἴροντας αὐτήν. Chaldæorum more: qui & hic & alibi non ſemel, vt & Helleniſtæ, ἱερεῖς καὶ Λευίτας
℣ſ. 21. reddiderunt. Eodem capite, cum ii, qui miſſi ad Baptiſtam eſſent, quærunt, Ὁ προφήτης εἶ σύ; ſi quid Græce ſcimus, ὁ προφήτης eſt הנביא cum hajedia. Ideoque erudite noſter,

Μὴ σύ μοι, ὃν καλέουσι, θεηγόρος ἐσσὶ προφήτης;

Propheta, nempe, quem per excellentiam ſic vocat. Vt ſit ille de quo dicitur, Προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου, ὡς ἐμὲ, ἀναστήσει σοι κύριος. quanquam paulo poſt articulum diſſimulauit. Male igitur,

Οὐ πέλω Ἠλίας, οὐ θέσκελός εἰμι προφήτης.

Negat enim ſe Prophetam eſſe. Atqui hoc diſerte Zacharias dixerat, Καὶ σὺ παιδίον προφήτης ὑψίστου κληθήσῃ. Sed & ἄγγελος, qua voce hic vtitur, Helleniſtis eſt προφήτης. Vt cum Iudic. 2. 1. Καὶ ἀνέβη ἄγγελος κυρίου ἀπὸ Γαλγάλ. ad verbum ex Hebræo: vbi Targum נביא, Propheta. quæ jam mera incogitantia, aut potius ἀπροσεξία. Cauſa autem quod Iohannes bis reſpondet, (nam & Chriſtum, & Prophetam illum ſeſe negat, cum Propheta ille, qui & *Verbum Dei* à Chaldæo ibi dicitur, haud dubio ſit ipſe Chriſtus) non alia, quam error Iudæorum, qui diuerſa ſentiebant. alii enim Ioſuam, alii Eliam, Ieremiam alii intelligebant. Non ergo quod Iohannes ſic ſentiret, ſed quod ad quæſita reſponderet, bis interrogatus de eodem, bis reſpondet. Illud vero, nimis eſt dilutum & Theologo indignum, quod de hoc Propheta addit,

Ἄγγελος ἐσσομένων.

Quaſi prophetia, in prædictione tota eſſet, aut hæc nota διακριτικὴ illius eſſet de quo Moſes ibi agit. cum plus ipſi tribuatur: qui & doctor populi, & liberator, imo mediator inter populum & Deum, dicitur. Eodem capite
℣ſ. 29. & illud legitur: Τῇ ἐπαύριον βλέπει Ἰωάννης τὸν Ἰησοῦν. Mos Iudæis autem, vt in narrando, diem craſtinum, vt de præterito, vſurpent. quemadmodum cum die craſtino quid factum eſſe dicunt. Quod ab Helleniſtis τῇ ἐπαύριον, vt à Sanctiſſimo Iohanne, aliquoties hic dicitur. *Et fuit*, inquit Moſes, *die craſtino, & dixit Deus.* hoc eſt, *ſequenti autem die dixit Deus.* Ita in illo Ionæ, Καὶ προσέταξεν ὁ Θεὸς σκώληκι ἑωθινῇ ἐπαύριον, καὶ ἐπάταξε τὴν κολόκυνθαν, cap. 4. 7. Et 2 Sam. 11. 12. καὶ ἐκάθισεν Οὐρίας ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ καὶ τῇ ἐπαύριον. Et, Καὶ ἐγένετο τῇ ἐπαύριον, καὶ ὤρθρισεν ὁ λαὸς, Iud. 21. 4. Græci, τῇ ἐπιούσῃ, dicerent. Quod Epigrammatarius Latinus, ridiculi cauſa vſurpauit,

Cras te, Cæciliane, non vocaui.

vt jampridem eruditi legunt. hoc eſt, τῇ ἐπαύριον, ἐς τὴν ἐπιοῦσαν, *in ſequentem diem.* Vnde loquendi genus, quo in precatione Domini, ἄρτον τὸν ἐπαύριον, Syrorum more, ſiue τὸν τῆς ἐπαύριον, à Deo flagitamus. quod ἐπιούσιον Græci transtulerunt. quo quotidie, quo cras & hodie habemus opus. quomodo id

acute

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

acute ſummus vir Ioſephus Scaliger, & alii, accipiendum judicarunt. Nonnus, cum Euangeliſta ita loquitur, ſatis, meo quidem animo, ambitioſe lecytho poëtica defungitur. quemadmodum hoc loco dixit,

Ἀλλ' ὅτε δὴ δρόμον ἄλλον ἑκηβόλος ἤγαγεν ἠώς.

cum poſſet,

Ἤματι δ' ἐρχομένῳ.

Cap. III.

Baptiſmum Domini, non deſcriptum aut commemoratum ordine à Iohanne Euangeliſta, ſed tangi à Iohanne Baptiſta. Τῇ ἐπαύριον *quomodo in ſerie hiſtoriæ de Baptiſta accipiendum. Locus intricatiſſimus Orthodoxis in narratione hac ab Alogis objectus. quantum in eo ſe defatigarit Epiphanius. Euangelium Iohannis, capite ſecundo ex ſententia quorundam inchoari. Craſtinum* ἀορίστως *ab Hebræis vſurpatum. Quonam illa capitis 2. verba,* Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ. *ſint referenda. Magna ex connexione hiſtoriæ ſublata difficultas.* τὸ καταβαῖνον καὶ μένον *de S. Spiritu, quomodo dictum, & vnde deſumptum.* ἐπιφέρεσθαι ἐπάνω τῶν ὑδάτων, *in creatione idem dictus. opus S. Spiritus & operatio diuerſis modis, ab Ezechiele præſertim, expreſſa.* ἐγένετο ἐπ' ἐμὲ χεὶρ Κυρίου. ἦλθεν ἐπ' ἐμὲ πνεῦμα. ἔπεσεν ἐπ' ἐμὲ πνεῦμα Κυρίου. μένον *de S. Spiritu & proprie de eo vſurpatum.* μένον ἐπὶ χερουβείμ. *Locus Baptiſtæ,* κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτόν, *explicatus. Nonni negligentia & mira incogitantia. quatenus Baptiſtæ ignotus fuerit Dominus. verba Baptiſtæ, Chaldæorum more ex mente illius expreſſa.* ἀκούειν ἀντὶ τοῦ πιστεύειν. *aliud* ἀκούειν *ex Hebræo vſu, aliud* ἀΐειν *ex Græco. Nonni* ἀκρισία. *alluſio ad nomen, vt videtur, Simonis.* Σιμὸν *de accliui loco.* Σιμὸν, αἰγιαλὸς, *littus.* Πέτρος μεθερμηνευόμενον ὄνομα. μεθερμηνευόμενα *quæ. eorum aliquot ex Helleniſtarum ſcriptis exempla.* παρερμηνεία *Nonni.* ὃ ἑρμηνεύεται, *non ſatis diligenter ab eo expreſſum.* Θωμᾶς ὁ λεγόμενος Δίδυμος. *quem inepte Nonnus binominem fecit. Thomas. nomen ejus* μεθερμηνευόμενον *Didymus. Nomen Petri. Argutationes in illius nominis origine ac veritate, antiquorum. Aratori vox Hebræa Petrus. Interpretatio Heſychii. Petrus* ὁ ἐπιλύων *eidem, & vnde id deſumptum. Pathar, pethar. vnde Petrus quibuſdam, vt videtur. Petrus Latinum, teſte Elia. alia quæ eodem ſpectant obiter notata.* Πέτρος *recte Nonno* πίστιος ἀρραγέος σημήϊον. *Cepha, à robore & fortitudine. Nathanaël quomodo verus Iſraëlita dictus. Sacerdotes, Leuitæ, Iſraël. Philippo cum Simone & Andrea patria communis Bethſaida. id non recte à Nonno expreſſum. Nathanaël, ſub ficu ſedens. ea tranquillitatis ac pacis nota. Loca apud veteres Hebræos, ab arboribus deſignata. ejus rei aliquot exempla. Sub ficu, ex opinione Hebræorum, & in ea peccaſſe protoplaſtos. Quare ſub ficu agnitus à Domino & vocatus Philippus.*

SEmel atque iterum præfatus ſum, nullum ſermonis apparatum in hac ſcriptione à nobis expectandum. Nudæ res ſine ambitu verborum nobis placent. Quæ vbique in recenſione celeberrimi Interpretis, & tantopere à viris magnis commendati, properantem ſiſtunt, ſingulisque propemodum in locis, præter inſtitutum noſtrum, diutius ſubſiſtere nos cogunt, vt prolixiores alibi fortaſſe ſimus. Eodem, in quo hactenus verſati ſumus, capite, locus ille occurrit, ὅτι τεθέαμαι τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περι- vſ. 32.
στερὰν ἐξ οὐρανοῦ, &c. Verba maximi momenti, quæ non parum, vt & quædam alia quæ iſto capite dicuntur, viros maximos exercuerunt. Locum de Baptiſmo Domini, quem antiquus Martyr & Epiſcopus Hippolytus τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀνάδειξιν vocauit, non commemorauit, ſed δραματικῶς Baptiſtæ tribuit Euangeliſta: neque vllum ei ordinem in hac hiſtoria aut tempus aſſignauit: vnde maximi errores ac grauiſſimi. Contentus enim fuit teſtimonia

illius, προοιμίου δίκην collegiſſe. Quorum quædam poſt baptiſmum, quem, vt dixi, prætermittit, quod ex ſerie narrationis patet, Sanctus ille vir exhibuit. Atque id cum Alogi non obſeruarent, quos prolixe Epiphanius refutat, magnam viro illi maximo moleſtiam crearunt. poſt Baptiſmum enim quadraginta dies jejunaſſe Dominum ajebant: cum hic diceretur, ὅτι τῇ ἐπαύριον, hoc eſt, die altero poſt vnum teſtimonium Iohannes Chriſtum ad ſe viderit aduenientem: ac deinde rurſus τῇ ἐπαύριον, Simonem, Philippum, ac Nathanaëlem vocaſſe. Rurſus τῇ τρίτῃ in Cana Galilææ nuptias fuiſſe. In quo Tatianus quoque, ſcriptor antiquiſſimus, cujus Harmoniam τὴν διὰ τεσσάρων, loco Euangeliorum habuit antiquitas, non minus fluctuat. qui & ipſe verba illa, ὅτι τεθέαμαι τὸ πνεῦμα, & quæ proxime ſequuntur, ad hiſtoriam baptiſmi refert. ita vt tentationem ex Matthæi Euangelio ſubjungat, ac deinde quæ ſequuntur, τῇ ἐπαύριον πάλιν εἱστήκει ὁ Ἰωάννης, καὶ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο, ſubnectat; manifeſto temporis, vt ipſa res demonſtrat, detrimento. Toti enim quadraginta dies intercedunt. Cui vitio tegendo, is qui Tatiani interpretatur Harmoniam, *diem alterum* interpretatur. Sicut noſter, qui vbique importuna lecytho defungitur, Ἀλλ' ὅτε δὴ φάος ἄλλο &c. dixit. Item, Ἀλλ' ὅτε δὴ δρόμον ἄλλον. Item,

ἀλλ' ὅτε πέτρας
Πορφυρέας τριβάτη θαλαμηπόλος ἔγραφεν ἠώς.

Quaſi τῇ ἐπαύριον idem eſſet quod τῇ ἄλλῃ ἡμέρᾳ, aut potius, ἡμέρᾳ ἄλλῃ τινὶ, indefinite. Porro quanquam paſſim Hebræorum more loqui Helleniſtas non ignorem, quibus מחר ſæpe proximum, nonnunquam longius remotum tempus denotat, adeo vt ſæpe idem ſit quod μετὰ ταῦτα illis (quemadmodum, exempli cauſa, Exodi 13. ἐὰν δὲ ἐρωτήσῃ σε ὁ υἱός σου μετὰ ταῦτα, cum in Hebræo ἐπαύριον ad verbum legatur) nihil tamen opus eo, ſi, quæ hic dicuntur de baptiſmo, non pro parte hiſtoriæ, ſed teſtimonio Iohannis (vt quæ diligenter hic Euangeliſta colligit) accipiantur. Quod cum ex antiquis quidam intelligerent, narrationis ſeriem & Euangelii, ſecundo inchoarunt capite: & ab iis verbis, Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, hiſtoriæ initium fecerunt: primum autem caput, pro Præfatione habuerunt. Neque plus cauſæ erat, cur tantopere ſecundi capitis initium eruditos exerceret: qui cum toties hic τῇ ἐπαύριον, ibi autem τῇ τρίτῃ, diceretur, ſua intereſſe exiſtimarunt, vt exacta temporis conſtaret ratio. Quærunt ergo, vtrum, ex quo profectus erat à Iohanne, an ex quo in Galilæam venerat (qui aduentus nuſquam hic exprimitur, an tertio poſt habitum cum Nathanaële colloquium, habitæ in Cana ſint nuptiæ: ἀλλόκοτα enim comminiſcuntur alii, cum nulla tantæ hic difficultatis ſit occaſio. Et ſub finem primi capitis, ſecundo via ſternitur. commate enim 44. Τῇ ἐπαύριον ἠθέλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐξελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, dicitur. interim Philippum & Nathanaëlem vocat, interim ſe eo confert. Ergo τῇ ἐπαύριον ἠθέλησεν ἐξελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας: ita enim jungenda hæc videntur. In quo mirum cur non conſtet ſibi Epiphanius, qui nuſquam hæret. Ita illa, de quadraginta diebus, & baptiſmo Domini, ita altera, περὶ τοῦ ἐπαύριον, quod toties præcedit, ſublata erit difficultas. Adde, quod ſic ſupputare ſolent Helleniſtæ, Σήμερον, αὔριον, τῇ τρίτῃ: & quod interdum μετὰ τὴν αὔριον dicunt. Leuit. 19. ꝟſ. 5. ᾗ ἂν ἡμέρᾳ θύσεται, καὶ τῇ αὔριον, καὶ ἂν καταλειφθῇ ἕως ἡμέρας τρίτης. Bene igitur cohærent illa, quod Iohannes ait, Spiritum in caput benedictum Chriſti deſcendentem ſe vidiſſe, cum illo, τῇ ἐπαύριον πάλιν εἱστήκει: vt ſimpliciter, quid in Domini euenerit baptiſmo, quidque in eo reuelatum ſibi fuerit, Baptiſta exponat. quod & ipſa ejus quæ de præterito loquuntur verba, manifeſte euincunt, Κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτόν. Quando? ante baptiſmum. At in baptiſmo, τεθέαμαι τὸ πνεῦμα καταβαῖνον, &c. Poſt hoc teſtimonium, Τῇ ἐπαύριον, inquit, πάλιν

εἱστήκει

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

εἰσήκει ὁ Ἰωάννης, καὶ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο. Quod inprimis obſeruandum iis,qui hiſtoricas contexunt Harmonias. Rurſus illud, Τῇ ἐπαύριον ἠθέλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐξελθεῖν ἐς τὴν Γαλιλαίαν, optime, vt jam dixi, jungitur cum illo, Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, quod hiſtorice connecti poteſt: ac ſic manifeſte vtraque, quæ veteres & ſummos hac ætate viros aliquantum fatigauit, tollitur, ni fallor, difficultas. Operæ videre autem, quantum ſeſe cruciet hicEpiphanius.qui ex hoc loco,in quo totius rei & diſputationis cardo, totum conficere negotium potuit. Meram enim Alogorum arguit ἀλογισίαν. quia non baptiſmum Chriſto à Baptiſta collatum,ordine Euangeliſta ipſe refert:ſed illuſtre ſignum de deſcenſione Spiritus in eum, Baptiſta commemorat. Καὶ ἐμαρτύρησεν Ἰωάννης λέγων, ὅτι τεθέαμαι. Quis ergo illud Epiphanii admittat, ὡς Ἰωάννης μετὰ τὸ εἰπεῖν, Ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, λέγει, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, τουτέσιν, ἄνθρωπον γεγονέναι· καὶ ὅτι ἦλθε πρὸς τὸν Ἰωάννην Βαπτιστὴν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, καὶ ἐβαπτίσθη ὑπ᾽ αὐτοῦ? quod profecto non hic extat: neque enim διηγηματικῶς Baptiſmus refertur. Pergit Epiphanius, aitque, Ὡς τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου λέγοντος, Ὅτι οὗτός ἐστιν περὶ οὗ εἶπον ὑμῖν, καὶ πάλιν, ὅτι τεθέαμαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καταβαῖνον ἐν εἴδει περιστερᾶς, καὶ μένον ἐπ᾽ αὐτόν. hoc eſt, *Quæ deinde à Baptiſta dicuntur, Hic eſt de quo vobis dixi, item, vidiſſe ſe Spiritum ſpecie columbæ deſcendentem, ac manentem ſuper eum, poſt tentationem eueniſſe.* Nam Euangeliſta baptiſmi narrationem prætermiſit, de tentatione autem nihil dixit. qua moleſtia hic opus non erat. Sequitur, quod cum ſuperioribus cohæret, καταβαῖνον, ὡσεὶ περιστεράν. Qui, vt & ſequens, nobiliſſimus eſt locus, & inpri- Ibid.
mis accurata animi aduerſione dignus. Hunc columbæ motum, dum ex aëre paulatim deſcendit ac defertur, voce רחף exprimunt Hebræi. Helleniſtæ ἐπιφέρεσθαι dixerunt. Principio Geneſeos, καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τῶν ὑδάτων. ſucceſſu tamen impari, vt ipſi Græcorum Critici notarunt. Procopius, nondum Græce editus, ὅπερ οὐκ ἔχει ἡ τῶν Ἑλλήνων διὰ μιᾶς λέξεως παραστῆσαι φωνή: *cujus vim vocabuli vna eademque voce Græcorum*, inquit, *lingua exprimere non potuit.* Interim, quemadmodum à Moſe in hiſtoria creationis,de Sancto Spiritu, ita à Iohanne, cum de baptiſmo Seruatoris agitur, de columba quæ eundem repræſentat Spiritum, hic vſurpatur. Quemadmodum & Patres, cum de miſſione Spiritus ad Sanctos, quales ſunt Prophetæ, agunt, eo frequentiſſime alludunt. inter cæteros Athenagoras Legatione. Καίτοι καὶ αὐτὸ τὸ ἐνεργοῦν τοῖς ἐκφωνοῦσι προφητικῶς, πνεῦμα ἅγιον, ἀπόρροιαν εἶναί φαμεν τοῦ Θεοῦ, ἀπόρρέοντος, καὶ ἐπαναφερομένου, ὡς ἀκτῖνα ἡλίου. Neque aliter intellexiſſe Nonnum, vero eſt ſimillimum: qui ex Græco aliquo interprete, quid רחף eſſet, didicerat. Vt omittam, Syros in Liturgiis ſuis, cum de baptiſmo Domini loquuntur, ea voce vti. Dicunt enim, *Filius qui baptizatus eſt, Pater, qui clamauit, & Spiritus Sanctus, qui incubuit:* ὁ ἐπαναφερόμενος. quod eâdem voce exprimunt. Noſter, niſi quod nonnulla ex conſuetudine ejus interueniunt,non omnino ineleganter motum hunc expreſſit,

> Ὅττι πὺρ αἰθερίων πεφορημένον ἔδρακε κόλπων
> Πνεῦμα Θεοῦ, πτερύγων πεφορημένον ἔμφρονι παλμῷ·
> Ἀντίτυπον μίμημα πελειάδος· ἄχρις ἐπ᾽ αὐτὸν
> Ἦλθε, καὶ αὐτόθι μίμνε.

Quid autem eſt quod ſequitur, καὶ ἔμεινεν ἐπ᾽ αὐτόν? Nonnus enim verba, more Ibid.
ſuo, vt inuenerat, expreſſit: vim verborum nec expoſuit, nec, quod vbique manifeſtum, intellexit. Ex quo iterum loco, vt non paucis aliis, apparet, vbique ad Chaldæos reſpexiſſe Euangeliſtam. Porro, inter omnes Prophetas, qui vim, &, inuaſionem quaſi, vt ſic dicam, Spiritus Prophetici, cum cura deſcripſerunt, nemo ſæpius Ezechiele ejus meminit. qui non vno modo hoc expreſſit. Nam interdum, Ἐγένετο ἐπ᾽ ἐμὲ χεὶρ Κυρίου. vt 1. cap. com. 3. interdum, Καὶ ἦλθεν ἐπ᾽ ἐμὲ πνεῦμα. vt cap. 2. com. 2. interdum, Καὶ ἐπέπεσεν ἐπ᾽ ἐμὲ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

πνεῦμα Κυρίου. vt cap. 11. com. 5. In quibus omnibus fere locis voce שרא Chaldæus defungitur. quod ad verbum eſt μένειν. Sic Majeſtas Dei, hoc eſt ἡ δόξα, שכינא, de qua tam multis ante egimus, vel ipſe Spiritus, μένειν ἐπ' ὄρους, *in monte Sinai manere*, dicitur. Vbi Helleniſtæ, quod notandum, καὶ κατέβη ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τὸ ὄρος. Hebræus שכן κατεσκήνωσε, Chaldæus שרא ἔμεινε. vt intelligas, τὸ καταβαίνειν, & τὸ μένειν, quæ Euangeliſta hic conjunxit; κατασκηνῶσαι item & δόξαν, quæ hoc capite inculcantur toties & repetuntur, ac neglecta haſtenus fuere, Majeſtatis ac præſentiæ diuinæ eſſe nomina. quemadmodum & μένειν ἐπὶ χερουβεὶμ diuina dicitur Majeſtas. Quod expreſſit noſter. & inprimis quidem efficaciter de eo, qui ſine modo ac menſura, plenus illo Spiritu, vt loquitur: qui nec καταβαῖνον καὶ ἐλθὸν ἐπ' αὐτὸν, ſed, ex Chaldæorum vſu, μένον dixit. quam ſiue μονὴν, ſiue κατασκήνωσιν, Prophetis quoque ſuis tribuunt Iudæi. Quos antiqui Chriſtiani ſunt ſecuti. qui quem Sanctum Spiritum nos dicimus, etiam in Symboli interpretatione, Spiritum Propheticum, quod Chaldæis vel inprimis vſitatum eſt, dixerunt. Iuſtinus Apologia pro Chriſtianis ſecunda, Chriſtianos ait, primo Patrem, deinde Filium, poſtremo Spiritum agnoſcere Propheticum. Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, τοῦ γινομένου ἐν Ἰουδαίᾳ ἐπὶ χρόνοις Τιβερίου Καίσαρος ἐπιτρόπου, υἱὸν αὐτὸν τοῦ ὄντως Θεοῦ μαθόντες, καὶ ἐν δευτέρᾳ χώρᾳ ἔχοντες, Πνεῦμά τε προφητικὸν ἐν τρίτῃ τάξει, ὅτι μετὰ λόγου τιμῶμεν, ἀποδείξομεν. Vides ergo, quid ſit καταβαίνειν eo loco, quid ſit
v. 31. μένειν. Prope autem exciderat, quod præcedenti commate legitur, κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτόν· ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραήλ, διὰ τοῦτο ἦλθον ἐγὼ ἐν τῷ ὕδατι βαπτίζων. qui quoque locus inter cæteros non parum & noſtros & veteres exercuit. Noſter certe, vt in aliis nonnullis, imprudenter nimis ſententiam præcipitauit, cum dixit,

ἐγὼ δέ μιν οὐ πάρος ἔγνων
Ὄμμασι.

Quod magni noſtro tempore Theologi ſecuti ſunt. qui, *Non nouerat eum*, inquiunt, *de facie.* quanuis id malim, quam *de nomine & fama*, quod nonnullis placet. At qua tandem ratione, dicunt alii, non norat, tum cognatum, tum quem Eliſabeth & Zacharias prædicarat? Et quam veriſimile eſt, Prophetam tantum, imo qui Propheta major eſſet, eum cujus cauſſa venerat Propheta vt eſſet, qui cognatum, nondum adhuc natum, ipſe necdum natus, è materno ſalutaſſet vtero, vſque ad baptiſmum ejus, hoc eſt, totos triginta annos, ne vidiſſe quidem? Eum, cum quo tot communia ac tanta habuit: qui ambo, vt B. Auguſtinus eleganter loquitur, *mirabiliter nati eſſent: præco & judex, lucerna & dies, vox & Verbum, ſeruus & Dominus: de ſterili ſeruus, de virgine Dominus.* Vt ponamus enim in deſerto vixiſſe, quis tam pertinacem deſerti incolam fuiſſe credat, vt videre eum nollet, quem & Dominum ſuum mater Eliſabeth, & ſalutis cornu, & Altiſſimi Prophetam, pater Zacharias dixerat? aut tam rerum omnium ignarum, vt illius famam, de quo tanta ac tam luculenta in familia extarent teſtimonia, non vſurparet? aut poſtremo, munus ſuum ſolus ignoraret? Quod ſi ante ſignum cœlitus exhibitum, non norat eum, cur ante illud dixit, *Is qui poſt me venit, fortior me eſt, cujus non ſum dignus calceos geſtare: ipſe vos S. Spiritu & igne baptizabit?* Et cur ante ſignum, *Ego magis baptizari à te debeo?* quæ præcedunt ſane ſignum: eademque cum ad reuelationem referant, in eo tamen hærent, ignotum de facie fuiſſe. Noſter vero ferri amplius vix poteſt, qui hæc paraphraſtice ita reddit: *Ego de facie non noram eum: ſed vt is qui omnibus de facie ignotus, & à nemine prædictus erat, Iſraëli innoteſceret, veni ego vt ignarum aduentus hujus & imperitum inſtruerem populum.* Hoc enim illa, niſi Græce neſcimus, volunt:

ἐγὼ δέ μιν οὐ πάρος ἔγνων
Ὄμμασιν· ἀλλ' ἵνα πᾶσιν ἔχων ἄγνωστον ὀπωπὴν,

Ἰσραὴλ

Ἰσραὴλ τοκέεσσιν ἀσημάντοισι φανείη,
Ἤλθον ἐγὼ προκέλευθος ἀκηρύκτοιο πορείης.

Quæ ἀνάρμοστα ſunt & ἀσύστατα, neque vllo modo hærent. Sunt enim contradictiones meræ. quæ nunc relinquamus, & de loco ipſo. Bene Syrus, qui hic verbo ידע vſus eſt. pro quo τῷ גלא vel גלי Targumiſtæ, φανερός ἐστιν Helleniſtæ vtuntur. Quare quod Chaldæi, οὐκ ἦν φανερός μοι, vel ἐναντίον μου, Euangeliſta noſter, οὐκ ᾔδειν αὐτὸν, dixit. quod eſt longe aliud profecto. Nam de munere ejus agit: cui homines vt præpararet, ipſe miſſus erat. Non igitur hac parte eum norat. quippe cum nondum id ei reuelatum eſſet. *Non noram eum,* inquit, *penitus, & vt debebam.* Quod Apoſtolis quoque ipſis euênit. qui cum quotidie adeſſent illi, tamen, vt ex Petri προπετείᾳ & aliorum confeſſionibus apparet, οὐκ ᾔδεισαν αὐτόν. Ideoq; & Chryſoſtomus, qui in hoc loco æſtuat, hanc tamen obſeruatiunculam, οὐκ εἶπεν, οὐκ οἶδα αὐτὸν, ἀλλ' οὐκ ᾔδειν αὐτὸν, appoſuit. quomodo & vulgo dicimus, *Non noram eum:* de eo, quem non penitus perſpectum habebamus. Talis illa Theocritici paſtoris λιτότης: Νῦν ἔγνων τὸν ἔρωτα. *Nunc ſcio quid ſit amor.* non quod antea neſciret, ſed quod crudelitatem ejus nondum penitus perſpectam habuiſſet. Chaldæi ergo longe id plenius quod volo: qui, *nondum erat reuelatus mihi:* hac nimirum parte. vt dicatur, ſenſim, & κατὰ προκοπὴν, in Domini ſuique muneris cognitione maximus vir profeciſſe. Illud quidem certum eſt, hunc ipſum de quo agit, eum eſſe, qui in S. Spiritu baptiſmum collaturus eſſet: idque ex ipſius reuelatione Spiritus, & ſigno illo tam illuſtri, in baptiſmo ejus didiciſſe. Auguſtinus De Euangeliſtarum conſenſu libro 2. c. 15. *Ex quo apparet, quanuis eum jam noſſet (nam & in vtero matris exultauit, cum ad Elizabeth Maria veniſſet) aliquid tamen in eo, quod nondum nouerat, columbæ deſcenſione didiciſſe. Quod ipſe, ſcilicet, baptizaret in Spiritu Sancto; propria quadam & diuina poteſtate. vt nullus homo qui accepiſſet à Deo baptiſmum, etiamſi aliquem baptizaret, poſſet dicere, ſuum eſſe quod traderet, vel à ſe dari Spiritum Sanctum.* Et optime Beda: *Certum eſt, quia ſciebat Dominum Iohannes, cui teſtimonium perhibere miſſus eſt: quem judicem omnium venturum prædicabat, dicens, Cujus ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam. A quo Spiritum Sanctum dari debere teſtabatur, Ipſe vos baptizabit, inquiens, Spiritu Sancto. à quo ſeipſum ablui deſiderabat, dicens, Ego debeo à te baptizari, & tu venis ad me? Quomodo ergo dicit, Et ego neſciebam eum? Niſi quia eum, quem & ante nouerat, perfectius jam, cum baptizaretur, agnouit. Quem mundi Saluatorem & judicem nouerat, hujus potentiam Majeſtatis altius, Spiritu Sancto ſuper eum deſcendente, cognouit.* Theophylactus, Ὅτι ᾔδει μὲν αὐτὸν ὅτι Χριστός ἐστιν, ὅτι δέ γε αὐτὸς ὁ βαπτίζων ἐστὶν ἐν πνεύματι ἁγίῳ, τότε ἔμαθεν, ὅτε τὸ πνεῦμα ἴδε καταβαῖνον. λέγων οὖν, ὅτι οὐκ ᾔδειν αὐτὸν, τοῦτο δίδωσι νοεῖν, ὅτι οὐκ ᾔδει, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ ἐν πνεύματι ἁγίῳ βαπτίζων· ὅτι μὲν τοι ὑπὲρ σὲ πολλοὺς ἐστιν, ᾔδει. διὸ καὶ κατὰ τὸν Ματθαῖον διεκώλυεν αὐτὸν, ὡς μείζονα πάντων εἰδώς. Ἐπεὶ δὲ τὸ πνεῦμα κατῆλθε, &c. Quibus ſciuiſſe eum judicat, fuiſſe Chriſtum, neſciuiſſe autem eſſe eum qui in Spiritu Sancto baptizaret. nam diſerte vtrunque dicit. Verum aliud, ἵνα φανερωθῇ. vt in illo, καὶ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ. quod addidit, vt illius Majeſtatem & baptiſmatis prærogatiuam explicaret. Bene Chryſoſtomus, qui ſignificanter, Munus Iohannis fuiſſe, προοδοποιῆσαι τῇ εἰς Χριστὸν πίστει τοῖς λοιποῖς ἅπασιν, *vt baptiſmo ſuo viam omnibus ad fidem in Chriſtum præpararet,* dixit. Mirum autem quam inter cæteros Eraſmum exercuerit hic locus. Igitur ἐγὼ δὲ οὐκ ᾔδειν αὐτὸν, *nondum plane notus erat mihi. quia quod præcipuum nondum reuelatum mihi erat. Ignorabam enim eum eſſe qui in Spiritu baptizaturus eſſet.* Eodem capite legitur, καὶ ἤκουσαν αὐτοῦ οἱ δύο μαθηταὶ λαλοῦντος, καὶ ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ. v. 37.
Quod noſter, cum non aſſequeretur, nimis dilute reddidit,

Καὶ ζαθέην ἀΐοντες ἀληθέος ἀνδρὸς ἰωὴν
Ἀπλανέες δύο φῶτες.

Ἀκούειν

Ἀκούειν enim, non *audire* eo loco, ſed, *cum auditu fidem adhibere.* quod Hebræis ita vſitatum, vt exemplis non ſit opus. Euthymius ad hunc locum, *Auribus videlicet animæ: cum alii audiuiſſent vtique auribus corporis.* Fateor, atque adeo profiteor, me juſtam, & qua ipſe mihi ſatisfaciam, non inuenire

vſ. 43. rationem, quare ad illa capite eodem, hoc eſt primo, verba, Σὺ εἶ Σίμων ὁ υἱὸς Ἰωνᾶ· σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς, ὃ ἑρμηνεύεται Πέτρος, ita de nomine Simonis loquatur,

ἐστὶ δὲ Σίμων
Ἐργατίνης πόντοιο.

Nec jam quæro, quid Simoni, qui in lacu piſcabatur, commune fuerit cum ponto (nam perpetuus hic illi error eſt, quod lacum, de quo loquitur, vbiuis, & ſalſum, & mare, & pontum dicat, quia idem, mare Hebræis, non naturæ, ſed linguæ ratione, dicitur) hoc quæro, quid Simoni ſit commune & piſcatori: in vocis enim, niſi fallimur, origine verſatur. In quo tamen quia notum quantum ſibi veteres permittant, quos, ne verum dicerent, nonnunquam ſtudio cauiſſe exiſtimes, puto ad Græcorum σιμὸν alluſiſſe: quo & Ariſtoteles & alii non pauci de accliuibus atque arduis vtuntur locis. apud quem in Problematis, τὰς πρὸς τὰ σιμὰ πορείας, de ejuſmodi locorum aſcenſu, habes. qui &, quare difficulter in ejuſmodi incedamus locis, hoc eſt, διὰ τί πρὸς τὰ σιμὰ χαλεπῶς βαδίζομεν, in iiſdem libris quærit. Vt omittam, ipſum quoque littus, Σίμιον Heſychio dici. qui, Σίμιον, αἰγιαλός. niſi Σιμὸν ſcripſit. quo hic reſpexiſſe videatur. Vt hoc velit, *ante Simon dicebaris*, ὡς ἐν σιμοῖς, nempe, ἀναστρεφόμενος. *quia circa littora, vt piſcatores ſolent, verſabaris.* Quod ſi libuit nugari, cur non, *quia ante cæcus eras, & nunc vides*, dixit? nam & σιμοὶ, teſte Heſychio, οἱ τυφλοὶ, *cæci.* Quis autem, qui aſpexit Orientem, patienter iſtam argutandi artem ferat, quamuis hic, ſi alibi, latiſſimus laſciuiæ campus patet? Cum dixit,

Ibid.

ἀνέρες ἄλλοι
Πέτρον ὅπερ καλέουσι,

non videtur intellexiſſe, quæ μεθερμηνευόμενα ὀνόματα (qualia multa apud Helleniſtas extant) ab antiquis interpretibus dicantur. Nihil enim Iohannes voluit, niſi, vocem Petrus, vocis Syriacæ Cephas μεθερμηνευόμενον eſſe: quemadmodum δρῦς ὑψηλὴ Gen. 12. 6. μεθερμηνευόμενον τοῦ *Elon moreh*: quemadmodum βάλανος πένθους μεθερμηνευόμενον τοῦ *Allon Bachuth*, quod Helleniſtis placuit: vt cum *Cariath ſepher*, πόλις γραμμάτων dicitur: cum interdum nomina, interdum, loco nominum, τὰ μεθερμηνευόμενα, ab Helleniſtis vſurpentur. Noſter vero ſic accepit, quaſi Cephas & Petrus, duo eſſent nomina: cum poſterius hoc loco ſit interpretatio prioris. Quod manifeſte ab autore Sacro hic dicitur, & illi aliquando fraudi fuit, vt cum Thomam alibi ridicule, binominem vocauit, quia dixerat Euangeliſta, Θωμᾶς, ὁ λεγόμενος Δίδυμος. cum Thomas, vt vel mediocriter periti ſciunt, nomen ſit: τὸ μεθερμηνευόμενον illius nominis ſit Didymus. Neque vidi ſane hominem, qui minus ab his ſtudiis paratus, ad Theologiam venit: cum non deſint qui Eccleſiæ fuiſſe Præſulem exiſtiment. Sane diſtinctius dixiſſet

ἄνδρες Ἀχαιοὶ
Πέτρον ὅπερ καλέουσι.

cum & obtinuerit, vt nomen obſoleſceret, interpretatio reciperetur ab Eccleſia. Sed profecto mirum, quam in nominum interpretatione, &, vt Græci dicunt, veritate, luſerint aut nugas egerint antiqui. Et quid ſibi veteres Latini volunt, qui Hebræam vocem eam dicunt? Inter quos Arator, homo, niſi quatenus non pauca ab ætate ſua traxit, ad poëſin à natura factus, cum de Petri nomine ſic argutatur:

Comperit accitus quæ ſit ſua viſio Petrus;
De merito qui nomen habet. nam Petrus Hebræo

Agnoſcens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Agnoſcens ſermone ſonat. pro nomine Chriſtus
Sic vocitare dedit, quo cognoſcente pateſcit.

Quem ut omittamus, Heſychio doctiſſimo autore quid fiet, qui & nonnunquam voces Orientis ex eruditorum hominum ſententia interpretatur? apud quem ita legitur, Πέτρος, ὁ ἐπιλύων, ὁ ἐπιγινώσκων. deinde autem addit, οὗτος καὶ Κηφᾶς καὶ Συμεὼν ἐλέγετο. Quæ an conueniant, quiuis cogitet. Quid enim Cephæ cum eo qui ἐπιλύων dicitur? nam de Simone aliud, quem ab audiendo dici volunt: forte vt τὸ ἐπαΐειν, & audire Græcis denotat & ſcire. Quanquam dici ſane vix poſſit, quantum in Hebræarum vocum, nominum præſertim propriorum, origine, permittant ſibi Græci. Fieri autem poteſt, vt à voce פתר aliquis, nec Hebraice nec Græce ſatis eruditus, id deduxerit: idque ex interpretatione Græca. Geneſeos enim 41. qui arcana interpretatur ſomniorum, συγκρίνειν, ἀναγγέλλειν, & ἐπιλύειν dicitur. quod enim ibi verſu 12. καὶ συνέκρινεν ἡμῖν, alii, τὰ ἐνύπνια ἡμῶν, ἀνδρὶ κατὰ τὸ ἐνύπνιον αὐτοῦ, ἐπέλυσε. Cæterum τὸ פתר *pathar*, Chaldæis *pethar*, ἐπέλυσεν: à quo פתרון *pithron*, *interpretatio* iiſdem. Vnde Πέτρος, ὁ ἐπιλύων, vt Heſychio hic placet. quod eſt argutiſſime nugari. Sed Origenes, qui ſolus apud Græcos, cum pauciſſimis fortaſſe aliis, Hebraice peritus fuit, quicquid vellet aliis perſuaſit. E cujus Hebræo contextu, Græcis literis expreſſo, dici vix poteſt, quam multa veteres, Græci inprimis, hauſerint deliria. qui hoc ipſo tamen Hebraicarum literarum, cum nihil minus eſſent, peritiſſimos ſe eſſe, perſuaſerunt ſuis. Et tale aliquid Arator forte inuenerat. Sed ineptias vide. Græci Latinique, vocem ſuam ab Hebræa, quam Hebræi ipſi à Latina, deducunt. quemadmodum Elias, qui Romanam eſſe alibi fatetur. Sed & Chaldæi quidam, cum hoc exprimunt quod *petram* Græcis notat ac Latinis, voce Italica, quæ hinc defluxit, vtuntur: ab ea enim ſuam & Itali fecerunt & Galli. nec multo aliter Hieroſolymitanis interpretibus. Longe autem noſter melius ſe geſſit, cum τὸ Πέτρος, πίστεος ἀρραγέος σημήϊον, *monumentum*, ſiue, *ſignum*, *firmæ fidei* vocauit. quia idem denotat quod Cepha: quod Elias, in voce hac, in Thiſbite, fortitudinem notare ait: vnde & nomen diſcipulo impoſitum. hoc enim bene, quanquam recutitus. Capite eodem de Philippo cum legitur, ἦν δὲ ὁ vſ. 45.
Φίλιππος ἀπὸ Βηθσαϊδὰ, ἐκ τῆς πόλεως Ἀνδρέου καὶ Πέτρου, non hoc voluit Euangeliſta, eam patriam Philippi fuiſſe, in qua Petrus & Andreas habitarent; ſed eandem tres illos habuiſſe patriam, ſiue, ex eadem urbe oriundos. Quare pro illis,

Ξυνὴν εἶχε Φίλιππος ἑὴν Βηθσαϊδὰ πάτρην,
Ἀνδρείας ὅθι ναῖεν, ὅπῃ θρασὺς ᾤκεε Σίμων,

melius ſe expreſſiſſet, ſi dixiſſet,

Ξυνὴν δ᾽ ἐν Γαλιλαίᾳ, ὁμοῦ Σίμωνι μαθητῇ
Ἀνδρείᾳ τε, Φίλιππος ἔχεν Βηθσαϊδὰ πάτρην.

Eodem capite ſequitur, ἴδε ἀληθῶς Ἰσραηλίτης, ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι. in quo, niſi vſ. 48.
fallor, ſic accipitur Iſraëlita, ut cum Sacerdotibus opponi ac Leuitis ſolet. qui, cum omnem ſibi vindicarent ſanctimoniam, ac ſæpe nihil minus eſſent, ſolus Iſraël reſtabat. Ipſa nempe plebs: quæ ſola, ſine faſtu, innocentiæ ac probitatis reliquam ſeruabat laudem. vnde illud, *Sacerdotes, Leuitæ, Iſraël.* Dominus ergo ſummam Leuitarum ac Sacerdotum, cum qua ſemper luctabatur, arrogantiam pertæſus, ſimpliciſſimo candidiſſimoque viro, ſed qui nihil externum, nullam Legalem ſanctimoniam & ex ea arrogantiam, nullam inanium præ ſe ferret ſpeciem ac nihil ſibi vindicaret, elogium hoc tribuit, *Vere Iſraëlita, in quo dolus non eſt.* Paulo poſt ſequitur, Πρὸ τοῦ σε Φίλιππον φωνῆσαι, vſ. 49.
ὄντα ὑπὸ τὴν συκῆν, εἶδόν σε. Quibus quidem verbis, partim aliud agendo, ad ſuauiſſimum mitiſſimumque Nathanaëlis videtur alluſiſſe ingenium (qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

relicta Hieroſolyma, vrbe magna, relicto omni Sacerdotum ac ſcribarum ſtrepitu, relicta omni populari aura ac moleſtia, ſub ficu ocioſum ſuum, quanquam rerum ſine dubio magnarum cogitationibus intentus, oblectabat ocium; idem, qui magnificum illud de Seruatore ac præclarum reddit teſtimonium, quo majus cum tanta brevitate dari vix poteſt) partim ad ipſius Meſſiæ reſpexiſſe tempus, quod in pace & Eſaias & alii promiſerant. Pacis autem nota hæc ponitur. vt in illo, Καὶ κατῴκει Ἰούδας καὶ Ἰσραὴλ πεποιθότες ἕκαστος εἰς τὴν ἄμπελον αὐτοῦ, καὶ ὑπὸ τὴν συκῆν αὐτοῦ, ἀπὸ Δὰν καὶ ἕως Βηρσαβεὲ πάσας τὰς ἡμέρας Σολομῶντος. *Habitabatque Iuda & Iſrael abſque timore vllo, vnuſquiſque ſub vite ſua & ſub ficu ſua, à Dan uſque Berſabee, cunctis diebus Salomonis.* 1 Regum 4. ✝ſ. 25. quod & veri illius Salomonis tempore euênit. Vſitatum autem eſt Hebræis, nomina locorum, quæ non ſatis certa aut diſtincta, ab arboribus notare. vt cum Debora Rebeccæ nutrix, ὑπὸ τὴν δρῦν, quod Helleniſtis ὑπὸ τὴν βάλανον, ſepulta dicitur: vt cum paulo ante Iacobus, exterorum ſimulachra Deorum, ὑπὸ τὴν τερέβινθον τὴν ἐν Σικίμοις, Geneſ. 35. 4. abſcondit. cujus iterum, vt quidam volunt, capite Ioſuæ vltimo fit mentio. A quibus ipſis quoque locis nomen. vnde Vallis terebinthi. 1 Sam. 17. 2. & alibi non ſemel. Ita Deus primum Abrahamo, ὑπὸ τὴν δρῦν τὴν ὑψηλὴν, vt Helleniſtæ; *ad quercum Moreh*, vt Hebræi, apparuiſſe dicitur. cum μεθερμηνευομένοις in talibus vtantur Helleniſtæ: vt cum 1 Regum 13. 14. vir Dei, ὑπὸ τὴν δρῦν, *ſub quercu, ſiue terebintho*, vt alii, ſicut hic Nathanaël ſub ficu, ſedit. locus enim aliquis ab arbore ſic dictus, aut conſpicuus, notatur. Notum autem, non in Ægypto tantum ſed & Oriente reliquo, frondoſam mire ac denſam eam arborem fuiſſe. Vt ſit ſenſus, *Tum quoque cum vocaret te Philippus, ſub ficu cum eſſes, non tam vidi te quam mores indolemque, mi Nathanaël, tuam penetraui.* quod τοῦ καρδιογνώστου vere διακριτικὸν ac proprium. Ab hac, in qua, aut, ſub qua peccaſſe primo parentes noſtros volunt, verus hic Iſraëlita, ab eodem Verbo, cujus tum audita vox eſt (Chaldæi autem, quos vbique in animo, vt ſæpius jam diximus, Euangeliſta habet, vocem eam, cujus mentio fit ibi, Verbi Dei vocem eo loco dicunt) ad arcanum
✝ſ. 52. Euangelicæ felicitatis ac annunciationis vocatur. Locus, qui ſequitur, planus eſt, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, Ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. cui noſter tenebras interpretatione offudit, cum dixit,

Πεπταμένων στεφανηδὸν ἀθηήτων κενεώνων,

Quam autem rectè κενεῶνες tribuantur cœlo, cogitent, qui quid in corpore κενεῶνες ſint, è Galeni Commentariis in Hippocratem didicerunt. Quid enim ſi λαγόνες, aut Homeri λαπάρα cœlo tribuantur? Quanquam, quid hic dici poſſit non ignorem.

Cap. IV.

Caput ſecundum percurritur. ἡ ἱερὰ τράπεζα, & ad eam alluſum. idem quod altare. ea à jurantibus tangi manu ſolita. qui ἀρχιτρίκλινος S. Iohanni, Nonno οἰνώπης. οἰνόπται qui. μέτρον, & μετρητής. Locus ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ. δόξα Nonno quid. ἀποκρίνεσθαι ex Hebræo ac Chaldæo vſu, ἀντὶ τοῦ λέγειν, dicere, non reſpondere. id exemplis aliquot ex Helleniſtis probatum. ὅτι ταῦτα ποιεῖς, oratio ἐλλελειμμένη. Signa ab incredulis poſtulata. ea Hebræis & Chaldæis quomodo dicta. Helleniſtis πειρασμοί. πειράζειν. Nonni error & anachroniſmus. Locus de poſteriori templo accipiendus, quem de priori accipit. Salomonis paucioribus ædificatum annis. Ædificatio templi Salomonis pariter & ædium. quibus viginti ſimul aſſignari annos: cum poſteriori quadraginta ſex aſſignentur. Locus Euangeliſtæ, ὅτε οὖν ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν, de aſcenſione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ſione à Nonno explicatus. πολλοὶ ἐπίστευσαν, *de fide quam* πρόσκαιρον *dicunt. In illo loco* οὐκ ἐπίστευεν ἑαυτὸν αὐτοῖς, *de quibus intelligendum. Caput hoc ſecundum Græca poëtica Metaphraſi à nobis redditum.*

PRincipio ſecundi Capitis, cum Euangeliſta, καὶ ἦν ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ ἐκεῖ, Cap. II.
de Deipara matre ac virgine, Nonnus de eadem, ℣. 1.

Ἀχράντῳ παλάμῃ χαμαὶ ψαύουσα τραπέζης,

dixit: qui ſic, ad Sacram menſam, ſiue τὴν ἱερὰν τράπεζαν, videtur alluſiſſe.
Chryſoſtomus ad Acta Apoſtolorum Homil. 9. Μὴ τραπέζας ἱερᾶς ἅψασθαι
τολμᾷς, ἀμύητος ὤν; *Num, antequam initiatus ſis, Sacram tangere audes menſam?*
eſt autem ἱερὰ τράπεζα, quæ poſterioribus *altare* dicitur. quam jurantes tan-
gebant. Capite eodem, cum legitur, Ἦσαν δὲ ἐκεῖ ὑδρίαι λίθιναι ἓξ κείμεναι κατὰ ℣. 6.
τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων, χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς, dedit operam Sanctiſ-
ſimus Euangeliſta, vt de magnitudine miraculi lectorem moneret: cum ex
certa liquidi menſura, quantum aquæ fuerit mutatum, accurate oſtendit.
Ait enim, hydrias fuiſſe ſex: ſingulas ex iis, duos cepiſſe aut tres metretas.
quas hydrias ſi diuidas in partes, quid quantumque capiat metreta, quilibet
intelliget. Noſter, Attica vrbanitate vſus, pro metreta μέτρον ſubſtituit. qua
vna voce omnes arithmeticos eluſit. Hoc enim tale, ac ſi quæras, quantum
capiat metretes vini, & reſpondeatur, μέτρον, ſeu menſuram eſſe. quippe
cum & chus, & ſextarius, & cotyle, & quartarius; metreta denique & co-
chlear, menſuræ ſint. quod pro eo enim ponit, certi nihil ſignat. Quid
igitur conficies ex eo,

ἀμφιφορῆες
Ἓξ ἔσαν τρία μέτρα κεχανδότες εὐρέϊ κόλπῳ,
Ἠὲ δύω?

nihil, niſi ex Euangeliſta id diſcas. Quis enim ſciet, μέτρον hic metretam
eſſe? At ſi hydrias ſex ponas, eæ autem quot metretas continerent ſingulæ,
addatur, etiam de libris, imo & de vnciis, conſtabit. Igitur, quod μετρητὴν
Euangeliſta, μέτρον dixit. quod nunc illi concedamus, quanuis hic nos co-
git. Eodem capite, non multo poſt, veniam meretur, quod ἀρχιτρίκλινον ℣. 8.
hic non ſeruarit: cum per numeros id non liceret. Ita ergo ille:

Οἰνώπῃ δ᾽ ἐκέλευσεν ἄναξ σημάντορι φωνῇ,
Κρωσσαίης ἀρύοντες ὑπωροφίης ἀπὸ λιβὸς
Εἰλαπίνης μεδέοντι κομίσσατε νήδυμον ὕδωρ.

Igitur οἰνώπην, quem ἀρχιτρίκλινον Euangeliſta, dixit. pro quo, οἰνόπτην, magnus
Scaliger legebat. quanuis ſane οἰνόπτας, alios fuiſſe ab eo quem Euangeliſta
hic deſcribit, nemo ignorare poteſt: vt qui non tam vini & totius appara-
tus quam bibentium haberent curam: vt ex æquo nempe biberent conui-
uæ. Tamen quia hic de vini cura ac inſpectione agitur, quo ea vox transferri
poteſt, etiam nos, cum hoc caput Græce expreſſimus, eadem vſi ſumus. Sy-
rum miror, quod pro ריש סמכא, *præfecto epuli*, non potius *præfectum triclinii* di-
xerit. cum τὸ טרקלין, *triclinium*, etiam Magiſtris diu in vſu fuerit. Non ſine cau-
ſa ante Metaphraſten noſtrum obelo notauimus, quod ad illum locum capi-
te ſecundo, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, vocem, quæ eſſentialem Dei Maje-
ſtatem notat, hoc eſt, τὴν οὐσίας notam, in ἀξίας notam, commutarit. Quod
in loco illuſtriſſimo, qui capite ſecundo legitur, iterum admiſit. vbi verba
illa, quibus primum illud ac θεοπρεπέστατον æterni Dei Filii in nuptiis miracu-
lum Euangeliſta ſignat, καὶ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ, ita extulit:

Ἑβραίοις δ᾽ ἀνέφηνεν ἑὴν ὑψαύχενα τιμήν.

Apage igitur ὑψαύχενα hic τιμήν: quod longe aliud. vide quæ jam ſæpius de
ea, qua hic vſus eſt Euangeliſta, voce annotauimus. Sequitur, Ἀπεκρίθησαν ℣. 18.
οὖν οἱ Ἰουδαῖοι καὶ εἶπον αὐτῷ, *Reſponderunt Iudæi & dixerunt ipſi*, cum tamen nihil

Iudæis Dominus dixiſſet. nam præceſſit, καὶ τοῖς τὰς περιστερὰς πωλοῦσιν εἶπεν.
in quo nulla difficultas: cum τὸ ἀποκρίνεσθαι, ex vſu, vt non ſemel dixi, Helle-
niſtico, quem ab Hebræis ac Chaldæis habent, etiam hic, nihil ſit aliud
quam *loqui*. Ita Deuteronom. 26. 4. Καὶ λήψεται ὁ ἱερεὺς τὸν κάρταλλον ἐκ τῶν χειρῶν
σου, καὶ θήσει αὐτὸν ἀπέναντι τοῦ θυσιαστηρίου, τοῦ κυρίου, τοῦ θεοῦ σου. Καὶ ἀποκριθήσῃ καὶ ἐρεῖς. hoc
eſt, λέγων ἐρεῖς. Tale eſt illud Danielis 3. c. 13. καὶ ἤχθησαν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, καὶ
ἀπεκρίθη Ναβουχοδονόσωρ. cum locutus nemo eſſet. Atque ita non ſemel Da-
niel & Iobus, qui ſic τῷ ענה vtuntur. Ita Rex Balthaſar, ita Regina cap. 6. re-
ſpondere dicitur, cum loquitur. Quod ſequitur, & à Iudæis dictum comme-
Ibid. morat Euangeliſta, Τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν ὅτι ταῦτα ποιεῖς, de quo interpretes
contendunt, ſtrictus ac Hebraicus loquendi modus eſt. Intelligendum enim
ש אתה, hoc eſt, *quod tu es qui iſta facis. quod tu es Meſſias, qui iſta facis. Iam au-
toritatem tibi vindicaſti, neque adhuc deberi tibi hanc probaſti,* ὅτι σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ,
ὁ ταῦτα ποιῶν. *quod tu qui hanc autoritatem tibi vindicaſti, Filius es Dei: vel, Meſ-
ſias ille miſſus.* Simillimus locus Iudicum 6.17. vbi Gedeon, loquente Deo,
καὶ ποιήσεις μοι σημεῖον, inquit, ὅτι σὺ λαλεῖς μετ᾽ ἐμοῦ. in Hebræo autem idem de-
fectus, τοῦ ש אתה. *quod tu es Iehoua, qui mecum loqueris.* vt, ὅτι ταῦτα ποιεῖς, ſit,
ὅτι σὺ εἶ Χριστὸς, ὃς ταῦτα ποιεῖς. *te Chriſtum eſſe, hæc qui facis.* Attici, τίνα τῆς ἐξουσίας
ἔχων πίστιν, τοῦτο ποιῶν τυγχάνεις; dicerent. Quod non male noſter, Ὅτι σὺ ταῦτα
τελέσσας. niſi quod obſcure ſatis, & à brevitate non recedat: quæ fortaſſe il-
luſtranda Paraphraſtæ erat. Nec de facto dubitabant, quod ante oculos
videbant, ſed petebant ſignum. Quare? ne de autoritate ejus, qui hæc ſibi
vindicaret, dubitarent. vt conſtaret, eum eſſe, quem præ ſe ferebat ipſe, &
quem illi expectabant: non enim ſimplicis Prophetæ erat, domum purgare
Dei, & autoritatem vindicare ſibi tantam. vnde & non ſine cauſa ex antiquis
quidam, maximum miraculorum hoc vocat: quod autoritate, vt videbatur,
nulla munitus, diuinam ſibi proſpero ſucceſſu vindicaret. Iam cum Euan-
geliſta dixit, Τί σημεῖον δεικνύεις; noſter autem,

Ποῖα παρ᾽ Ἑβραίοις ἐπιπρόσοπα σήματα δείξεις;

ſigna, quæ increduli petebant, aut exigebant potius, intelligit. Qualia He-
bræi מסות, Chaldæi נסין, Helleniſtæ πειρασμοὺς dicunt. vnde illud Deuter. 7.19.
τοὺς πειρασμοὺς, τοὺς μεγάλους, οὓς εἴδον οἱ ὀφθαλμοί σου· τὰ σημεῖα καὶ τὰ τέρατα μεγάλα
ἐκεῖνα. Eſt igitur πειράζειν, confirmandæ fidei, quæ πρόσκαιρος nonnunquam
eſſe ſolet, aliquod portentum flagitare aut miraculum. cujus hic character
verus. Tale eſt illud Ex. 7.9. pene idem ad verbum cum eo quod hic legitur,
καὶ ἐὰν λαλήσῃ πρὸς ὑμᾶς Φαραὼ, λέγων, δότε ἡμῖν σημεῖον ἢ τέρας: quod vt teſſeram
in bello exigebant. & Regina Seba, veniſſe ad Salomonem, τοῦ πειρᾶσαι αὐτὸν
℣ſ.20. ἐν αἰνίγμασι, dicitur. In Euangeliſta noſtro ſequitur, Εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, τε-
σσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος, καὶ σὺ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν; vbi
maxima Interpretis noſtri & ſecura admodum παρερμηνεία. Ita enim locum
accipit, quaſi de priori hic ageretur templo, cum, de poſteriore agi quiuis
intelligat. Salomonem enim ſex & quadraginta annis in ædificando fuiſſe
templo, ait: cum non vltra ſeptem à Sacris literis, vt 1 Reg. 6. 38. qui nu-
merus rotundus eſt, ponantur: de quo nonnulli aliter, diuerſa tamen ratio-
ne. Qui viginti annos ponunt, tempus templi pariter & ædium conjun-
gunt. qui οἶκος βασιλέως & οἶκος δρυμοῦ Λιβάνου dicitur. quam rationem
Chryſoſtomus, Theophylactus, Euthymius, alii ineunt. Quorum nemo
eſt, qui hæc ad Salomonem aut prioris templi referat ſtructuram. Chryſo-
ſtomus, Τεσσαράκοντα ἓξ ἔτη ἔλεγον, τὴν ὑστέραν οἰκοδομὴν δηλοῦντες. ἡ γὰρ προτέρα, εἰς
εἴκοσι ἐτῶν ἀπηρτίσθη χρόνον. Theophylactus, Ἰστέον δὲ, ὅτι, ὅτε μὲν παρὰ τοῦ Σολομῶν-
τος ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς τὸ πρῶτον, διὰ εἴκοσι ἐτῶν πάντα ἀνενδεῶς ἀπηρτίσθησαν· ὕστερον δὲ
μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν λαβόντες Ἑβραῖοι ἐξουσίαν οἰκοδομῆσαι αὐτὸν, ἤρξαντο μὲν ἐπὶ βα-
σιλείας Κύρου οἰκοδομεῖν, εἶτα ἐμποδιζόμενοι παρὰ τῶν διαφθονούντων αὐτοῖς, παρέτειναν

οἰκο-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

οἰκοδομὴν, ἄχρι τῆς Ἀρταξέρξου βασιλείας. Ἐπὶ τούτου πάσης ἀδείας ἀπολαύσαντες, μετὰ πολλῆς σπουδῆς ἠδυνήθησαν ἐκτελέσαι. Euthymius, *Prior quidem ſtructura viginti annis à Salomone abſoluta eſt: altera vero per quadraginta ſex à Zorobabel.* ac deinde annorum, à Cyro vſque ad Darium Hyſtaſpis, à quo miſſus eſt Zorobabel, rationem reddit. At Beda, *Quod autem*, ait, *templum, quadraginta & ſex annis ædificatum, non primam, ſed ſecundam illius ædificationem ſignificat. Primus enim Salomon, templum, in maxima regni ſui pace, decentiſſimo ſex annorum opere perfecit. Quod deſtructum à Chaldæis* &c. inſignis igitur anachroniſmus eſt. quid, quod additur, ὁ ναὸς οὗτος, ne quis dubitet? Idem interpres noſter cum dixit.

Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ μετὰ κόλπον ἀναστήτοιο βερέθρου ψſ.22.
Νόστιμος ἐξ ἀΐδαο παλινζώῳ τινὶ πότμῳ,
Ἀρχαίην παλίνορσον ἑὴν ἀνεδήσατο τιμὴν,

plus dicit quam Euangeliſta voluit: cum de reſurrectione, non aſcenſione ejus, agat: quæ & ad Deitatem euincendam ſatis per ſe eſſe poterat. Neq; ſine cauſa, hoc vt probet Chryſoſtomus, locum illum nobiliſſimum, τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ, &c. adducit. Cum Euangeliſta mox dicit, πολλοὶ ἐπίστευσαν ἐς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, quanuis non
neſciam, à S S. Patribus, propter id fortaſſe quod ſequitur, πίστιν πρόσκαιρον ψſ. 23.
& πρόσκαιρον θερμότητα illis tribui credentibus, cum & alias ſic ab autore Sacro ea vox accipiatur (quemadmodum eos intelligit Chryſoſtomus, quos miracula, non doctrina, attraxerant, οὓς τὰ σημεῖα ἐφείλκετο, οὐχ αἱ προφητεῖαι, οὐχ αἱ διδασκαλίαι) nunquam tamen eam vocem repetam, quaſi ſcriptum eſſet, αὐτὸς δὲ Ἰησοῦς οὐκ ἐπίστευεν ἑαυτὸν τοῖς πιστεύουσι, pro eo quod legitur, οὐκ ἐπίστευεν ἑαυτὸν αὐτοῖς. Quod à noſtro quaſi factum, qui dixit,

πειθομένοις δὲ
Ἀνδράσιν οὐ πίστευεν ἑὸν νόον.

cum commodius ad omnes qui aderant referri poſſit. quod & Cajetanus olim notauit. Atque hæc obiter ad caput Secundum. Cæterum, vt etiam hac ratione juuentuti ſtudia hæc proſint, Caput illud, prout olim ipſi hoc concepimus, hic apponemus. Vt ſic ſaltem, quantum inter ſophiſticum dicendi genus, & legitimam ac ſimplicem ſcribendi rationem, qua vtuntur veteres, ad laudem ſolidam interſit, eruditi videant ac arbitrentur.

SECVNDVM CAPVT SANCTI IOHANNIS.

Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ τρίτον ἦμαρ ἀνήγαγε φαίδιμος ἠώς,
Ἐν Κανᾷ ἐν Γαλιλαίᾳ, ἔην γάμος· αὐτὰρ ἐκείνῳ
Παρθενικὴ μετέεσκε θεητόκος· ἦν δὲ καὶ αὐτὸς
Ἰησοῦς κείνοισι συνέστιος, ἠδὲ μαθηταί.
Οἴνου δ᾽ ἐλλείποντος (ἀμύμονι γὰρ γλυκὺ δεῖπνον
Εὐφροσύνῃ κεκέραστο) θεητόκος ἔννεπε μήτηρ,
Μήτηρ παρθένος εἶπεν, ἑὸν γόνον εἰσορόωσα,
Οἶνος τῇδε λέλοιπε, τέκος φίλον, ἐσθλὸς ἑταῖρος
Δαιτὸς εὐφροσύνης τε· πάλιν δ᾽ ἠμείβετο κεῖνος
Αὐτὴν δ᾽ ἐξερέεινε, τί μοι γύναι, ἠδέ σοι, ὧδε;
Οὔπω νῦν θείοιό μοι ἤλυθε θαύματος ὥρη.
Μήτηρ δὲ δμώεσσιν ἐκέκλετο, πάντα τελέσσαι
Κεῖνος ἅπερ λέξειε, καί οἱ πείθεσθαι ἅπαντας·
Ἓξ δ᾽ ἐκεῖ ἀλλήλοισιν ὁμοῖιοι ἀμφιφορῆες,
Μετρητὰς δ᾽ ἔχαδον τρεῖς ἢ δύο, ὕδατος ἁγνοῦ,
Τῷ ποτ᾽ ἀπὸ λύμας λυμαίνετο λαὸς Ἰούδα.
Αὐτίκα δὲ δμώεσσιν ὁμορροφίοισι κελεύει,
Ἀμφορέας πλήσαιτέ μοι ὕδατος. οἱ δὲ μάλ᾽ ὦκα

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ἀμφορέας πλήσαντο, καὶ ὕδατος, ὡς ἐκέλευε,
Πάντας ἐπεστέψαντο. πάλιν δ᾽ αὖ Χριστὸς ἔειπε·
Σπεύσατε νῦν, φίλα τέκνα, καὶ ἀντλήσαντε τόδ᾽ ὕδωρ
Αὐτὶ ὅπερ χεύσασθε, καὶ οἴσετέ μοι τόδ᾽ ἔσενδον·
Ἀνέρι δ᾽ οἰνόπτῃ τὸ παρίσχετε. τοὶ δ᾽ ἄρα πάντες
Αὐτίκα μὲν πεπίθοντο, καὶ οἰνόπτῃ τόδ᾽ ἔνεγκαν.
Αὐτίκα δ᾽ οἰνόπτης ὡς γεύσατο νάματος ἄκρου,
Τὴν πρὶν ἀμειβομένοιο φύσιν καὶ ἀληθέα μορφὴν,
(Οὔπω γὰρ πόθεν ἦεν ἐπίστατο, τοὶ δὲ μάλ᾽ αὐτὸ
Ἔγνων οἵ μιν ἔνεγκαν ὑποδρηστῆρες ἀγαυοὶ)
Νυμφίον ὥς σφε καλέσσας, ἑῷ προσφθέγξατο μύθῳ·
Πᾶς μὲν ἀνὴρ ὑμέναιον ἐνὶ μεγάροισιν ἀείδων,
Πρῶτα μὲν αἰὲν ἄριστον ἐΰχροον οἶνον ἀφύσσει·
Αὐτὰρ ἐπεὶ μέθυ λαρὸν ἔδυ φρένας ἀνδρὸς ἑκάστου
Δαιτυμόνων, πάλιν ἄλλον ἐλάσσονα τοῦδε παρίσχει.
Ἀλλὰ σὺ μὲν, φίλε, τόνδε, τὸν ἡδύτατον καὶ ἀμείνω,
Εὐφροσύνης γενετῆρα, πανυστάτιόν μοι ἀφύσσεις.
Πρῶτον μὲν τόδε θαῦμα Θεοῦ μέγας υἱὸς ὕφηνε
Ἐν Κανᾷ ἐν Γαλιλαίᾳ, ἑὴν δ᾽ ἀνεδείξατο δόξην.
Πίστευσαν δ᾽ ᾧ ἄνακτι καὶ ἡγεμονῆι μαθηταί.
Αὐτὸς δ᾽ αὖ μετὰ ταῦτα, καὶ ἡ θεοείκελος αὐτοῦ
Μήτηρ, σὺν δὲ γνωτοὶ, ἀγακλειτοί τε μαθηταὶ,
Ἄστυ Καπερναοὺμ μετεκίαθον ἀγχιάλοιο·
Παῦρα μὲν ἤματα κεῖθι μετ᾽ ἀλλήλοισιν ἐόντες·
Καὶ γὰρ Ἰουδαίοισι θεουδέεσσιν ἑορτὴ,
Πάσχα τόπερ καλέουσιν, ἐπήλυθε· τοῦ χάριν αὐτὸς
Ἰησοῦς Σολύμων ἱερῶν πόλιν εἰσαφίκανε.
Νηῷ δ᾽ ἐν θυόεντι φιλέμπορον εὕρατο λαὸν,
Πωλεῦντων ἕλικάς τε βόας, καὶ πώεα μήλων,
Μῆλα, τρήρωνάς τε πελειάδας· εὗρε δὲ πολλοὺς
Κερματόκους, πλούτοιο μεμηλότας, αἰνέρας ἄλλους.
Τοὺς δ᾽ ἄρ᾽ ἰδὼν, χερσὶ στιβαρὴν ποίησεν ἱμάσθλην,
Πάντας δ᾽ ἐξελάασκε θυώδεος ἔκποθι νηοῦ,
Σὺν δ᾽ ἕλικάς τε βόας καὶ πώεα, σὺν δὲ καὶ αὐτὰς
Ἐξέχεε λαοῖο φιλοπλούτοιο τραπέζας.
Εἶπε δὲ πιπρήσκουσι πελειάδας, ἄρατε ταῦτα,
Ταῦτά μοι ἄρατε πάντα, μὴ ἀφραδίῃσιν ἑῇσιν
Οἶκόν μου γενετῆρος Ὀλυμπίου, οἶκον ἄοικον
Ἐμπορίης τελέησθε, φιλαργυρίης τε δοχεῖον.
Τοῦτό νυ εἰσορόωντες ἀνεμνήσαντο μαθηταὶ
Δέλτοις που ζαθέαισι πάλαι κεχαραγμένον ἔμμεν,
Ὅττι τεοῦ ζῆλός με κατήσθιεν ἔνδοθεν οἴκου.
Αὐτὰρ Ἰουδαίων κεχολωμένος ἔννεπε λαὸς,
Σήμασιν οὖν ποίοισι καὶ ἔργμασιν ἄμμιν ἔδειξας,
Ὅττι σὺ κεῖνος ἔησθα, πατὴρ δέ σοι ἄμβροτός ἐστι;
Ὃς δ᾽ ἀπαμειβόμενος πάλιν ἔννεπε· λύσατε νηὸν
Τόνδε μοι, εἴκε θέλητε, καὶ εἰ φίλον ὔμμιν ἔησι·
Κἀγώ μιν τριασσοῖσιν ἐν ἤμασι δεύτερον αὖθις
Ἐκτελέσω. τοὶ δ᾽ εἶπον ἀμοιβαδὶς ἄλλοθεν ἄλλος·
Ἓξ καὶ τεσσαράκοντα περιπλομένοις ἐνιαυτοῖς
Νῖν μόλις ἐξετέλεσσαν ἀγακλυτοὶ υἱοὶ Ἰούδα,
Καὶ σὺ πάλιν τριασσοῖσιν ἐν ἤμασιν αὐτὸν ἐγείρεις;
Αὐτὰρ ὁ κοίρανος εἶπεν ἑὸν δέμας· οἱ δὲ μαθηταὶ

Τῦτ

Τοῦτο σαφῶς ἐνόησεν, ὅτε τρίτατον μετὰ φέγγος
Χριστὸς ἀπὸ νεκύων παλινόστιμος ἐς φάος ἦλθε.
Καὶ τότε θεσπεσίαισιν ἐπίστευσαν σελίδεσσι,
Τῷ τε λόγῳ, τὸν ἔειπε θεοῦ μεγαλώνυμος υἱός.
Αὐτοῦ δ' ἱερὸν ἄστυ διερχομένου καθ' ἑορτὴν,
Πολλοὶ ἐπίστευσαν Θεοῦ υἱέϊ, πολλὰ μὲν ἄντα
Ὄμμασιν εἰσορόωντες ὑπέρτερα θαύματος ἔργα.
Αὐτὸς δ' οὐδενὸς ἀνδρὸς ἐκεῖ πίστευσε μενοινῇ·
Πάντας ἐπεὶ γίνωσκε, καὶ οὐκ ἐπιδεύετο πάμπαν
Μαρτυρίης ἑτέρου, βρότειον νόον ὄφρα δαείη·
Μοῦνος γὰρ σάφα οἶδεν, ὅ, τις φρεσὶν ἧσι μενοινᾷ.

CAP. V.

Γοοπλανέες Φαρισαῖοι, *& an recte. Phariſæorum* σκυθρωπία *& affectatio. Nonni* ἀκρισία. τίκτεσθαι *de regeneratione. regeneratio* κτίσμα, ἀνάκτισις, *&* ἡ ἄνω Θεοῦ γέννησις, *dicta. Interpretatio loci nobiliſſimi*, Καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. *Perfunctoria Nonni interpretatio. Cælum pro Deo aut diuinis rebus Syrorum more vſurpatum.* τὸ ἀναβέβηκε *Syrorum more vſurpatum.* μορφὴ ἀθανάτη. μορφὴ, οὐσία. *& vtrum ea voce ita vſi veteres Theologi : de quo multis diſputatum. Locus Pauli,* Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, *conſideratur.* μορφὴ Θεοῦ, ἰσότης Θεοῦ, ὁμοίωμα ἀνθρώπου, σχῆμα ἀνθρώπου, ἰσοδυναμοῦντα. εἶναι ἴσα Θεῷ, *& ejus efficacia:* μορφὴ, *non externa forma, ſed* τὸ εἶναι τινός. *formæ Deorum Ouidio. formæ luporum Maroni.* ὁμοιοῦσθαι *Helleniſtis, ex Hebræorum vſu, idem quod* εἶναι *: idque locis aliquot probatum. Voces Hebrææ, quæ* τῷ ὁμοιοῦν καὶ ὁμοιοῦσθαι *reſpondent.* ὁμοιοῦσθαι, ἐξισοῦσθαι. μορφὴ *de Perſona à quibuſdam acceptum.* μορφὴ *& figura oppoſita. figuram & ſpeciem à S. Auguſtino opponi.* ὑψοῦν τὸν ὄφιν. *vox Syra quam expreſſit. Id è quo ſuſpenſus ſerpens, crux dictum,* σταυρὸς *item Græce. item* σημεῖον. *item* σταυροῦ τύπος. *vexillum. Interpretatio illius loci,* ὁ δὲ μὴ πιστεύων κέκριται. *Peccatum quod in manu excelſa, Latinis, Helleniſtis* ἐν χειρὶ ὑπερηφανίας*: capite aperto peccare. idem peccatum* βλασφημία *dictum. Nonni error &* παρερμηνεία. ἁμαρτία ἡ μένουσα. καθαρισμὸς, καθαρμὸς, κάθαρμα, *& ſingulorum differentiæ. Iudæorum* καθαρισμοί. ὁ ἁγνισμὸς, *quem ſequebatur* ὁ καθαρισμός*: idem qui &* βαπτισμός. *poſt eum* καθαρμός. *Interpretatio illius loci,* Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, *è præclaro Photii loco petita. Agnus* ἐξιλαστικὴ θυσία. *Iuuencus peccati,* καθαρισμὸς *primo, mox* ἐξιλασμὸς, *dictus : quæ duo à veteribus diſtincta.* καθαρισμὸς *&* καθαρμὸς *olim diſtincta; interdum & confuſa.* καθαρμὸς *&* καθαίρειν *de baptiſmo. quem apud Iudæos vſum haberet, & in quibus adhiberi ſolitus baptiſmus. Differentia inter Iudæorum & Iohannis Baptiſtæ baptiſmum, atque hinc orta inter Iudæos ejuſque diſcipulos controuerſia. Interpretatio illius loci,* ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστί. *Iudæorum mos in nuptiis.* ὁ ἑστηκὼς, *amicus ſponſi qui ad chuppam ſtat. Chuppa Iudæorum. ejus in nuptiis vſus. Sara ſub chuppa, & quid de ea Magiſtri. Paraphraſeos Poëticæ, qualis eſſe debeat, in loco non ſatis recte à Nonno conuerſo, exemplum.* τὸ μάστιγες *de pœnis ob peccata immiſſis, ab antiquis vſurpatum Theologis, & an recte. Locus, quem expreſſit Nonnus, cum* τὴν Θεοῦ ὀργὴν, ἄφρονα μαστίζειν, *dixit.*

IN eo quod tertii capitis initio dicitur,

Ἦν δέ τις ἱερὸν αἷμα γοοπλανέων Φαρισαίων,

vocem nihili, illud γοοπλανέων, de Phariſæis vſurpatum, plerique exiſtimarunt. inter quos & magnus Scaliger. Nec diſſentio: niſi forte ad σκυθρωπίαν eam referas, cujus Matthæi 6. 16. fit mentio. cum præſertim Syrus τὸ σκυθρωπὸς, *atratus*, eo loco reddat: à quo כמרים idololatræ, de quo ſupra. cujuſ- CAP. III. vſ. 1.

cujuſmodi veſtibus vulgo in luctu Phariſæi, qui ibi hypocritæ dicuntur, & ἐν ταῖς ἀσκήσεσι καὶ νηστείαις, vtebantur. Qua ſpecie fortaſſe quod vagarentur & ad oſtentationem obambularent, γοοπλανεῖς ab eo dici potuerunt: notum enim quibus vocibus plerunque delectetur. alias non intercedo, quominus νοοπλανέων legatur. Eodem capite, in diuina illa cum Nicodemo diſſertatio-
vſ. 3. ne Domini, inter cætera dicitur, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν, οὐ δύναται ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. in quibus exprimendis cum voce πάλιν vſus eſt noſter, non minus craſſe locutus eſt quam Nicodemus reſpondet: qui, Πῶς δύναται ἄνθρωπος γεννηθῆναι γέρων ὤν; μὴ δύναται εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ δεύτερον εἰσελθεῖν καὶ γεννηθῆναι; dixit. Imo, ſi locutus ita eſſet, Nicodemo ita reſpondendi anſam ipſe prębuiſſet Dominus. qui de noua cum agatur generatione (quam regenerationem vulgo, etiam κτίσμα, & ἀνάκλησιν, vt ἀναγέννησιν, Græci cum dicant Theologi, Dominus τὴν ἄνωθεν γέννησιν hic dicit) novum partum illis verbis ſtatuit:

Εἰ μή τις μετὰ κέντρα τελεσσιγόνοιο λοχείης
Θνητὸς ἀνὴρ τίκτοιτο τὸ δεύτερον, αἰθέρος αὐλῆς
Οὐ δύναται βροτὸς οὗτος ἔχειν αἰώνιον ἀρχήν.

qui ſaltem περὶ τῆς ἀναγεννήσεως ſic agi cogitaſſet, quam ad partum muliebrem trahit Nicodemus: cujus ignorantiæ non modo ſic aſtipulatur, ſed & præit, vt jam dixi. Eodem capite ſequitur, Καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. Quem locum negligenter accepit: quemadmodum non parum & noſtros & veteres exercuit. nam & ſuo modo in cœlum aſcenderunt Prophetæ: (quod & de Elia quotidie in confeſſionibus pronuntiant Iudæi) quomodo & juſti aſcendiſſe in cœlum dicuntur. Noſter, ſuo more, ſatis mirifice nodum hunc diſſoluit, cum, ὑπηνέμιον πόδα πάλλων, ac ſic, *neminem vnquam pedibus in cœlum perueniſſe*, dixit. quaſi de aſcenſione corporis agatur, aut ipſi quoque Chriſto id conueniat, qui nunquam cum corpore aſcenderat in cœlum, cum hoc dixit. Et quæ hæc oratio, *Nunquam homo alius cœlum pedibus calcauit, niſi divinus hic* (ita enim loqui gaudet) *qui cum carne diuinam conjungens formam, de cœlo deſcendit. Solus*, nempe, *hominis Filius*, &c. Qui enim, *Nemo in cœlum pedibus aſcendit, præter hunc*, dicit, an non, *ſolum eum, de quo loquitur, pedibus in cœlum aſcendiſſe*, dicit? Videantur verba, quæ ita habent:

Οὔποτε γὰρ βροτὸς ἄλλος, ὑπηνέμιον πόδα πάλλων,
Οὐρανίων ἐπάτησεν ἀνέμβατον ἄντυγα κύκλων,
Εἰ μὴ θέσκελος οὗτος· ὃς ἀθανάτην ἕο μορφὴν
Οὐρανόθεν κατέβαινεν ἀήθεϊ σαρκὶ συνάπτων,
Ἀνθρώπου μόνος υἱός· ὃς ἀστερόεντι μελάθρῳ
Πάτριον οὖδας ἔχων αἰώνιος αἰθέρα ναίει.

nam ἐν τῷ ἀναβέβηκεν, & ille & eruditi alii ſe torquent. quaſi raro, Hebræorum more, præteritis vtantur Helleniſtæ. Cæterum de Syriaſmo admodum ſecurus fuit, neque magis ambiguitatem vocis οὐρανοῦ, quam τοῦ ἀναβέβηκεν, in animum admiſit: cum τὸ שמיא Syrorum, Deum, ſeu diuina, non minus quam locum Dei, apud eos notet. quod ne tironum quidem quiſquam neſcit, qui hæc ſtudia vel obiter libavit. Adde quod τὸ ἀναβαίνειν, & ad animum (ſeu potius, vt Græci loquuntur, τὴν διάνοιαν, vt Helleniſtæ, τοὺς λογισμοὺς aut διαλογισμοὺς) à Chaldæis Syriſque referri ſolet. vt Dan. 2.29. οἱ διαλογισμοί σου ἐπὶ τῆς κοίτης σου ἀνέβησαν. quanquam ibi linguæ propriam ellipſin notent eruditi. Vt hoc dicat, *Et, ne dubites fortaſſe, quin diuina ille, ô Nicodeme, qui jam tecum loquitur, intelligat; ſcito, neminem ad Deum aut divina, præter eum qui è cœlo jam deſcendit, vere, &, vt oportet, penetrare*. nam τὸ סלק quod *aſcendere* eſt, expreſſit. Quare ergo ὑπηνέμιον πόδα πάλλων? quod cum in priori membro ponitur, in altero, vt dixi, continuandum dicas. Neque Euangeliſta, οὐκ ἄλλος ἄνθρωπος,

ſed

ſed οὐδεὶς, dixit. Καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν. Quare? quia, τὸ *Filius hominis*, vt recte Chryſoſtomus, non de carne tantum, ſed de toto accipiendum eſt. τοῦ γὰρ Θεοῦ λόγου καταβεβηκότος ἐξ οὐρανοῦ, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καταβῆναί φησι· διχάζεσθαι μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν εἰς δύο πρόσωπα παραιτούμενος. *cum*, inquit Cyrillus, *Verbum Deus de cœlo deſcenderit, filium hominis deſcendiſſe ait: quod in duas, poſtquam incarnatus eſt, ſecari Perſonas nolit.* Sed Apollinaris, atque aliorum cauſa, circumſpecte hic loquendum fuit: de quo ad iſtum locum veteres notarunt. vt optime ita hæc cohæreant: *Si res vulgares, & è conſuetudine hominum ac terræ deſumptas, non intelligitis cum de iis vobiſcum ago, quomodo, ſi ardua ac vere diuina vobis proponam, ea capietis? Affirmare, ô Nicodeme, poſſum tibi, ad ea, quæ diuina ſunt & hominem tranſcendunt, penetrare neminem, præter eum qui è cœlo deſcendit.* nam τὸ καὶ in illo, καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκε, βεβαιωτικόν. Iam quod illud μορφὴν de diuina vſurpauit natura, cum dixit,

Εἰ μὴ θέσκελος οὗτος, ὃς ἀθανάτην ἕο μορφὴν Ibid.
Οὐρανόθεν κατέβαινεν ἀληθέϊ σαρκὶ συνάπτων,

more ſuo fecit. Et ita ſupra, cap. 1. comm. 14.

Ξυνώσας ζαθέην βροτοειδέϊ σύζυγα μορφήν.

Et cap. 14. 10.

Οὔπω πίστιν ἔχεις, ὅτι σύζυγός εἰμι τοκῆος,
Καὶ γενέτης μεθέπει με μιῇ συναρηρότα μορφῇ;

& alibi fortaſſe non ſemel. In quibus locis manifeſte, μορφὴν, τὴν οὐσίαν dixit. De cujus vocis vſu & progreſſu aliquando doctiſſimum conſului Theologum. qui, cum plenam periculi, &, vt Græci melius, παρακεκινδυνευμένην eſſe exiſtimaret in Theologia vocem; cœpi, meo more, diligentius de eo cogitare. qui tutiſſimum in iſtis reor, ad antiquitatem ſe conferre: quam qui negligunt, aut paruam ejus rationem habent, parum apud nos autoritatis habent. quare & de eo aliquid dicendum. Certum eſt, nullum ſæpius à Patribus illo nobiliſſimo adduci locum, Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος· καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. &c. ad Philippenſes 2. 6. quo in loco cur hæretici κακοσχολιῶν & peruerſitatum ponant fundamentum, nihil cauſæ video. Quatuor Apoſtolus, ex vſu linguæ quam in animo habebat, ἰσοδυναμοῦντα poſuit (quæ ſunt, μορφὴ, ὁμοίωμα, ἰσότης & σχῆμα) cum μορφὴν Θεοῦ, ἰσότητα Θεοῦ, ὁμοίωμα ἀνθρώπων, σχῆμα ἀνθρώπου, dixit. Iam autem, ne quis, quid ſit μορφὴ Θεοῦ, dubitet, diſerte ſe expreſſit, cum, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο, τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, addit. quod ita efficaciter dictum eſt, vt nulla lingua ſit quæ ſatis vim illius repræſentet. non enim ἴσον, ſed ἴσα Θεῷ dixit: vt manifeſte τὴν οὐσιώδη ἰσότητα repræſentaret. Sane μορφὴ hic דמות: quod τὸ εἶναί τι, ſeu τὸ εἶναι τινός. Quomodo & Latini non raro loquuntur. vt cum *formæ Deorum, Dii*, etiam paganis, dicuntur: vt cum Ouidius, in opere illuſtri (quemadmodum alibi D. Hieronymus Transformationum libros vocat) vbi de diuiſione ſingulorum vel locorum vel elementorum poſt creationem agit, *formas Deorum*, Deos ipſos, dixit.

Neu regio foret vlla ſuis animalibus orba,
Aſtra tenent cæleſte ſolum, formæque Deorum:
Ceſſerunt nitidis habitandæ piſcibus vndæ:
Terra feras cepit, volucres agitabilis aër.

vbi non aliter cœlum aut cœleſte ſolum formis Deorum, quam piſcibus aquam, feris terram, auibus aërem, tribuit. Nam & auium formas, & ferarum poterat dixiſſe: neque quiſquam dubitaret quid vellet. Ita *formæ luporum* Maroni ſunt *lupi*. lib. Æneidos 7.

Hinc exaudiri gemitus, iræque leonum,
Vincla recuſantum, & ſera ſub nocte gementum,

Setigerique ſues, atque in præſepibus vrſi
Sæuire, ac formæ magnorum vlulare luporum.

vbi, *ſues*, *vrſos*, *leones*, ac, *luporum formas*, habes. Qui enim aliter, licet viri magni, propter Circen, id accipiunt, reuera argutantur: quemadmodum & ὁμοιοῦσθαι, εἶναι Hebræis eſt. vt in illo Eſaiæ 1. 9. Καὶ εἰ μὴ κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμοῤῥα ἂν ὁμοιώθημεν. vbi, ὁμοιοῦσθαι ὡς Γόμοῤῥα, εἶναι ὡς Γόμοῤῥα. plerunque enim ταυτοδυναμοῦντα accumulant Hebræi. Tale eſt, ἄνθρωπος ματαιότητι ὡμοιώθη. Pſal. 144. 4. quod πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης, πᾶς ἄνθρωπος ζῶν. Pſal. 39. 6. neque aliter in Hebræo, vbi vocem דמה habes. Quod cum Syrus Metaphraſtes intelligeret, eâdem τὸ μορφὴ & τὸ ὁμοίωμα expreſſit: voce דמותא nimirum. quaſi, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσεν, ὁμοίωμα δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, in Græco inueniſſet. Quid quod ὁμοιοῦσθαι, idem quod ἐξισοῦσθαι Helleniſtis? Vnde & eruditiſſimæ, quæ Heſychio aſſcribuntur, Gloſſæ, & quæ magna ſui parte, quod in noſtris ad autorem illum emendationibus non raro obſeruauimus, Helleniſticas exponunt voces, ὁμοιοῦσθαι, ἐξισοῦσθαι, interpretantur: ſed &, quod amplius, τὸ ὅμοιος, ἐν τῷ αὐτῷ συνεστὼς, exponunt. vt non mirum ſit ſub eo ſchemate Arianos fucum diu feciſſe. Quid? quod ὁμοίωσις Θεοῦ, alibi Hebræis, ex ſummorum ſententia interpretum, ipſe Deus dicitur? Pſalmo ſane 17. commate poſtremo, vbi nunc vulgares Helleniſtæ, χορτασθήσομαι ἐν τῷ ὀφθῆναί μοι τὴν δόξαν σου, voce ὁμοιώσεως lingua Sancta vtitur. Vt idem ſit, majeſtas Dei, & ὁμοίωσις. Nec aliter antiqui Helleniſtæ cum eum reddiderunt locum. Aquila, ἐν τῷ ἐξυπνισθῆναι τῆς ὁμοιώσεώς σου. Et alius, ἐξυπνισθεὶς τῆς ὁμοιώσεώς σου. vbi erudite in Nebienſi editione ad marginem, *teipſum* exponitur. *in euigilando teipſum. cum euigilabis ipſe.* Ergo ὁμοίωσις Θεοῦ, ipſe Deus. de quo in noſtris quoque ad Nouum Fœdus alibi Exercitationibus egiſſe memini: de quibuſdam enim ſæpius vberiuſque agendum video. quod Seniores voluerunt, cum hic δόξαν, quæ eſſentialis Dei majeſtas, ſiue, ipſa diuinitas, vt ſupra multis oſtendimus, interpretati ſunt. Et quo pacto κενοῦσθαι potuit æternitatis Dominus ac Princeps, niſi plus quam homo eſſet? ideoque μορφὴν, ὁμοίωμα & σχῆμα, de homine, non ſine cauſa, Apoſtolus in eo loco vſurpauit. quæ poſtrema aliquid neglectum ac contemptum Helleniſtis ſonat: & hoc ſenſu bis, ni fallor, in antiquo Fœdere vſurpatur. quæ fortaſſe cauſa fuit, quare Syrus, quod ſignificantem æque ad manum non haberet, Græca voce vteretur. Ex quibus vocum in hoc loco ſingularum vis atque efficacia apparet: quæ, vt verum hominem, ſic Deum, κατ' ἰσότητα, demonſtrant. Nam ſi aliquid imaginarium in Deo, etiam in homine erit: & ſic neutrum, ſed pro eo Icelus aut Morpheus Poëtarum erit, is qui vere eſt vtrunque: & de quo vetus Græcorum Eccleſia

Ἶσόν τε πατρὶ καὶ Θεῷ δοξάζομεν,

canebat. Sed de vſu, de quo cœpimus, vocis μορφὴ, in antiqua Eccleſia agamus. Primo, vt videtur, μορφὴν Θεοῦ, καὶ δούλου, quod tutiſſimum erat, quia cum Scriptura loquebantur, inter ſe oppoſuerunt Sancti Patres. Neque quiſquam eſt qui ſæpius ex eo loco ſic loquatur, quam vir magnus & in controuerſiis illius æui admodum exercitatus, Leo primus. cui objectum notat Photius, quod voce μορφὴ abſolute pro οὐσία vſus eſſet: cum pro Perſona quidam acciperent, duaſque ab eo poni dicerent Perſonas. qui, ἰδοὺ, φασὶ, δύο πρόσωπα εἴρηκε, καὶ ἴδια τὰς ἐνεργείας ἐκήρυξε. Idem, οἱ δὲ πάλιν ἐπιπηδῶσιν, inquit, τοῖς τοῦ ἀνδρὸς ῥήμασιν, ἐν οἷς φησιν, ἐνεργεῖ γὰρ ἐν ἑκατέρα μορφῇ μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας. quæ verba cum & ipſe Ephraimus vſurpaſſet, & vocabulum & mentem Leonis defendit. Quod profecto mirum, cum tam multi ante Leonem ſic locuti eſſent. poſt quem nemo abſtinuit hac voce: ideoque exemplis id confirmat Photius. Qui inter alia, ὅτι δὲ ἡ μορφὴ οὐχ ὑπόστασις ἢ πρόσωπον

πάλιν

πάλιν νοεῖται, ἀλλ' οὐσία, Βασίλειος μὲν ὁ λαμπρὸς τῆς ἐκκλησίας κήρυξ ἐν τῷ κατ' Εὐνομίου λόγῳ τρανῶς διδάσκει. Idem è Baſilio, Τὸ ἐν μορφῇ, ἐν οὐσίᾳ ἐστὶ Θεοῦ· οὐ γὰρ ἄλλο μορφὴ καὶ ἄλλο οὐσία Θεοῦ, ἵνα μὴ σύνθετος ᾖ. Et ex Nyſſeno aduerſus Eunomium, Ποία μορφὴ ἐπὶ τοῦ πάθους ῥαπίζεται, καὶ ποία ἐξ ἀϊδίου δοξάζεται; qua voce nemo, vt dicebam, poſtea abſtinuit. & Cyrillus ita paſſim. Alibi, Οὐκ ἄρα ψιλὸς ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, θεὸς δὲ μᾶλλον ἐν ἀνθρωπίνῃ μορφῇ. Idem Quæſt. & Reſponſionibus; Ὡς εἶναι οὐσίαν, φύσιν, μορφὴν, ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα. Idem, Τοιγαροῦν ἐπὶ τῆς θεότητος μίαν φύσιν, μίαν μορφὴν δογματίζομεν, lib. De Trinitate. vt & alibi eodem libro non ſemel. Sed & Anaſtaſius, οὐσίαν, φύσιν, μορφὴν, ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα εἶναι, ait: qui &, φύσις, καὶ οὐσία, καὶ μορφὴ, ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πρᾶγμά ἐστι, dixit. Neque Damaſcenus aliter loquitur. qui, libro De Orthodoxa Fide, ſic aliquoties. Hymno item in Theogoniam

Μιγνύντα μορφῇ τῇ βροτησίᾳ θεόν.

Sed & ad Michaëlem Comnenum Pſellus: Πατρὸς, υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, μία ἀρχὴ, μία φύσις, μία μορφὴ, μία οὐσία καὶ δύναμις. Idem de S S. Patribus: Οἱ οὖν ἅγιοι πατέρες, ἐπὶ τὸ αὐτὸ τάττουσι τὸ τῆς οὐσίας, καὶ φύσεως, καὶ μορφῆς ὄνομα. Μορφὴ ergo, de vtraque vſurpatum natura, vtriuſque veritas naturæ, vt Leo Epiſtola ad Flauianum loquitur. *Nam fruſtratorie*, inquit, *loquens, ita verbum diceret carnem factum, vt, editus vtero virginis Chriſtus, haberet formam hominis, & non haberet materni corporis veritatem.* Cui *figuram* interdum opponunt S S. Patres: quemadmodum (quod mirum ſane) *figuram* & *ſpeciem*, opponit Auguſtinus. cum præſertim vix quiſquam ignorare poſſit, quid, *ſpecies* & *in ſpeciem*, Tacito ac aliis dicatur. *Si ergo* (ad hunc ipſum Euangeliſtam inquit) *figura maris tantum valuit, ſpecies baptiſmi quid valebit?* quemadmodum *figuram* paulo poſt *& veritatem*, opponit. qui, *Si, quod geſtum eſt in figura, trajectum populum ad manna perduxit, quid exhibebit Chriſtus in veritate baptiſmi ſui, trajecto per eum populo ſuo?* plane vt Græci Theologi, τύπον καὶ ἀλήθειαν. Cum Euangeliſta in eadem vere cœleſti cum Nicodemo Diſſertatione, καὶ καθὼς Μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν, dixit; noſter quid ſit illud ὑψοῦν, ignoraſſe videtur. More ſuo igitur ſeruauit vocem; quaſi Sanctus autor non expreſſerit τὸ זקף, quod vtrunque, & ὑψοῦν & σταυροῦν, deſignat. vnde & זקיפא *crux* Syris. Sed & veteres, affixum cruci hunc ſerpentem fuiſſe, volunt. quemadmodum & Chryſoſtomus, περὶ τοῦ ὑπὸ Μωσέως ὄφεως, ὃν ἐσταύρωσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, Homiliam ſcripſit. Etiam id è quo ſuſpenſus fuit ſerpens, alii σημεῖον, alii σταυρὸν, alii σταυροῦ τύπον dixerunt. vt Apologia 2. Iuſtinus: qui, Καὶ κατ' ἐπίπνοιαν καὶ ἐνέργειαν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ λεγομένην, λαβεῖν τὸν Μωσέα χαλκὸν, καὶ ποιῆσαι τύπον σταυροῦ. vt & *vexillum*. Mire liberalis autem noſter (qui plerunque adeo reſtrictus eſt ac tenax, vt & ipſas voces & Helleniſticos loquendi modos, non exigua plerunque cum lectoris fraude, ſeruet) in illius loci qui mox ſequitur interpretatione fuit, ὁ δὲ μὴ vſ. 18.
πιστεύων, ἤδη κέκριται. nam ne temere id accipiatur, magnæ illi curæ fuit. Et profecto ea mens videtur eſſe Euangeliſtæ, ὅτι, vt Theologi loquuntur Græci, τῆς πρὸς θάνατον ἁμαρτίας δίκη θάνατος: *peccati, quod ad mortem, pœnam eſſe mortem.* Peccatum, de quo loquitur Euangeliſta, eſt, quod, ἡ ἐν χειρὶ ὑπερηφανία, Helleniſtis, magiſque ad verbum, *manus excelſa*, aut, *in manu excelſa*, Latino dicitur interpreti. quod peccatum τῷ τοῦ ἀκουσιασθέντος (ita autem eum qui per ignorantiam deliquit, dicunt) opponitur: à quo multum diſtat, qui *elato animo*, vt recte Hebræi, aut per impudentiam, quemadmodum Chaldæi, aut petulanter, peccat. Quippe qui ſic peccat, *capite aperto* dicitur peccare. plane, vt Græci γυμνῇ τῇ κεφαλῇ ἁμαρτάνειν dicerent. idem peccatum quod βλασφημίαν Helleniſtæ dicunt: quod hoc modo, ſed non bene intellectum, expreſſit noſter,

εἰ δέ τις ἀνὴρ
Ἀνδρομέην ἐπὶ σάρκα νοοσφαλὲς ὄμμα πιταίνων,

Τολμήεις ἐπέτασσε θεηγόρον ἀνθερεῶνα,
Ἀνὴρ κέκριται οὗτος.

Putauit enim βλασφημίαν ſic ab iis ſemper, quemadmodum à Græcis ſuis, accipi. cum τὸ βλασφημεῖν ſit illis, quod Hebræis בּיד רמה, quod *cum gaudio*, aut, *arroganter*, peccare dicas. Quales Lucas in Apoſtolorum Actis erudite ἀντιτάσσεσθαι τῷ Θεῷ dixit: quod Iudæis ipſa Veritas attribuit non ſemel. Ita qui idolo benedicit, βλασφημεῖν Eſaiæ dicitur. non quod Deo maledicat, vt putauit noſter, ſed quod plane ab eo ac præfracte deficit. Atque hinc illud ex diuinitatis adyto, Εἰ τυφλοὶ ἦτε, οὐκ ἂν εἴχετε ἁμαρτίαν. ſequitur enim, Νῦν δὲ λέγετε, ὅτι βλέπομεν· ἡ οὖν ἁμαρτία ὑμῶν μένει. Itaque ἡ ἁμαρτία, quam nunc μένειν dicit, ea eſt, quæ alias πρὸς θάνατον vocatur. Bene igitur Procopius, qui τὴν ἐν χειρὶ ὑπερηφανίαν Num. 15. 30. ἁμαρτίαν πρὸς θάνατον, exponit. Nonnus hunc cum interpretatus locum eſt, in ſcholion inciderat, quod Helleniſtice cum hac aut ſimili ratione, ni fallor, exponeret, ὁ δὲ τοὺς αὐτοῦ ὀφθαλμοὺς εἰς τὴν σάρκα τρέψας, καὶ βλασφημήσας, ἤδη κέκριται. quod, ὁ δὲ ἑκὼν ἁμαρτίᾳ περιπεσὼν, καὶ ἀντιτασσόμενος τῷ Θεῷ, ἤδη καταδικάσθη, Græci dicerent. vnde patet, quantum vtriuſque linguæ, quas interpretes hoc tempore confundunt & pro vna
ℽ. 25. habent, ſit diſcrimen. Mox ſequitur, Ἐγένετο οὖν ζήτησις ἐκ τῶν μαθητῶν Ἰωάννου μετὰ Ἰουδαίων περὶ καθαρισμοῦ. vbi mirum poterat videri, quod cum τῷ καθαρισμῷ τὸν καθαρμὸν confundat, cum ſic interpretatur locum:

ἔρις δέ τις ἀμφὶ καθαρμοῦ
Ἔπλετο μυστιπόλοισιν Ἰωάνναο μαθηταῖς.

Sane κάθαρμα, piaculum, ſeu, victima piacularis, quæ & καθαρμός. vnde locus ille, nondum ſatis, ſi quid judicare poſſum, intellectus, Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου: qui capite Euangeliſtæ hujus primo legitur. Agnus enim eſt καθαρμός. à quo longe aliud καθαρισμὸς, de quo hic agitur: qui eluuione ſordium fiebat. cujus plurimæ in vſu apud Iudæos erant ſpecies. aliud ab iis iterum ὁ ἁγνισμός. Itaque Iudæi, cum ſe polluiſſent, primo ἁγνισμὸν, ex more, adhibebant: cujus loco pœnitentiam inſtituit Iohannes. Illam autem ὁ καθαρισμὸς ſequebatur: quem & βαπτισμὸν dixerunt Helleniſtæ. quibus omnia ad vnum fere nomina antiqui Chriſtiani debent. Poſt hunc καθαρμὸς, aut κάθαρμα (quæ pro peccato victima) offerebatur. vnde morem hunc hauſerunt Græci, & ab iis nomen Helleniſtæ. Iohannes ergo (nam hic locus, quantum judicare poſſum, parum intelligitur) poſt ἁγνισμὸν, ac poſt καθαρισμὸν, à ſe & inſtitutum ſimul & exercitum, cum intueretur Dominum, nullo alio in poſterum, ex more, καθαρμῷ nunc opus eſſe dicit: quod adeſſet agnus Dei, qui peccatum ſemel vniuerſi expiaret orbis. Eulogius in Photii Excerptis, Καὶ γὰρ τὸ Ἑβραίων γένος, ἁμαρτάνοντες, πρότερον μὲν ἡγνίζοντο, εἶτα βαπτίσμασιν ἀπελούοντο· καὶ λοιπὸν ἤδη τὰς ὑπὲρ τῶν ἡμαρτημένων θυσίας προσέφερον. ὧν αὐτοὺς ἀπάγων ὁ Ἀπόστολος, καὶ τὴν ἀπειλὴν φοβερὰν ἐπήνεγκε. Καὶ γὰρ ἔδει τῆς ἀληθινῆς θυσίας ἅπαξ ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσενεχθείσης, ἤτοι τοῦ ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, σφαγιασθέντος, μηκέτι μηδὲν ὑπολελεῖφθαι, ἀλλ' ὅλως πεπαῦσθαι τὰς πολλὰς καὶ τυπικὰς θυσίας ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσφερομένας. erat enim ἐξιλαστικὴ θυσία. Quare & καθαρμὸς, non autem, quod nunc dicitur, καθαρισμὸς, hic agnus. quæ interpretatio illius loci vera. Hoc vult: *Hebræorum quippe gens, purgari primo, tum ablutione, ſeu baptiſmis, ablui ſolebat, cum peccaret. deinde pro peccato offerebant victimas. A quibus eos vt auerteret Apoſtolus, etiam minis terret vehementibus. Oportebat enim, vt in conſummatione ſæculi, vera ſemel oblata pro peccatis victima, agno nempe Dei, qui peccatum tollit mundi, jam mactato, nihil plane ſupereſſe amplius, ſed vt ſemel multis illis ac figuratis, quæ pro peccato offerebantur, finis imponeretur victimis.* Sacri porro notant Critici, juuencum illum, qui peccati dicitur, καθαρισμὸν primo Helleniſtis dictum. quod non recte Aquila ac Theodotio cum redditum exiſtimarent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ſtimarent, illi quidem τοῦ ἐξιλασμοῦ, S. Hieronymus expiationis voce eſt vſus. in contextu quippe הכפרים, ſiue, *expiationum*, legitur. Certe decimo Septembris die, qui eodem nomine à Iudæis dicitur, nemo ἐκαθαρίζετο, nemo lauabat, nemo vngebat, nemo quid ſimile agebat: verum καθαρμὸς à Summo Sacerdote, ac per victimam fiebat expiatio. quare, perperam καθαρισμὸν & καθαρμὸν, vt dixi, confudiſſe poterat videri. Quanquam neque veteres, & quidem ſummi deſint viri, quorum ſe autoritate hic tueri poſſet. inter quos & maximus Chryſoſtomus, Oratione Catechetica: qui, Εἰ βούλεσθε, inquit, πρότερον περὶ τῆς προσηγορίας τοῦ μυστικοῦ καθαρμοῦ διαλεχθῶμεν. Græcorum contra Menologia, vt καθαίρειν de myſterio baptiſmi vſurpare ſolent, ita ipſum, κάθαρσιν, non καθαρισμὸν, aliquoties dixerunt. Vt ecce, Πάλιν ὁ Ἰησοῦς ὁ ἐμὸς καθαίρεται ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, μᾶλλον δὲ καθαίρει τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. paulo poſt, τί τὸν πολλῶν κωλύεις τὴν κάθαρσιν; Cauſam autem ζητήσεως illius, cujus hic meminit Euangeliſta, ſi quis, quærat, ea quoque ex Iudæorum ritibus petenda. Sæpe & in omni vita Iudæi baptizabant: qui & baptizando leuiora crimina, τὰ μὲν (inquit autor antiquiſſimus Iuſtinus) μηδὲν ἢ εἰς τὴν πολιτείας βλάβην συντελοῦντα, ἢ εἰς ζωὴν τῶν ἀνθρώπων, *quæ nec Reipublicæ damnum inferrent, nec communi vitæ hominum nocerent*, tolli putabant. vt & varios baptiſmos, ſiue ablutiones καὶ καθαρισμοὺς, haberent. At Sanctiſſimus Iohannes, vt de eo quidem ipſe loquitur Ioſephus, ad veram primus pietatem, ad vitæ emendationem ac juſtitiam hortatus eſt: eos autem ſolos qui cum corpore animum purgaſſent prius, ita demum baptizabat: neque ἐπὶ τινῶν ἁμαρτάδων παραιτήσει, hoc eſt, *ad tollenda neſcio quæ crimina aut labes*, vt Iudæi, ſed ad veram vitæ emendationem, baptiſmum conferebat. Iudæi igitur de fine illius, quem jam alium inuexerat Iohannes, cum Sanctiſſimi ac ſummi hujus viri diſcipulis agebant. Hæc illa igitur συζήτησις: de vſu, nempe, priſco, & hoc nouo. vt ζήτησιν, non male *diſputationem*, καθαρισμὸν, *baptiſma*, Euthymius, interpretetur. Sed nec locum modis omnibus ſuauiſſimum ac miræ prorſus elegantiæ hic noſter intellexit. illum dico, Ὁ ἔχων τὴν νύμφην νυμφίος ἐστίν· ὁ δὲ φίλος τοῦ νυμφίου, ὁ ἑστη- ✝ſ. 29. κὼς καὶ ἀκούων αὐτοῦ, χαρᾷ χαίρει διὰ τὴν φωνὴν τοῦ νυμφίου· αὕτη οὖν ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ πεπλήρωται. In quo ὁ ἑστηκὼς eſt, qui ad chuppam ſtat: dum, ex more Iudæorum, cum ſponſa ſponſus, ſub velamine, quod chuppa dicitur ab illis, loquitur. quæ Iudæorum, prima ὀαρισμὸς, ſiue, nuptialis congreſſus, eſt. E qua cum egrederetur ſponſus, maximo cum gaudio eorum qui egredientis audiebant vocem, tum prodibat. quod tum demum ratum eſſe matrimonium exiſtimarent. Quo & Prophetam Regium, cum cecinit, Καὶ αὐτὸς, ὡς νυμφίος, ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται, ὡς γίγας, δραμεῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, reſpexiſſe volunt Magiſtri. Vbi ὁ παστὸς חפה. nam quemadmodum amicos ſponſus gaudio exhilarat, cum ex operto illo ſuo prodit, loquitur, ac faciem oſtendit, ita & Sol, ἐκ τοῦ παστοῦ αὐτοῦ, hoc eſt, מחפתו, terram gaudio perfundit. Quod ad verum illum Eccleſiæ pulcherrimumque ſponſum, ipſum juſtitiæ, nimirum, Solem, ſuauiſſime præcurſor ejus ac νυμφαγωγὸς accommodat Baptiſta. Ad quem ſenſum exprimere ipſum locum poëtice ſic poſſis:

Νύμφην πᾶς μὲν ἔχων πέλε νυμφίος· αὐτὰρ ἑταῖρος
Παστῷ κρυπτομένοιο παρίσταται, ἣ θέμις ἡμῶν,
Φωνὴν δ' ἐρχομένοιο δεδεγμένος ἐξ ἀδύτοιο
Γηθοσύνῃ φίλον ἦτορ ἰαίνεται.

qui poëticus, ni fallor, eſt ac paraphraſticus character. Παστὸν autem dixi, quia ſponſæ chuppam hanc Magiſtri, verecundiæ nonnunquam cauſa, tribuunt. vt cum, Saram, toto tempore illo quo non peperit, ſub chuppa conſtitiſſe ajunt: vbi & matronas, tanquam ſponſæ, gratulatum pro ſe adueniſſe ſingulas. quemadmodum ex Bereſchit Rabba Elias an notauit. Cum in fine hujus capitis dicitur, ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ,

οὐκ ὄψεται ζωὴν, ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μένει ἐπ' αὐτὸν, verba poſteriora, ita noſter reddidit:

ὃς δέ κεν ἀνὴρ
Παιδὶ Θεοῦ ζώοντος ἀγηνορέων ἀπιθήσῃ,
Ἔρχεται ὑψίστοιο Θεοῦ τιμήορος ὀργὴ,
Ἄφρονα μαστίζουσα.

Quod cum ſcriberet, in animo veterum Theologorum obſeruationem habuiſſe potuit: qui, ὅτι τὰ τῶν δικαίων πάθη, θλίψεις ἡ γραφὴ καλεῖ, τὰ δὲ τῶν ἁμαρτωλῶν μάστιγας, *juſtorum calamitates à ſcriptura* θλίψεις, *impiorum* μάστιγας *vocari*, notant. quia, ἑτοιμάζονται ἀκολάστοις μάστιγες, Prouerb. 19. ℣ſ. 29. aut à Propheta Regio, quod malo, πολλαὶ αἱ μάστιγες ἁμαρτωλοῦ, dicitur. Quanquam id non vſquequaque verum eſſe, ſciant, qui in Helleniſticis verſati ſunt, neque minus qui Hebraice nouerunt. Idem enim vates, μάστιγας diuinitus immiſſas ſibi prædicat non ſemel, neque eodem ſemper vocis vſu: varie enim vſurpatur. notum autem quomodo Euangeliſtæ ea voce vtantur. Quid ſi autem illud, ἐὰν μαστιγοῖς τὸν ἄφρονα, Prouerb. 27. 22. in animo habebat noſter? quanquam aliud ſit in Hebræo. Vides parodiæ ἐκ τῶν ἑβδομήκοντα illuſtre exemplum. quo vel vno quæ de Nonni Hebraiſmis diximus, probantur. Et tamen aliud, vt dixi, in Hebræo legitur.

Cap. VI.

Samaritanæ Hiſtoria. Ioſephi cur in ea mentio. κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας. πεπονημένος ὁδοῦ. ἐκαθέζετο οὕτως, *de Seruatore quomodo dictum.* ἀέρεσθαι διὰ κόλπου, *parum Græce dictum. Tempus* ἡνίκα ἐκπορεύονται αἱ ὑδρευόμεναι. *Potus ac cibi apud Iudæos communio.* ὑδάτιον αἰτεῖν. *Iacobus, & quare illius hic mentio. Mos Samaritanorum ad mentem hujus loci præclare à Ioſepho deſcriptus. Nonni locus emendatus. tranſpoſitiones in Nonno. Locus ejuſdem Nonni aliter diſtinctus. Hebraiſmus, ex ſententia Chryſoſtomi, in Euangeliſta notatus. Moria & Garizin montes male confundi. Iſaaci oblatio in monte Moria. Samaritanorum cultus peregrinus. Columba ab iis culta, & in ejus nomine celebrata circumciſio. Deus à Nonno pro Patre poſitus, & an bene. Patris quare in hac Diſſertatione cum Samaritana, Dominus meminerit. Loci illius,* οὐχ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἔτι τετράμηνον, *interpretatio.* Ἀσύστατον *in Nonno notatum.* διψαλέος ὥρη, *tempus ſiticuloſum. Siticuloſa Apulia. Hebraiſmi ignorantia Nonnus & Interpretes lapſi. Pars anni in qua duo Regalim,* τετράμηνον θερισμοῦ. *Loci Iohannis interpretatio, & in eo* παρερμηνεία *Nonni. Pentecoſte* ἑορτὴ θερισμοῦ. *Locus ex Helleniſtis expoſitus.* ἀπελθεῖν & διελθεῖν, *Helleniſtis interdum pro eodem.* κυκλώσεις & ἐπιδημίαι *Domini, quæ Interpretibus impoſuerunt.* οἰκεῖν, *quomodo Helleniſtis vſurpatum.* βασιλικὸς, *cujus meminit Euangeliſta, quis: & de eo locus aliter ac vulgo expoſitus.* δοῦλοι, *milites, ex vſu Chaldæo.* θεράποντες Ἄρηος *inde Homero.* παῖδες Δαβίδ. δοῦλοι βασιλέως, *aut* βασιλικοὶ, *ex Helleniſtarum more, iidem qui Præfecti. Abdemelech, eunuchus Regius.* ὁ τῶν εὐνούχων σπάδων, *qui* δοῦλος βασιλικὸς *dicitur. magiſter lanionum.* ἀρχιμάγειρος. ἑστηκὼς ἐνώπιον τοῦ βασιλέως. βασιλικὸς ἄρχων, & βασιλικὸς δοῦλος, *idem. Exponitur Euangeliſtæ locus.* ἐρέεινε *pro* ἐδεῖτο, *male à Nonno vſurpatum.*

Cap. IV. NOn ſine cauſa quarto Capite, ab initio non procul, in hiſtoria Sama-
ritanæ, Ioſephi meminit Euangeliſta, cum, ὃ ἔδωκεν Ἰακὼβ Ἰωσὴφ τῷ
℣ſ. 5. υἱῷ αὐτοῦ, inquit. Nam ab eo ejuſque filiis originem ſuam deducebant
Samaritani, eoque gloriari maxime ſolebant. Ioſephus alter, vbi de Samari-
tanis agit, Καὶ ἐκ τοῦ Ἰωσήπου γενεαλογοῦσιν αὑτοὺς ἐκγόνων, Ἐφραίμου καὶ Μανασσοῦ, in-
℣ſ. 6. quit. vnde ſepulchrum ejus eo loco ponit Benjamin. Sequitur eodem capite,
ὁ δὲ Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ. vbi, quod
Euangeliſta voluit, non expreſſit, niſi fallimur, Interpres. qui,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Κεῖθι δὲ τηλεπόροιο πεπωμένος ἀτραπιτοῖο
Χερσός.

Aliud enim, κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, aliud πεπαυμένος ὁδοῦ. alterum quippe, quod hic neceſſarium, defatigatum à via, alterum à via ceſſaſſe, denotat. Et ita ſemper Homerus. quemadmodum Iliados tertio, πολέμοιο πεπαυμένοι, qui bellum non amplius gerebant, hoc eſt, ætate jam emeriti, dicuntur ſenes. Quod ſequitur, ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ, ſuauiſſimus idio- Ibid. tiſmus, & plane voluptatis, vt Grammatici loquuntur, ſchema eſt. Vult enim, ſine vlla cura, aut delectu, &, quod Græci dicunt, ὡς ἔτυχε, ad puteum, qui ſeſe in via obtulit, ſediſſe Dominum. quo mirificam in Domino ac Rege noſtro ἀδιαφορίαν notat: qui, afflictus æſtu, non quæſiuit locum, ſed inuênit. Vt œconomiam ejus plane admirandam hic omittam, qui ex humili hac ſeſſione, occaſionem diſputationis tam diuinæ inuênit: qua oſtendit, fore, vt Samaritani, gens contempta, ex æquo cum Iudæis, ad gratiam, qui eam non rejicerent, admitterentur. quare non ineleganter Theophylactus, qui ἁπλῶς, ὡς ἔτυχε, καὶ ἄνευ θρόνου, ἐπὶ ἐδάφους, *ſimpliciter, vt res dabat, ſine ſede, & in terra*, exponit. Neque multo aliter hac voce Maro vſus eſt, cum de Ioue ſuo dixit:

Et jam finis erat, cum Iupiter æthere ſummo
Deſpiciens mare veliuolum terraſque jacentes,
Æquoraque, & late populos, ſic vertice cœli
Conſtitit.

ne jam dicam, quam mirifice ad eum locum Grammatici nugentur. Paulo poſt, vbi Euangeliſta noſter, Ἔρχεται γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας, ἀντλῆσαι ὕδωρ, in- ℣ſ. 7. terpres noſter:

Ἔνθα γυνὴ Σαμαρεῖτις ἀειρομένη διὰ κόλπου
Ὑδρίδα κάλπιν ἔχουσα, μετήϊε γείτονα πηγήν.

De hydria quam διὰ κόλπου habuiſſe Samaritanam dixit, ſupra legimus. Euangeliſta addit, veniſſe fœminam ἀντλῆσαι ὕδωρ. Quod in vſum prandii ab ea factum, vix dubitandum. vnde & diſcipuli cum cibo poſtea aduentant. Quemadmodum & cœnæ tempus, ab Hebræis, *tempus, quo ad hauriendam aquam mulieres prodeunt*, vocari ſolet: vt eodem capite Geneſeos, de quo jam dixi. Quod, vt ſolent, eleganter Helleniſtæ, τὸ πρὸς ὀψὲ, ἡνίκα ἐκπορεύονται αἱ ὑδρευόμεναι, dixêre. quod eſt, *cum jam cœnæ inſtaret tempus.* Plane vt Theocritus de Hyla, qui quo tempore heroës cœnaturi eſſent, cum hydria egreditur. De tempore enim ipſo, poſtquam ibi egit, ſtatim addit,

Κὤχεθ' Ὕλας ὁ ξανθὸς, ὕδωρ ἐπιδόρπιον οἰσῶν,
Αὐτῷ θ' Ἡρακλῆι, καὶ ἀστεμφεῖ Τελαμῶνι,
Οἳ μίαν ἄμφω ἑταῖροι ἀεὶ δαίνυντο τράπεζαν.

quemadmodam & apud Apollonium. Qua occaſione & Rebeccam expectaſſe Abrahami famulus ibidem dicitur. qui ibi, αἱ δὲ θυγατέρες τῶν ἀνθρώπων τῶν οἰκούντων τὴν πόλιν ἐκπορεύονται ἀντλῆσαι ὕδωρ: quod multo minus latere eum potuit, quem nihil fugeret. Vt ibi igitur Rebecca, ita hic, ex temporis occaſione & loci, circa horam τοῦ ἀντλῆσαι ὕδωρ Samaritana venit. quod præclari hujus loci, mirifice, vt loquuntur Rhetores, περίστασιν illuſtrat. Sequitur, Πῶς σὺ Ἰουδαῖος ὢν παρ' ἐμοῦ πιεῖν αἰτεῖς, οὔσης γυναικὸς Σαμαρείτιδος; quod ſuauiſſi- ℣ſ. 9. me dictum, ex eorum more, qui cum peregrini eſſent, aut alieno fuiſſent animo, animis conciliandis cibum mutuo ac potum alter alterius guſtabant: quod Iudæis cum Samaritanis nefas. Sic in fœdere Iacobi cum Labane: ſic Iſraëlitæ de Gabaonitarum comedunt viatico. Ioſ. 9. 14. *Acceperunt ergo viri illi de viatico illorum.* Ac deinde, *Et fecit cum eis Ioſua pacem, ac percuſſit cum eis fœdus, vt viuere eos pateretur.* quemadmodum & Græci, ὑδάπιον αἰτεῖν,

inter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

inter familiaritatis notas ponunt. Quod de Pherecyde Apollonius Alexandrinus refert. qui, τὰ δὲ περὶ Φερεκύδην, τοιαῦτά τινα ἱστορεῖται· Ἐν Σκύρῳ ποτὲ τῇ νήσῳ διψῶντα, ὑδάτιον αἰτῆσαι παρά τινος τῶν γνωρίμων· τὸν δὲ πιόντα εἰπεῖν, σεισμὸν ἐσόμενον ἐν τῇ νήσῳ μετὰ τρίτην ἡμέραν. Sed & jam ante, Δός μοι πιεῖν, quod eſt ὑδάτιον αἰτεῖν, dixerat Dominus: tum quod ſitiret vere, tum vt hac occaſione anſam colloquio cum muliere inueniret: qui nec quid dictura eſſet, nec, Samaritanam eſſe, ignorabat. quale eſt, cum idem diſcipulos ad ficum mittit: in qua, quod non ignorabat, ficus eſſent nullæ. Et cum, Vbi Adam eſſet, quærit Deus. quæ ac ſimilia in colloquii, ſeu, verborum, vt cum Rabbi Sche-
Vſ. 12. lomone loquar, occaſionem, fieri dicuntur. Paulo poſt ſequitur, Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακώβ; è quo duodecim, tanquam vna arbore, enatæ erant tribus. Itaque hoc in ejus, cum quo loquebatur, gratiam, Samaritana: cujus indolem mirifice ex gentis conſuetudine depingit autor: vt quæ in gratiam Iudæi, à Iacobo originem deducit. Quod Samaritanis enim vſitatum volunt, vt aduerſis, nempe, Iudæorum rebus, nihil cum illis commune ſibi dicerent; ſecundis, aut ſi opus ſibi ope eorum exiſtimarent, ad Iacobum, Ephraimum & Manaſſen, protinus abirent; ſuauiſſime ἐν ἤθει, ex perſona mulierculæ, vt dixi, ſic depingit: quæ Iudæum jam confeſſa, à Iudæis originem deducit. quem fuiſſe illius gentis morem, eleganter lib. Antiq. Iud. 11. oſtendit Ioſephus. Εἰσὶ γὰρ Σαμαρεῖται τοιοῦτοι τὴν φύσιν, ὡς ἤδη που καὶ πρότερον δεδηλώκαμεν. ἐν μὲν ταῖς συμφοραῖς ὄντας τοὺς Ἰουδαίους ἀρνοῦνται συγγενεῖς ἔχειν, ὁμολογοῦντες τότε τὴν ἀλήθειαν· ὅταν δέ τι περὶ αὐτοὺς λαμπρὸν ἴδωσιν, ἐκ τύχης ἐξαίφνης ἐπιπηδῶσιν αὐτῶν τῇ κοινωνίᾳ, προσήκειν αὐτοῖς λέγοντες, καὶ ἐκ Ἰωσήπου γενεαλογοῦσιν αὐτοὺς ἐκγόνων, Ἐφραίμου καὶ Μανασσοῦ. id eſt: *Sunt autem tali (quod & ante annotauimus) ingenio Samaritani, vt aduerſis rebus (qui tum verum fateri ſolent) junctos ſibi ſanguine negent Iudæos. Simul vero proſperi quid eueniſſe iis vident, ſtatim ex fortunæ prolixitate, in eorum quaſi proſiliunt communionem. quos vt cognatos ſibi probent, ex poſteris Ioſephi, Ephraimo, puta, ac Manaſſe, gentem deducunt ſuam.* Et humanum ingenium hic vide: quod, neglecto omnium bonorum fonte, ſua hominibus aſſcribit. Vt cum de Iacobo, ὃς ἔδωκεν ἡμῖν τὸ φρέαρ, dicit: qui in ſolenni ſtipulatione Repetitæ legis, capite vigeſimo & ſexto, à calamitate, ne quis illi pluſculum tribueret, aut Deo quicquam detraheret, Obed, hoc eſt, perditus, vocatur. *Et loqueris ac dices coram Iehoua Deo tuo: Syrus ille, cum periret, pater meus, in Ægyptum deſcendit,* &c. Porro vt ad Nonnum redeamus, dici non poteſt, quam locus, quo hæc exprimuntur, eruditos defatigarit,

Ποῖον ξυνὸν ἔην Σαμαρείτιδι καὶ σέο φύτλῃ,
Ὄφρα πίῃς παρ' ἐμεῖο; καὶ εἰ σέο θεσμὸς ἐρύκει,
Ἀδομένοις στομάτεσσιν Ἰουδαῖόν σε καλοῦσης.

vbi καλέσσω alii, nullo, quod ſciam, ſenſu, ἀζομένοις aut αἰδομένοις, ex eadem lectione, cum interrogationis nota, magnus Scaliger ſcribebat. Ego, quin hic, quod in Dionyſiacis paſſim idem maximus vir annotat, euenerit non dubito. vt nimirum tranſpoſiti ſint verſus, ſic conſtituendi:

Ποῖον ξυνὸν ἔην Σαμαρείτιδι καὶ σέο φύτλῃ
Ἀδομένοις στομάτεσσιν Ἰουδαῖόν σε καλοῦσῃ,
Ὄφρα πίῃς παρ' ἐμεῖο, καὶ εἰ σέο θεσμὸς ἐρύκει;

Hoc ſenſu, *Quid commune Samaritanis & tuæ genti, quæ manifeſto oris indicio Iudæum te vocat* (hoc eſt, *teſtatur*) *vt aduerſus ejus conſuetudinem, potum à me petas?* Ridiculum autem, ποῖον ξυνὸν ἔπος; dixiſſe, quod vulgo, τί κοινόν; dicimus. quanquam ita ſane ſuo דבר, quod eſt λόγος aut ἔπος Hebræi vtantur. de quo ſatis alibi, vbi & Helleniſtas non aliter loqui oſtendimus. Porro, nullus, quod ſciam, Græcus, aut illius linguæ peritus, intelligat, quid ſit ἡ σὴ φύτλη αἰδομένοις στόμασιν Ἰουδαῖόν σε καλεῖ: cum nihil aliud voluerit, niſi quod Matthæus dixit, ἡ γὰρ λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ. Quanquam igitur ad verbum

forte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

forte Euangeliſtam non expreſſit, ipſe ſaltem mentem expreſſiſſet ſuam.
quæ talis eſt:

> Κοινὸν ἀτὰρ τί πέλει Σαμαρείτιδι καὶ σέο πάτρῃ;
> Εἶναι Ἰουδαῖον γὰρ σε στόμα πάμπαν ἐλέγχει,
> Ὃς πιέειν αἰτεῖς ἐμοῦ ὕδατος, ὃς σέο δίψαν
> Τῇ δ' ἀκέειν ποθέεις, ἐνδήμιος οἷά τις ἡμέων·
> Οὐ γὰρ Ἰουδαίοισιν ὁμίλεον οἱ Σαμαρεῖται.

Pro quo noſter, Ἰουδαίους ἢ Σαμαρείτας, οὐκ ἀλλήλοις ὁμιλεῖν, dixit. quaſi Latine,
Iudæos vel Samaritas, non eſſe inter ſe amicos, dicas: quod vulgo, Ἰουδαίους καὶ Σαμα-
ρείτας, dicas. Ita enim ille:

> Οὐ γὰρ Ἰουδαῖοι μιγάδες ξυνήονι θεσμῷ
> Ἐς βίον ἀλλήλοισιν ὁμίλεον ἢ Σαμαρεῖται.

Eodem capite, locum de eadem Samaritana, ita diſtingue, Εἶπε· καὶ ἀγνώσσου- ꝟſ. 17.
σα, πολυσπερέων περὶ λέκτρων ψευδομένη Σαμαρεῖτις, ἐτήτυμον ἴαχε φωνήν: non vt
vulgo. Eodem capite eademque hiſtoria à Samaritana dicitur, Οἱ πατέρες ἡμῶν ꝟſ. 20.
ἐν τούτῳ τῷ ὄρει προσεκύνησαν. In quibus verbis, ſi Chryſoſtomo credimus, idem
Hebraiſmus erit, qui in illo, ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἠγανάκτησαν, Matthæi 26.8.
quod Iohannes, εἷς δὲ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, dixit: qui id de Iuda c. 12. 4. interpre-
tatur. Abrahamum quippe vult intelligi: qui in eo quoque monte filium
obtulerit. Τοὺς περὶ τὸν Ἀβραὰμ λέγουσα, inquit ille, quem jam diximus: καὶ ἐκεῖ
φασι τὸν υἱὸν ἀνενηνοχέναι. cum Hebræi in eodem monte, in quo natum obtu-
liſſe Abrahamus fertur, omnes ab Adamo Patres victimas mactaſſe velint:
leui, & grammatico, vt ſæpe ſolent, literæ vnius argumento. Factum autem
hoc in Moria Scriptura docet. qui non in Iudæa tantum, ſed & eo loco, vbi
poſtea vrbs Sancta, fuit. Hic autem, de Gerizim, & cultu qui in eo fieri ſole-
bat. qui profecto, ei de quo Chryſoſtomus, manifeſte opponitur. ſequitur
enim, καὶ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος ὅπου δεῖ προσκυνεῖν. ibi quippe Ibid.
ad latus nempe, montis Sion, Abraham ſacrificaſſe dicitur: Non igitur pro-
cedit nec ſatisfacit quæ ad illum locum ab autore interpretatio adfertur, ꝟſ. 22.
Ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε, ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν. Vbi noſter,

> Ὑμεῖς μὲν κραδίης σφαλερῆς ἑτεραλκέϊ θεσμῷ,
> Ὃν φρεσὶν οὐκ ἐδάητε, γεραίρετε μοῦνον ἀκουῇ.

Vos auditu colitis, quem mente non noſtis. quod nec ipſe forſan aſſecutus eſt
quid ſibi vellet. Nam & Deum colebant, & Meſſiam Samaritani expecta-
bant. Moſis enim admittebant ſcripta. Sed Iudæi, vnum Deum, illi, præter
hunc, idola, etiam ignota & in monte Gerizim inuenta, colebant: crimen,
quod duabus literis עז (quod eſt, עבודה זרה, *cultus externus*) Iudæi notabant, &
tanquam cauterio Samaritanis imprimebant: quos ἄμικτα μιγνύειν, idem
ſummus vir Chryſoſtomus, præclare dixit. Inter quæ, columba fuit: cujus
& in nomine Samaritani circumcidebantur. diuerſiſſima ab illa, cujus ſpe-
cie baptiſmum ſuum confirmauit Dominus. neque ignotum eſt, eorum
templum, quod, vt ipſi ſanctuarium, ita idololatricum Iudæi dicebant. Cum
Seruator noſter, paulo poſt, vocem Patris repetit, Ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ꝟſ. 23.
ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσκυνήσουσι τῷ πατρὶ, item, καὶ γὰρ ὁ πατὴρ τοιούτους ζητεῖ
τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, non eſt dubium, quin in ſuauiſſima hac Diſſertatione,
mulierculam paulatim, non ad verum modo Dei cultum, ſed & veri Dei tra-
hat. qui, ne excludatur Filius, non ſine cauſa χρηστικῶς vocatur Pater: vt ſe
eſſe, non Meſſiam modo, quod poſt paulo ait, ſed & Patris ejus, de quo àgit,
Filium oſtendat. vnde nec aſſentiri poſſum noſtro, qui hic vocem Patris
vel diſſimulauit, vel, pro ea, voce Dei vſus eſt. quod priore poſtquam diſ-
ſimulaſſet membro, tandem addit,

> μυστιπόλους γὰρ
> Τοίους ὑψιμέδων ἐθέλει Θεός.

Quo diutius in maximo autore hoc verſamur, eo plura obſeruamus, quæ difficultatem nobis, aliis pleriſque, quod miramur, ne ſuſpicionem quidem mouent. Nonno autem vel inprimis, qui, ſecurus admodum, quodcunque
v. 35. primo placuit, chartæ illeuit. Exemplo ſit nunc locus ille hujus capitis: οὐχ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἔτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται; ἰδοὺ, λέγω ὑμῖν, ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ θεάσασθε τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη. quem ita interpretantur, quaſi mens eſſet, *Nonne dicitis poſt quatuor menſes futuram eſſe meſſem?* Et ſic diſerte Syrus. vt ſenſus nota ſit Hebraicum vere Helleniſtæ, ἔτι μῆνες τέσσαρες καὶ ὁ θερισμὸς ἔσται, alias dicerent. Atque id, vt certiſſimum, cum reliquis admiſit noſter: niſi quod pro θερισμὸς, negligenter θέρος ſuppoſuit: ſed & Chronologi, ita cupide in Harmoniis ſuis id amplexi ſunt, vt Decembri menſe hoc eueniſſe ſtatuant. Quis autem non miretur, tempore æſtatis, ſi ſequimur Nonnum, hoc cum muliercula colloquium fuiſſe habitum: cum, quemadmodum diſerte nunc loquitur, quatuor menſibus ante æſtatem habitum fuerit. ita enim hunc interpretatur locum. Ante autem horam ſextam, & æſtiuam quidem, (ita enim τὸ δίψιος accipio) fuiſſe dixit, cum Samaritanam Dominus acceſſit. ita enim ſupra:

Ἕκτη δὲ πλερόεσσα διέτρεχε δίψιος ὥρη.

de quo tempore Alcæus, Ἁ δ᾽ ὥρα χαλεπά· πάντα δὲ δίψᾳ ὑπὸ καύματος. & Horatius

Nec tantus vnquam ſiderum inſedit vapor
Siticuloſæ Apuliæ.

vbi *ſiticuloſa*, vt noſtro δίψιος. quo tempore à Sirio torretur terra: qualis æſtus menſe Niſan in Cananæa erat. Et ſane Domini defatigatio, ad fontem acceſſus, ſitis, & alia ſimilia, de æſtate perſuadent. & ita ipſe Euangeliſta, Ἦν δὲ ἐκεῖ πηγὴ τοῦ Ἰακώβ. ὁ οὖν Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ· ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη. quæ eſt hora qua dici æſtum Hebræi ponunt. Nam quod tempore illo fit, כחם היום fieri dicitur: quo vmbram aut fontes ſectabantur aut in tentoriis latebant qui in Oriente agebant. vt de Abrahamo Geneſ. 18. 1. quod de æſtate dici, (quanuis aliam Ægypti ac vicinæ Cananeæ fuiſſe rationem ſciam) ipſa euincere ratio videtur. Et confirmant Interpretes, qui ſediſſe virum Sanctum ibi volunt, vt defatigatos æſtu ac labore exciperet reficeretque. Sed nec aliud Eccleſiaſtici Scriptores de hoc tempore videntur ſenſiſſe. Iuuencus,

Sederat hic rapido Seruator anhelus in æſtu, &c.
Mœnibus egrediens Samaritis fœmina venit.

Sedulius,

Humanam flagrante ſitim contraxerat æſtu.

Iam quam veriſimile eſt, Dominum quatuor ante menſibus dixiſſe, καὶ θεάσασθε τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη, *& ſpectate terras, quia albæ jam ad meſſem ſunt*. Quanuis enim figurata, de qua loquitur, ſit meſſis, quis tamen neſcit, durum id videri, cum ſuauiſſimæ allegoriæ ſint, quæ proxime ad ſignificatum, ſeu, τὴν ἀλήθειαν, accedunt? Quid igitur? Teſtatur Robertus Stephanus, in nonnullis codicibus vocem ἔτι non extare: affirmat autem Camerarius, in ſuo codice, οὐχ᾽ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι τετράμηνός ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται; ſe inueniſſe. neque aliter in MS. antiquiſſimo Rutgerſiano inueni. Eſt ergo Hebraiſmus, quem ad verbum Helleniſtæ ſic efferrent, ὅτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ἐν αὐτῷ θερισμός. hoc eſt, τετράμηνόν ἐστιν, ἐν ᾧ θερισμός: quod Euangeliſta dixit, τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται. Nec difficultatem Camerarius non vidit, ſed in ſermone hæſit: cum non poſſet, quin, à Theophylacto quoque monitus, receptæ jam opinionis errorem videret. qui, ὑμεῖς μὲν γὰρ, φησὶ, λέγετε, ἀντὶ τοῦ νομίζετε, ὅτι ὁ θερισμὸς ἐν τῇ τετραμήνῳ ταύτῃ ἔρχεται. Vt non ſine cauſa τετράμηνον dicatur θερισμοῦ, in quo duo Regalim, Paſcha & Pentecoſte,

con-

concurrerent. quorum altero initium, altero finem ſumebat meſſis. quemadmodum ἑορτὴ θερισμοῦ Pentecoſte, (ſicut hic τετράμηνον θερισμοῦ, ea pars anni, cujus initium Niſan) à Moſe in Exodo dicitur. eo autem menſe hæc euenerunt. decimo enim quarto Paſcha, decimo quinto nouarum frugum manipulus offerebatur. Vt hoc quindecim, aut circiter, ante Paſcha diebus dicatur: quomodo optime conueniunt quæ de meſſe dicuntur. Id autem an cum Paſchatibus, quorum mentio fit à Iohanne, pugnet, alii viderint. nos non exiſtimamus. Mira ejus loci qui com. 43. & porro ſequitur, ἀκολουθία· Μετὰ δὲ τὰς δύο ἡμέρας ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν. ℣ſ. 43.
Αὐτὸς γὰρ ὁ Ἰησοῦς ἐμαρτύρησεν, ὅτι προφήτης ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι τιμὴν οὐκ ἔχει. *Poſt duos autem dies, abiit inde, atque in Galilæam ſe contulit. Ipſe enim Ieſus teſtatus eſt, Prophetæ honorem in patria non exhiberi.* Quæ enim hæc αἰτιολογία, *In Galilæam ſe contulit. Prophetæ enim in patria non eſſe honorem teſtatus eſt?* Quod noſter intellexit, quaſi ſcriptum eſſet, Chriſtum Galilæam quidem petiiſſe, Capernaum tamen, quæ illius urbs Matthæi 9. 1. dicitur, non adiiſſe. Vt hac mente dicat:

Μοῦνον δ' οὐκ ἐπάτησεν ἑὴν ζηλήμονα πάτρην.

Cum quo facere & Chryſoſtomus videtur. ita tamen, vt ſubdubitet nonnihil. De Nazareto autem non procedit. ſi præſertim verum, quod nonnulli volunt; de eodem tempore hoc egiſſe Lucam, cum dixit, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Ναζαρὲτ, οὗ ἦν τεθραμμένος. ita enim cauſa noſter caderet. Optimus interpres ac maximi judicii Theophylactus, ideo hoc dictum putat, ὅτι οὐκ ἦν ἀεὶ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, ἀλλ' ἐκ διαλείμματος (quæ verba ſunt illius) ἐπεδήμει αὐτοῖς. *quod non ſemper in Galilæa eſſet, ſed ex interuallo apud eos verſaretur.* Ratio ex ſolis Helleniſtis eſt petenda: qui τὸ הלך modo ἀπελθεῖν, modo διελθεῖν, & vtrunque non raro eodem ſenſu interpretantur. Ita Pſal. 105. 13. καὶ διῆλθεν ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος. Iud. 11. 18. καὶ διῆλθεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἐκύκλωσε τὴν γῆν Ἐδώμ. quemadmodum ἀπέρχεσθαι, quæ interpretatio ejuſdem vocis eſt, interdum non aliud quam digredi. quomodo, ex conſilio Interpretis Syri, Latine reddendum eſſet: quemadmodum hoc toto capite nihil aliud quam κυκλώσεις Domini καὶ ἐπιδημίαι, qui è Iudæa per Samariam tranſit, ex Samaria in Galilæam, atque ex ea ſtatim in Iudæam redit, deſcribuntur. Sed & τὸ ἀπελθεῖν, in quo tota difficultas, *ire* interdum ac *redire*. vt in illo Matthæi 8. ℣ſ. 21. Κύριε ἐπίτρεψόν μοι πρῶτον ἀπελθεῖν καὶ θάψαι τὸν πατέρα μου. cap. 13. item ὃς εὑρὼν ἕνα πολύτιμον μαργαρίτην, ἀπελθὼν πέπρακε πάντα. ſed, vt dixi, hic eſt *digredi*. Præſtantiſſimi Theologi, qui difficultatem loci in voce ἐμαρτύρησε quærebant, aliud agebant, niſi fallor. Iam quod ad illa Euangeliſtæ verba, Ἦλθεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πάλιν εἰς τὴν Κανᾶ τῆς Γαλι- ℣ſ. 46.
λαίας, ὅπου ἐποίησε τὸ ὕδωρ οἶνον, noſter dixit,

Ἰησοῦς μὲν ἵκανε, καὶ ᾤκεεν αὐτόθι, μίμνων,
Ἤχι πέδον Κανααῖον.

quomodo autem verum eſſe poteſt, in Cana habitaſſe, cum ſtatim poſt miraculum diſceſſerit? Et tamen vt Græce hoc falſum, ita Helleniſtice verum eſſe poteſt. quibus οἰκεῖν aliquo in loco dicitur, qui ad paucos ibi dies tentorium defigit, ac mox locum mutat. vnde illud, Καὶ οἴκησον μετ' αὐτοῦ ἡμέρας τινάς. Geneſ. 27. 44. Multum commate eodem diſputarunt veteres, quemadmodum poſt eos & recentes, περὶ τοῦ βασιλικοῦ, cujus meminit Euangeliſta Ibid.
cum dixit, Καὶ ἦν τις βασιλικὸς, οὗ ὁ υἱὸς ἠσθένει ἐν Καπερναούμ. Vbi, Καὶ ἦν τις βασιλικὸς, ἁπλῶς dici ab Euangeliſta manifeſtum eſt. Nonnus ἐντελῶς hoc extulit. qui,

Ἦν δέ τις ἰθύνων στρατιὴν βασιλήϊος ἀνήρ.

Mihi Syrus erudite hoc expreſſiſſe videtur: qui עבד מלכא, δοῦλος βασιλικὸς, dixit. Quomodo Syris ac Chaldæis milites dicuntur paſſim. quemadmodum & δοῦλοι πολέμου. Vnde Homerus, qui non pauca illis debet, θεράποντας Ἄρηος,

ad verbum dixit. Quod & Hebræis non rarum. vt 2 Sam. c. 2. ✠ſ. 30. 31. vbi δοῦλοι Δαβὶδ, milites Dauidis: qui & παῖδες Δαβὶδ Helleniſtis. Interdum autem & præfecti, qui ſupremi ſunt à Rege. quomodo & Ioab עבד המלך, Helleniſtis, παῖς βασιλέως, dicitur. vide Sam. lib. 2. Ita Naaman, modo שר צבא מלך, modo עבד dicitur. vnde & interdum in proprium id abiit nomen, aut pro eo accipitur. vt cum eunuchus Regius, Abdemelech dicitur. Eunuchos autem Regum in Oriente Præfectos fuiſſe, nemo tam ignarus harum rerum eſt qui neſcit. Ergo ὁ βασιλικὸς, *Regius Præfectus*. Ita idem Nabuzardan Legis Babylonii Præfectus, modo exercitus Princeps, modo עבד מלך, δοῦλος βασιλικὸς, dicitur. quæ nonnunquam conjunguntur. Quod ex Græcis interpretibus, qui plures eo tempore extabant, didiciſſe Nonnus videatur. Nam ὁ ἰθυνων στρατιὴν, *Princeps militum*: quem, *Magiſtrum laniorum* vulgus, Seniores ἀρχιμάγειρον dixerunt. Quod autem addit Nonnus, βασιλῆος ἀνὴρ, is eſt qui *proximus ab illo*, ſeu, *vicarius*: qui ἑστηκὼς ἐνώπιον τοῦ βασιλέως erudite à Senibus vocatur. quemadmodum & 4 Reg. 25. hæc enim duo noſter hic conjungit. Eſt igitur βασιλικὸς, Regis vicarius, ὁ τὴν πρώτην (vt loquitur Gregorius Theologus) ἀπὸ βασιλέως διέπων ἀρχήν: qui Sulpicio Seuero, *Princeps Regius*: cui Nabuzardan, qui & βασιλικὸς vocatur δοῦλος, *Princeps Regius* vocatur. *Cum eum*, inquit, *Nabuzardan Princeps Regius captiuum duceret cum cæteris*. idem qui, *Princeps exercitus*, &, *Seruus Regis Babel*, dicitur. Alterum eſt, *Princeps militum*, ſeu, *Militiæ magiſter*: alterum, *Princeps à Rege*: quod eſt δοῦλος βασιλικός. Δοῦλος autem βασιλικὸς, ὁ ἑστηκὼς ἐνώπιον τοῦ βασιλέως ibi dicitur. Vtrunque autem Nabuzardan erat: qui & à Ieremia, ex interpretatione Hieronymi, *Magiſter militiæ* vocatur. Vnde factum vt hæc duo ſæpius confundant eruditi. Ergo βασιλικὸς, ὁ δοῦλος βασιλικὸς, qui βασιλικὸς ἄρχων: quo reſpexit erudite Syrus. quæ omnia ignota vulgo, Helleniſtæ, viri doctiſſimi, nos docent. Et quis de illis cogitabat? Eraſmus vero quantum ſe in ſuo βασιλίσκος exercet! Atqui eo quoque ſenſu quo βασιλίσκος illi placet, potius βασιλικὸν dixiſſent Helleniſtæ. vt τυραννικὸν, τύραννον: quod illis vſitatum. Verum pauci qui hanc linguam recte intelligant. Commate ſequenti

✠ſ. 47. de hoc ipſo Baſilico legitur, οὗτος ἀκούσας, ὅτι Ἰησοῦς ἥκει ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἀπῆλθε πρὸς αὐτὸν, καὶ ἠρώτα αὐτὸν, ἵνα καταβῇ, καὶ ἰάσηται αὐτοῦ τὸν υἱόν· ἤμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν. Vbi non intelligebat vim vocis noſter, cum ita locum iſtum redderet:

ἀγχιφανὴς δὲ
Ἰησοῦν ἐρέεινεν, ὅπως ἑὸν υἷα σαώσῃ.

Nihil, quod non ſemel dixi, tam vſitatum Helleniſtis, quam vt vocis, quæ duo denotat, vna pro altera ſignificatione vtantur. Atqui τὸ שאל & τὸ ἐρωτᾷν, & τὸ δεῖσθαι, interrogare pariter ac flagitare denotat. Cujus conſuetudinis ignarus noſter, ἐρεείνειν hic dixit, cum ἐδεῖτο Græca lingua poſtularet. nihil enim minus quam interrogabat, qui poſceret ac flagitaret. quid ſit autem Græcis ἐρεείνειν, nec pueri ignorant. Igitur & hic quod aliis hac tempeſtate Interpretibus, Nonno vſu venit: vt, quod ſæpius jam monui, diuerſas linguas, Helleniſticam & Græcam non diſtingueret. quemadmodum multis hodie videmus euenire & querimur, vt cum Nouum Fœdus interpretantur, quia Græce olim didicerunt, linguam illam, cujus interpretes ſe profitentur, nunquam didiciſſe ſe, non intelligant. Recte Euthymius, ἠρώτα *ſignificat deprecabatur*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Cap. VII.

Quintum S. Euangeliſtæ caput examinatur. Locus à Nonno male intellectus. Στοαὶ *Helleniſtis quid. eædem* ἀποφαύσεις, διοριζοντα, ἀποχωρήσεις *&* ἀπόλοιπα *iiſdem.* Ταμεῖα. Προβατική. *Nonni in exprimendo Euangeliſta, mira ſecuritas.* ἀσάμινθος *pro* κολυμβήθρα, *à Nonno poſitum.* κολυμβήθρα *quid. quid* ἀσάμινθος. ἀκρισία *Interpretis, ſeu, Paraphraſtæ, notata. Heſychii locus emendatus. Nonni incogitantia notata. Locus ejus à Ioſepho Scaligero emendatus.* κατὰ καιρὸν *quomodo accipiendum. feſto Pentecoſtes ex ſententia Chryſoſtomi, motas fuiſſe aquas, de quibus loquitur Euangeliſta.* ταράσσειν τὸ ὕδωρ. *error Interpretum.* κίνησις *&* ταραχὴ *pro eodem Helleniſtis. Quod de Angelo ab Euangeliſta dicitur, à Nonno prætermiſſum. Angeli pro Deo, quia adminiſtri ejus. Locus Eccleſiaſtæ in hanc rem notatus. idem Chaldæis familiare eſſe: & ex eo nænias non paucas veteres Iudæos hauſiſſe. Ægrum, de quo hic Euangeliſta agit, paralyticum fuiſſe.* σφίγγεσθαι *de iis qui à paralyſi curantur. Paralytici* δεδεμένοι. ἀπροσεξία *in Nonno notata. Miracula, quare Sabbatho ſæpius à Domino exhibita. illud,* ὁ γὰρ Ἰησοῦς ἐξένευσε, *Nonno prætermiſſum.* ἐκνεύειν *quid. Locus Nonni aliter diſtinctus.* ἐργάζεσθαι *& non ceſſare. Nonni in loquendo negligentia, & aliud ab eo dici quam quod ipſe voluit. Interpretatio loci admodum vexati,* Οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, *&c. quem locum male à Nonno intellectum.* ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖν, *&* καθ' ἑαυτὸν ποιεῖν. τὸ, εἰ μὴ, *more Hebræo vſurpatum, & ex eo loci ſenſus. Vox* ἀλλὰ, *Syris & Rabinis quo pacto vſurpata.* οὐ δύναται, *Helleniſtice vſurpatum.* οὐ δύναται ποιεῖν, οὐ ποιεῖ. ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ. *error in eo Nonni.* ὁμοίως, ἀντὶ τοῦ ὁμοῦ *aut* ἅμα. *Nonni error, & hæretica locutio,* ὁ υἱὸς τὸν πατέρα μιμεῖται, *quæ in Arrianis damnata. de ea Cyrilli & Cæſarii judicium. Loci cujuſdam Nonni interpretatio. impropria ejus locutio. Negligentia Interpretis, ſeu Paraphraſtæ, notata.* ζητεῖν τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς, *&* ζητεῖν τὴν τιμήν. *Iohannes lucerna. Lucernæ in templo, vſque ad tempus matutinum.* πρὸς ὥραν. ἐν διχαιρίαις. *Parodiæ Euangeliſtæ.*

INitio Capitis quinti legitur, Ἔστι δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπὶ τῇ Προβατικῇ, Cap. V.
κολυμβήθρα, ἡ ἐπιλεγομένη Ἑβραϊστὶ Βηθεσδὰ, πέντε στοὰς ἔχουσα, pro quo cum ℣ſ. 2.
Interpres noſter dixit,

> Ἦν δέ τις εὐποίητος ἐν εὐύδρῳ Προβατικῇ,
> Πέντε πανυψιλόφοισιν ἐπ' αἰθούσῃσι μελάθροις &c.
> Εὐρυτενὴς ἀσάμινθος.

ea interpretatio à mente autoris procul abeſt, ſi quid judico. Qui hoc voluit, ni fallor, fuiſſe ibi aliquot diſtincta ſiue loca, ſiue penetralia, in quibus motum aquæ expectarent ægri. Στοαὶ enim diſtincta Helleniſtis ſunt cubicula. quæ interdum, ἀποφαύσεις, à luce quam admitterent, interdum διορίζοντα, quod diſtincta eſſent, quemadmodum & ἀποχωρήσεις, & ἀπόλοιπα, dicuntur: idem plane quod ταμεῖα. Et ita quoque hac voce vtuntur Græci. Heſychius, Στοαὶ, ταμεῖα, καὶ ἐπιμήκη εἰσίν. Scribe, αἳ ἐπιμήκη ὦσι. Suidas, Στοὰ, τὸ ταμεῖον, διὰ τὸ περιμήκες εἶναι. qui & locum Ariſtophanis addit,

> Στοάς τε καρποῦ, βακχίου τε νάματος.

Sed Helleniſtæ, vt plurimum, ταμεῖα, interdum ἀποχωρήσεις vocant. ſicut Attici ταμεῖα quoque & στοὰς confundunt. vt ſic, πέντε στοαὶ, ἀποχωρήσεις πέντε, *valetudinaria*, aut, *loca ſeparata, in quibus ægri decumbebant*, dicantur. Iam pro eo quod, ἔστι δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπὶ τῇ Προβατικῇ κολυμβήθρα, legitur, Theophylacti & Chryſoſtomi editiones, ἔστι δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις προβατικὴ κολυμβήθρα, habent. Nam & juxta portam τὴν Προβατικὴν lauacrum illud fuit, neque quicquam vetat, vel ab ipſa porta, vel ab ouium, quæ ſacris deſtinatæ erant, ablutione, portæ id cognominis hæſiſſe. Noſter de vtroque admodum ſecu-

 rus,

rus, ἐν ὑδρῷ Προβατικῇ dixit, cum τὸ ἐπὶ inueniſſet. Eſt vero prorſus alienum, quod τὴν κολυμβήθραν, ἀσάμινθον vocauit. quaſi aliud quam בְּרֵכָה intelligatur. quod, lauacrum vel piſcina, quæ ex cœli aut ex fluuiorum fontiumue aquis collecta. quæ ſine dubio, quod ſiccus eſſet Oriens & aqua deſtitutus, à diuina benedictione ita dicta. Et ſic Rex Eccleſiaſtes, Ἐποίησά μοι κολυμβήθρας ὑδάτων. quæ ab Aquila in eo loco λίμναι, à Symmacho δεξαμεναὶ dicuntur. Iſta autem erat, quæ ſuperior peculiariter Hebræis, aut, ſuperius lauacrum, dicebatur. ita enim melius, quam quod hic eruditis placuit, piſcina. Nominis origo, hic à veritate rei cauſam habuiſſe aliquam videtur. quod baptiſmum ex ſententia antiquitatis figuraret. Nam vt ibi ſordes ante ablue- bantur, ne immundæ eſſent victimæ quæ mactabantur, ita Dominus ablutione iſta, vt eximie Theophylactus loquitur, ὁδοποιεῖν καὶ οἰκονομεῖν εἰς τὴν πίστιν, id eſt, viam ſternere baptiſmo ac fidei, deducere ad eum ac ſignificare cum, voluit. quæ verba ejus ſunt. Βουλόμενος ἡμᾶς ὁ θεὸς ἐγγύτερον ἀγαγεῖν τοῦ βαπτίσματος πίστεως, οὐκέτι μολυσμοὺς ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ νόσους ἰᾶται, inquit S. Chryſoſtomus. vnde & Syrus, hunc *ablutionis locum* ea voce dixit, qua baptiſmum ſuum exprimere conſuerunt Syri. Quare cogitandum, quam recte ἀσάμινθον hic dixerit. cum idem ſit ἀσάμινθος, quod πύελος, vas: quo, ante inuentionem balneorum, vulgo vtebantur: quali à Circe excipitur Vlyſſes. Heſychius, Ἀσάμινθος, πύελος, ἢ λίθος εἰς βάθος κεκοιλαμμένος ἔμβασιν, ἢ λέβης μέγας. Scribe, εἰς ἔμβασιν. Nam Homericum reſpexit locum qui Odyſſ. Θ.

Ἐς ῥ' ἀσάμινθον βάνθ'· ὁ δ' ἄρ' ἀσπασίως ἴδε θυμῷ
Θερμὰ λοετρ'· ἐπεὶ οὔ τι κομιζόμενός γ' ἐθάμιζεν
Ἐπεὶ δὴ λίπε δῶμα Καλυψοῦς ἠϋκόμοιο.

Fuit ergo labrum, quod ex lapide nonnulli, quidam ex alia materia, lauandis hoſpitum corporibus aut ſuis, habuere. Vnde & λεκάνην, ſiue peluim, ſunt qui interpretentur. & notiſſima ſunt medicorum ſolia. Sed quid vas ad hoc lauacrum, in quo victimas Iudæi abluebant? Neque vnquam alterum mortalem vidi, cui ſæpius impoſuit memoria. Eidem enim lauacro, quod ἀσάμινθον nunc vocat, viuam ſupra aquam tribuit, cum dixit

Ἅλμασιν αὐτομάτοισιν ἰδὼν ὀρχούμενον ὕδωρ.

vix enim ſatis exprimi verbis poteſt, quam non fuerit intentus rei de qua loquebatur. Nam ſi vas balnearium, lauacrum illud fuit (& hoc quippe ἀσάμινθος, qua voce hoc interpretatur) quare ſub quinque id porticibus locauit? quod Euangeliſta, quem non intellexit, ne per ſomnum quidem vnquam cogitauit. Quid quod fontem vocauit?

Ἦν δέ τις ἐμπεδόμοχθος ἀνὴρ παρὰ γείτονι πηγῇ.

Idem ad comma quartum cum dixit,

ὅπῃ κεκαϋμένος ἀνὴρ,

Verſ. 4. recte κεκακωμένος legebat magnus Scaliger. Cum Euangeliſta capite eodem dixit, Ἄγγελος γὰρ κατὰ καιρὸν κατέβαινεν ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ, videtur illo, κατὰ καιρὸν, Hebræorum לְמוֹעֵד הַזֶּה expreſſiſſe. vt ponatur κατὰ καιρὸν, pro eo, quod, κατὰ καιρὸν τοῦτον, ab Helleniſtis dici ſolet: & intelligatur, aquas has quotannis ipſo Pentecoſtes feſto, aut alio, motas ac ſanctificatas fuiſſe. Quod opinione ſua ac ſententia Cyrillus confirmauit. Qui obſeruat, *Die Pentecoſtes, Angelos de cælo deſcendentes, piſcinæ hujus commouiſſe aquam. cujus motionis ſonum, adeſſe ipſos ad ſanctificandum aquam, ſignificaſſe.* quo cum miſer ille, κατὰ καιρὸν τοῦτον, quem jam diximus, delatus non eſſet, ab eo reſtitutus eſt, qui aquam εἰς ζωὴν αἰώνιον ἁλλομένην, vt ſupra locutus eſt Euangeliſta, ſolus ſuppeditare poteſt.

Ibid. Sequitur, καὶ ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ. quod vulgaris interpres *commouit* reddidit. Eraſmus ac poſteriores quare immutarint, cauſa nulla, præter linguæ Helleniſticæ neglectum, fuit. qua τὸ זוּעָה nunc κίνησιν, (vt Ieremiæ 29. 18.) nunc ταραχὴν, (vt Ezech. 23. 46.) veteres interpretantur. Et Euangeliſta nihil

aliud

aliud quam κίνησιν intelligebat. quare ſapienter Syrus, plane eadem voce quam expreſſit autor noſter, vſus eſt. Porro totum hoc, quod eſt de Angelo, omiſit Nonnus. Et fortaſſe poteſt fieri, vt quod de Angelo Sanctiſſimus Euangeliſta dixit, nihil aliud quam vim diuinam notet, cui hoc miraculum attribuit: quia plurimum per Angelos in terris agit Deus. Vnde & Helleniſtæ, loco Angeli, non raro ponunt Deum. cui confirmando locus inter cæteros Eccleſiaſtæ cap. 5. ℣ſ. 5. extat præclariſſimus. vbi, pro eo quod Hebræis, πρὸ προσώπου ἀγγέλου, Helleniſtæ, Καὶ μὴ εἴπῃς πρὸ τοῦ προσώπου Θεοῦ ὅτι ἄγνοιά ἐστι, reddiderunt. ad quem maximum Mercerum vide. Helleniſtas Gregorius, illius libri Paraphraſtes, ſecutus eſt: qui, Δεῖ δὲ παντοίως φεύγειν, inquit, τὴν οὐ καλῶν ῥημάτων ἀπορροὴν, ὡς ἀκουσομένου Θεοῦ. vbi Chaldæus, *ante Angelum crudelem, qui poteſtatem in te exercebit.* Chaldæis enim, vt diuina, quod non raro obſeruaui, opera, miniſtris his aſſignent vſitatum. Neque quicquam in illorum ſcriptis, quæ Euangeliſta hic expreſſit paſſim, æque frequens. Vt, exempli cauſa, cum de mortis Angelo loquuntur. vnde & Iudæi ſuas de furore Angeli qui præeſt morti, aliaſque haud abſimiles hauſerunt nugas: vt cum de Benjamino Iuſto agunt. Niſi quis ad Angelum æternum hæc referre velit. qui non raro ſibi & myſteriis, quæ poſtea exhibuit, præluſit ipſe. de quo multa, imo paſſim, veteres Theologi. Et mirificum, quod ſine Angelo, ſine vllo aquæ inſtrumento, ipſe æterni Angelus conſilii, hic medicum ſe præbet. Fuiſſe autem ægrum, de quo mox agitur, paralyticum, ſiue παρά- ℣ſ. 5.
λυτον, plerique veterum, inter quos Theophylactus, Chryſoſtomus, Gregorius, atque alii, exiſtimarunt. quod ſi noſter quoque credidit, non ſatis proprie locutus eſt, cum dixit,

Εἶχε δυσαλθήτῳ πεπεδημένα γούνατα νούσῳ.

hoc eſt, *morbo illius genua fuiſſe vincta:* cum paralyſis, πάρεσις, hoc eſt, reſolutio neruorum, ſit. vnde & σφίγγεσθαι, id eſt, *ligari*, dicuntur, qui à morbo hoc reſtituuntur. Verum, quod hic Nonno, etiam Chryſoſtomo euênit: qui eundem hunc ægrum δεδεμένον κεῖσθαι, hoc eſt, *vinctum jacuiſſe*, dixit; de eodem, cum curaretur, verbo, σφίγγεσθαι, oblitus ſui, vel ex conſuetudine loquendi, vſus. Locus eſt plane elegans: ἐνταῦθα δὲ τὸ σῶμα ἔσφιγξε πρότερον, καὶ τότε τῆς ψυχῆς ἐπεμελεῖτο. quod iis, qui majoribus intenti erant, libentiſſime donamus. Eodem capite legitur, ἦν δὲ σάββατον ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. quo loco cogitandi occaſio ℣ſ. 9.
offertur, quare Sabbatho vt plurimum à Domino miracula fuiſſe exhibita, Euangeliſtæ notent. Cujus rei cauſam hanc fuiſſe exiſtimamus: quod diebus iſtis, vt & nouiluniis, libentius frequentiuſque hos à quibus opem expectarent, conſulere eo tempore ſolerent. Exemplum ejus rei 2 Regum cap. 4. ℣ſ. 23. & quidem illuſtriſſimum, habemus. Vbi Sunamitidis, cujus filium à morte Eliſæus ſuſcitauit, maritus, cum vxorem properantem ad Prophetam cauſa filii videret, היום לא חדש ולא שבת, quod Helleniſtæ, σήμερον οὐ νουμηνία οὐδὲ σάββατον, *hodie nec nouilunium nec ſabbathum eſt*, inquit. quæ opinio cum eo quoque tempore, vt videtur, obtineret, & hoc ipſo, *virum Dei*, quod de Eliſæo ibi dicitur, videri ſibi Dominum ac Seruatorem noſtrum, vulgus teſtaretur, eo irritata magis Sacerdotum fuit violentia: vt tandem frigidum ac plane ineptum illud περὶ τοῦ μηδὲν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐργάζεσθαι, *ne quid illo die fieret*, vrgerent: idque ad ipſa quoque ſalutaria miracula ac opera θεοπρεπῆ transferrent. quæ extrema ac non toleranda fuit cæcitas. Vnde & illud vere ſtultiſſimum, *Sabbathum eſt: grabatum tibi tollere non licet.* nullum enim ſuperſtitio plerunque, vbi ſemel cœpit, nouit modum: nec conſiſtit vbi cœpit, ſed vt cœpit, rationis, quam ignorat, pariter & ſui, aliis moleſta, ſibi grauis, limites excedit. Capite eodem quod Euangeliſta dixit, ὁ δὲ ἰαθεὶς οὐκ ᾔδει τίς ἐστιν, ℣ſ. 13.
ὁ γὰρ Ἰησοῦς ἐξένευσεν ὄχλου ὄντος ἐν τῷ τόπῳ, id noſter,

Οὐ μὲν ἀνὴρ δεδάηκεν ἑῆς ἰήτορα νούσου,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Καί μιν ἰδὼν στείχοντα λιθώδεος ἔνδοθι νηοῦ. &c.
Sequitur enim, Μετὰ ταῦτα εὑρίσκει αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ. Manifeſte igitur
interpres verba illa, ὁ γὰρ Ἰησοῦς ἐξένευσεν, ὄχλου ὄντος ἐν τῷ νηῷ, prætermiſit:
qui, quid τὸ ἐξένευσεν hic eſſet, non ſatis aſſecutus videtur. Quod ſignifica-
tione τοῦ סור vſurpatur. vt cum Iud. 4. 18. de Iahele & Siſera eleganter, καὶ
εἶπε πρὸς αὐτὸν, ἔκνευσον κύριε, ἔκνευσον πρός με, μὴ φοβοῦ· καὶ ἐξένευσε πρὸς αὐτὴν εἰς
τὴν σκηνὴν, dicitur. ibid. 18. 26. καὶ ἐξένευσε καὶ ἀνέστρεψεν εἰς τὸν οἶκον. quod Hebræus
פנה, ſeu, *declinauit*. item, καὶ ἐξένευσεν ὀπίσω αὐτῶν, in libris Regum & alibi. Eo-
vſ. 17. dem capite, quod à Seruatore dicitur, Ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐρ-
γάζομαι, ita noſter reddidit:

Εἰσέτι νῦν γενέτης ἐργάζεται ἠθάδι κόσμῳ
Ἤθεσιν ἀντιτύποις, καὶ ἐγὼ πάϊς ἔργον ὑφαίνω.

qui locus haud dubio ſic diſtinguendus eſt:

Εἰσέτι νῦν γενέτης ἐργάζεται ἠθάδι κόσμῳ
Ἤθεσιν ἀντιτύποις, καὶ ἐγὼ πάϊς ἔργον ὑφαίνω.

Quanquam admodum moleſte, ne periculoſe dicam, extulit quod voluit:
qui aliquanto planius, quod Interpretis ac Paraphraſtæ eſt, dixiſſet,

Ὡς γὰρ ἐμὸς γενέτης ἐργάζεται, εἰσέτι κόσμου
Κτισθέντος μεδέων, καὶ ἐγὼ πάλιν ἔργον ὑφαίνω.

cum hic loci ſenſus ſit: *Sicut Pater orbem hunc non modo condidit, ſed in eo,*
etiam poſt conditum ac abſolutum, agit ſemper, dum ſuſtentat conditum ac re-
git; idque nulla ratione habita diei, qua vos opera diuina fieri vetatis: ita Filius
diuina opera, quæ inſtitutionem Sabbati excedunt, ex autoritate, & vbi viſum
eſt, exercet. Ἐργάζεσθαι & non ceſſare, ex Hebræorum more, πωλοδωαμοῦντα
ſunt. quanquam ergo die ſeptimo ab opere creationis Dominus ceſſarit,
quod vrgebant illi, non propterea ceſſare eum, recte volunt: ac ne illo qui-
dem die, quo ceſſaſſe à creando dicitur. neque enim Deus Sabbatarius, nec
ejus Filius. ſed & neuter Sabbato ſubjectus eſt. Cum Euangeliſta capite eo-
vſ. 18. dem dixit, Ὅτι οὐ μόνον ἔλυε τὸ σάββατον, ἀλλὰ καὶ πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεὸν, hoc, ſi Græ-
ce intelligo, voluit, ὅτι μετὰ τοῦ βεβηλῶσαι τὸ σάββατον, καὶ τὸν Θεὸν ἑαυτοῦ πατέρα εἶπε.
hoc autem eſt, ὅτι οὐ μόνον ἐβεβήλωσε τὸ σάββατον. *quod non ſolum violaſſet Sab-*
batum, ſed & Deum ſibi vindicaſſet Patrem. Quid igitur in mentem illi venit
cum diceret?

Ἀλλ' ὅτι μυστιπόλοιο μετὰ δρόμον ἠελιγενέης
Καὶ θεὸν αὐτογένεθλον ἑὸν κίκλησε τοκῆα.

ac ſi, *quod poſt diem ſeptimum, Deum, Patrem ſuum diceret*, Latine dicas.
cum vellet autor, *quod & diem profanaſſet ſeptimum, & Deum, quod eſt*
crimen alterum, Patrem dixiſſet ſuum. Quis ergo neget, ſæpe omnino aliud
egiſſe hæc cum ſcriberet? & quis ante eum Græce ſic locutus eſt? Nobiliſ-
ſimus eſt locus ille, & qui plurimos exagitauit à quibus & vexatus eſt, qui
vſ. 19. deinde legitur, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μή τι
βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα· ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ. In quo
loco cum tot ſint idiotiſmi pene quot verba, vix verbum eſt, quod, vt opor-
tet, intellexiſſe videntur nonnulli: in eo interim quantum ſe eruditi torſe-
rint, ſcripta oſtendunt. Debebant autem primo, quæ mens ipſa, tum quid
ſingula velint, cogitaſſe: quod non poterant, qui de lingua Helleniſtica ſe-
curi erant. Noſter ita reddidit:

Οὐδὲν ἑῇ ἰότητι δυνήσεται υἱὸς ἀνύσσαι,
Εἰ μὴ ἐσαθρήσειεν ἑὸν τελέοντα τοκῆα.

cum ſimplex ſenſus ſit, *Filium non agere aliud quam Patrem: quemadmodum*
& vnus eſt cum Patre. quod opponit illis, qui indigne ferrent quod præ-
ceſſit, ὅτι καὶ πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεόν. *quod & Patrem ſuum* dixiſſet *Deum.* No-
ſter ita accepit, ac ſi ſenſus eſſet, *Filius ex ſua voluntate nihil agit, niſi ſi quid*
agen-

agentem viderit Patrem. Quod quid ſibi vellet, nec ego ſcio, nec ille intellexit. niſi quod hoc videatur ſequi, *Si nihil ex voluntate ſua agit niſi quod agentem videt Patrem, ex voluntate ſua agere id quod agentem videt Patrem.* Itaque in ſequentibus concluſit, ὅτι ὁ υἱὸς μιμεῖται τὸν Πατέρα, *Filium in agendo imitari Patrem.* quod ſi verum eſt, etiam diuerſæ duæ erunt voluntates: quod cum mente Autoris plane ac ſimpliciter pugnabit. Quaſi ergo nihil hic difficultatis eſſet, cum ἀφ' ἑαυτοῦ in contextu inueniſſet, pro eo, ἐξ ἰδιότητος, *ex ſua voluntate*, poſuit. Atqui primo, τὸ ἀφ' ἑαυτοῦ, eſt quod מלבו Hebræi, χωρὶς dicunt Græci, καθ' ἑαυτὸν Helleniſtæ: qui Hebræum ita recte exponunt. quod nec tollit voluntatem, nec diuerſam facit, ſed cum Patre eam, vt naturam, conjungit. Nam, ὧν ἓν τὸ θέλημα, μία καὶ ἡ φύσις, *quorum vna eſt voluntas, vna & natura eſt*, vt recte Damaſcenus. Sed & Filius vt idem Deus, ita idem agit. Auguſtinus: *Quod Chriſtus cum Patre facit, Pater facit, & quod Pater cum Chriſto facit, Chriſtus facit. Nec ſeorſim Pater aliquid facit ſine Filio, nec ſeorſim aliquid Filius ſine Patre. Inſeparabilis charitas, inſeparabilis vnitas, inſeparabilis majeſtas, inſeparabilis poteſtas. Secundum hæc verba quæ ipſe poſuit, Ego & Pater vnum ſumus.* Deinde, *Quid eſt illud, Nihil agit Filius, niſi?* &c. *Nihil agit ſeorſim, niſi ſi quid agentem videt Patrem.* Quare fruſtra illud, ἐὰν μὴ, maximos tantopere torſit Theologos, qui id ſeparandum à ſuperioribus exiſtimarunt. Quaſi id quod ſequitur, interpretatio ſuperioris eſſet. quod perſuaſit ipſis, vt hoc ſic exprimerent, *Amen amen dico vobis, non poteſt Filius à ſemetipſo operari. id eſt, niſi viderit Patrem operantem.* Qui non cogitabant, ἐὰν μὴ, non Græcorum ſed Helleniſtarum more, ac Hebræorum, vſurpari. quibus τὸ כי אם vim aduerſatiuæ in ſermone habet. vt cum, *Non dimittam te, niſi benedixeris mihi*, ἐὰν μή με εὐλογήσῃς, dicitur: quod alias, ἀλλ' ἢ εὐλογήσῃς με dicunt. ita enim in Hebræo, & ſic Helleniſtæ loquuntur. Tale eſt, οὐ δυνήσῃ θῦσαι τὸ πάσχα ἐν οὐδεμίᾳ τῶν πόλεών σου, ὧν Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι· ἀλλ' ἢ εἰς τὸν τόπον, ὃν ἂν ἐκλέξηται Κύριος ὁ Θεός σου, Deuteron. 16. 5. Id cum Syrus intelligeret, aduerſatiuam אלא, *ella*, quod eſt ἀλλὰ, poſuit. quod Rabbinis quoque vſitatum. vt cum de eo qui fruſtra eſt, *Nihil illum metere, ſed ventum*, אלא, hoc eſt, *non niſi ventum*, dicunt. Syrus igitur poſteriora ſic expreſſit: *ſed hoc facientem Patrem vidit.* quæ eſt vera mens verborum. οὐ δύναται ποιεῖν, ἀλλ' ἢ ὅτι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα. Sed & illud οὐ δύναται, licet ſciam verum eſſe, quod Theologi obſeruant, quanuis proprie ſumatur, nihil imbecillitatis denotare, tamen, vt & reliqua quæ jam notaui, Helleniſtice ſumendum puto. quibus οὐ δύναται ποιεῖν (quod vt alibi jam monui, ni fallor, ita obiter hic repetendum duxi) idem eſt quod οὐ ποιεῖ. vt cum, οὐ γὰρ ἠδύναντο οἱ Αἰγύπτιοι ἐσθίειν μετὰ τῶν Ἑβραίων ἄρτους, Geneſ. 43. 32. dicitur. vbi, quod ad verbum in Hebræo, οὐκ ἠδύναντο ἐσθίειν, eſt, οὐκ ἤσθιον: *non comedebant, non ſolebant comedere.* quemadmodum ſi ſupra dixiſſet, οὐ γὰρ δύνανται συγχρῆσθαι Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις: pro quo, οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις, dixit. Ita capite duodecimo, commate 39. Διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν, ὅτι πάλιν εἶπεν Ἠσαΐας, Τετύφλωκεν αὐτῶν ὀφθαλμούς. Vbi nulla, ex Cyrilli ſententia ac Chryſoſtomi, ἀδυναμία. non idcirco enim non credebant, inquit ille, quia id ab Eſaia dictum eſt. neque dixit, οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ δύναται, ſed, οὐ δύναται ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ: quod nonnullis ex antiquitate impoſuit, qui hic ordinem turbarunt, quem ſequentia tuentur. Ergo οὐ δύναται ποιεῖν, οὐ ποιεῖ: quod & ſimplex, & efficienter quod volebat exprimit. Sed & illa quæ ſequuntur, ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ, peſſime intellexit noſter. quaſi Filius, nimirum, vel ſecundo ageret: aut eadem non ageret: aut, vt ille poſtea incogitanter loquitur, imitator Patris eſſet Filius: cum ὁμοίως, idem hic potius, quod ὁμοῦ ſit, aut ἅμα. Euthymius: *Præponitur autem non vulgari modo dictio ſimiliter, ſed, vt diſcamus, quod cum æquali ſcientia & dominio facit, vt prædictum eſt.* Et præclare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Auguſtinus, *Non cum Pater fecerit, alia Filius ſimiliter facit: ſed quæcunque ille fecerit, hæc & Filius ſimiliter facit. Si hæc facit Filius quæ fecerit Pater, per Filium facit Pater. Si per Filium facit quæ facit Pater, non alia Pater, alia Filius facit, ſed eadem opera ſunt Patris & Filii.* Et hoc optime Cyrillius vidit, qui in operibus de quibus agitur, ἀπαράλλακτον ταυτότητα, *abſolutiſſimam ſtatui*, vt ſic dicam, *identitatem* notat. vt totius loci ſenſus ſit, ὅτι ὁ υἱὸς χωρὶς τοῦ πατρὸς οὐδὲν ποιεῖ, ἀλλὰ τοῦτο ποιεῖ ὃ ποιοῦντα βλέπει τὸν πατέρα· ἄμφω γὰρ ταὐτὸν ὁμοῦ ποιοῦσιν. Quid ergo (malum) impulit hic noſtrum, vt poſteriora, quaſi recte rem geſſiſſet hactenus, ſic redderet?

Ἔργα γὰρ εἰν ἑνὶ πάντα πατὴρ ἐμὸς ὁππόσα ῥέζει,
Ταῦτα θεὸν γενέτην μιμούμενος υἱὸς ἀνύσσει.

Quibus verbis imitari Patrem vult Filium: ac mimum quaſi Patris facit Filium. Quæ doctrina quantopere jam pridem fuerit damnata, nemo ignorare poteſt qui in Patrum ſcriptis vel mediocriter verſatus eſt. vt cum Cyrillus, inter alia, τὸ μιμεῖσθαι, quo vſus noſter eſt, explodit. Ita enim ille: τὸ δὲ λέγειν, προκαταρκτικὸν τῶν ἔργων τὸν πατέρα ὑπάρχειν, ἀμαθίας ἐσχάτης οὐκ ἀμοιρεῖ. Paulo poſt autem addit: καὶ εἰ περιμένειν τὴν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἔργων ἰδικὴν ἐνέργειαν τοῦ πατρὸς ἀπαιδεύτως διισχυρίζονται πρὸς τὸ ἴσον ἀπομιμήσασθαι, δεικνύτωσαν καὶ καθ' ἑαυτὸν ἐργασάμενόν τι τὸν πατέρα πώποτε, ἢ καὶ ποῖον αὐτὸς προθεραπεύσας παράλυτον, δέδωκεν ὡς ἐν τύπῳ τὸ πρᾶγμα τῷ γεννήματι. *Dicere autem, prius opera inchoare Patrem, extrema non caret ignorantia*, &c. *In ſingulis enim ſi operibus, ſingularem Patris operationem, vt æqualiter eam imitetur, quod imperite affirmant, expectat Filius; aliquid ſeorſim operatum Patrem vnquam, aut quem prius ſanarit paralyticum, cujus ſanationem, tanquam in typo exprimendam Filio tradiderit, oſtendant.* aliaque, quæ ibidem addit. Mire enim locum hunc vrgebant Ariani. Videantur, quæ prolixe admodum de eo ſcripſit frater Theologi Cæſarius. qui hæc inter alia non pauca tertio Dialogo, ad Interrogationem propoſitam: Πάσης ἀνοίας, τὸ οὕτως περὶ Θεοῦ παῖδα, τὸν μονογενῆ Θεὸν, διανοεῖσθαι. ἕψεται γὰρ οὕτως διττὴν οἴεσθαι πᾶσαν τὴν κτίσιν, τὴν μὲν τοῦ πατρὸς ἤδη ἀπηρτισμένην, τὴν δὲ τοῦ υἱοῦ ἔτι δρωμένην, καὶ κατὰ μέρος εἰσαγομένην, κατὰ μίμησιν τῆς πατρῴας τεκταινομένην. Δειξάτωσαν τοίνυν ἡμῖν οἱ τῆς Ἀρείου μανίας, δύο ἡλίους καὶ δύο φαίνακας, καὶ διακρινάτωσαν ἡμῖν, ποῖος ὁ τοῦ πατρὸς, τίς δ' ὁ τοῦ υἱοῦ· καὶ ποία ἡ τοῦ πατρὸς μήνη, τίς δ' ἡ τοῦ παιδός. hoc eſt, *Omnem ſuperat vecordiam, ſic de Dei Filio, Deo vnigenito, ſentire. Sequetur enim, duplicem creationem omnem exiſtimare. Patris quidem aliam, jam abſolutam: aliamque, quæ adhuc perficiatur, & progrediatur ſenſim, Filii, quæ ad imitationem Patris pertexatur. Oſtendant ergo nobis, qui furorem Arii ſequuntur, Soles duos, duas Lunas: diſtinguantque nobis, vter Patris Sol ſit, vter Filii: vtra Patris, vtra Filii ſit Luna.* Et ſub finem: Καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, πρὸς οὐδὲν ἀφορῶν ὁ υἱὸς, τὰ ῥηθέντα δρᾶν εἴωθεν. Οὔτε γὰρ τὸν Ἀδὰμ πλάττων, καὶ ἐξ ἐκείνου τὴν Εὔαν δημιουργῶν, ἕτερον λογικὸν ἄρσεν ἢ θῆλυ ὑπὸ τοῦ πατρὸς γεγονὸς ἑώρα, πρὸς ἐκεῖνο τὸ οἰκεῖον ἀποτεχνούμενος, ἀλλ' αὐθέντης ὑπάρχων δημιουργὸς, καὶ αὐτεξούσιος τῶν ὅλων Θεὸς, πρὸ σαρκώσεως καὶ μετ' ἐκείνην, ὁ αὐτὸς βουληθῆναι πάντα δρᾶν τε οἷος ἦν. Hoc eſt, *Vt verbo me abſoluam, nihil eſt, in quod, cum illa efficit de quibus diximus jam ante, intuetur Filius. Non enim, cum Adamum & ex eo Euam faceret, aliud vel maſculum vel muliebre animal quod rationis eſſet particeps, vt ad illud ſuum recte atque ex arte fabricaret, inſpexit. Sed autoritatis propriæ ac ſuæ libertatis opifex, vtpote omnis vniuerſitatis Deus, ante aſſumptam carnem & poſt illam, ipſe & velle quiduis & abſoluere, quod vellet, potuit. Sicut flammam*, inquiunt Theologi antiqui, *pariter ac lumen ejus dicimus illuminare: ita quicquid agit Pater, pariter & agit Filius.* Scio paucos eſſe,
vſ. 27. qui intelligant quid ſibi velit noſter, cum locum illum, καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστὶ, ſic interpretatur:

Καὶ κρίσιν ὧν ἐθέλει τελέειν ὑψίζυγι τιμῇ,
Ὅττι περ ἀνθρώποιο φερέσβιος υἱὸς ἀκούει.

& dein-

& deinde ad illa verba, Μὴ θαυμάζετε τοῦτο, quæ cum ſuperioribus Chryſoſtomus conjungit, de quo alii prolixe, hæc ſubjungit:

> Καὶ μὴ θάμβος ἔχοιτε, καὶ εἴπινα θέσκελον ὀμφὴν
> Ἔννεπον ἐσσομένην.

Quid enim illa ſibi gloſſa, καὶ εἴπινα θέσκελον ὀμφὴν Ἔννεπον ἐσσομένην, hoc loco vult? Secutus eos eſt, qui Filio judicium fuiſſe à Patre datum, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστὶ, *quia Filius eſt hominis*, ad verbum acceperunt: non, vt alii, *quatenus eſt Filius hominis.* Quod cum illis ipſis qui hoc ſequebantur durum videretur, cum hoc loco, eum qui præceſſit, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ νεκροὶ ἀκούσονται τῆς φωνῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, conjungebant, vt eundem Dei eſſe Filium oſtenderent. Videtur ergo verbis obſcuriſſimis hoc voluiſſe: *Ne miremini, ſi opera diuina hominem facturum dixi: quia venit hora* &c. pro quibus admodum dilutis, hanc, aut ſimilem, ex lege Paraphraſeos, interpretationem flagitabat locus: *Ne miremini, quod iſta homini aſſcribam, quæ vos Dei eſſe judicatis. Scitote eundem eſſe Deum: ſcitote eundem eſſe, quem jam ante Filium dicebam Dei.* Et improprie locutus eſt. non enim τὸ θαυμάζειν in Euangeliſtæ verbis θάμβος, ſed ἀπιστίαν, notat: quod & alii viderunt. Iam vero, licet, qui voluntatem Patris quærit, idem & Patris quærat gloriam, quis illi idem eſſe ζητεῖν τὸ θέλημα, καὶ ζητεῖν τὴν τιμὴν, concedet? Quare ergo, cum eodem vſ. 30.
capite in autore Sacro inueniſſet, ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με πατρὸς, pro eo poſuit?

> οὐ γὰρ ἱκάνω
> Κῦδος ἐμὸν τελέειν διζήμενος, ἀλλὰ τοκῆος.

Et quis, idem eſſe hic τιμὴν, vel κῦδος, & θέλημα, perſuaſit illi? Vrbaniſſime à Seruatore noſtro, de Iohanne, Ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαίνων· ὑμεῖς δὲ ἠθελήσατε ἀγαλλιασθῆναι πρὸς ὥραν ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ, capite eodem dicitur. quem nec noſter nec interpretes, quemadmodum oportuit, intellexerunt. Ita ſane Nonnus:

> Ὑμεῖς δ᾽ εἰς στροφάλιγγα μιῆς ταχυδινέος ὥρης,
> Κείνου μαρτυρίῃσιν ἐφαιδρυνάσθε φανέντος.

quaſi mens eſſet: Vos, πρὸς ὥραν μίαν, hoc eſt, *horam vnam*, ſiue, *tempus admodum exiguum*, Iohanne, ejuſdemque doctrina ac vita, vos oblectaſtis. Cæterum, quod εὐκαιρίαν Græci, Helleniſtæ καιρὸν, cum Hebræum עת exprimunt, nonnunquam dicunt; eodem interdum loco, καιρὸν interdum ὥραν ipſi dicunt. vt in illo Eccleſiaſtæ, Τοῖς πᾶσιν ὁ χρόνος καὶ καιρὸς τῷ παντὶ πράγματι ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, Symmachus; παντὸς ὥρα, dixerat. vt & alibi non ſemel Interpretes recepti. *Iohannes*, inquit, *fuit λύχνος: quo, dum tempus fuit, merito vos oblectaſtis.* Vſque ad matutinum quippe tempus, in nocturni vſum luminis in templo lucernæ ardebant. vnde illud 1 Sam. 3. 3. *antequam extingueretur lucerna Dei*, tale eſt, ac ſi, *ante auroram*, dicas. Hoc vult igitur: *Ioannes me præceſſit, vt lucerna Solem aut auroram. cujus lumine, vſque ad tempus, quod nunc adeſt, merito vos oblectaſtis. Nam quemadmodum lucerna Solem, ita me Iohannes anteceſſit. Quare tempus, vt non amplius illius, qui lucerna tantum fuit, lumine vos oblectetis. Major enim adeſt. Adeſt enim dies. ipſe Sol exortus eſt.* Atque hoc eſt quod addit, Ἐγὼ δὲ μαρτυρίαν μείζω τοῦ Ἰωάννου ἔχω. Igitur πρὸς ὥραν, & πρὸς καιρὸν, idem quod בעת, *quamdiu fuit tempus.* idem quod κατὰ καιρὸν, vel ἐν καιρῷ, vel ἐν εὐκαιρίᾳ, reddunt Helleniſtæ: vt & loci ſimul nobiliſſimi, Ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου, Pſal. 132. 17. parodia ſit. Hic enim ſequitur, Ὑμεῖς δὲ ἠθελήσατε ἀγαλλιασθῆναι πρὸς ὥραν ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ: ibi autem anteceſſit, καὶ οἱ ὅσιοι αὐτῆς ἀγαλλιάσει ἀγαλλιάσονται. Quæ vrbanitatem parodiæ arguunt ac monſtrant. qualia autorem Sacrum hunc vel maxime illuſtrant. In quibus tamen noſter egiſſe aliud videtur. qui hic melius ex lege Paraphraſeos dixiſſet

> Θεῖος Ἰωάννης νοεροὺς σπινθῆρας ἰάλλων,

Λύχνος ἐμοῦ πελέθεσκε προάγγελος, ἀνδράσι φαίνων,
Λύχνος ἐμοῦ πέλε κεῖνος, ὃν ἔννεπε μάντις ἀοιδή.

vſ. 38. Sequitur eodem capite, Καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ οὐκ ἔχετε μένοντα ἐν ὑμῖν. Et certe, nihil magis Dei filios abſoluit, quam ſi Dei verbum non tantum audiant (auditum enim perit) ſed & animo recondant ac conſeruent. quod præſertim, vbi de Meſſia, vt hoc loco, agitur, habere locum debet. Et præclare μένειν dixit: quod Chaldæis, vt jam ante notabamus, de præſentia diuini Spiritus plerunque vſurpatur. Quid igitur volebat ſibi noſter, cum ad aures iſta refert? Ait enim

Οὐδέ οἱ ἀπλανέεσσι φυλάσσετε μῦθον ἀκουαῖς.

Nam & Legem & Prophetas, qui tam multa de Meſſia dixerant, Iudæos habuiſſe, nemo neſcit: ſed vt nihil præter aures iis commodarent. Audiebant quoque ſingula quæ Veritas dictabat, ſed in animum non admittebant. quanquam noc male hic Theophylactus, τὸν λόγον αὐτοῦ οὐκ ἔχετε μένοντα ἐν ὑμῖν· τουτέστι, τὰς γραφὰς τὰς περὶ ἐμοῦ μαρτυρούσας, οὐκ οἴδατε.

Cap. VIII.

Caput Sextum examinatur. βασιλεύειν, ποιεῖν βασιλέα, *more Hebræorum. Regnum quomodo delatum Domino. Reges diu ante vncti. vnctio pro regno. Epiphanii de Regno, Domino oblato, conſentiens noſtræ opinio. Meſſiæ nomen, poteſtatis nomen. pro eo nomen* βασιλέως *poni. Vnctio pro corona, quæ & præferre eam apud Iudæos forma quoque ſolita. Vnctio Meſſiæ à priuatis inſtituta. Locus Euangeliſtæ à Nonno non bene exceptus. Ejus loci* ἀκολουθία, *& ſeries narrationis, non recte ab eodem intellecta. Miraculum, & benedictio panum vbi facta. Eruditi viri error. Breuis eorum locorum, quorum capite Sexto fit mentio, & in quibus hallucinatur Nonnus, delineatio.* ἐληλακότες ὡς σταδίους εἰκοσιπέντε. ἐλαύνειν *cum adjunctum habet ſpacium, Græcis quomodo accipiatur. Nonni error.* εὐχαριστήσαντος τοῦ Κυρίου. εὐλογία *Domini, multiplicationis causa antiquis habita.* αὐξάνεσθε, πληθύνεσθε, πληρώσατε. *Interpretatio illius loci,* ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, *&c.* ἐργάζεσθαι *in eo loco quid. Interpretatio illius loci,* τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεός. τὸ, σφραγῖδα τιθέναι, *Helleniſtis quid.* γλυφὴ δακτυλίου *ex Græcorum lingua apud Targumiſtas Chaldæos. Locus à Scaligero emendatus. Ejus loci,* καὶ εἷς ἐξ ὑμῶν διάβολός ἐστιν, *interpretatio. quid in eo loco* διάβολος. *aliter vox Satan à Chaldæis in Iobo cæteriſque, aliter in Zacharia, expoſita. Ad interpretationem illam alluſiſſe Euangeliſtam.* διάβολος, *apud Zachariam,* ὁ ἀποστάτης: *idque cum Chaldæorum obſeruatione conuenire. Caput ſeptimum examinatur. Locus à Scaligero emendatus.* ὅσιος *Dominus dictus.* ὁσίου χαίροντες ὀλέθρῳ. *Hieroſolyma* ὁμοτέρμων Ἰουδαίης *Nonno dicta. De vrbe Sacra, ad quam tribum pertineret, inter Iudæos controuerſia.* ἐν παρρησίᾳ εἶναι, *quid. vox* παρρησία *Hebræis vſitata. ejus rei Nonnum ignarum, & in loci interpretatione ex eo error. Interpretatio illius loci,* καὶ ἐν σαββάτῳ περιτέμνετε ἄνθρωπον. *De circumciſione & ejus die, ambiguitas Nonni.* κρίνειν κατ' ὄψιν. προσωποληψία ἐν νόμῳ. δυσωπεῖσθαι πρόσωπον ἐν νόμῳ. *Locus Euangeliſtæ exponitur.* εἶπον πρὸς ἑαυτούς. λαλεῖν ἐν τῇ διανοίᾳ. *Nonni* παρερμηνεία, *ex Hebrææ locutionis ignorantia.* ἡ Ἑλλήνων διασπορά. *Helleniſtæ, & qui. eos male à Nonno* πανέλληνας *dictos. Interpretatio ejus loci,* ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ τῆς ἑορτῆς, *&c. mos Euangeliſtarum, qui nonnunquam quædam contrahunt. Haphtara, quam apud Eſaiam interpretatus eſt Dominus.* ἀνάγνωσις *loci Eſaiæ in templo facta à Domino, ejuſque* ἐξήγησις. *Interpretatio illius loci,* ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσι: *& postrema, verba eſſe Domini.* ὅτι Χριστὸς οὔπω ἐδοξάσθη, *& interpretatio Nonni* τοῦ ἐδοξάσθη. δόξα, *de cruce, ſeu, Paſſione Domini.* δοξάζεσθαι *&* τελειοῦσθαι

de eodem. vox δόξης eodem modo, de martyrio, nimirum, ab Hebræis quoque vſurpata. Locus ille, ὅπȣ ἦν Δαβὶδ, male à Nonno intellectus.

CApite ſexto, cum ſequitur, Ἰησοῦς οὖν γνοὺς ὅτι μέλλουσιν ἔρχεσθαι καὶ ἁρπάζειν CAP. αὐτὸν, ἵνα ποιήσωσιν αὐτὸν βασιλέα, ἀνεχώρησε πάλιν; Euangeliſta, ποιεῖν βα- VI. σιλέα dixit, quod Hebræi ſuo, המליך, *regem fecit*, exprimunt. Quod cum ✠ſ. 15. Græci non poſſint, voce βασιλεύειν egeſtatem ſuam fatentur. qua non ſemel Helleniſtæ, alias in vocibus ejuſmodi formandis admodum ingenioſi, vtuntur: vt cum ἀκουτίζειν, & ſimilia, excogitarunt. Quod Steliteutica prima imitatus Gregorius, Conſtantinum, βασιλεύσαντα τὸν καλῶς καὶ σωθέντα καὶ βασιλεύσαντα, de Iuliano dixit. vbi hunc defectum vides. Mitum vero, quæ fiducia populo fuerit, vt iniquo ac aduerſo iſto tempore, Regem creare Dominum auderet. Ego ad vnctionem ſemper retuliſſe me fateor. Τὸ χρίειν quippe inſtitutionem quoque Regiam, vt certo deſignabat, ita longo tempore nonnunquam anteibat. Exempli cauſa, in Dauide: cujus Filium non pauci illo tempore, ex vulgo quoque, fore Meſſiam, credebant. Quemadmodum non raro, & ab hoc Euangeliſta & à cæteris, Regis nomen & Meſſiæ, ſiue vncti, confunditur: vt & in Iudæorum de Regno affectato calumnia. de quo ſuo forte loco. Et in Chaldæorum ſcriptis, quorum interpretatione tum plerique in Sacris vtebantur, infinitis locis, Regem hunc ſupremum ita dici legerant: quemadmodum & plerunque Rex Meſſias à nonnullis interpretibus vocatur. Quod poſterius cum ſibi Dominus tribueret, Iudæi eum regni vindicati, ex ambiguitate vocis, & opinione ſua, qui mundanum ſomniabant regnum, apud Pontium ſeditioſe detulerunt. quem nunc iſti, vi miraculorum, & inprimis cibi ejus quem ſtupentibus præbuerat, adducti conuictique, ad vnctionem rapere feſtinant. Quam opinionem τῶν Ναζωραίων Epiphanius confirmat. qui, Ἦλθον γὰρ, φησὶ τὸ εὐαγγέλιον, χρῖσαι αὐτὸν ἐς βασιλέα· καὶ γνοὺς ἀνεχώρησε, καὶ ἐκρύβη ἐν Ἐφραὶμ πόλει τῆς ἐρήμου. vbi magnus autor, (qui, quod notandum, hiſtoriam, quæ hic ſexto capite extat, cum altero ejuſdem Euangeliſtæ loco, lapſus, vt arbitror, memoria, confundit) hanc vnctionem ad Dauidis thronum, & vtranque dignitatem, Regis ſimul ac Pontificis ſupremi, vult referri. Notum illud Iudæorum, משיח לשון שר, *vnctionem, denotare poteſtatem*: ſeu, *Meſſiæ nomen, poteſtatis eſſe*. Adde quod vnguentum hoc in orbem capiti ab illis כמו נזר, hoc eſt, ita vt coronam referret, illini ſolere, iidem notant. vt videlicet coronæ ſimul eſſet loco. Neque magis mirum eſt de vnctione Domini, priuatos id tentaſſe, quam de ſcurra Bar Cochabo: quem in diſſenſione vnxerunt. quo nomine & Rabbi Akiba, in carcerem conjectus à Thalmudiſtis dicitur. Neque animus nunc nobis, annotare hic ſingula, quæ minus nobis ſatisfaciunt, aut forte merito notari poterant. quis enim modus eſſet? Et nunc hoc præcipue ſuſcepimus, vt autorem Sacrum, ex collatione ejus, vbi minus mentem aſſequi videtur, illuſtremus. Illud tamen obiter dicendum: Nunquam ſatis admirari potuiſſe me, virum eruditum, & qui Græce plurima conſcripſit, toties, ex linguæ ejus genio non recte intellecto, in errorem duci. vt cum capite eodem legitur, Ἐληλακότες οὖν ὡς σταδίους εἰκοσιπέντε ἢ τριάκοντα, θεωροῦσι τὸν Ἰη- ✠ſ. 19. σοῦν περιπατοῦντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης. In quibus verbis luxuriem admiſit maximam, quod, τὸ ἐλαύνειν, ad κωπηλασίαν, aut nautarum laborem exiſtimaret referendum: cum, vt Græce docti ſciunt, quoties adjunctum habet ſpatium aut terminum, præter progreſſum nihil notet. quod tranſlata quoque docent. vt cum, ἐληλακότες ἐς παιδείαν, eruditi dicuntur, & ſimilia. Quomodo hic ἐληλακότες οὖν ὡς σταδίους εἰκοσιπέντε ἢ τριάκοντα, vno verſu illo explicari poterat.

Τρεῖς δεκάδας σταδίων ἢ ἐείκοσι πέντε ταμόντες.

quare tres qui præcedunt,neque explicant quod voluit, & abundant: ſed & τὸ ἐλαύνειν male intellectum, vt illa nobis daret hic effecit:

Καὶ δολιχοῖς ἐλατῆρες ὕδωρ ἐχάρασσον ἐρετμοῖς
Ἀντιπόροις ἀνέμοις βεβιημένον.

cætera quoque ad tempeſtatis deſcriptionem ſpectant, neque aliud reuera ſunt quam λήκυθος. Poterat ergo


ἐπειγομένης δὲ θαλάσσης
Τρεῖς δεκάδας σταδίων ἢ εἴκοσι πέντε ταμόντες,
Χέρσον ἐθηήσαντο.

Sane maximum tumorem ſic ac redundantiam, præſertim in Metaphraſi, vitaſſet: neque hæc ἐν ἅλμῃ, hoc eſt, in mari, eueniſſe nos docuiſſet, cum ἐπυργώθη ῥόος ἅλμης, mirifice dixit. Eodem in quo verſamur capite & illud
vſ. 23. legitur: Ἄλλα δὲ ἦλθε πλοιάρια ἐκ Τιβεριάδος ἐγγὺς τοῦ τόπου ὅπου ἔφαγον τὸν ἄρτον &c. In cujus loci explicatione neſcio quid noſtro venerit in mentem: qui ea, quæ nec ibi nec vſquam extant, dixit. Ita enim ille:

ἀλλ' ὅτι μοῦνοι
Γαῖαν ἐς ἀντικέλευθον ἐναυτίλλοντο μαθηταὶ,
Ἄλλας νῆας ἑλόντες, ὅπῃ Τιβερήτιδες ἀκταὶ
Πόντον ἐπεσσεύοντο, καὶ ἤλυθον ἐγγύθι χώρου,
Λαὸς ὅπῃ νήελθμος ἐπ' εὐχόρτοιο τραπέζης
Θέσκελον ἤσθιεν ἄρτον, ὃν ἔκλασεν ἀμβροσίῃ χείρ.

Concipere autem animo non poſſum, quid in mente illi fuerit, cum in hoc loco verſaretur: in quo ſeries narrationis, cum mirifice in ea æſtuet, impoſuiſſe ei videtur. Porro hactenus Euangeliſta hoc agit. Poſt miraculum in monte factum, cum poſci ſe à populo ad regnum intelligeret Dominus, in eundem montem, in quo factum illud fuerat, ſeorſim ſeceſſiſſe refert. Diſcipulos interea Capernaum ſine eo trajeciſſe. Populum vero, in eo adhuc loco, in quo factum fuerat miraculum, cum nullum ſupereſſe ibi poſt illud, quod conſcenderant diſcipuli, nauigium viderent, hæſiſſe: diſcipulos autem, ſine Domino, quem quærebant, ſoluiſſe: tandem & cæteros, (ipſum dico populum) Capernaum, quo trajecerant diſcipuli, veniſſe. Dicas, quomodo, cum nullæ ſupereſſent naues? Παρενθετικῶς reſpondet, quod non paruam loco intulit obſcuritatem: Tiberiade alias, prope locum, vbi editum à Domino fuerat miraculum, quo in loco adhuc populus hærebat, nauiculas veniſſe. eas ergo conſcendiſſe populum. Noſter vero verba commatis ſuperioris, cum parentheſi ſic jungit, nihil plane vt dicat. ac ſi, nempe, mens Euangeliſtæ eſſet: Vidiſſe populum, ſolos ſine Domino trajeciſſe diſcipulos, qui alias apud Tiberiadem conſcendiſſent naues. Ita vt alter de populo, alter de diſcipulis loquatur: alter diſcipulos juxta Bethſaidam, alter Tiberiade conſcendiſſe nauim velit. Quod ſi verum, aut Tiberiade factum fuerit miraculum: quod qui exiſtimant, non recte Euangeliſtam intelligunt: aut diſcipuli, cum apud Bethſaidam fuerint, ex quo loco Capernaum trajecerunt, eodem tempore Tiberiade fuerint. Sed, quod nemo crederet, niſi verba extarent, diſcipulos, ad locum, vbi factum fuerat miraculum, veniſſe noſter ait. Quod ſi verum eſt, neceſſe eſt eodem rediiſſe vnde venerant: cum præceſſerit jam ante, καὶ ἐμβάντες εἰς τὸ πλοῖον, ἤρχοντο πέραν τῆς θαλάσσης εἰς Καπερναούμ. quæ quidem negligentia vt excuſari non poteſt, ita manifeſtior quam vt negari poſſit: nec ſine cauſa magnus Scaliger in ora libri ſui, quo beneficio viri Clar. Gerardi Voſſii vſus ſum, *peſſime hæc reddita*, aſſcripſerat. Nam quod Tiberiade, & quidem, teſte Iohanne, factum hoc miraculum, vir eruditus notat, nondum ſatis aſſequor. quod ſi verum, quomodo veniſſe eo Tiberiade dicuntur naues? nec Euangeliſta vſquam ſane, Tiberiadem, ἐγγὺς τοῦ τόπου ὅπῃ ἔφαγον τὸν ἄρτον, fuiſſe, ſed Tiberiade, ἐγγὺς τοῦ τόπου, ὅπου ἔφαγον τὸν ἄρτον, appuliſſe

liſſe naues, hoc eſt, Tiberiade ſoluiſſe, nec procul à Bethſaidæ deſerto, vbi factum fuerat miraculum hoc, appuliſſe dixit. quod erudito impoſuit viro. Et hoc verum. Nonnus, Tiberiade diſcipulos ſoluiſſe, atque ad locum, vbi factum fuerat miraculum, veniſſe ait. Ergo Bethſaidam & Tiberiadem diſtinguit. Quem ſi ſequimur, Tiberiade, factum fuerit quod juxta Bethſaidam eſt factum miraculum. ex eo enim loco diſcipulos ſoluiſſe conſtat. Ego interim, in tota Homeri Odyſſea, majora reperiri miracula, atque ea ſunt quæ in itinere hoc ex vno ſinu lacus Geneſareth in alterum, ἐξ ἀπροσεξίας commiſit noſter, negare auſim. Homini autem ἀγεωγραφήτῳ ſine dubio impoſuit, quod omnia de quibus agitur hic loca, vt diſtincta ſic vicina eſſent. Hoc nimirum modo:



Vbi enim A A A, lacus Geneſareth, ex Iordane delapſus: quem non recte ῥόον ἅλμης, & πόντον, & neſcio quid, noſter dixit. Vbi B, Tiberias, vbi C, Ciſon fluuius, vbi D, Magdolum, vbi E, Betſaida, vbi F, Capernaum. Dominus, Diſcipuli, & populus, juxta Bethſaidam verſantur, vbi E. Diſcipuli, cum ibi adhuc Dominus maneret, lacum tranſeunt, ac ſic Capernaum petunt, vbi F. nauiculæ, de quibus agitur, Tiberiade veniunt, vbi B. Non procul autem à deſerto Bethſaidæ, aut ab eo loco, vbi miraculum fecerat Dominus, appellunt: vbi, nempe, eſt E. Ex quo loco populus quoque Capernaum tranſit, vbi eſt F. Ibidem Euangeliſta cum dixit, ἐγγὺς τοῦ τόπου ὅπου ἔφαγον τὸν ἄρτον, εὐχαριστήσαντος τοῦ Κυρίου; non videtur dubitandum, quin in iis verbis vox εὐχαριστήσαντος, cum illo caſu Græcis cauſam ſæpe notet, cauſam miraculi includat: ſiquidem ex benedictione Domini multiplicati ſunt panes. Ideoque & cæteri Euangeliſtæ εὐλογεῖν hoc dicunt. quia antiquiſſima, vt recte Hebræi obſeruarunt, in creatione & poſt diluuium, εὐλογία, ſiue benedictio, voce רבו, hoc eſt, *multiplicamini*, continebatur. cum hæc tria αὐξάνεσθε, πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, ex præſcripto Hebræorum, conjungant Helleniſtæ. Quæ tria rurſus voce vna ברך ab Hebræis, voce vna εὐλογεῖν ab Helleniſtis exprimuntur. Sic in benedictione Patrum, εὐλογήσω αὐτὸν, καὶ ἔσται εἰς ἔθνη. item, εὐλόγηκα αὐτὸν, καὶ πληθυνῶ αὐτόν. Omnes enim benedictiones, boni eſſe amplificationes, omnes maledictiones, boni imminutiones, dicunt veteres Hebræi. pro qua voce aliquoties Euangeliſtæ, & hic noſter, τῷ εὐχαριστεῖν vtuntur. Nuſquam tamen manifeſtius atque iſto loco, ὅπου ἔφαγον τὸν ἄρτον, εὐχαριστήσαντος τοῦ Κυρίου, id eſt, εὐλογήσαντος. hoc autem Græco vſu. Vt ſit ſenſus: *Cum ex benedictione Domini, multiplicato veſcerentur pane*. Quod ἐμφατικώτερον ſic dici, ipſa res euincit. *Panes enim illi quinque*, vt ille ait, *quaſi ſemina erant;* Ibid.

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

non quidem terræ mandata, ſed ab eo qui terram fecit, multiplicata. benedictione, ſcilicet, aut voce. Nimis igitur dilute noſter, qui non aliud quam nudam gratiarum actionem intellexit. vnde dixit,

Χειρὸς παμμεδέοντι χάριν γλυκερὴν διδόντος.

Adde, quod pro majeſtate ejus, qui cum Patre omnia creauerat, cum Patre omnibus creatis, ἔς τε αὔξησιν καὶ πληθυσμὸν, olim benedixerat, vt idem in hac benedictione, precibus ad Patrem fecerit. Non intellexit Helleniſticum, qui ſequitur eodem capite, ſermonem, Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν
℣. 27.
ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν βρῶσιν τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον. Vbi nihil aliud ἐργάζεσθαι, quam Hebræorum פעל, cum pro כון, quod παρασκευάζειν, ſeu parare, ponitur. quemadmodum, cum Pſalmo 7. 24. τὰ βέλη αὐτοῦ ἐξειργάσατο, *tela ſibi præpararat*, dicitur. Totus locus eſt, Τὸ τόξον αὐτοῦ ἐνέτεινε, καὶ ἡτοίμασεν αὐτῷ· καὶ ἐν αὐτῷ ἡτοίμασε σκεύη θανάτου, τὰ βέλη αὐτοῦ τοῖς καιομένοις ἐξειργάσατο. Apollinaris,

Τοῖσι δὲ καρφομένοις εἰργάσατο πικρὰ βέλεμνα.

eodem, quem habemus hic, Hebraiſmo. Quid ergo noſter voluit, cum dixit:

καὶ ἀνύσατε μᾶλλον ἐκείνην
Εἰλαπίνην μίμνουσαν ἀειζώοιο τραπέζης.

Pro quo ſane melius dixiſſet,

ζητεῖτε δὲ μᾶλλον ἐκείνην
Εἰλαπίνην μίμνουσαν.

qui cum, ἀνύειν εἰλαπίνην, dixit, nec Græce locutus eſt, nec Helleniſticum
Ibid. expreſſit ſenſum. Cum ſequitur, τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεός; idem eſſe τὸ σφραγίζειν dicas, quod σφραγῖδα τιθέναι, Helleniſtis dicitur. Quo Hebræi ſummum ac prope ineffabilem exprimere amorem ſolent. quali ab æterno Filium, quem ab æterno genuit, proſequitur Pater: de quo hic agit. vnde & Cantici capite poſtremo, Θές με ὡς σφραγῖδα ἐπὶ τὴν καρδίαν σου, ὡς σφραγῖδα ἐπὶ τὸν βραχίονά σου. Quod nemo melius interpretatur quam Aggæus. qui cum de Zorobabele, typo Chriſti, quo reſpexit forſitan hoc loco Dominus, καὶ θήσομαί σε ὡς σφραγῖδα, dixit, ſtatim, διότι σε ᾑρέτικα, *quia te elegi*, addit. In vtroque loco Targumiſtæ, γλυφὴν δακτυλίου, *annuli ſculpturam*, Græca voce, quæ hinc deducta eſt, exponunt. Eſt igitur σφραγίζειν hic, eximii amoris pignus, ei, quem elegeris, conferre: quale eſt ſigillum annuli. quod, qui præfertur reliquis, in pectore, vt apud Salomonem, aut in brachio, vt notam indiuidui amoris, geſtat ac circumfert. Vbi ſequitur: *quia fortis eſt vt mors dilectio, dura, ſicut ſepulchrum, æmulatio.* Ad quem locum Chaldæus, *quia fortis eſt, vt mors, dilectio Deitatis tuæ.* Quæ vt vehementem exprimunt amorem, ita electionem pariter ac confirmationem notant. vel propterea, quod quæ probantur, annulo ſignari ſolent: quales literæ, quæ voluntatis noſtræ ſunt indicia ac animi character. Quod inprimis illi conuenit, qui Patris eſt ἀπαύγασμα, καὶ τῆς αὐτοῦ ὑποστάσεως χαρακτήρ: vera illa Θεοῦ ζῶντος σφραγὶς, vt Apocalypſis loquitur. Nam, vt eſt in Megilla, *ſcriptum quod Regis nomine eſt*
℣. 70. *ſcriptum, & ejus obſignatum annulo, non reuocatur.* Eodem capite legitur, οὐκ ἐγὼ ὑμᾶς τοὺς δώδεκα ἐξελεξάμην, καὶ ἐξ ὑμῶν εἷς διάβολός ἐστιν; ad quem locum non muto quæ περὶ τοῦ διαβόλου & delatoria infandi Iudæ ſcripſimus. cæterum quia ἐξελεξάμην dixit, videtur aliquam in Iuda notare mutationem: quæ in Græco διάβολος prima fronte non apparet. Quam ſtudioſus Zachariæ Prophetæ & Chaldæorum Interpretum Euangeliſta noſter fuerit, ſæpius notauimus. Obſeruant autem Hebræorum Critici, τὸ שטן, cum in Iobo aliiſque occurrit, voce eadem, ſed cum ſamech, à Chaldæis reddi: in ſolo Zacharia, voce [illegible]. quod quid ſit, Elias ignorare ſe in Thiſbi, fatetur. Quid autem ſit [illegible] nemo Chaldaice aut Syriace doctus ignorat: & ex ejuſdem autoris Methurgeman notum eſt. cum & à Chaldæis Diabolus,

qui

qui Ieſu Sacerdoti magno apud Zachariam adſtat, ſic à Thargumiſtis, à
peccato in quod ſe præcipitarat, dicitur. quaſi ἀποστάτην dicas. Neque aliter
eadem voce vſus interpres Syrus. Quo & hic reſpexiſſe puto. vt ſit ſenſus,
οὐκ ἐγὼ ὑμᾶς τοὺς δώδεκα ἐξελεξάμην; καὶ εἷς ἐξ ὑμῶν ἀποστάτης ἐστί. noſter, vt alias
non ſemel, hæſiſſe hic videtur, cum Διάβολος νέος ἄλλος, quaſi de ipſo malo
Spiritu, dixit. quanquam & Helleniſtæ, quos fortaſſe Euangeliſta vidit, voce
διάβολος in Zacharia vſi ſunt. qui, Καὶ ὁ διάβολος εἱστήκει ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ. cum Cap.
ibi השטן, legatur. Non procul à ſeptimi capitis initio vbi nunc legitur, VII.

Ὅττι μὶν ἠπεροπῆι δόλῳ μεμαῶτες ὀλέσσαι ℣. 1.
Υἷες Ἰουδαίων, ὁσίῳ χαίροντες ὀλέθρῳ,

magnus Scaliger, ὁσίου χαίροντες ὀλέθρῳ legebat. Optime. vt ὁ ὅσιος ſit ipſe Dei
Filius. Non ſatis capio quod mox ſequitur, ſuaſiſſe fratres Domini, vt Gali- ℣. 3.
læam relinqueret, *& finitimam Iudææ terram peteret*. hoc eſt, Hieroſolymam
vt ſe conferret. Cujus mentionem ſi Euangeliſta feciſſet, arbitrari aliquis
ex eruditis poſſet, ad controuerſiam, quæ de vrbe Hieroſolyma, quam
alii Iudæis alii Benjaminitis attribuunt, hic alluſiſſe. quod habere locum non
poteſt: quia εἰς τὴν Ἰουδαίαν diſerte Euangeliſta dixit. quare ergo Ἰουδαίης ὁμο-
τέρμονα γαῖαν, dixit? Eodem capite locus ille occurrit, Οὐδεὶς γὰρ ἐν κρυπτῷ τι ℣. 4.
ποιεῖ καὶ ζητεῖ αὐτὸς ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι. Ad quem veteres Theologi, inter quos
Cyrillus & Chryſoſtomus, orationis in Euangeliſta noſtro nonnunquam
tranſponenda eſſe notant membra: quod & venire vſu in hoc loco. Volebat
enim, dicunt illi, οὐδεὶς γὰρ ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι θέλων, ἐν κρυπτῷ τι ποιεῖ. Adde
quod locutionem eo tempore vſitatam non intelligebat noſter. qui nihil
ſane dixit, cum dixit,

Οὐ γάρ τις μερόπων ὑποκόλπιον ἔργον ὑφαίνει,
Ἔργον ἀθηήτῳ κεκαλυμμένον ἀχλύϊ σιγῆς,
Ἀμφαδίην δ᾽ ἐθέλει θρασὺς ἔμμεναι.

nihil enim tale Euangeliſta voluit. Non eſt dubium quin qui hoc dicerent,
carnalem aliquem gloriolæ affectum ac ambitionis in Domino notarent.
Mens eorum erat, *Nemini, qui famæ ſtudio tenetur, aut ad eam peruenire poſtu-
lat, latendum eſſe. cum, inprimis tali, omnia in publico & luce hominum agenda
ſint.* quod Græci, οὐδένα γὰρ τὸν θέλοντα διαφημίζεσθαι, ἐν κρυπτῷ τι ποιεῖν δεῖ, di-
cerent. Noſter igitur ridicule, cum Chaldæorum ac Syrorum, non Græ-
corum, more, Græca voce vſus ſit Euangeliſta, ad ſignificationem Græcam,
quibus τὸ παῤῥησιάζεσθαι, idem quod ἐλευθεροστομεῖν, vel θρασυστομεῖν, *audacter* aut
præfracte loqui, notat, hoc detorſit. Cum, פרהסיא, *parhesia*, ſi ſeruilis præſertim
accedat litera *(vt* בפרהסיא dicatur*)* τῷ κρυπτῷ, ſiue, ei, quod occulte fit, contra
ac noſter voluit, hoc eſt ei, quod בצנעא, *clanculum*, Rabbinis Chaldæiſque
dicitur, opponi ſoleat (quod & *bepompi*, *cum pompa*, Rabbini interpretan-
tur) neutrum autem aut Hebræum aut Chaldæum ſit, licet alterum, παῤῥη-
σίαν, nimirum, à פרסום, Elias deducit. qui & בפורסום, in propatulo exponit. No-
ſter, vt qui aliquamdiu Solem non vidit aut in tenebris verſatus eſt, raro
ad autoris mentem, cujus linguam non didicerat, oculos attollit: aut
ſi forte attollit, nictat aut caligat. Idem capite eodem ad illa verba, καὶ ℣. 22.
ἐν σαββάτῳ περιτέμνετε ἄνθρωπον, non obſcure modo ſed & improuide locutus
eſt, cum dixit,

καὶ ἀρχεγόνῳ τινὶ θεσμῷ
Ἑβδομάτης ὅτε φέγγος ἐθήμονος ἔρχεται ἠοῦς
Ἀρτιγόνῃ λοχίῳ περιτέμνετε φῶτα σιδήρῳ.

quod de circumciſione ſi ſimpliciter accipiatur, falſum eſt. quanuis enim
Sabbatho fieret, non tamen die ſeptimo fiebat circumciſio. non, inquam,
ſeptimo fiebat à natali, ſed octauo: quanquam, cum in ſeptimum, ἤγουν τὴν
ἑβδόμην, non vitæ ſed hebdomadis, incideret, permitteretur. Vnde argumen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

tum Domini. Ideoque haud ſine cauſa Sanctus autor addit, ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νό-
μος Μωσέως. neceſſitatis ergo cauſa, ſeptimo, non inſtitutionis: neque ar-
gumenti vis in ſeptimo, ſed in Sabbatho. Nam ſi Sabbathum, qui dies
ſeptimus hebdomadis, octauus erat vitæ, etiam circumcidebatur is qui natus
erat. ipſo, inquam, Sabbatho. ne, lex nempe, Moſis ſolueretur, quæ octauo die
id fieri præcepit. Ac ſic eo die, quo nihil fieri fas erat, circumciſio fiebat.
pro quo noſter, *die ſeptimo*, cum dixit, pluris verſum à quo vrgebatur fecit
℣.24. quam ſententiam. Eodem capite, legitur: Μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, ἀλλὰ τὴν δι-
καίαν κρίσιν κρίνατε. Locus elegantiſſimus: qui non ſatis tamen, niſi fallor, intel-
ligitur. Permiſit vobis, inquit, Moſes, vt die Sabbathi circumcideretis. Ego
hominem curaui Sabbatho. Illud approbatis: hoc in me, tanquam con-
tra Legem, damnatis. Hæc προσωποληψία illa, quæ προσωποληψία ἐν νόμῳ,
à Propheta Malachia cap. 2. ℣. 9. dicitur. vbi, ἐλαμβάνετε πρόσωπα ἐν νόμῳ,
eleganter ſenes Helleniſtæ dicunt, quod Symmachus, ἐδυσωπεῖσθε πρόσωπον
ἐν νόμῳ, obſcurius dixerat. B. Hieronymus, *Accipiunt faciem in Lege, vt non*
cauſas ſed perſonas conſiderent, juſtumque pauperem deſpicientes, iniquos diuites
ſuſcipiant & honorent. Mens autem loci: *Ne judicate, vt ſoletis: nam ſi idem*
pauper ex præſcripto Legis faciat & diues, hunc laudatis, accuſatis illum. quæ eſt
illa, quam προσωποληψίαν, τὴν ἐν νόμῳ, veteres dicebant. Noſter ita locum
reddit, quaſi oculis ſeruirent alienis. quod eſt ejus, qui Hebræis חנף, Helle-
niſtis vulgo ὑποκριτὴς dicitur. Vellem ergo eruditos, vt nonnullos alios, ita
diligentius hunc expendiſſe locum. Dabunt autem veniam lectores, ſi in
tanto rerum cumulo quæ ſponte hic occurrunt, aliquid ſubinde interſeram
minutum, ſine quo tamen cætera intelligi non poſſunt. neque enim tam
hoc agimus, vt omnia Euangeliſtæ loca ordine interpretemur (quanquam
amplam viri eruditi nobis reliquerunt meſſem) quam vt Nonni, antiquiſſimi
interpretis, παρερμηνείας annotemus. qui hæc autem vt minuta, tum B. Hie-
ronymo tum aliis objiciunt, mirabor ſi vigeſimam illius eruditionis, quæ in
illis fuit, partem præſtare poſſint. Cujuſmodi, eſt quod Interpretes plerun-
que illa, εἰπεῖν πρὸς ἑαυτοὺς, & πρὸς ἀλλήλους, confundunt. Ita quod Sanctiſſimus
℣.35. Euangeliſta, capite hoc eodem, εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς ἑαυτοὺς, dixit; idem
eſſe exiſtimarunt, quod Hebræis, cum איש אל רעהו loqui, aut Homero, cum he-
braiſmo ſimili, εἰπεῖν πρὸς πλησίον ἄλλον, aliquis dicitur. cum, id de quo non
pauca alibi notauimus (repetere enim quædam ex occaſione cogimur) idem
ſit, quod, *ſecum* loqui vulgo, ἐν τῇ διανοίᾳ λαλεῖν, Helleniſtis dicitur. Quod
& Syrus optime hic vidit: qui, πρὸς τὴν αὐτοῦ ψυχὴν, reddidit. vnde & Do-
minus, qui ſolus καρδιογνώστης eſt, ſæpe ad cogitationes hominum θεοπρε-
πῶς reſpondet: quod miraculum, cum inter prima ſit, tranſmittitur: ſed &
res tam vulgaris, iis qui Hebræa non intelligebant, vt & noſtro, fraudi ſæpe
fuit. vt cum iſto loco, quod Euangeliſta dixerat, εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς
ἑαυτοὺς, ſic expreſſit:

Ἀλλήλοις δ' ὀάριζον ὁμιλαδὸν αὐτόθι λαοί.

Ibid. Sequitur, μὴ εἰς τὴν διασπορὰν τῶν Ἑλλήνων μέλλει πορεύεσθαι, καὶ διδάσκειν τοὺς Ἕλ-
ληνας; Ad quem locum ab antiquis, quæ ſit ἡ Ἑλλήνων, de qua loquitur, δια-
σπορὰ diſputatur. alii quippe Græcos, alii Romanos intelligunt. Non eſt
autem dubitandum, quin intelligantur Helleniſtæ: qui, Iudæi genere cum
eſſent, Græce loquebantur & ſciebant. quod, vt alia non pauca, viro maxi-
mo Ioſepho Scaligero, periti harum literarum debent. qui &, τὴν διασπο-
ρὰν, quæ Europæa eſſet, verſione Græca, quæ nunc Senioribus aſſcribitur;
eam autem quæ in Aſia, paraphraſi Chaldæa, vſam olim, oſtendit. Quomodo
hos igitur πανέλληνας vocauit noſter? Ita enim:

Ἧχι πανελλήνων σποράδες ϛίχες· ὄφρα καὶ αὐτὸν
Θεσμὸν ἑῆς σοφίης Ἑλλήνια τέκνα διδάξῃ.

Quippe,

Quippe, ſi σποράδες, non πανέλληνες, ſi πανέλληνες, non σποράδες. vocabulo Ἑλλήνων quippe, Theſſali Homero tantum & Argiui, teſtibus antiquis, cæteris ſic omnes Græci nuncupantur. cum hi neque Græci omnes, nec præcipui Græcorum, ſed nec Græci, & Iudæi eſſent. Euſtathius: Τὸ πανέλληνας δὲ οὐ κατὰ Ζενόδοτον, ἀλλ᾽ Ὁμηρικῶς ἑρμηνευτέον, κατὰ τοὺς παλαιοὺς λέγοντας, τὸ πανέλληνας καὶ Ἀχαιοὺς, ἀντὶ τοῦ, Θεσσαλοὺς καὶ Ἀργείους· ἵνα ἀντιδιαιρῇ τοῖς ὅλοις Ἀργείοις, τοὺς ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ, λεγομένους ἰδίως Ἕλληνας κατά τινα ἐξοχήν. Iudæos autem eos fuiſſe Hellenas, etiam Chryſoſtomus obſeruat: qui & cauſam addit, cur intelligi non poſſint Græci. Neque diligentius hic fuit, cum τέκνα Ἑλλήνια eoſdem dixit. Et profecto, ſiue Hebraice loquaris, Iſraëlis filii, vel ex Iſraële vel ex Iſraëlitis nati; ſiue Græce, υἷες Ἀχαιῶν, non modo Græci, ſed & è Græcis nati ſunt. hic vero Ἕλληνες, Iudæi, & Iudæis nati, hoc eſt, Iudæi ſunt, ſed ἑλληνίζοντες. Sequitur, Ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ τῆς ἑορτῆς, εἱστήκει ὁ Ἰησοῦς, v. 37.
καὶ ἔκραξε, λέγων, Ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. Dubium autem non eſt, quin in narrationibus quædam ſæpe contrahant Euangeliſtæ. Dominum ex libro publice Prophetas populo expoſuiſſe, vel ex Lucæ 4.17. diſcimus. Vbi, ἀνέστη, inquit, ἀναγνῶναι. *ad lectionem ſurrexit.* Quemadmodum autem ibi ipſam lectionem, ſeu Prophetæ verba fuſe proponit, interpretationis vero ſummam modo aut initium recenſet, ita noſter contra hic, τὴν ἀνάγνωσιν omiſit, τὴν ἐξήγησιν ſine ea poſuit. Ἀνάγνωσις, vt videtur, fuit, *Omnes ſitientes venite ad aquas: etiam vos quibus non eſt argentum, venite, emite, & comedite.* Eſaiæ 55. Qua paraſcha, ſeu haphtara potius, plurimæ & illo tempore inprimis opportunæ, de Meſſia ῥήσεις continentur. Qualis illa, *Ecce teſtem populis dedi eum, ducem & præceptorem populis.* Et illa, *Quærite Dominum, dum inuenitur: inuocate eum, dum eſt propinquus.* quæ cum illis quæ præcedunt plane conueniunt: *Quæretis me, & non inuenietis.* Et, *Quo ego vado, peruenire vos non poteſtis.* Hæc igitur ἀνάγνωσις. cui plane conuenit ἐξήγησις, ſiue expoſitio, quæ ſequitur: Ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. Cui notam illam ſuam 'וגו apponerent Hebræi. cum excerptum aut interpretationis ſit μόριον, non quicquid dixit. Quod familiare Euangeliſtis non ſemel jam probauimus. vt in eo quo jam dixi, loco: quo, ex tota concione ſola illa verba, σήμερον πεπλήρωται ἡ γραφὴ αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν, ponuntur: occaſio interpretationis pariter ac lectionis, illis verbis, ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ, continetur. Quo die quod inprimis, quanquam ſane & cæteris illius feſti, compotarent (ita vt Plutarchus Baccho à Iudæis dedicatum dicat) mira vrbanitate verba illa οἱ διψῶντες πορεύεσθε, quæ ad diſcendi cupiditatem à Chaldæis referuntur, populo propoſuit. quemadmodum Samaritanam quippe, à terreſtri aqua, cui multum tribuebat, ex occaſione putei, quem accedebat, ad Spiritualem, ita nunc Iudæos, ab ebrietate & vino, ad eandem illam, ex occaſione hujus ἀναγνώσματος, quod ipſe accommodauit tempori, inuitat: vt vel partem haphtaræ, vel integram, Prophetæ ejus, cui inter Euangeliſtas veteres dedere locum, prælegiſſe videatur. è qua & interpretatio illius paſuc, ſeu verſiculi, Οὐαὶ οἱ διψῶντες, πορεύεσθε ἐφ᾽ ὕδωρ, ab Euangeliſta hic ponitur. Sequitur, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. Qui locus dici non poteſt, quantum nobilia & hujus temporis & antiquorum exercuerit ingenia. Nam & B. Hieronymus, vnam ex quatuor ſcripturis dixit, quæ in Nouo Fœdere citantur, nec in veteri reperiuntur. Quod cum magnus vir Chryſoſtomus videret, huic loco obſeruatiunculam appoſuit: Καὶ ποῦ εἶπεν ἡ γραφὴ, ὅτι ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος; οὐδαμοῦ. hoc eſt, *Et vbi ſcriptura dixit, fore, vt aquæ viuæ fluuii ejus ex ventre promanarent? Nuſquam.* Ideoque & illa addit, Τί οὖν ἐστιν, Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφή; ἐνταῦθα ὑποστίξαι δεῖ, ἵνα ᾖ τὸ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ

ῥεύσουσι, τὸ αὐτοῦ ἀποφάσεως. hoc eſt: *Quid eſt igitur, Qui in me credit, vt Scriptura dixit? Hoc loco diſtinguendum. Vt quod ſequitur, Ex ventre ejus fluuii manabunt, Domini ſint verba.* Et nemo quidem ſanus dubitat, quin totum Vetus Teſtamentum, vberrime & Dominum prædixerit, & fidem in venturum commendarit. Ad locum tamen certum reſpici, contra quam exiſtimauit ille, arbitror. Nullus autem manifeſtius in Lege Dominum deſignat, & in eum credi jubet, eo, quem Euangeliſta ſemper vrget, Deuteronomii nimirum 18. 15. & 18. vbi ὁ προφήτης promittitur. neque vllus qui tum magis omnium inſculptus eſſet animis, extabat locus: vnde & cap. 1. 21. qui mittuntur ad Iohannem, ὁ προφήτης εἶ σύ, quærunt. item, εἰ σὺ οὐκ εἶ ὁ Χριστὸς, οὔτε Ἠλίας, οὔτε ὁ προφήτης. Et 6. 14. Ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ προφήτης, ὁ ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσμον. de quo quid judicarent, qui de coronatione agunt, ſatis probant ſane. Eundem locum Petrus in diuina concione Actor. 3. 22. præclare vrget: vt vbique Noui Fœderis ſcriptores præ reliquis amare eum ſolent. Sed quo illa? cum hoc ipſo loco ſequatur, Πολλοὶ οὖν ἐκ τοῦ ὄχλου ἀκούσαντες τὸν λόγον, ἔλεγον, οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ προφήτης. Quid autem ibi dicitur? Αὐτῷ πιστεύετε: aut, quod idem ex Hebræorum ratione, αὐτοῦ ἀκούσεσθε. Locus ita habet: Προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου, ὡς ἐμὲ, ἀναστήσει σοι Κύριος· αὐτοῦ ἀκούσεσθε. vt dicat, *Ego ſum Propheta ille. qui in me credit, vt Scriptura dixit*, hoc eſt, *juſſit, is illuſtre illud Spiritus, quod toties promitto, munus accepturus eſt.* Reſtat igitur, vt illa, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ, & quæ ſequuntur, verba ſint Domini. Et ita ſane capite 4. 14. pene ad verbum, nulla Scripturæ mentione facta, locutus eſt, Ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα· ἀλλὰ τὸ ὕδωρ ὃ δώσω αὐτῷ, γενήσεται αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. Quamuis ergo alibi Prophetæ ſic propemodum loquantur (qualis eſt præclarus ille Zachariæ 14. *Et erit in die iſta, exibunt aquæ viuæ de Ieruſalem*, & quem ipſe Dominus ſuperiori commate alluſit locus; *Omnes qui ſititis, venite ad aquas*,) tamen verba eſſe illius, ipſe Euangeliſta indicauit: qui interpretationem addit, Τοῦτο δὲ εἶπε περὶ τοῦ πνεύματος οὗ ἔμελλον λαμβάνειν. non enim ἡ γραφὴ, non Eſaias, non Zacharias, ſed, τοῦτο εἶπε dixit. Quis? qui loquitur. qui his verbis Spiritum promittit. Idem ille, qui etiam obiter Prophetarum cum adducit verba, hoc, (niſi ſi parodia ſit,) aut ſimilia, plerunque addit: Quale illud duodecimo, Ταῦτα εἶπεν Ἠσαΐας, ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ. Noſter vero nihil horum cogitabat: qui ſic ea reddit:

Πᾶς γὰρ ὁ πίστιν ἔχων σοφὸς ἔσσεται.

quod hic non dicitur. Deinde autem

ἀρχέγονος δὲ
Οἷα Θεοῦ φάτο μῦθος, ἀεὶ διὰ γαστρὸς ἐκείνου
Ἔμφρονος αὐτοχύτῳ ποταμοὶ ζείουσι ῥεέθρῳ
Ἐνδόμυχον βλύσουσι παλιμφυὲς ἔνθεον ὕδωρ.

Vt omittam nunc (ſæpe enim alia occaſione id monui) quod cum de Scriptura loquatur Euangeliſta, irreuerenter & ſuo more, μῦθον Θεοῦ, verbum
℣.39. Dei dicat; cum ad manum eſſet, οἷα Θεοῦ λόγος εἶπε. Quam male idem locum illum οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον acceperit, ſupra oſtendimus. qui quidem pro ejus loci interpretatione verſus illos ſuppoſuit:

Οὔπω γὰρ βροτέῃσιν ἐνερρίζωτο μενοιναῖς
Χριστὸς ἄναξ γενέταο φανεὶς ἀγχίθρονος ἕδρης.

Iam vero, quod τὸ ἐδοξάσθη ad aſcenſionem Chriſti & eximiam glorificatio-
℣.42. nem refert, non ſatis prouide id quidem. Cum Euangeliſta ait, οὐχὶ ἡ γραφὴ εἶπεν, ὅτι ἐκ τοῦ σπέρματος Δαβὶδ, καὶ ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώμης, ὅπου ἦν Δαβὶδ, ὁ Χριστὸς ἔρχεται; quemadmodum paulo ante dixerat, οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον, cum vellet, οὔπω γὰρ ἦν δοθὲν πνεῦμα ἅγιον, ita nunc, ὅπου ἦν Δαβὶδ, γεννηθεὶς nimirum, dixit. Quare non ſatisfecit noſter, cum dixit, ὅπου ᾤκεε. cum ne ſemper quidem ibi vixerit: ſed aut oberrarit, aut regnarit. Neque ἀντίτυπον Dauidis

Chri-

Chriſtus ibi habitauit, quanquam ibi natus eſt. Hoc ergo tale eſt, ac ſi quis dicat, Dominum Bethlehemi habitaſſe, quia ibi natus eſt: aut ſi quis de loco agat vbi habitauit Chriſtus, & Bethlehemum intelligat.

Cap. IX.

Caput octauum, nonum ac decimum, percurruntur. Loci illius interpretatio, ὅταν ὑψώσητε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. *Chryſoſtomi interpretatio. peculiaris item Auguſtini ac Bedæ.* ὑψοῦν *de cruce per euphemiſmum. Nonni mira interpretatio.* τὸ ὑψοῦν *quomodo acceperit. mutilatus ab eo Euangeliſtæ locus. Syra vox, quam Euangeliſta, cum ſic locutus eſt, expreſſit. Explicatio illius loci,* οὐδενὶ δεδουλεύκαμεν πώποτε. *Liberi qui Iudæis: qui ſerui. Phariſæorum Paradoxa. Paradoxum de libertate. huic aliud à Dei Filio oppoſitum.* οἱ πεπιστευκότες, *& quam non bene ea vox accepta Nonno. Diuerſa de illis Chryſoſtomi & Auguſtini opinio. Qualis Iudæorum fides, ex Rabbi Maimonide, ſeu Rambam. Peccatum quod regnat: & proprie ab eo effici ſeruos. Loci illius,* ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα, *ſenſus male à Nonno acceptus. Vocem* πορνείας, *etiam ab aliis, non recte eo loco accipi. Scortatio Hebræis, Rabbinis, Thargumiſtis, eo ſenſu. Seruitus & ſcortatio Samaritanis objecta à Iudæis, & quare. Dominus occulte Samaritanus à Iudæis dictus, & quomodo. Hyſteron proteron ab Auguſtino notatum. Locus ille de Diabolo,* ὅτι ψεύστης ἐστὶ, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, *male à Nonno intellectus. Idem de Caino acceptus, qui ex Diaboli propagine vulgo creditus.* γένος ἔχειν, ἰδιωτισμὸς *Nonni. Cæti, profani & peccatores habiti, & ex eo locus capite nono de cæco expoſitus. Locus Maimonidæ. Locus de cæco peſſime à Nonno intellectus.* εἰσόκε *pro* ἵνα, *in eo loco peſſime ab eo poſitum.* οἱ γείτονες *apud Euangeliſtam,* οἱ παρόντες, *idque ex Hebræorum & Helleniſtarum vſu. male id à Nonno intellectum. Synagoga & templum, pro eodem à Nonno vſurpata. Quæ cauſa fuerit, quare creatum cæci oculum, cui reſtitutus fuit viſus, dixerint ex conjectura veteres. creare quomodo Hebræis vſurpatum.* κτίζειν κτίσμα, *de miraculo. Interpretatio illius loci capite decimo,* ἵνα ζωὴν ἔχωσι, καὶ περισσὸν ἔχωσι. περιστροφή. *vox* περιστρεφομένη. λέξιν περιστρέφεσθαι, *& non vno modo vſurpatum.* περισσὸν ἔχειν *quid, & de eo diſputatum. Nonni* μετάφρασις καὶ παρερμηνεία. ζωὴν ἔχειν *eo loco quid ſit. Helleniſtarum in exprimendo Hebræo difficultas notata.* ζωοῦν. περιποιεῖν. *Nonni* παρερμηνεία. *Locus de paſtore mercenario non recte à Nonno expreſſus.* οὐκ ὢν ποιμήν. *Locus de Encæniis peſſime à Nonno intellectus. Encænia prima & tertia ab eo confundi. Nonni* μετάφρασις. καινίζειν οἶκον *&* καινίζειν θεσμὸν ἑορτῆς, *longe diuerſa.* θεσμὸς ἑορτῆς, *pro ipſo feſto. ridicule ab eodem* καινίζειν θεσμὸν ἑορτῆς, *pro eo quod eſt* ἄγειν τὰ ἐγκαίνια, *dictum.* ἐγκαινισμοὶ *priuati ac publici. vtrunque à Nonno confundi. In tempore* τῶν ἐγκαινίων *erratum à Nonno.* ἐν τῷ ὀνόματι πατρὸς, *vel* Θεοῦ, τι ποιεῖν. *abſurda ejus expoſitio quam adfert Nonnus: quod & multis rationibus probatum. Dominum quanuis non ſemper inuocarit Patrem, omnia tamen in ejus nomine feciſſe. Interpretatio illius loci,* εἰ ἐκείνους εἶπε Θεούς. *Nonni* παρερμηνεία *nobiliſſimi loci. Varia apud Hebræos Prophetiarum genera. onus.* λῆμμα. λῆμμα κεκρυμμένον. λῆμμα λόγου. ῥῆμα λόγου· λόγιον. ῥῆμα κατά τινος. ὅρασις κατά τινος. λόγος *abſolute.* ῥῆμα *abſolute.* λόγος προφητείας. λόγος ἐπί τινα. λόγος πρός τινα. πρὸς οὓς ὁ λόγος ἐγένετο, *qui ſint. In Prophetia tria conſiderari.* ἐν τῷ νόμῳ ὑμῶν. νόμος *Hebræo more vſurpatum.* θεσμὸς *perperam pro eo à Nonno poſitum. Locus in Nonni interpretatione mutilatus.*

EXtat ſimplex Chryſoſtomi ad illum capite octauo locum interpretatio, Ὅταν ὑψώσητε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, τότε γνώσεσθε, ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ ποιῶ οὐδέν. Quæ talis eſt: Ὅταν ὑψώσητε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, οὐχ ὑμεῖς τότε μάλιστα προσδοκᾶτε ἀπαλλαγήσεσθαί μου καὶ ἀναιρήσειν; ἐγὼ δὲ λέγω, ὅτι τότε μάλιστα εἴσεσθε, ὅτι ἐγώ εἰμι, τῶν τε σημείων ἕνεκεν, καὶ τῆς ἀναστάσεως, καὶ τῆς ἁλώσεως. quaſi dicat: Cap. VIII. vſ. 28.

futurum creditis, vt cum à vobis fuero ſublatus, nihil vobis rei amplius futurum ſit mecum, &, ſecuros fore omnino exiſtimatis? Ego vobis fore dico, vt tum demum, qui ſim vere ſciatis: quod ipſa etiam ſigna, tum reſurrectio ac captiuitas mea, vel inuitis perſuadebunt vobis. quam ſententiam Theophylactus quoque expreſſit. Itaque, *Scietis*, inquit, *poſtmodo, me Dei eſſe Filium, Chriſtum me ſcietis eſſe. Quando? Poſtquam affixeritis me cruci.* Neque ex eo tamen ſequitur, futurum eſſe, vt ideo qui exaltarent eum, ei quoque ad vitam crederent. cum & diabolus non modo quis & qualis eſſet plane noſſet, ſed & fateretur. In quam rem de pœna Iudæorum addit: *Cum eripietur vobis cultus veſter, cum ne Deum quidem ipſum colere licebit vobis, tum vnde hæc proficiſcantur, intelligetis.* Quanquam ex principibus Eccleſiæ Doctoribus, qui ad pœnitentes è Iudæis poſt ſupplicium Dominicum hoc traherent, fuiſſe conſtet. inter quos & S. Auguſtinus. Qui, *Quid eſt hoc? Nihil enim aliud videtur dixiſſe, niſi eos poſt paſſionem ſuam cognituros quis eſſet. Procul dubio ergo videbat ibi aliquos quos ipſe nouerat, quos ipſe cum cæteris Sanctis ſuis ante conſtitutionem mundi præſciendo elegerat, poſt paſſionem ſuam credituros.* In quam rem ibidem multa à Sanctiſſimo antiſtite, vt & à Beda, dicuntur. quæ ſententiæ diuerſæ penitus, eodem tamen modo vocem ὑψοῦν acceperunt. Et profecto euphemiſmus hic perpetuus, quo de crucis ſuſpendio Euangeliſta virgo vtitur. Ita cap. 3. Καὶ καθὼς Μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Et cap. 12. Κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. Et deinde explicationem addit: Τοῦτο δὲ ἔλεγε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν. Et deinde, καὶ πῶς σὺ λέγεις, ὅτι δεῖ ὑψωθῆναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; Nonnus vero, præterquam quod de piis omnia hæc dici exiſtimauit, τὸ ὑψῶσαι ita accipit, vt cum Helleniſtæ dicunt, Græci in Liturgiis, Ὑψώσω σε κύριε, ex Pſalmis canunt. item, καὶ ὑψώσωμεν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τὸ αὐτό. Non enim video, quo pacto aliter interpretatio hæc ferri poſſit:

Ὁππόταν εὐαγέεσσιν ἀνυψώσητε μερίμναις
Ἀνθρώπων σοφὸν υἷα· τότε γνώσεσθε καὶ αὐτοὶ
Ὅττι Θεοῦ γενετῆρος ἀπόπροθεν οὐδὲν ὑφαίνω·
Ἀλλά μοι ὡς ἐπέτελλε πατὴρ ἐμὸς, εἰσέτι ῥέζω.

Cum ſancto, inquit, *animo exaltaueritis me.* Quis autem ferat, pio animo id factum à Iudæis? vt τὸ ὑψοῦν, non de morte, ſed de gloria, vt ſolet ſane, acceperit. Quippe, quod Euangeliſta cap. 12. 23. Ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, hoc ille:

Ὥρη νῦν μόγις ἦλθεν, ὅτε σχεδὸν ἵξεται ἀκμὴ,
Ἀνθρώπου σοφὸς υἱὸς ὅπως ὑψούμενος εἴη.

Et eodem capite, comm. 32. quod Euangeliſta dixit, Κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτὸν, ita ille:

Καί κεν ἐπὴν ὑψωθῶ ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης,
Ὑμέας εἰς ἐμὲ πάντας ἐς οὐρανὸν εὐρὺν ἐρύσσω.

Quaſi, κἀγὼ ἐὰν ἀναβαίνω ἐκ τῆς γῆς εἰς τὸν οὐρανὸν, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτὸν, dictum eſſet. cum diſerte interpretationem ipſe Euangeliſta addat: τοῦτο δὲ ἔλεγε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν. quam interpretationem, forte ne argueretur, ipſe prætermiſit. Nam alterius, vt ſupra diximus, haud dubio ſunt illa:

Ἔννεπε, σημαίνων ποίῳ ζωαρκέϊ πότμῳ
Ἰησοῦς ἤμελλε θανεῖν λαοσσόος.

Quis autem ſtupor fuit, vt cum monitus oratione plana ab autore Sacro de interpretatione eſſet, tamen paulo poſt (nam de ſuperiori quidem loco adhuc dubitari poterat) manifeſtius contrarium efferret? Ita enim diſerte:

Ἐκ χθονίων λαγόνων ὑψούμενος ἐς πόλον ἐλθὼν,
Ὑμέας εἰς ἐμὲ πάντας ἀπὸ χθονὸς αὐτὸς ἐρύσσω,

Ἀνθρώ-

Ἀνθρώπου σοφὸς υἱὸς ὅπως ὑψούμενος εἴη.

Optime Auguſtinus, *Exaltationem quippe diem paſſionis, non glorificationis, crucis, non cæli,* dixit. *quia & ibi exaltatus eſt, quando pependit in ligno. Sed illa exaltatio, humiliatio fuit. Tunc enim factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis.* Et ex illo Beda: *Exaltationem quippe dicit paſſionis, non glorificationis: crucis, non cæli.* neque aliter accepit quam de morte Cyrillus. Sed, vt ante dixi, dubitandum non eſt, quin Syrorum זקף, quo cum eleuatione pœnam crucis notant illi, hic expreſſerit: quod, vt ſolent, eleganter voce ὑψοῦν expreſſerunt Helleniſtæ. Verba illa Euangeliſtæ eodem capite, com. 33. Σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμεν, καὶ οὐδενὶ δεδουλεύκαμεν πώποτε, ſtatim poſt hæc quæ paulo ante præcedunt, Ἔλεγεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς τοὺς πεπιστευκότας αὐτῷ Ἰουδαίους, ſequuntur. Vt eorum quos jam credidiſſe dixit, reſponſum videatur. vnde & mendacium, tam manifeſtum ac arrogans, mirari ſe plerique interpretes teſtantur. Neque ſolennis ſane illa formula, quæ toties repetitur, Καὶ μνησθήσῃ ὅτι οἰκέτης ἦσθα ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, eorum excidiſſe animis poterat, vt nec decem verba, quæ infixa animis gerebant: qui nec Babylonicam negare ſeruitutem aut Romanam, in qua adhuc verſabantur, poterant. Vnde & Chryſoſtomus, Theophylactus, Auguſtinus, Beda, alii, inflati hominis ac arrogantis characterem eſſe volunt. neque noſter aliter videtur judicaſſe. Mihi vero non videtur dubitandum, eos qui hæc dicerent, ad fœdus reſpexiſſe ac Legem: cui qui hærerent, vſitato paradoxo liberos dicebant. qualis בן חורים, *filius nobilium*, ſeu, *liberorum*, hoc eſt, *liber*, dicebatur: vnde illud in Capitulis quæ vulgo Patrum dicunt, *Nullus niſi qui in Legis ſe exercet ſtudio, pro libero habetur.* Tales autem minime eſſe poterant, qui extra fœdus eſſent: qui ἀλλόφυλον δουλείαν, quæ ab illis vulgo עבודה זרה dicitur, amplectebantur. Quam Iudæi ſeruitutem, Samaritanis, quos deteſtabantur, objectabant. adeo vt nec aquam ab iis admitterent nec vinum. Itaque οὐδενὶ πώποτε δεδουλεύκαμεν. quod ad cultum, nempe: vt Antiocho Samaritani: quæ eſt vera gentis Abrahami nota. Et hoc verum ex Phariſæorum, vt jam dicebamus, qui ad Stoicos, Ioſepho teſte, quam proxime accedebant, ſchola, paradoxon, οὐδεὶς μὴ ὅλος ἐν τῷ νόμῳ διατρίβων ἐλεύθερός ἐστι. Tale eſt, *qui obſeruat Legem, eſſe Regem*: aliaque ejuſdem generis, quæ in Capitulis leguntur. Formulam autem, quam jam poſui, fuiſſe iis eo tempore vſitatam, vel ex Targumiſtis apparet. quemadmodum & Eſaiæ trigeſimo & quarto, comm. 12. vbi Helleniſtæ, οἱ ἄρχοντες αὐτῆς οὐκ ἔσονται, Chaldæus, *qui* בני חורין, hoc eſt, ἐλεύθεροι *ſumus*, inquiunt. quod Euangeliſta οὐδενὶ δεδουλεύκαμεν πώποτε, dixit: non vt ſeruiiſſe vnquam ſe negent, ſed vt, ex prærogatiua, quod jam dixi, Fœderis ac Legis, liberos ſe eſſe oſtendant. Plane vt in Stoicorum ſcriptis, *Sapientem eſſe liberum, Epictetum* item *nunquam ſeruiiſſe*, ad electionem, ſiue τὴν προαίρεσιν, refertur: ſicut ſapientem, etiam cum ſeruit, ſeruire negant Stoici. Eam igitur cum ſibi vindicarent libertatem, hinc jactantia tam putris. cui aliud opponit Dei Filius, Ὅτι πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας: quod ipſum quoque Stoici vrgebant, neque noſter intellexit. Illud autem minime ferendum, quod cum & Chryſoſtomus & alii, arrogantiam hanc putidiſſimam, iis, quos πεπιστευκότας paulo ante dixerat, aſſcribant, noſter eos ipſos firmiter ac plane credidiſſe ait. Diſerte enim verba iſta commate ejuſdem capitis 30. Ταῦτα αὐτοῦ λαλοῦντος πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν, ſic interpretatur,

> Ταῦτα δέ οἱ βοόωντι, πολυσπερέων στίχες ἀνδρῶν,
> Πίστιος ἀρρήκτοισιν ὑπεκλίνοντο λεπάδνοις.

Hoc eſt, *Hæc eo inculcante, varii mortales, firmiſſimis infractiſque fidei ſe ſubmiſerunt vinculis.* Quod quis ferat? cum iidem, ſi Chryſoſtomo credimus, fuerint, qui paulo poſt ipſi Veritati ſe opponunt. Sane eoſdem fuiſſe Chryſoſtomus exiſtimauit, qui ſcribit, Ἐπίστευσαν μὲν, οὐχ ὡς ἐχρῆν δέ· ἀλλ᾽ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ἔτυχεν, ἡσθέντες δὲ ἀναπαυσάμενοι ἐπὶ τῇ τῶν λόγων ταπεινότητι. ὅτι γὰρ οὐ πλείαν τὴν πίστιν εἶχον, δείκνυσιν ὁ Εὐαγγελιστὴς, ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα λόγων, οἷς αὐτὸν πάλιν ὑβρίζουσι. Credebant, *non vt debebant tamen, verum ſimpliciter & quodammodo: vt qui ex humilitate verborum illa voluptatem cœpiſſent, iiſque acquieuiſſent. Non enim conſummatam fuiſſe eorum fidem, ſatis Euangeliſta in ſequentibus oſtendit, cum eorum in eum contumelias commemorat.* quanquam ſane Auguſtinus, alios fuiſſe, quos crediſſe, alios, quos reſpondiſſe dixit, exiſtimat. *Reſponderunt ei, non illi*, inquit, *qui jam crediderunt, ſed illi qui in turba erant nondum credentes.* Cæterum, qui, qualis Iudæorum fides fuerit, ex ipſorum ſcriptis didicit, ne hic quidem in accuratiſſimo interprete Chryſoſtomo, judicium deſiderabit. cujus ſummam doctor maximus Maimonides, quem illi, ex contractione aut primis literarum notis, Rambam dicunt, alibi præclare oſtendit. Verborum ejus mens hæc eſt: *Qui indubitatam habet fidem, ratione & cogitatione id diſcernat quod credit. Vt aliud credere ſe dicat, quia id à majoribus accepit.* quæ eſt fides ex cabala. *aliud, quia cum communi ſenſu conuenit: aliud poſtremo, quia euidenti nititur probatione.* quod eſt ex ſcientia. *Quicunque autem aliquid quod tribus his non continetur, credit, de illo vere*, inquit, פתי, id eſt, *ſimplex, credit omnia, pronunciari poteſt.* Ita igitur credebant, vt ipſi ſingula euerterent. inprimis vero Legem ſcriptam, Lege oris, quam vocabant. quæ, vt cæteris, de quibus ille agit, ita ſcriptæ derogabat. vnde fides varia & ex interpretationibus incerta: imo ſæpe de eadem re alia atque alia. Cum dicitur,

℣ſ. 34. ὅτι πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας, de eo loquitur peccato quod regnare vulgo dicunt, & à volentibus committitur. Quod cum regnet, fieri non poteſt, quin efficiat & ſeruos. vnde & ἁμαρτίαν, non ἀνομίαν dixit: inter quæ Græcorum Theologi diſtinguunt. Vnde illud Baſilii in Catena ad Eſaiam: εἰσὶ δὲ ἄνομοι μὲν οἱ παντελῶς ἀνήκοοι τῶν θείων νόμων, ἢ ἀποστήσαντες αὐτῶν, ἢ μηδὲ τὴν ἀρχὴν προσελθόντες· ἁμαρτωλοὶ δὲ οἱ ἑκουσίως ἁμαρτάνοντες, μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας. Commate 41. cum Iudæi dicunt, Ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα· ἕνα πατέρα ἔχομεν τὸν θεὸν, mirum videri poteſt, quod qui ante filios ſe Abrahami dixerint, nunc Dei dicant: ita vt præmittant illud, ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα ad quem cum Theologi, & quidem magni, ad Matthæi locum 15.19. vbi de vulgari agitur ſcortatione, nos ablegant, aliud haud dubio agunt: vt & Chryſoſtomus, Theophylactus aliique, qui diluta nimis ad hunc locum. cum enim, *ex ſcortatione*, dicunt, eam, quæ *relicto Domino* מאחרי יהוה ab Oſea abire dicitur, intelligunt: quod nec Græci nec Latini ſatis commode exprimunt. vt πορνείας τέκνα, quemadmodum ad eundem Oſeam loquuntur Helleniſtæ, hoc eſt, idololatras ſe eſſe negent: quod eorum pater is qui coleretur, eſſet. Non ergo ſpurii nec nothi, quia nec idololatræ. vnde illud, τῷ ξύλῳ εἶπον, ὅτι πατήρ μου εἶ σὺ, καὶ τῷ λίθῳ, σὺ ἐγέννησάς με, more Hebræorum. Et nihil Scripturæ aut Rabbinis vſitatius. *Populus Domini*, inquit Rabbi Kimchi, *Prophetas cum pſeudoprophetis commutabat: quæ ſcortatio erat.* vt & Ionathan Chaldæus, qui, ſcortatione pro idololatria ſemper fere vtitur. Ergo inepte noſter

Ἡμεῖς οὐ γινόμεσθα νόθης ἀπὸ μαχλάδος εὐνῆς.

Quaſi de furtiuo coitu ageretur. cum περὶ νοητῆς πορνείας, quemadmodum ad ſecundum Eſaiæ loquitur Cyrillus, agatur. Sed vt loci genius intelligatur: Primo clam & acerbe Domino objectant, quod ex indignatione mox effundunt: *Semen Abrahæ ſumus, nemini ſeruiuimus.* Deinde, *Nos ex ſcortatione non ſumus: vnum Patrem habemus Deum.* Vtrunque autem, & ſeruitutem & ſcortationem talem, Samaritanis objectabant Iudæi. qui quia idololatræ erant, ſcortatores erant, &, quia *ſcortatores Domino relicto erant*, vt ſic exprimam, quod aliter non poſſum, Patrem alium habebant præter Deum. Hæc occulte in Samaritanos, & acerbe in Dominum. Quæ cum ille, quem non

ſemel

ſemel vt Samaritanum tangunt, fortiter diſſimularet, ipſi tandem hæc interpretantur. Infra enim ſequitur: οὐ καλῶς λέγομεν ἡμεῖς ὅτι Σαμαρείτης εἶ σὺ, vſ. 44.
καὶ δαιμόνιον ἔχεις; Cum de generis humani hoſte dicitur, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν· ὅτι οὐκ ἔστιν ἀλήθεια ἐν αὐτῷ, illuſtre eſt ὕστερον πρότερον, ſi Auguſtino credimus. Qui duodecimo De Ciuitate Dei: *Locutione dictum eſt minus vſitata. Sic enim videtur ſonare, in veritate non ſtetit, quia non eſt veritas in eo: tanquam ea ſit cauſa, vt in veritate non ſteterit, quod in eo veritas non ſit: cum potius ea ſit cauſa, vt in eo veritas non ſit, quod in veritate non ſtetit. Iſta loquutio & in Pſalmis, vbi ait, Ego clamaui, quoniam exaudiſti me Deus. cum dicendum fuiſſe videatur, Exaudiſti me Deus, quoniam clamaui.* De eodem ſequitur, ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ, ὅτι ψεύστης ἐστὶ, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Quæ verba ſic interpretatur noſter, quaſi patrem tribuat Diabolo Euangeliſta. qui,

ὅτι λοίγιον ἦθος ἀέξων
Ψεύστης αὐτὸς ἔφυ ψευδήμονος ἐκ γενετῆρος.

Quam ἀπροσεξίαν & alii notarunt. cum ſit ſenſus, *vbi mendacium loquitur, de ſuo loquitur, quia mendax eſt, & ejus*, mendacii nimirum, *pater*. Notum tamen ex antiquis, quoſdam de Caino eum accepiſſe locum: quaſi is eorum pater eſſet, è Diaboli prognatus ſemine; & hoc Dominus nunc vellet. De quo ex interprete aliquo antiquo Suidas, Εἴρηταί τισιν, ὡς ὁ Κάϊν ἐκ τῆς τοῦ Διαβόλου σπορᾶς ἐγένετο, καὶ μισήσας τὸν ἴδιον ἀδελφὸν τὸν Ἄβελ, τοῦτον ἀνεῖλεν. Εἴρηται γὰρ περὶ τούτου καὶ ἡ χρῆσις τοῦ Κυρίου ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις πρὸς τοὺς Ἰουδαίους· ὑμεῖς τέκνα ἐστὲ τοῦ Διαβόλου· ὁ πατὴρ ὑμῶν ἀπ᾽ ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνος ἐστὶν, ὡς καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. ac ſi dicatur: pater veſter, ab initio homicida fuit, ſicut & pater ejus: Diabolus nimirum. Quam ſententiam ſecutus & Cyrillus: qui, poſtquam de obſcuritate loci egit, adeo vt βασάνων τῶν ἐξ ἀκριβείας ὅτι μάλιστα δεόμενον, talem eſſe, *vt accurata, ſi quis alius, opus habeat indagine*, dicat, tandem Iudæis aſſignari patrem Cainum ait: illum autem Diaboli recte dici filium, ἅτε δὴ πᾶσαν τῆς ἐκείνου πονηρίας ἀναματτόμενον ἐν ἑαυτῷ τὴν μόρφωσιν, *vt qui omnem improbitatis, quæ in illo fuit, in ſe imaginem expreſſerit*. De altera autem, quam ſecutus eſt noſter, opinione, quæ Diabolo tribuit patrem, licet eam quoque examinet, recte pronunciat, ὅτι ἐν τοῖς ἱεροῖς τε καὶ θείοις συγγράμμασιν οὐκ ἄν τις ἡμῖν ἐπιδείξοιτο τοιοῦτον ἀνάγνωσμα· παραδεκτὸν δὲ οὐδαμῶς εἰς πίστιν ὃ μὴ ταῖς θεοπνεύστοις εἴρηται γραφαῖς. *in Sacris diuiniſque nihil tale oſtendi ſcripturis poſſe. Recipiendum autem nullo modo quod in Sacris dictum Scripturis non eſſet.* Commate 58. dicitur, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι. Ad quem locum Auguſtinus: *Non dixit, antequam Abraham eſſet, ego ſum, ſed antequam Abraham fieret, qui, niſi per me non fieret, ego ſum.* Quid autem noſter voluit, cum dixit?

Ἀβραὰμ πρὶν γένος ἔχεν, ἐγὼ πέλον.

Aliud ſane eſt γένος ἔχειν, quod aut nihil eſt hoc loco, aut idioticum omnino hoc ſenſu: aliud γενέσθαι, quod Euangeliſta dixit. Et fortaſſe dixit, γένος ἔχεν, vt cum Græci dicunt, γένος ὕστερος: hoc eſt, τῇ γεννήσει, ſiue ὑστερογέννητος. Aut fortaſſe γένος ἰδιωτικῶς, ἀντὶ τοῦ εἶδος, poſuit. vt ſit, *antequam formam habuit aut ſpeciem:* ſicut τὴν οὐσίαν, non modo μορφὴν, ſed & γένος, alibi vocauit. Capite nono, cum de cæco ἐκ γενετῆς, quærunt diſcipuli, τίς ἥμαρτεν, οὗτος ἢ οἱ γονεῖς Cap.
αὐτοῦ; non eſt dubium, quin opinionem, quæ de cæcis tum obtinebat, reſpexe- IX.
rint, qui profani & peccatores habebantur. Puto autem animis eorum illud vſ. 2.
Samuelis obuerſatum, ὅτι τυφλὸς καὶ χωλὸς οὐκ εἰσελεύσεται εἰς οἶκον Κυρίου. vel quod didiciſſent, nihil fruſtra fieri: quod ad pœnas peccatorum præſertim. vnde illud apud Rabbi Moſen Maimoniden, *Et ſic dixerunt vere ſapientes Magiſtri noſtri, Non eſt mors abſque peccato, & non ſunt caſtigationes abſque delicto.* vbi de caſu & fortuna agit. Statum autem quæſtionis ad quam Dominus reſpondet, illa formant, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ. à quo & reſponſum Domini, vt recte annotat Theophylactus, hic dependet. Non enim quærunt, vtrum hic

hic peccarit an parentes, de quo nemo dubitabat. Quemadmodum nec reſpondetur, *Neque hunc peccaſſe nec parentes*; ſed, quod ἀπὸ κοινοῦ intelligitur, *vt cæcus naſceretur*. Quod Chryſoſtomus, vt & Theophylactus, iterum à Domino expreſſum volunt. qui, τοῦτο οὐχ' ἁμαρτημάτων ἀπαλλάττων αὐτοὺς φησιν· οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπεν, οὔτε οὗτος ἥμαρτεν, οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπήγαγεν, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ. quod in noſtris exemplaribus priori tantum loco legitur. Nonnus locum peſſime accepit, cum τὸ ἵνα in εἰσόκε mutauit. cauſam enim tollit: τὸ συμβεβηκὸς agnoſcit. de quo illi non agebant. Eodem capite nono, cum Euan-
ṽſ. 8. geliſta dixit, οἱ οὖν γείτονες καὶ οἱ θεωροῦντες αὐτὸν τὸ πρότερον, ὅτι τυφλὸς ἦν, ἔλεγον &c. non intelligebat, quid vellet. Quemadmodum quippe οἱ θεωροῦντες, ſunt quos θεωμένους Græci dicerent, ſic οἱ γείτονες, qui ἐγγίζοντες & ἐγγὺς ὄντες Helleniſtis alias dicuntur. Sic, Ἦσαν δὲ ἐγγίζοντες αὐτῷ, 15. 1. Lucæ, & paſſim. Heſychius, Γεῖτον, ἐγγύς. Noſter vero ſic accepit ac ſi Hebræorum גרים interpretandum ſibi eſſet, cum ἐπήλυδες expoſuit. & ſic Poëtæ loquuntur? Ergo οἱ γείτονες, οἱ ἐγγὺς ὄντες. Neque recte hic ab eo abiit: ita enim ac ſi περὶ τῶν γειτόνων, ἤγουν παροίκων, vt loquuntur ſæpe Helleniſtæ, ageretur, hoc accepit. cum de mendico, &, vt veriſimile, ἀνεστίῳ agatur: quales ne vicinos quidem habent. quemadmodum, καθήμενος παρὰ τὴν ὁδὸν, ex decimo Marci tales recte dicas. De quibus alias, quod circumeant nec certo loco hæreant, voce חזר eleganter Syri vtuntur. qualis, quod publice oberrat, מחזיר Magiſtris dicitur: quibus antiquus conuenit verſiculus, *Qui nuſquam habitat, ſine ſepulchro eſt mortuus.* ergo γείτονες קרבין ad verbum, ex Syrorum ac Chaldæorum vſu. Ἰουδαῖον plane eſt & ἰδιωτικὸν, quod ſynagogam toties cum templo con-
ṽſ. 22. fundit. quemadmodum ad illud capite eodem nono, ἵνα ἐάν τις αὐτὸν ὁμολογήσῃ Χριστὸν, ἀποσυνάγωγος γένηται. Vbi ille,

Ὄφρά μιν ὃς δέξαιτο νόῳ καὶ Χριστὸν ἐνίψῃ,
Μὴ ζαθέου ψαύσειε θεοκλήτοιο μελάθρου.

Et hoc inprimis ridiculum, quod ſupra ſexto capite, ad comma 59. vbi Dominus ἐν τῇ συναγωγῇ ἐν Καπερναοὺμ docuiſſe dicitur, nihilominus in templo, quaſi Hieroſolymæ, docuiſſe eum ait. ita vt, ſi illi credimus, idem בית כנושתא
ṽſ. 32. ſit Syro, quod בית יהוה dicitur Hebræis. Sequitur, ἐκ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσθη, ὅτι ἤνοιξέ τις ὀφθαλμοὺς τυφλοῦ γεγεννημένου. Supra multis monebamus, veterum pleroſque exiſtimaſſe, cœci hujus oculos à Domino creatos eſſe. Cujus ratio his verbis, quod mireris, continetur. ſummum enim & eximium miraculum fuiſſe habitum ex iis conſtat. At de talibus, creationis voce Hebræi vtebantur. quibus nouum aut inuſitatum aliquid præſtare κτίζειν κτίσμα dicitur. Ita Numer. 16. ṽſ. 30. *Si creationem creauerit Iehoua, & os ſuum aperuerit terra*, de inuſitata terræ apertione, vt hic de inuſitata oculorum. quo loco, quod eſt veriſimile, cum Helleniſtæ veteres, qui nunc non extant, εἰ κτίσμα κτίσει ὁ κύριος, ad verbum redderent, ab aliquo antiquo ad hunc locum vſurpatum fuiſſe id videtur, qui de miraculo inſigni, πάλιν κτίσμα κτίζει κύριος, notaret. atque hoc de creatione illis perſuaſiſſe. Vt cum δημιουργίαν ὀφθαλμοῦ Chryſoſtomus, & κτισθῆναι καὶ πλασθῆναι ὀφθαλμοὺς, de his oculis Aſterius dixit. quia is qui rem non viſam, vt jam dixi, vel auditam præſtat, κτίσμα κτίζειν dicitur. Vnde quod hic habes, ἐκ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσθη. Κτίσμα enim κτίζειν, ſeu, creare quod non eſt, ab omni tempore Iehouæ conuenit, non homini: quemadmodum & opera hæc ipſa, & eorum commendatio, magis Phariſæos irritabant. Nobiliſſimus eſt locus iſte, neque parum ab antiquitate partim, partim noſtris Theologis excuſſus, ἐγὼ ἦλθον ἵνα ζωὴν ἔχωσι, καὶ περισσὸν
Cap. X. ἔχωσι: qui ſequenti capite decimo legitur. quo, inter furem, & paſtorem
ṽſ. 10. illum vnicum & verum, qui eſt ipſe, notam διακριτικὴν Seruator noſter ponit. *Ille*, inquit, *vt furatur, ita mactat oues atque extinguit: & idcirco venit. Ego, vitam vt habeant, & abundantius habeant.* ita enim hæc interpres vetus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

vetus. Sed quid illud περισσὸν, aut quid eſt *abundantius habere?* Quam difficultatèm cum vir maximus Chryſoſtomus vidiſſet, erudite annotauit, καὶ τί ζωῆς περισσότερον, εἰπέ μοι; ἡ βασιλεία οὐρανῶν· ἀλλ' οὔπω λέγει τοῦτο. ἀλλὰ τὸ τῆς ζωῆς ὄνομα περιστρέφει, ὅπερ ἦν αὐτοῖς γνώριμον. Hoc voluit, ni fallor: Nihil præ æterna vita poſſe eximium dici, ſeu, περισσόν. cum nihil majus dici poſſit aut vlterius. Cæterum bis *vitæ* nomine hic ex homonymia vti Dominum. ita vt cum vox ſit eadem, non tamen eadem atque vna ſit illius definitio. atque hæc illa, niſi fallor, quæ notatur hic, περιστροφή. Qua interdum paulo aliter Theologi in Sacris vtuntur. Vt cum μίαν λέξιν περιστρέφεσθαι, *eandem ſæpe vocem iterari*, quanuis nihil definitione differat, iidem dicunt. quo frequenter tum Theophylactus tum Chryſoſtomus vtuntur. Ac Theophylactus quidem, optimus hoc loco etiam Chryſoſtomi interpres: Ἐκεῖνοι ἔσφαττον καὶ ἀπώλλυον τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτοῖς· ἐγὼ ἦλθον, ἵνα ζήσωσι, καί τι καὶ περισσὸν ἔχωσι· τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος μετοχήν· τὴν καὶ βασιλείαν οὐρανῶν χρὴ νοεῖν. Ac deinde addit: *Omnes in Chriſto quidem viuere, quemadmodum in Chriſto reſurgunt. Iuſtos vero aliquid eximium habere. Cælorum, nempe, regnum.* Recte quidem quod homonymiam ſtatuit in voce. vt & Auguſtinus, qui & duplicem hic ponit vitam: eam nempe, quam per fidem vocant: quam Scholaſtici ex ejus loco, *vitam gratiæ*, ſeu, *quæ per gratiam habetur*, poſtea dixerunt: & quam dicimus futuram: *cum videbimus*, vt ille loqui ſolet, *in quem credimus.* Noſter calide in priori membro hanc expreſſit. Quare & μετεωρεῖ, cum addit,

Ἠὲ περισσὸν ἔχοιεν ὑπέρτερον.

quid enim majus ea vita dari poteſt, quæ primum in felicitate, vltimum in ſpe humana ac ſupremum eſt? Neque Euangeliſta dixit, ἢ περισσὸν ἔχωσι, ſed, καὶ περισσόν τι ἔχωσι: non enim hæc disjungit ſed ſubordinat. Saltem, quod non male hic dici, diuerſo tamen ſenſu, poterat,

Καί τι περισσὸν ἔχοιεν,

dixiſſet. Vt vitam, nempe, habeant æternam: quod reuera περισσὸν eſt & eximium: atque ita bis de eadem agat vita. Ac ſi dicat, ἵνα ζωὴν ἔχωσι καὶ περισσόν τι ἔχωσι. æterna enim vita eſt profecto illud περισσὸν quod omnes expectamus. Verum aliud Euangeliſta voluit, cum dixit, ἵνα ζωὴν ἔχωσι. Notum eſt quam difficulter quaſdam Hebræorum conjugationes Helleniſtæ exprimant. Τὸ חיה porro, cum de pecore in Sacris, in qua nunc metaphora perſiſtit, ita vſurpatur, non tam vitam dare eſt aut viuificare, quam in vita nutrimentis, quæ ad eam requiruntur, conſeruare. Helleniſtæ igitur cum τὸ ζῆν eo ſenſu alibi adhibuiſſent, alibi, περιποιεῖν dixerunt. vt 2 Sam. c. 12. καὶ περιεποιήσατο καὶ ἐξέθρεψεν αὐτήν. de agna illa vnica quam pauper educabat: de qua ibi Nathan. Eleganter quidem, irrito conatu tamen, quia vox primaria obliteratur: quod hic ſedulo cauetur. Fur aut latro oues petit, ἵνα ἀπολέσῃ, ἤγουν θανατώσῃ: *mortem iis vt inferat.* Bonus ille Paſtor, ζωοῖ καὶ περιποιεῖ τὰ πρόβατα. *in vita oues ſuas ſedulo conſeruat, quæque ad eam requiruntur præbet ac ſuppeditat.* καί τι περισσὸν adjungit: quod in altera confertur vita. Cæterum totius loci mens pariter & genius ex Ezechielis quarto & trigeſimo, inprimis autem Thargumiſtis, petendus. vbi de ouibus ſuis Dominus, *In paſcuis bonis paſcam eas, in monte excelſo Iſraël: eruntque ouilia illorum illic: & dormient illic, & requieſcent in deliciis bonis, & in paſtu pingui paſcentur ſuper montes Iſraël.* Vbi Chaldæus, *alimento eas nutriam bono.* quod longe illi ſuauius ab illa voce dicunt, à qua & paſtori nomen. Sequitur, *Et in monte Sancto erit locus habitationis eorum.* Verum incredibilis ibi ſuauitas. *Pirnus* quippe ἡ ζωὴ illis, ſiue, id quo paſcuntur: *parnas*, paſtor: qui auguſtiori ſenſu etiam *gubernatorem* illis notat. vt cum de Dauide, ipſo Paſtoris hujus typo, eodem à Propheta illo capite dicitur, καὶ ὁ δοῦλός μου Δαβίδ, ἄρχων ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ ἔσται ποιμὴν εἷς πάντων τούτων. quod à Chaldæo auguſtiſſime effertur. Ergo ζωὴν ἔχειν, quod hic dixit, nutrimentum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

pariter complectitur & vitam. τὸ περιουσὸν eſt habitatio Sionis: qui, mons
Iſraëlis, ibi à Propheta dicitur: quæ περιουσότης ouibus, quibus paſtor, ſiue gu-
bernator, Dauid præeſt, ibi promittitur. Mire autem in alluſionibus, quod
ſæpe dixi, ſuauis ac vrbanus noſter eſt. quas, cum Chaldaice concipiantur,
linguæ plerunque Helleniſticæ penuria, καὶ τὸ ἀλλόκοτον, ſeu, alia loquendi,
qua vtuntur illi, ratio intercipit. Ab hac porro elegantia ac venuſtate, longe
noſtrum abfuiſſe oportet. quam nobilia ingenia, ſed ex contextus Sacri le-
ctione crebra tantum ac collatione, aſſequuntur. Vt mens loci hæc ſit: *Inter
me & fures, quales hactenus fuerunt qui paſtoris ſibi vindicarunt nomen, illud
intereſt: quod illi tantum vt mactarent cæderentque gregem; ego, vt in vita meos
conſeruarem, & ad eam neceſſaria ſuppeditarem, ſed & aliquid quod omnia hæc
ſuperat* (illud, nempe, περιουσὸν) *conferrem, ad meos veni.* Quod apud Prophe-
tam, quem in animo Euangeliſta habuit, καὶ βοσκήσω αὐτοὺς ἐπὶ τὰ ὄρη Ἰσραήλ,
interpretantur Helleniſtæ. Hoc eſt ergo illud περιουσὸν, in quo tantopere
æſtuauit noſter, vt cum bis idem diceret, nihil tamen diceret. Quod ex ipſo
planum eſt. ita enim loquitur:

ὄφρα λάχοιεν ἀλωφήτῳ τινὶ τιμῇ
Ζωὴν ἐσσομένην, τὴν οὐ χρόνος οἶδεν ὀλέσσαι,
Ἠὲ περιουσὸν ἔχοιεν ὑπέρτερον.

ỳ. 12. Sed nec quæ ſequuntur ſatis intellexit, ὁ μισθωτὸς δὲ καὶ οὐκ ὢν ποιμήν, οὗ οὐκ εἰσὶ τὰ
πρόβατα ἴδια, θεωρεῖ τὸν λύκον ἐρχόμενον, καὶ ἀφίησι τὰ πρόβατα, καὶ φεύγει, quæ mox
leguntur. Quam enim parum ad mentem ita hæc concepit!

ὁ δὲ μίσθιος οὐ πέλε ποιμήν.

quod veniſſe in mentem autori non exiſtimo. Cæterum ad locum Zacha-
riæ 11. 17. haud dubio alluſit. vbi mercenarius ac nulli rei paſtor, רעי האליל pa-
ſtor nihili vocatur: quod, οὐκ ὢν ποιμήν, Helleniſtæ dicerent. non quod non
ſit paſtor, ſed quod nihili ſit paſtor. *paſtor vanitatis*, & vt ſequitur, ἐγκατα-
λείπων τὰ πρόβατα. Quod *idoli paſtorem* tranſtulerunt. quia אלילים idola: quæ &
nulli rei. Sicut Apoſtolus, cum οἴδαμεν ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ, dixit, non hoc,
aut idolum non eſſe, aut, idolum nihil eſſe, ſed, hoc eſſe quod vocatur, vo-
luit: quod eſt nihili ac nulli rei. Paſtorem ergo mercenarium & nihili con-
jungit: non quod non ſit paſtor, ſed quod nihil minus ſit quam verus &
Ibid. fidelis. Quæ ſequuntur, θεωρεῖ τὸν λύκον ἐρχόμενον καὶ ἀφίησι τὰ πρόβατα, καὶ φεύγει,
illud Zachariæ quod de deſertore ſequitur, καὶ ἐγκαταλελοιπότες τὰ πρόβατα,
ỳ. 22. diſerte repræſentant. Idem noſter cum verba illa, Ἐγένετο δὲ τὰ ἐγκαίνια ἐν
Ἱεροσολύμοις, καὶ χειμὼν ἦν, interpretatur, fieri poteſt, vt errore non vulga-
ri, quem & alii notare potuerunt, ſe obſtringat: quod de primis, nempe,
encæniis, ſiue iis quæ in templi à Salomone dedicati memoriam ſole-
bant celebrari, hoc intelligit. De qua ſententia Theophylactus: Τινὲς μέν
φασιν, ὅτι καθ' ἣν ἡμέραν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς ὑπὸ τοῦ Σολομῶντος, κατ' αὐτὴν ἑώρταζον
τὰ ἐγκαίνια. Quæ encænia fuerunt prima, cum intelligantur tertia: in me-
moriam altaris, quod à Machabæo poſtquam profanatum ab Antiocho
fuiſſet, excitatum erat. Illud autem magis aduertendum, quod de Salo-
mone dicat,

Θεσπεσίης ἀρχαῖον ἐκαίνισε θεσμὸν ἑορτῆς.

vix enim dubitandum, quin ad locum illum 1 Regum 8. reſpexerit, καὶ
ἐκαίνισε τὸν οἶκον Κυρίου ὁ βασιλεὺς, καὶ πάντες οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ. qui interim pro eo
quod inuenerat, ἐκαίνισε τὸν οἶκον, plane aliud, hoc eſt, ἐκαίνισε τὸν θεσμὸν, dixit:
quod quid eſſet, aut omnino fallor, aut non intellexit. Nam καινίζειν θεσμὸν,
in feſti ratione aut ritu aliquid mutare eſt: at καινίζειν οἶκον, *initiare domum*,
hoc eſt, celebrare ac inſtituere illud feſtum quod Iudæis חנכה ἐγκαίνια dici-
tur. Iam cum *ipſum feſtum*, ſeu, τὴν ἑορτὴν, θεσμὸν ἑορτῆς vocauerit, quid abſur-
dius aut minus aptum, quam τὴν ἑορτὴν καινίζειν, quæ ſit ipſa, τὰ ἐγκαίνια: cum

ἄγειν

ἄγειν τὰ ἐγκαίνια, ni fallor vellet? Et cum τὸ ἀρχαῖον addat, ſi quid judicare poſſum, τῶν ἐγκαινισμοὺς priuatos, quorum in lemmatibus Pſalmorum mentio, cum templi iterum encæniis confundit. quæ vt ab Hebræis voce confunduntur, ſic ab Helleniſtis diſtinguuntur. Apollinarius,

Εἰκοστὸν κελάδησε καὶ ἔνατον ἱερὸν ἆσμα
Δαβίδος πινυτὸς δωμησάμενος νέον οἶκον.

Salomon ergo, vt fatetur noſter, ἐνεκαίνισε δωμήσας νηόν. hoc eſt, *domus quem recens ſtruxerat initia celebrauit.* cum de templo hic agatur: quod eſt aliud haud dubio. Quid quod hyeme hæc celebrata dixit, quæ autumno inter omnes celebrata conſtat? quæ negligentiſſime confundit. Eodem capite decimo, cum ita legitur, τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου, ταῦτα μαρτυρεῖ περὶ ✝ſ. 25.
ἐμοῦ, operæ videre eſt, quid Interpres noſter domo adferat de ſuo, qui ita hæc reddit,

Ἔργα τάπερ τελέω καλέων πατρώϊον ἀλκήν.

quaſi idem ſit *in nomine Patris agere, &, Patrem inuocare.* Quod ſi eſt, ὁ ἐν τῷ ἰδίῳ ἐλθὼν ὀνόματι, *qui in ſuo venit nomine*, erit is *qui nomen inuocat ſuum:* ſed & de falſis dicitur Prophetis, Ἐν τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν. Quid quod Dominus, cum ſe & falſum Prophetam, quem *Dyſcolon* alibi Iuuencus dixit, quinto capite opponit, *ſe in Patris nomine veniſſe; illum in proprio venturum*, ait? quibus verbis ſe & Antichriſtum, teſte Chryſoſtomo, opponit. Et quid hæc ad inuocationem? Sed & Chriſtum vt omnia in Patris feciſſe nomine, ipſemet teſtatur, ſic non ſemper inuocaſſe Patrem in tot miraculis dicitur. neque enim, vt præclare ad ſextum caput à Chryſoſtomo notatur, cum aut paralyticum ſanaret, aut nonneminem è morte reuocaret, aut cum mari frænum, quaſi poteſtate propria, impoſiturus eſſet, Patrem inuocauit. Cujus verba audiamus, Ἀλλὰ τί δήποτε τὸν παραλυτικὸν μέλλων ἀνορθοῦν οὐκ εὔχεται, οὐδὲ τὸν νεκρὸν ἐγείρων, οὐδὲ τὴν θάλατταν χαλινῶν· ἐνταῦθα δὲ ἐπὶ τῶν ἄρτων τοῦτο ποιεῖ; Tandemque infert: ὁ δὲ ἐκεῖνα αὐθεντίᾳ ποιήσας, εὔδηλον, ὅτι καὶ ταῦτα συγκαταβατικῶς ἔπραττεν. Quare aliud inuenit, aliud expreſſit. ſiquidem aliud eſt agere ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρός: aliud καλεῖν τὸν Πατέρα. eadem enim ſi ſunt iſta, maxima quædam quæ egit, non in Patris nomine egit, ſi Chryſoſtomo ſit fides: non enim ſemper, ne in iſtis quidem, inuocauit Patrem. Quare diſtinguenda, quæ αὐθεντικῶς, vt recte idem loquitur, ab illis quæ συγκαταβατικῶς adminiſtrauit. quæ diſtinctio in multis locum habet quæ ſine ea male intelliguntur. Fateor inter eos locos, qui maxime in hoc autore Sacro nos exercuerunt, eum eſſe qui ita legitur, Εἰ ἐκείνους εἶπε Θεοὺς, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, καὶ οὐ δύναται λυθῆναι ἡ γραφή. Ad ✝ſ. 35.
quem ita maximus Chryſoſtomus, Εἰ οἱ χάριτι τοῦτο λαβόντες, οὐκ ἐγκαλοῦνται Θεοὺς ἑαυτοὺς καλοῦντες, ὁ τῇ φύσει τοῦτο ἔχων, πῶς ἂν εἴη δίκαιος ἐπιτιμᾶσθαι; *Si qui ex gratia hoc acceperunt, non accuſantur quod ſe Deos vocent, quomodo is qui natura hoc habet, accuſari meretur?* quod non intelligo. Non enim agitur de iis qui ſe Deos dicunt, ſed qui ſic in Sacris literis dicuntur. præceſſit enim, ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε, ex nobiliſſimo Pſalmi 82. loco. Non igitur ſe Deos ibi dicunt de quibus agit, ſed dicuntur. Nam & primo commate iis tribuitur hoc nomen; cum dicitur, *Deus ſtetit in conuentu Deorum*: & deinde rurſus ſexto, *Ego dixi, Dii eſtis.* Neque illud ſane Theophylacti ſatis aſſequor, qui verba illa, πρὸς οὓς ὁ λόγος Θεοῦ ἐγένετο, ſic interpretatur: τουτέστιν, ἐγώ· λόγος γὰρ ἐγὼ τοῦ Θεοῦ· καὶ ἐνοικήσας ἐν ἐκείνοις, ἐχαρισάμην αὐτοῖς τὴν υἱοθεσίαν. Εἰ οὖν ἐκεῖνοι Θεοὶ, μᾶλλον ἐγὼ πάσης ἂν εἴην αἰτίας ἐκτὸς Θεὸν ἐμαυτὸν καλῶν· ὁ δὲ φύσει ὢν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῦτο χαριζόμενος. vt, ὁ λόγος, ὁ γενόμενος πρὸς αὐτοὺς, qui ad eos factus eſt, ſit ὁ λόγος ὁ ὢν ἐν ἀρχῇ: cum quo alibi Hieronymus, ni fallor, ſentit. Hoc miror, inueniri, qui difficultatem non expendant. quam Eraſmus vidit, ſed diſſimulauit. Nam quid illa ſibi volunt, *Si Deus ipſe dignitatem ſui nominis impartiit iis, ad quos ſermo Dei factus eſt?* Hoc enim ipſum de quo quæritur hoc loco.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Nam qui illi, ad quos ſermo Dei factus eſt? in quo tota vis loci. Noſter vero ita ſe inuoluit, vt quid dicat vix intelligas. Qui,

καὶ εἰ χθονίων τινὰς ἀνδρῶν
Οἷς τότε μοῦνον ἵκανε Θεοῦ λόγος ἶσος ὀνείρῳ,
Ὑμετέρου θεσμοῖο Θεοὺς ἐκάλεσσεν ἀοιδή.

Ex qua interpretatione nihil ſolidi elicias: niſi quod hæc ejus mens videatur, *Si illi, ad quos leuiter, & quaſi per ſomnium, Dei ſermo peruenit, à Propheta veſtro Dii dicuntur.* nam ſic infra de Lazaro, qui poſt obitum conuiuio intererat, loquitur,

Εἷς δ' ἦν δαιτυμόνων ἔπι Λάζαρος, ἶσος ὀνείρῳ
Πασιφανής.

quod locum hic non habet. Eſt enim Pſalmus de quo agitur, & vehemens inprimis, & vere, vt Magiſtri ſolent loqui, תוכחה, hoc eſt, increpatio acerrima. Ergo aliud quærendum erit. Hebræi varia Prophetiarum fecere genera: quæ ad duo maxima ex parte reducuntur. Nam aut fauſta aut aduerſa nunciant. quorum poſterius, quia vt plurimum minatur, משא à Prophetis dicitur: quod locis prope infinitis apud Eſaiam, Ieremiam, & cæteros inuenias. Chaldæis מטל *onus*, ad verbum, & interdum *onus maledictionis calicis*, Helleniſtis modo λῆμμα, modo λῆμμα κεκελευσμένον, modo λῆμμα λόγου, interdum λόγιον, interdum ῥῆμα λόγου, interdum ῥῆμα κατά τινος, interdum ὅρασις κατά τινος, interdum abſolute ῥῆμα, interdum λόγος dicitur. quod Hebræi cum ſic ſumitur, non raro דבר, id eſt, λόγον, ſimpliciter efferre ſolent. Non eſt vehementior acerbiorque quam Micheæ, quæ non aliter quam דבר, hoc eſt, λόγος, à Propheta dicitur. videatur cap. 1. vbi λόγος προφητείας à Chaldæo dicitur. Cujus notam, cum ſimpliciter ſic vſurpatur, על Hebræi, Helleniſtæ κατὰ plerunque addunt. Ita λόγος κατὰ τῆς Μωαβίτιδος, λόγος κατὰ Δαμασκοῦ. In qua ſæpe tamen variant. Zachariæ certe 12. 1. λῆμμα λόγου Κυρίου ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ, quod eſt πρὸς Ἰσραήλ, vt hic loquitur Euangeliſta, dicitur. Et ſic eleganter Græci. Sane Principi Philoſophorum, ἡ πρὸς Ἁρμόδιον, Iphicratis aduerſus Harmodium Oratio, Rhetoricorum ſecundo inſcribitur: qui ibidem aliquoties ſic loquitur. nec non & Demoſthenes, τὸν κατὰ Λεπτίνου, Πρὸς Λεπτίνην inſcripſit. Ita πρὸς οὓς ὁ λόγος ἐγένετο, καθ' ὧν ὁ λόγος ἐγένετο, *aduerſus quos Prophetia illa fertur*, eſſet. Iam ad rem. Pſalmus de quo loquitur, grauiſſima aduerſus eos qui in dignitate conſtituti erant, Prophetia eſt: quam Chaldæi [illegible], ראסף, *per manum Aſaphi*, traditam fuiſſe notant. quæ eſt talis Prophetiæ nota. In qua, tria, vt plurimum, conſiderantur. A quo, ad quem, aduerſus quem. A quo, eſt Deus: ad quem, per cujus manum tradi Prophetia dicitur. quemadmodum Haggæi 1. ℣ſ. 1. & 3. alibi non ſemel. Aduerſus quem, vt Iſraël, Niniue, Damaſcus, Babylon. qui ſunt, πρὸς οὓς γίνεται ὁ λόγος, *aduerſus quos Prophetia fertur*. Is à quo, in hac Prophetia verbis his exprimitur, ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν. Is ad quem, in lemmate exprimitur, vbi, ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ: ita enim Helleniſtæ caſum exprimunt ſecundum. Aduerſus quos, qui ſunt πρὸς οὓς ὁ λόγος ἐγένετο, ſunt Magiſtratus. Λόγος igitur eſt משא: quæ eſt Chaldæorum מטל, Rabbinorum תוכחה. Scriptor Helleniſta, quod nihil minus quam inuſitatum illis, λόγον ſatis habuit dixiſſe. vt in illo Ieremiæ 50. 1. Ὁ λόγος ὃν ἐλάλησε Κύριος ἐπὶ Βαβυλῶνα καὶ ἐπὶ γῆν Χαλδαίων ἐν χειρὶ Ἱερεμίου. &c. Eodemque modo, Eſaiæ 2. 1. Ὁ λόγος ὁ γενόμενος πρὸς Ἠσαΐαν, υἱὸν Ἀμώς, περὶ τῆς Ἰουδαίας, καὶ περὶ Ἱερουσαλήμ. quod Procopius κατὰ τῆς Ἰουδαίας ex aliorum verſione reddit. qui locus plane huic noſtro geminus. Vt inſcriptio antiqua fuerit, Λόγος ὁ ἐν χειρὶ Ἀσάφ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πρὸς τοὺς ἄρχοντας γενόμενος. Ergo, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, ſunt Magiſtratus: οἱ ἄρχοντες, qui ibi vehementer atque acerbe compellantur. Qualia ſunt illa, *Vſque quo judicatis iniquitatem, & impiorum facies ſuſcipitis? Sela. Iudicate pauperi & pupillo. Non cognoſcunt*

neque

neque intelligunt, in tenebris obambulant. Et tamen ſequitur, *Ego dixi, Dii eſtis.* Senſus ergo talis eſt: *Quod ſi eos igitur, aduerſus quos totus ille locus, tota illa Prophetia agit, quos tamen vehementer officii neglecti atque acerbe monet, imo reprehendit Deus, tamen dignitatis cauſa, Deos dixit, quia Deum repræſentant Magiſtratus; vos eum, qui à Patre, ſeparatus ab æterno ac ſanctificatus, in terram miſſus eſt, blaſphemum judicatis, quod ſe Dei dicat filium?* Ὃν ἡγίαζεν ὁ πατὴρ, eſt verus ille ἀφωρισμένος, Rex ſimul & ſacerdos. Nam τὸ נזיר ita reddunt Helleniſtæ: quo Euangeliſtæ, nomen quoque patriæ, non ſine cauſa, κατ' οἰκονομίας λόγον, trahunt. Quid autem, quod ne quidem, quid hoc loco, ἐν τῷ νόμῳ ὑμῶν, eſſet intellexit? Νόμος enim omnes libri Sacri, οἱ ἐγκεκριμένοι, vt Critici Eccleſiaſtici loquuntur: hoc eſt, quos vt fide dignos admittebant. Legem enim & doctrinam eadem Hebræis vox notat. Significationem autem pro ſignificatione ponunt Helleniſtæ (vt cum, βίβλος τῆς γενέσεως τοῦ Χριστοῦ dicunt: quia eadem vox ſeriem & librum notat.) quod inepte noſter θεσμὸν ὑμέτερον interpretatus eſt: qui & partem loci alteram, cum expedire ſe non poſſet, mutilauit. Ita enim ille:

> Ὑμεῖς ἄφρονα μῦθον ἐπεφθέγξασθε μανέντες,
> Ὅττι Θεοῦ ζώοντος ἐγὼ παῖς.

quaſi ſcriptum eſſet, ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασε καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἐγὼ υἱὸς Θεοῦ εἰμι. quod an ab eo factum ſit, an vero aliquid exciderit, non diſputo. Qui proxime ad loci mentem acceſſerunt, totam difficultatem in illis, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, eſſe exiſtimarunt. Quæ quia evadere non poterant, Magiſtratum, cui demandatum imperandi aliis ſit munus, intelligi dixerunt. & hunc Hebraiſmum eſſe. Ego exiſtimabam, ad quem ſermo Dei fit, Prophetam eſſe: aduerſus quem, qui reprehenditur. Et hoc verum eſt. Sed ad alia.

Cap. X.

Vndecimum caput percurritur. πῦρ *de vehementi febri, atque id Hippocrati vſitatum. Ignis pro febri, Syris ac Chaldæis.* ἀθένδα, *an recte* πῦρ *à Nonno dicatur.* ἀῤῥωστεῖν, ἐνοχλεῖσθαι, μαλακίζεσθαι *quid Helleniſtis. Iſthenis vox Rabbinis vſitata, & quis ita ab iis dicatur. De loco,* ἐκ τῆς κώμης Μαρίας καὶ Μάρθας τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς, *diſputatum. Locum illum Syrus Metaphraſtes quomodo legerit. Loci lectio ex ejus ſententia repræſentata. Bethania* κώμη. *Vrbes illuſtriſſimæ* κῶμαι *dictæ. vox Hebræa, quæ exprimitur cum ſic loquuntur: vnde error Nonni & aliorum. Inſignis* παρερμηνεία *Nonni. Locus à Nonno mutilatus. notata ejus inconſtantia. Thomas an recte* διώνυμος *dictus. neque* Δίδυμον *fuiſſe dictum.* Δίδυμος μεθερμηνευόμενον *Thomæ. A Nonno non recte excuſari Chriſtum, quod fleuerit. Explicatio nobiliſſimi loci,* ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι, καὶ ἐτάραξεν ἑαυτόν. ἐμβριμᾶν τινί. *Error in loci ejus interpretatione Chryſoſtomi & aliorum.* πνεῦμα *non recte eo loco pro S. Spiritu & recta ratione acceptum. Locus à Nonno mutilatus. Spiritus ſolius Patris à Nonno creditus.* Πνεύματι πατρῴῳ δεδονημένος. *Hebræis Spiritus quomodo accipiatur. Spiritus alicujus, pro ipſo. Loci interpretatio ex ipſo Euangeliſta petita.* ἐμβριμᾶσθαι ἐν ἑαυτῷ. *Matthæum & Marcum, Græcorum more, Iohannem Helleniſtarum,* τῷ ἐμβριμᾶν *vſum. Locus à Nonno truncatus. Interpretatio loci illius,* Πάτερ εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἤκουσάς μου. ἤκουσας *more Hebræorum* ἀντὶ τοῦ ἀκούειν εἴωθας. *Sudarium. eam vocem ex Nonni ſententia Syram, & tamen à ſudore ridicule deduci. Locus Nonni tranſpoſitione emendatus. Infinitas voces Græcas & Romanas, Syris, Chaldæis, ac Rabbinis, olim in vſu fuiſſe: & aliqua earum exempla. Rabbinorum ineptiæ, in vocum, Græcarum præſertim aut Romanarum, origine. Apulia à* פול, *quod fabam denotat, deducta.* Ναρθήκιον, *& quam inepte ei ab Elia origo aſſignata. Vſus* τοῦ *ſudar in ſepultura Iudæorum.*

φοιβά-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Φοιβάζειν. Φοιβάζειν δέμας. Ea vox vnde petita. Nonnum ea non recte vſum. Traductio liberorum per ignem in honorem Moloch. & quare inſtituta. Non recte φοιβασμὸν & ἁγνισμὸν, cujus meminit Euangeliſta, à Nonno confundi.

Cap. XI. ℣ſ. 1. VNdecimi capitis initio, cum ad illa verba, ἦν δέ τις ἀσθενῶν Λάζαρος ἀπὸ Βηθανίας, de morbo Lazari dixit,

Ἦν δέ τις ἀδρανέων νοσερῷ πυρὶ Λάζαρος ἀνὴρ
Βηθανίης ἔντοσθεν,

de Galeni obſeruatione eum cogitaſſe dicas, qui paſſim ad Hippocratem, febrem vehementem πῦρ ab eo dici obſeruat: vt cum in Epidemiis & alibi, πῦρ ἔλαβε, ac ſimilia, dixit. Vbi ille, οὕτω ὀνομάζειν εἰωθὼς τὸν πυρετὸν ὅταν ᾖ σφοδρότατος. *ſic ab eo, cum vehementiſſima eſt, dici ſolere febrem.* Et alibi, ἴσμεν ὅτι πῦρ ὀνομάζει τὸν πυρέστατον πυρετόν. *febrim, quæ intenſiſſima, ignem ab eo dici ſcimus.* ac ſic paſſim πῦρ ὀξὺ, πυκινὸν, & ſimilia Hippocrati. Quod à Syris ac Chaldæis ortum dicas, quibus אשתא, id eſt πῦρ, febris dicitur. Igitur in eo lapſus, quod quam ἀσθένειαν Euangeliſta dixit, quæ initio ad mortem, teſte Domino qui ita loquitur, non eſſet, ſic vocauit. Expreſſit autem id quod חלה dicitur Hebræis autor Sanctus. quod vrbane ἀῤῥωστεῖν, vel ἐνοχλεῖσθαι, & interdum μαλακίζεσθαι, ab Helleniſtis dicitur. Ab Hebræis enim ſi gravior ſit morbus τὸ למות additur. & hoc eſt, quod πρὸς θάνατον Euangeliſta infra dixit. αὕτη ἡ ἀσθένεια οὐκ ἔστι πρὸς θάνατον. idem, quod ab Helleniſtis ἀῤῥωστεῖν ἕως θανάτου dicitur. vt de Ezechia 2 Regum 20. 1. Ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις ἠῤῥώστησεν Ἐζεκίας ἕως θανάτου. Quid quod vocem ſuam *iſthenis*, ab hac Magiſtri deduxerunt, quæ in vſu proculdubio, vt alia non pauca Græca, Iudæis ea tempeſtate fuit. Ita autem eum dicunt, quem ἀνορεξία tentat: & vt ipſi ſolent loqui, שיש לו נפש רעה ואינו יכול לאכול, *qui male habet animo, adeo vt cibum non admittat,* Igitur de talibus vulgo illi, רבינו הקדוש איסתניס הוה, *Rabbi noſter ſanctus iſthenis,* hoc eſt, ἀσθενὴς, fuit. Sic Euangeliſta, ὅτι Λάζαρος ἦν ἀσθενῶν. quare fruſtra,
Ibid. niſi fallor, noſter fuit, qui hic aliquid tentaret. Cum ſequitur, ἀπὸ Βηθανίας, fateor cum iis ſemper me ſenſiſſe, qui in Sacro textu nihil ſine codicum aut certa veterum autoritate immutandum cenſent. Quanquam ſolo viri magni B. Hieronymi exemplo abſolui poteramus. qui, vt ſæpe alias, de corruptela loci alicujus diſputat, ſic in illo Eſaiæ 42. ℣ſ. 3. quemadmodum citatur à Matthæo, quædam vult à ſcribis prætermiſſa. vt hic de Nyſſeno non dicamus: qui, vt obſeruare me memini, comma alibi integrum, quod in noſtris deſideratur editionibus, adducit. Hoc ſane loco quædam ſunt, quæ non immerito, acuto homini de negligentia ſcribarum aliquam mouere poterant ſuſpicionem. Ex Bethania quippe amicum Domini & Dei noſtri oriundum cum ait, cur ἐκ κώμης Μαρίας καὶ Μάρθας ortum dicit? Quis enim dubitat, quin notus eo tempore eſſet Lazarus? vt non fuerit neceſſe, vel illius patriæ vel ipſi, à ſororibus hanc lucem mutuare? cum hæ potius, ſorores Lazari dicendæ eſſent. Nam qui aliam hic κώμην intelligi exiſtimarunt, faltem quænam illa eſſet addidiſſent. quod ſi nequeunt, inficias non ibunt, quin obſcurius dicatur, quod perſpicue ſic dici arbitrantur. Saltem ergo melius hic codices antiqui, quibus Metaphraſtem Syrum vſum eſſe conſtat. in quibus pro iſtis, ἐκ κώμης, nihil aliud quam κώμης, pro illis τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς, nihil aliud quam ἀδελφὸς legebatur. Quo præeunte, ita ſcriptum ab Euangeliſta, atque in emendatis extitiſſe olim codicibus, ſuſpicari quis poſſit: Ἦν δέ τις ἀσθενῶν Λάζαρος, ἀπὸ Βηθανίας τῆς κώμης, Μαρίας καὶ Μάρθας ἀδελφός: ac deinde, αὕτη ἦν Μαρία ἡ ἀλείψασα τὸν Κύριον. Poſtremam enim, qua nunc comma terminatur, Syrus quoque omittit vocem. quam vix dubitamus, cum inuentione commatum mutatam eſſe: ac ſuperiori ita adhæſiſſe, quod ſequenti con-

conjungendum erat. cujus rei ſane & alia illuſtria adferre poſſumus exempla. Iam qui vicum hunc Bethaniam fuiſſe negant, quod haud dubio vel maximam mutationi huic anſam dedit; cogitaſſent ſaltem, quod non uno loco obliti videntur; Syriace locutum, Helleniſtice ſcripſiſſe quem interpretantur: eam autem vocem Helleniſtice, vt multas alias, hic expreſſiſſe. quibus vſitatum eſt, ſignificationes proprias ad res improprias transferre: vt quod dicitur Syriace de vico, Helleniſtice ad vrbem transferatur. Damaſcum maximam fuiſſe vrbem, nemo hactenus, quod ſciam, negat. conſtat tamen *κώμην* hanc ab Helleniſtis dici. Ita Ieremias cum dixiſſet, *Ἐξελύθη Δαμασκὸς, ἀπεστράφη εἰς φυγὴν*, additur, *Πῶς οὐχὶ ἐγκατέλιπε πόλιν αἰνετὴν, κώμην ἠγαπημένην.* cap. 49. com. 24. & 25. Quare? quia enim voce קריה vtitur Propheta. Sed & Bethlehemum ſane vrbs, & quidem ſortis Iudæ, fuit: quæ, parua licet, parua, inquam, licet, omnium, quas Sol videt, tum Dauidis cauſa, tum illius qui Dauide major erat, illuſtriſſima, *κώμη* ab autore noſtro dicitur. qui, *οὐχὶ ἡ γραφὴ εἶπεν, ὅτι ἐκ τοῦ σπέρματος Δαβὶδ, καὶ ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώμης, ὅπου ἦν Δαβὶδ, ὁ Χριστὸς ἔρχεται;* vt omittam vocem eam, quæ & proprie & vſitate vrbem denotat Hebræis, ea voce exprimi ab Helleniſtis. Quare interdum doleo, interdum pene indignor, non majorem curam eruditos linguæ Helleniſticæ, in Nouo Fœdere præſertim, vbi id vel maxime requirebatur, habuiſſe. Atqui optime hoc intelligebat Syrus, qui קריתא hic dixit. Sed & hoc mirifice turbauit noſtrum: qui, ægrum quidem in Bethania fuiſſe; ex Mariæ tamen ac Marthæ vico oriundum vult Lazarum: aut potius quid diceret, ne ipſe quidem intellexit. Nam perplexe ac inuolute loquitur:

Ἦν δέ τις ἀδρανέων νοσερῷ πυρὶ Λάζαρος ἀνὴρ,
Βηθανίης ἔντοσθεν, ἀειδομένης ἀπὸ κώμης
Μάρθης καὶ Μαρίης.

ſed & quæ ſequebantur, *τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς*, vel quod aliud exemplar ſequeretur, vel quod crederet corrupta, neque ſatis expedire ſe poſſet, prætermiſit. quod ſchema alias, nec ſemel, vſurpauit. Porro in Bethania non parum hæret. Itaque feſtiue & *ἀειδομένην* dicit, & quia celebrem exiſtimabat, aliam feciſſe ab eo videtur vico, de quo loquitur Euangeliſta. quaſi aut Bethania non poſſet dici *κώμη*, aut hoc ipſo capite, vbi dicitur, *οὔπω ἐληλύθει ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν κώμην*, non Bethania intelligatur. quare mirum eſt quod quidam ne Euangeliſtæ quidem credunt. Sane multa ſunt quæ viris doctis hic impoſuerunt. Longum inter cætera cum Martha Domini colloquium: ad quam priuſquam perueniret, occurriſſe ei dicitur. quæ deinde iterum Bethaniam præcurrit, vt ſororem, ſcilicet, vocaret. Vbi Euangeliſta com. 30. nimirum, ait, *Οὔπω δὲ ἐληλύθει ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν κώμην· ἀλλ' ἦν ἐν τῷ τόπῳ ὅπου ὑπήντησεν αὐτῷ ἡ Μάρθα.* cum ante longiſſimam digreſſionem ac colloquium cum Martha comm. 17. *Ἐλθὼν οὖν ὁ Ἰησοῦς, εὗρεν αὐτὸν τέσσαρας ἡμέρας ἤδη ἔχοντα ἐν τῷ μνημείῳ*, dixiſſet. quaſi, ſcilicet, Bethaniam jam perueniſſet. Atqui *ἐλθὼν* de itinere, non de aduentu: *εὗρε*, non quod præſens adfuiſſet, ſed quod Lazarum, ex Martha, quæ tum occurrebat, aliiſque, pridem expiraſſe intelligeret. è quibus, ante hanc digreſſionem, Bethaniam quidem, nondum tamen *εἰς τὴν κώμην*, quam imaginantur, veniſſe poterat videri. Noſtro interim quid facias, qui ad locum illum, vbi dicitur, *Ἐλθὼν οὖν ὁ Ἰησοῦς*, de ſuo *εἰς τὴν κώμην* addidit? Nam diſerte ibi dixit,

Ἐλθὼν δ' ὀψικέλευθος ἄναξ ἐς ἐθήμονα κώμην,
Λάζαρον ἄπνοον εὗρε χυτῇ στρωθέντα κονίῃ.

Quibus verbis, niſi Græce non intelligimus, veniſſe Dominum *εἰς κώμην* dixit. qui tamen poſtea rurſus negat quod dixit: cum ad illa verba commatis 30. *Οὔπω δὲ ἐληλύθει ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν κώμην,*

Οὔπω δ' εὐρυάλωος ἄναξ ἐπεβήσατο κώμης,

Zzzzz dicat.

dicat. vt εἰς κώμην ſic venerit, ac nondum venerit: adfuerit, ac nondum adfuerit. Rurſus verſu primo hujus capitis, Bethaniam diſerte, vitioſa decepτus lectione, ἀπὸ τῆς κώμης diſtinguit: idem, qui primo duodecimi, cum neceſſe non eſſet, Bethaniam & ipſe κώμην dixit. Ita enim,

ἐρήμονα δύστατο κώμην,
Δύστατο Βηθανίην.

Et eodem capite comm. 12.

Φήμης εἰσαΐοντες, ὅτι ζαθέης ἀπὸ κώμης
Ἰησοῦς ἐς ἔεθλον ἐλεύσεται Ἱεροσολύμων.

nullus denique in ſcena ſeruus ludos quos hic noſter dedit. Vide quantos ignorantia linguarum fluctus excitet. quod ſi illi euênit, quem & Epiſcopum, & eruditiſſimum fuiſſe volunt, imperitis quid fiet? Quorum magnam primamque occaſionem ſuſtuliſſent eruditi, ſi cum Syro, vt diximus, Ἦν δέ τις ἀσθενῶν Λάζαρος, ἀπὸ Βηθανίας τῆς κώμης, Μαρίας καὶ Μάρθας ἀδελφός· αὕτη ἦν Μαρία ἡ ἀλείψασα τὸν Κύριον, legiſſent. noſter enim qui emendatos forte codices non vidit, ne eam quidem lectionem ſequitur quæ extat: quam ipſe tamen truncat. cujus rei pœnas toto capite perſoluit. Eodem capite Euangeliſta cum dixit, Εἶπεν οὖν, inquit, Θωμᾶς ὁ λεγόμενος Δίδυμος, bis errauit: cum Thomam præter mentem ejus quem interpretatur, διώνυμον, quaſi binominis eſſet vocauit, quod & obiter alii notarunt, & cum Δίδυμον vocari voluit: qui,

εἰσαΐων ἦ διώνυμος ἔννεπε Θωμᾶς,
Ὃν Δίδυμον καλέουσι.

Vtrique anſam dedit, quod neſciret quid Euangeliſtæ velint, cum Hebræis nominibus vel Syris, notam illam, ὁ λεγόμενος, apponunt. quod hic, ὁ μεθερμηνευόμενον, Ἑλληνιστὶ Δίδυμος λέγεται. id eſt, *quod ſi Græce efferas, idem quod Didymus ſignificat.* Ita Petrus dictus fuit Cephas, ὁ λεγόμενος Ἑλληνιστὶ Πέτρος. id eſt, *quod ſi Græce interpreteris*, Πέτρον *notat.* ita capite 1. Σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς, ὃ ἑρμηνεύεται Πέτρος: vbi in hanc rem plura. Ergo & hoc loco, ὁ λεγόμενος Δίδυμος, eſt, ac ſi dixiſſet, ὃ ἑρμηνεύεται Δίδυμος. Neque verum eſt, Thomam Didymum fuiſſe dictum, ſicut Cephas dictus fuit Petrus. Nam τὸ μεθερμηνευόμενον Petro adhæſit. quod de Thoma dici non poteſt. Id autem tale eſt, ac ſi binominem eſſe Adam, quia nomen ejus terram denotat, quis dicat. quod & falſum eſſet: quemadmodum, eundem Adam, Terram quoque dici, ac διώνυμον ſic eſſe, falſum eſſet. verum plura de hoc ipſo infra: quo lectorem nunc remitto. & de hoc plura alibi. Breuiſſimum hoc capite extat com-
℣.35. ma, Ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς. Ad quem locum nimis ſuperſtitioſe noſter excuſauit Dominum, cum fleuiſſe eum ὄμμασιν ἀκλαύτοισι, dixit. Qui meminiſſe debuit, & fleuiſſe vere, & verum eſſe quod à Sanctis Patribus notatur, Neminem libentius ac efficacius proprietates & humillima quæque naturæ expreſſiſſe humanæ quam Euangeliſtam illum qui de diuinitate ejus illuſtriſſime locutus eſt: qui eſt hic noſter. Quemadmodum hoc loco minime ἀντίτυπον fuiſſe oſtendit: βεβαιῶν ὅτι ἀληθῶς καὶ οὐ κατὰ φαντασίαν ἦν ἄνθρωπος: *qui vere nec imaginarie fuiſſe hominem, ſic confirmare*, vt recte à Theologis notatur, voluit. neque in iſtis, quod ab illis bene obſeruatur, ὁ τῆς φύσεως τοῦ κρείττονος καὶ τῆς οἰκονομίας λόγος, confundendus. Lazarum excitauit diuina, fleuit humana natura. quod, οὔτε ζωοποιεῖ τὸν Λάζαρον ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, οὐδὲ δακρύει ἡ θεϊκὴ ἐξουσία, *nec Lazarum humana excitauit natura, nec diuina fleuit poteſtas*, Damaſcenus dixit. Neque minus eleganter ad Flauianum Leo: *Non ejuſdem naturæ eſt flere miſerationis affectu amicum mortuum, & eundem remoto quatriduanæ aggere ſepulturæ, ad vocis imperium excitare rediuiuum.* Adeo vt noſter, qui hanc συγκατάβασιν aut minuit aut tollit, non procul ab eorum errore abſit, quos in Ancyroto Epiphanius commemorat: qui locum Lucæ nobiliſſimum capite 19, quo fleuiſſe vrbis Sanctæ cauſa idem Dominus noſter dicitur,

tur, quod non recte intelligerent, tollebant. cujuſmodi nec magnum in Theologia profectum, neque ſatis in ſcripturis ſubactum exhibent judicium. Ad locum illum capitis, de quo jam agimus, ejuſdem, ἐνεβριμήσατο τῷ v. 33. πνεύματι, καὶ ἐτάραξεν ἑαυτὸν, nunquam lego id quod noſter adfert, quin certiſſimum eſſe cogitem, nullum ſcrupulum tam leuem eſſe in Sacris aut exiguum, qui non facile eos in errorem maximum inducat, qui à Græca lingua in his libris Helleniſticam non diſtinxerunt: quod non noſtris tantum, ſed & veteribus eueniſſe Theologis, non ſemel jam monui. Quis peritior Græciſmi vnico Chryſoſtomo aut obſeruantior in ſcriptis inter Chriſtianos fuit? qui, cum ſciret ita loqui Græcos, vt qui ἐμβριμᾶν τινι diceretur, is ἐπιτιμᾶν intelligeretur, id ſecutus eſt hoc loco. quemadmodum & locum Græci veteres interpretati ſunt. Et Heſychius, qui plurimas non Fœderis antiqui tantum, ſed & quaſdam Noui gloſſas, conſeruauit, ἐμβριμώμενος, μετ' ἀπειλῆς ἐντελλόμενος, interpretatur. Accedebat, quod, ex vſu Græco, ea voce Marcus & Matthæus vſi eſſent. quibus nihil aliud vox ea quam ἐντέλλεσθαι μετ' ἀπειλῆς, cum minis aliquid præcipere aut jubere, vt jam audiuimus, deſignat. Ad hunc ergo locum, ita magnus ſcriptor ille ac Theologus notauit. Εἶτα, ἐπιτιμήσας τῷ πάθει (τὸ γὰρ ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι, ἐστὶν, ἐπέσχε τὴν σύγχυσιν) οὕτως ἐρωτᾷ. Cui *ſpiritus*, ſeu πνεῦμα, cujus hic Euangeliſta meminit, ipſa perturbatio eſt: quod τῷ πνεύματι hic caſu tertio exiſtimaret dici. Quem Euthymius ſecutus, *Infremuit*, inquit, *ſpiritu. hoc eſt, affectum cohibuit, ipſum reprimens. torue ac auſtere præ turbatione intuitus eſt, ne cum lachrymis interrogaret. Nam ſpiritus dicitur hic turbationis affectus.* quanquam aliam non multo poſt ſententiam adducat. Qui, quod & doctiſſimus Ianſenius notauit, id quod ſequitur, καὶ ἐτάραξεν ἑαυτὸν, non ſatis reſpexiſſe videtur. quis enim ſimul & cohibuiſſe affectum & laxaſſe eum dicat? aut quo pacto hæc duo, quod *perturbationi*, ſcilicet, *increpuit, ac ipſe vehementer perturbatus eſt*, conueniunt? Secunda, quam Euthymius adducit, illorum ſententia eſt, qui τῷ πνεύματι, pro caſu Latinorum ſexto acceperunt. *Quidam vero*, inquit, *ſpiritum intelligentes, diuinitatem ejus interpretantur: quod acriter humanæ naturæ per diuinitatem comminatus eſt: & concuſſit eam, comminatione perterritam.* Sed quis dicat, *perturbationi ſuæ modum per diuinitatem Dominum impoſuiſſe*, cum mox addat, *ac vehementer ſeſe perturbauit?* quid enim ea voce vehementius qua vtitur? Eodem & Theophylacti recidit interpretatio: qui τῷ πνεύματι, de Sancto Spiritu hic accipit, quaſi is humanam cohibuerit naturam. niſi quod abſurditatem diluit, ſed fruſtra. *Quæ natura*, inquit, *imbecillitatis ſuæ conſcia, cum hoc non ferret, vehementer eſt commota.* Videbat enim, quam non cohæreret cum ſuperiori, καὶ ἐτάραξεν ἑαυτόν. quemadmodum, τῷ πνεύματι, pro recta ratione ſumitur Cyrillo: qua præeunte, quemadmodum infremuit, ſic & commotus ſit Seruator. Vt hæc duo ſic jungantur. neque enim auſus fuit, quod à Nonno factum eſt, autorem perturbationis hujus Sanctum Spiritum fateri. quod, cum noſtro quoque non omnino ſatisfaceret, quæ ſubſequuntur, καὶ ἐτάραξεν ἑαυτὸν, non tam bona fide quam deſtinato omiſit. Vt omittam tertium errorem, quod de Sancto Spiritu cum loquitur, πατρῷον cum dixit: quaſi qui à Patre non à Filio procederet. Quod, cum Græcis quibuſdam, vſitatum illi eſſe alibi notauimus: licet illi quoque, aut ex illis quidam certe, qui à Patre per Filium procedere dixerunt, nihilominus, non Patris tantum eſſe, ſed & Filii, profiteantur. Cæterum quid tot contentionibus, in re tam leui, & quam pueri nouiſſe ex Helleniſticis locutionibus debebant, opus hic erat? niſi quod, vt iſtas intelligerent, plerique ne operæ quidem precium eſſe exiſtimarunt. Hebræi ſpiritum & animam cum dicunt; eum ipſum, de quo ſermo eſt, intelligunt. Et hoc ita notum, vt nemo ſit qui dubitet. idque in omnibus perſonis. Spiritus ejus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

eſt ipſe. Hoc ergo voluit Euangeliſta, Ἐνεβριμήσατο ἐν ἑαυτῷ καὶ ἐτάραξεν ἑαυτόν. vt
τῷ πνεύματι ſit, ἐν τῷ πνεύματι. quod ברוחו, hoc eſt, ἐν ἑαυτῷ, dicerent Hebræi. ita
vt hæc duo, ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι, καὶ ἐτάραξεν ἑαυτόν, plane ταυτοδυναμοῦντα ſint,
eodemque ſenſu dicantur. Quod cum Syrus intelligeret, alterum, τῷ πνεύ-
ματι nimirum, ברוחה, alterum, αὐτὸν nempe, נפשה reddidit: quæ perpetuo
conjungunt illi. Vt ſi Græce, ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι αὐτοῦ, καὶ ἐτάραξε τὴν ψυ-
χὴν αὐτοῦ, dicas. vtrunque enim ἑαυτὸν deſignat. Sed quid dubitamus, cum
Euangeliſta paulo poſt ſe explicet? qui, quod ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι hoc
loco, ἐμβριμώμενος ἐν ἑαυτῷ, verſu trigeſimo octauo dixit. vbi, Ἰησοῦς οὖν πά-
λιν ἐμβριμώμενος ἐν ἑαυτῷ. Et quemadmodum eo loco, ἐμβριμώμενος ἐν ἑαυ-
τῷ, ita rurſus capite 13. ℣ſ. 21. ἐταράχθη τῷ πνεύματι, hoc eſt, ἐν ἑαυτῷ, dixit.
Ταῦτα εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς, ἐταράχθη τῷ πνεύματι. quemadmodum hoc loco, poſt
ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι, καὶ ἐτάραξεν ἑαυτόν, ſubjungit. Matthæus igitur & Mar-
cus, Græco more ſunt locuti: alter enim, καὶ ἐνεβριμήσατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς cap. 9.
alter, καὶ ἐμβριμησάμενος αὐτῷ cap. 1. vt &, καὶ ἐνεβριμῶντο αὐτῇ cap. 14. dixit.
Iohannes Helleniſtice locutus eſt. quæ, quod ſæpe dico, dum, non diſtin-
guuntur, multis quotidie imponunt: cum præſertim has locutiones in vul-
gares linguas atque idiomata transfundunt. Neque dubitamus, quin futuri
aliquando ſint, qui plurimos in Noui Fœderis interpretatione errores ſic
commiſſos eſſe, aliquando probaturi ſint: modo adſit candor, & modeſte
de ſe, optime de iis ſentiant, qui multa optime interpretati ſunt. Cogita
nunc noſter quid dixerit, qui Spiritui Sancto, ſed Paterno, hoc aſſcribit. ne
& Filii dicatur: quod vſitatum illi, nec ſemel, jam oſtendimus. Ita enim:

Πνεύματι πατρῴῳ δεδονημένος ἴαχε φωνήν.

cætera enim, cum teneri ſe videret, prætermiſit. Iam vero illa capite eodem,
℣ſ. 41. Πάτερ εὐχαριστῶ σοι ὅτι ἤκουσάς μου, quis ex noſtro intelligat, cum ſcribit?

Σοὶ χάρις, ὡς ἐμέθεν πάτερ ἔκλυες· οἶδα γὰρ θυμῷ
Ὡς ἐμέθεν βοόωντος ἀεὶ σέο παιδὸς ἀκούεις.

more enim Hebræorum locutus eſt, quibus præteritum exprimit futurum:
quibus ἤκουσας, ἀκούεις, aut ἀκούειν εἴωθας. Quod præclare, ac fortaſſe ex alio,
Tertullianus expreſſit: qui, *Pater, gratias ago tibi, quia ſemper me exaudias.* Fu-
turum enim cum continuationem notat, præterito deſignant Helleniſtæ.
℣ſ. 44. vt Iobi 1. ככה יעשה איוב cum legitur, illi οὕτως οὖν ἐποίει Ἰώβ dixerunt. Iam au-
tem, quod in longa illa de reſuſcitato Lazaro digreſſione legitur,

καὶ ἐκ ποδὸς ἄχρι καρήνου
Σφιγγόμενον πλεκτῇσιν ὅλον δέμας εἶχε κερείαις,
Θερμὸν ἔχων ἱδρῶτα καλυπτομένοιο προσώπου·
Καὶ λινέῳ πεπύκαστο καλύμματι κυκλάδα κόρσην,
Σουδάριον τόπερ εἶπε Σύρων στόμα,

quo nomine dicam neſcio. ſimplicitatem enim ac ſecuritatem pariter ad-
miror. Nemo neſcit Syros eo tempore, vt Græcas ſic Latinas vſurpaſſe vo-
ces. inter eas autem & Romanam *ſudar* ea ratione eſſe qua & λέντιον, quo
mox vtitur. Hoc intererat, quod plerunque ab iis vſurpatæ patrium muta-
rent vſum, quod in voce παῤῥησία ante oſtendebamus. inter quas & *ſudar*,
aut σουδάριον, vt alibi oſtendimus: qua vtrique & Syri & Magiſtri Hebræo-
rum vtuntur. Noſter ridicule, & Syram ait vocem eſſe: & tamen à ſudore
haud dubio deducit. hoc enim ſudor ille notat, quem præmittit: qui

Θερμὸν ἔχων ἱδρῶτα καλυπτομένοιο προσώπου.

vt, ſi illi credamus, Lazarus ſudoris cauſa, ſudario ſit inuolutus. Quis ergo
ſatis ἀποπήματα hæc admiretur? Nam ſi ſudant mortui poſt mortem, etiam
poſt mortem calent. Et ſi ſudant mortui poſt mortem, etiam poſt mortem
viuunt. Et ſi ſudoris diluendi cauſa, quod innuere videtur (qui non alia oc-
caſione, ſi quid judicare poſſum, hic ſudoris meminit) ſudarii, ac faſciis obte-
ctus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ctus fuit mortuus, neceſſe fuit vt ſudorem in mortuo timerent qui hæc adhibuerant. mirum autem, cum ſudoris cauſa ſtatuatur calor, mortuos ſudare. Ne hoc quidem perſuadere mihi poſſum, ſtatim à morte Lazarum ſudaſſe. Quis enim neſcit, calidum natiuum penitus fuiſſe extinctum, ac paulatim rediiſſe? Quare longe melius Martialis Lemouicenſis Epiſcopus Epiſtola ad Toloſanos, *ſudarium mortuorum* dixit. *Vt ad ſolum ejus verbum continuo de monumento reſurgeret, ligatus ſudario mortuorum.* vt ſic locum ſudor non habeat: quemadmodum in tota hac digreſſione nihil commune cum autore quem interpretatur, habere voluit. Pluto Lazarum, & quidem apud Lethen, quærit. Mortuus calet: etiam ἱδρῶτα ἔχει, hoc eſt, ſudat. Vnus tamen verſus manifeſte tranſponendus eſt. Quis enim iſta cohærere dicat?

Σφιγγόμενον πλεκτῇσιν ὅλον δέμας ἔχε κερείαις,
Θερμὸν ἔχων ἱδρῶτα καλυπτομένοιο προσώπου.

& quis, caput vinctum eſſe, quia membra vincta ſunt, dicat? quod eſt ἀνακόλουθον. Sed nec cauſa, cur meminerit ſudoris, niſi quia mentio ſudarii. de quo nihil hactenus, ſed in iis quæ ſequuntur. Fieri ergo poteſt, vt vnius tranſpoſitione verſus hic ſit opus. Hoc modo:

Καὶ ποδὸς ὀρθωθέντος ἀκαμπέα γοῦνατα σύρων,
Τυφλὴν ἰθυκέλευθον ἔχων ἀντώπιον ὁρμήν,
Αὐδήεις νέκυς ἔσκε· καὶ ἐκ ποδὸς ἄχρι καρήνου
Σφιγγόμενον πλεκτῇσιν ὅλον δέμας ἔχε κερείαις.
Καὶ λινέῳ πεπύκαστο καλύμματι κυκλάδα κόρσην,
Θερμὸν ἔχων ἱδρῶτα καλυπτομένοιο προσώπου·
Σουδάριον τόπερ εἶπε Σύρων στόμα.

vt hoc ſit quod Euangeliſta dixit, δεδεμένος τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρίαις· καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ σουδαρίῳ περιεδέδετο. Quæ turbata ante, nunc eodem ordine leguntur. κειρίαι quippe membris, vultui ſudarium tribuitur. Et quo iſta tamen tam laborioſe? cum Euangeliſta nihil tale: qui vbique inſtituti ſui memor, ſuſcitatum ait mortuum fuiſſe. Et ne quis de eo dubitaret; coram omnibus viuendi munia fuiſſe functum: imo inceſſiſſe. Obſtitiſſe faſcias, ſudarium & alia, ne libere incederet: illas pedibus & manibus, illud oculis. ea ergo Dominum juſſiſſe vt ſoluerent. Iam quod addit,

Σουδάριον τόπερ εἶπε Σύρων στόμα.

cui perſuadebit? Nam ſi ea vox Syriaca, & ſudor, vnde hæc deducitur, Syrorum vox erit. Et ſi hæc Syriaca, quod Syri ea tum vterentur, νόμος quoque, & ἄρχων, & κόφινος, & στάδιον, etiam δηνάριον, γλωσσόκομον, σινδών, παράκλητος, λαμπάδες, χιλίαρχος, πραιτώριον, στρατιῶται, σπόγγος, λίτραι, manifeſte Græcæ voces aut Romanæ, quibus omnibus in ſolo Iohannis Euangelio Syrus Metaphraſtes vtitur, Syrorum voces erunt. Quod ſi verum, quid obſtabit, quo minus & ἄγγελος, & δῶρον, & quæcunque alia in Targum occurrunt, Chaldæorum voces ſint? omnes denique, non Græcas tantum, quæ prope infinitæ, & Romanas, ſed Hiſpanas quoque Gallicaſque, quæ in Rabbinorum ſcriptis nunc occurrunt, Hebræorum eſſe, concedendum erit: quæ ſtuporem omnem, omnem ignorantiam excedunt. neque hoc ſane admiſerint, qui vel leuiſſime in horum lectione verſati ſunt: qui ſciunt, quam diuerſa, vt jam dixi, ratione, eam vocem & Chaldæi & Rabbini adhibuerint. Sane in Hieroſolymitano Targum, velum, quo poſt colloquium cum Deo faciem obnubit Moſes, *ſudra* dicitur. nec idcirco tamen non Latina vox eſt: cum præſertim, etiam Latinis plenam eſſe Interpretationem illam, Hebræorum quoque Critici notarint: inter cæteros Elias. Quid, quod mappam, qua nocentes ſtrangulabant, quibus tamen nullum à ſudore, niſi fallor, periculum eſt, *ſudar* nuncupabant? Sed quis ferat, Syram, vt jam dixi, eſſe vocem, & à ſudore tamen dici? quod tam verum eſt, quam Apuliam à fabis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

dici, quod vult Benjamin, quia פול Hebræis fabam denotat: aut ναρθήκιον, à *ner*, quod Solem denotat, quod idem Elias voluit. Et alia non pauca quæ ad nauſeam in Magiſtrorum libris legimus, quoties vel Græca vel Romana ab Hebræis ineptiſſime deducunt. In quo noſter omnes antecedit. qui σουδά- ριον vult eſſe Syrum, & à ſudore tamen dici. quod origine Latinum, termina- tione Græcum. Sed vt abſoluamus quod cœpimus: quare ſudarium in cada- ueribus Iudæi adhiberent, ex ipſorum ſcriptis petendum erat. qui docent, *vſitatum ſibi, eo tempore præſertim, fuiſſe, vt vilibus plerunque inuolucris mor- tuum inuoluerent. Sed & ſapientes, vnius denarii nonnunquam ſudar adhibuiſſe.* quin & cur vultum ſudario obnuberent potiſſimum, ab iiſdem cauſa ibi redditur, ne noſtrum audiamus. Eodem capite vndecimo, in quo adhuc
¥ l. 55. verſamur, quod Euangeliſta dixit, καὶ ἀνέβησαν πολλοὶ εἰς Ἱεροσόλυμα ἐκ τῆς χώρας πρὸ τοῦ πάσχα, ἵνα ἁγνίσωσιν ἑαυτούς, noſter ſic expreſſit,

ὄφρα προφοιβάζωσι δέμας ζαθέοισι καθαρμοῖς.

Quod vt intelligatur, ſciendum, locum, qui nunc Deuteronomii 18. 10. le- gitur, οὐχ' εὑρεθήσεται ἐν σοὶ περικαθαίρων τὸν υἱὸν αὐτοῦ, &c. Chryſoſtomum ad illa Iohannis verba, Καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, longe aliter ex alio interprete adduxiſſe: οὐ φοιβάσεσθε, οὐ περικαθαριεῖτε τὰ τέκνα ὑμῶν. Ex quo loco noſtrum deſumpſiſſe hanc vocem, vix à vero abit. niſi quod judi- cium requiras. Ille enim quiſquis fuit, vocem Græciæ profanam, ad profa- nam gentium conſuetudinem accommodauit. Heſychius, φοιβάναι, λαμ- πρῦναι, μαλδύσασθαι, κοσμῆσαι, καθᾶραι, ἁγνίσαι, καὶ φοιβάσαι, ὁμοίως. Item, φοι- βᾶσθαι, καθαίρεσθαι. quod Hebræis מעביר באש. quæ luſtratio eorum fuit, qui, ne filii aut filiæ intempeſtiua tollerentur morte, per ignem eos ex præſcripto Sacerdotum Moloch, quos à colore כמרים dicebant illi, traducebant. quod φοιβάζειν eruditi interpretes dixerunt. Nam & Græci τὸ φοιβάζειν, πυρὶ ἢ ἡλίῳ καθαίρειν, interpretantur. vnde & Æſchylus, ἡλίου φοίβην φλόγα, Solis ignem dixit. Vide igitur judicium. Primo enim Iudæorum, de quo agitur hic, ἁγνισμὸς, quem & hodie mirifice obſeruant, aqua & ablutione peragi ſo- lebat: qui & Domino fiebat. Ille autem φοιβασμὸς, & igne, & Molocho. vnde & Leuitici 18. comm. 21. & Deuteronomii 18. 10. ſtricte admodum vetatur. imo βδέλυγμα, hoc eſt, abominatio, in Lege dicitur.

Cap. XI.

Caput duodecimum examinatur. Interpretatio illius loci, λαβοῦσα λίτραν μύρου νάρ- δου πιστικῆς, πολυτίμου. *an Opiſtices cum erudito viro legendum. Hartungi emen- datio* νάρδου ὀπιστικῆς. πιστὸς *pro* ἀληθὴς *ab Helleniſtis poni. De Hebræa voce obi- ter notatum, quæ id indicat.* οἶκος πιστὸς *de templo Salomonis.* προφήτης πιστὸς *in Haſmonæorum libris.* πιστικὸν ἀντὶ τοῦ πιστόν. פיס *Syrorum. piſticon. vnguenti caput. nardus capitata, & aliud quam caput vnguenti.* νάρδος ἀψευδής. *vn- ctionem poſt cœnam aut prandium, aquas ſecundas à Rabbinis dici.* τὸ πιστὸν τῶν ὑδάτων. μαχλὰς χαίτη, *quæ Poëtæ noſtro. Patrum de iis quæ vnxerunt Domi- num diſputatio ac controuerſia.* ἁμαρτωλὸς *S. Lucæ. Vox qua talem exprimunt Chaldæi.* μαχλάδι χαίτῃ, *pro eo quod eſt,* τῇ αὐτῆς τῆς μαχλάδος. *Mos mere- tricum comam alendi.* ἀλάβαστρον *&* μάρμαρον. ὑπαγγέλιον. *Nonni, ex vſu ejus vocis ignorato,* παρερμηνεία. *ſpathas palmarum, ſceptri formam præ ſe tuliſſe. Cum illis populi occurſus ante* τὸ σωτήριον πάθος. στοιβάδες *Marci. Nonni indi- ligentia, cum* ὅρπηκας *&* κόρυμβα *dixit, quæ ab Helleniſtis κάλωθρα dicuntur.* Ἕλληνες, *gentes, Syro interpreti dictæ: & alibi, Syri. Interpretatio illius loci,* ὁ οὖν ὄχλος ἔλεγε βροντὴν γεγονέναι. *Mos Helleniſtarum.* φωνὴ, βροντή. φωναὶ καὶ ὑετὸς *in libris Samuelis.* δόξα Θεοῦ *in tonitru. Filia vocis, & de ea Iudæorum ſententia. Eam ſingulis fere Sacris hiſtoriis ex Iudæorum Interpretum ſen- tentia adhibitam. Vox à tonitru diſtincta & articulata.* ἀντίτυπος βροντῆς φωνὴ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Φωνὴ, à Nonno, Iudaicorum rituum imperito, excogitatum. Interpretatio loci, Πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. Nonni παρερμήνεια. Adhuc puſillum vnum, Hebraiſmus. quid Euangeliſtæ, ἔτι μικρόν. Locus Aggæi elegans. Nonnus notatus. Nonnus quam indiligenter locum Eſaiæ conuerterit. Alter ejuſdem Prophetæ locus, non recte à Nonno conuerſus. iterum non recte τιμὴ de Majeſtate Dei ab eo vſurpata. Error ejuſdem in eodem loco, de Majeſtate Dei, quam de humanitate Filii & incarnatione accipit. Quare Iohannes ad probandam Filii Dei diuinitatem poſteriore Eſaiæ loco vſus ſit. ejus cauſa ex Chaldæo Eſaiæ loci interprete expoſita.

SEquitur caput duodecimum, quo locus ille, Ἡ οὖν Μαρία λαβοῦσα λίτραν CAP.
μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτίμου, ἤλειψε τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, &c. non procul ab XII.
initio legitur. In quo quantopere vna vox eruditorum factiones ex- vſ. 3.
citauerit, non reor quenquam eſſe qui ignoret: & in manu omnium eorum ſcripta verſantur. nemo ſane eſt qui non aliquid conatus ſit. Inter quos erudito nuper viro maxime is placuit, qui *Opiſtices* legendum cenſuit. Is autem, vir candidiſſimus ac raræ eruditionis, Hartungus fuit. qui, cum apud Athenæum & Pollucem, non Opiſticum vnguentum quidem, de quo nulla apud eos mentio, ſed Babylonicum videret commendari, Opin autem ciuitatem, Babylone haud procul, à Strabone & Herodoto laudari, ita, ſed timide ac verecunde, emendauit. Quam viri optimi ac eruditi conjecturam, vt oraculum nonnulli acceperunt. qui ſi diligenter Helleniſticos ſcriptores & eorum conſuetudinem, quod in eruditis hominibus, inprimis autem iis, qui in Noui Fœderis libros aliquid moliti ſunt, vnice deſideramus, excuſſiſſent, non ita temere de multis judicaſſent: quanquam inſtituti noſtri ita ſemper nobis, fauente ac volente Deo, ratio conſtabit, vt præ omnibus candoris rationem habeamus. Id quod Græcis ἀψευδὲς καὶ ἀληθὲς dicitur, notum eſt Hebræis ea voce exprimi, qua ſermonem ſuum Dominus confirmat. nam τὸ אמן id notat. Solent autem Helleniſtæ, quod jam ſæpe diximus, in vocibus originis ejuſdem explicandis, voce Græca, quæ ejuſdem ſit originis, plerunque vti. Ita נאמן, quod ἀληθὴς, ab illis πιστὸς dicitur. quia vox originis τὴν πίστιν καὶ τὸ πιστὸν notat. Itaque τὸ πιστὸν illis, quod eximium & inter cætera excellit. quomodo & templum Salomonis, præclarum illud ædificium, vbique οἶκος πιστὸς illis dicitur. vt in illo, Ὅτι ποιῶν ποιήσει ὁ Κύριός μου οἶκον πιστόν. &, οἰκοδομήσω ἐμαυτῷ οἶκον πιστὸν, in libris Regum: atque ita ſemper. Sic ὁ προφήτης, cujus paſſim meminit Iohannes, qui eſt verus ille & vnicus Meſſias, Prophetarum caput, major omnibus, προφήτης πιστὸς, Maccabæorum primo cap. 14. dicitur. vbi ἕως ἀναστῆναι προφήτην πιστόν. atque hæc eſt cauſa cur τὸ יתר, quod præſtantiam ac excellentiam deſignat, ſic expreſſerint nonnunquam Helleniſtæ. Iam autem πιστικὸν & πιστὸν, idem eſſe ſequiori Græciæ, ſummæ vir eruditionis Caſaubonus, ex Cedreno ac aliis probauit. qui nequicquam ἀπὸ τοῦ πιεῖν olim, vt fatetur ipſe, deducendum id exiſtimarat. Ac ne in poſtremo quidem ſcripto, cum de eo agit, ſibi ſatisfecit. nam, vt dixi, linguæ Euangelicæ interpretatio ex Helleniſtica petenda eſt. Eam autem vocem, vt & alias prope infinitas Græcas, Syros eo tempore vſurpaſſe, fidem facit, quod τὸ פיס, à πιστὸς, ſiue, πίστις, ſuum fecerint hi ipſi. A quo voces multas, atque inprimis aphel, deduxerunt. vt quæcunque Græci per τὸ πείθειν exprimunt, à voce hac deducant. Sic in illo Matthæi 27. 20. quod Helleniſtæ, οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἔπεισαν τοὺς ὄχλους, illi, אפיסו, dixerunt. qui nec aliena ab hac voce nobiliſſimum illum Pauli locum, οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, expreſſerunt. Πειθοῖς enim ibi πιστοῖς, &, vt loqui Ariſtoteles non ſemel ſolet, πιστικοῖς. Vnde & ne dubitandum quidem, quin Euangeliſta *piſticon* in animo haberet. quod ſic, vt nonnulla alia, de quo ne dubi-

dubitandum quidem vſurpauit. cujus generis τὸ παῤῥησία, τὸ παράκλητος, atque alia non pauca, quibus ſuo modo & ſignificatione Syri ac Chaldæi eo tempore vtebantur. quare inprimis admiratione dignum, quod interpres Syrus (qui non raro voces, quæ ſignificatione prima Græcæ eſſent, non mutauit, ſed ex vſu ejus temporis ſeruauit,) eam immutarit. Senſum tamen potius quam vocem expreſſit: imo, quod Euangeliſta voluit interpretatus eſt. *Vnguenti* enim *caput* dixit: quo præſtantiam ſignificauit. quod mirifice decepit eruditos, qui ex eo loco *nardum ſuam capitatam* ſerio imaginati ſunt. quæ *nardus*, *capitalis* potius quam *capitata*, exemplo Marci Tullii, dicenda eſſet: præſtans, nempe, & excellens. quemadmodum Hebræis שמן ראש, *vnguentum capitis*, quod *caput* eſt *vnguenti*. Græci, cum eandem vocem πιστὸν & ἀληθῆ notare non vidiſſent, multum ſe torſerunt. qui cum more Helleniſtarum & ex ejus linguæ vſu ſæpius loquantur, nuſquam tamen plures quam in ea lingua moras ac difficultates inuenerunt. Ingenioſe Theophylactus, Originem, vt arbitror, ſecutus, ἄδολον interpretatus eſt. quia *nardum puram*, ἀψευδῆ nonnunquam dici veteribus meminerat. De fucanda ſane nardo, ſiue περὶ τοῦ δολοῦν τὴν νάρδον, quæ τῇ πιστικῇ ſiue ἀληθεῖ opponitur, lib. I. cap. 6. egit Dioſcorides. Ipſa autem vox Hebræa & τὸ πιστὸν & τὸ ἀληθὲς deſignat: ita autem cur dicatur, ea cauſa, quam attulimus. Neceſſe vero, quod non ſine cauſa toties monemus, ſemper fluctuare eos, qui à lingua Helleniſtica & ejus conſuetudine recedunt. adeo vt ne illi quidem qui ex conjectura proxime ad mentem acceſſerunt, veram vel reddiderint vel aſſecuti ſint cauſam. Cum apud Eſaiam legitur, *panis ejus dabitur illi, aquæ ejus ſtabiles*, מימו נאמנים, quod καὶ τὸ ὕδωρ αὐτοῦ πιστὸν, Helleniſtæ, nihil obſtat quominus ad puritatem ac ſinceritatem aquæ referri poſſit: cum ὕδωρ ἀληθὲς ſit πιστόν: quanuis de ſtabilitate aut continuatione accipiatur. quo & forte referendum, quod exquiſitam lotionem, ſiue irrigationem, אמת המים, τὸ πιστὸν τῶν ὑδάτων, Magiſtri dicunt. Quærunt eruditi qui ad autorem hunc ſcripſerunt, quare Mariæ quæ abſterſit pedes Domini, χαίτην μαχλάδα tribuerit poëta.

v54. ita enim eodem capite,

ἐκ ταδίης
Ἰκμάδα παλέην ἀμεμάξατο μαχλάδι χαίτῃ.

& haud dubio falluntur, cum ad delicatam capillorum hoc referunt mollitiem. Fœminas fuiſſe quæ ter Dominum vnxerunt, ex Euangeliſtis patet. de quibus multum diſputarunt Patres. quorum alii, omnes, vt Theophylactus & Origines, diuerſas, eaſdem omnes quidam volunt. Hanc ab illis ſeparat Chryſoſtomus. B. Hieronymus, non iſtam, ſed quæ dicitur ἁμαρτωλὸς, ab aliis ſejungit. Locus eſt Lucæ 7. Καὶ ἰδοὺ, γυνὴ ἐν τῇ πόλει, ἥτις ἦν ἁμαρτωλὸς, ἐπιγνοῦσα ὅτι ἀνάκειται ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Φαρισαίου, κομίσασα ἀλάβαστρον μύρου, καὶ στᾶσα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὀπίσω, &c. τοῖς δάκρυσι καὶ ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμαξε, καὶ κατεφίλει τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἤλειφε τῷ μύρῳ. Eaſdem fuiſſe omnes vult Auguſtinus: niſi quod hanc Lucæ bis officio hoc functam arbitratur. Porro hanc ἁμαρτωλὸν, cujus meminit hic noſter, fuiſſe Magdalenam, Græci plerique, & Latini fere omnes qui Gregorium ſecuti ſunt, exiſtimant. neque dubitandum, quin & inter iſtos Nonnus quoque eſſet. Sane ἁμαρτωλὸς, quæ μοιχαλὶς, quæ חטיתא Syris, quod de meretrice vſurpatur. origo enim verbi, ἁμαρτάνειν aut ἀφαμαρτεῖν notat. Ergo cum μαχλάδι χαίτῃ dixit, τῇ αὐτῆς τῆς μαχλάδος voluit. *coma ſua*, quæ *peccatrix* fuerat, vel, *meretrix*. Proprium autem, etiam apud Græcos, comam alere ac promittere, illis, de quibus loquimur fuiſſe, vel illud Callimachi Hymno in Cererem oſtendit:

Μὴ παῖς, μηδὲ γυνὰ, μηδ' ἃ κατεχεύατο χαίταν.

Non puer, non fœmina, non quæ comam diffudit. Ne quis autem dubitet in animo ἁμαρτωλὸν hanc habuiſſe Nonnum, illud quoque idem arguit, quod, vt

Lucas

Lucas illi ἀλάβαστρον, ita μάρμαρον illius loco dedit Nonnus. ibi enim κομίσασα ἀλάβαστρον: hic

Μάρμαρον ἤερταζε βεβυσμένον ἄγγος ἐέρσης.

Eodem capite & illud legitur, ὅτι πολλοὶ δι' αὐτὸν ὑπῆγον τῶν Ἰουδαίων. Vbi, quan- ℣ſ. 11.
quam nulla vox frequentiori apud Helleniſtas in vſu ſit, quam τὸ ὑπάγειν, quod de deſertoribus nonnunquam aut transfugis, quales ſunt apoſtatæ, nonnunquam & de iis qui deterioribus relictis partibus, ad meliores ſe conferunt, vſurpari ſolet, tamen ita noſter id accepit, ac ſi hi, de quibus nunc Euangeliſta agit, Lazari videndi cauſa Bethaniam ſe contuliſſent. Quis negabit hoc, qui illa legit?

Τοῦτον ἐλεῖν μενέαινον ἀναίτιον· ὅττι δι' αὐτὸν
Λαὸς Ἰουδαίων μεταναστάμενος ἔνδια κώμης
Παιδὶ Θεοῦ πίστευον, ἀλεξιμόρῳ βασιλῆϊ.

Quod eſt toto aberrare cœlo. cum τὸ ὑπάγειν, vt in illo, μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ὑπάγειν; quod Euangeliſtæ noſtri capite 6. dicitur, hic accipiendum. quia multi propter Lazarum, *abibant à Iudæis*, ſiue, *eorum deſerebant partes*. Ac ſi dicat, *Num & vos defectionem cogitatis?* In eo totus eſt præ cæteris Euangeliſta noſter, vt quicunque honores Domino ac Deo noſtro, κατ' οἰκονομίαν, & occultam Dei cuncta pro ſe & ſalute noſtra moderantis prouidentiam, exhibiti fuerunt, eos notet ac obſeruet. Tale eſt, quod ſupra de honore Regio exhibito, tale eſt quod infra de inſcriptione Nazareni, pro quo Galilæum noſter ſubſtituit, habemus. Ita nunc monet, Domino eidem, ante τὸ σωτήριον πάθος & extremam Iudæorum crudelitatem, Hieroſolymam aduenienti, occurriſſe populum, qui manu βαΐα φοινίκων, hoc eſt, ſpathas, præ ſe ferret. Hebræi autem ac Chaldæi, ſceptri formam ſpathas ſiue ſpathulas palmarum præ ſe ferre volunt. vnde hic plane, vt in tabernaculorum feſto, cum ſolenni iſta acclamatione, de quo noſter nihil minus equidem quam cogitabat, plebis occurſus. Nonnus vero quid ſibi voluit, cum dixit?

Καὶ χλοεροὺς ὅρπηκας ἐς ἠέρα λαὸς ἐλίσσων. ℣ſ. 13.

qui εἰς ἕτερον, vt hic loquuntur veteres, θρησκείας εἶδος μεταβαίνων, de aliis, hoc eſt, Bacchicis ac priſcis ſuis cogitabat Sacris. Notum eſt illud Catulli,

Horum pars tecta quatiebant cuſpide thyrſos.

Tale autem nihil Marcus aut Matthæus, qui ramos amputaſſe ajunt, quos ἐστρώννυον ἐν τῇ ὁδῷ (vnde & στοιβάδας idem Marcus eleganter dixit) minime autem omnium Iohannes, qui de occurſu οἰκονομικῷ hic agit. Tum nihil minus equidem quam accurate, quæ βαΐα Iohannes, ὅρπηκας, & more ſuo κόρυμβα vocauit. quæ melius, ſecutus Helleniſtas, κάλλυνθρα dixiſſet. Heſychius, Κάλλυνθρα, σπάθαι φοινίκων. Neque fidem facit, cum ex hortis petita ait; adeo frequenti arbore in hoc Oriente, vt tectorii præſtare vicem parietibus ſoleret. Circumſpectius Iuuencus, è palmetis diſcerpſiſſe ait. qui hos palmarum tamen ramos manifeſte à cæteris diſtinguit. Ita enim ille:

Tum populus ſtratas prætexunt veſtibus omnes,
Quaque iter eſt Chriſto, ſubnexa fronde coronant.
Proxima tunc alii ſpoliant palmeta virore,
Conclamantque omnes, Dauidis origine creti
Oſanna excelſis ſit gloria læta trophæis.

ipſam autem acclamationem noſter (credo quod voci parum commodæ diffideret) omiſit. Eodem adhuc capite ſequitur, Ἦσαν δέ τινες Ἕλληνες ἐκ τῶν ἀνα- ℣ſ. 20.
βαινόντων, ἵνα προσκυνήσωσιν ἐν τῇ ἑορτῇ. vbi quod, τινὲς Ἕλληνες, Syrus, אף מן עממא, *etiam ex gentibus*, dixit. qui quidem Ἕλληνας, ex more Iudæorum, Syros alibi interpretatur. Chryſoſtomus hic ἔθνη dixit, & fuiſſe in eo vt fierent proſelyti. Eodem capite, ita loquitur Euangeliſta, Ἦλθεν οὖν φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, Καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω. Poſt quam vocem è cœlo editam, idem Euangeliſta

 addit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

addit, Ὁ οὖν ὄχλος ὁ ἑστὼς καὶ ἀκούσας, ἔλεγε, βροντὴν γεγονέναι· ἄλλοι ἔλεγον, ἄγγελος αὐτῷ λελάληκεν. vbi βροντὴν intellige, è qua vox diuina prodiiſſet. Sæpe, imo, locis plurimis, diximus, vſitatum id Helleniſtis, vt ſignificationem pro ſignificatione ejuſdem vocis ponant. Ita קול eſt vox, & eximie, ſiue excellenter, tonitru: hoc eſt, vox Dei. Et quia tonitru, ſeu, ventus ingens, vocis, vt Hebræi ſolent loqui, filiam, hoc eſt, oracula, ſolebat comitari, קול hic βροντὴν reddiderunt. Βροντὴ ergo vox cœleſtis, non articulata, ſed quæ talem ſequitur aut comitatur. articulata enim, Καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω. Alterum eſt קול, alterum בת קול. de qua videndi eruditi. Illuſtris in hanc rem locus, & qui hunc mirifice illuſtrat, 1 Samuelis 12. 18. extat. vbi, *Clamauit ergo Samuel ad Iehouam, deditque Iehoua* φωνὰς καὶ ὑετὸν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· καὶ ἐφοβήθη πᾶς ὁ λαὸς τὸν Κύριον σφόδρα καὶ τὸν Σαμουήλ. Deinde autem, petiiſſe addit populum, *ne moreretur.* vbi metus cauſa ac formidinis, non tonitru, ſed vox cum tonitru conjuncta; diuinæ pariter præſentiæ ac majeſtatis teſtis. Neque aliter illud 1 Regum 19. 11. intelligendum: *Ecce enim Iehoua tranſit, & ventus grandis & fortis, ſubuertens montes & confringens petras coram Iehoua. non in vento Iehoua. Et poſt ventum commotio. non in commotione Iehoua. Et poſt commotionem ignis. non in igne Iehoua. Et poſt ignem vox tacita tenuis.* quod mirifice Græci καὶ μετὰ τὸ πῦρ φωνὴ αὔρας λεπτῆς. Neque hoc contenti, κἀκεῖ Κύριος, hoc eſt, *non in reliquis, ſed ibi,* ſiue, *in voce, eſt Dominus,* addiderunt. Quod alias, κἀκεῖ ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ, *majeſtas ſeu præſentia diuina ibi.* cujus, nempe, teſtis vox illa. Ita plane hoc loco præceſſerat, Δόξασόν σου τὸ ὄνομα: reſpondetur, καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω. quomodo? præſentia ac majeſtate mea, quam hac voce & teſtimonio exhibeo. Et ita Moſes, cum præſentiam diuinam Exodi 33. 16. in educendo petit populo, addit, καὶ ἐνδοξασθησόμεθα ἐγώ τε καὶ ὁ λαός σου. cum noſter, nihil minus, more ſuo, quam quid δόξα Θεοῦ eſſet, intellexerit. More ſuo igitur defunctus eſt. qui,

Καί σε πάρος κύδηνα, καὶ ἔμπαλιν ἄρτι γεραίρω.

Et oblitus Dominum dixiſſe, Δόξασόν σου τὸ ὄνομα, pro eo dixit,

Υἱα τεὸν κύδαινε.

Sane quod dicitur, ἦλθεν οὖν φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, eſt, quod, *egreſſa eſt filia vocis,* בת קול, Magiſtri dicerent. quam cum Prophetiæ ſucceſſiſſe velint, tamen ſingulis fere, etiam quæ ante primum templum, hiſtoriis, accommodare ſolent: etiam cum nulla ejus mentio in Sacris. Sic, exempli cauſa, Sauli, cum Agago peperciſſet, à voce indicatum ajunt, *Ne ſis juſtus nimium:* & cum Nob ciuitatem vaſtaſſet, *Ne nimis impie agas,* audiuiſſe. Itidem & cum ariolos ejecit, & ad pythoniſſam ſe contulit. à quibus diuerſiſſimus Euangeliſta, qui ex veritate, & inprimis confirmando populo, adhibitam hanc vocem notat. Vox ergo cum ſermone φωνὴ, quam דבור וקול dicerent Rabbini. quæ vt à tonitru diſtincta fuit, ita & ſine eo exhiberi potuit. Quare noſter, quod de Claudio Auguſtus pronuntiabat olim, ἐν τοῖσι σπουδαίοις ἀτυχεῖ λίαν, cum dixit,

Ἀντίτυπος βροντῇσι δι' ἠέρος ἵκετο φωνή.

Vocem, de qua loquitur Euangeliſta, φωνὴν, ipſe quidem Dominus, quidam ex populo βροντὴν, hoc eſt, בת קול, ſiue, *vocis filiam,* dicebant: ambiguitate vocis, & ex eo, quod cum tonitru has voces exhiberi tum exiſtimarent. cum diuerſum judicarent alii: de Angelo nimirum. Quare noſter, cum videret, modo φωνὴν, modo βροντὴν, hoc eſt, בת קול, vocari, & Iudæos ignoraret ritus, ἀντίτυπον βροντῇσι φωνὴν excogitauit, quod hic locum non habebat. Ad illum
vſ. 32. Euangeliſtæ locum, κἀγὼ, ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτὸν, egregie Chryſoſtomus, τουτέστι καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν. Et Euthymius, *omnes vndique qui fidem ſuſceperint.* Et Cyrillus, πάντα ἀνθρώπων γένη. quemadmodum τὸ πάντες ſæpe accipi Theologi obſeruant. Cujus parum memor noſter, ad Iudæos

circum-

circumſtantes hoc referre maluit. qui vel eo id oſtendit, quod imprudenter ſatis τὸ ὑμέας verbis Sacratiſſimi autoris addit. Ille enim,

Ὑμέας εἰς ἐμὲ πάντας ἐς οὐρανὸν εὐρὺν ἐρύσσω.

Eodem capite ſequitur, Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἔτι μικρὸν χρόνον τὸ φῶς μεθ' ὑμῶν vſ. 35.
ἐστιν. Vbi Nonnus obſcure

Ἔσσεται εἰσέτι μοῦνον ἐπὶ χρόνον αἰθέριον φῶς.

Inter formulas, quæ maxime elegantes ſunt, quibuſque paulo poſt futura indicant Prophetæ, vel inprimis illa eſt, qua de aduentu Domini in carne vſus eſt Aggæus, עוד אחת מעט: qua hyperbolice exiguum omnino tempus deſignatur: quaſi, *adhuc puſillum vnum*, dicas. Euangeliſta ſenſum potius quam efficaciam expreſſit, cum, ἔτι μικρὸν, vel, ἔτι μικρὸν χρόνον, dixit (talia enim ſunt, ἔτι μικρὸν χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, &, μικρὸν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με, καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με) qui τὸ אחת, quod inuſitatum hic Græcis, atque exprimi vix poteſt, prætermiſit. Helleniſtæ id conati ſunt, qui in eo, cujus jam meminimus, Aggæi loco, ἔτι ἅπαξ reddiderunt. Ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείω τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. obſcure inprimis. cum hoc jam aliud ſit Græcis. Ad verbum, ἔτι ἓν μικρὸν dicas: pro quo noſter μόνον dixit. Et hinc loci illius ſimul & obſcuritas & ratio, Ἔσσεται εἰσέτι μοῦνον ἐπὶ χρόνον &c. nam vt alterum, τὸ ἅπαξ, nempe, quod peculiare Hebræis eſt & aliis quibuſdam, exprimere conatur, ita τὸ μικρὸν omiſit: quod Euangeliſta maxime ſpectauit. Sed nec bene, nihil minus equidem quam Græce, Eſaiæ locum qui ſequitur expreſſit, Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν, καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; Quis enim Græce doctus illa intelligat?

Κοίρανε, τίς μετὰ τόσσα τεῇ πίστευεν ἀκουῇ,
Ἢ τίνι παγγενέταο Θεοῦ γυμνοῦτο βραχίων;

quæ ſi ita expreſſiſſet, quiuis Græce doctus intellexiſſet:

Τίς, Θεὸς, ἡμετέροισι βροτῶν πίστευε λόγοισι;
Τίς δ' ἔγνω φρεσὶν ἧσι Θεοῦ δύναμίν τε καὶ ἰσχύν;

alterum enim Hebræa, alterum Græca conſuetudine conceptum eſt. Et profecto, quod negari amplius non poteſt, negligenter loca quæ ex Fœdere Antiquo ab autore Sacro adducuntur, vel expendit, vel reddit. vt & illum ſane, qui paulo poſt, nimirum, ex Eſaiæ ſexto adducitur, Ταῦτα εἶπεν ὁ Ἡσαΐας vſ. 41.
ὅτι εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ. Eſaias quippe nihil ibi de aduentu Domini in carne, ſed de majeſtate Dei Zebaoth quem vidit; nec tam de futuro quam de præterito agit. qui poſt Oziæ Regis obitum, quo Rege ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ, vrbem reliquiſſe à Græcis notatur, ſub Ioathamo, ſucceſſore & filio, diuinam vidiſſe majeſtatem ſe teſtatur. quem enim noſter ſequitur, Chaldæus ibi, *Domini*, inquit, *vidi gloriam.* Nonnus, præterquam quod more ſuo vocem eſſentiæ in τιμὴν mutauit, aliter interpretatur locum. Alter enim ab adjunctis majeſtatem Domini deſcribit, quam, ὡς δυνατὸν ἀνθρώπῳ, vidiſſe ſe ait: qui, Κύριον, quem Iehouam, quem Deum vocat exercituum, cui Seraphim eorumque acclamationes tribuit, vidiſſe ſe teſtatur. quæ, vt ad eum recte locum Cyrillus & Euſebius notarunt, Chriſto, ne de diuinitate ejus dubitaret quiſquam, Euangeliſta vindicat: qui & eo loco, vt non raro alias, *Verbum Domini* Chaldæo dicitur. Quid ergo noſter voluit, cum ita ſcripſit?

Ἡσαΐας τάδε πάντα κατέγραφε θέσπιδι φωνῇ,
Ὅττι Θεοῦ Χριστοῖο προσώπιον ἔδρακε τιμὴν,
Ὀφθαλμῷ κραδίης πανδερκέϊ, καὶ χάριν αὐτοῦ
Ἐσσομένην προκέλευθον ἐθέσπισεν ἔνθεον ὀμφήν.

Quare προσώπιον? quare ἐσσομένην? ſi præſentem vidit: ſi præteritam rem, non futuram, narrat: ſi non de aduentu Chriſti & humanitate, ſed de majeſtate potius, quæ cum Patre communis ei, ibi agit? Quare denique, ſi de aduentu in carne agitur, Χριστοῦ Θεοῦ, ipſe dixit? Euſebius ad locum illum, Οἶμαι δὲ καὶ διὰ τούτων παρίστασθαι, τίς ποτε ἦν ὁ διὰ πάσης τῆς προφητείας δηλούμενος Κύριος Σαβαώθ;

Σαβαώθ; τίς ἦ οὗτος ὁ μονογενὴς υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός. ὁ προφήτης τὸν υἱὸν τεθέαται ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις. Cyrillus, Ὅτι μὲν οὖν *in Patris*, inquit, *gloria vidiſſe Filium*, *dubitare nemo poteſt.* *Prophetam* adducit locum. Noſter ſane aliud agebat. & ſequitur, καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ. qui mox hunc retur autem aliquis, quare, cum tam illuſtres paſſim de majeſtate Dei Mi- Prophetam illum & alios inueniantur ῥήσεις, hanc de Filio interpretatus apud Euangeliſta. Cauſam puto, quod illa de Iudæis adduceret verba, fit *oculos eorum*, &c. quæ, quod inprimis obſeruari velim, Verbo Domini, *Cæcauit* à Chaldæo, quem Iohannes ſemper ſequitur, attribuuntur. Ad eum enim locum ille, *Et audiui vocem Verbi Domini dicentis*, *Quem mittam ad prophe-* *tandum*, *& quis ibit nobis? Et dixi*, *Ecce ego*, *& mitte me.* *Et ait*, *Vade*, *& dic* *populo huic*, *Qui audientes audiunt*, *& non intelligunt*, *& videntes vident*, *&* *neſciunt.* & quæ ſequuntur. Et mirum ſane, Euthymium non aliter hoc ac- cepiſſe. Qui, *Hæc*, *puta*, *de cæcitate & induratione*, *& cætera. Gloriam autem ejus* *dicit*, *glorioſam illam viſionem*, *quando vidit Dominum ſedentem ſuper ſolium* *excelſum: & ea quæ circa ipſum erant*, *terribilia ac magnifica erant. Tunc enim* *Filium vidit: & hæc poſtmodum dixit ac locutus eſt de eo*, *quum tunc hæc ab eo*

Vſ. 49. *audiſſet. Ab eo*, hoc eſt, ὑπὸ τοῦ λόγου, quod Chaldæus expreſſit. Sequitur, ὅτι ἐγὼ ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα, ἀλλ' ὁ πέμψας με πατὴρ, αὐτός μοι ἐντολὴν ἔδωκε τί εἴπω καὶ τί λαλήσω. Hic eſt locus ille, è quo Iudæi legatum fuiſſe aut Apoſtolum, & quidem è confeſſione ejus, probabant Dominum. quod vt obtinerent, mi- rifice exponebant locum: hoc nimirum modo: לא רברתי מלבי אלא השם שלחני. Ad verbum, *è corde meo non loquor*, *ſed miſit me Deus.* vnde inferebant, שהיה שלוח ולא אלהים, *miſſum fuiſſe ab alio*, *nec fuiſſe Deum.* In quo exprimendo ne noſter quidem nobis ſatisfecit, cum dixit,

ἐξ ἰδίων γὰρ
Οὐ μάθον αὐτοκέλευστος ἐγώ ποτε μῦθον ἐνίψαι.

neque enim ἐκ τοῦ ἐμαυτοῦ aut ἐμαυτῶν, ſed, ἐξ ἐμαυτοῦ, dixit. quanuis nec illud, οὐ μάθον, probare hic poſſim.

Cap. XII.

Caput decimum tertium cum ſequentibus aliquot percurritur. Nonnus emenda- *tus.* παρέστασθαι τῷ πνεύματι. ὕστατος ἄρτος, ἄρτος ἔνθεος, *ex ſententia Non-* *ni, Iudæ porrectus. Nonni de Intinctæ exhibitione in S. Cæna opinio. Ægyptio-* *rum in exhibenda Intincta mos. Intincta vino. Ejus exhibitionem à Iulio quo-* *dam Pontifice ſublatam. Micrologi de eo locus. item ex canonibus. Nonnum* *panem*, *ſiue offam Iudæ traditam*, *Sacram fuiſſe arbitratum. Offa quæ Iudæ* *exhibita*, *an eadem cum Sacra. Ea Iudam ab Eccleſia & Sacro cœtu ſepara-* *tum : eademque intincta ac porrecta*, *ex Auguſtini ſententia*, *expreſſum* *fuiſſe proditorem. Nonni error*, *qui eam Sacramentum exiſtimauit. Thomas* διώνυμος. *Iterum in eo Nonnus notatus. Theomim Maſoretharum. Ridicu-* *lus error de nominis Didymi in circumciſione*, *ex Nonni ſententia*, *impoſitio-* *ne. Nominis in circumciſione impoſitionem*, *Patrum propriam fuiſſe. Meſſiæ* *nomen à matre impoſitum : & id ejus tanquam* ἀπάτορος *apud Eſaiam*, *no-* *tam*, *ex doctorum ſententia*, *ac characterem eſſe. Interpretatio ejus loci*, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. Ἰσουργία *Patris & Filii. quam non recte à* *Nonno expreſſam. Patrem*, *ex veterum ſententia*, *per Filium in creatione* *operatum: quod non recte adhibuiſſe Nonnum.* συζυγία *de Perſonis. Iterum er-* *ror de Spiritu Sancto notatus.* Πνεῦμα Θεοῦ γενετῆρος. *Nonni* παρερμηνεία *in eo* *loco*, Ἔτι μικρὸν καὶ ὁ κόσμος με οὐ θεωρεῖ: *& ad diuinam formam ab eo referri.* θεωρεῖν *Helleniſtis de corporali viſione vſitatum. In alterius loci interpretatio-* *ne Nonnus notatus. Locus ab eodem male curtatus. Locus*, πᾶν τὸ καρπὸν φέρον καθαίρει αὐτό. *Nonni* παρερμηνεία. *interpretatio Chryſoſtomi. Locus* συνάγουσι καὶ εἰς

πῦρ

πῦρ βάλλουσι: in quo Nonni rejecta, qui Angelos intelligit. Hebraiſmus notatus. Locus, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς καὶ ἔθηκα ὑμᾶς. ἔθηκα, ἐφύτευσα. ἵνα μὴ σκανδαλισθῆτε. Scandalum quid, ex Baſilio. ἀλλὰ in eo loco, ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, & in eo lapſum Paraphraſten noſtrum. Loci illius interpretatio, δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ. Corban. Sceleſta Iudæorum verba, de homicidio, quo Chriſtianum tollunt, quæ illuſtrando loco illi commode allata. δουλείαν & λατρείαν, à Nonno confundi. δουλείαν προσφέρειν, ἀνελλειπῶς de victima. ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. λῆψις, ſcientia. λαμβάνειν, μανθάνειν. λαμβάνειν & λῆψις, proprie de S. Spiritu vſurpata. S. Spiritus τῷ λαμβάνειν & τῇ λήψει à Patre & Filio diſtinctus. Quod de eodem bis, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται dicitur, pro eo verbum δέχεσθαι, Nonno vſurpatum. Summa Paraphraſtæ in loco de S. Spiritu audacia. ad ſtabiliendum erroneum dogma, mutata Euangeliſtæ verba. pro eo quod Euangeliſta habet, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, ἐκ τοῦ πατρός μου, à Nonno ſuppoſitum. Chryſoſtomi & Cyrilli interpretatio. λευκάδι φωνῇ λαλεῖν, noſtro quid. λευκότατα λέγειν ἢ φάναι. λευκαίνειν τὸ νόημα. πληροῦσθαι ἡ γραφή, quomodo interdum dicatur. νόμος de Pſalmis κακοζήλως à noſtro vſurpatum. Vox δόξα iterum peſſime à noſtro expoſita. alia Nyſſeni interpretatio.

QVod de Domino, poſtquam ſuorum lauiſſet pedes, capite decimo CAP.
tertio legitur, Ὅτε οὖν ἔνιψε τοὺς πόδας αὐτῶν, καὶ ἔλαβε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἀνα- XIII.
πεσὼν πάλιν, εἶπεν αὐτοῖς, &c. ita autem extulit noſter, ℣ſ. 12.

Ὁππότε δαιτυμόνων δυοκαίδεκα κύκλον ἀμείβων,
Νίψεν ἑῶν ἑτάρων ὁσίους πόδας ἁγνὸς Ἰησοῦς
Κεκλιμένους, παλίνορσος ἑοὺς ἔνδυνε χιτῶνας,

quod non recte legi, ex Euangeliſta apparet: qui, ἀναπεσὼν πάλιν, de Chriſto dixit. Ὅτε οὖν ἔνιψε τοὺς πόδας αὐτῶν, καὶ ἔλαβε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἀναπεσὼν πάλιν εἶπεν αὐτοῖς. Noſter ergo ſcripſit ſine dubio,

Κεκλιμένος παλίνορσος, ἑοὺς ἔνδυνε χιτῶνας.

hoc eſt, ἀναπεσὼν πάλιν, τὰ ἱμάτια ἔλαβε. peracto enim munere lauandi,
menſæ denuo accubuiſſe ſignificat. Eodem capite, ita loquitur Euangeliſta, ℣ſ. 21.
Ταῦτα εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς, ἐταράχθη τῷ πνεύματι. quid ſit autem ταράσσεσθαι τῷ πνεύματι, ex vulgari Hebraiſmo qui neglectus fuit, ſupra expoſuimus: vt ſit tale, quale ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι. ſolens igitur peccauit, cum perturbationem hanc, quæ ad declarandam alterius naturæ infirmitatem, ſiue, ad τὴν οἰκονομίαν, καὶ συγκατάβασιν, hic referenda erat, S. Spiritui aſſcribit. Ad illum Euangeli-
ſtæ noſtri capite eodem locum, qui mox legitur, Ἐκεῖνός ἐστιν ᾧ ἐγὼ βάψας τὸ ℣ſ. 26.
ψωμίον ἐπιδώσω, & quæ ſequuntur, ita ſcribit noſter,

ᾧ χερὶ βάψας
Οἴνωπι ῥαθάμιγγι δεδευμένον ἄρτον ὀπάσσω,
Αὐτὸς ἐμὲ προδίδωσι.

Ac deinde addit,

καὶ ἐς δέπας ἔμπλεον οἴνου
Βάψας ὕστατον ἄρτον, ἀναιδέϊ δῶκεν Ἰούδα,
Ἄρτον ἐοῦ κήρυκα φιλοκτεάνοιο φονῆος.
Καὶ μετὰ θέσκελον ἄρτον ὑποσπείρων πόθον ὄλβου
Πομπὸς ἀλιτροσύνης, ὅλον ἀνέρα δῦσατο δαίμων.

Vbi ſane, cum & ὕστατον ἄρτον, neque hoc contentus, ἄρτον ἔνθεον dixit, ſtudioſe hoc egiſſe videtur, vt lectori ſuo perſuaderet, eam offæ, quam deſcribit, exhibitionem, epuli Dominici continuationem fuiſſe. quemadmodum & ex verbis ejus patet, eam ex ſententia illius intelligi, quam Intinctam veteres dixerunt: qui ſic recordationem Domini in pane ac vino celebrabant. Cæterum, quemadmodum præ reliquis terrarum populis qui cultu idolorum irretiti ac veneratione eſſent, ſuperſtitioſos maxime Ægyptios fuiſſe conſtat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ſtat, ſic iidem, cum ad Sacra religionis noſtræ myſtica, cum aliis tranſlati
ſunt; è quorum numero & noſter fuit, ſemper fere in partes, cum in aliis,
tum myſterii hujus celebratione, abierunt. Tale eſt quod Sozomenus de iis
notat, *pranſos ſub veſperam myſterio communicaſſe.* Παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις ἐν πολ-
λαῖς πόλεσι καὶ κώμαις παρὰ τὸ κοινῇ πᾶσι νενομισμένον, πρὸς ἑσπέραν τῷ σαββάτῳ
σιτιόντες, ἐμπεπλησμένοι ἤδη, μυστηρίων μετέχουσι, καὶ εὐχαῖς δὲ καὶ ψαλμῳδίαις ταῖς αὐταῖς
ἢ ἀναγνώμασι κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν οὐ πάντας κεχρημένους εὑρεῖν ἐστιν. Longe tamen ma-
jus fuit, quod intinctam vino offam exhiberent. quod cum tempore ne-
ceſſitatis, vt exemplo nemini ignoto de Serapione ab Euſebio probatur, ve-
teres permitterent, Ægyptii in conſuetudinem ac morem conuerterant:
donec id à Iulio Pontifice ſublatum eſt: qui de ea re ad Ægyptios Epiſcopos
Epiſtolam conſcripſit. Micrologus cap. 19. *Non eſt autem authenticum, quod*
quidam corpus Domini intingunt, & intinctum pro complemento communionis
populo diſtribuunt. Nam ordo Romanus contradicit: quia in paraſceue vinum non
conſecratum, cum Dominica oratione & Dominici corporis immiſſione, jubet con-
ſecrare. vt populus plene poſſet communicare. Quod vtique ſuperflue præciperet,
ſi intinctum Dominicum à priori die corpus ſeruaretur, & ita intinctum populo ad
communicandum ſufficere videretur. Iulius quoque Papa in ordine trigeſimus ſex-
tus, Epiſcopis Ægypti ſcribens, hujuſmodi intinctionem penitus prohibet, & ſeor-
ſum panem & ſeorſum calicem, juxta Dominicam inſtitutionem, ſumenda docet.
Quæ opinio ex loco male intellecto περὶ τοῦ ψωμίου ſine dubio manauit: cum
exiſtimarent, quod aperte Ægyptius hic noſter dixit, θέσκελον aut ἔνθεον fuiſſe
ἄρτον, quem proditori ſuo Dominus exhibuit. Quod diſerte in Canonibus
titulo De Conſecrat. diſtinctione ſecunda, C. *cum omne*, Iulius refutat, imo
abrogat, cum ſcribit: *Illud vero, quod pro complemento communionis intinctam*
tradunt Euchariſtiam populis, nec hoc prolatum ex Euangelio teſtimonium reci-
pit, vbi Apoſtolis corpus ſuum & ſanguinem commendauit. Nam intinctum pa-
nem aliis Chriſtum præbuiſſe non legimus, excepto illo tantum diſcipulo, quem in-
tincta buccella magiſtri proditorem oſtenderet, non quæ ſacramenti hujus inſtitu-
tionem ſignaret. Itaque veteres Dominum hac offa ἀποσχίσαι, ἀφορίσαι, ἀπομε-
ρίσαι τοῦ ἁγίου χοροῦ, καὶ παραδειγματίσαι, hoc eſt, *abſcidiſſe, ſeparaſſe, diuiſiſſe à Sacro*
choro, traduxiſſe denique ac in poteſtatem Diaboli dediſſe Iudam proditorem ſuum,
hac ratione notant. quemadmodum diſerte eandem hanc offam à præbi-
tione corporis Dominici Tractat. in Iohannem 52. Auguſtinus diſtinguit.
Non autem, vt putant quidam, negligenter legentes, tunc Iudas Chriſti corpus ac-
cepit. Intelligendum eſt enim, quod jam omnibus eis diſtribuerat Dominus Sacra-
mentum corporis & ſanguinis ſui, vbi & ipſe Iudas erat, ſicut S. Lucas euidentiſ-
ſime narrat: ac deinde ad hoc ventum eſt, vbi, ſecundum narrationem Iohannis,
apertiſſime Dominus, per buccellam tinctam atque porrectam, ſuum exprimit tra-
ditorem: fortaſſe per panis tinctionem illius ſignificans fictionem. Non enim omnia
quæ tinguntur abluuntur, ſed, vt inficiantur, nonnulla tinguntur. Si autem bo-
num aliquid hic ſignificat tinctio, idem bonum ingratum merito eſt ſecuta damna-
tio. A quo noſter hic diuerſus abit. vt, cum ſtatuat intinctam, quam Sacram,
imo Sacramentum vult fuiſſe, quod ibi Auguſtinus negat, eandem tamen
proditoris quoque notam innuat fuiſſe. Nam diſerte

Ἄρτον ἐοῦ κήρυκα φιλοκλεάνοιο φονῆος

vocat: quod cum præcedentibus Euangeliſtæ verbis, quæ euadere non po-
teſt, ac interrogatione Euangeliſtæ noſtri, conuenit. & tamen ἄρτον θέσκελον
Cap. XIV. vſ. 5. vocauit. Capite decimo quarto, cum Euangeliſta dixit, Λέγει αὐτῷ Θωμᾶς; de
ſuo, quod vbique illi vſitatum, parum circumſpecte liberalis fuit. Ait enim

εἰσαΐων δὲ διώνυμος ἴαχε Θωμᾶς,
Ὃν Δίδυμον γενετῆρες ἐφήμισαν, ἐξότε κούρου
Ὀγδοάτης ἀνέτελλε φιλοτμήτου δρόμος ἠοῦς.

Vbi

Vbi jocularia nonnulla & ridicula. quale eſt, de quo nos paulo ante, vt & alii, quod διώνυμον vocauit Thomam: quaſi aut τὸ Thomas binominem ſignificet, aut binominis ſit ipſe Thomas, quia ita dicitur: hoc eſt, quia δίδυμος, gemellus, Græcis dicitur. quem, vt quædam hic ſuperioribus addamus, ſi ideo binominem dicamus, quia ortu fuit geminus, & fratrem habuit gemellum, hoc jam tale erit, ac ſi Caſtorem binominem dicamus, quia fratris geminus gemellus fuit. Magiſtri ſane Maſorethæ, voces, quæ eodem verſu in Scriptura bis occurrunt, *theomim*, id eſt, gemellas, dicunt. quas ſi quis binomines idcirco dicat, nihil aliud quam riſum debeat: quem noſter non vitauit, ſed jumento ſuo ſibi, vt cum Comico Latino loquar, accerſiuit. Cui adde idioticum ac ineptiſſimum errorem, quod hoc nomen Didymi, in mila, ſiue circumciſione, vult impoſitum: cum μεθερμηνευόμενον, de quo & jam ante, non autem patrium aut proprium, ſit nomen. Adde quod, ſi hoc illi nomen fuit, Didymi nimirum, quod diſerte hic dicit, & hoc nomen à parentibus impoſitum, quod & ipſum diſerte dicit, cum addit,

Ὃν Δίδυμον γενετῆρες ἐφήμισαν, ἐξότε &c.

jam Hebræum nomen erit Didymus. Ait enim, Didymum in circumciſione à parentibus dictum. Quæ inſignis ἀλογιστία eſt. ita enim Iſaac erit Γέλως: quia ſic Euſebius & alii interpretantur: & hoc illi nomen die octauo à parentibus fuerit impoſitum. Quod ridicula illa notant:

ἐξότε κείνης
Ὀγδοάτης ἀνέτελλε φιλοτμήτου δρόμος ἠοῦς.

Neque verum eſt ſimpliciter, parentes liberis impoſuiſſe nomen: cum ad patres ea res ſpectaret. Quemadmodum cum ex pleriſque Antiqui Fœderis, tum ex Baptiſtæ & patris Zachariæ hiſtoria apparet: qui cum nomen filii exprimere non poſſet, & à patre (quanquam illud ex inſtinctu Spiritus, in eo caſu mater jam ſuppeditaſſet) petendum ex recepto more eſſet, ſcripto ſententiam concepit. vt hoc ipſo argumento viri magni, cum apud Eſaiam capite ſeptimo dicitur, *Virgo prægnans erit & pariet, & vocabit nomen ejus Immanuel*, de Meſſia agere Prophetam exiſtiment. eum quippe ἀπάτορα in terris fuiſſe: ideoque matri id commiſſum. quanquam, quid de eo loco alii notarint, non ignorem. Sed judicium miror. Euangeliſta nominis Hebræi meminit: ille Didymum in circumciſione ait à parentibus dictum: & tamen, quia Thomas dicebatur, quod eſt idem quod Didymus, binominem fuiſſe ait. Quod Euangeliſta capite eodem, ſcripſit, πιστεύετέ μοι, ὅτι ἐγὼ vſ. 11. ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν, ad diuinitatis argumenta, ſiue, τοὺς τρόπους τῆς θείας φύσεως δηλωτικοὺς refert Cyrillus. à quibus neque ἡ ἰσουργία, quod eadem cum Patre extra imitationem agat Filius, de quo & ſupra ex autore noſtro egimus, excludi debet: cum & ipſa vnitatem notet. ideoque & cum dicitur, ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι, æqualitas & vnitas διὰ τῆς ἰσουργίας probatur. Sed & hic ἰσουργίαν infert: cum inquit, εἰ δὲ μὴ, διὰ τὰ ἔργα αὐτὰ πιστεύετέ μοι. Quare importunum quod hic addit, ἐγὼ λαλέων, ὁ δὲ ῥέζων. *ego loquor, ille dicit.* quaſi Dei λόγου proprium ac peculiare eſſet, λέγειν tantum, Patris autem ſine Filio ἐργάζεσθαι tantum. quia ſine dubio Patrem apud veteres legerat in creatione per Filium fuiſſe operatum: & quæcunque agit Pater, Verbo agere: hoc Verbum autem eſſe Filium. Auguſtinus ad eum, quem jam dixi, Euangeliſtæ noſtri locum: *Opera Dei attenditis? per me facta ſunt omnia. Operatus eſt Pater lucem. Sed dixit vt fieret. Si dixit, Verbo operatus eſt: & Verbum ejus ego ſum. Pater meus & tunc operatus eſt cum fecit mundum, & nunc operatur cum regit mundum. ergo & per me fecit cum fecit, & per me regit cum regit.* Quod an hic locum habeat, videndum fuerat. neque enim de modo τῶν ἐργαζομένων hoc loco, ſed περὶ ὁμοτίμου καὶ ὁμουσίου, teſte ad hunc locum Chryſoſtomo, agit. quod ἐκ τῶν θεοπρεπῶν probat. Ea autem

ſunt

ſunt miracula. Ergo διὰ τῆς ἰσουργίας τὸ ὁμοούσιον τῆς φύσεως probauit. Quo igitur
nunc illud?

> Σύμφυτός εἰμι τοκῆος· ἐγὼ λαλέων, ὁ δὲ ῥέζων.

cum hoc vellet, ἐγὼ ὁμοούσιος τῷ πατρί εἰμι. Πιστεύετε οὖν μοι· εἰ δὲ μὴ, διὰ τοῦτο πι-
στεύετέ μοι· διὰ τὰ ἔργα τὰ θεοπρεπῆ πιστεύετε· ἰσουργοῦντα γὰρ τῷ πατρὶ βλέπετε. qui eſt
ſimplex ſenſus. Et hoc ipſum poſtea inferre cogitur. ita enim:

> Εἰ μὴ ἐμοὶ πείθεσθε, σοφοῖς πιστεύσατε μούνοις
> Ἔργοις ἡμετέροισιν· ἵνα γνώσησθε καὶ αὐτοὶ
> Συζυγίην ἀμέριστον ἐνὶ ζευχθεῖσαν ὀχῆι,
> Υἱοῦ πατρὶ μένοντος, ἐν υἱέι πατρὸς ἐόντος.

vbi rurſus voce συζυγίας de Perſonis, neque ſolus tamen, vſus eſt. cum &
veteres ante illum ſic locutos conſtet. Iuſtinus Martyr, aut quicunque au-
tor, Expoſitione Fidei, Οὐ παραλαμβάνει τῇ δοξολογίᾳ ταύτῃ τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα,
ὡς τῇ θείᾳ φύσει συνεζευγμένα δηλονότι. Item, Ἀλλὰ καὶ τῆς κτιστῆς οὐσίας κεχωρισμένα,
καὶ τῇ ἀκτίστῳ συνεζευγμένα. Item, Λειπόμενον ἂν εἴη τὸ κοινωνεῖν αὐτὰ τῆς οὐσίας, ᾗ καὶ
πανταχοῦ συνεζεύχθησαν. vnde & patet, ſic potiſſimum ſubſtantiæ reſpectu
℣ſ. 17. dici: in qua vna, tres ſunt vnum. Eodem capite ſequitur, Τὸ πνεῦμα τῆς ἀλη-
θείας ὃ ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν. Vbi iterum in luto ſuo noſter, in quo capite
vndecimo & alibi non ſemel, hæret. quaſi S. Spiritus à ſolo Patre, non au-
tem & à Filio procederet. Qui Græcorum error eſt: quanquam alii aliter
pro ratione temporis de eo. inter quos, à Patre quidem ἐκπορεύεσθαι, non-
nulli fatebantur, & hac ratione κατὰ τρόπον τῆς ὑπάρξεως à Filio diſtingui: cæte-
rum, à Filio non ἐκπορεύεσθαι, quemadmodum à Patre, verum μεταδίδοσθαι, *im-*
pertiri vel *communicari*, dicebant. Noſter ne fatetur quidem, eum qui ſit
Patris, eſſe Filii. ſi enim Dei Spiritum dixiſſet, admitti poterat ac ferri: ita
enim Filium quoque incluſiſſet: quomodo non pauca veterum ab Ortho-
doxis excuſantur loca. Quale eſt illud leg. 2. Cod. t. de ſumma Trinit. & Fide
Cath. quod ab eruditis in hanc rem adfertur: *Qui Spiritum Sanctum, quem*
ex ſummo rerum parente & ſperamus, & accipimus, negando non violat. vbi Fi-
lius non minus parens ſummus dici potuit quam Pater. Hic vero nomen
Perſonale χαρακτηριστικὸν, vix dubitandum quin excludat alterum. communem enim
Spiritum, *Paternum* dixit.

> ὅτι βροτὸς οὔποτε λεύσσει
> Τηλίκον ἀνδρομέοισιν ἐν ὄμμασιν ἀρχέγονον φῶς,
> Πνεῦμα Θεοῦ γενετῆρος.

Non ita multo poſt, ita legitur: Ἔτι μικρὸν καὶ ὁ κόσμος με οὐ θεωρεῖ· ὑμεῖς δὲ θεω-
ρεῖτέ με. de quo loco quam varie accipiatur, nihil hic dicam. Theophylactus
ad quadraginta illos dies refert, quibus poſt reſurrectionem Dominus in
terris verſatus eſt. nec repugnat ad hunc locum Auguſtinus, qui ad carnem
referri poſſe ait, quam videndam pariter & contrectandam ſuis voluit pro-
bare. Et ſane, ſi ad contemplationem Deitatis referatur, nunquam eam
mundus viderat. Qui, eodem Auguſtino teſte, *videbat hominem, non vide-*
bat Deum: videbat indumentum, non videbat indutum. Sed quid ſibi noſter
voluit, cum *diuinæ formæ* hic meminit?

> Βαιὸς ἔτι χρόνος ἐστὶν, ἐμὴν ὅτε θέσπιδα μορφὴν
> Οὐκέτι κόσμος ἄπιστος ἐσόψεται, ἀλλ' ἐμὲ μοῦνοι
> Λεύσσετε.

Hoc eſt, *Exiguum adhuc tempus eſt, cum diuinam formam meam mundus incre-*
dulus non amplius videbit. Vos autem ſoli me videbitis. cum præſertim anti-
quis non paucis, vt & Nonno, τὸ μορφὴ, denotare eſſentiam, jam ante loco
ſuo ſatis probatum ſit. Qua ratione igitur, non amplius videbit mundus,
quod non viderat: nec illi viderant, quos mundo in hac parte præfert? ac
ne Moſes quidem ipſe, aut Eſaias, aut Paulus, niſi ex peculiari, à qua alii
diſſen-

diſſentiunt; opinione Auguſtini. Notum enim illud, *Deum nemo vidit vnquam.* qualis eſt nimirum κατὰ τὴν οὐσίαν, κατὰ τὴν θείαν μορφὴν, vt cum noſtro veteres loquuntur. Theophylactus ad locum illum, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα· ἀλλὰ μὴν πολλοὶ ἐμὲ δοκοῦσιν ὁρᾷν, τὸν δὲ πατέρα οὐχ ὁρῶσιν· ὥστε οὐδὲ ἐμὲ ὁρῶσι κατὰ τὴν θείαν φύσιν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. Adde hic, quod θεωρεῖν, de corporali viſione Helleniſtis vſurpatur: qualia ſunt, θεωρεῖν σημεῖα, θεωρεῖν ἔργα, καὶ θεωρεῖν τὰ ὀθόνια κείμενα. quomodo τὴν θείαν Χριστοῦ μορφὴν nemo vidit: quod & optime intellexerunt illi, qui ad ſecundum Chriſti aduentum θεωρίαν hanc cum Cyrillo referunt. Vt vt ſit, improuide, vt non ſemel, locutus eſt, qui aut ad eſſentiam hæc refert, aut ea vſus voce eſt, qua diuinam hactenus eſſentiam expreſſit. Quippe, ad τὴν τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν, hæc eſſe referenda ſi voluit, de qua itidem Cyrillus, *Inuiſibilis, poſtquam hinc abiit, terrena ſapientibus eſt; viſibilis autem Sanctis: diuinum enim & intellectualem fulgorem, & cognitionem congruam in animis eorum Spiritus inſerit, & oculos cordis mirum in modum illuminat;* quomodo de mundo dixit, *paulo poſt non amplius videbit me mundus?* Nam Iohanni, vt ante alias jam diximus, perpetuo fere, ὁ κόσμος, ſunt οἱ ἄπιστοι: hoc certe loco, vbi Sanctis opponitur ὁ κόσμος. De quo ne dubitemus, ipſe κόσμον ἄπιστον hic dixit. quare vt optime cum eo decidamus, ἀνακόλουθα hoc loco καὶ ἀσύστατα locutus eſt. Cui loco non diſſimilis qui paulo poſt extat, καὶ ἐγὼ ἀγαπήσω αὐτὸν, καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτόν. ad quem ſummus vir Chryſoſtomus, ὥσπερ ὁ πατὴρ ἐμφανίζει ἑαυτὸν, οὕτω καὶ ἐγὼ, notauit. quibus, ſatis innuit quid velit: ita, nempe, poſt hanc vitam viſum iri Filium, quemadmodum videbitur & Pater. Auguſtinus, *Exhibebit ſe*, inquit, *cum Patre Deum vnum: non quomodo in hoc ſæculo viſus eſt in corpore & malis.* Cyrillus: *Manifeſtabo*, inquit, *meipſum ei. Mundis certe viſio Dei ſummum præmium eſt. in quibus Chriſtus per Spiritum fulgebit, ſingula illuminans, & ineffabili ſplendore mentem eorum ad cognitionem erigens ſuam. Ad hæc qui peruenient, vere beati erunt.* Quid ergo voluit, cum ad corpus hoc refert, & τὸ αὐτίκα, quod non inuenerat, adjecit?

Καί οἱ θέσκελον εἶδος ἐμοῦ χροὸς αὐτίκα δείξω.

quibus verbis apparitiones, quæ poſt reſurrectionem factæ ſunt, haud dubio expreſſit. Et in hac ſententia Theophylactus eſt. qui quod Nonnus θέσκελον εἶδος χροὸς, *diuinam corporis ſpeciem*, σῶμα θεοειδέστερον vocauit. Ἐπειδὴ, inquit, μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἔμελλεν αὐτοῖς ἐπιφαίνεσθαι μετὰ θεοειδεστέρου σώματος. Paulo aliter Euthymius, *interdum quidem humano more, quandoque vero diuino ſplendore.* Quocunque modo accipias, περίεργον eſt illud αὐτίκα. verum quia dictum ante fuerat, μικρὸν ἔτι, quod ad diuturnitatem quoque temporis referri poſſe exiſtimabant qui eum de ſecundo aduentu intelligebant locum; *quia mille anni coram Deo*, dicunt, *tanquam dies vna*; etiam hic ita ei viſum loqui. in quo judicium, vt ſæpe, deſidero. Capite ſequenti, in illo Cap. XV. vſ. 2. loco, Πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον καρπὸν, αἴρει αὐτὸ, maximæ efficaciæ illud, ἐν ἐμοὶ, cenſuerunt Patres. hoc enim voluit, *qui ex me germinauit, ac per fidem mihi eſt inſitus, neque fructum tamen profert*, inquit Euthymius. Quæ profecto verba nec ordine nec recte noſter prætermiſit: oblitus omnium quæ mox ſequuntur, Μείνατε ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν ὑμῖν· καθὼς τὸ κλῆμα οὐ δύναται καρπὸν φέρειν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, ἐὰν μὴ μείνῃ ἐν τῇ ἀμπέλῳ, οὕτως &c. Ibid. præcedit autem, καὶ πᾶν τὸ καρπὸν φέρον, καθαίρει αὐτὸ, ἵνα πλείονα καρπὸν φέρῃ. vbi noſter

οἶδε καθαίρειν

Ἀρτιφύτοις πετάλοις.

nouit recens natis foliis purgare. quod quid ſit, ex illo quærendum eſſet. nam & ambigue, nec Græce, nec ex agricolarum vſu, quod voluit, expreſſit. Quanto autem melius Chryſoſtomus, qui, τὸ γὰρ καθαίρειν αὐτὸ, περικόπτειν ἐστίν· ὅπερ γονιμώτερον ποιεῖ τὸ κλῆμα. qui, καθαίρει, vt & noſter, legiſſe videtur: diſerte enim

quem interpretatur, καὶ τὸ καρπὸν φέρον, καθαίρει αὐτὸ, ἵνα πλείονα καρπὸν φέρῃ.
Atqui ea vox decepit noſtrum, qua inuoluit, non interpretatur quod Euan-
geliſta dixit. Optime idem omnia quæ hic dicuntur de palmitibus intelli-
genda notat. qui, Καὶ πᾶν τὸ καρπὸν φέρον, καθαίρει αὐτὸ, inquit, τουτέστι πολλῆς ἐπιμε-
λείας ἀπολαύειν ποιεῖ. καί τοι ἡ ῥίζα δεῖται ἐπιμελείας περὶ τῶν κλημάτων, περισκαπτομένη
καὶ γυμνουμένη· ἀλλ᾽ οὐδὲν ἐνταῦθα περὶ ταύτης φησιν, ἀλλὰ τὸ πᾶν περὶ τῶν κλημάτων· δεικνὺς,
ὅτι αὐτὸς μὲν ἑαυτῷ ἀρκεῖ· οἱ δὲ μαθηταὶ δέονται πολλῆς παρὰ τοῦ γεωργοῦ βοηθείας, κἂν σφό-
δρα ἐνάρετοι ὦσι. διὰ τοῦτό φησι, τὸ καρπὸν φέρον, καθαίρει αὐτό· τὸ μὲν γὰρ, ἐπειδὴ ἄκαρ-
πόν ἐστιν, οὐδὲ ἐν τῇ ἀμπέλῳ εἶναι δύναται· τὸ δὲ, ἐπειδὰν καρπὸν φέρει, γονιμώτερον αὐτὸ
ἐργάζεται. Ergo de putatione agitur. quod κλαδεύειν apud Græcos agricolæ
dicebant: de quo videndi Geoponici. inter quos Pamphylus: qui κλαδείαν,
ἀπόθεσιν τῶν κλημάτων dicit. quis autem κλήματα & κλάδους nihil aliud quam
folia, ſiue, φύλλα, eſſe dicat? Idem, καὶ κλήματα ἀνάπαλιν τῷ ἔαρι κλαδεύειν
ἀναγκαῖον. vnde idem ſummus vir erudite ad calamitates illud refert. Lon-
ge autem aliud, putare, aliud frondes ſtringere, quod noſter voluit. Chry-
ſoſtomus ſollicite ad palmites id referendum docet: noſter, qui agebat aliud,
de frondibus accipiebat. Non poſſum ſatis admirari, quantopere in minu-
tis nonnunquam hæreat. quale eſt illud, quod Euangeliſta dixit, Ἐὰν μή τις
μείνῃ ἐν ἐμοὶ, ἐβλήθη ἔξω, ὡς τὸ κλῆμα, καὶ ἐξηράνθη· καὶ συνάγουσιν αὐτὰ καὶ εἰς πῦρ βάλ-
λουσι καὶ καίεται. Noſter Hebraiſmi, vt videtur, plane imperitus; quia συνάγουσι
καὶ βάλλουσιν ex vſu Helleniſtico inuenerat, intelligendum aliquid putauit.
Ergo Angelos intelligi exiſtimauit. qui

Καί μιν ἀναλλάξαντες ἔσω βάλλουσι καμίνου
Αἰθέρεοι δρηστῆρες.

Qui autem Helleniſticum ſermonem vel guſtarunt, nihil voluiſſe aliud quam
quod ſimpliciſſime effertur, καὶ συνάγεται καὶ βάλλεται, Euangeliſtam ſciunt.
quia τοῦ τυχόντος intelligunt Hebræi. Sic Ezechielis decimo & quinto, vbi iti-
dem de vite agitur, Εἰ λήψονται ἐξ αὐτῆς ξύλον τοῦ ποιῆσαι εἰς ἐργασίαν, hominem aut
quenuis intelligas: neque in eo loco aliter Chaldæus. Et vbiq; aliud agit, cum
℣ſ. 16. Helleniſticum ſermonem tangit. cui fidem vel illud capite eodem fecerit,
οὐχ᾽ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε, ἀλλ᾽ ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς, καὶ ἔθηκα ὑμᾶς, ἵνα ὑμεῖς ὑπάγητε
καὶ καρπὸν φέρητε. vbi Chryſoſtomus, vere ac eleganter pariter, vt ſolet, ἔθηκα,
ἐφύτευσα, interpretatur. & quod ſequitur, ἵνα ὑμεῖς ὑπάγητε καὶ καρπὸν φέρη-
τε, idem, ἵνα ἐκταθῆτε, exponit. Cauſam autem addit, ὅτι μεταφορᾷ τῆς ἀμ-
πέλου κέχρηται: hoc eſt, *quia adhuc in tranſlatione vitis hæret*. quæ obſeruatio
haud dubio eſt vera. Noſter neutrum recte expreſſit: ſed & quæ de ſemine ad-
dit, extra ſcopum τῆς παροιμίας & loquendi rationem ſunt. Ecce autem locum:

Ὑμέας ἐκ πολέων νοερῇ φρενὶ πάντας ἐδέγμην
Πιστοτέρους· καὶ ἔθηκα σωήλυδας, ὄφρα μολόντες
Καρπὸν ἀέξητε, καὶ ὑμείων σπόρος εἴη
Κάρπιμος εἰς αἰῶνα.

Et tam triuialia notare pudet. quale eſt quod μολόντες addidit: quaſi illud, ἵνα
ὑπάγητε καὶ καρπὸν φέρητε, aliud ſit quam ἵνα καρποφορῆτε; vſitatiſſimo linguæ ejus
pleonaſmo. Nunquam ergo illud, ὕπαγε καὶ ἔλεγξον αὐτὸν, item, ἀλλ᾽ ὕπαγε, σεαυτὸν
δεῖξον τῷ ἱερεῖ, Marci 1. 44. aliaque ejuſdem generis legerat, quæ apud Helleni-
ſtas ὅσα κόνις? Mirum autem tam fuiſſe ſecurum, vt ex nullo Theologo, in eo
qui ſequitur loco, quid σκανδαλισθῆναι ſit, diſceret: Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα
μὴ σκανδαλισθῆτε. quod ſi intellexiſſet, nunquam *ſcandalum*, *incredulum fu-*
Cap. *rorem* reddidiſſet. locus capitis decimi ſexti initio extat. Nemo autem me-
XVI. lius quam Baſilius hoc expreſſit. qui De baptiſmo, σκάνδαλόν ἐστιν, ὡς ἐγὼ λογί-
℣ſ. 1. ζομαι, ἐκ τῶν γεγραμμένων ὁδηγούμενος, πᾶν τὸ ἤτοι ἐς ἀποστασίαν τινὰ τῆς κατ᾽ εὐσέβειαν
ἀληθείας ἄγον, ἢ πρόσκλησιν τῆς πλάνης ἐμποιοῦν, ἢ οἰκοδομοῦν ἐς ἀσέβειαν, ἢ καθόλου πᾶν
κωλύον τῇ ἐντολῇ τοῦ Θεοῦ ὑπακούειν, μέχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου. quo nihil luculentius,
nihil

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

nihil accommodatius dici potuit. quemadmodum cum ſcandalum ex mor-
te ac perſecutione ponit. Si narrare vellem, quoties in particularum vſu la-
pſus ſit noſter, nullus finis eſſet, nullus modus. Sed clementer agendum.
Exemplum in eo habes, quod capite ſequenti dicitur: Ἀποσυναγώγους ποιήσου- ℣. 2.
σιν ὑμᾶς. ἀλλ᾽ ἔρχεται ὥρα ἵνα πᾶς ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς &c. Quæ ita reddidit,

Ἀλλὰ ταχὺς χρόνος οὗτος, ὅτε φρεσὶ πᾶς βροτὸς ἀνὴρ
Ὑμέας ὃς κτείνειεν ἀλοιητῆρι σιδήρῳ &c.

cum ἀλλὰ eo in loco Hebræorum אכן ſit, & valide affirmet. quomodo &
loqui Helleniſtæ ſolent. Exemplum Iobi 32.7.8. habes. vbi, Εἶπα δὲ, οὐχ᾽ ὁ χρό-
νος ἐστὶν ὁ λαλῶν, ἐν πολλοῖς δὲ ἔτεσιν οὐκ οἴδασι σοφίαν. Ἀλλὰ πνεῦμά ἐστιν ἐν βροτοῖς· πνοὴ
δὲ παντοκράτορός ἡ διδάσκουσα. vt non minus efficaciæ quam ſi *amen amen* more
ſolito dixiſſet, id hoc loco habeat. *Ex Synagogis*, inquit, *vos ejicient. Amen
amen dico vobis, venit hora, qua qui vos ſuſtulerit*, &c. Quod Chaldæus opti-
me expreſſit, qui in eo Iobi loco pro eo quod Hebræi אכן, ἀλλὰ Helleniſtæ,
quod & illis ibidem affirmat, בקשטא, *in veritate*, dixit. Quanquam neque
male viri docti, quibus τὸ *quinimo* placuit. quod vt minus efficax, ſic optime
iſta cum ſuperioribus connectit. Non ſine graui autem cauſa addit Veri-
tas, futurum tempus, quo qui ſeruos Domini mactaret, cultum ſe præſtare
Deo crediturus ſit. Ita ſane recutiti illi hodie pœnitentia non eſſe opus
ei dicunt, qui Chriſtianum interfecerit: qui eo loco olim gloriæ Domi-
num, quo illius ſeruos hoc tempore habent. Sequitur, δόξῃ λατρείαν προσφέ- Ibid.
ρειν τῷ Θεῷ. Quibus verbis eam fore impietatem ſceleſtorum hominum poſt
mortem Domini affirmat, vt qui aliquem è Sanctis diro mactaturus ſit ſup-
plicio, gratam atque acceptam Deo offerre ſe victimam exiſtimaturus ſit.
Vbi haud dubio eam reſpexit vocem, quæ non tam deſignat victimam quam
continet. Ea autem קרבן. quæ & Syro hic placuit. Ea enim vox, vt donum,
ita victimam complectitur. Et ad verbum, Dominus prædixit quod futurum
erat. Siquidem & nunc, homicidæ illi Domini & Dei noſtri, de quibus jam
ante, qui aſſeuerare audent, non eſſe ei opus pœnitentia qui Chriſtianum in-
terfecerit, ipſa verba quæ locum hunc interpretantur, quo implent prophe-
tiam, adjicere non dubitant: tranſgreſſionem, nempe, eam eſſe, כאילו הביא קרבן,
tanquam ſi quis corban obtuliſſet. quod ſacrificium cum ipſo ſcelere hic in-
telligit. Quanquam autem Helleniſtis עבודה plerunque eſt λατρεία; quia ii-
dem tamen Helleniſtæ, vt plures qui ea tempeſtate extabant interpretes,
δουλείας voce in ea exprimenda vterentur, tam præclare hic rem geſſit, vt
δουλείαν idem etiam hoc loco eſſe exiſtimaret, quod λατρείαν. Quis autem
ita parum in Græciſmo profecit, vt δουλείαν προσφέρειν, aut δουλείαν τελεῖν, cum
de victima agatur, dici poſſe exiſtimet? Ab eodem Euangeliſta capite eo-
dem dicitur, Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Præceſſit ℣. 14.
autem, ἀλλ᾽ ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει, καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Ad quem lo-
cum Auguſtinus, *Audientiam, quæ Spiritui tribuitur, æternam eſſe ait, quia &
ſcientia æterna eſt*. Ad quam *haud dubio* ſcientiam reſpexit, cum, ἐκ τοῦ ἐμοῦ
λήψεται, dixit. λῆψις quippe, Hebræis לקח, ſcientia eſt ac doctrina. Et λαμ-
βάνειν לקח τὸ μανθάνειν: quemadmodum interdum Helleniſtis ὑπακούειν. Ex quo
patet, quam præclare τὸ ἀκούειν & τὸ λαμβάνειν hic jungatur. Eſaiæ 29.24. Καὶ
γνώσονται οἱ τῷ πνεύματι πλανώμενοι σύνεσιν, οἱ δὲ γογγύζοντες μαθήσονται ὑπακούειν.
Vbi, quod mireris, in Hebræo eſt λῆψις, quod ὑπακοὴν dixerunt Helle-
niſtæ. B. Hieronymus *legem* reddidit. quod λαμβάνειν, ac λῆψιν, tam pro-
priam Sancto Spiritui exiſtimabant veteres, vt ad modum ὑπάρξεως accom-
modarent. ne de eorum opinione dicam, qui cum S. Spiritum ex Patre
procedere non dicerent & Filio, ita diſtinguebant, vt ἐκ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι,
ἐξ υἱοῦ λαμβάνειν dicerent. Quomodo non ſemel locutus Epiphanius. cum
idem is non ſemel fateatur, in quo Nonnus hæſit, ὅτι ὁ υἱὸς ἐκ Θεοῦ, τὸ δὲ πνεῦμα

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

παρ' ἀμφοτέρων. aduerſus Pneumatomachos, Εἰ δὲ Χριστὸς ἐκ τοῦ πνεύματος πιστεύεται Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἓν παρ' ἀμφοτέρων, ὡς φησὶν ὁ Χριστὸς, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται. καὶ, Οὗτος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται· ὁ δὲ Χριστὸς ἐκ πνεύματος ἁγίου. Et ſtatim in principio, Πνεῦμα γὰρ Κυρίου λέγεται, καὶ ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον, χαριζόμενόν τε τὰ χαρίσματα διαφόρως ὡς βούλεται. Noſter qui de hac opinione nihil forte audierat, & deteriorem tuebatur, non ſeruauit vocem, ſed mutauit. vbique enim τῷ δέχεσθαι eſt vſus. Quo eodem fere modo interdum Helleniſtæ vtuntur. vt Prouerbiorum 4. Ἄκουε υἱὲ καὶ δέξαι ἐμοὺς λόγους. hoc eſt, ἄκουε, καὶ μάνθανε. vbi Chaldæus קבל. vnde Iudæorum Cabala. ad verbum λῆψις. Porro vt omnia feramus (nam errare humanum eſt) vix ferenda, ſiue ſumma in hoc, vt leuiſſime dicam, vel libertas, vel temeritas; improbitatis enim voce, quæ hoc exprimit quod volo, abſtinere tamen malo. Non enim cum de Spiritu Sancto loquitur, ſatis adjeciſſe habuit quod non inuenit; vt cum ſupra aliquoties Spiritum πατρῷον & γενετῆρος dixit, cum nihil tale extaret; niſi nunc illud

Οὗτος ἰὼν παρὰ πατρὸς,

firmando ἑτεροδόξῳ dogmati de ſuo adderet: niſi ea ipſa quæ à S. Spiritu dictata eſſent, inſuper mutaret. Nam cum ἐξ ἐμοῦ λήψεται ſcriptum eſſet, pro eo, ἐκ τοῦ πατρὸς ἐμοῦ, ſuppoſuit. Itaque cum in Euangeliſta inueniſſet, Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, iſta inferre auſus eſt:

Οὗτος ἰὼν παρὰ πατρὸς ἀνυψώσει με γεραίρων·
Ὅττι κεν ἡμετέροιο δεδεγμένος ἐκ γενετῆρος
Ὑμῖν συμμιγέεσσι προώρια θέσφατα φαίνει, &c.

Qua mutatione nihil opus erat. cum non de proceſſione Spiritus, quod ille exiſtimauit, ſed de vnitate Filii ac Spiritus agatur: quam vt probet, ἐκ τοῦ ἐμοῦ, inquit, λήψεται. Magnus Chryſoſtomus, τὸ δὲ ἐκ τοῦ ἐμοῦ, ἐξ ὧν ἐγὼ οἶδα, ἐκ τῆς ἐμῆς γνώσεως· μία γὰρ ἐμοῦ καὶ τοῦ πνεύματος γνῶσις. Idem, ὥσπερ οὖν περὶ ἑαυτοῦ λέγων, ἀπ' ἐμοῦ οὐ λαλῶ τοῦτό φησιν, ὅτι οὐδὲν ἐκτὸς τοῦ πατρὸς, οὐδὲ ἴδιόν τι παρ' ἐκεῖνον καὶ ἀλλότριον· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ πνεύματος. *Sicut*, inquit, *Filius cum de ſe loquitur, nihil ſibi vindicat, nihil ſibi, etiam in eo quod loquitur, aſſcribit, quia nihil proprium & alienum ab eo aſſumit ſibi: ita & de Spiritu.* vt vnum, nempe, ſe cum Spiritu oſtendat. Cyrillus, *Quoniam ejuſdem ſubſtantiæ cum Filio eſt Spiritus, omnem ejus habens virtutem, ideo ait, Quia de meo accipiet.* A qua communione ne excludat Patrem, addit, Πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστιν. quicquid Patris eſt, & Filii: quicquid Filii, eſt & Spiritus. Ex quo rurſus infert, quod jam ante dixit, Διὰ τοῦτο εἶπον, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. *quia quod eſt Patris, eſt & Filii.* Sed non poſſum admirari ſatis, vel temeritatem vel licentiam interpretis: qui quod bis dixit Chriſtus, bis mutauit. Semel autem dixit, Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν: ſemel, Διὰ τοῦτο εἶπον, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. pro quo noſter conſtantiſſime, non vno ſed vtroque loco, quod inuenerat induxit, & pro eo proprium errorem poſuit. Pro eo enim quod à Seruatore ἐκ τοῦ ἐμοῦ dicitur, ἐκ τοῦ πατρὸς emendauit. quo vt nihil verius, cum ſuo loco dicitur, ita imprudenter quod ab ipſa Veritate, & quidem ita, hic dicitur, mutauit. Priori enim loco,

Οὗτος ἰὼν παρὰ πατρὸς, ἀνυψώσει με γεραίρων,
Ὅττι κεν ἡμετέροιο δεδεγμένος ἐκ γενετῆρος
Ὑμῖν συμμιγέεσσι προώρια θέσφατα φαίνει.

Altero loco,

Οὐ χάριν ὔμμιν ἔειπον, ὅτι ζαθέοιο τοκῆος
Δέγμενος ἡμετέροιο, προαγγέλλει τέλος ἔργων.

Neque vidit quam ridiculum ſit argumentum, cum eaſdem rationes ſeruat quibus contrarium probatur. Euangeliſta dixit, *Glorificabit me, quia de meo accipiet*: Nonnus dixit, *Extollet me, quia de Patre meo accipiet.* Euangeliſta

dixit,

dixit, *Quicquid habet Pater, habet Filius: ideoque dixi, cum de meo accepturum eſſe.* Nonnus dixit, *Quicquid habet Pater, habet Filius: ideoque dixi, cum de Patre meo accepturum eſſe.* Nunquam licentiam majorem pariter & ἀκρισίαν vidi. Sed & mira interpretationis pariter & argumenti ratio: nam τὸ πρόβλημα mutauit: τὸ λῆμμα, quo probatur, vt loquuntur Dialectici, ſeruauit. neque intelligebat quid δοξάζειν ſit hoc loco. Quod Euangeliſta, ἐν παῤῥησίᾳ λαλεῖν, vſ. 25. capite eodem cum ſequitur, ἀλλὰ παῤῥησίᾳ περὶ τοῦ πατρὸς ἀναγγελῶ ὑμῖν, Nonnus λευκάδι φωνῇ λαλεῖν dixit.

ἴξομαι ἀγγέλλων ἐπιπρότερα λευκάδι φωνῇ.

quomodo non raro veteres Theologi loquuntur, qui apertam ſic ac perſpicuam etiam orationem λευκάδα dicunt. Cyrillus Hieroſolymitanus Catech. 12. Καὶ λευκότατά φησιν οὕτως, καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν βασιλέων ἐκείνων ἀναστήσει ὁ Θεὸς τὴν οὐρανοῦ βασιλείαν. Et paulo poſt, Ἀλλ᾽ ἔτι ζητοῦμεν λευκοτέραν τῆς παρουσίας τῶν χρόνων τὴν ἀπόδειξιν. Ita Cæſarius, Περὶ ἧς λευκότερα μικρὸν ὕστερον διαλέξομαι. quomodo & idem λευκαίνειν τὸ νόημα, *mentem explicare,* dixit. & ſic Hebræorum Magiſtri מחור dicunt: qui orationem perſpicuam ſic *albam,* ſiue *candidam,* vocant. vt cum, הלשון אינו מחור, hoc eſt vt ipſi אינו מלבן רצח ובדור, *non eſt, perſpicua, clara, ac euidens,* alias dicunt. Capite decimo ſeptimo, cum legitur, Οὓς δέδωκάς μοι ἐφύλαξα, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ, non dicam CAP. XVII. vſ. 12. quid de eo nobis videatur loco: niſi, mirum videri poſſe, illum ex Pſalmo, qui primo Actorum de Iuda laudatur, hic intelligi. nihil enim ibi περὶ ἀπωλείας τοῦ Ἰούδα: qua mente hic adduci videtur: cum τὸ πληροῦσθαι, ſæpe parodiæ vſum, cum vox vna tangitur, in Sacris habeat. De æterno agitur Iudæ hic exitio, qui, quia γυμνῇ, vt loquuntur Helleniſtæ Theologi, κεφαλῇ peccarat, in æternum ſe exitium præcipitarat. Et tamen capite ſequenti longe aliter Euangeliſta applicat quæ hic dicuntur. Vbi ille: Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, Εἶπον ὑμῖν, ὅτι ἐγώ εἰμι. Εἰ οὖν ἐμὲ ζητεῖτε, ἄφετε τούτους ὑπάγειν· ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος ὃν εἶπεν, ὅτι οὓς δέδωκάς μοι, οὐκ ἀπώλεσα ἐξ αὐτῶν οὐδένα. Hic de animæ exitio, ibi de injectione manus, à qua eos habuit immunes. Theophylactus, ἀπώλειαν δὲ ὁ μὲν Κύριος τὴν τῆς ψυχῆς ἔλεγεν, ἣν οὐδεὶς τῶν μαθητευθέντων αὐτῷ ὑπέστη, ὁ δὲ εὐαγγελιστὴς ἐπὶ ταύτης τῆς σωματικῆς παρέλαβε τοῦτο. quanquam minime ignorem, quid de tentatione ſupra vires, à Theologo hic adferatur. Quod ſi autem locum, quem jam dixi, intelligas, non euadet cacozeliam noſter: qui, quia Pſalmos νόμον dici ſupra meminerat, neque cogitabat quomodo ex vſu Helleniſtico, de quo nonnulla ſupra diximus, id fieret, imitari id voluit: cum Hebraiſmi, ſicubi occurrant, potius tollendi, quam, vbi non occurrunt, adhibendi ſint: quod & paraphraſtæ munus vel præcipuum videtur. Pertinax & conſtans error eſt, quod vbique vocem δόξης peſſime interpretatur. Exemplum denuo, ne longe abeamus, habes. Euangeliſta, Καὶ ἐγὼ τὴν δόξαν ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, vſ. 22. ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς ἡμεῖς ἕν ἐσμεν, cum dixit, ſuo more noſter voce κῦδος vſus eſt.

Καί σφισι κῦδος ὄπασσα τό μοι πόρες, ὥς κεν ἐν ἡμῖν
Πάντες ὁμοζυγέες τετελεσμένοι ὦσι καὶ αὐτοὶ
Σύζυγες.

quam autem aliter Nyſſenus, qui ipſum S. Spiritum intelligit? qui in explicatione ejus loci, *Tunc ipſe Filius ſubjicietur,* Ἀλλὰ καὶ τὰ ἐφεξῆς τοῦ εὐαγγελίου συνᾴδει τοῖς εἰρημένοις, Τὴν δόξαν, ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς. δόξαν γὰρ ἐνταῦθα λέγειν αὐτὸν οἶμαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς διὰ τοῦ ἐμφυσήματος· οὐ γάρ ἐστιν ἄλλως ἑνωθῆναι τοὺς ἀπ᾽ ἀλλήλων διεστηκότας, μὴ τῇ ἑνότητι τοῦ πνεύματος συμφυομένους. Εἰ γάρ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. Τὸ δὲ πνεῦμα, ἡ δόξα ἐστίν. καθώς φησιν ἑτέρωθι πρὸς τὸν πατέρα, Δόξασόν με τῇ δόξῃ ἣν εἶχον ἀπ᾽ ἀρχῆς παρά σοι πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι. Ex vſu autem Helleniſtico, τὴν δόξαν καὶ τὴν κατασκήνωσιν, Chaldæorum more jungi, ac de eodem, cum de Dei Majeſtate agitur, nonnunquam vſurpari, jam ante oſtendimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Cap. XIII.

Caput decimum octauum percurritur. Mirus Nonni idiotiſmus. χάριν ἔργε. ἔργον *pro moneta.* οἱ ποιοῦντες τὸ ἔργον, *monetarii.* ὤνιον ἔργον ἔχοντες. *Petri* μάχαιρα. *Petrus quare* μάχαιραν *ex Theophylacti ſententia ad manum habuerit.* μάχαιρα *ceceſpita, ſica. Paſcha* θυηπολίη, *à mactatione agni.* μάχαιρα *Nonno an recte* ἄορ, ξίφος, *&* ἀοσσητὴρ σίδηρος. *Agamemnoni in vſum victimæ mactandæ,* μάχαιραν *ab Homero tribui.* Δορίδες, *& earum vſus apud Græcos. Ad ignem ſapientum calefaciendum, vetus Hebræorum dictum: eoque alluſiſſe Euangeliſtam videri. Caiaphas & Annas ſupremi Sacerdotes, & quomodo. in eo error Nonni notatus. De latronibus, quibus in cruce junctus Dominus, & quare iis junctus fuerit, diſputatum. Barrabas* ληϊστὴρ θανατηφόρος. στασιασταί. ἀντάρται. *Diuerſorum facinorum reos, diuerſis ſuppliciis à Iudæis affectos.* αἰτία, *ſiue titulus Domini. Vox* λῃστὴς *à Syris ac Chaldæis paulo aliter quam Græcis tum vſurpata.* λῃσταὶ *iidem, qui* ἐνεδρεύοντες *&* κακοῦργοι. *Theocrito* κακοεργοὶ *qui. & eoſdem eſſe qui Thucydidi & Lucæ* κακοῦργοι. σπήλαιον λῃστῶν, *de effractoribus. Hebræis quomodo dicti. Eam vocem & ad falſos Prophetas à Iudæis trahi.* ἄνομοι *in Prophetia eo ſenſu de latronibus cum Domino crucifixis. liſtin armati.* λῃστὴς καθωπλισμένος. *gaiſa, ſiue gæſa, à Syra voce. Stylo aut graphio vti apud Romanos vetitum. Commune Domino cum duobus latronibus intentatum facinus. id fuiſſe Majeſtatis: peculiare autem* ἀνταρσίαν, *ſiue affectati regni crimen.* στάσις. στασιῶται. *judicium in ſupplicio de Domino, Romanorum fuiſſe.* ῥόπαλον. *fuſtuarium.* ἀχάρακτος, *non charaſſatus. Supplicium de S S. martyribus* τῷ ῥοπάλῳ *ſumptum.*

Cap. XVIII. ℣. 5. ERuditum eſt, ſed nihil minus quam Græcæ conſuetudinis, quod capite ſequenti de Iuda dicitur, quod μινυθαδίου χάριν ἔργου, Dominum tradiderit. Vbi ἔργον, nummum, ſeu pecuniam, ni fallor, vocat. Quis autem Græce ſic loquatur? non parum itaque initio nos exercuit hic locus. Hoc autem quin Helleniſtis debuerit qui tum extabant, nullus dubito. Sane Eſtheræ cap. 3. οἱ ποιοῦντες τὸ ἔργον, *monetarii* dicuntur. vnde illud, εἰς χεῖρας τῶν ποιούντων ἔργον. vbi Targum Hieroſolymitanum, *monetam* interpretatur: qui, *per manus eorum qui faciunt monetam.* vnde & ſecundo forſan capite, quos κερματιστὰς, ſiue nummularios, Euangeliſta dixit, ὤνιον ἔργον ἔχοντας dixit noſter. Ita enim ibi:

ἐζόμενον δὲ
Κερμοδότην χορὸν εὗρε φιλοπλούτοιο τραπέζης,
Καὶ πολὺν ἑσμὸν ὄπωπε φιλέμπορον ὑψόθι θώκων,
Ὤνιον ἔργον ἔχοντα.

Neque enim tam ineptum fuiſſe credo, vt ἔργον idem eſſe exiſtimaret quod χρῆμα: aut χρῆμα & χρήματα confunderet. quod vix à triuialibus, niſi fallor, expectandum. quanquam hodie non pauci ſane, qui cum Græce ſcire ſe exiſtiment, Grammaticæ præcepta vix didicerunt. Multa ſunt in hoc Euangeliſta, quæ cum perſpicua atque expoſita videantur, tamen & Patribus & noſtris, non exiguum nonnunquam ſcrupulum mouerunt. & à Nonno in pleriſque fruſtra auxilium expectes. Petrum, cum à cæleſtis Dominus abduceretur, μάχαιραν ſtrinxiſſe Euangeliſta noſter dixit.
℣. 10. Σίμων οὖν Πέτρος ἔχων μάχαιραν, εἵλκυσεν αὐτήν. quod nonnulli ex veteribus mirari ſe fatentur, quia vſu gladii jam ante interdictum iis erat. inter quos duo præſtantiſſimi interpretes, Chryſoſtomus, &, qui ore ejus loquitur ſæpiſſime, Theophylactus: qui ingenioſe, agni cauſa qui mactatus fuerat, ſumpſiſſe, aut periculi mox impendentis metu, circumtuliſſe eam vult. Verba Theophylacti ſunt, Μάνθανε, ὅτι διὰ τὸ ἀρνίον ταύτης ἔχρηζε, καὶ ἐβάστασεν αὐτὴν καὶ

μετὰ τὸ δεῖπνον, ἢ καὶ δεδοικὼς τὴν ἐπίθεσιν, παρεσκεύασο πάλιν ἐς τοῦτο. Interpretatio Theophylacti quam dixi, illum haud dubio locum reſpicit, qui de omnium fidelium parente legitur, cui mactaturo filium, μάχαιρα ab Helleniſtis tribuitur. quanquam ſæpe ſubiit mirari, nihil de illo Lucæ in mentem veniſſe iis, cum vetitam ſcriberent, Κύριε, ἰδοὺ μάχαιραι ὧδε δύο· ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, ἱκανόν ἐστι. Vt vt ſit, μάχαιρα ex eorum ſententia, haud dubio *ceceſpita*, aut *culter victimarii.* Gloſſarium Henrici Stephani, Μάχαιρα, παραμήριον, *ſica.* quod & μαχαιροποιὸν, *cultellarium* interpretatur. Hebræis eleganter מאכלת, Chaldæo סכינא. Syrus peculiari voce vſus eſt. Notum autem ipſum Paſcha à mactatione τοῦ שה, ſiue, agni, ſacrificium antiquis dici: quod ſecutus ſupra Nonnus, θυηπολίην vocauit. Cujus rationem nemo minus habuit quam ipſe: cui ἄορ, ξίφος, & ἀορτητὴρ σίδηρος dicitur. adeo in re minima fluctus excitat in ſimpulo, καὶ οὐδέποτε αὐλίσκοις μικροῖς rem gerit. Locus eſt commate decimo capite ſequenti, quem ita expreſſit:

ἀγχιφανὴς δὲ
Σίμων ἄορ ἔχων, θρασὺς ἔσπασεν, ἄνδρα δὲ νύξας
Λάτριν ἀμαιμακέτοιο διακτόρον ἀρχιερῆος,
Δεξιὸν οὖας ἔτεμνεν ἀορτητῆρι σιδήρῳ.

Atqui, vt diximus, aliud ex vſu eorum, quorum mentem Græce exprimere debuit, eſt μάχαιρα. quod Homerus ſuus illum docere potuit: qui, vt Helleniſtæ, patri fidelium, ita Agamemnoni in ſacrificiorum ac victimæ vſum μάχαιραν tribuit. Notus enim locus: vbi hunc Helleniſtarum vſum habes. quemadmodum eas quas δορίδας dicebant, ad ſacrificia paratas, aut habebant, aut affixas lateri geſtabant. Heſychius, qui vniuerſæ nobis Græciæ deperditæ theſauros reliquit, Δορίδες, μάχαιραι μαγειρικαὶ, καὶ εἰς τὸ ἐκδεῖραι τὰ θύματα ἐπιτήδειοι. Ad comma 22. cum dicitur, Οὕτως ἀποκρίνῃ τῷ ἀρχιερεῖ; vide ✠ſ.22.
quæ ſupra notauimus. vbi quam non recte, Sacerdotem magnum, ſiue Pontificem, μεγάλον ἀρχιερῆα interpres noſter dixerit, notauimus: quem & Magiſtris μέγαν ἡγεμόνα, & quidem Græca voce הגמון, *hegmon* dici monebamus. quemadmodum, quod apud Eſaiam, κεφαλὴ καὶ οὐρὰ, Helleniſtæ ad verbum, id ריש והגמון, hoc eſt, κεφαλὴ καὶ ἡγεμὼν, Ionathan dixit. vbi, Καὶ ἀφεῖλε Κύριος ἀπὸ Ἰσραὴλ κεφαλὴν καὶ οὐράν. Vt omittam ad Megillath Eſther, Hieroſolymitanum Paraphraſten, הגמונין, *hegmonin*, hoc eſt, ἡγεμόνας, ex obſeruatione eorum, ſupremos dixiſſe præfectos. cui τὸ הדיוט, *hedioth*, quod vulgarem interpretantur ſacerdotem opponunt. Hedioth autem, שאינו כהן גדול, *qui non eſt Sacerdos magnus*, exponunt: cum τὸ *hedioth*, quod eſt ἰδιώτης, vox non minus Græca quam ἡγεμών. Ad comma 24. Ἀπέστειλεν οὖν αὐτὸν ὁ Ἄννας δεδεμένον πρὸς ✠ſ.24.
τὸν Καιάφαν τὸν ἀρχιερέα, ita ſcribit noſter,

Ἄννας μὲν φονίης πεφυλαγμένον ἐς λίνον ἄγρης
Χεῖρας ὀπισθοτόνῳ πεπεδημένα δίζυγι δεσμῷ
Ἰησοῦν προέηκεν ἑῷ λυσσώδεϊ γαμβρῷ,
Ἀρχιερεῦς, ἑτέρῳ πεφορημένον ἀρχιερῆι.

quibus, ſocios in magiſtratu ac collegas, Annam fuiſſe & Caiapham innuit. cum Iohannes diſerte ſupra, ſupremum fuiſſe Sacerdotem Caiapham, oſtendat: eodemque hoc legatur capite, Καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν πρὸς Ἄνναν πρῶτον, ἦν γὰρ πενθερὸς τοῦ Καιάφα, ὃς ἦν ἀρχιερεὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου. Quid igitur? Nonno haud dubio Lucæ impoſuit locus. qui cap. 3. Ἐπ' ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καιάφα, ἐγένετο ῥῆμα Θεοῦ ἐπὶ Ἰωάννην τὸν τοῦ Ζαχαρίου υἱὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ. fuiſſe igitur vtrunque verum eſt. ita dico, vt ſuccederent, non vt eodem tempore ambo ſummi Sacerdotes eſſent. Proprium eſt Euangeliſtis, vt ſapientum, quæ tum obtinebant, clam alludant dicta. inter quæ & illud, *Ad ignem ſapientum calefaciendum.* quod quidem monitum, ita eſſe antiquum conſtat, vt in Patrum Capitulis occurrat: in quibus dicta multa ac locutiones Hebræorum extant

vete-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

veterum, ad quæ & Dominus & Euangeliſtæ paſſim alludunt. Quo ſigni-
ficant, malorum conſortio abſtinendum: eo magis, quod in nimia quoque
cum ſapientibus familiaritate, ne hos ipſos offendamus, ac eorum (quomodo
loquuntur illi) ita prunis aduramur, ſit cauendum. vt hic Orientem cuncta,
nec ſermonem ejus modo, ſed & ritus quoque ſpirent. Atque vtinam magnus
Scaliger, qui de lingua, prout exquiſito ſupra omnes, qui literas tractarunt ha-
ctenus, judicio fuit, quæ hic propria, nos alioſq; monuit, ſua in Fœdus Nouum
cum Chriſtiano orbe communicaſſet. Quæ nunc plane perierunt: quibuſ-
dam forte exceptis, quæ in codice vno alteroue, memoriæ cauſa, annotarat.
quorum & nos vnum olim in muſeo Nobiliſſimi Ampliſſimique viri Corne-
lii Mylii vidimus: qui, magni Præſidis, parentis ſui, viri ſupra commenda-
tionem, exemplum ſecutus, ſupra quam dici poteſt, de eruditis omnibus, hac
inprimis Academia, Muſarum tum Præſes, præclare eſt meritus. cui, patriæ,
ſibi, amicis, inprimis autem nobis, reddito, ita gratulati aliquando ſumus:

Natali nobis proprio cunctiſque diebus
Dulcior, ac feſtas inter habenda, dies,
Qua, Myli generoſe, tibi patriæque renatus,
Viuere cœpiſti poſt tua fata tuis.
Hac primum Fortuna tibi vim tota remiſit,
Et ſpolium de ſe victaque terga dedit.
Omnibus hanc priſcis præferret Scaliger vnam,
Qui caput hanc faſtis vellet habere ſuis,
Quiſquis & antiquos gratus reminiſcitur annos,
Et nondum potuit non meminiſſe ſui.
Annales veterum priſco repetantur ab æuo,
Et quo ſtet merito quæque notata dies:
Cum clauſos alii penetrarint milite muros,
Aut forti tulerint præmia rapta manu;
Omnibus antiſtat victoria, ſorte ſubacta,
Quæ juſſas meritis dat ſuperata manus.

ẏſ. 40. Eodem capite, commate vltimo, non male Barrabam, ληϊστὼ potius quam
λῃστὼ, dixit: quanquam hæc confundi ſciam. Cæterum, vt vulgo accipitur,
non neceſſe erat, vt quem λῃστὼ diceret, eum & θανατηφόρον diceret. cum la-
trones vulgo ſoli, qui patrarunt cædem, exiſtimentur: Barrabæ autem
duo crimina à cæteris Euangeliſtis, ſeditio & homicidium, diſerte tribuan-
tur: licet, cæteris duobus quos ſcriptura λῃστὰς dixit, jungi à Luca videa-
tur. Quanquam autem ſciam, egiſſe hoc Iudæos, vt cum ſceleſtiſſimis Do-
minum jungerent, quo ex communi ſupplicio major quoque innocenti ac-
cederet infamia, ſæpe tamen mecum & cum eruditis admiratus ſum, cur
duobus in cruce junctus ſit latronibus: cum præſertim, tum ex accuſa-
tione Iudæorum, tum ἐκ τῆς αἰτίας, ſiue titulo Pilati, vt ſeditioſum & affe-
ctati regni reum, ſupplicio affectum, ſatis pateat. quales ſunt qui gene-
rali voce στασιασταὶ, peculiari ἀντάρται dicuntur. Huc accedit Iudæorum con-
ſuetudo ac vſus, qui non niſi ejuſdem compertos flagitii, eidem addice-
bant pœnæ: ita vt diebus interdum ipſis has diſtinguerent, nec eodem
diuerſa punirent. Accedit, quod qui homicidii, vt hic Barrabas, conuicti
eſſent, leniſſime interdum, aut ſi capite, בסיף, vt loquuntur ipſi, id eſt, gla-
dio, ab iis punirentur. quo & illud Domini, πάντες γὰρ οἱ λαβόντες μάχαιραν,
ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται, Matthæi 26. ẏſ. 52. ſpectat. Neque ignoro, quomodo
euadant, aut euadere conentur, eruditi, qui, cum Synedrio ejuſque pote-
ſtate, etiam hanc ereptam tum Iudæis volunt. Sed &, qui ex Luca, latronem
alterum, alteri, cum Domino illuderet, οὐ φοβῇ σὺ τὸν Θεὸν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι
εἶ, dixiſſe adferunt, nondum quale illud κρίμα fuerit hoc ipſo probant: quo
tamen

tamen ipſo, communem tribus cauſam mortis, non minus, quam mortem fuiſſe, ſignificari dicas: cum latrones interim alteros fuiſſe dicant. quo nomine accuſatum Dominum, non probant. Et ponamus, Romanum fuiſſe hoc ſupplicium, & ab iis ſumptum, quod & crux euincit; ad eandem tamen pœnam idem ſupplicium requiri non negabunt. cum Romani hac in parte æquiſſimi, titulum flagitii apponerent, vel ſontibus præferrent: quorum alterum in Domino tum factum Sacra hiſtoria teſtatur. vt dubitandum non ſit, quin *αἰτία*, ſiue crimen, ex parte ſaltem, fuerit commune. Qui à Græcis λῃσαὶ, eo tempore à Syris, voce eâdem, paulo alia ſignificatione, dicebantur. quales ſunt quos Græci ἐνεδρεύοντας, nec raro κακούργους, dicunt. quales illi Ægyptiaci, de quibus Syracuſiæ Theocriti,

οὐδεὶς κακοεργὸς

Δαλεῖται τὸν ἰόντα, παρέρπων Αἰγυπτιστί.

qui armati publicam quietem turbabant: quam à Ptolemæo ſublatis iis reſtitutam ait. Quomodo Thucydides accepit, cum dixit, Οἱ γὰρ ἐκ τῶν νήσων κακοῦργοι ἀνέστησαν ὑπ' αὐτοῦ. quemadmodum & Lucas κακούργους dixit: qui, Ἤγοντο δὲ καὶ ἕτεροι δύο κακοῦργοι σὺν αὐτῷ ἀναιρεθῆναι. &, ἐκεῖ ἐσταύρωσαν αὐτὸν, καὶ τοὺς κακούργους· ὃν μὲν ἐκ δεξιῶν, ὃν δὲ ἐξ ἀριστερῶν. &, Εἷς δὲ τῶν κρεμασθέντων κακούργων ἐβλασφήμει αὐτόν. Sane, quod apud Ieremiam σπήλαιον λῃστῶν Helleniſtis, *effractorum vel raptorum ſpelunca*, Hebræis dicitur: quibus פריצים tales dicuntur: quo nomine & falſos Prophetas, qui ſepem legis rumperent, tranſlate dicebant. Neque aliter nos Chriſtianos, etiam hodie, honoris cauſa, credo, apellæ iſti dicunt. qui & locum Danielis cap. 11. *Filii raptorum*, aut, vt alii, *latronum populi tui exaltabantur*, ad nos, & ad ſemen illud benedictum trahunt. vbi פריצים, vt ſupra, habes. Cum quo optime & prophetia conuenit, Μετὰ τῶν ἀνόμων λογισθήσεται. cum effractores Legis, ſint ἄνομοι. Sed & vix dubitandum, quin & Barrabas, & duo reliqui, ἐνεδρεύοντες fuerint, qui ad turbandam publicam quietem arma ſumpſerant. quales, hoſtes eſſe ſtatus & hoc ipſo majeſtatis reos, nemo neſcit. Cujus generis ſunt, qui *liſtim armati*, à Rabbinis dicuntur, Elias: לסטים בלשון יון קורין לגזלן ליסטים וכן בדברי ר׳ ז״ל ליסטים מזוין, Hoc eſt, *Liſtes Græca ſua lingua raptorem notat. qua voce & Rabbini noſtri piæ memoriæ vtuntur. cum* liſtis armatus *dicunt.* Qualem & intellexiſſe potuit Dominus, cum ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με, dixit. vt καθωπλισμένον, qui arma ad turbandam publicam quietem ſumpſit, ſic intelligat. Syri ליסטיא dicunt, quod Græcorum λῃστὴς, & ab eo. Interpres vero Syrus erudite ibi voce גיסא eſt vſus. quo nomine & Barrabam vocauit. vnde *gaiſa*, ſiue *gæſa*, apud Latinos forte: vel, à turma & collectitiis, cum quibus graſſabantur. Quales Romani, etiam ſi cædem non committant, publicos latrones dicunt. vt Catilinam Cicero non ſemel. Majeſtas enim arma ſibi vindicat: aduerſus quam vſurpare ea, graſſatoris & ſeditioſi eſt. Sed & verum maximi Politicorum illud, *Rempublicam eorum eſſe tantum qui arma habent.* Adeo, vt ſtylo apud Romanos aliquando ſcribere, eſſet vetitum, cautumque, ne quis graphium haberet: quo magis, quæ vel maleficii vel ſeditionis cauſa vſurpantur arma. quales, *etiam venerandis Paſchatis diebus*, Honorius Arcadiuſque, duci ad pœnam mandarunt. Vt, ſeditionem omnibus ex æquo intentatam eſſe, vero ſit ſimillimum: cum tres pariter, vt στασιασταὶ, &, vt Majeſtatis lege, peculiariter autem Dominus, vt ἀντάρτης, in crucem actus ſit. Ἀνταρσία enim, affectati crimen regni: ſupplicium autem crux, vt recte Theophylactus notat. Ὅτι, inquit, οἱ Ῥωμαῖοι σταυρῷ τοὺς ἀντάρτας δικάζουσι. *Cruci ſiquidem regni affectati reos affigunt Romani.* Neque aliter latrones armatos, & qui ferrum publice vſurpabant. quemadmodum de L. Domitio, vel ex Valerio & aliis notum eſt: qui cum Siciliam proprætor regeret, & in latrociniis turbandis totus eſſet, poſtquam, ne quis telum haberet, edixiſſet, eum qui venabulo interfeciſſet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

aprum, cruci ſuffixiſſe dicitur. quod & vſitatum in latronibus. Nos hic de
communi cauſa, quæ fuit στάσις, agimus. quomodo non ſeditio tantum, ſed
& talium dicitur conuentus. Doctiſſimus Heſychius, eruditiſſime, vt omnia,
Στάσις, θέσις, χορὸς, συνέδρα. Ipſi, στασιῶται dicti. idem, Στασιῶται, οἱ ἐκ τῆς αὐτῆς τάξεως.
quemadmodum S. Marcus Barrabam, reliquos quoque duos, στασιώτας, hoc
eſt, ex eodem ordine fuiſſe innuit, cum, Ἦν δὲ ὁ λεγόμενος Βαῤῥαβᾶς μετὰ τῶν συστασια-
στῶν δεδεμένος, οἵτινες ἐν τῇ στάσει φόνον πεποιήκεισαν, 15.7. dixit. Quorum principes,
τοὺς συστησαμένους τῶν λῃστῶν τὸ σύνταγμα, lib. 20. Antiq. Iud. cap. 6. Ioſephus vocat.
qui ſæpe, inprimis autem circa feſta, λῃστήρια ejuſmodi in Iudæa, conflata
obſeruat. Iudicium, titulo στάσεως καὶ ἀνταρσίας fuiſſe Romanorum, ne dubitan-
dum quidem. quod & Ioſephus docet, qui τὴν ἔνδειξιν, ſiue, accuſationem, qua
nihil confuſius aut ſtultius excogitari potuit, Iudæis tribuit. Quare, ſiue Iu-
dæos videas, τοῖς פריצים, annumeratus eſt: nam & impietatis, ſiue, perfractæ le-
gis, & nouarum rerum, ab iis accuſatus eſt: ſiue Romanos, vt ἀντάρτης & regni
Ibid. affectati reus, cum ſeditioſis, vt ipſe talis, pœnas dedit. Sed ad Nonnum re-
deamus. Quod ibidem homicidam Barrabam dimitti poſtulant Iudæi, qui
in ipſam Sanctitatem eodem tempore ac Iuſtitiam immanibus exemplis ani-
mum aduerterent; in homicida mirum non eſt. quos Iudæi ſæpe leuibus
ſuppliciis affectos, dimittebant: ea lege, vt paſſim in publico, crimen ſuum
proclamarent ac faterentur. Sed hic, vt ante dixi, concurrebat στάσις: quan-
quam ſatis graue crimen ipſum per ſe eſſet: cædes nempe. Noſter, qui caput
ſequens non inepte cum hoc, in eâdem hiſtoria conjunxit, Barrabam, &
quidem ῥοπάλοισιν (ita enim loquitur) ἀχάρακτον, dimiſſum ait. qui de ſuo il-
lud addidit: quo fuſtuarium, aut verbera quæ in hac pœna vſurpari ante cru-
cem ſolerent, intelligere videtur. Ἀχάρακτος, autem, *non charaſſatus*, vt Ec-
cleſiaſtici Latini dicerent: nullis vngulis notatus aut flagellis. Prudentius,

Charaſſat ambas vngulis ſcribentibus
Genas, cruentis & ſecat faciem notis.

Heſychius, Ῥόπαλον, βακτηρία, ῥάβδος. qui baculum aut virgam interpreta-
tur, cum τῷ ῥοπάλῳ, nonnunquam mortem inferrent: vt cum apud Pho-
tium Timotheus, Epiſcopus Epheſinus, apud alios alii, ῥοπάλοις ἀναιρεθῆναι
dicuntur.

Cap. XIV.

Caput decimum & nonum ex parte percurritur. σοφὸς θαλάσσης ἀνθήρ. purpura: &
quare ita dicta. Nonnum ἐπίθετον ad id natura, amaſſe vocem σοφὸς, vt Euri-
pidem: & interdum temere ea vſum. Locus de purpura ejuſque inuentione è
Dionyſiacis. Diſputatum de illo loco, καὶ ἐδίδουν αὐτῷ ῥαπίσματα. ῥαπίζειν & ῥα-
πίσματα. palma, χεὶρ ἁπαλή. κολαφίζειν. expalmare. depalmare. παίειν παλά-
μῃ. ῥάπισμα Iuriſconſultorum, felicis voti injuria. παρατιλμὸς, ſiue, barbæ
vellicatio. ῥαπὶς pro ſolea aut crepida. Eſaiæ locus, ad quem Euangeliſtæ reſpe-
xerunt, conſideratus. marat & kalaph in loco Eſaiæ quomodo accipienda. ke-
leph quid Hebræorum Magiſtris. kalpha, in Hieroſolymitano Thargum quo-
modo accipiatur. alapa vnde. colaphus à kalaph. Pædagogus quidam Κόλαφος
ab Epicharmo dictus. ῥαπίζειν καὶ κολαφίζειν, promiſcue à Sacris interpretibus
vſurpata. Nonnus notatus cum ἄκρον παρήϊον ἀράσσειν dixit. αἷμα κόχλου an
recte Nonno ſuccus purpuræ dictus. Interpretatio illius loci, ἴδε ὁ ἄνθρωπος.
eum ex Zachariæ prophetia deſumptum. ἀδολεσχία Nonni. Interpretatio
illius loci, κατὰ τὸν νόμον ἡμῶν ὀφείλει ἀποθανεῖν, ὅτι ἑαυτὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐποίησε. Iu-
dæorum in accuſando Domino peruerſitas, & quomodo, more Tiberii, tem-
pore vſitato, majeſtatis accuſatus ab iis. Εὐλογεῖς quomodo ab Helleniſtis
vſurpatum. qua lege in eo loco accuſatus Dominus. locum eundem parum à
Nonno intellectum. ὀνομάζειν, & ἐπονομάζειν τὸ ὄνομα κυρίου, quid in lege Moſis.

Nomen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Nomen Dei proprium expreſſum, quale crimen, & ejus pœna. cauillus Iudæorum & peruerſa παραδιατήρωσις, ſiue interpretatio Legis, quam aduerſus Dominum adduxerunt, notata. Iudæos perplexis locutionibus vti ſolitos, & eas ſuis commendaſſe. Locus male à Nonno mutilatus. βημαλικαὶ ἡμέραι. jus tribunalis. μῦθος pro λέξις. Nonni de Syriaca voce judicium. παφλάζειν qui Hippocrati dicantur. ἐπιλαμβάνειν ἐν τῷ διαλέγεσθαι. Gabbatha. παφλάζειν. πλαδυάζειν, & quid illud. aliud anhelare, aliud παφλάζειν. De hora qua affixus cruci fuit Dominus: quem locum libere à Nonno mutatum. Nonni redundantia notata. De hora qua paſſus eſt Dominus. τριτάτη. ἕκτη. Paraſceue, & in ea annotata incurioſa interpretis ſecuritas. Abuſus vocis ἠώς. Ἠὼς νύκτα φέρουσα, ἀκύρως. λάχος ἡμέρας. σέφειν βασιλῆα, de Romanis vſurpatum. ἔγραψεν ab Euangeliſta more Hebræorum de Pilato vſurpatum. Error Nonni de titulo. Γραφή. titulus, tabella, in qua ἡ γραφή. πίναξ pro titulo, & ita Syro. τὸ γράφειν, quomodo nonnunquam Helleniſtæ vſurpent. ὅτι ἐμαστίγωσε τὸν Ἰησοῦν de Pilato, quomodo dictum. φραγελλοῦν. Chriſti tunica talaris, de qua S. Iohannes, qualis fuerit. Operis textorii fuiſſe, vt Aaronis, ejus typum. Nonni in ea error. οἴνοψ χιτὼν, quare eadem dicta Nonno. ὕπερθε καὶ ἔνερθε φορῆος. ἐπισόμιον illius tunicæ & os, quo induebatur. Interpretatio illius loci, Μὴ σχίσωμεν αὐτὸν, ἀλλὰ λάχωμεν περὶ αὐτοῦ. Autor Sanctiſſimus, quam œconomiæ diuinæ, etiam in minimis, obſeruans fuerit. meil ephod. Μὴ σχισθῇ, prophetia de veſte Domini. Violentia quæ in flagellatione adhibebatur: in qua ruptæ plerunque veſtes. λαχμὸς, de micatione digitorum à Nonno acceptum. πλειστοβολίνδα, & ea in ſortitione vſos milites videri. ψάλλειν ἐν κιθάρᾳ Helleniſtis. idem κιθάρα & ψαλτήριον iiſdem. κιθάρα, inſtrumentum triumpho apud Iudæos proprie, non luctui, deſtinatum.

Qvare purpuram, σοφὸν θαλάσσης ἀπινθῆρα, noſter dixerit, quæri ab eruditis poterat. qui CAP. XIX. ℣ſ. 2.

Καί μιν ἀνεχλαίνωσαν ἐπὶ χροῒ πέπλα βαλόντες,
Σιδονίης στίλβοντα σοφῷ ἀπινθῆρι θαλάσσης.

ita enim ad decimi noni capitis comma ſecundum. Et quidem ab inuentione purpuræ ipſius prima, ſic dixiſſe poterat videri: quod ſit σοφὸν εὕρημα, σοφῶς καὶ ἀλλοκότως εὑρημένον, *ſapiens*, ſiue, *ſapienter ac mirabiliter, inuentum.* De qua inuentione vt apud alios non paucos, inter quos Pollux, ita Dionyſiacorum libro XL habes. vbi cum aliis cani eam tribuit.

Καὶ Τυρίης σκοπίαζε δεδαιδαλμένα φάρεα κόχλῳ,
Πορφυρέους ἀπινθῆρας ἀκοντίζοντα θαλάσσης.
Ἤχι κύων ἁλιεργὸς ἐπ' αἰγιαλοῖσιν ἐρέπτων
Ἐνδόμυχον χαροποῖσι γενειάσι θέσκελον ἰχθὺν,
Χιονέας πόρφυρε παρηΐδας αἵματι κόχλου,
Χείλεα φοινίξας διερῷ πυρὶ, τῷ ποτὲ μούνῳ
Φαιδρὸν ἀλιχλαίνων ἐρυθαίνετο φᾶρος ἀνάκτων.

Hoc ergo credere aut ſimile poteramus, niſi ſciremus, quod de Euripide Critici notarunt, ὅτι εὐεπιφόρως πρὸς τὴν λέξιν ἔχει, hoc eſt, ſponte ac naturæ quaſi inclinatione, in eandem ita ferri vocem, vt interdum nulla certa ratione, hac vtatur, etiam de noſtro dici poſſe. quemadmodum ſupra, cum Pontificem ſummum, ἀμφὶ σοφῶν ἑτάρων, *de ſapientibus diſcipulis*, interrogaſſe ait Dominum: quem conuocare exiſtimabat cœtus, ideoque, de doctrina ejus, ſociiſque, ſeu diſcipulis, vt ejuſdem criminis cum eo reis, quærebat. Quæſiuiſſe ergo ait

Ἀμφὶ σοφῶν ἑτάρων, οὓς κοίρανος εἶχε μαθητάς.

Quanuis ſane hoc non magis mirum, quam quod de doctrina addit. Addit autem

Καὶ διδαχῆς ὁσίης.

cum nihil minus, quam ὁσίαν, *ſanctam* eſſe doctrinam ejus crederet is de quo agit. Sæpe nos morantur magni viri, quibus res non ita magnæ, magnas ſæpe & moleſtias, nonnunquam & errores, quod ad Helleniſtas non reſpicerent, vt ſemper dico, objecerunt. Exemplo ſit locus capite eodem
vſ. 3. ille, καὶ ἐδίδουν αὐτῷ ῥαπίσματα. In quo eruditiſſimi Theologi, optime defunctos ſe putant, qui *bacillo ceciderunt*, interpretati ſunt: cæteros non parum falli, & inprimis interpretem antiquum, qui aliis de alapa ſuggeſſit. Quod non poteſt expediri, niſi paulo altius res repetatur. Summam operam deriſſe viros Sanctos, qui hiſtorias has conceperunt, vt, cum Græce ſcriberent, oraculis aptarent Prophetarum quæ eueniſſe Domino notabant, ex aliis quoque conſtat locis. Quod vt poſſent, ſæpius τῶν ἑβδομήκοντα, qui in manu pleriſque tum erant, potius quam Hebræa expreſſerunt verba; magis de re quam de his ſolliciti: de iis autem admodum ſolliciti quos inſtruebant, & qui magnam illis libris tum autoritatem tribuebant. Locus Eſaiæ, quem Sanctiſſimus reſpexit ſcriptor, ita habet: τὸ νῶτόν μου δέδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα· τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. Quorum ſingula eueniſſe Domino, ex aliis Euangeliſtis notum. qui, quemadmodum & noſter, verba Eſaiæ, non vt in Hebræo, ſed, vt apud Helleniſtas legebantur, expreſſerunt: ῥαπίζειν enim & ῥαπίσματα dixerunt. Eodemque modo & Latini quidam, non quod in Hebræo erat, ſed quod dici hic exiſtimabant, extulerunt: qui, *dorſum meum dedi ad flagella, & genas meas ad alapas*. non quod ῥάπισμα hoc eſſet, ſed quod σιαγόνας additum viderent. Quemadmodum iidem Helleniſtæ in Hoſea, Ἔσομαι αὐτοῖς ὡς ῥαπίζων ἄνθρωπον ἐπὶ τὰς σιαγόνας αὐτοῦ. cum in Sacro textu hodie non paulo aliter legatur. Matthæus, cum eoſdem in animo interpretes haberet, eundem Eſaiæ hic alluſit locum, qui, καὶ ἐκολάφισαν αὐτόν, οἱ δὲ ἐρράπισαν. Vbi ῥαπίσαι, plana ferire palma: quod *depalmare* veteres dicebant. vt κολαφίσαι & ῥαπίσαι, non magis quam in illo Iuuenalis, *plana palma & pugnis ferire*, cum dixit,

nec pugnis cædere pectus
Te veto, nec plana faciem contundere palma,

idem hic eſſe exiſtimandum ſit. licet nihilo minus alterum de quo Matthæus, plana, alterum contracta fiat manu. Suidas, Ῥαπίσαι, πατάξαι τὴν γνάθον ἁπλῇ τῇ χειρί· ὃ λέγουσι καὶ ἐπὶ κόρρης. Scribe, ὃ λέγουσι, παίειν ἐπὶ κόρρης: quemadmodum & apud Ieremiam, in eadem prophetia, δώσει τῷ παίοντι αὐτὸν σιαγόνα. Non Græcorum ergo, ſed Helleniſtarum more, ἁπλῇ τῇ χειρὶ πατάσσειν, quod *expalmare* & *depalmare* veteres. Gloſſæ Stephani, Ῥαπίζω, *expalmo, alapo. Palma* enim χεὶρ ἁπλῆ, *manus paſſa*. ſicut condylus, in pugnum jam contracta: à quo κονδυλίσαι καὶ κολαφίσαι dixerunt. Vnde & inprimis erudite, locum, quo hæc omnia nituntur, Eſaiæ, ſic Tertullianus reddidit: *Dorſum meum poſui in flagella: maxillas meas in palmas*. Et interpres vetus, cujus eruditionem plurimis in locis admirari ſatis non poſſumus, quod Euangeliſta ille dixit, καὶ ἐκολάφισαν αὐτόν, οἱ δὲ ἐρράπισαν, *& colaphis eum ceciderunt, alii autem palmas in faciem ejus dederunt*, vertit. Erudite. Iuuencus,

Tunc ſanctam Chriſti faciem ſputa vndique complent,
Et palmæ in malis, colaphique in vertice crebri
Inſultant.

Sedulius,

non denique paſſim
Vel colaphis pulſare caput, vel cædere palmis,
Vel ſpuere in faciem, plebs execranda quieuit.

hoc eſt quod πατάσσειν παλάμῃ Nonnus dixit: vt παλάμῃ, idem ſit quod ἁπλῇ παλάμῃ. qui τὸ ῥαπίζειν non Græcorum more, quod tantopere vrgent quidam, ſed ex vſu Helleniſtico, reddidit, cum dixit,

Τολμηρῇ παλάμῃ ζαθέην ἐπάταξε παρειήν.

inter-

interpretatus eſt. ita enim ſupra, cum ἔδωκε ῥάπισμα αὐτῷ, inueniſſet. Hic autem

καὶ ᾔϊεν ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ,
Χερσὶν ἀμοιβαίῃσι παρηΐδος ἄκρον ἀράσσων.

Neque Iuriſconſultorum ſane aliud in manumiſſione ῥάπισμα. quod *felicis voti injuriam* ingenioſus poëta Claudianus; quemadmodum illius qui ſic cæſus eſſet, *genas in ciuem rubere*, dixit. Si genæ, ergo ἐπὶ κόῤῥης: neque condylo aut pugno, ſed palma. Multo minus virga, vt nonnulli: cum non dentifragium, non vulnus, non αἰκισμὸς, in ea quæreretur parte, ſed poſtrema ſeruitutis nota ac memoria infligeretur. vt ludibrium & quaſi ἔμπαιγμα ſupremum id eſſet. Cum in loco Eſaiæ, quem Euangeliſtæ reſpexerunt, diuerſum poni ἔμπαιγμα ab iſto videatur. id nimirum, quod παρατιλμὸν γενείου, *barbæ vellicationem*, dicunt cæteri: quæ nonnunquam cum hoc jungitur. Dio, οἱ μὲν ἐῤῥάπιζον αὐτὸν, οἱ δὲ τοῦ γενείου ἔτιλλον. In quibus ludibriis, τὸ ῥαπίζειν nonnunquam, *ſolea* aut *crepida batuere*, dicas. quod, *objurgare ſolea*, dixit Perſius. Nam & ῥαπὶς *ſolea*, ſeu, *crepida*. Heſychius, Ῥαπίδες, ὑποδήματα. Et, Ῥαπὶς, ῥάβδος, κρηπίς. At Propheta למורטים, quod eſt *vellentibus*, ſi eruditis credimus, genas præbuiſſe ait. Quod ſi verum, tale hoc erit, quale illud Flacci, apud quem barbam Stoicis laſciui vellunt pueri: niſi quod violentum & cum depilatione hoc. Manet tamen quædam etiam ſic difficultas. Quare enim, cum Prophetæ Eſaiæ expreſſiſſent locum, nemo hoc ludibrium expreſſit? De quo aliquid dicendum erit. nam hic aqua hæret. Duæ voces ſunt quæ depilationem ſimul & auulſionem cutis, ſeu decorticationem, notant: τὸ מרט & τὸ קלף, *marat* & *kalaph*. quomodo (poſteriori, nempe, modo) Ezechielis 29.18. τὸ *marat* ſumitur. quanuis ibi depilationis voce vſi ſint interpretes. cum τὸ *kalaph* depilationem quoque notet, quemadmodum decorticationem proprie in plantis notat. Vnde & *keleph*. quæ membrana eſt tenuior, qua parte pili: cujus ſæpe cum de Legis deſcriptione agunt mentionem Hebræorum faciunt Magiſtri. & in Hieroſolymitano Targum, impetigo, quæ capillum tollit, *kalpha* dicitur. Iam, quemadmodum ab *alaph*, quod diſcere eſt, *alpha* & *alapa* dixere: credo quod docentibus hæc caſtigatio familiaris: ita forte & à קלף *kalaph*, Græci κόλαφον, Latini *colaphum* fecerunt. Qui quia itidem docentibus in vſu ſunt, pædagogus quidam, Κόλαφος feſtiue ab Epicharmo dictus eſt. eâdem vel ſimili vrbanitate, qua Lucilio Centurioni, Annalium ſcriptoris ſummi libro 1. militaribus facetiis, nomen, vel, vt ille loquitur, vocabulum *Cedo alteram*, inditum. quia, *fracta vite in tergo militis, alteram clara voce, ac rurſus aliam, poſcebat*. Vox, qua vſus Eſaias, *marat*, non qua illi volunt, ſed ſignificatione *kalaph* ponitur. quod ſignificanter quidam κολαφίζειν; alii (vt plures olim interpretes fuerunt, inter quos Matthæum quoque & Marcum ponimus) ῥαπίζειν dixerunt. Sane in loco Eſaiæ, voce κολαφίζειν doctiſſimus interpres Theodoretus vſus eſt: qui Catena nondum edita ad locum illum: Ταῦτα πάντα διδάσκει τῶν θείων εὐαγγελίων ἡ ἱστορία· ὁ μὲν γὰρ τοῦ ἀρχιερέως οἰκέτης, ἐπὶ κόῤῥης αὐτὸν ἐπάταξεν, οἱ δὲ ἐκολάφιζον. confundi enim hæc nonnunquam, certum eſt. Heſychius, Κολαφιζόμενος, ῥαπιζόμενος: niſi quod alterum, verberum ludibria ſimpliciter ac alaparum, alterum, effectum quoque, hoc eſt, cutis vulnus aut detractionem, notat. Quare nec interpretatione illa apud Eſaiam opus erat: quem, vt ſenes Helleniſtæ, ſic Euangeliſtæ reliqui, vt dixi, expreſſerunt. quemadmodum nec vt de bacillis ſolliciti eſſent, neceſſe hic erat: quod fortaſſe verum in Græciſmo eſſet, cujus, nec interpretes Prophetæ, nec, qui eum exprimunt Euangeliſtæ, rationem habuerunt. Noſter vt non omnino male rem hic geſſit, ita non bene ἄκρον παρηΐδος dixit: non enim violentiam expreſſit. Sequitur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

vſ. 5. Καὶ στέφος ὀξυέθειρον ὁμόπλοκον εἶχεν ἀκάνθης,
Πορφυρέων τ' ἐσθῆτα διάβροχον αἵματι κόχλου.

Vbi popularis error eſt, quod florem purpuræ, vt alii ex autoribus nonnulli,
ſanguinem vocauit. quem quanto melius Plinius *ſuccum* dixit! vt & *rorem:*
quem contineri faucibus & ipſe & Ariſtoteles exiſtimauit. At non magis
ſanguis iſte ſuccus, quam loligo ſepiæ, vt idem Plinius præclare. qui idcir-
co iſta, *ſanguini ſimilia*, hoc eſt, vt Græci, & plerunque magnus doctor Ari-
ſtoteles, ἀνάλογα vocauit. Proxime ab eo loco ſequuntur hæc verba, καὶ λέγει
αὐτοῖς, ἴδε ὁ ἄνθρωπος. Porro proprium hoc Euangeliſtæ eſſe, vt ad loca Fœ-
deris antiqui, ſæpe quidem clam, ſuauiſſime autem ſemper alludat, ſæpe di-
ximus. Zacharias, quem vbique amat noſter, capite ſexto, Ieſum Iehoza-
daci filium, Sacerdotem magnum, de quo ibi, ἰδοὺ ἀνὴρ, ſiue, ἰδοὺ ἄνθρωπος.
Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτοῦ, הנה איש צמח שמו, coronare juſſus erat. Pilatus verum, de quo lo-
cus iſte ab antiquis exponitur, Ieſum, Sacerdotem magnum, cum corona &
purpura, vt Regem, ex diuina diſpenſatione, ex qua cuncta gerebantur hic,
produxerat. Euangeliſta ad hanc prophetiam digitum intendens, κατ' οἰκο-
νομίαν vſurpaſſe verba eadem, &, ἴδε ἄνθρωπος, ſiue, ἀνὴρ, dixiſſe notat. Eodem
Prophetæ loco ſequitur, *Oriens*, ſeu, *Germen, nomen ejus:* pro quo Chaldæus, ad
quem plerunque reſpicit Euangeliſta, משיחא שמה, *Meſſias, nomen ejus*. vt venuſte
Pilatum, quemadmodum & ſupra Caiapham, aliud cum ageret, œconomi-
ce de eo locutum, qui vnus, Dux ſimul & Sacerdos eſſet, ſic oſtendat: ne de
Iehoſua alio ſuperſtitioſi & qui multum huic tribuerent nomini, ſomnia-
rent poſthac Iudæi. Tale eſt Maronis illud, *Hic vir, hic eſt*. Noſter (de quo
tantum judicare illi poſſunt, qui poëtæ aut ſunt, aut de poëtis judicare poſ-
ſunt) peculiari ἀδολεσχίᾳ ſic corrupit locum, vt agnoſci vix poſſit. Quid
enim illa ad rem?

Καὶ Πιλάτος κατέλεξε πάλιν ζηλήμονι λαῷ·
Ἠνίδε ποικιλόνωτος ἀναίτιος ἵσταται ἀνήρ.

cum vera loci ſit interpretatio quam dixi. Capite eodem ita loquitur Euan-
vſ. 7. geliſta, Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι, ἡμεῖς νόμον ἔχομεν, καὶ κατὰ τὸν νόμον ἡμῶν ὀφείλει
ἀποθανεῖν, ὅτι ἑαυτὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐποίησε: quæ verba vtrum noſter recte expreſſe-
rit, poſtea videbimus. Eſt autem hic cauillus tempore Tiberii digniſſimus:
quo, ex interpretatione legum, omnes in Republica illuſtres viri, conniuen-
te monſtro illo & gaudente, tollebantur. Dictum enim quoduis, etiam
innocentiſſimum, ad caput aliquod De majeſtate à delatoribus plerunque
flectebatur. quod lethale erat reo: cum de iis, vt præclare Tacitus obſeruat,
nihil definirent leges. Ita iſti caput legis aliquod arripiunt: quod apud im-
peritum ampliant peruerſi atque extendunt. Quemadmodum & crimen
majeſtatis mox intentant ſceleſtiſſime: cum dicunt, Πᾶς ὁ βασιλέα αὐτὸν ποιῶν,
ἀντιλέγει τῷ Καίσαρι. Vbi, ἀντιλέγειν τῷ Καίσαρι, quod εὐλογεῖν τὸν Καίσαρα Helle-
niſtæ dicerent. vt cum εὐλογεῖν τὸν Θεὸν dicunt. Quæ duo crimina, ita vulgo
jungebantur, vt hac formula ſceleſta Iſebel Nabothum, virum innocen-
tem, 1 Regum 21. 10. non aliter euerterit. cujus ibi verba extant, Καὶ καθί-
σατε δύο ἄνδρας υἱοὺς παρανόμων ἐξ ἐναντίας αὐτοῦ, καὶ καταμαρτυρησάτωσαν αὐτοῦ, λέγον-
τες, Εὐλόγηκας θεὸν καὶ βασιλέα. Vt Hebræum, quod contraria accipitur ſignifi-
catione, exprimerent: qui ברכת אלהים ומלך, *Deo bene dixiſti & Regi*, quemad-
modum εὐφημεῖν Attici. vbi ea voce vtitur Chaldæus, qua blaſphemiam in
nouo Fœdere expreſſit Syrus. Legem quam intelligunt, fuiſſe legem de
blaſphemia, cum eruditis credimus. Blaſphemia autem ſpecies impietatis:
cujus genus eſt ἀσέβεια: quam δυσσεβίην cum poëtis dixit noſter. Quare quiſ-
quis βλασφημεῖ, eſt impius, non contra. Vt non diſtincte ſatis forſan dixerit

Οὗτος ἀνὴρ ὤφειλε θανεῖν ποινήτορι πότμῳ,
Εἵνεκα δυσσεβίης.

Nam

Nam & idololatræ, ἀσεβεῖς erant: de quibus Exodi cap. 22. Leuit. 19. Deuteron. 18. Nihil autem minus dignum eſt interprete, quam, vt, vbi agitur de ſpecie, genus objiciat lectori. Et hic ſpecies profecto definitur: caſus tantum quæritur in lege. Lex autem, quæ eſt de blaſphemia, & caſum ponit, & cum lege ponit pœnam. quanuis aliam à cruce. Locus Leuitici vigeſimo & quarto, 11. extat. Vbi reus Legis, ἐπονομάσας τὸ ὄνομα, & paulo poſt, ὀνομάζων τὸ ὄνομα κυρίου, dicitur. quomodo, qui expreſſum exprimebat nomen, dicebatur. Nomen autem Dei, quod pronuntiare nefas erat, cum plerunque eâdem voce à Chaldæis exprimatur, ea ipſa voce in eo loco Onkelos Chaldæus vtitur. Qui, פריש ית שמא, dixit: quod ἐπονομάζειν ὄνομα dixerunt Helleniſtæ. Ex quo, vtriuſque tum διασπορᾶς, tam Europææ ſcilicet quam Aſiaticæ Iudæos, hanc blaſphemiam, de nominis diuini, quod proferre nefas ducunt, vſurpatione interpretatos ſane apparet. vt qui nomine hoc adhibito, juraret, aut male alteri precatus eſſet, is ſit de quo locus ille agit. Nihil autem tale in hoc caſu. niſi arbitramur, Dominum non potuiſſe Dei dicere ſe Filium, niſi, quod ridiculum, ἐπονομάζοντα τὸ ὄνομα, hoc eſt, *niſi nomen adderet non proferendum.* quod ineptum. Igitur, νόμον ἔχομεν, cum dicunt, legem de blaſphemia intelligunt: cum, κατὰ τοῦτον τὸν νόμον ἡμῶν ὀφείλει θανεῖν, dicunt, interpretationem intelligunt. quo & caſus quoque pertinet, qui ſequitur, ὅτι ἑαυτὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐποίησε. de quo lex nulla extat. Talis enim vlla lex ſi extaret, qua addiceretur morti, qui ſe Dei Filium dicturus eſſet, ea lex aduerſus Dei Filium, qui ipſe legiſlator fuit, & in tempore venturus erat, manifeſte lata eſſet. quod profecto fieri non poterat, quia quod futurum erat, legiſlator, eo tempore cum legem tulit, ipſe ſciuit. Ergo penitus conſtricti tenebantur. Solus apud imperitos legis ſupererat cauillus: ſola ſupererat interpretatio. quam de ſuo promunt. Habes igitur interpretationem, ſeu παραδοτέρωσιν, ſceleſtam: habes vere ſanguinarios interpretes. Et hæc hujus loci mens eſt: quam non intellexit noſter. Sed & intricatam, quam ex ore eorum autor maximus deſcribit, hic orationem vide. non enim, Ἡμεῖς νόμον ἔχομεν, ὅτι πᾶς ὅστις ἑαυτὸν λέγει υἱὸν Θεοῦ, ὀφείλει ἀποθανεῖν dicunt: falſum enim hoc fuiſſet: (neque enim lex ea extat) ſed orationem callide inuoluunt, cum ἡμεῖς νόμον ἔχομεν inquiunt. quæ eſt lex de blaſphemia. Quid autem lex illa? κατὰ τὸν νόμον ἡμῶν ὀφείλει ἀποθανεῖν, ὅτι ἑαυτὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐποίησε. Quæ eſt ſceleſta ſceleſtorum interpretatio, &, quod amplius, verborum inuolutio, & intricatio. quod vel inprimis commendatum illis ſemper fuit. Vnde Vziel dicebat, *Qui perplexe loqui poteſt, bene ſi non taceat.* id enim illi vulgo *perplexari verbis ſuis* dicunt. quales autem doctores, tales diſcipuli. vide autem, quibus modis, quo candore oppugnata fuerit tum ipſa Veritas. Neque recte noſter verba illa, καὶ ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ βήματος, de Pilato omiſit. cum oſtendat, jus gladii à vſ. 13.
Sanhedrio tranſlatum tum fuiſſe: vnde & βηματικαὶ ἡμέραι in jure. vt omittam, ſic Pilati dignitatem, vnde juriſdictio dependet, nec recte nec ordine diſſimulari: cui tribunalis, non ſubſellii, jus fuit. Cum ad illum locum ibidem idem ſcribit

ἐνδαπίῳ δὲ

Γαββαθὰ παφλάζοντι Σύρων κικλήσκετο μύθῳ,

Criticum in lingua Syriaca profeſſus eſt. In quo ſufflaminandus videtur. quanquam non Syriacam in vniuerſum, ſi quid intelligo, accuſat linguam, ſed hanc peculiariter traducit vocem. Et tamen ne Græce quidem eruditi concedent, vt ſic loquatur. multum enim inter μῦθον intereſt & λέξιν. Verum hoc mittamus. Hippocrati quid ſit παφλάζειν, vel ex Galeno norunt, qui apud eum, τοὺς ἐπιλαμβάνοντας ἐν τῷ διαλέγεσθαι, qui ſyllabas, inprimis vocales, in loquendo repetunt, ita dici legerunt: præſertim autem eam, ordine quæ prima eſt. Quod in voce Gabbatha videtur fieri: ter enim eadem pronuntia-

nuntiatur. quanquam aliud pronunciare, aliud repetere cum hæſites. Syri
autem παλυάζουσι. quod eſt aliud omnino quam aut φλάζειν apud Medico-
rum Regem, aut παφλάζειν. Itaque vt Siculi dicuntur παλυάζειν, quia craſſe
efferunt vocalem eam de qua dixi, ita Syri. Apud Theocritum Siculæ di-
cuntur παλυάσδειν. vt cum, ἑορτὰ, νύμφα, craſſe efferunt: cum vocalem pri-
mam tanquam vltimam pronuntiant: vt cum Bœoti, ὤριστος, & ſimilia. Ad-
de quod Syri ita efferunt camets, vt poſtremam Græci. Quos quomodo πα-
φλάζειν dicas, cum ex Hebræorum vocibus vel tollant id vel imminuant?
qualia, vel infinita dici à nobis atque adferri poſſent. quemadmodum & in
hac voce, ſi cum Syro ſcribas eam, omnis interierit paphlaſmus. Sed & aliud
eſt anhelare, quod Hebræis tribuit Hieronymus, aliud παφλάζειν, quod hic
noſter Syris: de quibus nos alias fortaſſe. Notum eſt quantopere in hora
ẏſ. 14. qua affixus cruci fuit Dominus, æſtuent interpretes, qui apud noſtrum, ὥρα
δὲ ὡσεὶ ἕκτη, apud Marcum, ἦν δὲ ὥρα τρίτη legerunt. Adeo vt nonnulli veterum,
inter quos Theophylactus, mutatum eſſe numerum τοῦ γ', in ἐπίσημον, τὸ ς',
dicant. qualia nonnunquam eueniſſe negligentia ſcribarum facile admitto.
Noſter ſimpliciter τριτάτην ὥρην, vel per ſe expreſſit, vel in ſuo codice inue-
nit. qui cum illuſtriſſimi vim loci non intelligeret, incruſtare eum ſatis ha-
buit. Nam quod apud Euangeliſtam inuenerat, Ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ πάσχα, ὥρα
δὲ ὡσεὶ ἕκτη, ita expreſſit,

Ἕκτη δ', ἣν ἐνέπουσι προσάββατος, ἔπλετο ἠώς·
Ἦν δὲ τιταινομένη τριτάτη θανατηφόρος ὥρη.

non enim tam de die, quam de hora, Sanctiſſimus Euangeliſta: qui, diei parte,
ſeu, vt veteres dicebant, tempeſtate, definiri τὴν παρασκευὴν ſciebat. Paraſceue
enim cum veſpera, ſiue ערב, hoc eſt, hora nona, incipiebat. Hæc ergo, paulo
ante, hoc eſt, inſtante τῇ παρασκευῇ, geſta fuiſſe Euangeliſta notat. vnde pla-
num eſt, quam parum curioſus noſter fuerit, qui aliquoties τῇ ἠοῖ, ſiue auro-
ra, Paraſceuen definit. Vt autem nihil vſitatius poëtis, quam vt aurora pro
toto ponatur die, ita aurora & veſpera, quomodo confundi poſſunt? quod
vt hic fortaſſe ferri poſſit, quia diem integrum à parte, impropríe, non-
nunquam Paraſceuen dicebant, quis ferat, quod ad comma hujus capitis
42. legitur?

Γείτονα νύκτα φέρουσα, προσάββατος ἔτρεχεν ἠώς.

Quis enim, auroram inclinare in veſperam dicat? Sed ita locutus eſt, quia
haud dubio, cum veſpera incipere παρασκευὴν audiuerat. qua de re quæ in
ſexto diuini operis De emendatione temporis omni commendatione ma-
jor heros noſter, totius eruditionis genius ac ſplendor, Ioſephus Scaliger
notauit, legantur. Quid ſibi voluerit, cum ὥρην τιταίνεσθαι dixit, intelligere-
mus, ſi Græce locutus eſſet. nunc hactenus intelligimus, vt ad partes diei
cum eruditis hujus temporis reſpexiſſe intelligamus. Ex Græcorum ratione,
pars diei tertia eſt δείλη, veſpera: inter quam & auroram, μέσον ἦμαρ interce-
dit. Quare multo melius ſe expreſſiſſet hoc modo:

Ἦμαρ γὰρ τόδ' ἔην προέορτιον, ἤνυτο δ' ἠώς·
Ἤδη δὲ τρίτατον λάχος ἤματος, ἐγγύθι δ' ὥρη
Ἕκτη.

quemadmodum ad horam tertiam, ex ratione Hebræorum, ſexta commo-
de refertur, quia tertium diei quadrantem claudit: cum ſecundus quadrans
hora tertia, tertius qui ſuccedebat, ab ea hora, qua claudebatur, hora ſexta
diceretur. Neque Euangeliſta, ἦν δὲ ὥρα ἕκτη, ſed ὡσεὶ ἕκτη, dixit. ὥρα autem
ὡσεὶ ἕκτη, ad τὸ τρίτον μέρος, ſiue λάχος, ita referetur. Sed hæc obiter. &,
ni fallor, mentem bene expreſſimus. Ἦμαρ ἀνύμενον, eſt quod in veſperam
declinat. τρίτατον λάχος, quod in ſextam horam deſinit. Ergo dies προεόρτιος,
dies qui Paſcha præcederet. ἦμαρ ἀνύμενον, ערב, ſiue veſpera, aut in veſperam
incli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

inclinans. à priore veſpera incipiebat Paraſceue: ab hora ſexta, aut proprie nona. atque ita aliud agendo Euangeliſtas conciliaſſet. Quod vt euaderet, audacter ſane, niſi codicis autoritate nixus fuerit, aliter hoc extulit: qui

Ἦν δὲ πιπλαινομένη τριτάτη θανατηφόρος ὥρη.

Ad comma decimum & quintum cum ſcripſit, ℣ſ. 15.

Καὶ δολίοις στομάτεσσιν ἀνέκραγον ἀρχιερῆες,
Ἄλλον ἔχειν οὐκ ἴδμεν ἀνήτεα κοίρανον ἡμεῖς,
Κοίρανον αὐτοκέλευστον, ὃν οὐκ ἐστέψατο Ῥώμη,
Εἰ μὴ Καίσαρα μοῦνον, ἀτέρμονα ποιμένα κόσμου.

verſus integer inepte admodum redundat. Ac ſi dicas, *Non habemus Regem, niſi Romæ coronatum, Cæſare excepto.* quod qui diceret, Romæ creatum Cæſarem negaret. Adde jam, improprie ac pene incogitanter dictum,

ὃν οὐκ ἐστέψατο Ῥώμη.

nam nec quenquam coronabant eo tempore Romani, nec Tiberius hoc admiſiſſet: neque vllum eſt periculum, ne quis hoc credat, qui vulpeculæ illius actiones apud Tacitum inſpexit. Sed nec quiſquam neſcit, quid de Dictatore Cæſare, memoriæ ſit proditum: cui diadema ab Antonio impoſitum, mortem vel præcipue conciliauit. quod vel è Græcis ſcire poterat, qui hæc accuratius Romanis ipſis perſequuntur. Cum Euangeliſta commate ejuſdem capitis nono ſcribit, Ἔγραψε δὲ καὶ τίτλον ὁ Πιλάτος &c. ita vſus eſt voce γράφειν, vt Hebræi piel pro hiphil vtuntur: cui exprimendo, voces aliquot Helleniſtæ, cum deficiantur hic, excogitarunt. quod in voce hac & aliis quibuſdam fieri vix poterat. Quod qui negat, ſupra de Pilato, ὅτι ἐμαστίγωσε τὸν Ἰησοῦν, dici neget. Τότε οὖν ἔλαβεν ὁ Πιλάτος τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐμαστίγωσε. niſi Præſidem Romanum credat, virgis aut flagellis, manu ſua, non per miniſtros, tollendos mox in crucem, cæcidiſſe. quod φραγελλοῦν, eodem modo, alii Euangeliſtæ duo de eodem Præſide dixerunt. Τὸν δὲ Ἰησοῦν φραγελλώσας παρέδωκεν ἵνα σταυρωθῇ cap. 27. ℣ſ. 26. Matthæus: & iiſdem pene verbis Marcus. Sed & eodem modo Eſaiæ decimo: vbi dicitur, Οὐαὶ τοῖς γράφουσι πονηρίαν, γράφοντες γὰρ πονηρίαν γράφουσι. vbi מכתבים quod *ſcribere faciunt*, recte interpretes. vnde poſteriorem verſiculi partem, non ad ſcribas, ſed ad judices Magiſtri referunt. vt vt ſit, vtrunque & החקקים & מכתבים, quibus vtitur Propheta, γράφοντας interpretati ſunt Helleniſtæ. Additur ibidem à noſtro,

Γράμμα, τόπερ καλέουσι λαϊνίδι τίτλον ἰωῇ. ℣ſ.24.

è quo patet, exiſtimaſſe eum, ipſam γραφὴν fuiſſe titulum: cum titulus ἐν ᾧ ἡ γραφὴ, tabella ipſa, in qua ſcriptura, nonnunquam dicatur. Syrus, certe τίτλον טיטלא, quod πυξίον, ſiue πίναξ, interpretatus eſt. quemadmodum Euſebius titulum Attali martyris, πίνακα vocauit: Iuriſconſulti & Agathias, titulos poſſeſſionum σανίδας dicunt. Et jam ante ad πέταλον, quod Aaroni tribuitur, ſiue Sanctitatis titulum, alludi diximus. quo & Hebræum *nezer* ſpectat. Iam quod calamo inſcriptum ait; minime equidem nobis placet, vt jam ante dicebamus: cum potius cælatura eſſe potuerit. quam ἐκτυπωμένον γραφίδος, de qua jam alibi, ni fallor, Helleniſtæ dicunt: quod è plana ſuperficie ductus eminerent, non refugerent. quæ Græcorum γλυφὴ, proprie *ſculptura* dicitur Latinis: cujuſmodi artifices ad manum habuerunt. Adde, quod in tanto apparatu, cum præſertim damnatio innocentis animo præconcepta eſſet, & jam toties affectatio regni objecta illi eſſet, ante parari potuerit. quod ex cæteris quoque Euangeliſtis magis veriſimile videtur. Solus enim noſter, Ἔγραψε δὲ καὶ τίτλον Πιλάτος dixit, pro quo Matthæus, Καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ γεγραμμένην, *jam ante ſcriptam*, aut, *formatam.* ita enim accipi poteſt. Marcus, Καὶ ἦν ἡ ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας αὐτοῦ ἐπιγεγραμμένη, *jam ante ſcripta*, aut, *concepta.* Lucas, Ἦν δὲ καὶ ἐπιγραφὴ γεγραμμένη ἐπ᾽ αὐτῷ. vt hic conjecturæ locus eſſe poſſit. Sed & ingenuis iſta, non ſycophantis, ſcribimus.

 Et,

Et, quod ſæpe diximus, Exercitationes ſcribimus. Eodem capite ab Euan-
Vſ.24. geliſta de tunica Domini cum dicitur, Μὴ σχίζωμεν αὐτὸν, noſter

Οἴνοπα μὴ σχίζοιμεν ἀληθέα τόνδε χιτῶνα,

dixit. Talaris porro Chriſti tunica, quam ὑφαντὸν χιτῶνα Sacer ſcriptor di-
xit, tunica מעשה אורג fuit: qualis illa Aaronis, manicata, texta, longa, & qua
totum corpus vſque ad pedes tegebatur: quo abſoluere nos poterant, qui
tanto opere tam multa de hac diſputarunt. & ſic verum erit, τύπον θέσκελον,
quod noſter ait, habuiſſe. Porro perfunctorium ac plane ineptum, quod
addit, ὕπερθεν ὁμοῦ καὶ ἔνερθε φορῆος. quaſi tunica ſit vlla, quæ ad verticem & ſu-
pra ſe extendit: ſiue ipſum quoque ejus, à quo geſtatur, caput includit. Sicut
nulla pedes quoque includit, aut ſub iis ſe diffundit. quod ex toga Ro-
manorum & ex chetoneth ſimili, ſcire eruditi poſſunt. Ad Aaronis ve-
ro illam tunicam hæc eſſe referenda, & veteris Eccleſiæ vſus, ac Liturgiæ,
tum quæ ſupra de colore veſtis, quam οἴνοπα vocauit noſter, diſputamus,
ſatis confirmant. Germanus vrbis Conſtantini Archiepiſcopus, ἡ, inquit,
στολὴ τοῦ ἱερέως ὑπάρχει κατὰ τὸν ποδήρη Ἀαρὼν, τουτέστιν, ἱμάτιον, ὅ ἐστιν ἱερατικὸν ἔνδυμα,
τὸ μέχρι τῶν ποδῶν, τὸ τιμιώτατον. qui & poſtea fuiſſe οἴνοπα oſtendit: vt de vna ea-
demque, ex opinione æui ejus, Nonnum hic egiſſe conſtet. Ἔστι δὲ πυροειδὴς, in-
quit, κατὰ τὸν προφήτην, τὸν λέγοντα, Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς
αὐτοῦ πῦρ φλέγον. καὶ πάλιν, Τίς οὗτος ὁ παραγινόμενος ἐξ Ἐδώμ; Ἐδὼμ γὰρ ἑρμηνεύεται
γήϊνος, ἢ ἐκλεκτὸς, ἢ κόκκινος. εἶτα ἐπάγει, ἐρύθημα ἱματίων αὐτοῦ ἐξ ἀμπέλου Βοσόρ.
Διὰ τί σου ἐρυθρὰ τὰ ἱμάτια, καὶ τὰ ἐνδύματά σου ὡς ἀπὸ πατητοῦ ληνοῦ; ἐμφαινομένου τὴν
βαφεῖσαν τοῦ Χριστοῦ στολὴν τῆς σαρκὸς ἐν αἵμασιν, ἐν τῷ ἀχράντῳ αὐτοῦ σταυρῷ. Πάλιν δὲ,
ὅτι καὶ κοκκίνην χλαμύδα ἐφόρεσεν ἐν τῷ πάθει ὁ Χριστὸς, ἐμφαίνουσιν οἱ ἀρχιερεῖς, ποίου ἀρ-
χιερέως εἰσιν ὑπασπισταί. Partim ergo propter eam Aaronis tunicam, partim
propter locum, Πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν
αὐτοῦ, vt ſupra diximus: quem locum ad τὸ σωτήριον πάθος antiqui referunt.
Nonnus quoque οἴνοπα *vinei coloris*, tunicam vocauit Domini. Quare, ty-
pus Aaronis tunica, ἀντίτυπον illius iſta Domini, ex vſu veterum. ideoque illud
ὕπερθε καὶ ἔνερθε, de tunica, non περὶ τοῦ φορῆος, dicendum fuit: contra quam à
noſtro factum. cum, ὅλον ἄρραφον ὕπερθε καὶ ἔνερθε, fuiſſe, Euangeliſta volue-
rit: qui, ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄρραφος, ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου, dixit. Quod miri-
fice interpretatus noſter, qui,

Ὅστις ὅλος, καὶ ὕπερθεν ὁμοῦ καὶ ἔνερθε φορῆος
Ἄρραφος ἦεν, ὑφαντὸς, ἀπ' αὐχένος εἰς σφυρὰ λήγων.

voce igitur φορῆος, qua hic minime opus erat, mentem peſſime incruſtauit.
Talis porro tunica, cum, vt patet, ſupra ac inferius pateret, per os illud,
quod Hebræi פה, Helleniſtæ τοῦ χιτῶνος ἐπιστόμιον dixerunt, caput inſeri ne-
ceſſe fuit cum indueretur. de quo dici plura poterant. Verum pergamus.
Ibid. Dicitur autem, Εἶπον οὖν πρὸς ἀλλήλους, Μὴ σχίσωμεν αὐτόν. Quemadmodum ἐν
τῷ σωτηρίῳ πάθει, ſiue, Sacra paſſione Domini, nemo ſatis admirari diuinam
diſpoſitionem poteſt & prouidentiam, quæ effecit, vt in ea, ſingula, vel mi-
nutiſſima, τῷ τύπῳ & prædictioni prophetarum reſponderent, ita admira-
tione ſumma dignus eſt Sanctiſſimus Euangeliſta, qui tam accurate ſingula
notauit, quæ neglecta toties à viris maximis, non raro dolui. cujus rei ite-
rum habemus hic exemplum. Cum Euangeliſta narrat, milites de veſte Do-
mini, de qua jam egimus, dixiſſe, Μὴ σχίσωμεν αὐτὸν, non eſt dubium, quin
iterum œconomiæ in re minima ac diſpenſationis verba commemoret.
quod tam vſitatum illi, vt à nemine aut dexterius aut majori cum judicio id
fiat. Nam quemadmodum vtrique veſti id commune fuit, quod contextæ
eſſent, ſic de meil ephod dictum erat, μὴ σχισθῇ. Et hoc inter notas ejus
erat. Exodi enim 28. 32. legitur, *Labium in orificio illius circum circa, opere
textorio, ſicut os loricæ erit, ne ſcindatur.* Cum enim os circulare haberet ac
rotun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1.

rotundum, cui caput inſeri neceſſe erat, limbo non aſſuto, ſed ejuſdem operis, munitum, de hoc ipſo in Hebræo, לא יקרע, quod Chaldæus μὴ σχισθῇ reddit, à S. Spiritu pronuntiatum fuerat. ne quid ſcilicet in tota veſte, vel diductum, vel conſutum eſſet. Quod cum dici obiter & aliud agendo videretur, nihil ſane aduerſus illud vel vis militaris, vel improbitas ſceleſta potuit. non magis quam in oſſa Domini: quæ eâdem cauſa, integra ſeruata ſunt. Hoc autem magis mirabitur, qui cogitabit, nullam fuiſſe violentiam, quam non ſubieret Dominus. in primis vero flagellationem. In quo ſupplicio plerunque rumpebantur aut diſſuebantur veſtes. Vnde Rabbi Maimonides, vbi de hac pœna, quanuis ex Iudæorum ritu, agit, *Si rumpantur veſtes, rumpantur: ſi diſſuantur, diſſuantur*, inquit. *Satis, ſi ad plagas pateat pectus.* Cum ſequitur, ἀλλὰ λάχωμεν, nimium blanditi ſibi ſunt interpretes, qui ad mica- Ibid. tionem digitorum retulerunt, quia hic dictum à poëta noſtro videbant

ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοῦ
Δάκτυλα χειρὸς ἀφέντες, ἐκηβόλα σύμβολα νίκης,
Λαχμῷ πάντες ἴδοιμεν ἀδηρίτῳ τίνος ἔσται.

Forte & Dionyſiacis de micatione legerant. vbi

Λαχμὸς ἔην μεθέπων ἑτερότροπα δάκτυλα χειρῶν,
Καὶ τὰ μὲν ὀρθώσαντες ἀνέσχεθον, ἀλλὰ δὲ καρπῷ
Χειρὸς ἐπεσφήκωτο συνήορα σύζυγι δεσμῷ.

quæ manifeſta ἀπροσεξία eſt. Quomodo enim digitorum intelligatur micatio, cum à Propheta dictum ſit, ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον? quod Hebræus quoque textus amplius confirmat: in quo *projiciendi* vox diſerte exprimitur. Non ergo dubitandum, quin, vt milites Romani, τῇ πλειστοβολίνδῃ vſi fuerint: qua Auguſtum quoque Cæſarem ex interpretatione eruditorum vſum vult Suetonius: & de qua inprimis ibi accurate vir ſummus, amores ac deliciæ olim noſtræ, Iſaacus Caſaubonus. ea quippe, ὁ τὸν πλεῖστον βάλλων ἀριθμὸν, *qui numero vincebat cæteros*, id de quo conuenerat, ex pacto tollebat. Et Propheta, qui de hac prædixit, voce admodum communi quidem, ſed quæ nihil ad micationem, vſus eſt. in qua & digitis, non autem jactu, res geritur. Quid quod nec ipſe noſter, alio Prophetæ locum quam ad jactum traxit? qui

Καὶ κλήρους ἐβάλοντο φιλοχλαίνῳ τινὶ λαχμῷ.

Et in Gloſſis cum legitur, *Micare*, λαχεῖν, manifeſte ſpecies exponitur per genus: ne quis voluiſſe hoc Euangeliſtam exiſtimet, cum dixit, ἀλλὰ λάχωμεν περὶ αὐτοῦ, τίνος ἔσται. cum ne quidem, quare ἐκηβόλα σύμβολα dixerit, ſi micationem in animo habuit, ſatis videam. Eodem commate, poſt locum ex Ibid. Propheta Regio, quem τῷ κλήρῳ τοῦ ἱματισμοῦ, de quo Propheta egerat, Euangeliſta more ſuo hic accommodauit, addit autor noſter,

Ὃν κιθάρῃ ψάλλουσι θεηγόρος ἔννεπεν ὀμφή.

quod ex Helleniſtis hauſit: apud quos non ſemel ψάλλειν ἐν κιθάρῃ extat. Vt omittam, etiam ψαλτήριον ab illis καὶ κιθάραν confundi. qui & ſic τὸ כנור alibi interpretantur. vt κιθάρῃ ψάλλουσι, ſit κιθαρίζουσι. Pſalmus interim, de quo nunc agit, non ad muſicam citharicam, quæ illis eſt peculiaris, ſed ad תרועה refertur. Eſt enim lamentabilis & exclamationum plenus. quale eſt principium, quod in cruce vſurpauit Dominus. cum, laudi ac triumpho deſtinata eſſet cithara: vt ex loco 1 Paralip. 11. quem ad Pſalmum 4. Kimchius adducit, manifeſtum eſt. Sed, vt dixi, quia Dauid ſæpe meminit κιθάρας, & hoc genere loquendi vſi Helleniſtæ fuerant, ſic loquitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Cap. XV.

Altera decimi & noni capitis pars percurritur. Conſideratio vexatiſſimi loci, πλήσαντες σπόγγον ὄξους, καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες, προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι. *Nonni in eo explicando negligentia. ſuccus hyſſopi ab eo ſuppoſitus. Eundem locum ab eo ex Matthæo ſuppletum: & quomodo eum legerit. Prolixa de eo diſputatio.* περιτεθῆναι ὑσσώπῳ, *an à Nonno expoſitum. pro* περιδέειν *Euangeliſtæ vſurpatum. Vox Hebræa quam expreſſit. eadem quam varie ab Helleniſtis expoſita.* δέειν, καταδέειν, συμπλέκειν, περιτεθῆναι, *de eodem.* κάλαμος *Hebræis pro haſtili. Vas aceti appoſitum cruci, appoſitæ item ſpongiæ. vſum quem habuerint. Spongiarum peculiaris vſus. Lanæ ſuccidæ, & earum vſus. æſypus, lana ſuccida. Vox æſypus in Ægineta, Plinio, Galeno, Celſo, aliis, corrupta: & pro ea vocem* ὕσσωπος *ſuppoſitam.* Ἀττικὸν ὕσσωπον, *pro* οἴσυπον. *Hebræorum ezob, & Syrorum* זופא. *Arabum* זוף. *Ludibrium admoti æſypi.* οἴσπαι, οἰσύπαι. στρουθίζεσθαι, *de æſypo. Calamus, naturalis & arte factus: odoratus item. Locus quomodo legendus. Tela quædam bellica & arma quomodo nonnunquam Græci exprimerent.* κεραμωτόν. ἁλυσιδωτόν. τυλωτόν. λογχωτόν. δίθυρσον λογχωτόν. ὑσσός. ὑσσωτόν. ὑσσωτῷ περιθέντες. σκελοκοπία. πολυόδους σίδηρος. *idem* ἄορ *à Nonno dici. Mira ejus in eâdem re inconſtantia. ejuſdem* περιεργία, *& in re nihili curioſitas. ejuſdem in re alia inconſtantia notata.* λόγχη *&* μάχαιρα *de eodem poſita.* ἐκκεντεῖν. *Locus Zachariæ,* ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. *Interpretatio* τῶν ἑβδομήκοντα *interpolata: quod vel ex Euangeliſtæ loco probari poſſet.* οὐτάζειν. *Loci illius interpretatio,* ἦλθε δὲ καὶ Νικόδημος, φέρων μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόης, *&c. in ejus interpretatione Nonnus ſæpius notatus.* μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόης. *Mumiæ ſepulchrorum.* ἀλόη Ἰνδῴη. *Palæſtina.* Ἐρυθραίου κήπου ἀλόη. *Mare Erythræum & Indicum, & an diuerſa Geographis. Aloen in hortis Indicis naſci, Nonno autore. Succum aloes, non ipſam, à Nicodemo adhibitam. aloe arundinoſa Nonno, ſiue* δονακοτρεφής. *eandem* ἔρνος *ab eodem dici, & an recte. Xylaloe, agallochus. aloe pro agallocho.* ἀλώθ. *arbores aloes, in Chaldaica Onkeli paraphraſi. locus ille aduerſus magni viri opinionem excuſſus. arbores à Deo plantatæ, Hebraiſmus: qui & Chaldæis vſitatus.* λίτρα *peregrinam Nonno videri vocem: quam etiam ex Hebræorum ſententia, Græcam eſſe.* ζαθέη ἐκάλουν τάς, *& vnde. Sepulchrum Domini quale. Foſſa & ſpelunca in ſepulchro. Spelunca gemina. Locus de Abrahami ſpelunca duplici expoſitus. Ridicula, quæ* περὶ ψαμάθου, *cum de ſpelunca Domini, ſeu crypta, agitur, à noſtro dicuntur. ejuſdem incogitantia.*

Cap. XIX. v. 29.

EOdem capite ſequitur, Σκεῦος οὖν ἔκειτο ὄξους μεστόν· οἱ δὲ πλήσαντες σπόγγον ὄξους, καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες, προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι. Cujus loci difficultatem quin præclari omnes viderint viri, ex eorum dubitari ſcriptis non poteſt. Inprimis illud de hyſſopo quod dicitur, omnes in arenam quaſi conuocauit. inter quos vir ſummus pronunciat hoc modo: *Spongia vehiculum fuit aceti: arundo, vehiculum ſpongiæ. De hyſſopo vero jam inde ab antiquiſſimis temporibus quæſtio eſt, adeo difficilis ad explicandum, vt videatur Elias expectandus, qui certi aliquid nos doceat. Ex comparatione verborum Matthæi & Iohannis, videtur liquido conſtare, hyſſopi nomine hic intelligi aliquid, quod baculi vſum præbuerit ad porrigendam ſpongiam.* Cujus nos conſilium, quod præire ad veritatem videatur, ſecuti, trium Euangeliſtarum inter ſeſe contendemus verba. Matthæi ſcilicet ac Marci, cum Iohanne, qui interpretem eorum agere hic videtur. cum iiſdem pene verbis vſi ſint quos dixi. Verba Matthæi ſunt:

> Καὶ εὐθέως δραμὼν εἷς ἐξ αὐτῶν, καὶ λαβὼν σπόγγον, πλήσας τε ὄξους, καὶ περιθεὶς καλάμῳ, ἐπότιζεν αὐτόν.

Mar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Marcus,

Δραμὼν δὲ εἷς, καὶ γεμίσας σπόγγον ὄξους, περιθείς τε καλάμῳ, ἐπότιζεν αὐτόν.

Iohannes,

Σκεῦος οὖν ἔκειτο ὄξους μεστόν· οἱ δὲ πλήσαντες σπόγγον ὄξους, καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες, προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι.

Vbi hæc conſideranda vel inprimis: quid περιθεῖναι ſit, nimirum, & quid κάλαμος: tum & quid commune huic & hyſſopo. De quibus ſecurus ſatis noſter, ita hoc extulit, vt hyſſopum cum aceto mixtum, ſummæ alligatum aut affixum haſtæ, præbitum fuiſſe illi ſignificet. Ita enim ille, quod Euangeliſta dixit:

καὶ ἑτοῖμον ἔην παρὰ γείτονι χώρῳ
Ὄξεος ἔμπλεον ἄγγος· ἀνὴρ δέ τις ὀξὺς ἀκούσας,
Σπόγγον ὑποβρυχίων ἀδύτων βλάστημα θαλάσσης,
Πλήσας δριμυτάτοιο ποτοῦ καὶ διψάδος ἄλμης
Ἰθυπόρου καλάμου παρὰ νείατον ἄκρον ἐρείσας,
Ὤρεγεν ὑσσώπῳ κεκερασμένον ὄξος ὀλέθρου.

credo, vt quemadmodum, οἶνος ὑσσώπῳ κεκραμένος, quod *hyſſopites vinum* vulgo dicitur, antiquis celebratur, ita hic eodem pene modo mixtum fuerit vtrunque. cui equidem, vt ſolet, tum miſcendo, tempus & peritiam, illis qui appoſuerunt, defuiſſe exiſtimo. Tum vero, vnde ad manum illis quæ hic requiruntur? Sed & cui vſui hoc ipſum? vt ſic tuſſi, credo, aut pulmoni, jam agentis animam, remedium adferrent. Ludibrii fortaſſe cauſa, reſpondebunt alii: cui, fel ſuffeciſſe cum aceto, nulli dubitamus. Nonnulli, inter quos & Caſaubonus noſter, quanuis Matthæi verbis recte adhærendum, moneat, hyſſopum, de qua agitur, ad eam referri poſſe ſpeciem exiſtimat, quæ אברתא Magiſtris (qui & plures fecêre) nuncupatur. Eandem autem hanc, cum herba, quam abrotonum dixêre: quam & ipſam amariſſimam fuiſſe conſtat. quod licet nihil plane ad Matthæi, quæ jam propoſuimus, vel verba facere vel inſtitutum videatur, minus tamen alienum, quam opinio eorum, qui vim deleterii aut veneni hyſſopo tribuerunt. Cujus ſi hæc vis eſt, quid in mentem illis venit, qui decoctum ejus, etiam cum melle, ficis, tum & ruta, (quæ venenis ad verſatur, vt abrotonum,) aliiſq; ejuſmodi, peripneumonicis, aſthmaticis, diu tuſſientibus, orthopnoïcis ac aliis propinant: etiam aceto mixtum (inter quos & Dioſcorides) quibuſdam male affectis ſedulo præſcribunt? In qua interim ſententia hic noſter: qui acetum, cum hyſſopo mixtum, ὄξος ὀλέθρου, hoc eſt, vt videtur, inter δηλητήρια repoſuit. qui de abrotono ſaltem, vt arbitror, non cogitabat: cum hoc inter, τῶν θανασίμων φαρμάκων, *lethalium*, dico, *venenorum* antidota, ponatur. Vt vt ſit, noſter, non ſecus, ac ſi, οἱ δὲ πλήσαντες σπόγγον ὄξους ὑσσώπῳ κεκραμένου, περιθέντες καλάμῳ, προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι, ſcriptum eſſet, illud reddidit. quod & ipſe, credo, fieri non poſſe, vt quod duo reliqui καλάμῳ tribuerent, idem minimæ tribueretur plantæ, hyſſopo, nempe, exiſtimaret. Verum ad ipſa nunc Euangeliſtæ redeamus verba, quæ cum Matthæo vel inprimis componenda. Σκεῦος igitur ἔκειτο, inquit, ὄξους μεστόν. quibus addit, οἱ δὲ πλήσαντες σπόγγον ὄξους, καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες. Quod ad vas ipſum, cæteraque, de quibus primo agitur, recte magni monuerunt viri, receptum vſu id fuiſſe, vt à proximis, vel qui commiſeratione cruciariorum tangerentur, leniendis, quantum fieri ſic poſſet, vibicibus, vulneribuſque, apponerentur: vt ad vſum, nempe, hunc præſto eſſent. de aceto enim ac ſimilibus jam notum. Iuxta ipſum ſine dubio vas, ſpongia jacebat: non vt vehiculum aceti modo, quod notarunt eruditi, eſſet, verum & quod proprium hic abſtergendo ſanguini ac mitigandis vulnerum doloribus haberent vſum: idque ex poſca aut aceto. Summam interim difficultatem in hyſſopo eſſe, de qua, καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες, dicitur, ſi quis non videt, nihil videt.

Quem enim locum hic hyſſopus ſiue hyſſopum habet, vbi calamum Matthæus ponit? qui περιθεὶς (eâdem vſus voce) καλάμῳ dixit? Ille enim: καὶ περιθεὶς καλάμῳ, ἐπότιζεν αὐτόν: vt & Marcus, qui, περιθεὶς τε καλάμῳ, ἐπότιζεν αὐτόν. quid commune igitur hic κάλαμος & ὕσσωπον habebit? Deinde, περιθεῖναι qui dicit, appoſitum fuiſſe haud dubio, vel alligatum, dicit. cui autem vſui id factum? Vt pendenti, nempe, in cruce, potum ſic præberent. in quo tres conſentiunt Euangeliſtæ: qui περιθεῖναι, eodem omnes modo cum dixiſſent; duo, καὶ ἐπότιζεν αὐτὸν, tertius, etiam planius, προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι, *ori ejus admouiſſe*, dixit. ori; pendentis jam in cruce, dico. Ori autem admouerunt quomodo? impoſitum hyſſopo: quam, *pedalem plantam*, dixit Dioſcorides. Huic ergo plantæ quod imponeretur, ori ejus admoueri potuit: adeo quidem in Oriente minimæ, breuiſſimæque, vt cum ſapientiſſimus Regum Salomon, de arboribus, ſeu plantis, à cedro ad hyſſopum, qui de pariete egreditur, 1 Reg.4.32. diſſeruiſſe dicitur, hyſſopum, non noſtrum, ſed parietariam quidam intelligant rutam. è qua faſciculus fiebat: quem in aſpergendo ac mundando adhibebant. Quis autem neſcit, ὑψωθῆναι, hoc eſt, *exaltatum*, dici Dominum, qui è ſublimi pependit cruce. quemadmodum ſublimes, vt plurimum, fuiſſe cruces antiqui teſtantur. Et de Regulo notum, qui Italiam, ex alta ſublimis cruce, dicitur ſpectaſſe:

cum robore pendens
Italiam cruce ſublimis ſpectaret ab alta.

quemadmodum, *crucem excelſam*, excellenter Tertullianus dixit. Ne de Mardochæi jam cruce dicam: quæ חמשים אמה, πηχῶν πεντήκοντα, Helleniſtis, hoc eſt, *quinquaginta cubitos* alta, dicitur fuiſſe. vnde Cyprianus, *aſcendiſſe Dominum*, Auguſtinus, *leuatum in crucem* dixit. Lactantius, poſtquam conſpicuum omnibus qui in patibulo ſuſpenditur, altioremque dixit; electam quoque crucem, quæ tam conſpicuum tamque ſublimem illum, *vt ad eum cognoſcendum pariter & colendum, cunctæ nationes ex omni orbe concurrerent*, exhiberet, ibidem addit. Ad quas difficultates aliaſque expediendas ſemel, dici vix poteſt, quæ excogitata ſint. Alii enim plantis exemêre hyſſopum, cui inter arbores dederunt locum: quaſi in Iudæa, vt loquuntur illi, arboreſcat hyſſopus: idque & ex eo nonnulli probarunt, quod inter ea quæ עצים Hebræis dicuntur, ſoleat reponi: id autem de arboribus in Sacris vſurpari. ad quod alii jam reſponderunt. Alii, & ex antiquis quidem, ita acceperunt, vt calamo alios, alios hyſſopi ligno vſos dicant. quaſi non eadem ſic difficultas maneat: aut ita ſatis conſtet, quid hyſſopus Iohanni, Matthæo calamus: tum & quo pacto hæc eadem, aut inter ſe conueniant. Neque defuerunt, qui ingens hic excogitarunt ſaxum: quo conſcenſo, admota ori, quæ ſic præberentur. Inter quos Chriſti Patientis autor. qui

Ἄλλοι μὲν αὐτὸν καλάμῳ κραταιβόλῳ
Ἔβαλλον, ἀντίπυργον ἀμβάντες πέτραν,
Ἄλλοι δ' ὑσσώπῳ σπόγγον ὄξους ἔμπλεον
Χολῇ κεκραμένου δ' ἀνῆγον εἰς στόμα.

quanquam verſus nihil minus equidem quam Sophoclei ſunt: quibus, alios quidem, turris inſtar excelſam cum aſcendiſſent petram, percuſſiſſe eum calamo, alios, aceto plenam atq; hyſſopo ſpongiam, ori ejus admouiſſe voluit. quæ & hyſſopo admoueri potuit, ſi turris inſtar fuit petra. quod eſt deſperare potius quam auxilium adferre. Nos interim pergamus. Iuxta ipſum vas jacuiſſe ſpongiam jam ante diximus, quæ aceto madida aut poſca, mitigandis adhiberi vulneribus ſoleret. Plinius lib.31.c.11. *Imponuntur & ſpongiæ ipſæ epiphoris ex poſca: ex aceto calido ad capitis dolores. De cætero, recentes diſcutiunt, molliunt, mitigant: veteres conglutinant vulnera. Vſus earum ad abſtergenda, fouenda, operienda à fotu, dum aliud imponitur.* Quibus ſtatim idem ſcriptor lanam ſuc-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

cidam adjungit. *In vulnerum curatione & ſuccidæ lanæ vicem implent, nunc ex vino & oleo, nunc ex eâdem.* poſca, nempe, aut oxycrato, ſiue aceto cum aqua. Ac deinde, *Differentia hæc, quod lanæ emolliunt, ſpongiæ coërcent, rapiuntque vim vlcerum.* De iiſdem lib. 29. c. 2. *Succidæ plurima præſtant remedia ex oleo vinoque aut aceto, prout quæque mulceri morderiue opus ſit*, &c. de quo & toto deinceps capite. Cum nonnulli itaque dies aliquot in cruce viuerent ac ſupereſſent, nihil aliud præſtare probæ animæ ac vltima commiſeratione tactæ poterant, niſi vt μαλακτικὰ quæcunque excogitari poterant, adferrent: quibus per ludibrium tum vſos milites, ſi quid aliud, ex hac narratione ſatis patet. quos & acetum, ridicule ac per luſum, ori morientis admouiſſe tum, vix dubium. Quid ſi autem alterum guſtatu longe fœdius? Succida, nimirum: cujus, vt ex Plinio audiuimus, idem qui & ſpongiæ, hic vſus. vt vino, nempe, fugiente, poſca aut aceto madida, malacticum præberet. De qua illud Iuuenalis,

vinum quod ſuccida nollet
Lana pati.

Varro item, *qui infectam ouium ſudore lanam* libro De re Ruſtica 2. *ſuccidam* vocari ait. Eam autem, vt & aliis infectam ſordibus, *œſypum* Græcis Latiniſque dici, nemo eſt qui neſcit. Quemadmodum & illud quoque notum, nullum Galeni prope, Æginetæ, Plinii, Celſi, eſſe locum, in quo non, pro οἴσυπος, ὕσσωπος aut ὕσσωπον legatur. De quo multa ad Plinium Hermolaus, inter Medicos non pauca Cornarius (qui & ſingulis id demonſtrauit locis) annotauit olim. Tale eſt Ἀττικὸν ὕσσωπον in Methodo Galeni, pro οἴσυπον. Notum autem illud Latini poëtæ,

Oeſypa quid redolent, quamuis mittantur Athenis?

Addit autem,

Demptus ab immundæ vellere ſuccus ouis.

Vt enim ὕσσωπον, quod nonnulli voluerunt, pro œſypo, à Paulo poni exiſtimem, nec corruptos eſſe eos locos, haud facile quis perſuadebit nobis: vt nec eam plantam, quam Hebræi אזוב dicunt, è quo ſuum זופא Syri, ſuum זוף Arabes fecerunt, idem cum œſypo eſſe. Nos olim igitur, etiam hoc loco, πλήσαντες σπόγγον ὄξους κ. οἴσυπον περιθέντες, προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι, legebamus. vt περιθεῖναι, προσπλέκειν, aut προσδέειν, ſiue, non aliud quam *alligare*, aut *imponere* dicatur: vt ſic ſpongiam lanamque ſuccidam ſumpſiſſe, ac vtranque, cum in vſum alium appoſitæ hoc loco eſſent, militari petulantia impleſſe aceto, ac jam morientis admouiſſe ori, velit: atque hæc mens ſit. quod nec mirum ſane, cum & œſypus & ſpongia vulneribus adhiberentur: de quo conſulendi Medicorum filii. Eâdem autem voce, non ſudore infectam modo, ſed quæ circa ſedem quoque ouium atque anum, ſordibus infecta reperitur, veteres dixiſſe, conſtat. vnde & οἴσυπαι ἢ οἰσύπαι talium lanarum ſordes: quæ στρουθίζεσθαι à Medicis dicuntur, cum purgantur. ab œſypo, nimirum: quæ vel lana qualem diximus, vel pharmacum, quod in eorum vbique libris deſcribitur. Vt appareat, quam fœde Domino ſceleſti illi moriones illuſerint: qui pietate aliorum ſic abuſi ſunt. hæc igitur nos olim. Cæterum, cum inter eos ſimus & futuri ſemper ſimus, qui aut nullam, aut quam minimam, ſed & tantum cum neceſſe eſt, admittendam in Sacris mutationem, tum & vbi, ac quantum fieri id poteſt, conciliandos inter ſe autores Sacros arbitrantur, aliud agamus. Aut id potius, de quo jam ante, agamus, ne à reliquorum, qui eandem referunt hiſtoriam, vel mente vel verbis, abeamus: qui, quod, περιθεῖναι ὑσσώπῳ, noſter, περιθεῖναι καλάμῳ, dixerunt. Quid ergo κάλαμος? Naturalis, nempe, aut factus & vſui accommodatus: etiam cum aliud quam calamus eſt, aut arundo. Naturalis, vt paluſtris: vel aromaticus, ſeu, odoratus. Quod ad hunc autem, (naturalem nempe) neutrum

ſane

ſane intelligi ex iis arbitramur. Quis enim vel arundinis vſus ejuſmodi vel calami, vbi ſupplicium Romanum, ipſumque locum, vt in regni affectati crimine, aut nouarum rerum, denſus haud dubio circumſtitit miles ac pilatus? De Romano autem milite hic agi, præ cæteris Euangeliſtis, manifeſte noſter innuit. qui poſtquam ante, οἱ οὖν στρατιῶται ὅτε ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν, ἔλαβον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, neque multo poſt, οἱ μὲν οὖν στρατιῶται ταῦτα ἐποίησαν, dixiſſet, poſt hiſtoriam quam de ſe inſerit, cui & matrem ſanctiſſimam commiſit Dominus, ad eoſdem manifeſte redit, cum addit, Σκεῦος οὖν ἔκειτο ὄξους μεστόν· οἱ δὲ πλήσαντες σπόγγον ὄξους, καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες, προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι. vbi mirifice Theophylactus, Τινὲς δὲ ὕσσωπον φασὶν ὀνομάζεσθαι τὸν κάλαμον· ἡ γὰρ τοῦ καλάμου κόμη τοιαύτη. *Quidam calamum dici hyſſopum volunt: quod ſimilis ejus ſit coma.* Cui non abſimile, quod, *hyſſopum*, ſiue, *hyſſopi*, *propter altitudinem crucis*, *adhibitum exiſtimat arundinem.* quaſi aut de hyſſopi arundine agatur, aut humillimæ, quod dixi, herbæ, tantus ſit calamus, vt propter crucis adhibendus altitudinem hic eſſet. quæ, hæſiſſe iis aquam hic, euincunt. Odorati autem calami, de eo quoque vt agamus, quis hic vſus? quem ad ſuffitus, vt rariſſimum ac Deo dedicatum, adhiberi ſolitum, quis neſcit? tantum abeſt, vt à peregrino milite circumferretur, aut, vt ad ludibrium in manu ejus eſſet. in terra Sancta vel inprimis: quo & è longinquis diſſitiſque afferri terris, (quanquam de Syriaco, poſteriores quidam quid commemorent, non neſciam) ſed & emptione, ſiue קנין, ac pecunia, & quidem ſæpe haud modica, parandus erat. Adde his, quod breuior quam pro hoc vſu fuerit is calamus: quem, quo breuiorem, eo meliorem dixit Plinius: qui de iſto, *Melior, quo breuior & craſſior, lentuſque in frangendo.* quanquam ſane, verum hodie non dari, eruditis, ad Dioſcoriden præſertim qui ſcripſerunt, forte nec immerito, perſuaſum ſcimus. Et ſane aliud omnino eſſet, ſi quis calamum, qui in manum Domino ac Seruatori noſtro, ſceptri loco, datus traditur, illius generis fuiſſe vellet: eodem nempe modo, quo impoſita & capiti corona, οἰκονομικῶς, vt Regi, ab inuitis ac tum aliud agentibus, fuiſſe dicitur. Cui enim קנה טוב, ſiue, *canna precioſa*, magis quam cœlorum terræque Domino, vt & ſceptrum Regi maximo, debetur? de qua Deus ipſe, *Non emiſti mihi calamum argento.* Eſaiæ 43.24. Item, *Cur mihi thus de Seba veniet, & odoratus calamus bonus de terra quæ longinqua?* Ieremiæ 6.20. Tempus ergo, vt ad calamum, de quo cum alii, de quibus ſupra egimus, Euangeliſtæ, tum & noſter hic egiſſe haud dubio videtur, aliquando veniamus. Celeberrimus vir Ioachimus Camerarius, cum à Græcis ſcriptoribus, Polybio, Halicarnaſſenſi Dionyſio, aliiſque, pilum Romanum, ὑσσὸν dici ſciret, ei locum hic inprimis eſſe exiſtimauit. qui & hac de cauſa, ὑσσῷ legendum arbitratus eſt. Ingenioſe quidem ac erudite. cæterum à recepta lectione cum abire id longius, ne ipſe quidem ignoraret, τὸ περιθέντες, in περιπεριθέντες, immutauit. Verba ejus ſunt: *Notæ herbæ nomen eſt hyſſopus. Cujus quid hoc loco mentio ſibi velit, alii aliter diuinando conjecerunt. Matthæus arundinis facit mentionem: cui & applicatam herbam illam fuiſſe, fortaſſe liceat ſuſpicari. Nonnus fecit, acetum illud oblatum Ieſu, miſtum fuiſſe hyſſopo. vocat enim* ὑσσώπῳ κεκερασμένον. *Quod ſi conjecturis locus relinquitur, quid ſi liceat ſuſpicari, in archetypo fuiſſe,* ὑσσῷ περιπεριθέντες? *vt ſit, ſupra pilum ſpongiam ibi circumdatam, Ieſu fuiſſe oblatam. Nam pilum Romanæ militiæ peculiare telum, Græci appellarunt* ὑσσόν. *de quo fortaſſe Matthæus arundinis nomine vſus eſt; telorum generali*, &c. qui, quanto melius, de Matthæo cum agit, *calami* ſeruaſſet nomen: quo ſic & Romani vtuntur. Illud autem περιπεριθέντες, quo, ne à recepta, vt jam dixi, nimium abiret lectione, vſus eſt, ne hic vel inprimis durum ſit, ac longius petitum, metuo. ne jam, apud duos aliter Euangeliſtas legi, dicam: qui hic περιθέντες, nec aliud, dixerunt. Impoſuerunt, nempe, vt ita admouerent

ac por-

ac porrigerent. qua voce hic vſus eſt Sedulius,qui *calami* ſeruauit. Ita enim in hac hiſtoria:

Nulla tamen tanti metuerunt ſigna pericli
Qui Dominum fixere cruci. quin inſuper hauſtum
Cum peteret ſitiens, vnus de plebe nefanda,
Peniculo infuſum calamo porrexit acetum.
Manzeribus populis in deteriora volutis
Conueniens liquor ille fuit.

Nos igitur jam videamus. De Romanis vt militibus, ita proprio Romanis telo, agi ab autore haud dubitamus: quemadmodum nec aliud Matthæi calamum aut Marci eſſe, ab eo, quod hic noſter poſuit, exiſtimamus. Vſitatum porro id antiquis, vt à miſſione, aut vibratione, aut forma, aut materia, & quidem ipſo nomine diſſimulato, dicerentur arma, obſeruauimus. vt cum παλτὸν, à vibrando, telum dicunt, quod ſic mittitur. Heſychius, Παλτὰ, ἀκόντια, λόγχας. Vt ſi loriçam, ſiue θώρακα, λεπιδωτὸν, ſimpliciter, κρικωτὸν, aut ἁλυσιδωτὸν cum Polybio quis dicat. Vt ſi haſta, ſiue, δόρυ, abſolute λογχωτὸν, aut τυλωτὸν, dicatur. *præpilatum* dicerent Romani. Quod Græce, ſi acutum, quanquam non præfixo ferro, ſiue, ſic ferratum, ὑσσωτὸν, recte dicas. Vnde & haſta ipſa ὑσσωτὸν, vt & pilum: ferrum enim ipſum, aut acumen, vt λόγχην, teſte Polluce, ita & ὑσσὸν dicebant. Ergo ὑσσωτὸν vt λογχωτόν. Epigrammatarius apud Suidam, δίθυρσον τοῦτο τὸ λογχωτὸν ἠδὲ περισφύριον: quia vt extremitas, ſiue, ferrum ipſum, λόγχη, ita quod non in haſta tantum emineret, ſed & in clypeo, qui *vmbo* dicitur Romanis, ὑσσὸς, dicebatur. vnde Etymologus, ὑσσὸν inter cætera τὸ ἐξέχον τῆς ἀσπίδος σιδηροῦν κέντρον, *quod eminet in clypeo centrum ferreum*, interpretatur. Ita ergo ὑσσὸς quod in haſtili eminet aut ſummum eſt. è ferro inprimis. Haſtile autem, vere calamus: etiam è ligno. quem ſi præpilatus ſit, vt dixi, recte ὑσσωτὸν ab eo, vt λογχωτὸν à λόγχη dicas: quemadmodum à veru, cum acumen denotat aut ferri aciem, *verutum*. vnde & cum pilo, *verutum* quidam confuderunt. Quid ſit ergo ὑσσωτὸν ſic patet. *Pilum*, aut, *haſtile acuminatum*, nempe: cui ſpongia affixa cum aceto aut impoſita hic fuit. cujus & acumen ἄκρον νέατον cum Nonno hic dicas. Quid ſi igitur exigua mutatione ac prope nulla, οἱ δὲ, πλήσαντες σπόγγον ὄξους, καὶ ὑσσωτῷ περιθέντες, legamus: vt ſic Sanctus autor ſcripſerit? quod non cum eo tantum quod à duobus dicitur Euangeliſtis conuenit, ſed & facile & eodem ſenſu admitti poteſt. Vt, quemadmodum παλτὸν, λεπιδωτὸν, κρικωτὸν, atque alia ejuſdem generis quam plurima, & quidem vulgo, atque è recepta conſuetudine dicuntur, ita ὑσσωτὸν dicatur. Vtque hoc velit: Militem, qui pilum aut præpilatum geſtaret, ejus, ſiue ferro, ſiue acumini extremo, propter crucis altitudinem, affixiſſe, atque ita ori morientis admouiſſe quæ jam dixi. neque aliud ſignificet: eodem quoque vſus verbo, quo Matthæus vſus eſt & Marcus: qui & περιθεῖναι dixerunt. quod vt calamo, ita ei conuenit quod dixi. Calamus enim קנה: ita vt proprie intelligatur id quod אלקנה Arabes: lignum haſtæ, nempe. Atque hæc noſtra de hoc loco, qui plurimos hactenus exercuit, cujus nondum me pœnitet, ſententia eſt. Pergamus. Sciunt qui ſcriptores veteres Eccleſiaſticos, inprimis Martyrologia, legerunt, ſuſpenſorum crura, malleo aut vecte ferreo ſolere frangi: quod σκελοκοπίαν dicunt Græci. Hoc cum noſter ſit ſecutus, qui πολυόδοντα σίδηρον vocauit, quare idem enſe, ſiue ἄορι, id factum dicit? Nam vt demus, quod ab eruditis annotatur, enſe id nonnunquam fieri ſolere, quare aliud atque aliud de re eâdem dixit? vt cum eodem capite,

ὄφρα κεν αὐτῶν, ✱ſ. 31.
Χειρὸς θεσπεσίοιο, καὶ ἐμμόρων δύο φωτῶν,
Τειρσῶν, πολυόδοντι πόδες τμήγοιντο σιδήρῳ.

vſ. 32. idem, qui ad comma proximum, πόδας ἄορι κόψας, dixit. quaſi enſe id factum eſſet: cum vtrobique ab Euangeliſta crurifragium dicatur.

ἐπὶ ςαυρῷ δ' ἐθέντος
Ἄλλου νυκτιλόχου διδύμους πόδας ἄορι κόψας,
Δεύτερον ἐπεὶ λώιξεν ἐπεσβόλον ὀξεῖ πότμῳ.

Iam vero nihil æque in poëſi atque τὸ ἄλογον & τὸ ἀπεμφαῖνον, ſiue, abſurditatem manifeſtam, vitandam, maximus virorum pariter ac Criticorum Ariſtoteles præcepit. A qua nullum, ac ne leuiſſimum quidem, periculum erat noſtro, ſi verbis maximi autoris, ex officio interpretis, hæſiſſet. nunc ab illa quis abſoluet eum, qui Romanos adeo fuiſſe circumſpectos vult, vt latroni pœnitenti primo crura frangerent, deinde ad alterum tranſirent? Ita

Ibid. enim totus habet locus, in quo nunc verſamur:

ὑψιτενῆ δὲ
Πρώτου μὲν διέτεμνεν ἀλοιητῆρι σιδήρῳ
Μειλιχίου πόδα δισσόν· ἐπὶ ςαυρῷ δ' ἐθέντος
Ἄλλου νυκτιλόχου διδύμους πόδας ἄορι κόψας,
Δεύτερον ἐπεὶ λώιξεν ἐπεσβόλον ὀξεῖ πότμῳ.

Ego, vt quod res eſt dicam, neque admodum de iſta methodo ſollicitam fuiſſe fæcem iſtam Romuli, neque oculos ad pœnitentiam, ſtupendam quidem iſtam atque incomparabilem, flexiſſe exiſtimo: multo minus aliquid momenti poſuiſſe in eo, vt qui pœnitentiam egiſſet, prior crurifragium ſubiret: cum præſertim nihil, vt jam dixi, de his Sacer codex. Nam de Domino & vnica ſalute noſtra, alia profecto res erat: in quo, Prophetarum cauſa, cuncta minutatim obſeruantur. Cæterum crux Domini quam alta fuerit, jam diximus. quæro igitur, quo pacto miles impius, de quo commate trigeſimo & quarto agitur (vbi ἀλλ' εἷς τῶν ςρατιωτῶν λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἔνυξε) id τῇ μαχαίρῃ feciſſe à noſtro dicatur. quod non capio, vt alia non pauca. Sane μάχαιρα Polybio & aliis, in militia Romana enſis breuior dicitur: qui & Hiſpanienſis; peditibus plerunque aſſignatus. Quid, quod cultellos, quos ad circumciſionem cap. 5. facere jubetur Ioſua, μαχαίρας Helleniſtæ, Chaldæus, *nouaculas*, dixit? Scire autem velim, quomodo pertingere eo vſque ejuſmodi vel nouacula potuerit vel μάχαιρα. ſed & quomodo qui eo vſus eſt tam alte penetrarit, vt pericardion, quod vulgo creditum, trajiceret; humoris, de quo agitur nunc, ſedem? Verum, vt cætera omittam, an oblitus fuit λόγχην ab Euangeliſta poni? Omitto Euangeliſtam. An obliuiſci potuit, λόγχης mentionem etiam à ſe ſuperiori verſu factam? imo ἀνεμώδη hanc dixiſſe: quo miſſilia notari à poëtis ſolent? quanquam tale nihil in Euangeliſta extet: qui, adactam manu haſtam, penetraſſe innuit. Illud inprimis ſcire velim, quare militem, qui λόγχην, ſiue *lanceam*, geſtaret, machæra latus ejus vulneraſſe dicat. Ita enim diſerte:

Ἀλλὰ θορὼν ἀκίχητος ἀνὴρ ἀνεμώδεϊ λόγχῃ,
Πλευρὴν πᾶσι μέλουσαν ἀφειδέϊ νύξε μαχαίρῃ.

Sane nunquam ſatis admirari lector poterit, quomodo quod λόγχῃ factum eſt, idem machæra factum dicatur. Sed & Homero τὸ νύσσειν, etiam de grauiſſimis vulneribus aut ictu, vſurpari, notum eſt. qua voce Euangeliſta hic vſus eſt. Et ſic acceperunt veteres. Auguſtinus, *Vigilanti verbo Euangeliſta vſus eſt. Vt non diceret, latus ejus percuſſit, aut vulnerauit, aut quid aliud, ſed aperuit. Vt illinc quodammodo vitæ oſtium panderetur, vnde Sacramenta Eccleſiæ manauerant, ſine quibus, ad vitam, quæ vera vita eſt, non intratur.* quod eſt ἐκκεντεῖν: quo τὸ דקר interpretantur Helleniſtæ. Atqui hoc eſt corpus totum penetrare. quod neceſſe fuit, vt prodiret ille liquor, de quo autor Chriſti Patientis: qui

Πλευρᾶς νενυγμένης δ' θαυμαςὸν νᾶμα

Ἔσταξεν

Ἔςαξεν ἰθὺς αἵματι πεφυρμένον.

vel αἵματ' ὃ πεφυρμένον, vt à magnis viris emendatur. Quod ſi μάχαιραν, τῆς λόγχης τὸ σιδήρεον, ipſam haſtæ cuſpidem, vocauit; jam autoritatem quæro: cum præſertim hoc ipſum eadem vox λόγχη, non μάχαιρα, nonnunquam deſignet. Heſychius, Λόγχη, ὁ τοῦ δόρατος σίδηρος. Sed ad cætera eamus. Zachariæ locum, qui commate trigeſimo & ſeptimo ab Euangeliſta laudatur, vſ. 37. Ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, ita noſter reddidit,

Καὶ φέρεται λόγος ἄλλος, ὃν ἔννεπε θέσκελος ἀνήρ,
Ὄψονται πρὸς ἐκεῖνον ὃν οὔτασαν.

Interpretationem porro τῶν ἑβδομήκοντα, quæ Græce legitur, rarum atque inæſtimabilem theſaurum eſſe, nemo ignorare poteſt, niſi qui ab omni eruditione alienus eſt. quam locis tamen plurimis aliorum interpretationibus interpolatam eſſe, & eruditi monuerunt, & Sanctiſſimus Euangeliſta manifeſte hic docet: cum non, vt jam vulgo apud illos legitur, καὶ ἐπιβλέψονται πρός με ἀνθ' ὧν κατωρχήσαντο, ſed, ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, adducit. vnde & non ſine cauſa B. Hieronymus triumphat: qui ad eum Zachariæ, de quo agimus jam, locum, Iohannem non magnopere quid Græcæ continerent literæ curaſſe, ſed ad verbum expreſſiſſe quæ in Hebræo legerat, ibidem pronunciat. Noſter, ſiue, quod neſciret quid τὸ ἐκκεντεῖν ſit Helleniſtis, & Græcorum more vſurpatum nimis hic dilutum fore exiſtimaret, ſiue vt commoditati carminis conſuleret, mutauit vocem. Cum tamen aliud profecto ἐκκεντεῖν, aliud οὐτάζειν: de quo ad Græcam eruditionem ejus, & Græcorum ſaltem poëtarum lectionem, ſine qua tam multa in hoc genere ab eo proficiſci non potuerunt, prouoco. Apud Homerum Diomedes Veneri ἄκρην οὔτασε χεῖρα: quod vulnus poſtea, cum acus punctione ab eodem vate maximo confertur. cum τὸ ἐκκεντεῖν Helleniſtarum vſu, idem quod דקר; id autem transfigere ac ferro penetrare vſu Helleniſtarum ſit. vt cum 1 Samuelis, cap. vltimo, vſ. 4. Καὶ εἶπε Σαοὺλ πρὸς τὸν αἴροντα τὰ σκεύη, αὐτοῦ σπάσαι τὴν μάχαιράν σου, καὶ ἐκκέντησόν με ἐν αὐτῇ. item, Καὶ ἐξεκέντησεν αὐτὸν τὸ παιδάριον αὐτοῦ, καὶ ἀπέθανεν Ἀβιμέλεχ. Iud. 9. 54. & alibi non ſemel de vulnere ad mortem. Ejuſdem capitis commate 39. legitur, Ἦλθε δὲ καὶ Νικόδημος (ὁ ἐλθὼν πρὸς τὸν Ἰησοῦν νυκτὸς vſ. 39. τὸ πρῶτον) φέρων μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόης ὡσεὶ λίτρας ἑκατόν. Ad quem locum noſter

Σμύρναν ἄγων θυόεσσαν· Ἐρυθραίοιο δὲ κήπου
Ἰνδῴης ἀλόης δονακοτρεφὲς ἔρνος ἀρούρης.

in quibus verſibus multa ſunt, quæ vix ſine nota prætermitti poſſunt. Ac primo quidem, quod non ſeorſim, myrrham aut aloen, vt noſter, ſed μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόης, *mixturam myrrhæ* & *aloes*, dixit. mumiæ enim ſepulchrorum, ad condienda defunctorum corpora, ex myrrha & aloe fiebant. Deinde, cur Ἰνδῴην, ſiue, ex India allatam, cum in Palæſtina quoque naſceretur, eſſe voluit hanc aloen? qua de re & Plinius: qui ſupra Hieroſolymam quoque ipſam inueniri tradit. Et recte quidem, ſi de hac, qua in corporibus tum condiendis vtebantur, hoc intelligatur: cui adhiberi tum ſolebat, vt præclare incomparabile illud eruditionis decus Ioſephus Scaliger monuit. Quare autem Ἐρυθραίου κήπου, ſi in India naſcatur? cum ne mare quidem Erythræum, ſiue Indicum, proprie ſit Indicum, & hæc duo nonnunquam diſtinguantur? Ὁ τῆς ἀνατολῆς ὠκεανὸς, inquit ad Periegeten Euſtathius, Ἠῷος καλεῖται καὶ Ἰνδικός· ὁ δὲ πρὸς νότον, Ἐρυθραῖός τε ὀνομάζεται καὶ Αἰθιόπιος. An igitur in animo poëtam aliquem habebat, qui, quod & factum à Dionyſio, Ἐρυθραῖον dixerat κάλαμον: quia, vt Euſtathius ibidem notat, vſque ad Erythræum India pertingit?

ἄλλοθι δ' αὖτε
Ὕλαι τηλεθόωσιν Ἐρυθραίου καλάμοιο.

Atqui aromaticam intelligit arundinem: quam ibi rubram dixit Priſcianus.

quare nihil hoc ad Erythræos quidem hortos. Et quis aloen in hortis In-
diæ ante illum naſci dixit? Quanto noſtri melius, & inter eos Garcia, qui
in deſertis Indiæ maritimiſque naſci prodidere? Neque verum ſane, Nico-
demum attuliſſe ἔρνος: qui ne plantam quidem, verum ejus, vt jam dixi, ſuc-
cum, ſiue ὄπισμα, vel mixtionem, hoc eſt, μίγμα attuliſſe dicitur. Vt omit-
tam, ἔρνος improprie de herba dici. eſt enim βλάστημα aut δένδρον θαλλὲς,
vt recte Grammatici & Medici. Quis autem inter eos, qui de his ſcripſe-
runt, aloen arundinoſam eſſe plantam dixit? quod noſter, niſi mentem non
aſſequimur illius, voluit, cum δονακοτρεφὲς ἔρνος ἀλόης. eandem appellauit.
Quod ſi verum eſt, neceſſe eſt peculiarem aloen habuerit aut viderit, quam
nemo hominum tractauit. Non enim, credo, tam ineptus fuit, vt minutas
illas ſpinulas, in quas hæc herba deſinit, ſic dicat. Ac profecto, parum ab-
eſt, quin confundi arborem ab eo cum hac herba exiſtimem. Nam & ἔρνος
vocat: & ex India xylaloe, ſiue agallochum adfertur. quæ & ipſa vox He-
bræa eſt, leuiter à Græcis immutata: ex ahaloth, in agalloch, nimirum. Hel-
leniſtæ autem herbam, cujus meminit Euangeliſta, & agallochum, de quo,
cum alibi in Sacris, tum in primis cap. XXIV. Numer. agitur, eadem voce
ἀλόης expreſſerunt (quanquam ibi aliam ſecuti lectionem ſunt) eſt & vbi
ἀλὼθ contracte. Ridet interim eos Garcia, qui aloen iſtam in terreſtri tan-
tum paradiſo prouenire volunt: quemadmodum & lignum Paradiſi vulgo
vocant. quam opinionem quomodo vir diuinus, qui ad eum breues notas
ſcripſit, ex interpretatione Paraphraſeos Chaldaicæ probari poſſe exiſti-
met, non video. Locus Numerorum, cujus jam meminimus, ſic habet: *Sicut*
torrentes extenſa ſunt, ſicut horti juxta flumen, ſicut arbores aloes, quas planta-
uit Deus. vbi arbores, quas Deus dicitur plantaſſe, eximiæ haud dubio at-
que excellentes ſunt: quæ ab illis *Dei arbores*, inprimis vſitate, atque ex mo-
re linguæ, dicuntur. nam vt aliter intelligatur, nihil opus eſt. Addit: *Ideo*
& Paraphraſis Chaldæa, ad illum locum Numerorum, interpretatur, ad Euphra-
ten, vt pote quem Deus plantauit. Igitur hoc loco tueri ſe poſſunt, qui in Paradiſo
Adami dicunt arbores aloes conſitas fuiſſe. At quo pacto? Nihil hic de horto
Eden Græcus habet. nam, quod dicitur, καὶ ὡσεὶ παράδεισοι ἐπὶ ποταμῶν, eſt, & ὡσεὶ
κῆποι. & ſimiliter Hebræus. Nec Chaldæus eas arbores, de quibus agitur, in
Paradiſo poſuit, ſed Paradiſum, ſiue hortum, cujus meminit, amœnitatis
cauſa ad Euphratem ponit. *Sicut hortus irriguus, qui juxta Euphratem: ſicut*
aromata quæ Deus plantauit. Atqui Deus cedros Libani plantaſſe dicitur, ne-
que ideo, aut Libanus in Paradiſo, aut cedri arbores ſunt Paradiſi. vt in illo,
Saturantur ligna Dei: cedri Libani, quas plantauit. vbi Chaldæus, *arbores quas*
creauit Dominus. Sed quid in re nota diſputamus? Nam quas arbores voca-
uit Dei, more ſuo, mox, *à Deo*, Hebraiſmo atque Chaldaiſmo ſimili, *planta-*
tas ait. Vt hæc plane ταυτοδυναμοῦντα ſint: quod vix quenquam ignorare puto.
Noſter ſine dubio neſciuit de qua planta ageret, cum ita aloen deſcripſit.
Sed omittere non poſſum, quod in mentem nobis aliud agentibus hic ve-
nit. Nonnum quoque agallochum cum aloe, ſiue, arborem, vt volunt, Pa-
radiſi, cum herba aloe, cujus ſuccum Nicodemus tum adhibuit, qua non
viuorum modo, ſed & mortuorum præſeruantur corpora, adhibuiſſe, vix
eſt vt dubitem. Mirum enim eſt, quam latas atque pertinaces illud, vt recte
botanicus quidam vocat, ſomnium, de agallocho, terreſtris Paradiſi arbo-
re, in animis hominum radices egerit. Παράδεισος Hebræis eſt *gan*: noſter
κῆπον ad verbum dixit. Et quia aliquid de Eden audiuerat, *Eden* cum *Edom*
confudit. quia Ἐδὲμ & Ἐδὼμ ſcribunt Græci: quæ non eodem Hebræis
ſcribuntur modo. Ἐδὼμ ἐρυθραῖος eſt. vt χώρα Ἐδώμ: à quo & Idumæa. Κῆ-
πος Ἐδὼμ, eſt κῆπος Ἐρυθραῖος. vt mare Erythræum, θάλασσα Ἐδώμ. De quo
quid non nugati ſunt Græci! vnde illud Ἐρυθραίοιο ἐκ κήπου. Ἰνδῷης autem dixit,
quia

quia audiuerat, & herbam aloen, & arborem xylaloen, quam ἔρυθος vocat, ex India ſolere aduehi. tum, quia mare id quod Indicum alias, Ἐρυθραῖον dici, à Græcis didicerat. de quo, vel ex Arriani Periplo, iiſque quæ ad eum annotarunt eruditi, conſtare poteſt. Illud quoque notum, quam vbique colorem iſtum, quem ἐρυθραῖον Græci dicunt, ad τὸ σωτήριον πάθος, ſiue paſſionem Domini, & quæ illam comitantur vel ſequuntur, Græci adhibuerint. Notus ille, Geneſ. 49. ℣ſ. 11. locus, πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ. quem, vt ante diximus, huc trahunt. Et, qui propius huc facit, Eſaiæ 63. 1. Τίς οὗτος ὁ παραγινόμενος ἐξ Ἐδώμ; ἐρύθημα ἱματίων ἐκ Βοσόρ; vbi Ἐδὼμ & ἐρύθημα habes. Interim non dubitamus, vera eſſe quæ de agallocho & Paradiſo diximus. quæ ἀποπήματα non mirabitur, qui de majoribus cogitabit quæ paſſim occurrunt. Cum addit, Ibid.

Λίτρας τὰς καλέουσι φαιζομένῳ τινὶ μέτρῳ,

vocem peregrinam eſſe λίτρας, exiſtimaſſe videtur. quam & Græci agnoſcunt, & Siculis Grammaticorum princeps aſſcribit: Hebræorum Magiſtri, והוא לשון יון ממש, hoc eſt, vocem plane Græcam eſſe, affirmant. Et cum Ibid. ſequitur, Ἄχρι μιῆς ζαθέης ἑκατοντάδος, ſcio quidem, ſacrum numerum ἑκατοντάδα habitam; fieri tamen poſſe, vt ad τὴν σμύρναν, hoc eſt, ipſam myrrham, referendum ſit: quam θυόεσσαν dixit. Inprimis erudite, vt omnia, Heſychius, Ζάθεον, ἄγαν θεῖον, εὐῶδες. Hoc autori noſtro euenire non ſemel obſeruaui, vt cum curioſam nimis neque neceſſariam intendit diligentiam, nonnunquam maxime labatur: qui inprimis ritus Græcos Hebræoſque, quia non diſtinxit, parum feliciter confudit. vt cum ad comma primum capitis vigeſimi, quod omnibus pigmentis amplificare conatus eſt, ita ſcribit:

ὄπῃ βαρύφορτος Ἰωσὴφ
Ἰησοῦν ὀλίγῃ ψαμαθώδεϊ θῆκε χαμεύνῃ.

neque enim, quis ſepeliendi ritus illo tempore vſitatus eſſet, multo minus, quale Domini ſepulchrum eſſet, intellexiſſe dicas. Duo in ſepulchro, foſſa & ſpelunca, erant. Vnde & Magiſtri Hebræorum, cum in ſepulchro, pulueris, ſiue, vt noſter nunc loquitur, ψαμάθου, mentionem faciunt; ad foſſam id referendum. niſi cum de tota agunt terra. Spelunca autem, non è terra, ſed è petra fuit excauata. in qua, non in puluere aut arena, quod putauit noſter, Dominus ſepultus eſt. Quod docere eum vel Matthæus potuit, qui de Ioſepho, de quo hic noſter, ὃ ἐλατόμησεν μνημεῖον ἐν τῇ πέτρᾳ, *quod excidit in petra*, ad verbum, dixit: vel Marcus, qui λελατομημένον ἐκ πέτρας, vel Lucas, qui λαξευτὸν vocauit. Et an non ipſe infra dicturus eſt?

Τύμβος ἀδωμήτοιο βαθυνομένης ἀπὸ πέτρης.

& quæ ſequuntur. Quæ ſpelunca, loco foſſæ, gemina fuiſſe interdum in proceribus videtur. qualem illam Abrahami, quæ, *gemina*, ſeu, *duplex*, in Sacris dicitur, fuiſſe arbitror. De qua mirum eſt, quam multa & Hebræi & cæteri nugati ſint: vt præclare maximus Mercerus, ante annos aliquot oſtendit. qui tamen neque ſibi, vt fatetur ipſe, neque nobis in hoc ſatisfecit. Cum igitur & foſſa eſſet & ſpelunca, per foſſam aditus dabatur ad ſpeluncam: in ſpelunca mortuus jacebat. Quale etiam hoc tempore ſepulchrum eſſe, quod, ex ritu Orientis fabricatum, pro Dominico oſtenditur, qui acceſſerunt illud, referunt. Inter quos Brocardus Monachus. Qui, *Et nota*, inquit, *quod ante ſpeluncam Dominici ſepulchri eſt alia crypta, ejuſdem magnitudinis & figuræ, ſolo pariete intermedio à priori ſegregata: & ad hanc primo deſcenditur. Deinde, per oſtium intermedii parietis venitur in ſpeluncam Dominici ſepulchri. Et oſtium illud fuit clauſum, quando mulieres, tempore reſurrectionis Dominicæ, dicebant, Quis nobis reuoluet lapidem ab oſtio monumenti?* qui *cryptam*, quam Iudæi foueam aut foſſam, dixit. Locus in quo Sacrum cor-

 pus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

pus jacuit, מערה, ſpelunca, fuit: à quo locus ψαμαθώδης, qualem hic deſcribit
Nonnus, ab Hebræorum diſtinguitur Magiſtris. Siue autem foſſa & ſpelun-
ca, ſiue gemina ſpelunca eſſet, nihil dixit. Et mirum, quod exiguum fuiſſe
locum dixit, cum de ſaxo, ἦν γὰρ μέγας σφόδρα, Marcus dixerit. quis autem
ſepulchri exigui magnum fuiſſe oſtium exiſtimet? quod in mentem illi tum
ſine dubio non venit: non magis quam quod ipſe Ioſephum qui gerebat
corpus Domini, βαρύφορτον dixit. quaſi corpus magnum, ideoque pondero-
ſum eſſet. quare ergo corpus ὀλίγῃ impoſuit χαμεύνῃ? Si enim magnum ac gra-
ue corpus, quomodo exiguum ſepulchrum fuit, aut locus, in quo conditum?

Cap. XVI.

*De Sepultura quædam appendicis loco, quæ eodem ſpectant, addita. Lex Athenien-
ſium de terræ injectione.* χέειν *&* ἐπιχέειν γῆν. ἐπιμοιρᾶσθαι. χυτῆς γῆς τυχεῖν.
σπήλαιον. *mos Iudæorum in ſepeliendo, & poſt ſepulturam. Vade in pace, &
ſimilia. Caput vigeſimum cum ſequenti percurritur. Nonni iſtius loci de Io-
hanne noſtro,* καὶ εἶδε καὶ ἐπίστευσε, *παρερμηνεία. Locus Zachariæ, quem alludit
Nonnus. Interpretatio illius loci,* Μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός. *Nonni in eo
exprimendo negligentia.* Μεταφορία *&* ἀβλεψία *notata. interpretatio illius
loci,* τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο, *notata. quam mirifice in ejus loci explicatione Non-
nus ſeſe geſſerit.* λαγόνες. ἐπενδύτης, χιτωνίσκος. χιτὼν πολύτρητος *idem qui &*
δαιδαλέος. πέπλος, ζώνη, *&* μίτρη. δέρμα *& linea veſtis. locus,* δαίνυσθε ὑπὸ
κύκλα τραπέζης.

Cap. XIX. vſ. 41.

HVic ſimile eſt, quod paulo ante, cum de eodem ſepulchro, quod κατ'
οἰκονομίαν deſtinatum fuit Domino, ita loquitur Euangeliſta, καὶ ἐν τῷ
κήπῳ μνημεῖον καινὸν, ἐν ᾧ οὐδέπω οὐδεὶς ἐτέθη, ita noſter:

ἦν δ' ἐνὶ γείτονι κήπῳ
τύμβος ἀδωμήτοιο βαθυνομένης ἀπὸ πέτρης,
γλυπτὸς ὅλος, νεότευκτος· ἐν εὐλαΐγγι δὲ τύμβῳ
οὔπω νεκρὸς ἔκειτο χυτῆς ψαμάθοιο τυχήσας.

Porro nobilis olim illa Athenienſium lex fuit, ὃς ἂν ἀτάφῳ περιτύχῃ σώματι
ἀνθρώπου, πάντως ἐμβάλλειν αὐτῷ γῆν. hoc eſt, *Vt qui corpus non ſepultum cerneret,
terram corpori injiceret.* quod & χέειν γῆν, & ἐπιχέειν, ſed & ἐπιμοιρᾶσθαι dice-
bant. quod & Latini ſunt ſecuti. Cui ergo id officii contigerat, χυτῆς γῆς ἢ
ψαμάθου τυχεῖν, dicebatur. Sed quid hoc ad Iudæos, qui & ritum iſtum igno-
rabant, & in rupe interdum aut petra, quæ exciſa ex ea eſſet, quemadmo-
dum jam diximus, mortuos ponebant? Helleniſtæ σπήλαιον vocare ſolent.
quo reſpexit & Matthæus, cum de hoc ſepulchro., καὶ ἔθηκεν αὐτὸν ἐν τῷ
καινῷ αὐτοῦ μνημείῳ, ὃ ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ. Satis ergo perfunctorie hic, χυτῆς
ψαμάθοιο τυχεῖν ſepultum ait: cum & non ſepultis Græci hoc præſtarent &
Romani. vt cum naufragus & inſepultus Archytas apud Flaccum χυτῆς τυ-
χεῖν ψαμάθου à prætereuntibus petit.

At tu nauta vagæ ne parce malignus arenæ
Oſſibus & capiti inhumato
Particulam dare.

Sed & diligenter ſuos Oriens ſepeliebat; qui hoc totum ignorabat. niſi
quod poſt ſepulturam glebas ac terram ſepulchro ingererent, ac tum, *Vade
in pace,* pronuntiarent: reuerſi autem domum, glebam cum gramine euul-
ſam, addita ſolenni formula, *Memento puluerem nos eſſe*, à tergo jaciebant.
Inprimis autem diligenter notant Patres, Dominum, non, vt hominem
damnatum ac reum, leuiter ac perfunctorie ſepultum, ἀλλὰ, ὡς ἔθος τοῖς Ἰου-
δαίοις, πολυτελῶς, ὡς μέγαν τινὰ καὶ θαυμαστόν: *ſed ex more Iudæorum, tanquam ma-
gnum & admiratione dignum.* Neque arenam aliquam, ſed σμύρνην (?), ex
diuinæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

diuinæ diſpenſationis ratione, fuiſſe impoſitum, ac ita clauſum: vt & certo mortuum conſtaret, nec de reſurrectione quiſquam cauillari auderet: μή τις μέλλῃ λυμαίνεσθαι τῷ τῆς ἀναστάσεως λόγῳ, inquit, vt ſemper, elegantiſſime Chryſoſtomus. vt hic nullus oſtentationi, ex Romana eruditione aut Græca, locus eſſet. Capite ſequenti comm. 8. cum Iohannes de Iohanne, hoc eſt, de ſe ipſe φιλαλήθως dixit, quod poſt Petrum Domini ſepulchrum ingreſſus, καὶ εἶδε καὶ ἐπίστευσεν, ita accipiunt veteres, [CAP. XX. vſ. 8.] *credidiſſe eum* quod ex fœminis audierat: *Non quidem reſurrexiſſe Dominum, ſed è ſepulchro ſublatum eſſe.* quippe cum ſubjungat, οὐδέπω γὰρ ᾔδεισαν τὴν γραφήν, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι. Theophylactus, ἐπίστευσεν, οὐχ ὅτι ἀνέστη ὁ Κύριος, ἀλλ' ὅτι ἐκλάπη· ἐπίστευσε γὰρ τῷ τῆς Μαρίας λόγῳ, εἰπούσης, ὅτι ἦραν τὸν Κύριον. Διὰ τί δὲ ἐπίστευσε τῇ Μαρίᾳ, καὶ οὐκ ἐλογίσατο ὅτι ἀνέστη; Οὔπω γὰρ ᾔδεισαν τὴν γραφήν, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι. καὶ διὰ τοῦτο ἐπίστευσαν τῇ Μαρίᾳ, κλοπὴν καὶ μετάθεσιν τοῦ σώματος ὑποπτεύουσι. S. Auguſtinus, *Nonnulli putant hoc Iohannem credidiſſe, quod Ieſus reſurrexit. Sed quod ſequitur, hoc non indicat. Vidit ergo mane monumentum, & credidit quod dixerat mulier. Nam ſequitur, Nondum enim ſciebant Scripturam.* Noſter ita locum eſt interpretatus, quaſi ſcriptum eſſet, καὶ εἶδε καὶ ἐπίστευσεν ὅτι εἰς οὐρανὸν ἀνέβη. *& vidit, & credidit in cælum aſcendiſſe: ante hac enim fore ignorabant, vt poſt triduum è mortuis reſurgeret.* πρὸ τούτου γὰρ οὐκ ᾔδεισαν, ὅτι μέλλει μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι. Quanquam ne hoc quidem, quod quomodo cohæreat non ſatis video, ſatis commode expreſſit, cum dixit,

καὶ πίστευεν, ὅτι χθονίων ἀπὸ κόλπων
Οὐρανίην ἐπὶ πέζαν ὑπηνέμιος νέκυς ἔπτη.
Οὐ γάρ πω δεδάασι δύο Χριστοῖο μαθηταί,
Ὅττι ταχὺς μετὰ πότμον ἀνόστιμον οὖδας ἐάσας
Ἐς τρία φάεα μοῦνον ἐγέρσιμον ὕπνον ἰαύοι.

Contraria enim plane καὶ ἀσύστατα loquitur: *Credidiſſe Iohannem reſurrexiſſe, aut potius in cælum aſcendiſſe Dominum: quia die tertio reſurrecturum haud dum nouerant diſcipuli.* Quod quis intelligat? niſi hoc velit, reſurrecturum ſciuiſſe, certum tempus ignoraſſe: cum diſerte Euangeliſta dicat, οὐδέπω γὰρ ᾔδεισαν τὴν γραφήν, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι. Sed & quæri poterat, cur tantopere mortem extenuaret Domini, quam ὕπνον ἐγέρσιμον vocauit: cum fidelium interſit, vere & omnino mortuum fuiſſe. Quod vt probarent, non minus ſollicitos fuiſſe Euangeliſtas, quam de reſurrectione, optime Chryſoſtomus docet. vel quod omne tempus huic confirmandæ eſſet, vel quod, niſi vere mortuus fuiſſet ac de eo conſtaret, etiam de reſurrectione dubitari poſſet. Διὸ, inquit, καὶ οἱ μαθηταὶ πολλὴν περὶ τούτου ποιοῦνται σπουδήν, ὥστε δεῖξαι ὅτι ἐτελεύτησε. τὴν μὲν γὰρ ἀνάστασιν ὁ μετὰ ταῦτα ἅπας ἔμελλε βεβαιοῦν χρόνος· ἐκείνη δὲ εἰ τότε συνεσκιάσθη, καὶ μὴ σφόδρα κατάδηλος γέγονε, ἔμελλε λυμαίνεσθαι τῷ τῆς ἀναστάσεως λόγῳ. Et certe ſi nihil aliud Chriſti mors quam ſomnus fuiſſet, ne jam quidem verum eſſet, quod B. Bernardus vere dixit, *Mortem piorum nihil aliud quam ſomnum eſſe.* Multum & recentiores & veteres locus ille de Maria [vſ. 17.] torſit, λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Μή μου ἅπτου· οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα μου. Nonno quippe & aliis ſi credimus, tangi ſe vetat: quaſi ad Patrem nondum aſcendiſſet: poſtea autem tangi poſſet. Verum proculdubio, ἅπτεσθαι cum dixit, τὸ דבק Helleniſtarum more expreſſit. qui id, modo ἅπτεσθαι, modo προσκολλᾶσθαι dicunt. Mulier, amore, vt par eſt, ſaucia, cum vſitato more agere cum Domino, atque ei objicere, quod ex verbis ardentiſſimis apparet, moleſtiam pararet; ille, Maria, inquit, ex amore nimio moleſta eſſe, aut, vt ſoles, arctius hærere nobis noli: quia nunc feſtino. nondum enim hoc peregi quod nunc inſtat. Vt enim eleganter Chryſoſtomus, εἰπὼν, ὅτι οὔπω ἀναβέβηκα, ἐμφαίνει ὅτι ἐκεῖ σπεύδει καὶ ἐπείγεται. Adde, quod diſerte à Matthæo de mulieribus additur, ὅτι ἐκράτησαν τοὺς πόδας αὐτοῦ, *pedes ejus tenuiſſe.* Sed &, προσεκύνησαν αὐτῷ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

αὐτῷ, ſolitum in ſalutando exhibuiſſe honorem. Idem à Maria hic cum fieret, quæ amplexus jam atque arctiora ſic colloquia, quod προσκολλᾶσθαι Helleniſtæ dicerent, attonita pararet, Μή μου ἅπτου, quod eſt, amplexus tuos, & amoris, vera quidem, ſed humana tamen, argumenta, mitte, inquit Dominus. Aliud agendum. οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα μου. ita omnis difficultas tollitur ac curioſitas. Et ſane, Patres quoque, qui & ipſi cauſas ſedulo excogitant, cur, antequam aſcenderet, tangi noluerit, ab eodem tamen dictum fateri coguntur, ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. *palpate me & videte, quia carnem ſpiritus & oſſa non habet, prout habere me videtis.* Lucæ 24. 39. Præ cæteris Euangeliſtis peculiare, vt aliquoties notauimus, hoc Iohanni eſt, vt quæ ſimpliciter efferre poterat, Prophetæ alicujus verbis efferat: ne quicquam temere aut ἀνοικονόμητον ab illis dictum exiſtimetur. Ita commate 28. cum à Thoma dicitur, Ὁ κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου σὺ, capite decimo tertio, dixit. quæ verba coactus ſic interpola- Θεός μου, Zachariæ, quem impenſe amat, vſurpaſſe verba videtur: qui, Κύριος uit noſter,

Κοίρανος ἡμέτερος καὶ ἐμὸς Θεός.

Illa quæ præcedunt paulo ante, quibus Thomæ à Domino præcipitur vt credat in poſterum, καὶ μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστὸς, ſic interpretatur idem,

πιστότερος δὲ
Εἰς ἐμὲ διπλόος ἔσσο, καὶ εἰσορόων καὶ ἀφάσσων.

Ad quem locum non male Criticus, quanuis ſummus Nonni admirator, annotauit, διχῶς, aut quid ſimile; dicendum fuiſſe. Verum potius quærendum erat, vtrum recte ſenſum expreſſiſſet. Cum enim dixit Dominus, μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστὸς, ſi illi credimus, nihil aliud monebat Thomam, niſi vt videndo ac palpando in poſterum crederet: aut ſaltem, ratione duplici crederet: quia viderat quæ vellet & palparat. quod cum definitione pugnat fidei, quæ eſt πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων. Et quis dubitat, quin potius diſcipuli hac ratione incredulitatem increpet, qui ſero admodum ac male credidiſſet? quod & manifeſte illa quæ ſequuntur docent, Μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες, καὶ πιστεύοντες. Noſtro autem ſi credimus, Μακάριοι οἱ μὴ ὁρῶντες, καὶ οὕτω πιστεύοντες, Μακάριοι οἱ ψηλαφῶντες, καὶ *Beati erunt, qui palpabunt, & ſic credent.* Ita palpando ac videndo, quod deeſſe exiſtimabat, beatus fuerit, de quo agimus nunc, Thomas. Euthymius, *Indignatus hoc dicit: quaſi non ex diligentia, ſed ex incredulitate contradixerit.* neque enim, quod videtur ſic dici, juſſit vt duobus illis argumentis adductus crederet. quod aliud jam eſſet. Sed verniliter haud dubio, cum dixit, διπλόος ἔσσο, ad nomen Didymi, ſeu Thomæ, alluſit. quæ res illi haud vulgaris eſt lætitia. Neque dici poteſt, quantas capite ſequenti

CAP. XXI. ℣. 7.

ad verba illa turbas dederit, Σίμων οὖν Πέτρος ἀκούσας ὅτι ὁ Κύριός ἐστι, τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο: de quo & ſupra. vt ex vna veſte, ſiue attributa ſiue cætera videas, aliquot diuerſas contexeret veſtes. Primo quippe in genere εἷμα dixit. nam ſi ἱμάτιον intelligit, quid ſit ἐπενδύτης, non intellexit: interula nimirum. cum ἱμάτιον ſit מעיל, extima veſtis, ſeu externa. Fuiſſe autem nudum, cum τὸν ἐπενδύτην ſumeret, Euangeliſta ait. vt neceſſe ſit τῆς ἐχεσάρκου πέρι, ſiue ea veſte, quæ eſt cuti proxima, hic agi. Sed & τὰς λαγόνας, ſiue ilia, cinxiſſe eum ait. cum λαγόνες ſint in imo ventre: quod non ignorant Medici. Adde quod & δαιδαλέον dixit: quod πολυτελὲς Grammatici exponunt, cum de veſte vſurpatur, & ad fœminas vt plurimum reſtringunt. Euſtathius, χιτὼν, ὁ ζωστὸς καὶ γυναικεῖος· ὁ δὲ ἀνδρεῖος, χιτωνίσκος, ὅν τινες ἐπενδύτην· τὸ δὲ βραχὺ, χιτωνισκάριον. χιτώνιον δὲ καὶ χιτωνάριον, λεπτὸν ἔνδυμα γυναικεῖον πολυτελές. Adde jam, quod & peplum, in eâdem deſcribenda veſte hic adhibet. Nam & πέπλον λίνεον vocauit. Sed & χιτὼν corpus vniuerſum tegit, vt & χιτωνίσκος fere, & ὁ ἐπενδύτης; veſtis vtraque interior & corporis totius. multo autem magis peplus,

qui

qui eſt ὀυραῖος χιτών: qui appendix fœminarum eſt, & pone attrahitur. vnde & ἑλκεσίπεπλοι matronæ, inprimis autem Troades, luxurioſæ prorſus fœminæ & barbaræ, dicuntur. Quid quod idem λίνεος, &, quod mirere magis, etiam πολύτρητος, hic vocatur? Et quomodo πολύτρητος, ſi δαιδαλέος? Quippe, ſi τὸν δικτυοειδῆ ſic dixit, melius πολύωπον dixiſſet: quomodo & retia dicuntur. Longe enim aliud πολύτρητος. quod ſoli ſpongiæ à Poëtarum Principe tribuitur. Sin autem lacerum ſignificauit, quomodo δαιδαλέον jam eundem dixit? Et quomodo, ſi eam corpori induxit vniuerſo (ait enim ὅτι χρόα πεπύκαστο) nihil præter ilia inuoluit? Videtur ergo duplicem junxiſſe aut confudiſſe veſtem. Peplum nempe, & ζώνην, ſiue μίτρην. Quod ſi verum, quare iterum τῶν γλουτῶν, καὶ τῶν μηρῶν, καὶ τῆς αἰδοῦς meminit? poſtquam enim pepli mentionem fecit, rurſus περὶ γλουτοῖσιν ἑλίξας, &, κεχαλασμένον ἐς πτύχα μηρῶν, &, ἀθήητου σκέπας αἰδοῦς, dixit. Quod ſi ſtricta fuit veſtis; ſi ad femur ac vicinas femori reſtricta partes, quanam ratione κεχαλασμένος ἐς πτύχα μηρῶν, dicitur? quod profecto laxitatem notat: quemadmodum & τὸ ἑλίσσειν. Quæro item, quomodo, ſi fuerit ex lino, δέρμα eadem dicatur. vt pellicea quippe veſtis ſit linea, nuſquam *ſcriptum, aut fictum, aut pictum in pariete*, vt ille ait. Idem ergo fecit, quod

cum multa jura confundit cocus.

qui cum alia atque alia de aliis atque aliis legiſſet veſtibus, quicquid in mentem illi venit, de ſubucula hac dixit. Apud Sophoclem legerat

πέπλους τε νεῖ, λινοπλόκους τ' ἐπενδύτας.

In Homero legerat

τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει.

quæ eſt ἀναξυρίς. quam poſteriores βράκας dixerunt. Iam vero πέπλον, ἐπενδύτην, & βρακία, ſiue βράκας, admodum diuerſa eſſe, nemo neſcit. Quod autem δέρμα vocat, factum reor, quia apud Helleniſtas ſuos legerat, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς, τῷ Ἀδὰμ καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ δερματίνους ἐποίησε χιτῶνας, καὶ ἐνέδυσεν αὐτούς. Quare? vt ipſe hic loquitur, ἀθήητου σκέπας αἰδοῦς: vt pudenda ac non retegenda ſic velarent. cujuſmodi veſtis כתנת, *cethonet* dicitur: vnde χιτῶνα & χιτωνίσκον ſuum Græci fecerunt. Sed quid hæc ad rem? Nihil enim aliud Ioannes voluit, niſi ἐπενδύτην ſubito circumjeciſſe Petrum. Quem ſic deſcripſit, vt ſi quis in publicum cum tali veſte prodeat, nulli monſtro quicquam conceſſurus ſit. Nam hoc quidem eſt

Humano capiti ceruicem pictor equinam
Iungere ſi velit, & varias inducere plumas.

Eadem enim & varia eſt, & lacera, & linea, & pellicea: eadem & laxa & conſtricta: eadem & peplus, & integumentum corporis, & velamen pudendi: & quid non denique? Cujus talem eſſe oportuit ideam, qualem nullus vnquam ſartor expreſſit. Locus ita ſe habet:

ὁ δὲ σχεδὸν ἐγγὺς ὀρούσας
Εἵματι δαιδαλέῳ λαγόνας μιτρώσατο Σίμων,
Καὶ λινέῳ πεπύκαστο πολυτρήτῳ χρόα πέπλῳ,
Πόντιον ἀμφίβλημα περὶ γλουτοῖσιν ἑλίξας,
Δέρμα, τόπερ διδύμων κεχαλασμένον ἐς πτύχα μηρῶν
Ἰχθυβόλοι φορέουσιν ἀθήητου σκέπας αἰδοῦς.

Ex quo, vt ex cæteris, juuentus pariter & eruditi diſcent, quo judicio in ſcriptis antiquorum, Sacris ſimul ac profanis, nonnulli olim verſati ſint. Tum quod ipſi adhibere debeant; ſiue de antiquitate judicandum eſt, ſiue aliquid æternitate dignum, literis mandandum eſt. Menſas veterum κυκλοτερεῖς nonnunquam, hoc eſt, *circulares*, in vſu fuiſſe antiquis, è Græcorum ſcriptis didiciſſe potuit. Et ſane, inter eos, quos habemus hodie, interpretes, eſſe nouimus, qui ad Homerum, poſtquam, cur theatra ſua, fora, aliaque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

loca publica, hanc præferre formam veteres voluerint, fuſe ſatis, neque minus erudite, diſputarunt, etiam de menſis, διὸ καὶ ἡ τράπεζα κυκλοειδὴς ἦν αὐτοῖς, *ideo circularis quoque iis menſa fuit*, notarint. De quo cogitaſſe haud dubio videtur noſter, cum hoc eodem capite poſtremo dixit

ἑοῖς δ' ἐκέλευε μαθηταῖς,
Δεῦτε, πάλιν δαίνυσθε μιῆς ὑπὸ κύκλα τραπέζης,
Ὀπταλέην, ἀδόκητον, ἐθήμονα δαῖτα θαλάσσης.

Cum igitur, δαίνυσθε ὑπὸ κύκλα τραπέζης dixit, vt menſæ accumberent, aut ex ea cibum ſumerent, haud dubio voluit. Nam de caniculis quidem notum eſt, qui ὑποκάτω τῆς τραπέζης, ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν παιδίων ἐσθίειν, *ſub menſa de puerorum micis edere*, dicuntur. quod ὑπὸ τὴν τράπεζαν ἐσθίειν, niſi fallor, recte dicam. Vt autem homines, ἐσθίειν ὑπὸ τράπεζαν dicantur, tam inuſitatum videtur nobis, ac ſi eos qui in terra viuunt aut eunt, viuere aut ire ὑπὸ γῆν dicas. Sed jam tempus, vt his finem imponamus. In quo ſine vllo vel odio, vel ſtudio, quorum cauſas procul hic habemus, antiquitatis, vt jam diximus, totius, eorum autem vel inprimis exemplo, qui vt certam dicendi, ſcribendi, ac recte ſentiendi, regulam ſtatuerent ac normam, etiam de ſummis ſententiam autoribus tulerunt, quod & à celeberrimis, etiam Sacris atque Eccleſiaſticis factum ſcriptoribus ſcimus, verſatos nos arbitramur. vt nihil minus quam inuidiam hic nobis vel placandam vel exorandam exiſtimemus.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

AMice Lector, cum in eo eſſem, vt hoc opus ad finem perducerem (priora enim abſoluta jam erant) hoc affectus ſui in me teſtimonium nobiliſſimus ac omni laude major Conſtantinus Hugenius, Zuylichemi Dominus, Eques, Celſiſſimo Principi à Conſiliis ac Secretis, miſit. in cujus amore atque hoc omine hic deſino.

IN
VIRI SVMMI
DANIELIS HEINSII
EQVITIS
ad Libros Novi Fœderis
EXERCITATIONES.

QVam primùm Genitore Deo, cruce, morte nefandâ,
Placato, Patriâ FILIVS *arce ſtetit;*
Plurimus erepti volvens oracula Scriptor
Teſtis & interpres geſtiit eſſe Dei:
Quáque fuit vernantis agri ditiſſima meſſis,
Meſſorum planè prodiit æqua manus.
Omnis in hoc ævi pietas ſudavit, & omnis
Tot membranarum pondere terra gemit.
Heinſiadæ tamen, Heinſiadæ *(nihil addimus ultra)*
Quo nihil effari eſt celſius Heinſiadæ,
Neglectas placuit per tot veſtigia ſpicas
Exequi, & hanc ſummam meſſi adhibere manum.
Summa manus quaſi prima fuit. ſenſim amphora factus
Vrceus, atque ingens pagina ſera liber.
Nempe quod ætates oculatas fugit & omnem
Lyncea, ab Heinſiadæ lumine lumen habet.
Vltimus infanti, QVANTVM NESCIVERIT, *Orbi*
Indicium, ſenio præcipitante, facit.
Quantus qui, nocti factâ vi, veſpere nigro
Redderet Auroram, debuit eſſe Liber!
Chriſte, Creatori Domino cognate Creator,
Æterno lux, Æterne, coæva Patri,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Manna merum, Panis Cœli, qui pane ſtupendo
Ora tot expleſti pendula ob ore Tuo;
Ecce creatricis rurſus myſteria dextræ
Sentio, & hic præſens Numen adoro Tuum:
Auribus hic oculisque novæ miracula frugis
Objicis, & magno rurſum alimenta gregi.
Scilicet è tenui, duce Te, ſuccrevit ariſta
Paſcere par mundi ſæcula ſancta ſeges.
Te duce, ſarta ſiet: ſpretâ multiplicis Hydræ
Morſibus Invidiâ, Te duce, tecta ſiet:
Te duce, qui rugiet vanâ & ſine dentibus irâ,
Neſciat hoc ungues in DANIELE *Leo.*

CONSTANTER.

ALIVD EIDEM.

Ὅσσον φρὴν δύναται τεκεῖν μεγίστη,
Ὅσον λεπτοτάτη κρίσις συνάπτειν,
Καλλίστων ὑπομνημάτων γραφόντε,
Ὅσον καὶ μελετῆσαι ἀμφὶ γράμμα
Τῶν κόσμος ποτ' ἴδε μάλιστα δεινόν,
Οἷόν τ' ἀνδρὶ κατ' ἀξίαν βροτείῳ,
Αὕτη ταῦτά γ' ἔχει τὰ πάντα βίβλος.

QVod mens maxima parturire quiuit,
Summum judicium quod exhibere,
Quicquid materiâ ſeueriori,
Quâ toto nihil orbe majus extat,
Dignum edi potuit vel adnotari,
Gratus omnibus inviduſque nulli
Hoc prodit liber hic daturus Heinſii.

CASPARVS PARDVYNIVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

AMICO LECTORI.

Ad laudem atque exiſtimationem ingenui probique viri intereſſe exiſtimaui ſemper, vt per quos profecerit, à quibus fuerit adjutus, nemo ignoret. Vſi ergo ſumus Scaligeri codicibus duobus; altero ex Henrici Stephani, altero ex Franciſci Nanſii editione: in quibus magnus ille vir quædam, quorum ſuo loco nonnunquam meminimus, manu annotarat. Quorum alterum ſuppeditauit nobis Nobiliſſimus Ampliſſimuſque vir Ianus Rutgerſius, affinis noſter, ὁ μακαρίτης: *alterum vir celeberrimus ac diffuſæ eruditionis Gerardus Voſſius. Quæ in illis inuenimus, quanquam potiſſima ſuis, vt jam dixi, locis retulerimus, ne quis parum beneficii memores queratur, & vt eruditis etiam hoc modo gratificemur, hic exprimenda duximus.*

IN Stephanico codice Cap.2.comm.7. ad illum verſum Ὕδαλος ἀκρήτοιο φιλδυῖος ἔπλεν αὔρη, manu Scaligeri annotatum erat, ἔπνεεν. Et ſequenti verſu, pro Οἰνώπῃ δ᾽ ἐκέλευσεν ἄναξ σημάντορι φωνῇ, Οἰνόπῃ. Quæ duo & in Nanſiano codice, manu diuerſa annotata erant. In eodem Stephan.Cap.3.comm.1. pro γοοπλανέων φαρετραίων, emendatum erat, νοοπλανέων. Cap.eod.comm. 7. pro Καὶ μὴ θάμβος ἔχητε, Καὶ μὴ θάμβος ἔχῃ σε. quod & in margine codicis ſui manu ſua annotauerat Nanſius. eod.Cap.comm.12. pro πείθεσθε μενοιναῖς, πείσεσθε. ſequenti autem comm. pro ἀήθεα σάρκα σωμάτων, ἀήθεϊ. Cap.4. comm. 9. pro Ἀδομένοις στομάτεσσιν, ἀζομένοις & αἰδομένοις aſſcriptum erat: quæ & in Nanſiano Voſſii ſic annotata erant. Cap.eod.comm.12. pro πεδοτροφὲς ὅρκιον ὕδωρ, πεδοτρεφές. Cap.5. comm. 4. pro ἔπη κεκαϋμένος ἀνὴρ, ſcriptum erat κεκακωμένος. Cap.eod. comm. 9. pro ἐπωμίδα λέκτρον ἀείρων, ἐπωμίδι, in vtroque codice. Cap. eod. comm. 16. pro ἐπέτρεπον ἔργον ἀκάνθαις, ἀήταις, in vtroque codice. Cap.eod. comm.28. pro Πάντοθεν ἀΐσσουσι, ἀΐξουσι. in vtroque codice. Cap.6. verſ. 1. pro πέρην Τιβεριάδος ἅλμης, Τιβερίπδος ἅλμης. Cap.eod. comm.14. pro Καὶ πολὺς ἀλλόθεν ἄλλος ἐνίαχε, ἀνίαχε, in vtroque. Cap. eodem, comm. 22. pro Εἰ μὴ νηῦς μία μοῦνον ἀνέμπλοος, in margine ἀνέκπλοος ſcriptum erat in vtroque. Cap.eod.comm.23. pro Ἄλλας νῆας ἑλόντες, ἄλλοι νῆας ἑλόντες &c. Cap.eod.comm.40. pro Ὑστατίης ὅτε φέγγος, ſcriptum erat, Ὑστατίης ποτὲ φέγγος. Cap.eod.comm.55. pro Ζωὴ γὰρ πέλεν .... ἐτήτυμον, vt in aliis editionibus legebatur, ſcriptum erat, Ζωῆς γὰρ πέλεν εἶδαρ ἐτήτυμον, &c. Cap.7. comm.1. pro ὁσίῳ χαίροντες ὀλέθρῳ, in vtroque ſcriptum erat ad marginem ὁσίου. eod.Cap.comm.3. pro Ὄφρα μεταστρέψαντες, μεταστρέψαντος. eod.Cap. comm. 22. pro Ἀρχιγονεῖ λοχίῳ, quemadmodum in Steph.cod. legebatur, ſcriptum erat Ἀρχιγόνῳ λοχίῳ. vt, ex mente autoris, cæteri legunt. Cap.8. com.24. pro ὁμιλήσειε βερέθρῳ, quod male in illo codice legebatur, ὁμιλήσοιτε, emendatum erat: pro quo alii habent ὁμιλήσητε. Cap. eod. comm. 48. pro Ὅτι θεὸς ποιητὸς ἀεξήθης Σαμαρείταις, Ὅτι νέος ποιητὸς ἀεξήθης Σαμαρείτης, in vtroque. Comm. ſequenti pro Δαίμονος οὐ μεθέπει μελανόφρονος, μεθέπει με δαΐφρονος, emendatum erat. Cap. 9. pro παραστείχων ἢ κελεύθου, παραστείχων ἢ κέλευθον, in vtroque. Cap. eod. comm. 7. pro Ὕδωρ στελλομένοιο προσώνυμον ἐκ σέο πομπῆς, emendatum erat, προσώνυμον. Cap.10. comm.3. pro Πώεα ποιμαίνειν προκαλίζεται, ſcriptum ποιμαίνων. Cap.11.com.36. pro Καί τινες ἀθρήσαντες ἐνίαχον, ἀνίαχον, in vtroque. Cap. 13. comm. 11. pro ἐπεὶ πάρος ἤιδε θυμῷ, ſcriptum erat ᾔδεε, in vtroque. Ibid. com. eodem, pro καθαρὸν νόον ἐστὲ καὶ αὐτοί, καθαροὶ νόον ἐστὲ καὶ αὐτοί. Cap. eodem, comm. 17. pro Ἤρεσε, καίπερ ἔφυτε, ſcriptum erat ἤικεν ἔφυτε. Cap.eod.comm.26. pro Οἴνωπι ῥαθάμιγξι, οἰνωπεῖ. ibid. comm.27. pro δαήμονι νεύματα πέμπων, δαήμονα νεύματα. Cap.15. comm. 2. pro τοῦτο διαμήγει, emendatum erat, διατμήξει, in vtroque. Cap. eodem, comm.6. ad illud Ἀμπελόεν μίμημα, in margine aſſcriptum erat, imo κλημαλόεν. Cap.eod. comm. 10. pro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Δεσμὸν ἐμῆς φιλότητος ὑπὸ φρένας αἰὲν ἀέξων, Δεσμὸς ἐμῆς φιλότητος ὑπὸ φρένας
ὑμέας ἔξει. in vtroque. & ſeq. verſu pro Ὥς κεν, Ὡς καὶ, in vtroque. Cap. eod.
comm. 22. ad illud, Εἰ μὴ πατρὸς ἵκαιον, in margine ἱκάνων πατρός. quia ſic di-
cendum videbatur. Cap.16. comm.7. pro ἀπ' αἰθέρος αὐτὸς ἰάλλω, αὐτὸν ἰάλλω.
Cap.eod. comm.17. pro ἔγγυον αὐδῆς, ἔγκυον αὐδῆς. Cap. 17. comm. 2. pro Βου-
λομαι εἰν ἑνὶ πάντας, εἰς ἐπίπαλτας ſcriptum erat in Stephanico. Cap.eod.com.7.
pro ἐπεφράσατο ἢ μύθῳ, emendatum erat θυμῷ. Cap. 18. comm. 20. pro Ἤχι
πολυσπερέων αὐλίζεται ἔθνεα φωλῶν, ſcriptum erat ἐναλίζεται, in Stephanico. Cap.
eod. comm. 28. pro ῥοδοπήχυος ἠοῦς, ſcriptum erat, ῥοδοπήχεος. Cap.21.com.1.
pro πέρην Τιβεριάδος ἄλμης, πέρην Τιβερίπδος ἄλμης. Cap.eodem, comm.11.
pro ἀνεβήσετο Σίμων, ἀνεβήσατο.

Hactenus fere eadem in vtroque codice. Credo, quod Voſſiano vſus eſſet
Rutgerſius, qui manu plane ſimili, quæ in ſuo deerant, ex eo deſcripſerat.
In Voſſiano autem Nanſii, hæc præterea legebantur: Ad verba illa Cap.1.
comm.11. Ἐγγὺς ἔην ἰδίων, *imo melius dixiſſet*, Ἐντός. Cap. eodem ad ad illa ver-
ba, καὶ Θεὸς οἶκον ἔναιε σὺν ἀνδράσι, *melius* ἐσκήνωσε. Ad illa verba, Cap. eod.
comm. 15. Πρῶτος ἐμεῖο βέβηκεν &c. ſcriptum erat, Πρόσθεν ἐμοῦ πέλεν οὗτος.
Cap. eod. comm. 36. ad illa, Οὗτος ἐπουρανίοιο Θεοῦ λάλος ἀμνὸς ὁδεύει, aſſcri-
ptum erat, αὐδήεις ἀμνός. de quo & nos. Ad illa verba Cap. eod. comm. 46.
Εὐρὼν ὑποπετάλοιο κάτω δρυὸς, aſſcriptum erat, *Non eſt in Euangeliſta.* Cap. 2.
com.12. ad illum verſum, Οὐ μὲν ἄναξ δήθυνε πέδον Καναναῖον ἀκοῦον, aſſcriptum
erat, *ineptiſſime.* Ad illa verba Cap. 3. comm. 14. Δουρατέης μεθέποντα τύπον ποιη-
τὸν ἀκάνθης, ſcriptum erat, imo χαλκείης. Ad illos verſus Cap. 4. comm. 9.
Οὐ γὰρ Ἰουδαῖοι μιγάδες ξυνήονι θεσμῷ Ἐς βίον ἀλλήλοισιν ὁμίλεον, ἢ Σαμαρεῖται, lege-
batur, *melius* Ἰουδαίοις οἱ Σαμαρεῖται. Ad illud cap. eod. Euangeliſtæ comm. 11.
Οὔτε ἄντλημα ἔχεις, aſſcriptum erat דלי, vt ſignificaret ἀπὸ τοῦ דלה eſſe: vt ἀπὸ τοῦ
ἀντλᾶν ἄντλημα. Paulo poſt, comm. 26. ad illum verſum, Δάκτυλον αὐτοβόητον
ἀναυδέϊ ῥινὶ πελάσσας, ſcriptum erat, *Non eſt in Euangeliſta.* cap.eod. ad illum, Πῶς
πόλιες λευκῇσι περιφρίσσουσιν ἀλωαῖς; ſcriptum erat, πολιαῖς, & ἀλωαί. Item, *Di-*
xit πόλιες ἀλληγορικῶς. Cap.eod.com.40. pro, Καὶ πᾶσιν ἄναξ, ſcriptum, vt nunc,
erat, παῦσεν ἄναξ. Cap. 5. ad illa ὄφρα τις εἴπῃ, Γνήσιον ἠρνήσαντο, νόθον δ' ἐδέχοντο
φανέντα, aſſcriptum erat, *Non eſt in Euangeliſta.* Cap. 6. comm. 23. ad illud
Ἄλλας νῆας ἑλόντες, ſcriptum erat, *Hæc peſſime reddita ſunt.* Ad illa Cap.7. verſ.4.
Ἀμφαδίην δ' ἐθέλει θρασὺς ἔμμεναι, ſcriptum erat, *Errat.* Ad illa verba Cap.eod.
comm.35. Ἤχι πανελλήνων ἀγοράδες εἴχες, ſcriptum erat, *Non intellexit.* Cap.10.
comm. 22. ad illa, ᾧ ἔνι λαοὶ Μνημοσύνην τελέεσκον ἐτήσιον, ſcriptum erat, *Fallitur.*
Cap.19. comm.1. ad illa verba, Καὶ ῥοπάλοις ἀχάρακτον, ſcriptum erat, *Hoc eſſet*
fuſtuarium. Cap. eod. comm. 29. ad illum verſum Ὥρεγεν ὑσσώπῳ κεκερασμένον
ὄξος ὀλέθρου, ſcriptum erat, *Non intellexit.* Cap. eod. verſ. 39. ad illud Ἰνδῴης
ἀλόης, ſcriptum erat, *Falſum.* Cætera fere eadem, vt dixi. niſi quod in Voſſia-
no codice plures ἀθετήσεων notæ & obeliſci extarent: quod magno illi viro in
omnibus, tam antiquis quam recentioribus ſcriptoribus, vſitatum erat. Sub
finem eorum quæ ad Nouum Fœdus conſcripſimus, ab eodem præclaro viro
D. Voſſio codicem Græcum cum MSS. collatum codicibus accepi. Qui ad
editionem fortaſſe proximam nonnihil conferet. Satis interim, beneficium
collatum & fateri, nec ingratum fuiſſe.

INDEX

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

INDEX

Locorum Sacræ Scripturæ omnium, quotquot & quoties ulla occaſione adducuntur, vel illuſtrantur & explicantur; in Capitum & Pſalmorum numeris ad recentium accommodatus Interpretum Verſiones: etiam ubi Auctor Latinum Interpretem antiquum, ipſoſque Patres eſt ſecutus.

GENES.

CAp. 1. vſ. 1. pag. 207, lin. 25. 246, 27. 703, 26.27.728,13.20
cap. 1. v. 2. 243,38.735,1.782, 47. 861,25
cap. 1. v. 6. 614,13.819,10
cap. 1. v. 9. 819,10
cap. 1. v. 26. 284,49,50
cap. 1. v. 28. 895,43
cap. 1. v. 31. 857,6.30
Cap. 2. v. 2. 558,14
cap. 2. v. 7. 783,6
cap. 2. v. 16,17. 353,13
cap. 2. v. 20. 410,26
cap. 2. v. 21. 288,24.627,21
cap. 2. v. 22. 711,12
Cap. 3. v. 7. 824,41
cap. 3. v. 8. 866,27
cap. 3. v. 9. 880,8
cap. 3. v. 13. 511,2
cap. 3. v. 14. 330,7
cap. 3. v. 15. 447,23.568,31. 569,5
cap. 3. v. 16. 393,4
cap. 3. v. 21. 961,27
Cap. 4. v. 1. 627,3,7.662,43
cap. 4. v. 7. 393,23
cap. 4. v. 13. 812,33
cap. 4. v. 20. 835,46
cap. 4. v. 25. 447,26
cap. 4. v. 26. 447,25
Cap. 5. v. 1. 827,45
cap. 5. v. 2. 805,35
cap. 5. v. 22. 578,50
cap. 5. v. 24. 571,3.578,50
cap. 5. v. 29. 446,29.612,16
Cap. 6. v. 2. 447,25.26.604,4
cap. 6. v. 3. 605,40
cap. 6. v. 4. 604,4.22
cap. 6. v. 5. 604,22
cap. 6. v. 6. 604,24
cap. 6. v. 8. 200,51
cap. 6. v. 14. 461,33
Cap. 7. v. 21. 626,3.627,36
Cap. 8. v. 1. 53,49
cap. 8. v. 5. 267,22
cap. 8. v. 21. 733,12
Cap. 9. v. 1. 895,43
Cap. 10. v. 7. 705,23.24
cap. 10. v. 10. 748,19
cap. 10. v. 25. 268,1
Cap. 11. v. 7. 748,14
cap. 11. v. 7,8. 268,1
cap. 11. v. 7,9. 676,12.15
cap. 11. v. 12. 276,44
Cap. 12. v. 2. 725,7
cap. 12. v. 3, *vel* 6. 864,32.866.17
Cap. 13. v. 12. 848,9
Cap. 14. v. 18. 564,24.36.565,21
cap. 14. v. 23. 102,10
Cap. 15. v. 2. 173,26.175,42
cap. 15. v. 18. 448,9
Cap. 16. v. 2. 711,18
cap. 16. v. 10. 448,9
Cap. 17. v. 7. 448,9
cap. 17. v. 10,11. 564.24,25,26
cap. 17. v. 15. 601,28
cap. 17. v. 16. 895,46
cap. 17. v. 20. 895,47
cap. 17. v. 24. 564,28
Cap. 18. v. 1. 882,30
cap. 18. v. 10,14. 358,10,11
cap. 18. v. 17. 107,51
cap. 18. v. 21. 502,13
Cap. 19. v. 12. 13. 539,20
cap. 19. v. 19. 77,2.3
cap. 19. v. 22. 219,33
cap. 19. v. 24. 626,37
Cap. 20. v. 29. 248,19
Cap. 21. v. 9. 452,44
cap. 21. v. 25. 768,21
Cap. 22. v. 2. 102,48
cap. 22. v. 10. 935,3.21
cap. 22. v. 12. 102,47
cap. 22. v. 16. 102,48
cap. 22. v. 18. 447,20.448,1. 847,21
Cap. 23. v. 4. 786,50
cap. 23. v. 9. 957,40
Cap. 24. v. 11. 879,41
cap. 24. v. 15. 768,25.48
cap. 24. v. 16. 445,34.768,27
cap. 24. v. 20. 768,28.805,31
cap. 24. v. 27. 851,13
cap. 24. v. 33. 879,42,43
cap. 24. v. 52. 574,2
cap. 24. v. 63. 30,30
cap. 24. v. 66. 141,13
Cap. 25. v. 8, *vel* 9. 957,40
cap. 25. v. 27. 767,9
Cap. 26. v. 5. 847,21
cap. 26. v. 18. 768,22
cap. 26. v. 33. 769,17
Cap. 27. v. 3. 591,22
cap. 27. v. 44. 883,45
Cap. 28. v. 2. 769,11
cap. 28. v. 12. 573,44
Cap. 29. v. 1. 9,47
cap. 29. v. 2. 768,31
cap. 29. v. 31. 177,37
Cap. 30. v. 27. 708,34
cap. 30. v. 30. 42,28
cap. 30. v. 33. 44,15
Cap. 31. v. 19. 708,35
cap. 31. v. 21. 159,41
cap. 31. v. 46. 879,50
Cap. 32. v. 26. 889,25
cap. 32. v. 32. 436,38
Cap. 33. v. 17. 767,25,27
cap. 33. v. 19. 277,19,20
Cap. 34. v. 1. 769,2
cap. 34. v. 21. 29,41
Cap. 35. v. 4. 866,14
cap. 35. v. 5. 114,35
cap. 35. v. 8. 864,33.866,12
Cap. 37. v. 3. 761,43
cap. 37. v. 11. 136,42
Cap. 38. v. 18. 4,24
Cap. 39. v. 1. 286,42
Cap. 40. v. 6,7. 204,49,50
cap. 40. v. 8. 372,43
cap. 40. v. 22. 372,42,50
Cap. 41. v. 12. 465,12,13
Cap. 42. v. 6. 756,49
Cap. 43. v. 12. 567,38
cap. 43. v. 14. 238,51
cap. 43. v. 23. 30,3
cap. 43. v. 32. 889.38
Cap. 45. v. 46. 97,13
Cap. 46. v. 1. 769,11
cap. 46. v. 26. 276,19.706,18
Cap. 47. v. 9. 482,46
cap. 47. v. 29. 94,9
cap. 47. v. 31. 574,17,49
Cap. 48. v. 1. 535,45
cap. 48. v. 9. 574,18
cap. 48. v. 22. 574,25
Cap. 49. v. 11. 792,4.946,26. 839,2

cap. 49.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

cap. 49. v. 22. 574,25
cap. 49. v. 24. 145,52. 574,24. 839,2
cap. 49. v. 26. 18,18. 231, 6. 574,26. 750,35
cap. 49. v. 33. 181,2

Exodi.

Cap. 1. ѵſ. 5. pag. 706. lin. 17
cap. 1. v. 17. 278,48
cap. 1. v. 20. 5,52
cap. 1. v. 21. 466,17
Cap. 2. v. 14,15. 575,19
Cap. 3. v. 2. 448,40
cap. 3. v. 3. 278,28,38
cap. 3. v. 6. 72,21. 189,33
cap. 3. v. 7. 243,43
cap. 3. v. 14,15. 72,31
Cap. 4. v. 11. 212,14
cap. 4. v. 15. 285,44
cap. 4. v. 22. 15,43,44
cap. 4. v. 23. 126,4
cap. 4. v. 25. 836,37
Cap. 6. v. 25. 461,10
Cap. 7. v. 9. 868,35
cap. 7. v. 14. 259,4
Cap. 8. v. 15. 272,39
Cap. 9. v. 4. 114,36. 154,6
cap. 9. v. 28. 193,33
Cap. 10. v. 14. 248,17
Cap. 12. v. 3. 461,8. 756,32
cap. 12. v. 5. 584,50
cap. 12. v. 8. 170,43
cap. 12. v. 11. 170,39,52
cap. 12. v. 12. 756.16
cap. 12. v. 23. 390,15,29,39
Cap. 13. v. 1. 119.29,30
cap. 13. v. 2. 6,47. 389,52
cap. 13. v. 11. 119,31
cap. 13. v. 14. 858,25
cap. 13. v. 21. 16,5. 514,29
Cap. 14. v. 6. 364,17
cap. 14. v. 19. 16,5
cap. 14. v. 28. 625,35. 627,7
Cap. 15. v. 2. 665,28
Cap. 16. v. 1, *vel* 2. 777,44. 778,2
cap. 16. v. 2, *vel* 3. 626,51
cap. 16. v. 3. 20,35
cap. 16. v. 4. 778,5
cap. 16. v. 14. 792,15
cap. 16. v. 15. 22,47
cap. 16. v. 16,17. 778,6,7
cap. 16. v. 20. 22,42
cap. 16. v. 21. 22,43
cap. 16. v. 21,22. 677,41
cap. 16. 20, *vel* 21,22. 777.38,39
cap. 16. v. 32. 22,49
Cap. 18. v. 7. 194,18
cap. 18. v. 16. 416,23
cap. 18. v. 22. 201,18
Cap. 19. v. 3. 279,12
cap. 19. v. 5. 510,21
cap. 19. v. 9. 538,8
cap. 19. v. 11. 279,16
cap. 19. v. 13. 580,17
cap. 19. v. 16. 830,34,41
cap. 19. v. 16,17,18,19,20. 546,11
cap. 19. v. 18. 862,4
cap. 19. v. 18,19. 538,40
cap. 19. v. 20. 297,12
cap. 19. v. 21. 278,34
Cap. 20. v. 1. 538,7,10,14
cap. 20. v. 2. 538,15
cap. 20. v. 17. 538,16
cap. 20. v. 18. 538,40
Cap. 21. v. 22. 450,49
Cap. 22. v. 20. 943,1
cap. 22. v. 28. 756,48
Cap. 23. v. 5. 559.37
cap. 23. v. 7. 180.30
cap. 23. v. 16. 159,3
cap. 23. v. 19. 173,3
cap. 23. v. 21,22. 847,22
Cap. 24. v. 1. 795,35
cap. 24. v. 7. 795,38
cap. 24. v. 8. 81,15
cap. 24. v. 9. 795,39
cap. 24. v. 11. 795,41
cap. 24. v. 13. 566,44
cap. 24. v. 16. 212,34. 862,3
Cap. 25. v. 31. 102,11
Cap. 27. v. 21. 891,38
Cap. 28. v. 32. 946,5,51,52
cap. 28. v. 36. 791,36. 945,39
Cap. 31. v. 18. 423,50,51. 490, 41. 538,7,18
Cap. 32. v. 4. 635,33
cap. 32. v. 16. 490,50. 535,43
Cap. 33. v. 7. 767,34
cap. 33. v. 8. 278,32
cap. 33. v. 11. 856,3
cap. 33. v. 16. 922,24
Cap. 34. v. 6. 185,40. 719,53
cap. 34. v. 22. 883,3
Cap. 39. v. 30. 791,36,43

Levit.

Cap. 4. v. 3. pag. 566. lin. 47,49
cap. 4. v. 27. 33,26
Cap. 5. v. 23. *aliis* 6. 4. 478,28
Cap. 7. v. 16. 155,33
Cap. 8. v. 8. 597,39
Cap. 10. v. 11. 285,44
Cap. 11. v. 33. 126,19
Cap. 13. v. 30. 149,44,45. 773,40
cap. 16. v. 5. 889.28
Cap. 16. v. 8. 378,15
Cap. 18. v. 21. 918.31
Cap. 19. v. 4. 943,1
cap. 19. v. 5. 860,46
cap. 19. v. 16. 778,35
cap. 19. v. 18. 163,7. 235,49. 365, 14. 454,7. 622,20,43
cap. 19. v. 19. 428,11
cap. 19. v. 29. 385,6
Cap. 21. v. 5. 749,7,13,19
Cap. 24. v. 10. 308,30
cap. 24. v. 11. 943,6
Cap. 26. v. 10. 50,53
cap. 26. v. 11. 428,22
cap. 26. v. 13. 520,24
Cap. 27. v. 3,4,5. 577,20
cap. 27. v. 28. 357,31,34
cap. 27. v. 29. 357,31,35

Numer.

Cap. 4. ѵſ. 2. pag. 146. lin. 17
cap. 4. v. 7. 31,5. 91. 47
Cap. 5. v. 21. 706,20
Cap. 6. v. 3. 768,5
cap. 6. v. 3,4. 750,40
cap. 6. v. 4. 311,5
cap. 6. v. 5. 311,6
cap. 6. v. 13. 311,8
cap. 6. v. 18. 311,9
Cap. 7. v. 17. 311,5
cap. 7. v. 89. 400,37
Cap. 11. v. 1. 626,51
cap. 11. v. 8. 20,36
cap. 11. v. 12. 451,24
cap. 11. v. 14. 533,8
cap. 11. v. 20,21. 786,31
Cap. 12. v. 8. 856,3
Cap. 14. v. 14. 248,10
cap. 14. v. 22. 62,20
cap. 14. v. 29. 390,21
cap. 14. v. 32. 390,24
cap. 14. v. 35. 390,10
cap. 14. v. 37. 390,27
Cap. 15. v. 30. 594,41. 876,12
Cap. 16. v. 1. 626,51
cap. 16. v. 3. 193,29
cap. 16. v. 30. 906,37
cap. 16. v. 40. 438,5
Cap. 17. v. 14. 390,26
Cap. 18. v. 19. 115,17
Cap. 19. v. 2. 580,22
cap. 19. v. 18. 126,19
cap. 19. v. 19. 580,27
Cap. 20. v. 1. 777.46. 778,1,3
cap. 20. v. 11. 778,9
cap. 20. v. 13. 778,1
Cap. 21. v. 3. 357,45
cap. 21. v. 8. 758,43
Cap. 22. v. 9,33. 10,43
cap. 22. v. 20. 232,52
Cap. 23. 10,43
cap. 23. v. 11. 9,39
Cap. 24. 10,43
cap. 24. v. 6. 956.17,23,34
cap. 24. v. 17. 9,41. 575,10
Cap. 25. v. 1. 258,48
cap, 25. v. 4. 564,3
Cap. 26. v. 9. 437.46
cap. 26. v. 10. 506,47
Cap. 28. v. 14. 527,3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Cap.31. v.50. 54,52
Cap.32. v.19. 30,4
Cap.34. v.11. 777,24

DEVTER.

Cap.1. vſ.6. pag.193,lin.31
cap.1. v.9. 533,10
cap.1. v.17. 172,25
cap.1. v.31. 296,42
cap.1. v.33. 248,10
Cap.2. v.10,21. 708,5
Cap.4. v.31. 8,53
cap.4. v.34. 23,18
Cap.5. v.10,28. 538,7,17
Cap.6. v.4. 119,20
cap.6. v.5. 235,51. 454,6. 622,45
cap.6. v.7. 52,45
cap.6. v.13. 27,39
cap.6. v.16. 23,24
cap.6. v.17. 510,21
Cap.7. v.9. 510,21
cap.7. v.19. 23,19.868,31
cap.7. v.26. 357,39.557,16
Cap.9. v.10. 490,41
Cap.10. v.17. 73,7
Cap.11. v.13. 119,33
cap.11. v.24. 715,34
Cap.12. v.7. 107,49
Cap.13. v.1. 627,16
cap.13. v.3. 627,18
cap.13. v.16. 92,3
Cap.15. v.7,8. 578,21,24
Cap.16. v.5. 219,50.889,28
cap.16. v.16. 835,50
cap.16. v.21. 710,2
Cap.18. v.9. 943,1
cap.18. v.10. 918,15,31
cap.18. v.15. 61,16.109 29.223, 40,43.224,4.858,22. 900,8, 16,17
cap.18. v.18. 109,29.900,8
cap.18. v.19. 61,18.847,25
Cap.19. v.15. 798,53.799,3
cap.19. v.18. 180,28
Cap.20. v.7. 4,4
Cap.21. v.15. 177,38
cap.21. v.20. 44,1
cap.21. v.23. 446.15
Cap.22. v.4. 559,39
cap.22. v.6,7. 559,41
cap.22. v.14. 500,53
cap.22. v.23. 4.9
Cap.25. v.2. 96,46
cap.25. v.7. 408,14
Cap.26. v.4. 868,4
cap.26. v.5. 880,31
Cap.27. v.15. 446.34
cap.27. v 26. 446,41
Cap.28. v.29. 38,14
cap.28. v.53. 264,25
Cap.29. v.9. 510,21
Cap.30. v.6. 360,22
cap.30. v.11,12,13,14. 360,13 29,32
cap.30. v.12. 412,5.543,2
Cap.32. v.7. 369,17,18,20,21
cap.32. v.11. 297,9
cap.32. v.24. 184,14
Cap.33. v.8. 587,15
cap.33. v.24. 45,45

IOSVÆ.

Cap.1. vſ.11. pag.276.lin.25
Cap.2. v.5. 239,48
cap.2. v.13. 276,28
Cap.3. v.3. 214,16.858,12
cap.3. v.13. 276,30
Cap.4. v.6. 276,32
Cap.5. v.1. *vel* 2. 836,37.954,30
cap.5. v.6. 276,34
cap.5. v.12. 22,38
Cap.7. v.1, 11. 357,49,50
cap.7. v.15. 126,6,7
cap.7. v.25. 126,9
Cap.9. v.3,4. 215,3
cap.9. v.11. 158,51
cap.9. v.14,15. 879,51
Cap.13. v.14. 296,32
cap.13. v.21. 445,29
Cap.15. v.15. 864,34
Cap.18. v.7. 296,32
Cap.22. v.24. 561,52
Cap.24. 866,15
cap.24. v.30. 836,39

IVDIC.

Cap.2. vſ.1. pag.539. lin.18. 858,27
cap.2. v.4,5. 703,33
Cap.3. v.15. 427,34
Cap.4. v.18. 219,22,24.888,5
cap.4. v.21. 291,45
Cap.5. v.4. 357,11
Cap.6. v.17. 868,15
Cap.8. v.13. 711,2
cap.8. v.30. 706,25
Cap.9. v.27. 706,1,5
cap.9. v.49. 454,39
cap.9. v.54. 955,30
Cap.11. v.2. 217,47
cap.11. v.18. 883,27
cap.11. v.33. 576,19
cap.11. v.34. 102,51
cap.11. v.39. 576,38
cap.11. v.41. 576,45
cap.11. v.41,42. 576,53
Cap.13. v.5. 258,47.750,13,30
cap.13. v.18. 295,46.308,40. 665,6
Cap.16. v.17. 750,13
Cap.17. v.10. 40,13
Cap.18. v.26. 888,7
Cap.19. v.19. 578,32
Cap.20. v.16. 427,32
cap.20. v.31. 258,47
Cap.21. v.4. 858,47

RVTH.

Cap.2. vſ.18. pag.112.lin.37
Cap.4. v.1. 97,18.664,27
cap.4. v.10. 408,14

I. SAMVEL.

Cap.1. vſ.11. pag.750.lin.30
cap.1. v.18. 32,38
Cap.2. v.1. 199,44
cap.2. v.6. 279,1
Cap.3. v.3. 891,39
cap.3. v.7. 311,29
Cap.7. v.8. 194,44
Cap.10. v.11. 105,31
Cap.12. v.18, *vel* 20. 922,10
cap.12. v.21. *vel* 23. 385,51
Cap.13. v.1. 52,33
Cap.15. v.8. 922,35
Cap.16. v.14. 893,15
Cap.17. v.2. 866,16
Cap.18. v.6, *vel* 7. 783,52
cap.18. v.21, *vel* 22. 493,15
Cap.21. v.5. 45,51,52.502.38
cap.21. v.7. 322,16
Cap.22. v.17. 922,36
Cap.24. v.8. 442,5.753,8
Cap.25. v.6. 358,34
cap.25. v.10. 185,22
cap.25. v.27. 433,6
cap.25. v.29. 322,9
Cap.27. v.9. 178,50
Cap.28. v.3. 922,37
cap.28. v.6. 587,25
cap.28. v.7. 587,27.922,37
cap.28. v.8. 376,38
Cap.31. v.4. 955,28

II. SAMVEL.

Cap.1. vſ.24. pag.33.lin.22
Cap.2. v.4. 893,15
cap.2. v.6. 853,30
cap.2. v.18. 724,21
cap.2. v.26. 415,43
cap.2. v.30,31. 884,1
Cap.5. v.3. 893,15
cap.5. v.8. 905,47
Cap.7. v.3,4. 382,7,8
cap.7. v.14. 533,27,36,40
cap.7. v.15. 533,37
cap.7. v.16. 533,32
cap.7. v.19. 790,41
Cap.8. v.5. 10,7
Cap.11. v.2. 834,37
cap.11. v.12. 858,46
Cap.12. v.2. 503,42
cap.12. v.3. 907,36
cap.12. v.16. 766,38
Cap.13. v.25. 365,4
Cap.14. v.4. 66,30.
cap.14. v.7. 67,6
Cap.15. v.26. 493,15

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Cap. 17. v. 23. 82,42.83,20
Cap. 19. v. 27. 472,22
Cap. 20. v. 3. 805,14
Cap. 21. v. 5. 453,7
Cap. 22. v. 1,2,3. 554,47,53
cap. 22. v. 6. 263.46
cap. 22. v. 30. 334,24
Cap. 23. v. 2. 314,48
cap. 23. v. 15. 769,37
Cap. 24. v. 1. 424,36
cap. 24. v. 16. 390,31
Cap. 27. v. 21. 259,22

I. REGVM.

Cap. 1. ℣ſ. 21. pag. 37, lin. 44,46. 228,25
cap. 1. v. 24. 94,20
cap. 1. v. 47. 573,49
Cap. 4. v. 7. 789,47
cap. 4. v. 25. 866,6
cap. 4. v. 32. 950,14
Cap. 6. v. 38. 868,43
Cap. 7. v. 1, 2. 868,45.46
Cap. 8. v. 8. 259,31.677,9
cap. 8. v. 63. 908,46
Cap. 10. v. 1. 868,37
cap. 11. v. 6. 297,14
Cap. 13. v. 14. 866,19
Cap. 15. v. 4. 220,22
cap. 15. v. 12. 346,50
Cap, 17. v. 1. 742,53
Cap. 19. v. 10. 361,44
cap. 19. v. 11. 922,15
cap. 19. v. 14, 18. 361,44
Cap. 20. v. 12. 836,23,29
Cap. 21. v. 1, 2. 261,17
cap. 21. v. 3. 59,12
cap. 21. v. 10. 942.43
cap. 21. v. 19. 262,50
Cap. 22. v. 30. 376,42

II. REGVM.

Cap. 1. ℣ſ. 2. pag. 48. lin. 34
cap. 1. v. 7, 8. 765,27
cap. 1. v. 8. 764,29.765,10,33
Cap. 2. v. 8, 13. 765,11
cap. 2. v. 9. 666 8,14.17
cap. 2. v. 14. 663,27. 664,20. 665,2,3. 666,13
cap. 4. v. 9, 21, 22. &c. 887,42
cap. 4. v. 23. 887,37
Cap. 5. v. 1. 884,4,5
cap. 5. v. 5. 40,17
cap. 5. v. 6. 884,4,5
cap. 5. v. 23. 40,18
Cap. 6. v. 22. 182,48
Cap. 7. v. 7. 228,28
Cap. 9. v. 11. 105,11,12
cap. 9. v. 15. 66,24
Cap. 10. v. 15. 421,19
Cap. 15. v. 19. 62,14
Cap. 17. v. 4. 576,28
Cap. 19. v. 22. 59,22
cap. 19. v. 28. 517,53
Cap. 20. v. 1. 912,23
cap. 20. v. 19. 798,45
Cap. 23. v. 6. 710,1
cap. 23. v. 13. 557,15
cap. 23. v. 20. 790,43
Cap. 25. v. 8, *vel* 11, &c. 884,9, 15,18,22

I. PARALIPOM.

Cap. 2. ℣ſ. 19. pag. 490. lin. 46
Cap. 6. v. 32. 454,21
Cap. 9. v. 31. 518,8
Cap. 11. v. 19. 59,10
Cap. 12. v. 12. 612,20
Cap 13. v. 2. 416,33
cap. 13. v. 8. 947,47
Cap. 17. v. 13. 533,40
Cap. 20. v. 3. 273,33
Cap. 21. v. 1. 424,37
Cap. 23. v. 23. 51,39
Cap. 25. v. 1. 528,50,51
Cap. 27. v. 1. 461,11
Cap. 29. v. 5, 6, 9, 14, 17. 430,12, 13,16,19. 559,30

II. PARALIPOM.

Cap. 9. ℣ſ. 1. pag. 868. lin. 37
Cap. 13. v. 9. 529 30,31
Cap. 18. v. 29. 376,42,43
cap. 18. v. 31. 562,17
Cap. 19. v. 10. 365,41
Cap. 20. v. 3. 159,42
Cap. 21. v. 20. 376,32
cap. 24. v. 9. 124,47
cap. 24. v. 18. 365,41
cap 24. v. 21. 75,26
Cap. 25. v. 12. 151,48
Cap. 28. v. 24. 563,51
Cap. 29. v. 31. 559,31
Cap. 30. v. 3. 511,33
Cap. 32. v. 2. 159,53
cap. 32. v. 26. 434.41
Cap. 33. v. 17. 175,38
Cap. 34. v. 4. 710,1
cap. 34. v. 31. 514,33
Cap. 36. v. 22. 15,17

ESDRÆ.

Cap. 3. ℣ſ. 6. pag. 511. lin. 31
Cap. 4. v. 7. 282,9
cap. 4. v. 23. 174,15
Cap. 7. v. 22. 214,48
Cap. 8. v. 25, 26. 81,3,4

NEHEMIÆ.

Cap. 2. ℣ſ. 13. pag. 145. lin. 4
Cap. 3. v. 11. 295,7
Cap. 7. v. 5. 143,34,35
Cap. 8. v. 10. 112,19
cap. 8. v. 11. 466,41
Cap. 9. v. 13. 853,39
cap. 9. v. 14. 853,22
Cap. 10. v. 28. 33,30
Cap. 13. v. 26. 202,19

TOBIÆ.

Cap. 3. ℣ſ. 10. pag. 82 lin. 50
cap. 3. v. 17. 385,22
Cap. 4. v. 3. 25,29
Cap. 5. v. 5. 111,46,47
cap. 5. v. 24. 378,20
Cap. 11. v. 3. 739,27

IVDITH.

Cap. 2. ℣ſ. 6. pag. 600. lin. 2
Cap. 8. v. 23. 608,39
Cap. 11. v. 5. & c. 12. v. 4. 420,52
Cap. 16. v. 18. 357,11

ESTHER.

Cap. 1. ℣ſ. 12. pag. 853. lin. 15
cap. 1. v. 14. 935,32
cap. 1. v. 19. 589,53
Cap. 2. v. 22. 338,22
Cap. 3. v. 9. 934,31
Cap. 5. v. 9. 400,39
cap. 5. v. 14. & c. 7. v. 9. 950,23
Cap. 6. v. 6. 57,26
cap. 6. v. 12. 391,47
cap. 6 v. 14. *vel* 7. 1. 422,40
Cap. 8. v. 8. 896,42

IOBI.

Cap. 1. ℣ſ. 5. p. 576. l. 36. 916,33
cap. 1. v. 6, 7. 472,10
Cap. 6. v. 7. 219.42
cap. 6. v. 17. 357,51
cap. 6. v. 26. 401,47
Cap. 7. v. 15. 82,47
Cap. 9. v. 5. 61,31
cap. 9. v. 26. 184,27
Cap. 13. v. 17. 288,45
Cap. 14. v. 10, *vel* 11. 126,31
cap. 14. v. 12, *vel* 13. 71,31
Cap. 15. v. 32. 158,8
Cap. 16. v. 19. 66,40,44
Cap. 19. v. 10. 602,46.603,11
cap. 19. v. 12. 188,38
cap. 19. v. 24. 454.52
Cap. 20. v. 21. 53,23
Cap. 22. v. 13. 21,49
cap. 22. v. 28. 344,4.
Cap. 23. v. 7. 47,24,31.48,12
Cap. 24. v. 12. 112,16
Cap 26. v. 13. 709,35
Cap. 27. v. 14. 595,14
Cap. 28. 857,21
cap 28. v. 8. 287,32
cap. 28. v. 12. 857.23
cap. 28. v. 20. 857,24
cap. 28. v. 27. 857,4
Cap. 29. v. 20. 157,49,50
Cap. 30. v. 4. 53,12
Cap. 31. v. 9. 188,39.189,1
cap. 31. v. 38. 112,15.595,25
Cap. 32. v. 3. 219,46
cap. 32. v. 7, 8. 931,9,15
cap. 32. v. 9. 590.33
cap. 32. v. 18. 288,46

Cap. 35.

cap.35.v.12. 5,47
Cap.36.v.7. 415,40
Cap.38.v.17. 59,3
Cap.39.v.31. 184,39

PSALM.

Pſalm.1.℣ſ.6. pag.322.lin.9
2.v.4. 741,19
2.v.7. 344,5.533.30,46
2.v.8. 411,30,31
5.v.8. 677,9
5.v.10. 167,3
6.v.2. 360,44
7.v.10. 558,52
7.v.24. 896,11
8. 413,3,33,41.552,53
8.v.1.&c. 820,21
8.v.2. 540,52
8.v.3. 413,11,12
8.v.4. 411,7
8.v.4,5,6,7,8,9. 549,18
8.v.5. 412,32,35,50.413,44,46,47.539,52.540,11,15,18,19.541,9,17,33
8.v.6. 539,48.540,13.541,36,40,45.544,46.545,34,38.549,8.553,13
8.v.6,7. 550,20
8.v.7. 410,1.411,13.412,24,30.413,25
8.v.8. 540,24
8.v.12. 213,24
9.v.3. 677,9
11.v.1. 568,12
11.v.4. 741,19
12.v.7. 350,38
14.v.3,4. 349 26,27
16.v.9. 320,17
17.v.6. 905,9.226,32
17.v.14. 112,40
17.v.15. 874,19
18.v.1. 554,45,48
18.v.3. 554,51
18.v.11. 746,26,27
18.v.13. 554,41
19.v.2. 412,6.857,40
19.v.3. 806,9
19.v.4. 412,20
19.v.5. 361,9.412,8,16
19.v.6. 877,36
19.v.8. 510,27.524,42
19.v.8,9,10,11. 412,12,13
19.v.9. 677,8
19.v.12. 353,24
22.v.2. 947,46
22.v.7. 541,25.544,43
22.v.16,17,19. 90,29,30,31
22.v.19. 947,22,29,31,38
22.v.23. 555,52
26.v.8. 180,31.211,25
28.v.7. 485,3
29.v.2. 140,40
29.v.3.&c. 830,36
29.v.10. 741,23
29.v.11. 140,41
30.v.1. 909,2
31.v.15. 677,11
32.v.10. 878,10
34.v.9. 320,21
34.v.10. 578,36
35.v.6. 291,12
35.v.9. 269,33,46
35.v.16. 273,24
37.v.11. 25,32
37.v.12. 273,24
39.v.6. 874,9
39.v.8. 320,24
40.v.7. 16,39.568,22
40.v.8. 568,10
44.v.10. 677,10
45.v.2. 806,10
45.v.6. 5,39
45.v.7. 574,15
45.v.8. 535,17
55.v.14. 479,28,36
55.v.17. 562,18
62.v.4. 593,11
62.v.10. 410,24
62.v.11. 594,15
64.v.7. 457,22
68.v.11. 273,18
68.v.17,18. 464,42,48
68.v.19. 464,51
68.v.31. 350,30
68.v.34. 741,19
69.v.3. 432,33
69.v.10. 367,52
69.v.16. 437,18
69.v.21. 144,52
69.v.26. 933,20
69.v.32. 769,32
72.v.8. 411.33,34
72.v.17. 448,6.718,14
73.v.22. 198,52
74.v.19. 273,15
77.v.6. 848,14
77.v.19. 592,15
78.v.1. 645,38
78.v.2.50,2. 645,31
78.v.10,56. 510,21
78.v.24. 677,43
78.v.58. 710,28
80.v.2. 746,26
81.v.8. 830,30
82. 910,12,33
82.v.1. 230,12.909,43.910,35,41,50
82.v.2. 910,52
82.v.6. 230.30,31.909,42,45.911,1
82.v.8. 230,25,37
88.v.23. 112,48
89.v.6. 26,14
89.v.16. 426,30
89.v.51. 575,3
89.v.52. 574,51.575,4
91.v.13. 708,44
93.v.2. 741,21,22
94.v.14. 47,49
95.v.11. 558,14,17
96.v.5. 386,1
96.v.6. 345,17
97. 534,5,12,43.535,9
97.v.2,3,4,5. 534,13
97.v.7. 533,53
99.v.1. 746,26
99.v.7. 510,21
103.v.1. 849,26
103.v.14,15,19. 548,23,24
104.v.4. 535,14,17.33.946,19
104.v.16. 956,37
104.v.17. 94,49
105.v.13. 883,26
105.v.25. 278,17.453,9
106.v.4. 412,45
106.v.16. 594,10
108.v.14. 334,23
110.v.1. 411,35.565,19
110.v.2. 574,13
110.v.4. 565,5,18,48
111.v.7. 572,33
112.v.9. 433 34
112.v.10. 273,24
116.v.16. 334,37.473,31
118.v.22. 67,35,50.598,35.599,2
119.v.2. 524,43
119.v.30. 218,29
119.v.62. 819,23
119.v.88. 510,21
132.v.16,17. 891,48,49
139.v.20. 366,52
144.v.3. 540,3
144.v.4. 540,5.874,8
145.v.3. 367,1
147.v.6. 25.33
147.v.11. 320,23
147.v.20. 853,38

PROVERB.

Cap.1.℣ſ.2. pag.710.lin.38
cap.1.v.4,7,22. 475,29,30,31
Cap.3.v.4,5. 364,39,40,47
cap.3.v.21. 537,39,45.601,37
cap.3.v.23,24. 601,38,39
cap.3.v.25. 601,30,40,41
cap.3.v.28. 559,26
cap.3.v.34. 594,28
Cap.4.v.3. 102,52
cap.4.v.9. 594,26
cap.4.v.10. 932,8
Cap.5.v.23. 525,19
Cap.6.v.30. 373,18
Cap.8.v.12. 725,41
cap.8.v.22. 662,10.695,4,5,10

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

cap. 8. v. 22. 732,43
cap. 8. v. 22,23. 819,15
cap. 8. v. 23. 819,20
cap. 8. v. 30. 731,31
Cap. 9. v. 10. 426,7
Cap. 11. v. 13. 778,44
cap. 11. v. 16. 469,6
Cap. 15. v. 2. 591,26
cap. 15. v. 12. 525,17
Cap. 16. v. 27. 595,3
Cap. 17. v. 3. 608,40
cap. 17. v. 14. 172,32
Cap. 18. v. 22. 726,29
Cap. 19. v. 29. 878,9
Cap. 21. v. 1. 448,36,37
Cap. 23. v. 2. 373,21
cap. 23. v. 29. 703,51
Cap. 24. v. 14. 579,27
cap. 24. v. 20. 597,29
Cap. 25. v. 3. 444,48
cap. 25. v. 18. 404,47
cap. 25. v. 23. 709,27,28
Cap. 27. v. 22. 878,15
Cap. 28. v. 11. 444 52
Cap. 29. v. 21. 718,15
Cap. 30. v. 8, 9. 595,34

E C C L E S I A S T.

Cap. 2. ✠ſ. 6, *vel* 7. pag. 886, lin. 5
Cap. 3. v. 1. 891,35
cap. 3. v. 23. *vel* c. 4. v. 1. 187,28
Cap. 4. v. 11, *vel* 15. 808,30
Cap. 5. v. 5. 390,36. 887,7
cap. 5. v. 7, *vel* 8. 187,32
Cap. 7. v. 4. 32,41
cap. 7. v. 8. 581,1
Cap. 8. v. 11. 526,25
cap. 8. v. 13. 581,8
Cap. 10. v. penult. 420,24
cap. 10. v. ult. 599,31
Cap. 12. v. 2, *vel* 4. 809,39
cap. 12. v. 4,5. 111,48,49

C A N T I C.

Cap. 4. ✠ſ. 1. pag. 184. lin. 4
cap. 4. v. 7. 471,27
cap. 4. v. 16. 753,7
Cap. 5. v. 1, *vel* 2, *vel* 3. 470,35
cap. 5. v. 15, *vel* 16, *vel* 17. 725,10
Cap. 8. v. 6. *vel* c 7. v. 10. 896, 27,34

S A P I E N T.

Cap. 4. ✠ſ. 19. pag. 265. lin. 8
Cap. 7. v. 26. 568,2,3
Cap. 8. v. 8. 451,34
Cap. 10. v. 7. 183,51
Cap. 12. v. 10. 588,27
Cap. 16. v. 20. 398,1
Cap. 17. v. 2. 604,46,48
Cap. 18. v. 20. 578,11

S Y R A C H.

Cap. 4. ✠ſ. 35. pag. 322. lin. 36. 529,36
Cap. 5. v. 17. 445,5,7
Cap. 7. v. 34, *vel* 35, *vel* 37. 289,39
Cap. 12. v. 3. 563,27
cap. 12. v. 4, *vel* 5, *vel* 6. 289,30
Cap. 16. v. 8. 606,29
Cap. 18. v. 9. 185,43
Cap. 20. v. 1. 289,39
Cap. 26. v. 18,19. 214,7
cap. 26. v. 21, *vel* 22, *vel* 23. 514,39
Cap. 29. v. 24. 171,46
Cap. 38. v. 9. 599,12
cap. 38. v. 12. 365,19
Cap. 40. v. 5. 191,47
Cap. 44. v. 1. 592,2
cap. 44. v. 14. 80,40
Cap. 45. v. 23. 359,44
Cap. 46. v. 9. 289,39
cap. 46. v. 14, *vel* 15. 485,5
Cap. 48. v. 10. 136,4,5
Cap. 49. v. 17,18. 574,23
Cap. 50. v. 25. 369,21

E S A I A.

Cap. 1. ✠ſ. 6. pag. 272. lin. 17,18
cap. 1. v. 9. 874,5
Cap. 2. v. 1. 910,47
cap. 2. v. 6. 158,5
Cap. 3. v. 24. 40,37
Cap. 5. v. 2. 177,21
cap. 5. v. 11. 270,3
cap. 5. v. 24. 267,48
Cap. 6. v. 1. 848,44. 849,6. 855, 36. 856,3,12. 900,32. 923,32
cap. 6. v. 3. 848,50
cap. 6. v. 6. 827,9
cap. 6. v. 9,10. 889,43. 924,7
Cap. 7. v. 11,12,14. 142,2. 555,40
cap. 7. v. 14. 142,3. 247,6. 819,3. 927,29
cap. 7. v. 18. 48,33
Cap. 8. v. 1. 454,53. 568,53.
cap. 8. v. 8. 603,22
cap. 8. v. 10. 603,25
cap. 8. v. 12. 603,31
cap. 8. v. 13. 555,27
cap. 8. v. 14. 598,23
cap. 8. v. 15. 67,36,51
cap. 8. v. 17. 555,9,12
cap. 8. v. 18. 555,18,43,47
Cap. 9. v. 1. 23,29. 53,34
cap. 9. v. 2. 138,30,31. 173,41
cap. 9. v. 6. 308,37
cap. 9. v. 7. 819,27. 866,5
cap. 9. v. 8. 289,35,36
cap. 9. v. 12. 9,47
cap. 9. v. 14,15. 935,30
Cap. 10. v. 1. 945,29
cap. 10. v. 3. 188,18. 599,11
cap. 10. v. 9. 280,6,15
cap. 10. v. 11. 781,16
cap. 10. v. 23. 359,24,44
cap. 10. v. 24,26. 279,28
Cap. 11. v. 1. 362,21
cap. 11. v. 10. 556,3
cap. 11. v. 12. 77,11
Cap. 13. v. 16. 114,24
Cap. 16. v. 1. 910,26
Cap. 17. v. 1. 910,26
cap. 17. v. 3. 78,33
Cap. 18. v. 2. 396,10
Cap. 19. v. 11. 199,2
Cap. 22. v. 1,2. 121,35
cap. 22. v. 13. 412,2. 414,16
Cap. 25. v. 8. 415,38
Cap. 26. v. 19. 470,31
Cap. 28. v. 4. 117,26
cap. 28. v. 7. 707,15
cap. 28. v. 9. 402,25,26
cap. 28. v. 11. 402,14
cap. 28. v. 16. 598,22,50,52. 599,1
Cap. 29. v. 24. 931,45
Cap. 31. v. 7. 310,3
Cap. 32. v. 1,2. 49,44
cap. 32. v. 2. 401,33
Cap. 33. v. 1. 819,32
cap. 33. v. 2. 819,37
cap. 33. v. 16. 233,11,25. 920,23
Cap. 34. v. 12. 903,34
Cap. 35. v. 10. 58,53
Cap. 37. v. 24. 516,6. 539,4
Cap. 38. v. 11. 141,41,44
Cap. 39. v. 8. 798,45
cap. 40. v. 3. 47,22. 677,21. 739,30
cap. 40. v. 12. 411,10
Cap. 42. v. 1. 47,2,22. 672,37. 673,9
cap. 42. v. 3. 712,34
cap. 42. v. 4. 47,37,38
cap. 42. v. 7. 314,7. 805,15
Cap. 43. v. 4. *aliis* c. 42. v. 29. 118,34
cap. 43. v. 7. *vel* 42. 32. 849,42
cap. 43. v. 10. *vel* 42. 35. 672,39,43
cap. 43. v. 17, *vel* 4. 71,33
cap. 43. v. 24, *vel* 11. 952,32
Cap. 45. v. 1. 243,20
Cap. 49. v. 6. 336,17
cap. 49. v. 9. 314,7
Cap. 50. v. 6. 238,24. 940,15, 21,26,39. 941,11,21,37,41,47
Cap. 51. v. 9. 470,19
Cap. 52. v. 11. 428,36,38
cap. 52. v. 12. 248,11. 428,41
Cap. 53. v. 1. 361,12,15. 839,6. 923,21
cap. 53. v. 2,3. 544,43,44
cap. 53. v. 3. 339,23
cap. 53. v. 4. 149,48
cap. 53. v. 7. 567,8
cap. 53. v. 8. 335,26
cap. 53. v. 12. 937,25
Cap. 54. v. 11. 190,38

cap. 54.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

cap.54.v.13. 817,25
Cap.55.v.1. 899,21,36,44. 900,27
cap.55.v.4. 899,23
cap.55.v.6. 899,24
Cap.56.v.7. 47,18
cap.56.v.15. 78,28
Cap.58.v.6. 149,38
Cap.60.v.1. 470,30
cap.60.v.1,2,3. 138,50
cap.60.v.20. 138,35,36
Cap.61.v.1. 352,21
cap.61.v.1,2. 149 31.150,18
Cap.62.v.11. 47,12,14,15
Cap.63.v.1. 946,20.957,9
cap.63.v.9. 136,15.336,5
Cap.64.v.9. 226,63,64
Cap.65.v.16. 28,4
cap.65.v.23. 443,37
Cap.66.v.2. 25,26,27

IEREM.

Cap.1.vſ.14. pag.709.lin.24
Cap.2.v.14. 199,2
cap.2.v.27. 904,38
Cap.4.v.19. 103,47
Cap.6.v.15. 188,20
cap.6.v.20. 952,33
cap.6.v.21. 174,28,36,37
cap.6.v.26. 762,19
Cap.7.v.11. 47,19,20.937,19
Cap.8.v.12. 188,20
Cap.10.v.10. 420,43,53
cap.10.v.15. 188,20
cap.10.v.24. 360,45
Cap.11.v.20. 558,52
cap.11.v.23. 188,20
Cap.12.v.3. 595,12
Cap.13.v.23. 754,47
Cap.15.v.9. 715,23
cap.15.v.10. 142,18.436,34
Cap.17.v.3. 35,15,16.61,39,42
cap.17.v.9. 541,21
cap.17.v.10. 558,52
Cap.18.v.23. 174,29,38,39
Cap.19.v.2. 263,1
cap.19.v.3. 86,29
cap.19.v.6. 263,1,4
cap.19.v.10. 85,30
Cap.20.v.12. 558,52
Cap.23.v.21. 423,45.443,34
Cap.27.v.22. 188,20
Cap.29.v.18. 886,52
Cap.31.v.15. 15,5.361,4
cap.31.v.31. 360,26
cap.31.v.32. 13,53
Cap.32.v.9,10. 334,47
cap.32.v.15. 85,9,12
cap.32.v.18,19. 720,5
Cap.38.v.6. 285,48
cap.38.v.7. 884,6
Cap.42.v.17. 181,1
cap.44.v.12. 159,51
cap.44.v.25. 560,21,30
Cap.46.v.18. 420,50
cap.46.v.21. 188,20
cap.46.v.28. 359,46
cap.48.v.44. 188,20
cap.49.v.8. 188,20
cap.49.v.23. 561,45
cap.49.v.24,25. 913,10
Cap.50.v.1. 910,45
cap.50.v.31. 188,20
Cap.51.v.18. 188,20
cap.51.v.35. 324,29
cap.51.v.46. 324,27
cap.51.v.55. 191,39

THREN. IER.

Cap.1.vſ.18. pag.666.lin.4
cap.3.v.1. 25,30
cap.3.v.30. 940,34
Cap.4.v.14. 568,13,14
cap.4.v.21. 586,29
Cap.5.v.20. 47,34.415,44

EZECH.

Cap.1.vſ.3. pag.786.lin.32. 861,52
cap.1.v.4. 479,3
cap.1.v.5. 479,2
cap.1.v.10. 479,2
cap.1.v.13. 479,2,4
cap.1.v.16. 479,4
cap.1.v.22. 479,2
cap.1.v.26. 479,2,4
cap.1.v.27. 479,3
cap.1.v.28. 479.2
Cap.2.v.2. 861,53
Cap.3.v.17. 2,2
Cap.5.v.15. 428,46
Cap.6.v.31. 710,14
Cap.8.v.1. 674,21
cap.8.v.2. 479,3
cap.8.v.14. 79,23.704,37
Cap.11.v.5. 862,1
cap.11.v.23. 9,2
cap.11.v.24. 211,48,49
Cap.13.v.3. 160,8,14
Cap.15.v.3. 930,28
Cap.16.v.2. 182,12
cap.16.v.7. 385,13,14
cap.16.v.22. 385,15
cap.16.v.30. 393,32
cap.16.v.50. 591,9
Cap.17.v.20. 563,48
cap.17.v.24. 485,6
Cap.18.v.24. 563,48
Cap.20.v.7,8. 469,19,20
cap.20.v.49. 237,7
Cap.21.v.27. 799,47
Cap.22.v.27. 467,31
Cap.23.v.46. 886,ult.
Cap.24.v.17. 394,13
Cap.28.v.7. 3,45
cap.28.v.24. 439,16
Cap.29.v.18. 941,24
Cap.30.v.9. 81,21
Cap.33.v.32. 43,36
Cap.34.v.14. 907,43.908,2,13
cap.34.v.17. 78,26
cap.34.v.23,24. 907,51
Cap.37.v.27. 211,34
Cap.39.v.14. 31,43
Cap.43.v.10. 282,12
Cap.47.v.2. 387,51
Cap.48.v.35. 464,36

DANIEL.

Cap.1.vſ.8. pag.300.lin.44
cap.1.v.13. 98,47
Cap.2.v.2. 8,17
cap.2.v.4. 372,40
cap.2.v.8. 470,50,53
cap.2.v.27. 8,37,38
cap.2.v.29. 872,47
Cap.3.v.5. 8,33
cap.3.v.13. 868,6
Cap.4.v.10. 713,12,16
cap.4.v.24. 185,44
cap.4.v.27. 93,47
Cap.5.v.4. 706,9
cap.5.v.7,10. 868,10
cap.5.v.16. 372,39
Cap.6.v.5. 500,41,45,47
Cap.7.v.9. 762,28
cap.7.v.12. 259,52,53
cap.7.v.13. 35,22.762,28
cap.7.v.22. 762,28
Cap.8.v.12. 216,48.218,32
cap.8.v.13. 664,42.665,1
Cap.9.v.23. 762,28
Cap.10.v.11. 597,34
Cap.11.v.14. 937,23
cap.11.v.17. 159,50,51
cap.11.v.36. 359,31
cap.11.v.38. 121,1
Cap.12.v.11. 121,16,17

SVSANN.

Verſ.55,58,59. pag.667.lin.19

OSEA.

Cap.1.vſ.2. pag.904.lin.34
cap.1.v.11. 852,3
Cap.2.v.16. 32,52
cap.2.v.19. 361,46
Cap.3.v.4,5. 142,11
Cap.4.v.4. 124,5,6
Cap.5.v.10. 214,1.850,40
Cap.6.v.5. 740,23
Cap.10.v.8. 191,20
cap.10.v.12. 433,8,9
Cap.11.v.1. 14,48.15,36,42,43. 16,12
Cap.13.v.14. 416,4,12

IOELE.

Cap.1.vſ.4. pag.362.lin.4
cap.1.v.17. 51,12,13

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Cap. 2. v. 11. 841,38
cap. 2. v. 25. 362,4
Cap. 3. v. 3. 239,3
cap. 3. v. 21. 464,29
Cap. 4. v. 3. 606,12

AMOS.

Cap. 2. ℣ſ. 12. pag. 707, lin. 18
cap. 3. v. 5. 42,1
Cap. 5. v. 9. 166,15
cap. 5. v. 27. 280,3.16
Cap. 7. v. 4. 590,28
cap. 7. v. 10. 841,41
Cap. 8. v. 6. 744,41
cap. 8. v. 10. 762,19
Cap. 9. v. 9. 193,8.300,6,7,12
cap. 9. v. 10. 300,6,7.12
cap. 9. v. 11. 300,4,12

ABDIA.

Cap. 1. ℣ſ. 3. pag. 218. lin. 44

IONA.

Cap. 1. ℣ſ. 5. pag. 327. lin. 45
cap. 1. v. 16. 560,38
Cap. 2. v. 5, 8. 677,9
Cap. 3. v. 6. 766,19
Cap. 4. v. 7. 858,45

MICHEA.

Cap. 1. ℣ſ. 1. pag. 910. lin. 24
cap. 1. v. 16. 391,45
Cap. 2. v. 8. 765,29
cap. 2. v. 11. 768,5
Cap. 3. v. 4. 420,22
cap. 3. v. 7. 420,11
Cap. 5. v. 2. 645,28.763,10
cap. 5. v. 7. 570,7
Cap. 7. 846,20
cap. 7. v. 6. 411,49

NAHVM.

Cap. 1. ℣ſ. 2. pag. 365. lin. 43
cap. 1. v. 3. 40,49
Cap. 3. v. 6. 3,47
cap. 3. v. 10. 114,23

HABBAC.

Cap. 2. ℣ſ. 5. pag. 585. lin. 38
cap. 2. v. 19. 535,49
Cap. 3. v. 2. 667,39
cap. 3. v. 17. 139,53

SOPHON.

Cap. 1. ℣ſ. 14. pag. 376. lin. 16
cap. 1. v. 18. 359,25
Cap. 3. v. 1. 591,11

AGGÆO.

Cap. 1. ℣ſ. 1. pag. 910. lin. 38
cap. 1. v. 2. 511,34
cap. 1. v. 3. 910,38
cap. 1. v. 6. 750,48
Cap. 2. v. 6, *vel* 7. 923,9,14
cap. 2. v. 23. 896,28

ZACHAR.

Cap. 2. ℣ſ. 2. pag. 461. lin. 35
cap. 2. v. 10. 848,19
Cap. 3. v. 1. 897,1,7
cap. 3. v. 2. 628,39
cap. 3. v. 4. 792,36
cap. 3. v. 8. 139,4,5.215,20
Cap. 6. v. 12. 942,11,18
cap. 6. v. 13. 667,40
Cap. 8. v. 10. 287,14
cap. 8. v. 19. 323,53
Cap. 9. v. 9. 47,12,16.221,45. 678,9,22.679,13,27.680,4
cap. 9. v. 12. 314,9
cap. 9. v. 14. 415,28
Cap. 10. v. 1. 322,16
cap. 10. v. 2. 114,38
Cap. 11. v. 12. 80,53.81,1
cap. 11. v. 13. 83,46.84,20,22. 86,48,50.87,1,13,38.88,9,17, 18,41
cap. 11. v. 15. 288,30
cap. 11. v. 17. 907,25,27,28,31,32
Cap. 12. v. 1. 910,27
cap. 12. v. 10. 103,2,3.239,6. 762,19.955,6,14
Cap. 13. v. 4. 35,3.765,22
cap. 13. v. 9. 674,31.960,15
Cap. 14. v. 4. 9,4
cap. 14. v. 8. 900,25
cap. 14. v. 11. 357,51

MALACH.

Cap. 1. ℣ſ. 6,7. pag. 300. lin. 46
Cap. 2. v. 5. 431,23
cap. 2. v. 6. 218,34
cap. 2. v. 9. 898,13
cap. 2. v. 17. 216,10,11
Cap. 3. 846,20
cap. 3. v. 1. 47,22.216,10.281, 43.515,36.739,29,39
cap. 3. v. 15. 440,7
Cap. 4. v. 2. 39,38
cap. 4. v. 6. 135,52
cap. 4. v. 23. 114,2

I. MACCHAB.

Cap. 1. ℣ſ. 57. pag. 121. lin. 22, 23. 908,42
Cap. 2. v. 21.
Cap. 3. v. 2. 59,8
cap. 3. v. 42. 286,1
Cap. 4. v. 19. 359,42
cap. 4. v. 24. 368,8
cap. 4. v. 47,52,59. 752,41
Cap. 5. v. 18. 908,42
cap. 5. v. 45. 334,10
Cap. 6. v. 23. 317,20,21
Cap. 7. v. 27. 287,43
Cap. 8. v. 22. 296,45
Cap. 11. v. 29,31. 321,21
cap. 11. v. 58. 321,21
Cap. 12. v. 5. 290,19
cap. 12. v. 19. 321,21
Cap. 13. v. 35. 321,21
cap. 13. v. 38. 321,21
cap. 13. v. 39. 80,42
cap. 13. v. 51. 594,43
Cap. 14. v. 20,27. 234,1
cap. 14. v. 41. 321,21
Cap. 15. v. 2, 15. 919.38
321,21

II. MACCHAB.

Cap. 2. ℣ſ. 11. pag. 202. lin. 22
Cap. 3. v. 10. 524,21
cap. 3. v. 19. 294,43
Cap. 7. v. 28. 570,25
cap. 7. v. 37. 317,31
Cap. 9. v. 5. 291,28
cap. 7. v. 18. 321,21
Cap. 10. v. 7. 234,4
Cap. 11. v. 16. 321,21
cap. 11. v. 23. 397,5
cap. 11. v. 26. 397,2,3
cap. 11. v. 27. 321,21
cap. 11. v. 31. 315,8
cap. 11. v. 34. 321,4,5
Cap. 12. v. 6. 239,9
cap. 12. v. 23. 239,10
Cap. 15. v. 40. 558,1

III. MACCHAB.

Cap. 1. ℣ſ. 5. pag. 588. lin. 8
cap. 2. v. 3, 4. 606,21
cap. 2. v. 5. 606,26
cap. 2. v. 20, 21. 139,35

I N.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

SACRÆ SCRIPTVRÆ.

INDEX IN FOEDVS NOVVM.

Sciendum eſt, quæ ordine pertractat Auctor, ea plerumque ad marginem, juxta capitum & verſiculorum ſeriem, indicari; eo proinde, quo tradita ſunt, ordine quæri & inveniri poſſe, nec in hunc Indicem relata fuiſſe. Id vero, prætерquam in Exercitationibus prioribus, in Ariſtarcho bis; ſemel prioris partis capite tertio & ſequentibus; tota autem fere poſteriori, eſt factum.

MATTH.

CAp.1. ℣ſ.1. pag.591.lin. 24. 827, 40. 829, 14, 51
cap.1. v.20. 243,5.848,1
cap.1. v.21. 735,16,22
cap.1. v.22. 243,10
cap.1. v.23. 603,27
cap.1. v.24. 243,6,7
Cap.2. v.5. 17,35.645,23
cap.2. v.6. 763,9
cap.2. v.15. 361,20
cap.2. v.17. 15,4
cap.2. v.17,18. 361,4,5
cap.2. v.22. 19,6
cap.2. v.23. 750,5,15.791,27
Cap.3. v.3. 677,21
cap.3. v.4. 284,41.764,40. 765,42,44.767,1
cap.3. v.9. 394,28
cap.3. v.11. 744,14,38.745,21. 851,26
cap.3. v.13. 19,6,7.547,38
cap.3. v.15. 547,38
cap.3. v.17. 541,14.762,10,14
Cap.4. v.1. 148,37.246,40
cap.4. v.5. 834,38
cap.4. v.6. 472,51
cap.4. v.7. 547,38
cap.4. v.11. 862,44
cap.4. v.14. 862,46
cap.4. v.16. 17,41.138,32.881,40
cap.4. v.18. 753,37.793,24
Cap.5. v.3. 849,29
cap.5. v.10. 93,20
cap.5. v.13. 93,23.178,52
cap.5. v.16. 333,35,36
cap.5. v.19. 13,17
cap.5. v.22. 93,29
cap.5. v.25. 93,33
cap.5. v.32. 136,47
cap.5. v.37. 421,21
cap.5. v.41. 97,53
Cap.6. v.1. 93,38,40
cap.6. v.5. 333,37
cap.6. v.10. 165,27,28
cap.6. v.13. 251,33
cap.6. v.16. 333,36.871,52
cap.6. v.24. 177,33.424,44,45
cap.6. v.25. 169,39
cap.6. v.27. 729,50
Cap.7. v.3. 156,33.278,39
cap.7. v.4. 22,2.51,26,27
cap.7. v.6. 372,52
cap.7. v.12. 453,48
cap.7. v.16. 94,34,35
cap.7. v.17. 94,41
cap.7. v.22. 909,17
Cap.8. v.11. 181,32
cap.8. v.20. 94,45,46
cap.8. v.21. 883,37
cap.8. v.26. 909,24,25,27
cap.8. v.29. 94,53.232,52
Cap.9. v.1. 883,15
cap.9. v.6. 153,46
cap.9. v.15. 219,51
cap.9. v.16,17. 104,26,28,30
cap.9. v.17. 94,39,40.785,4
cap.9. v.25. 129,3
cap.9. v.26. 763,34
cap.9. v.30. 915,35.916,14
Cap.10. v.2. 793,24
cap.10. v.10. 108,6,24
cap.10. v.16. 637,13,18
cap.10. v.17. 95,4
cap.10. v.21. 191,3
cap.10. v.26. 106,3.520,10
cap.10. v.32. 95,13
cap.10. v.35. 411,51
cap.10. v.37. 177,36
Cap.11. v.3. 435 32
cap.11. v.5. 212,11.335,12
cap.11. v.8. 764,42
cap.11. v.9. 214,42. 845,36. 862,32
cap.11. v.11. 739,11.845,36
cap.11. v.21. 770,29
cap.11. v.23. 770,30
Cap.12. v.18. 672,37
cap.12. v.20. 912,35
cap.12. v.22. 34,36
cap.12. v.29. 166,16
cap.12. v.32. 244 26
cap.12. v.35. 48,2
Cap.13. v.2. 95,36
cap.13. v.12. 96,7
cap.13. v.21. 96,14
cap.13. v.35. 277,53.645,30
cap.13. v.41. 438,30
cap.13. v.46. 883,34
cap.13. v.57. 770,28
Cap.14. v.2. 352,17
cap.14. v.3. 110,2
cap.14. v.20. 229,26
cap.14. v.29. 547,39
Cap.15. v.17. 493,43
cap.15. v.19. 904,31
cap.15. v.27. 636,3.840,46. 962,10
Cap.16. v.3. 96,20
cap.16. v.6. 589,15
cap.16. v.16. 673,15.687,27
cap.16. v.18. 96,33
cap.16. v.22. 96,37.825,25
cap.16. v.23. 495,28
cap.16. v.27. 244,29
Cap.17. v.5. 541,14
cap.17. v.9. 244,31
cap.17. v.24. 189,20
Cap.18. v.6. 203,25
cap.18. v.8. 56,13
cap.18. v.10. 392,44
cap.18. v.12. 410,46
cap.18. v.15. 930,44
cap.18. v.16. 799,1
cap.18. v.17. 96,43.422,20
cap.18. v.35. 472,34,35
Cap.19. v.16. 93,10
cap.19. v.19. 365,14.453 44
Cap.20. v.3. 125,37
cap.20. v.16. 176,46
cap.20. v.32. 92,53
Cap.21. v.2. 242,52. 678,30. 697,29. 680,5
cap.21. v.5. 47,12.678,27
cap.21. v.7. 678,31
cap.21. v.8. 921,33
cap.21. v.9. 75,52
cap.21. v.10. 125,10
cap.21. v.15. 413,7
cap.21. v.19. 880,7
cap.21. v.21. 586,6
cap.21. v.24. 194,28
cap.21. v.35. 93,2
cap.21. v.46. 93,5
Cap.22. v.6. 93,7
cap.22. v.13. 93,8
cap.22. v.15,16. 188,43
cap.22. v.18. 595,32
cap.22. v.20. 479,25
cap.22. v.30. 576,40,41
cap.22. v.32. 408,19
cap.22. v.37. 360,24,25

cap.22.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

cap. 22. v. 39. 365,14. 453,41. 496,28
cap. 22. v. 40. 120,9
cap. 22. v. 44. 411,37
cap. 22. v. 45. 2,8,9
Cap 23. v. 2. 825,43
cap. 23. v. 5. 119,52. 120,1,2
cap. 23. v. 8. 590,22
cap. 23. v. 9. 461,18
cap. 23. v. 11. 590,25
cap. 23. v. 15. 96,44
cap. 23. v. 16. 27,41
cap. 23. v. 27. 166,41. 287,37
cap. 23. v. 35. 335,36
Cap. 24. v. 6. 190,45
cap. 24. v. 7. 191,28,29
cap. 24. v. 8. 96,46,47
cap. 24. v. 13. 96,49
cap. 24. v. 15. 120,51. 121,18
cap. 24. v. 24. 613,33
cap. 24. v. 27. 184,32
cap. 24. v. 32. 117,31
cap. 24. v. 36. 646,1. 675,32
cap. 24. v. 39. 97,4
cap. 24. v. 42. 505,11
cap. 24. v. 43. 97,7
cap. 24. v. 45. 97,9,10
Cap. 25. v. 41. 377,29
Cap. 26. v. 2. 159,31
cap. 26. v. 7. 601,18. 920,34
cap. 26. v. 8. 881,27
cap. 26. v. 18. 97,15
cap. 26. v. 27,28. 192,34
cap. 26. v. 32. 770,31
cap. 26. v. 34. 122,34. 123,26
cap. 26. v. 37. 265,47,49
cap. 26. v. 39. 561,31
cap. 26. v. 52. 936,49
cap. 26. v. 55. 937,32
cap. 26. v. 58. 820,43
cap. 26. v. 60. 799,8
cap. 26. v. 63. 97,20
cap. 26. v. 67. 238,23. 940,25, 26,42
cap. 26. v. 73. 97,27
cap. 26. v. 75. 124,6
Cap. 27. v. 5. 97,30. 260,15. 263,13. 264,29,37. 332,50
cap. 27. v. 6. 958,38
cap. 27. v. 7. 97,37. 247,35. 262,30,31. 263,3
cap. 27. v. 8. 97,38. 261,2,3
cap. 27. v. 9. 97,40
cap. 27. v. 9,10. 47,21
cap. 27. v. 10. 97,36
cap. 27. v. 11. 97,41,42,46,47
cap. 27. v. 16. 936,36
cap. 27. v. 20. 919,48
cap. 27. v. 26. 547,41. 945,27,28
cap. 27. v. 28, 29. 820,51
cap. 27. v. 32. 97,51
cap. 27. v. 33. 791,17
cap. 27. v. 35. 125,50
cap. 27. v. 37. 321,25. 455,22. 551,44. 945,49
cap. 27. v. 42. 339,11
cap. 47. v. 46. 551,46. 947,46
cap. 27. v. 48. 948,51. 950,2, 7,8. 952,42. 953,10,34,41
cap. 27. v. 53. 92,37
cap. 27. v. 54. 547,39
cap. 27. v. 60. 957,35
cap. 27. v. 63. 613,37
cap, 27. v. 65. 144,39. 195,19,20
cap. 27. v. 73. 880,53
cap. 27. v. 74. 820,46
Cap. 28. v. 1. 98,18,35
cap. 28. v. 2. 307,4
cap. 28. v. 3. 98,37
cap. 28. v. 5. 44,44
cap. 28. v. 9. 959,53
cap. 28. v. 18. 550,34

MARC.

Cap. 1. vſ. 2,3. pag. 47. lin. 22
cap. 1. v. 6. 765,43. 767,1
cap. 1. v. 7. 744,37
cap. 1. v. 10. 881,40
cap. 1. v. 11. 22,5. 541,14. 762, 10,14
cap. 1. v. 16. 793,24
cap. 1. v. 24. 750,7. 805,21
cap. 1. v. 27. 344,20,21
cap. 1. v. 34. 232,52
cap. 1. v. 43. 128,50. 915,34. 916,15
cap. 1. v. 44. 930,45
Cap. 2. v. 2. 128,14,15
cap. 2. v. 4. 153,24,25. 327,7
cap. 2 v. 10. 153,41,46
cap. 2. v. 22. 94 40,41
Cap. 3. v. 10. 390,42
cap. 3. v. 11. 232,52
cap. 3. v. 17. 829,42. 830,23
cap. 3. v. 21. 426,36
Cap. 4. v. 15. 39,22
cap. 4. v. 39. 909,24,25,27
Cap. 5. v. 2. 103,24
cap. 5. v. 25. 39,30
cap. 5. v. 29,34. 391,45
cap. 5. v. 40. 128,48. 129,9
Cap. 6. v. 3. 51,43
cap. 6. v. 4. 770,28
cap. 6. v. 5. 219,31
cap. 6. v. 21. 52,35
cap. 6. v. 25. 479,48
cap. 6. v. 40. 395,44
cap. 6. v. 56. 3,45,46
Cap. 7. v. 3,4. 743,38. 744,7
cap. 7. v. 19. 129,13. 493,45
cap. 7. v. 22. 129,20
cap. 7. v. 23. 129,24,25
cap. 7. v. 26. 284,45. 296,21
cap. 7. v. 34. 595,22
Cap. 8. v. 15. 589,15
Cap. 9. v. 7. 541,14
cap. 9. v. 8. 106,7
cap. 9. v. 13. 6,22
cap. 9. v. 50. 93,28
Cap. 10. v. 26. 476,7
cap. 10. v. 46. 906,8
cap. 10. v. 47. 2,7
Cap. 11. v. 2. 242,52. 678,25
cap. 11. v. 4. 128,33
cap. 11. v. 8. 921,33,34
cap. 11. v. 13. 880,7
cap. 11. v. 20. 129,30
cap. 11. v. 23. 586,12
Cap. 12. v. 9. 67,21
cap. 12. v. 13. 188,46
cap. 12. v. 16. 469,25
cap. 12. v. 23. 71,21
cap. 12. v. 25. 71,15. 576,40,41
cap. 12. v. 27. 408,19
cap. 12. v. 31. 365,14. 453,43. 496,28
cap. 12. v. 32. 64,44
cap. 12 v. 33. 365,14
cap. 12. v. 36. 411,37
cap. 12. v. 40. 74,19,32
cap 12. v. 44. 129,34
Cap. 13. v. 8. 191,29
cap. 13 v 9. 129,40
cap. 13. v. 10. 80,28
cap. 13. v. 12. 191,3
cap. 13. v. 14. 76,44,46
cap. 13. v. 28. 117,32
cap. 13. v. 35. 122,38,39,80,53
Cap. 14. v. 3. 558,7. 920,34
cap. 14. v. 5. 404,27. 915,34. 916,15
cap. 14. v. 9. 80,25
cap. 14. v. 10. 129,45
cap. 14. v. 11. 80,47
cap. 14. v. 12. 129,47
cap. 14. v. 23,24. 192,32
cap. 14. v. 28. 770,31
cap. 14. v. 36. 561,31
cap. 14 v. 43. 129,51,52
cap. 14. v. 48. 937,32
cap. 14 v. 54. 130,2
cap. 14. v. 60. 547,40
cap. 14. v. 62. 81,50. 195,8
cap. 14. v. 67. 750,7
cap. 14. v. 70. 265,49
Cap. 15 v. 2. 89,21
cap. 15. v. 7. 938,6
cap. 15. v. 15. 945,27
cap. 15. v. 21. 98,14
cap. 15. v. 25. 944,14
cap. 15. v. 26. 455,22. 551,44. 945,51
cap. 15. v. 28. 937,25
cap. 15. v. 34. 551,46

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

cap. 15. v. 36. 949,1. 950,3. 953,11,34,41
cap. 15. v. 46. 957,36
Cap. 16. v. 1. 98,33
cap. 16. v. 4. 958,4
cap. 16. v. 6. 91,6. 750,7
cap. 16. v. 9. 552,2
cap. 16. v. 15. 80,29

L V C.

Cap. 1. ℣ſ. 1. pag. 125. lin. 3
cap. 1. v. 5. 200,30
cap. 1. v. 15. 768,6,10
cap. 1. v. 17. 114,5
cap. 1. v. 28. 199,38
cap. 1. v. 30. 200,42
cap. 1. v. 32. 543,20
cap. 1. v. 35. 213,20
cap. 1. v. 37. 200,53
cap. 1. v. 41. 862,33
cap. 1. v. 42,68,76. 862,31
cap. 1. v. 43. 862,39
cap. 1. v. 46,68. 845,32
cap. 1. v. 48. 201,36
cap. 1. v. 52. 799,24
cap. 1. v. 60,63. 927,25
cap. 1. v. 68. 188,4. 412,37
cap. 1. v. 69,76. 862,40
cap. 1. v. 76. 858,25
cap. 1. v. 78. 412,40
Cap. 2. v. 15. 201,4. 806,2
cap. 2. v. 25. 555,35
cap. 2. v. 26. 246,45
cap. 2. v. 34. 56,48. 555,39,40
cap. 2. v. 40. 729,51
cap. 2. v. 48. 5,19. 239,17
cap. 2. v. 52. 201,43. 687,3
Cap. 3. v. 1,2. 19,14
cap. 3. v. 2. 935,47
cap. 3. v. 8. 258,50
cap. 3. v. 16. 247,21
cap. 3. v. 22. 541,14. 762,10,14
cap. 3. v. 23. 829,51
cap. 3. v. 37. 276,43
cap. 3. v. 38. 2,26
cap. 3. v. 52. 852,20
Cap. 4. v. 1. 22,11,12. 148,38
cap. 4. v. 9. 834,38
cap. 4. v. 16. 883,20
cap. 4. v. 17. 899,16
cap. 4. v. 21. 899,22
cap. 4. v. 24. 770,28
cap. 4. v. 34. 232,52. 750,7
cap. 4. v. 39. 202,1
cap. 4. v. 41. 232,52
Cap. 5. v. 4. 327,5
cap. 5. v. 14. 124,49,50
cap. 5. v. 21. 38,5. 258,51
cap. 5. v. 33. 282,39,40
Cap. 6. v. 1. 826,319
cap. 6. v. 14. 793,24
cap. 6. v. 24. 202,6,7
cap. 6. v. 36. 365,15
cap. 6. v. 41. 278,39,40
cap. 6. v. 46. 202,9
Cap. 7. v. 13. 909,24,26,27
cap. 7. v. 16. 412,42
cap. 7. v. 21. 391,45
cap. 7. v. 22. 247,22. 335,12,13
cap. 7. v. 26. 214,42, 845,36. 862,32
cap. 7. v. 28. 43,11. 739,11. 845,36
cap. 7. v. 32. 3,52
cap. 7. v. 37. 920,34,38
Cap. 8. v. 17. 106,1
cap. 8. v. 28. 232,52
cap. 8. v. 43. 39,30
cap. 8. v. 54. 129,5
Cap. 9. v. 3. 108,6,22
cap. 9. v. 7,8. 109,4
cap. 9. v. 51. 159,43
Cap. 10. v. 1. 202,11
cap. 10. v. 13. 770,29
cap. 10. v. 14. 175,39,40
cap. 10. v. 15. 770,30
cap. 10. v. 27. 119,12. 496,28
cap. 10. v. 29. 65,7. 622,49
cap. 10. v. 31,32,33. 865,45
Cap. 11. v. 5. 239,51
cap. 11. v. 7. 239,50
cap. 11. v. 39. 74,43
cap. 11. v. 41. 202,41
cap. 11. v. 49. 352,17
Cap. 12. v. 6. 41,44
cap. 12. v. 37. 181,51
cap. 12. v. 38. 505,14
cap. 12. v. 40. 240,25
cap. 12. v. 45. 258,52
cap. 12. v. 46. 202,30
cap. 12. v. 56. 56,45
Cap. 13. v. 13. 202,35
cap. 13. v. 32. 159,34. 562,26
cap. 13. v. 24. 75,50
Cap. 14. v. 7. 69,6
cap. 14. v. 32. 202,37
cap. 14. v. 33. 161,22
Cap. 15. v. 1. 906,12
cap. 15. v. 4. 410,46
cap. 15. v. 7. 38,46
cap. 15. v. 15. 202,42
Cap. 16. v. 2. 202,51. 219,32
cap. 16. v. 3. 167,22. 559,42
cap. 16. v. 13. 177,33,34. 424, 44,45
cap. 16. v. 19. 229,34
cap. 16. v. 22. 193,5
cap. 16. v. 29. 539,41
Cap. 17. v. 2. 203,17
cap. 17. v. 13. 203,27
cap. 17. v. 14. 203,29
cap. 17. v. 30. 203,30,31
Cap. 18. v. 26. 476,8
cap. 18. v. 30. 116,22
cap. 18. v. 31. 204,15,16
Cap. 19. v. 3. 729,52
cap. 19. v. 30. 242,52. 678,25
cap. 19. v. 39. 275,1
cap. 19. v. 41. 914,53
cap. 19. v. 47. 852,7
Cap. 20. v. 3. 201,6
cap. 20. v. 12. 118,20
cap. 20. v. 13. 203,34
cap. 20. v. 15,16. 67,21
cap. 20. v. 17. 67,44. 203,47
cap. 20. v. 20. 34,50
cap. 20. v. 21. 557,28. 559,21
cap. 20. v. 24. 469,25,26
cap. 20. v. 26. 203,50
cap. 20. v. 36. 71,1
cap. 20. v. 38. 408,19
cap. 20. v. 43. 411,37
cap. 20. v. 46. 204,1
cap. 20. v. 47. 74,19
Cap. 21. v. 4. 204,4. 490,8. 578,30
cap. 21. v. 5. 358,5
cap. 21. v. 6. 207,9
cap. 21. v. 23. 594,18
Cap. 22. v. 4. 798,39
cap. 22. v. 22. 175,43
cap. 22. v. 30. 181,34
cap, 22. v. 31,32. 361,53
cap. 22. v. 34. 122,41
cap. 22. v. 37. 204,14. 937,25
cap. 22. v. 42. 561,31
cap. 22. v. 44. 562,6
cap. 22. v. 48. 413,1
cap. 22. v. 52. 789,42. 937,32
cap. 22. v. 53. 459,51
Cap. 23. v. 2. 204,22
cap. 23. v. 3. 89,21
cap. 23 v. 5. 125,13,14
cap. 23. v. 19,25. 936,36
cap. 23. v. 25. 204,28
cap. 23. v. 30. 258,52,53
cap. 23. v. 32,33,39. 937,16,17,18
cap. 23. v. 38. 455,22. 551,44. 945,52
cap. 23. v. 40. 936,52
cap. 23. v. 53. 957,37
cap. 23. v. 54. 98,30
Cap. 24. v. 17. 204,37
cap. 24. v. 18. 210,33
cap. 24. v. 28,29. 205,14
cap. 24. v. 39. 960,10

I O A N.

Cap. 1. pag. 846. lin. 20
cap. 1. v. 1. 211,11. 242,9. 246, 13,28. 247,15,45. 289,29. 721,39. 779,49. 806,4. 816, 41, 821,17,18,43. 829,17. 830, 6,17. 686,6,11. 689,16,22. 690,24,42,43. 691,11,19. 695,8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

cap. I. v. 2. 816,43.821,25
cap. I. v. 3. 695, 13. 742, 15. 816,44
cap. I. v. 3, 4. 823,7
cap. I. v. 4. 816,45
cap. I. v. 5. 668,26
cap. I. v. 6. 227,41.816,46,47
cap. I. v. 7. 816,48,49
cap. I. v. 8. 812,50
cap. I. v. 8, 9, 11, 12, 13, 14, 15, 17, 18, 22, 26, 27, 33, 37, 39, 42, 44, 46, 49. 803.804
cap. I. v. 10, 11. 623,13
cap. I. v. 11. 802,15.829,21
cap. I. v. 12. 802,31.815,46
cap. I. v. 13. 721, 36. 797,50. 800,25.802,49.803.12,27
cap. I. v. 14. 5,34. 479,12. 515, 42.567,29.691,31,41.779,30. 797. 51. 799,21,22. 802,24, 25. 829, 24, 33, 34. 867,45. 873, 16
cap. I. v. 15. 833,25
cap. I. v. 16. 687,21
cap. I. v. 17. 246,8.363,1.514, 25. 798,31. 801,32
cap. I. v. 18. 779,50.929,1
cap. I. v. 19. 845,27,31
cap. I. v. 20. 224,1
cap. I. v. 21. 109,22,23 223,51, 52,53.721,45.847,27,900,9
cap. I. v. 23. 677,19
cap. I. v. 24. 756,37
cap. I. v. 25. 109, 24. 224,2. 900,10
cap. I. v. 27. 372,23
cap. I. v. 29. 811, 10. 821, 44. 858,43.876,24
cap I. v. 30. 248, 2. 687, 19. 815, 42
cap. I. v. 32. 776,20. 798,25. 881, 40
cap. I. v. 33. 246,51.695,26
cap. I. v. 35. 858,43
cap. I. v. 36. 838,18
cap. I. v. 39. 798,25
cap. I. v. 40. 793,24
cap, I. v. 41. 753,33,36
cap. I. v. 42. 793. 16. 812,32. 833,32
cap. I. v. 43. 914,27
cap. I. v. 44. 753,33,36.858,43. 812,17
cap. I. v. 46. 18,17,26.146,14. 812,32. 833,48,52
cap. I. v. 47. 17,36,37.793,49
cap. I. v. 49. 413,21
cap. I. v. 50. 687,31,33
cap. I. v. 51. 687,25,30
Cap. 2. v. I. 771, 11. 811, 5. 813,11. 821,8,19,25,40.822,10. 834,16. 860, 8,20,30. 861,4
cap. 2. v. 3. 805,27
cap. 2. v. 4. 223,2
cap. 2. v. 6. 284,47.834,26
cap. 2. v. 8. 771,53.773,52
cap. 2. v. 9. 772,14,35,38.784,2
cap. 2. v. 10. 772,17
cap. 2. v. 11. 692,3. 722, 37. 799,22.813,14.863,43
cap. 2. v. 12. 431,24. 834,43. 883,41,42
cap. 2. v. 13. 621,11.705,51
cap. 2. v. 14. 834,39.934,33
cap. 2. v. 15. 300,10
cap. 2. v. 17. 677,34
cap. 2. v. 19. 51,45
cap. 2. v. 23. 757,3. 821, 51. 834,32.929,6
cap. 2. v. 24. 757,4
Cap. 3. v. I. 227,45.821,19,20
cap. 3. v. I. &c. 815,10
cap. 3. v. 2. 495,40
cap. 3. v. 3. 404,31.797,30
cap. 3. v. 4. 797,31
cap. 3. v. 6. 731,28
cap. 3. v. 8. 798,9,15
cap. 3. v. 12. 473,3.839,10
cap 3. v. 14. 902,20
cap. 3. v. 16. 594,2.835,1
cap. 3. v. 19. 799,33
cap. 3. v. 20. 798,42
cap. 3. v. 21. 798,43,49.801, 36,49
cap. 3. v. 22. 821,53.822,3
cap. 3. v. 24. 805,13
cap. 3. v. 51. 816,5
cap. 3. v. 34. 862,10
cap. 3. v. 36. 672,35. 673, 6, 26,28,37
Cap. 4. v. I. 821,20.822.10,11
cap. 4. v. 4. 822,5
cap. 4. v. 6. 228,3
cap. 4. v. 7. 816, 7. 781, 26. 899,38
cap. 4. v. 9. 805, 40. 835, 2. 889,41
cap. 4. v. 14. 886,49.900,21
cap. 4. v. 22. 763,12.805,50
cap. 4. v. 23. 248,25
cap. 4. v. 24. 798,11
cap. 4. v. 27. 816,14
cap. 4. v. 29. 783,47
cap. 4. v. 34. 788,28
cap. 4. v. 40. 835,9
cap. 4. v. 42. 816,15
cap. 4. v. 43. 822,6
cap. 4. v. 44. 770,28
cap. 4. v. 46. 805,34.821,25,26
cap. 4. v. 47,49. 753,17,18
cap. 4. v. 54. 805,16
Cap. 5. v. I. 821,20,26
cap. 5. v. 2. 810,37.815,48.841,2
cap. 5. v. 2,3,4. 816,16
cap. 5. v. 4. 390,35
cap. 5. v. 5. 778,48
cap. 5. v. 7. 779,7,8
cap. 5. v. 8. 909,24,26
cap. 5. v. 17. 686,37.927,40
cap. 5. v. 19. 694,1
cap. 5. v. 21. 694,10,20.30.737,6
cap. 5. v. 22. 799,47
cap. 5. v. 25. 753,51
cap. 5. v. 27. 687,41
cap. 5. v. 28. 754,3
cap. 5. v. 31. 248,31.814,6
cap. 5. v. 35. 736,15.821,45
cap. 5. v. 37. 425,27
cap. 5. v. 39. 835,26
cap. 5. v. 41. 799,21
cap. 5. v. 43. 909,19
cap. 5. v. 45. 458,22.835,29
Cap. 6. v. I. 821,26.841,5
cap. 6. v. I. &c. 822,11,36
cap. 6. v. 7. 921,14
cap. 6. v. 8. 793,24
cap. 6. v. 11. 807, 6. 835,35. 909,27
cap. 6. v. 12. 229,27
cap. 6. v. 13. 229,28.841,8
cap. 6. v. 14. 109,25,26.900,11
cap. 6. v. 15. 921,20
cap. 6. v. 16. 821,27.822,31
cap. 6. v. 18. 807,9
cap. 6. v. 22. 858,43
cap. 6. v. 27. 121, 47. 180, 6. 249,15
cap. 6. v. 31. 677,37
cap. 6. v. 36. 821,46
cap. 6. v. 41. &c. 816,27.817,1
cap. 6. v. 42. 146,12.817,4
cap. 6. v. 43. 817,18
cap. 6. v. 45. 817,28
cap. 6. v. 47. 817,32
cap. 6. v. 51. 797,51,52.817,36,38
cap. 6. v. 53. 800,33.817,43
cap. 6. v. 54. 797,32
cap. 6. v. 58. 800,52.801,4
cap. 6. v. 59. 906,28
cap. 6. v. 60. 797,34
cap 6. v. 69. 805,18
cap. 6. v. 70. 841,14
Cap. 7. v. 2. 835,40
cap. 7. v. 3. 929,6
cap. 7. v. 4. 249,31
cap. 7. v. 9. 793,51
cap. 7. v. 10. 784,8
cap. 7. v. 16. 806,6
cap. 7. v. 18. 249,47
cap. 7. v. 22. 836,31,41
cap. 7. v. 22,23. 46,34
cap. 7. v. 33. 923,12
cap. 7. v. 37. 805,41

cap. 7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

cap. 7. v. 39. 236,14. 311,19. 687,43. 695,29. 776,17. 798,12. 816,1
cap. 7. v. 40. 109,26,27. 223,50
cap. 7. v. 42. 311,16. 913,15
cap. 7. v. 52. 805,22
cap. 7. v. 53. 817,50
Cap. 8. v. 1. &c. 816,19
cap. 8. v. 3. 250,29
cap. 8. v. 8. 159,32
cap. 8. v. 12. 837,4
cap. 8. v. 13. 250,29. 814,5
cap. 8. v. 14. 249,3
cap. 8. v. 16. 799,35
cap. 8. v. 17. 798,52. 799,6
cap. 8. v. 20. 833.42
cap. 8. v. 21. 250,14
cap. 8. v. 22. 250,30
cap. 8. v. 23. 250.18
cap. 8. v. 24. 250,15
cap. 8. v. 28. 799,26
cap. 8. v. 31. 250,23
cap. 8. v. 32. 797,35
cap. 8. v. 33. 250,21. 721,40
cap. 8. v 38. 816,17
cap. 8. v. 40. 837,21
cap. 8. v. 44. 395.28
cap. 8. v. 48. 250,39
cap. 8. v. 51. 797,36
cap. 8. v. 52. 797,39
cap. 8. v. 53. 250,45
cap. 8. v. 55. 588,36
cap. 6. v. 56. 213,28. 413,42
cap. 8. v. 58. 250,51
cap. 8. v. 58,59. 797,41
Cap. 9. v. 1. 821,21,27,28. 822,27,31,32
cap. 9. v. 2. 37,41. 173,48,49
cap. 9. v. 7. 722,9
cap. 9. v. 23. 837,33
cap. 9. v. 25. 837,41
cap. 9. v. 32. 805,45,50
cap. 9. v. 36. 847,50
cap. 9. v. 41. 876,9
Cap. 10. v. 1. 668,33
cap. 10. v. 3. 837,46
cap. 10. v. 16. 776,11
cap. 10. v. 18. 837,53
cap. 10. v. 30. 696,7
cap. 10. v. 34. 845,51,52
Cap. 11. v. 1. 821,21,28. 920,34
cap. 11. v. 9. 813,46
cap. 11. v. 16. 864,39
cap. 11. v. 33. 686,24. 798,12. 815,44
Cap. 11. v. 35. 194,3. 820,8
cap, 11. v. 43. 91,5
cap. 11. v. 44. 814,41. 838,16
cap. 11. v. 50. 942,20
cap. 11. v. 52. 838,22
cap. 11. v. 54. 794,1
cap. 11. v. 55. 763,27
cap. 11. v. 56. 838,34
Cap. 12. v. 1. 705,51. 914,3
cap. 12. v. 2. 910,10
cap. 12. v. 3. 558,7. 841,17
cap. 12. v. 4. 881,18
cap. 12 v. 4,5. 778,32
cap. 12. v. 10. 820,12
cap. 12. v. 12. 858,43. 914,7
cap. 12. v. 15. 678,7,25
cap. 12. v. 21. 815,51
cap. 12. v. 23. 902,34
cap. 12. v. 28. 266,19. 830,39
cap. 12. v. 28,29. 316,38
cap. 12. v. 29. 266,23. 830,43
cap. 12. v. 13. 424,43. 736.1
cap. 12. v. 32,33,34. 902,20,21,22,38,43
cap. 12. v. 34. 159,26,27
cap. 12. v. 37. 219 38,39
cap. 12. v. 39. 219,36,40. 352,19. 889,42
cap. 12. v. 41. 799,23. 855,37. 856,3. 900,32
cap. 12. v. 42. 275,17. 815.52
Cap. 13. v. 1. 705,51. 821,21. 838,41
cap. 13. v. 10. 731,22. 743,41
cap. 13. v. 12. 838,48
cap. 13. v. 21. 916,11
cap. 13. v. 23. 762,45. 811,33. 821,21,22. 856,16
cap 13. v. 24. 839,8
cap. 13. v. 38. 122,42
Cap. 14. v. 6. 509,37. 798,34
cap. 14. v. 9. 857,15
cap. 14. v. 10. 873,18. 806,8
cap. 14. v. 17. 386,40
cap. 14. v. 22. 762,52
cap. 14. v. 26. 251,12. 386,39,40. 675,34. 696,5. 816,3
cap. 14. v. 27. 799,27
cap. 14. v. 28. 696,18
cap. 14. v. 30. 424,43
Cap. 15. v. 5. 747,5. 786,41
cap. 15. v. 6. 104,19
cap. 15. v. 22. 839,14
cap. 15. v. 26. 386,40. 686,23
Cap. 16. v. 1. 802,3
cap. 16. v. 8. 799,52
cap. 16. v. 11. 424,43. 735,53
cap. 16. v. 12. 841,52
cap. 16. v. 13. 386,40
cap. 16. v. 14,15. 387,3
cap. 16. v. 16. 923,12
cap. 16. v. 28. 534,21
Cap. 17. v. 2. 797,52
cap. 17. v. 5. 692.17,18
cap. 17. v. 9. 735,41
cap. 17. v. 14. 251,32
cap. 17. v. 14.16. 735,41
cap. 17. v. 15. 251,30. 799,23
cap. 17. v. 17. 798,32,33
cap. 17. v. 24. 692,42
Cap. 18. v. 1. 821,28,29
cap. 18. v. 4. 251,39
cap. 18. v. 8,9. 933,26
cap. 18. v. 10. 293,6
cap. 18. v. 14. 942,20
cap. 18. v. 15. 776,15
cap. 18. v. 19. 939,46,50,53
cap. 18. v. 22. 839,20. 940,50
cap. 18. v. 24,25. 820,39,41
cap. 18. v. 27. 820 44
cap. 18. v. 29. 839,35
cap. 18. v. 37. 798,38
cap. 18. v. 38. 798,39
Cap. 19. v. 1. 196,46
cap. 19. v. 2. 839,48
cap. 19. v. 11. 806,13
cap. 19. v. 14. 125,18,41. 126,41
cap. 19. v. 15. 271,49,722,45
cap. 19. v. 16. 820,49
cap. 19. v. 17. 841,21
cap. 19. v. 19. 455,22. 551,44. 750,20. 921,21
cap. 19. v. 23. 125,51. 784,16
cap. 19. v. 24. 251,41
cap. 19. v. 28. 204,18
cap. 19. v. 30. 798,13
cap. 19. v. 31. 840,2
cap. 19. v. 34. 89,22,23. 801,17
cap. 19. v. 38. 776,21. 821,22
cap. 19. v. 39. 756,52
Cap. 20. v. 1. 127,16. 722,6. 815,3. 821,24,29. 840,27. 957,24
cap. 20. v. 6. 929,6
cap. 20. v. 14. 547,40
cap. 20. v. 15. 242,47. 624,23
cap. 20. v. 19. 799,27. 821,29,30
cap. 20. v. 21. 799,27
cap. 20. v. 22. 695,33. 696,3. 933,47
cap. 20. v. 25. 820,20
cap. 20. v. 26. 799,27
cap. 20. v. 28. 674,28
Cap. 21. v. 1. 834,9
cap. 21. v. 3. 251,49
cap. 21. v. 5. 555,21
cap. 21. v. 7. 252,9. 811,30
cap. 21. v. 9. 813,28
cap. 21. v. 12. 252,17
cap. 21. v. 13. 840,47
cap. 21. v. 20. 784,17. 811,33
cap. 21. v. 22. 798,26
cap. 21. v. 25. 841,32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Act. Apost.
Cap. 1. ℣ſ. 10. pag. 331. lin. 49
cap. 1. v. 12. 332,34
cap. 1. v. 14. 332,37
cap. 1. v. 16. 332,45
cap. 1. v. 18. 83,7. 332,49
cap. 1. v. 20. 47,23. 933,21
cap. 1. v. 21. 332,50,51
Cap. 2. v. 3. 541,31
cap. 2. v. 4. 412,21. 676,13
cap. 2. v. 5. 85,52. 333,12
cap. 2. v. 6. 265,42. 267,4
cap. 2. v. 8. 265,52. 412,21
cap. 2. v. 14. 333,3
cap. 2. v. 17. 464,39
cap. 2. v. 25. 301,6
cap. 2. v. 26. 320,16
cap. 2. v. 43. 320,14,15,16
cap. 2. v. 27. 541,31
cap. 2. v. 34,35. 411,39
cap. 2. v. 38. 244,6
Cap. 3. v. 5. 333,14
cap. 3. v. 13. 673,1
cap. 3. v. 15. 543,40
cap. 3. v. 19. 333,29
cap. 3. v. 22. 900,13
cap. 3. v. 26. 673,1
Cap. 4. v. 1. 144,38,39. 789,50
cap. 4. v. 2. 344,32
cap. 4. v. 3. 333,48
cap. 4. v. 7. 334,16
cap. 4. v. 25. 334,33
cap. 4. v. 27. 673,1
cap. 4. v. 30. 673,1
cap. 4. v. 32. 334,29
cap. 4. v. 33. 344,31
Cap. 5. v. 18. 333,52
cap. 5. v. 19. 334,1
cap. 5. v. 24. 789,50
cap. 5. v. 39. 334,38
Cap. 6. v. 2. 557,20,21
cap. 6. v. 36. 293,27
Cap. 7. v. 35. 448,39. 538,31
cap. 7. v. 38. 273,22. 464,50
853,51
cap. 7. v. 53. 281,29. 538,30,44
cap. 7. v. 54. 273,34,35
cap. 7. v. 60. 81,5. 334,42. 399,11
Cap. 8. v. 11. 292,49
cap. 8. v. 16. 311,21
cap. 8. v. 20. 335,3
cap. 8. v. 25. 335,10
cap. 8. v. 29. 202,45,46
cap. 8. v. 33. 335,16
cap. 8. v. 35. 335,13
cap. 8. v. 40. 335,11
Cap. 9. v. 2. 155,22. 396,18
cap. 9. v. 3. 395,19,22
cap. 9. v. 5. 624,24
cap. 9. v. 18. 407,24
cap. 9. v. 25. 327,8
Cap. 10. v. 1. 347,27
cap. 10. v. 11. 289,3 326,47
cap. 10. v. 20. 586,12
cap. 10. v. 28. 202,47. 289,3
cap. 10. v. 34. 509,39
cap. 10. v. 48. 407,24
Cap. 12. v. 5. 110,4
cap. 12. v. 15. 392,44
Cap. 13. v. 10. 335,39
cap. 13. v. 17. 335,46
cap. 13. v. 35. 541,31
cap. 13. v. 47. 336,9
Cap. 14. v. 12. 340,39
Cap. 15. v. 2. 336,18
cap. 15. v. 17. 445,35
cap. 15. v. 19. 336,26
Cap. 16. v. 16. 252,1. 171,38
cap. 16. v. 17. 232,52
Cap. 17. v. 1. 305,42
cap. 17. v. 4. 250,42
cap. 17. v. 7. 221,47
cap. 17. v. 22. 336,31
cap. 17. v. 28. 605,17. 696,15
cap. 17. v. 30. 337,9
Cap. 18. v. 6. 40,38. 876,6
cap. 18. v. 15. 309,34
cap. 18. v. 25. 135,29. 311,36.
670,33
Cap. 19. v. 15. 232,52
cap. 19. v. 24,25. 171,41,42
cap. 19. v. 40. 337,16
Cap. 20. v. 1. 337,19
cap. 20. v. 3. 337,53
cap. 20. v. 25. 314,12
cap. 20. v. 28. 338,5
cap. 20. v. 32. 338,10
cap. 20. v. 38. 314,12
Cap. 21. v. 3. 326,11
cap. 21. v. 11. 765,2
cap. 21. v. 18. 442,42,43
cap. 21. v. 25. 301,6
cap 22. v. 25. 296,6. 483,11,
23,26,30
cap. 22. v. 28. 483,30
Cap. 23. v. 1. 333,26
cap. 23. v. 7. 337,30
cap. 23. v. 14. 358,4
cap. 23. v. 15. 338,27
cap. 23. v. 22. 338,29
Cap. 24. v. 1. 338,32
cap. 24. v. 15. 320,14,15
cap. 24. v. 23. 334,12
Cap. 25. v. 2. 338,17. 852,7
cap. 25. v. 11. 296,7
cap. 25. v. 23. 183,38. 488,9
cap. 25. v. 25. 289,7
cap. 25. v. 26. 606,53
Cap. 26. v. 2. 338,39
cap. 26. v. 6,7,8. 320,14,15
cap. 26. v. 22. 338,49
cap. 26. v. 23. 339,2
cap. 26. v. 24. 339,5
Cap. 27. v. 7. 339,32
cap. 27. v. 21. 324,31
cap. 27. v. 24. 420,16
cap. 27. v. 27. 326,7. 328,43,44
cap. 27. v. 30. 327,9,10
cap. 27. v. 39. 339,37
Cap. 28. v. 6. 339,47
cap. 28. v. 7. 340,36
cap. 28. v. 14. 341,11
cap. 28. v. 17. 852,7
cap. 28. v. 18. 607,1
cap. 28. v. 20. 320,14,15
cap. 28. v. 23. 322,53. 341,13.
442,10
cap. 28. v. 24. 323,1
cap. 28. v. 31. 341,14

Epist. ad Rom.
Cap. 1. ℣ſ. 4. pag. 869, lin. 16
cap. 1. v. 19,20. 309,48
cap. 1. v. 24. 502,46
cap. 1. v. 26. 502,43
cap. 1. v. 26,27. 302,15
cap. 1. v. 27. 428,4
Cap. 2. v. 5. 365,33
cap. 2. v. 15. 434,32
cap. 2. v. 16. 827,20
cap. 2. v. 18. 135,30
Cap. 3. v. 4. 509,35
cap. 3. v. 5. 399,15
Cap. 4. v. 15. 365,34
Cap. 5. v. 6. 510,44
cap. 5. v. 7. 252,35
cap. 5. v. 12. 152,10
Cap. 6. v. 6. 354,18,19. 496,20
cap. 6. v. 13. 496,7
cap. 6. v. 19. 496,8. 509,34
cap. 6. v. 21. 597,20
cap. 6. v. 23. 875,42
Cap. 7. v. 8, 9, 10, 11, 12, 13.
491,30
cap. 7. v. 10. 460,6
cap. 7. v. 12. 460,9
cap. 7. v. 20. 587,41
cap. 7. v. 23. 496,9
Cap. 8. v. 9. 137,45. 786,43.
933,49
cap. 8. v. 11. 428,28, 802,27
cap. 8. v. 18. 358,19
cap. 8. v. 29. 479,9
Cap. 9. v. 5. 763,11
cap. 9. v. 28. 433,48
cap. 9. v. 33. 598,20,27
Cap. 10. v. 5. 214,51
cap. 10. v. 6. 412,5, 543,1
cap. 10. v. 18. 412,10,16
cap. 10. v. 21. 56,48
Cap. 11. v. 17. 588,4,11
cap. 11. v. 26. 41,41
Cap. 12. v. 14. 368,23
cap. 12. v. 19. 587,34

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Cap. 13. v. 1. 599,15
cap. 13. v. 9. 365,14.453,32
cap. 13. v. 13. 742,12
Cap. 14. v. 10. 381,39
Cap. 15. v. 2. 367,53
cap. 15. v. 5. 363,42.364,3
cap. 15. v. 12. 359,1
cap. 15. v. 26. 489,15
Cap. 16. v. 23. 625,7,8,16
cap. 16. v. 25. 367,46

Epist. I. ad Cor.

Cap. 1. ℣ſ. 2. pag. 626, lin. 9
cap. 1. v. 6. 510,22
cap. 1. v. 10. 364,7
cap. 1. v. 11. 364,10
cap. 1. v. 12. 347,51
ccap. 1. v. 13,15. 407,49
cap. 1. v. 17. 374,33,34
cap. 1. v. 18. 510,35
cap. 1. v. 21. 489,19
cap. 1. v. 23. 510,37
cap. 1. v. 24. 857,43
cap. 1. v. 26. 590,20
cap. 1. v. 28. 381,28
Cap. 2. v. 2. 510,38
cap. 2. v. 4. 919,50
cap. 2. v. 6. 29,48
cap. 2. v. 8. 554, 11. 849, 39. 931,20
cap. 2. v. 14. 405,30
Cap. 3. v. 16. 137,46.786,43
Cap. 4. v. 1. 376,35
cap. 4. v. 7. 587,11.636,16
cap. 4. v. 15. 451,17
cap. 4. v. 21. 501,46
Cap. 5. v. 2. 380,5,6
cap. 5. v. 4. 456,15
cap. 5. v. 6. 380,1
cap. 5. v. 11. 379,30.380,23,27
Cap. 6. v. 3. 377,27
cap. 6. v. 18. 503,4
Cap. 7. v. 4. 503,15
cap. 7. v. 5. 602,15
cap. 7. v. 9. 388,40
cap. 7. v. 14. 512,35
cap. 7. v. 29. 358,20
Cap. 8. v. 2. 482,10
cap. 8. v. 4. 908,29
Cap. 9. v. 3. 607,5
cap. 9. v. 8. 399,15
cap. 9. v. 9. 410,53.429,48
cap. 9. v. 26. 672,12
Cap. 10. v. 3. 22,40
Cap. 11. v. 7. 479,9
cap. 11. v. 8. 240,19
cap. 11. v. 28. 607,11
Cap. 12. v. 3. 358,2
cap. 12. v. 4. 362,10,11
cap. 12. v. 10. 826,15
cap. 12. v. 11. 826,17
Cap. 13. v. 1. 401,38
cap. 13. v. 29. 395,25
Cap. 14. v. 3. 287,49
cap. 14. v. 5. 826,18
cap. 14. v. 18. 826,20
cap. 14. v. 19. 135,31
cap. 14. v. 23. 33,28
cap. 14. v. 40. 394,48
Cap. 15. v. 5. 267,24
cap. 15. v. 13. 344,51
cap. 15. v. 19. 458,23
cap. 15. v. 20. 344,41
cap. 15. v. 21. 346,16
cap. 15. v. 22. 344,53
cap. 15. v. 27. 536, 4. 539, 50. 542,50
cap. 15. v. 33. 605,17
cap. 15. v. 36. 283,31
cap. 15. v. 37. 400,22
cap. 15. v. 42. 344,35
cap. 15. v. 43. 345,7
cap. 32. v. 51,52. 77,40
Cap. 16. v. 18. 45,8
cap. 16. v. 22. 358,2

Epist. II. ad Cor.

Cap. 1. ℣ſ. 1. pag. 485. lin. 42. 581,28
cap. 1. v. 3,4. 419,30,35
Cap. 2. v. 5. 382,34
cap. 2. v. 10. 467,34
cap. 2. v. 10. *vel* 11. 504,39
cap. 2. v. 12. 416,49
cap. 2. v. 17. 439,5
Cap. 4. v. 4. 479,9.787,52
cap. 4. v. 8. 264,18
cap. 4. v. 17. 501,48.610,20
Cap. 5. v. 1. 210,45.484,11
cap. 5. v. 4. 210,45
cap. 5. v. 13. 439,6
Cap. 7. v. 2. 436,31
cap. 7. v. 8. 380,10,13,14
Cap. 8. v. 21. 364,37
Cap. 9. v. 4. 557,9
cap. 9. v. 5. 416,31.467,40
cap. 9. v. 7. 416,40
cap. 9. v. 2. 430,37
cap. 9. v. 13. 430,38
Cap. 10. v. 8. 466,12
Cap. 11. v. 2. 4,17,18
Cap. 12. v. 1. 436,21
cap. 12. v. 6. 434,13.437,7
cap. 12. v. 7. 203,45
cap. 12. v. 8. 350,46
cap. 12. v. 14. 436,43,45
cap. 12. v. 16. 436,32,47
cap. 12. v. 17. 436,48
cap. 12. v. 19. 439,5
Cap. 13. v. 1. 799,1
cap. 13. v. 4. 345,8,10.431,19
cap. 13. v. 11. 363,47.382,53

Epist. ad Gal.

Cap. 1. ℣ſ. 1. pag. 296. lin. 36
cap. 1. v. 8. 358,3.435,37
cap. 1. v. 9. 358,3
cap. 1. v. 11. 827,22
cap. 1. v. 15. 489,21
Cap. 2. v. 9. 515,12
cap. 2. v. 14. 315,1
cap. 2. v. 20. 476,18
Cap. 3. v. 19. 280,23,34.281,2, 22,29.282,14,18,19
cap. 3. v. 19. 490,41.538,44,45
Cap. 4. v. 3. 491,48
cap. 4. v. 8. 308,24
cap. 4. v. 9. 491,49
Cap. 5. v. 14. 365,14
cap. 5. v. 21. 742,12
cap. 5. v. 26. 478,8
Cap. 6. v. 3. 394,24
cap. 6. v. 6. 135 32
cap. 6. v. 7. 382,53
cap. 6. v. 10. 388,1

Epist. ad Ephes.

Cap. 1. ℣ſ. 1. pag. 485 lin. 42,43
cap. 1. v. 3. 472,36,37
cap. 1. v. 13. 473,26
cap. 1. v. 19. 462,37
cap. 1. v. 20. 472,38
cap. 1. v. 21. 457,32.458,16
cap. 1. v. 22. 411,27
Cap. 2. v. 3. 365,34
cap. 2. v. 6. 472,39
cap. 2. v. 12,13. 556,16
cap. 2. v. 15. 491,21,26,38
Cap. 3. v. 10. 472,39
cap. 3. v. 15. 828,46
Cap. 4. v. 7. 587,35
cap. 4. v. 12. 466,16
cap. 4. v. 14. 627,41
cap. 4. v. 16. 395,47
cap. 4. v. 19. 468,33.503,24
cap. 4. v. 26. 365,22.587,36
Cap. 5. v. 3. 465,41.503,22
cap. 5. v. 4. 466,4
cap. 5. v. 13. 63,24
cap. 5. v. 14. 605,15
cap. 5. v. 32. 437,2
Cap. 6. v. 10. 383,1
cap. 6. v. 11. 427,25.473,15

Epist. ad Philip.

Cap. 1. ℣ſ. 1. pag. 479. lin. 26. 581,30
cap. 1. v. 13. 462,24
Cap. 2. v. 2. 363.43,49
cap. 2. v. 3. 363,27.364,1
cap. 2. v. 6. 38, 10. 873, 28. 874.12.31
cap. 2. v. 6,7,8. 479,9,10
cap. 2. v. 8, 9. 542,20
cap. 2. v. 16. 443,46
cap. 2. v. 17. 526,43
cap. 2. v. 25. 484,39
Cap. 3. v. 6. 514,4

cap. 3. v. 8. 462,29
cap. 3. v. 11. 113,32
cap. 3. v. 13,14. 584,35,51,52
cap. 3. v. 14. 579,23
cap. 3. v. 15. 29,48.584,38
cap. 3. v. 16. 364,2
cap. 3. v. 19. 368,26.483,36
Cap. 4. v. 22. 506,3
Cap. 5. v. 14. 536,8

EPIST. AD COLOS.

Cap. 1. ✠ſ. 1. pag. 581, lin. 28
cap. 1. v. 15. 479,9
cap. 1. v. 16. 458,19.732,3
cap. 1. v. 18. 344,41
Cap. 2. v. 2. 314,14,15
cap. 2. v. 7. 461,49
cap. 2. v. 9. 543,35
cap. 2. v. 15. 560,9
cap. 2. v. 18. 546,16
Cap. 3. v. 3. 532,32
cap. 3. v. 5. 468,44.469,13,14. 503,23
cap. 3. v. 8. 466,1
cap. 3. v. 10. 479 9
cap. 3. v. 15. 492,25
cap. 3. v. 24. 371,5
cap. 4. v. 3. 416,50
cap. 4. v. 14. 827,24

EPIST. I. AD THES.

Cap. 1. ✠ſ. 1. pag. 581. lin. 34
Cap. 2. v. 5. 74,23
cap. 2. v. 6. 436,32
cap. 2. v. 9. 436,33
cap. 2. v. 16. 365,34,35
Cap. 3. v. 5. 32,22
Cap. 4. v. 5. 496,40
cap. 4. v. 6. 470,13
cap. 4. v. 16,17. 71,16
cap. 5. v. 17. 602,20

EPIST. II. AD THES.

Cap. 1. ✠ſ. 1. pag. 581. lin. 34
Cap. 2. v. 3. 738,17
cap. 2. v. 13. 344,11
Cap. 3. v. 1. 383,2,3.443,39
cap. 3. v. 8. 388,27

EPIST. I. AD TIM.

Cap. 1. ✠ſ 15. pag. 421. lin. 4. 847,22
Cap. 2. v. 8. 218,25
cap. 2. v. 15. 502,50
Cap. 3. v. 1. 421,5
cap. 3. v. 9. 529,13
Cap. 4. v. 2. 595,38
cap. 4. v. 3. 374,25,26.391,7
cap. 4. v. 4. 391,8
cap. 4. v. 9. 421,5.847,22
Cap. 5. v. 18. 410,53
Cap. 6. v. 4. 824,30
cap. 6. v. 12. 524,26
cap. 6. v. 21. 456,8

EPIST. II. AD TIM.

Cap. 1. ✠ſ. 14. pag. 428. lin. 29
Cap. 2. v. 8. 827,23
cap. 2. v. 23. 824,30
Cap. 3. v. 6. 627,35,38,39
Cap. 4. v. 5. 134,47
cap. 4. v. 7. 443,40.524,25
cap. 4. v. 11. 827,24
cap. 4. v. 17. 134,48,53.287,34. 526,28,29,33,36,38
cap. 4. v. 18. 472,36
cap. 2. v. 22. 456,6

EPIST. AD TIT.

Cap. 1. ✠ſ. 1. pag. 524. lin. 14
cap. 1. v. 2. 369,14
cap. 1. v. 2,3. 510,29,30
cap. 1. v. 11. 521,6
cap. 1. v. 12. 414,2,3.605,17
Cap. 2. v. 9. 442,2
Cap. 3. v. 5. 344,12

EPIST. AD PHILEM.

Verſ. 1. pag. 581. lin. 28
✠ſ. 4. 523,19,32
✠ſ. 16. 497,12
✠ſ. 24. 827,24

EPIST. AD HEBR.

Cap. 1. ✠ſ. 1. pag. 369. lin. 27, 28. 464.39. 732,46.855,39
cap. 1. v. 2. 67,9.335,21
cap. 1. v. 2,3. 410,28,29
cap. 1. v. 3. 22, 32. 35, 45, 46. 732,48.567, 53. 855, 29. 857, 13,16. 896,41
cap. 1. v. 4. 546,30
cap. 1. v. 6. 543,31
cap. 1. v. 7. 63,23.406,4
cap. 1. v. 8. 574,15
cap. 1. v. 13. 411,39
cap. 1. v. 14. 280,24.281,32,37. 397,48
cap. 1. v. 15,16. 566,27
Cap. 2. v. 2. 282,27,28.515,38
cap. 2. v. 5. 578,48
cap. 2. v. 6,7,8. 413,26,35
cap. 2. v. 9. 675,30
cap. 2. v. 10. 175,30
cap. 2. v. 16. 515,53
cap. 2. v. 17. 479,9
Cap. 3. v. 1. 560,16
cap. 3. v. 14. 673,42
Cap. 4. v. 15. 561,14
Cap. 5. v. 1. 560,17,23
cap. 5. v. 7. 171,31
cap. 5. v 9. 175,31,32
cap. 5. v. 11. 616,17
cap. 5. v. 12. 563,5
Cap. 6. v. 2. 344,35
cap. 6. v. 20. 551,35
Cap. 7. v. 2. 546,31
cap. 7. v. 3. 571,15
cap. 7. v. 22. 551,36
Cap. 9. v. 14. 434,31
Cap. 10. v. 1. 487,39
cap. 10. v. 19. 551,37
cap. 10. v. 26,27. 563,10,11,32
cap. 10. v. 32. 366,34
Cap. 11. v. 1. 320, 26. 557,1. 960,28
cap. 11. v. 2. 524,53.578,48
cap. 11. v. 3. 532,44,48
cap. 11. v. 4. &c. 524,47
cap. 11. v. 35. 71,26,28
Cap. 12. v. 1. 524,51
cap. 12. v. 2. 551,38
cap. 12. v. 24. 551,39.570,48
cap. 12. v. 25. 570,49
cap. 12. v. 26. 853,48
Cap. 13. v. 12. 551,40

EPIST. IACOB.

Cap. 1. ✠ſ. 5. pag. 430. lin. 43
cap. 1. v. 17. 598,2
cap. 1. v. 19. 232,52
cap. 1. v. 23. 591,38.592,17
Cap. 3. v. 2. 584,27
cap. 3. v. 6. 584,24.589,18
cap. 3. v. 8. 584,24
cap. 3. v. 14. 594,1
Cap. 4. v. 1. 496,10
Cap. 5. v. 4. 187,25

EPIST. I. PETR.

Cap. 1. ✠ſ. 1. pag. 599. lin. 20. 624,53
cap. 1. v. 3. 458,24
cap. 1. v. 7. 375,40
cap. 1. v. 20. 464,39
Cap. 2. v. 6. 320,44
cap. 2. v. 6,7. 47,23
cap. 2. v. 21. 445,48
cap. 2. v. 22. 788,27
cap. 2. v. 24. 445,35
Cap. 3. v. 7. 503,9
cap. 3. v. 18. 345,6
Cap. 4. v. 3. 345, 6. 587,41. 742,12
cap. 4. v. 6. 603,43
Cap. 5. v. 5. 472,17
cap. 5. v. 13. 624,33,51

EPIST. II. PETR.

Cap. 1. ✠ſ. 3. pag. 667. lin. 8
cap. 1. v. 17. 541,14
Cap. 2. v. 4. 379,25.626,6
cap. 2. v. 5. 605,44.614,37
cap. 2. v. 10. 287,40.630,46
cap. 2. v. 13. 629,17
cap. 2. v. 14. 468,47,627,46
cap. 2. v. 15. 557,27
Cap. 3. v. 7. 626,7
cap. 3. v. 8. 929,39

EPIST. I. IOAN.

Cap. 1. ✠ſ. 1. pag. 212. lin. 2. 426,48. 728,42
cap. 1. v. 2,3. 515,44,46,48

Cap.

Cap. 2. v. 14. 786,36
cap. 2. v. 18. 464,39
Cap. 3. v. 2. 621,24
Cap. 4. v. 7,8. 623 15,16
cap. 4. v. 12. 454,11
cap. 4. v. 12,13. 786,38
cap. 4. v. 13. 673,43
cap. 4. v. 16. 786,37

EPIST. II. IOAN.

Verſ. 1. pag. 625. lin. 10
℣ſ. 5. 623,23,24

EPIST. IVDÆ.

Verſ. 6. pag. 393. lin. 14,15
℣ſ. 9. 605,13
℣ſ. 14. 604,35,50. 605,12, 33,39

APOCALYPS.

Cap. 1. ℣ſ. 5. pag. 344. lin. 41.
cap. 1. v. 7. 631,23
cap. 1. v. 10. 285,27
cap. 1. v. 18. 543,37
Cap. 2. v. 8. 543,36
cap. 2. v. 10. 578,14
cap. 2. v. 13. 379,19
cap. 2. v. 23. 558,5
Cap. 3. v. 15. 629,48
Cap. 4. v. 5. 830,53
Cap. 6. v. 1. 630,53
Cap. 7. v. 2. 896,41
Cap. 9. v. 7. 479,6
Cap. 10. v. 3. 831,2
Cap. 12. v. 12. 211,21,35
Cap. 13. v. 7. 293,17
Cap. 14. v. 13. 81,51
Cap. 15. v. 2. 293,18
Cap. 21. v. 3. 211,35
Cap. 22. v. 20. 630,37

INDEX

Omnium nominum propriorum, Autorum, Scriptorum, Illuſtrium clarorumque Virorum, quotquot in Exercitationibus vtriſque, ſeu expreſſe, ſeu aliter nominantur, aut indicantur, eorumque verba proferuntur.

A.

ABdias ſuppoſititius. pag. 22. lin. 14. 246, 45
Aben Ezra. 10.21. 11,14. 167,7. 393,6. 471,48. 501,10. 538,10. 606,11
Accius. 398,16. 641,42
Achmetis Oneirocritica. 392,2
Acmon. 308,45
Actuarius. 340,20,25
Adamantius phyſiognomon. 585,23,24. 646,3
Adonidis Epitaphium. 601, 13,16
Adriani Iſagoge. 4,46. 191,15. 229,15
Aëtius. 20,1. 112,11
Ægineta. 951,20
Æſchines. 264,28. 809,13
Æſchylus. 8,1. 186,4. 643,38. 704,42. 548,15. 769,39. 839, 22. 918,27
Æſchyli interpres. 8.5
Africanus. 2,39. 655,30. 668, 17
Agapetus Diaconus. 589,38
Agatharchides. 374,45
Agathias. 688,29. 780,45. 945,38
Agobardus Lugdunenſis epiſcopus. 544,6
Akiba Rabbi. 12,41. 385,25
Alcæus. 793,37
Alciatus. 804,32
Alcimus Auitus. 180,1. 182,7. 352,48. 612,31
Alcæus. 882,19
Alcuinus. 203,5. 212,18,41. 220,32
Alexander Aphrodiſienſis. 220.
Alexander quidam. 743,30
Alfenus Varus. 655,29
Amana, Sepher nempe. 26,28. 361,49. 631,13
Ambroſius. 2,12,27. 33,4. 45,14. 52,38. 56,53. 64,9. 67,10. 89,51. 121,53. 133,28. 137,21. 138,19, 20. 141,5. 151,40. 168,46. 176. 39. 181,9,10. 186,10. 190,42. 191,1.7. 196,1. 198,30. 203,11, 12. 232,5. 316,53. 356,24. 374, 15. 396,42. 422,46, 425,43. 448,47. 484,20,22. 494,12, 17,21. 554.32. 556,9,10,18. 559, 13. 565,40. 571,7. 594,39. 637. 16. 675,20. 157,18.22. 184,46. 371,33. 401,14. 410,8,10. 432, 44. 453,26. 458.27. 459 8,10, 36. 469,15,16. 485,30,31. 509. 22. 513.33. 534,19 540,19. 549. 28. 550,24. 553,46. 561,27. 806,2
Ammonius. 241,18, 644,38. 653.40. 696,20. 722,22
Amphilochius. 581,42. 584,10. 794,8
Anacreon. 414,35. 704,24
Anaſtaſius. 136,39. 467. 532. 546. 732,32. 737,13. 787. 875.9. 180.46
Ancurotus Epiphanii. 194,6
Andreas Cæſarienſis. 831,14
Andreas Hieroſolymitanus. 312,49
Andreas Maſius. 126,15
Andreas Riuetus. 816.24
Andron. 743,28
Andronicus Rhodius, & ejus paraphraſtes. 808,37
Angelus Politianus. 669,7
Anshelmus. 545,42
Antigonus. 650,25
Antimachus epicus. 548,14
Antipater poëta. 837,24. 838, 45
Antiphon orator. 548,16
Antonius Auguſtinus. 804,33
Antonius Thyſius. 104,10. 171, 23,42. 240,12. 396,5. 826, 49
Apio Grammaticus. 695,1
Apolinarius, metaphraſtes. 212,42. 225,34. 240,5. 549, 44. 550.4. 646,13. 710,33. 820,28. 873,6. 896,14, 909,4
Apollodorus. 610,3,5. 710,16
Apollonius Alexandrinus. 243, 30. 264,10. 678,11. 744,24. 755.41. 760,14. 839,39. 879, 41. 880,1
Apollonii ſcholiaſtes. 760,22
Apollophanes. 644.38
Apuleius. 426,2. 449.4. 488, 22. 650,23. 726,17. 727,5
Aquila. 20,41. 46,7. 82,49. 83,47. 84,53. 104,4. 120,22. 123,41. 193,32. 313,47. 330,5, 347,10. 402.38. 445,20. 446. 42. 782,45,51. 796,16 24,36, 51. 749,7. 874,23. 876,53. 886,6
Arator poëta Latinus. 264,49. 284,27. 864,50. 865,21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Aratus. 309,30,36,39,41. 605,17. 648. 696,14. 786,7
Arbulenſis. 744,36
Archilochus. 808,47. 809,9
Aretha. 822,50. 831,13. 856,15
Ariſtarchus, Criticus. 645,4. 698,25
Ariſtides. 646,11
Ariſtophanes. 81,39,40. 123,13. 172,17. 264,29. 421,23. 431,34. 559,43. 641,3,7,21,37. 642,32. 643,40. 697,42. 747,1. 841,11. 885,44
Ariſtophanis interpres. 81,46
Ariſtoteles. 21,22. 36,16. 74,19. 169,28,31. 220,37. 229,29,30. 234,15. 237,30,32. 275,7,36. 286,13. 301. 320,49. 337,35. 352,44. 365,29. 367,51. 398,13. 462,34. 464,16. 468,14. 482,41,42. 497,16,20,30. 529,27. 547,3. 570,2. 640,13,22,29. 641,38. 642,13. 643,5. 644,11,15,37. 647,10,18. 649. 648,7. 650,21. 651,25. 653,13. 654 17,32. 658,27,41. 667,20,24. 669,38. 670,2,15. 671,14,27. 675. 6. 692,40. 698,5. 702,23. 716,33. 719,44,47. 720,12. 721,12,16,19. 722,11,18. 723,24,45. 724,10,25,26. 725,15,27,42. 734,19. 745,52. 746,2. 754,29,36,39. 755,21. 757,49. 759,4. 767,15,19. 771,28,30,42,43,46. 773,5,17,23,51. 779,32. 833,21. 842,28,38. 864,16. 910,29. 919,52. 942,5,7. 954 7
Ariſtotelis interpres. 649,20. Arabs. 774,16. Ethicorum paraphraſtes. 820,26
Arnobius. 294,
Arriani Periplus. 957,3
Artemidorus. 330,9. 341,6. 644,30
Aruch. 8,31
Aſceticorum autor, Baſilius vulgo. 26,33. 142,47. 180,53. 161,42,43. 164,5. 229,11. 269,5. 273,2. 310,34. 364,24. 365,36,38. 434,47. 470,9. 481,18. 507,2
Aſterius apud Photium. 39,27,37. 233,42. 387,8. 782,23. 906,44
Athanaſius. 26,7,45. 64,22. 143,10. 148,47,48. 149,13. 183,33. 185,19. 209,39. 214,30. 259,39. 264,42. 309,50. 396,48. 433,27. 485,39. 532,31. 559,7,8. 570,28. 581,18. 583,38. 612,1. 616,25. 662,19,20. 687,7. 690,2,14. 691,13. 693,12,17,26. 694,36. 695,17,21. 696,42. 736,50. 737,5,39. 740,35,37. 762,40. 790,36. 819,14,21. 850,34
Athenæus. 20,38,39. 286,27. 303,26. 564,9. 778,28. 919,18
Athenagoras. 740,14. 861,33
Auctor De cauſſ. corrupt. eloquentiæ. 533,13
Auctor De Liberorum inſtitutione. 683,41. De Virginitate. 393
Auguſtinus, ſiue commentator in Pſalmos. 410,33. 412,19
Auguſtinus. 25,16. 26,52. 29,11. 35,6. 37,26. 41,37. 44 49. 57,46,53. 58,3,7,21,30. 69,42. 70,1. 73,42,47. 87,8. 90,6. 108,8. 116,50. 122,24. 123,19. 125,17. 138,15,16. 145,21. 148,9. 168,41,48. 180,38. 181,24. 186,47. 189,25,26,50. 202,34. 203,12,39. 207,32,33. 210,28. 212,9. 213,6. 220,8,34. 222,10. 225,12. 226,36. 236,47. 240,3,11, 247,44. 260,2,19. 267,11. 277,48. 285,18. 295,51. 314,53 315,1,14. 320,18. 335,19,20. 336,36,39. 345,33,34. 349,13. 350,18,27,28. 356,9. 366,44,48. 367,12,20. 399,32. 403,49. 424,9,25. 442,14. 443,23,28. 445,38. 454,29. 456,24. 459,45. 471,14. 473,38,39. 485,46. 492,11. 493,31,35. 497,48. 509,22. 521,8. 531,28. 540,6. 544,36. 573,29. 615,27,29. 621,19. 647,1. 654,31. 675,21. 681,6. 692,4. 693,2. 728,31. 730,11,40. 731,44. 732,20. 734,8. 735,44,46,50. 738,51. 739,8. 744,39,47. 740,51. 745,27. 745,43. 746,40. 752,10. 757,24. 760,45. 742,28,31. 780,36. 781,5,7. 782,31. 787,16. 795,46. 813,31. 821,37. 823,5,8,49. 825,10. 845,37. 847,39. 854,4,8,19. 862,36. 863,22. 875,22,23. 888,13. 890,1. 902,13. 903,2,18. 904,6. 905,4,35. 907,17. 926,34,44. 927,46. 928,39,42. 929,1,23. 931,41. 950,25. 954,46. 959,14
Auicenna. 264,27
Aulus Gellius. 232,45. 294,9. 319,39. 336,45. 521,24. 774
Aurelianus. 184,18
Auſonius poëta. 28,27. 266,10. 731,4
Auſonius ſophiſta. 685,28
Axiochus dialogus Socraticus. 263,9. 424,52
Axiochi interpres. 425,1

B.

Balſamo. 14,10. 75,22. 228,48,49. 325,6. 398,29. 406,50. 434,17. 567,3
Bar Nachman, rabba dictus. 61,23,28
Baronius. 260,19. 265,6. 318,40. 319,1
Baſilica Græcorum. 348,20,21. 655,38.
Baſilius Magnus. 3,20,36. 32,42. 34,15,16. 75,12. 107,33. 170,9. 175,13,22. 217,4. 232,52. 260,9. 310,34. 335,19. 356,14. 362,8. 393,26. 398,26,27,30. 445,52. 450,51. 481,14. 496,28. 515,3,5. 519,18. 608,45. 657,29. 659,6. 674,25. 682,10,11. 719,23. 728,39,40. 732,33,34. 745,24. 758 5,19. 761,2. 793,33. 829,6. 851,12. 856,2. 875,2. 904,25. 930,50
Baſilius Macedo. 579,52
Baſilius Seleuciæ epiſcopus. 175,9,10. 232,5. 312.23
Batrachomyomachiæ μεταβολάς. 810,1
Beda. 251,35. 262,3. 362 44. 487,30. 519,45. 542,39. 589,12. 594,6. 602,16. 615,27. 822,34. 863,28. 868,5. 902,17. 903,5,18
Ben-Azai. 751,43
Ben-Gorion. 160,1
Benjaminus. 65,34. 784,45. 839,35. 878,51. 918,1
Ben-Syral. 567,43
Bereſchith Rabba. 145,51
Bernardus. 232,38. 462,40. 464,7,8 9,10. 578,28. 959,41
Bertramus. 147,1
Biblia Hebraica. 796. *& paſſim.*
Bion. 715,27
Bionis Idyllium. 601,13,16
Bonauentura. 656,7. 744,37
Bordatus. 816,32
Botanicus quidam. 956,47
Bricotus. 663,43
Brocardus monachus. 957,47
Budæus. 39,24. 202,17,18. 203,2,3. 177,45. 655,34

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

C.

CAbaliſtæ. pag.320.l.19,20
Cæſarius Gregorii frater. 246,21. 730,29. 733,27. 735, 10,11. 737,34. 762,33. 820, 36. 829,20. 830,21. 890,26. 932,14
Cajetanus. 869,28
Caius Iulius Hyginus, Criticus. 697,36
Caius I. C. 161,38. 655,29
Calaber Quintus. 340,43
Callimachus. 94,1. 296,26. 306,32,33. 500,21,26. 640,36. 644,19. 665,22. 698,11. 720, 43. 920,50
Caninius. 771,14
Canones Græcorum. 519,14,18
Canoniſtæ. 228,34,50. 321,6,13. 434,49
Capito. 644,30
Capitolinus. 368,27
Capitula Patrum. 535,34. 606, 34. 621,38,39. 903,22. 935,53
Capitula theologica Pſelli. 624,28
Cardanus Hieronymus. 20,8. 644,14
Caſſianus. 552,50
Caſſiodorus. 392,29
Catena in Iobum. 857,28
Catena in Eſaiam. 227,52. 396,4. nondum edita. 240, 11. 481,6. 515,4. 941,42
Cato, ſenex. 302,24. 332,1. 652,35
Catullus. 609,45. 921,31
Cedrenus. 645,6. 419,41
Celſus. 19,51. 655,28. 951,20
Cenſorinus. 123,1. 505,15
Χαρακτῆρες ἐπιστολικοί. 455,46
Chariſius. 723,13,17
Chriſti Patientis autor. 950,39. emendatus. 954,52. 955,2
Chronius. 644,38
Chronologia ſanctorum. 227, 20,32. 317,7
Chryſippus. 653,41
Chryſologus. 43,2. 58,17. 53.44. 59,44. 63,52. 127,23. 179,44. 232,11. 239. 481,10. 730,41
Claudianus. 941,6,7
Claudius Galenus. 138,14. 164, 7,8. 231,45,48. 284,11,12. 355, 23. 514,51. 571,44,46,47,50. 644. 651,25. 655,21. 682,40. 730,19. 779,2. 838,53. 912,10. 943,50. 944,2. 951,20,23
Cleanthes. 355,5,12
Clemens Alexandrinus, 35,45. 36,20. 154,25. 217,21. 235,19. 346,19. 347,46. 374,4. 377,7. 392,31. 401,24. 430,49. 438, 52. 458,12. 496,30. 570,38. 629,3. 646,11. 713,21. ejus Hypotypoſes. 683,7
Clementis alterius Conſtitutiones apoſtolicæ. 154,24. 296,50. 304. 398,30. 406,53. 450,47,48. 504,6. 683,7
Cleomedes. 884,24
Clichtouæus. 821,48
Comœdia Vetus. 643,5,12. 755,2
Concilia Canones eorum Decreta. 135,46. 177,9. 258,4. 325,3,17. 388,42. 398,21. 514, 8. 520,34. 527,41. 529,10. 544, 27. 566,50,51. 627,48,51. 631, 20. 691. 732,2. 761,13,15. 779, 23. 819,49
Cointus aut Quintus Calaber. 698,7
Colloquia doctiſſ. 445,47
Columella. 21,27. 178,39. 269, 16
Coluthus. 732,37
Commentatores Græci. 394, 37. vide *Scholia*.
Conſtantinus l'Empereur. 8, 48. 78,12. 359,38. 554,19
Conſtantinus Manaſſes. 576,10
Cornarius. 951,22
Cornelius Celſus. 202,3
Cornelius Bertramus. 145,37. 147,31
Cornelius Mylius. 936,10
Cornelius Tacitus. 6,33. 31,12. 36,16. 102,27. 121,25. 129,37. 130,5. 189,8. 210,12. 221,34. 238,30. 288,20. 307,49,50. 321,46. 322,27,31. 325,32. 365, 45. 374,22. 387,48. 388,34. 506,33. 517,21. 525,51. 548, 20,24. 804,38,43. 809,33. 817,10. 830,3. 854,50. 875,23. 941,35. 942,36
Crates. 648,9
Cujacius, I. C. 655,35
Cyprianus. 13,40. 30,5. 31,36. 42,14. 58,25. 95,18. 102,39. 165,19. 178,29. 220,14. 222, 27. 251,34. 383,14. 394,21. 487,26. 532,43. 585,42. 607, 23. 608,30. 697,5. 782,23. 791,20. 950,24
Cyrillus. 78,30. 148,42. 157,34. 171,22. 173,1. 208,47. 209, 39. 216,15. 217,51. 218,14. 245, 18. 251,18. 269,35. 279,30. 330, 33. 335,19. 372,22,23. 409, 2. 470,21. 480,29. 615,15. 662,18. 664,27. 674,1. 678, 43. 694,12. 729,43. 730,2,44. 731,16. 732,29. 740,32. 745, 42. 760,37. 761,14,16,22,33. 784,24. 785,14. 787,4,6. 793,4,30. 797,38. 799,27. 808,24,25. 821,41. 823,5. 825, 10. 828,7,10,45. 842,4. 844, 23. 849,38. 850,40. 851,27. 852,16. 855,47. 873,4. 875,5. 886,45. 889,45. 890,4. 897, 20. 903,6. 904,46. 905,24. 915,49. 922,52. 923,41. 924,1. 929,9,12,24. 932,32. 933,11
Cyrus Theodorus. 762,53
Cyrus Prodromus. 783,9. 821,18

D.

DAmaſus Epiſc. Rom. 793, 31. 828,40
Daniel Colonius. 635,2
Danielis Prophetæ, paraphraſtes. 160,38
Definitiones Platonicæ. 266,2
Demetrius Phalereus, De Elocutione, ſeu, Περὶ Ἑρμηνείας. 548,36. 647,12. 654,42. 722, 22. 830,2
Democritus. 210,42. 443,7. 467,26. 640,17
Demoſthenes. 155,10. 252,14. 353,45. 681,39
Demoſthenes Thrax, μεταβολῆς Homeri. 810,35
Deſiderius Eraſmus.
Didymus. 646,13. 694,21
Dimiſſio Moſis; De morte ejus; liber apocryphus. 605,13
Dio Caſſius. 102,29. 318,18. 649,16. 941,13
Dio Chryſoſtomus. 335,21. 318, 22. 392. 437,20. 443,5. 640, 15. 643,37
Diodorus 707,50. 711,19. 715,50
Diodorus Tarſenſis. 682,4
Diogenianus. 165,50
Dionyſius Afer, Periegeta. 319. 763. 839
Dionyſius Alexãdrinus 407,35
Dionyſius Carthuſianus. 362, 25. 398,51. 520,10. 525,9. 559, 15. 586,46. 594,6. 744,36
Dionyſius Halicarnaſſæus. 241, 2. 293,39. 329,19. 467,37,39. 588,18,23. 647,10. 681,31. 740,26. 952,37. 955,49
Dionyſius Thrax. 718,37
Dioſcorides. 21,11. 19,37,38. 83, 82. 340,11,13,20. 644,30. 920, 18. 949,34. 950,11
Donatus. 537,24. 723,14. 851,45
Dorotheus. 824,25. 827,17,37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

E.

EGeſippus. pag.646.lin.11
Eleazar Rabbi. 53,21
Elias Cretenſis. 828,11
Elias Rabbi. 65,40.249,41.316,16. 491,37. 465,21. 725,17. 865,23,29. 877,52. 896,51,53. 917,50. 918,2. 937,29
Eliæ Thisbites. 8,34.718
Empedocles. 357,5. 532,37.548,15. 639,15. 640,17. 648,37
Ennius. 406,34. 641,42. 774,5
Enochi apocryphon. 604,35,50 605,2,4,8. 627,4
Ἔπη Ὀρφικὰ, Liturgia Satanæ. 720,12,20
Ephraimus Syrus. 209. 212,32. 257,28. 848,10. 874,50
Epicharmus. 610,5. 639,15. 640,18. 839,1. 941,34
Epictetus. 41,48. 192,47. 383,25. 585,1. 600,48. 795,8. 953.
Epigrammata ἀνέκδοτα. 790,15. 793,41
Epigrammatum anthologia 263,47. 720,25. 730
Epimenides. 605,17
Epiphanius. 4,13,28,32. 12,13. 13,40. 14,51. 20,42,50. 22,21. 28,50. 30,15. 33,11. 36,31. 41,51. 48,5. 54,22. 75,12. 63,10,16. 83,18. 86,51. 87,24,34. 105,32,33. 115,52. 134,10,29,38. 137,7. 142,35. 143,23. 147,51. 149,51. 150,9. 154,27. 192,41. 193,39. 196,43. 198,43. 209,36. 222,36. 226,45. 227,1. 239,13. 243,32,45. 244,7,8. 274,6. 314,22. 343,21. 351,40. 352,1. 356,48. 372,17. 386,24,32,48. 388,18. 393,51. 394,3,7,10. 395,31. 402,9. 404,36. 405,21. 413,49. 465,26. 471,3. 492,6. 512,50. 513,2. 518,45. 534,38. 536,6. 544,10,14. 564,11,15. 672,11. 682,33. 690,19. 724,41. 732,18. 742,29,37. 756,43. 758,39. 761,22. 772,22. 787,10. 790,37. 813,12. 828,37. 838,29. 844,12. 860,3,43. 861,7,12. 893,27. 914,52. 931,52. 932,1,4
Epiphanii interpres. 21,2
Eratoſthenes. 34 640. 644,19
Ermgardis Rutgerſia. 383,28
Erotianus emendatus. 598,6
Etymologus. 234,10. 953,24
Euangelia M S S. antiquiſſima. 5. 816,22. 821,13
Eudociæ reginæ poëtica ὀκτατεύχου μετάφρασις. 718. 814,32
Eudoxus. 640,19. 644,20
Eulogius, Alexandrinus patriarcha. 162,29. 209,43. 829,27. 876,37
Eunapius. 293,9. 681,22
Eunomius. 732,11. 761,22
Eunomii Panoplia, ſiue excerpta nondum edita. 517,7
Euripides. 177,42. 214,21. 349,39. 382,17. 468,13. 478,22. 592,11. 643,38. 703,42. 706,48. 707,2,13. 708,1,2. 710,47. 743,16. 751,41. 755,2. 939,42
Euripidis interpres Græcus. 350,7
Euſebius. 64,32,33. 83,47,50. 84,51. 104,8. 191,50. 396,5,21. 407,36. 470,24. 515,4. 568,52. 593. 683,1. 685. 704,29. 707,51. 708,49. 709,8,11. 714,15. 741,6. 761. 762,8. 795,14. 848,46. 549,5. 923,41,52. 926,9. 927,19. 945,38
Euſebius in Catena nondum edita. 155,17. 568,5
Euſtathius. 69.49. 252,12. 269,23. 286,29. 334,45. 377,42. 609,27. 615,44. 663,17. 665,24. 691,40. 718,38,42. 748,15. 778,29. 801,9. 899. 955,47,50. 960,48
Euthymius. 20,18,19. 24,17. 36,49. 38,15. 50,50. 60,8. 81,28. 93,42. 109,37. 113,25,45. 114,25,50. 152,16. 173,8,34. 175,52. 184 45. 194,34. 209,45. 240,5. 437,31. 628,31. 678,36. 679,3,27. 730,12. 775,49. 787,8. 820,38,48. 864,2. 868,47. 869,2. 877,27. 884,47. 889,52. 915,20,28. 922,51. 924,13. 929,35,43. 960,34

F.

FAbius Quintilianus. p.251. lin.27. 647,10. 648,29. 719,27. 842,26,38
Fabricius. 554,5
Fagius. 68,30. 361,51. 517,30. 361,51. 517,30. 767,30. 846,53
Ferrandus Diaconus. 422,28
Feſtus. 294,31. 529,2
Firmicus. 704,27
Fortunatus. 196,15. 804,49. 805,7
Fredericus Lindenbrogius. 824
Frobenius. 112.46
Fulgentius. 4,36. 164,30. 168,46. 212,22. 216,43. 257,40. 355,34. 359. 819 479,17. 483,41. 532,50. 542,23,34. 550,42,48. 569. 608,26. 714,50

G.

GAlatinus. p.145 l.51. 243,16
Gallus confeſſor. 275,12,13
Garcias ab Orta. 956,2,19
Gaza. 644,14
Gelaſius, ſynodicus ſcriptor. 695,22. 847,46. 682,13
Gemara & Gemariſtæ. 43,32,33. 44,6,7. 127,4. 167,38. 312,14. 491,41. 555,41. 703,53
Gematraiia Hebræorũ. 293,14
Gennadius. 179,28,29,36. 377,3,4. 456,23. 459,39. 628,8
Georgius epiſcopus Alexandrinus. 682,35
Gerardus Voſſius. 725,48. 837,11. 894,49
Gerartus Falkenburgius. 702,14. 719
Germanus Confeſſor. 734,41
Germanus Conſtantinopolitanus epiſcopus. 946,15
Gloſſæ. 83,21. 97,19,20,30. 102,21,23. 107,11. 238,26. 284,7. 294,12. 317,22,38. 335,42. 337,8. 396,50. 400,24. 430,35. 433,1. 449,3. 463,51. 468,11. 472,16. 476,5. 481,32,33. 489,46,49. 497,40. 507,21. 559,15. 561,18. 568,4 586,47. 679,23. 773,31. 783,44.
emendatæ. 266,6,7
Gloſſæ Henrici Stephani. 31,29. 35,35. 55,46. 56,12. 74,35 90,10. 95,3. 96,15. 102,17. 110,38. 118,27. 139,38. 142,44. 144,44. 164,13. 171,27,28. 183,1. 196,28. 198,2. 203,37. 251,45. 252,4. 282,21. 284,18. 304 32. 305,53. 313,51. 326,53. 332,28. 338,21. 367,7. 388,50. 398,48. 404,30. 464,19. 479,31. 488,12. 492,28. 496,31. 526,40. 597,32,44. 588,25. 786,22. 789,49. 793,36. 841,12. 851,50. 935,7. 940,36. 947,34.
emendatæ. 69,14,15. 169,43. 471,12. 527,30
Gloſſa Latina, antiqua. 50,5. 586,53
Gloſſa ordinaria. 401,16. 545,4. 626,47,50. 628,44
Gloſſarium Noui Teſtamenti non editum. 24,11. 164,15. 326,23. 328,26. 330,45. 377,33. 393,45. 414,45. 641,45
Gorionides. 34,37. 76,49,50. 216,5. 780,30. 789,30
Græcarum originum auctor. 527,23

Gram-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Grammatici. 64,32.957,15
Gregorius Nazianzenus.16,20. 22,10. 73,17. 107,39. 143,6. 171,7.209,40.268.359.439, 27.476.478,38,42.517.586, 37.657.659,7.662,18.686, 5,10,22.687,10.688,20.718. 728,28.734.741.744,31. 754,47.755,45.758,19.766, 27.779.780,11.786,50.794, 10.809,41.821,24.825,45. 826,2.834.844,9.887,22. 893,10.920,44. emendatus. 102,6
Gregorius Neocæſarienſis.761, 8.809,20,34
Gregorius Nyſſenus. 29,4.30, 14,20.34,20,21.39,1,10.55, 41.58,5.64,14.73,45.142, 42,43.165,27.170,17.181,36. 182,1.215,41.216,19.258,5. 268,34.271,10.345,19.373, 13.382,16.404,42.405,3. 423,29,32.427,42.451,29, 31,35.469,31.476,35.492,2. 495,42.496,31,33,34.499, 26.510,19.514,48.515,4.532, 29.534,31,46,51.537,28,31. 573,20.589,24.590,39,46. 609,11.627,33.629,45.662, 18.731,51.734,34.738,34. 758,19.787,25.792,19,21. 798,11.856,1.875,3.912.35. 933,44. emendatus.460,52. 461,4
Gregorius Palama. 355.481,35. 584,23
Gulielmus Boſwellus. 553:33

H.

HArmenopulus.628,18.852, 25
Harmoniæ Tatiani interpres. 860,9,16
Harpocratio. 155,10,13
Hartungus. 919,17
Haymo. 362,30.369,3.398,52. 401,19.434,29.451,15.527, 17.542,12,22.553,49.559,14
Hœſchelius. 191,14
Hebræorum magiſtri. 461. 464,31.725,16.& quam plurimis locis paſſim.
Hecatæus. 710,4
Helladius Beſantinous. 529,24
Helleniſtæ, cum per totum opus primas teneant, ubique lectori vltro, ſine Indicis ope, occurrent.
Helleniſtæ. 212,37.725,7,8
Henricus de Gandauo. 664,1
Heraclitus. 294,13.308,53. 309,1,19,52.640,17.745,19
Herennius ſycophanta. 697,38
Hermes ſuppoſititur. 740 45
Hermogenes. 589,2.647,10
Hermolaus Barbarus. 951,21
Herodianus. 615,8
Herodotus. 272,24.325,28,30. 507,30.681,29 836,12.919,20
Heſiodus. 53,18.367.449,40, 41,51.459,42.478,10,12.615, 48.710,48.713,14.760,25. 817,8.833.841.
Heſychius. 4,20.26,19.52,51. 69,22,25,47.71,37.77,37. 78,6,36.79,13.81,47.96,49. 98,40.102,46.114,21.117, 28.118,47,50.121,5.125,12. 128,37.135,34.139,37.140, 12,51.142,40.144,41.147 26. 155,15.159,28.161,45.167,38, 44.180,9.184,22.191,43. 193,12.194,11.197,48,53.210, 43.216,22.218,38.220,53. 228,49.234,8,9,12.235,22, 23.238,12.249,10.251,46. 265,51.266,1.263,31,50.264, 8.272,19,42.279,35.284,1. 288,35.296,52.300,51 306, 24.310,38.312,31,42,43.316, 29.330,41.334,52.364,20. 366,37.369,2.388,49.389 21,24,25.398,14.401,43. 416,28.417,22.423.47.436, 49.439,46.442,50.444,34. 449,38.451,11.452.33,34 465,37.467,35.468,18,32. 471,11.472,32.475,32,34. 479,47,52.481,30,43,44. 482,47,48,49.492,27.500.3. 503,35.506,12.507,21.513, 44.527,11.537.36.560,11. 568,6.579,32.581,5.585,50. 586,18.587,53 608,13,37 609,30.628,38.663,19.667, 37.704,33.706,44.707,33. 708,29.709,21,25.714,8,11. 719,40.740,10,42.741,12. 742,7.743,18.745,15.753,11. 755,41.758,29.760,18.777, 30.783,29.784,32.785,18. 788,38.800,41.837.840,36. 856,39.864,20,24.865.39. 874,14.906,13.915,12.918, 21.921,37.935,24.938,3.941, 16.955,5.957,20. emendatus. 20,40.55,43 97,11.123,44,45 149,45.152,47.261,39.269, 22.269,26.278,22,23.282, 47.286,33.304,13,14.313, 47,48.376,28.377,37.455. 458,7.472,15,16.493,38.502, 30,31.527,25.585,46.606, 15.749,23.885,43. in eum emendationes nondum editæ. 286,39,40
Heſychii epitomator. 286.377
Heſychius presbyter. 584,2
Hexaplus. 348,44
Hieronymus, ſiue Commentator in Pſalmos. 236.540.541
Hieronymus. 4,46.10,27.12, 47.14,17.16,17.17,18,31.18,6. 25,41.31 17,22.36 44 37,20. 39,15.41,52.44,20.47,41. 50,20.53,27.54,20.55,2.64, 18,41.65,21.66,42,51.69, 32.75,8.78,18,19.79 30.83, 42.84,2,7,10,29,49.86,10. 91,9.95,50,51.107,21.111,32. 117,45.121,20,32.122,5.123, 32,37.125,43.139.5 6.147,53. 148,2.160,27.161,13.27.163, 47,48.164,35,38,40.168,47. 170,14.171,2,20.174,42. 176,8,11.179,24.180,20.184, 7,10.198,7.212,34.215,16,17, 49,50.218.226,34.247,6. 258,1.276,9,52.277,53.278, 2,3.279,41.295,14.298,34. 302,31.306,8,307,38.311,33. 335,20,22.338,9.344,30.347, 13,14,42.348,45 50,53.349, 9,22.351,21.356,22.361,5. 374.375,4.376,16.381,31, 46,47,50.382,8.385,6,8,19. 394,41.396,39.398.402,23. 404,9.410,12.414,3.416, 17,45.427,45.436,41.439, 19.442,26.446,12.447,1, 13,33,36.448,13.452,51.457, 16,24,26,30,34.458,30,47. 459,5.460,30.466,8.468.20. 469,3.470,2.471,44.481, 50.483,25.485,46.492,33. 496,2.499,30,34.503,21. 506,29.512,40.513,31,38,46. 514,22.515.3.527,26.533,5. 539,40.540,46,52.541,1,34. 551,53.552,15.573,30.578,27. 586,27.593,19.599,36.604. 605,14.612.613.623,47.624, 45.629,51.645,9,21,30.646, 1,10.651,12.652,35.662,15, 28.663,2.664,11.675,27. 678,36.682,8.761,12.762, 11.765,3,4.783,36.787,46. 795,32.796,1.798,19.802,6. 803.809,16.815,13.819,23. 823,3.825,10.876,1.884.24. 894,15,27.899.909,53.912. 920,37.931.944,11.955,16. â corruptela vindicatus. 277

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Hilarius. 38. 43,15. 46. 73. 145, 26. 257,35. 455,35. 594,24,46. 676,33. 772 30. 779,15

Hippocrates. 358,21,22. 571, 43,51. 598,11. 644,27. 655,21. 659,28. 912,15. 943,50

Hippodamus legiſlator. 640, 25

Hippolytus Epiſc. & Martyr. 738,14,18. 808,24. 859,50

Hipponax. 301,12

Holcotus. 664,1

Homerus. 71,40,45. 102,44. 118. 246,23. 263,7. 286,11,21, 24,50. 298, 40. 332,43. 334, 44. 358,6. 361,2. 365,48. 387, 25. 427,27. 459,41,49. 615. 44. 648,10. 649,17,33,39. 650,19. 695,1. 697,24,27,41. 698,3,7. 708,36. 713,25. 716, 1,11,51. 718,38. 720,39. 723, 20. 726,52. 730,32. 733,32. 734,5. 738,3. 741,36,44. 743, 7,23. 745,16. 746,53. 748,10. 755,33. 760,4,11. 762,16. 766 35. 772,48. 773,32. 776, 36. 779,13. 785,48. 788,43. 793,19. 804,38. 806,1. 808, 45. 809,7,10. 811. 817,8,9,14, 22. 833,2. 834,46. 836,27. 838,38. 840,7,10. 879,5. 883, 53. 886,21. 894. 899,2. 935, 20. 954,44. 955,24. 961,6, 23,53

Homeri & Heſiodi certamen, liber. 642,28

Homeri Διόρθωσις, vel cenſura. 697,27

Homeri gloſſator. 762,17

Homeri interpretes. 102,46. 961,53

Horatius Flaccus. 106,27. 122, 49. 154,21. 199,6. 239,44. 249,5,26. 252,23,26. 291,53. 329,10. 365,5. 382,18. 420,1. 435,1. 453,5, 465,52. 469,21. 493,7. 496. 513,41. 641,40, 43. 642,41. 650,1. 653,31. 673,23. 680,22. 683,26. 704, 6. 707,44. 762,44 810,48. 836,5. 882,20. 941,18. 958, 41

Horatii Scholiaſtes. 465,53. 642,42

Hormiſda, papa. 40,41

Hymnus Erinnes εἰς ἀνδρείαν, ad Romam tranſlatus. 121,8

Hymnus in Natalem Domini. 849,11

Hyperides. 188,32

I.

IAnus Rutgerſius. 643,32. 809,51. 816,23. 882,46

Iachiades Rabbi. 78,11

Iacobus Catzius. 572,24

Ianſenius. 50,51. 785,9. 915,24

Iarchi Rabbi. 14,36. 28,17. 75,8. 416,14

Iauolenus. 655,29

Ignatius. 352,8. 525,52. 738,10

Ignatius Epiſtolarum auctor. 404,38,39. 414,6. 518,48

Ille. 167,46. 377,11,12. 659,25. 961,17

Inſcriptio quædam. 306,47

Interpretes Sacrorum bibliorum. 796

Interpretes Chaldæi. 6 7.10, 49. 11,26. 13,47. 110,43. 245, 9. 266,31. 335,29. 339,24 358, 14. 359,40. 364,44. 402,15, 16. 411,32. 412,39. 413,15,45. 415,52. 416,13. 428,34. 439, 23. 453,7. 464,39. 470 34 472,15. 479,34. 517,53. 541, 27. 543,12. 560,2. 561,49. 571,12. 576,50. 577,7. 591,28. 601,8. 603,28,33. 662,1. 665, 11,14. 672,39,41. 678,34. 679,11. 703,26. 706,10. 707, 19. 733,41. 795,42. 809,37, 40. 826,26. 830,32,43. 847, 30. 848,14,21. 849,43. 853,18. 858 31. 862,1,5. 863,17. 865, 24. 866,27. 887,11. 896,36. 903,35. 907,46,52. 910,24. 923,43. 924,9,18. 930,29. 931,13. 935,8. 942,18. 947,2. 956,32,37

Ionathan. 221,43. 904,41. 818, 49. 935,31

Interpres Hieroſolymitanus. 221,43. 266,32. 277,29. 571. 718. 735. 762. 865,26. 934. 935. 941

Interpres editionis inuentæ in dolio, Hierichunte; & apud Nicopolim. 796. 797

Interpres Syrus. 31,49. 38,31. 69,40. 76,45. 91,25. 109,31, 36. 110,36. 111,39. 124,31. 128, 44. 129,19. 142,36. 152,1. 153, 27. 175,51. 177,5,6,19. 181. 208,4. 213 19,32,33. 230,42, 43,47. 236. 237,50. 247,13. 249,35. 261,3,4. 263,43. 264, 11,19,23,48. 271,44. 274,46. 287,12. 289,29. 291,42. 296, 15,20,22. 318,44,45,46. 329,34. 335,6. 345,32. 348, 29. 356,33. 380,22. 390,42. 409,36. 412,39. 413,21. 415, 53. 417,3. 426,33. 434,12. 442,3,6. 445,13. 463,31 468, 41. 469,12. 471,25. 480,39. 527,19. 538,29. 539,29. 542, 12. 554,5,9. 557,26. 567,19. 589,13. 591,32. 594,48. 595, 19. 598,42,49. 601,8. 603,19. 606,50. 623,50. 778. 789,31, 40,50. 791,22,47. 826,41,53. 853,25. 854,52. 857,48. 863, 4. 867,42. 871,52. 874,34. 882,8. 883,51. 884,26. 886, 16. 887,1. 889,28,31 897,3, 36. 912,46. 913,20. 914,13. 916,4. 917,39. 920,4. 921, 49,50. 937,35. 942,48. 945, 36

Interpres Arabs. 274. 378,44. 538,29

Interpretes Græci. 13,12. 664, 14. Septuaginta. 104,4,5. 272,18. 276,20. 306,9. 645,1. 664,6. 663. 666. 874. 750, 2. 796. alii. 185. 290. 348. 478. 524

Interpretes Belgici. 298,49

Interpretes Gallici. 298,48

Interpretes Latini, veteres, & recentiores, qui vbique fere paginam faciunt vtramque, ne Indici moleſtũ nec multum vtile augmentum afferrent, heic ſunt prætermiſſi.

Interpres ſummus. 412,24

Ioachimus Camerarius. 68,31. 490. 495,47. 523,16. 821,12. 822,33. 882,45,49. 952,36, 39,49

Ioannes Beuerovicius. 263,21. 383,30. 572,26

Ioannes Buxtorfius, pater. 481, 24. 699,5

Ioannes Cochius. 55,27

Ioannes Chryſoſtomus. 4,42. 7,42. 12,9. 17,19. 30,34. 36, 4,49. 41,42,50. 45,1. 47,27. 57. 58. 59. 71,28. 73,26. 74,15. 75,44. 76,33. 77,10,27. 78,9. 83,5. 90. 93,41. 95,16,19. 113, 23. 116,31. 134,49. 135,1. 138, 36. 149,24. 159,19. 171,22. 201,46. 208,44. 209,8,39. 210,29. 212,50. 217,43. 220, 35. 221,1. 222,1. 223,44. 225. 227,38. 232,17. 236,17. 237,37. 248,34. 249,1,16,29. 250,9, 33. 251,5. 258,32. 265,37. 266, 35,40. 267,28. 272,26,29,32. 275,10.

275,10. 280,26. 281,44. 305. 316,40. 322,28. 323,7. 335,19, 22. 343,21,34. 344,10,12. 345, 30. 347,39 348,26. 350,27. 351,27. 353,18,28,32,53. 354,2, 6,29. 361,16. 379,23. 381,27, 29,30. 386,6. 388,10. 390,5. 391,14. 400,47. 403,26. 404, 18. 406,47. 412,49. 420,34. 421,39. 422,44. 426,25. 428, 53. 429,18,47. 437,38. 442, 34,45. 443,51. 444,6,17. 448, 27. 450,10. 451,37. 453,26. 455,36. 456,9. 458,23. 468, 49. 470,43. 472,1. 476,25. 478,45. 480,32. 485,25. 489, 29. 491,15. 493,51. 494,8. 495,36. 496,26. 504,1. 505, 52. 506,21. 507,16. 511,6. 513, 52. 510,14. 513,25. 514,17. 518,2,4 519,26,31. 524.33. 526,35. 529,30. 532,18,21. 534. 19. 537,40. 538,33. 542,8. 554, 32. 556,12. 557,1. 559,6. 563, 18,21,36. 566,25. 567.33. 570, 38. 571,28. 575 21. 580,48. 581,33. 614,2. 677,17. 686, 39. 687,13,20,28,31,33,41,42. 688,2,18,23. 691,32. 697,20. 731,53. 736,9. 739,36. 744, 38. 757,20,36. 759,29. 763, 25. 764,24,33. 772,22. 775, 49. 780,17,27,32. 782,26. 785.14. 787,48. 790,24. 792, 35. 793,11. 799,34. 807.13,24. 814,9. 821,38. 823,50. 825,11. 829,30,36. 833,28. 845,43. 848,39. 850,34. 851,20. 853, 43,49. 855,40 856,35. 863,12, 44. 867,9. 868,47,49. 869, 16,21. 873,2. 875,33. 877,8. 881,16,20,26 39. 883,18 885, 50. 886,15. 887,22,23. 889, 43. 891,1. 899.8. 901,49. 903, 17. 903,44. 904,10. 906,3. 909,20,23,26,31,37,40. 915, 9,17. 918,16. 920,37. 921,51. 922,51. 927,53. 929,21,52. 930,4,32. 932,26. 934,50. 959,3,34,51

Ioannes Damaſcenus. 138,5. 236,39. 392,39. 382,39. 461, 24. 478,50. 552,43. 626,42. 725. 758,14,21,26. 761,38. 795,20. 828,5,11. 875,11. 888, 12. 914,47

Ioannes Druſius. 827,44

Ioannes Meurſius. 312,33 766, 31

Ioannes, patriarcha Hieroſolymitanus. 321,1

Ioannes Seldenus. 296,18. 715, 40

Ioannes Wouwerius. 795,6

Iobius Monachus. 168,24

Ioſephus Cœcus. 818,49

Ioſephus hiſtoricus. 54,27. 173, 28. 188,26. 275,17,40. 290,52. 291,7,13,16,23. 293,26. 317, 48. 377,15. 502,19. 526,3. 577,30,40. 605,46. 710,4. 742,3. 744,11. 768,14. 775, 19. 792,16. 844,40 877,20. 878,49. 880,19. 903,30. 938, 8,11

Ioſephus Iachiades. 359,38

Ioſephus Sinai Rabbi. 61,27

Irenæus. 193,53. 772,22

Iſaacus Caſaubonus. 3,41. 8,41. 123. 188,51. 234,7. 274. 567, 10. 640,34. 919,41. 947. 949,24

Iſidorus Peluſiota. 20,26. 46, 20. 72,2,15. 80. 91,33. 108,41. 115,20. 118,24. 120,13. 219, 48. 228,33,34. 235,37. 285,5. 308,8. 312,32. 313,38. 330 31, 32. 347,25. 484. 488,33. 514. 13. 517,14. 518,23. 525,25. 527,52. 558,35. 591,43. 646, 16. 684. 766,32

Iſocrates. 723,28

Iuriſconſulti, paſſim. 28,49. 32, 21. 245,41. 288. 302. 326,51. 327,1,22,25,26. 328,2,9,10, 14,17,53. 348.17. 396,30. 465, 15. 521,40. 655,24,31

Iuſtiniani leges. 854,34. 928. 319,1

Iuriſconſulti Græci. 336,1. 449, 48. 521,41

Iuris Græca interpretatio. 850, 28

Ius Canonium. 301,47,49. 804,32. 926,23

Iulius pontifex. 926,11,24

Iuſtinus Martyr. 13,40. 145,29. 246,25. 258,17. 308.45. 314, 44. 372,19. 678,36. 705,41. 733,25. 736,11. 740,3. 746, 31. 850,2. 862. 15. 875,35. 877,16. 928,12

Iuuenalis. 74,38. 122,49. 239, 46. 302,10. 305,34. 469. 940, 28. 951.14

Iuuenalis interpres. 74,38,39. 305,35

Iuuencus. 16,36. 36,46. 37,12. 127,49. 136,26,27. 220,29. 766,9. 791,20. 882,34. 919, 18. 921,40. 940,43

K.

Kimchii, Rabbini, Dauid, & alibi Ioſephus, pater, ac filius. 25,24. 51,14. 52,30. 60, 33. 75,46. 142,23. 177,19. 245, 20. 270,19. 322,10. 324,20. 360,43. 362,6. 416,14,47. 433,16. 466,37. 535,46. 539, 37. 560,40. 576,22. 590,32. 837,32. 849.51. 852,5. 904, 40. 949,47

Κυπριακῶν & Τρωϊκῶν auctor. 717,19

L.

Labeo. 279,51. 655,32

Lactantius. 145,27. 156,2. 196.12,13. 238,39,40. 336,38. 570,5. 646,13. 697,5. 740, 47. 741,2. 770,32. 792,37. 950,25

Laërtius. 33,16,17. 314,35. 483, 43. 528,52. 653. 42. 658,29. 681,21

Lectionarium Græco-Arabicum. 66,15,16. 68,50

Lectionum variarum apud patres collector. 523,30

Leo Africanus. 19,40. 57,47. 58,35. 62,7. 175,25. 700,4. 914,48

Leo primus. 70,2,5. 144,14. 156,6,13. 190,19. 232,34. 332, 14,17. 395,52. 738,7. 874, 45,48. 875,18

Leontius De ſectis. 726,44

Leui Ben-Gerſon. 537,47

Linus. 639,15

Liturgiæ veterum. 372,26. Græcorum variæ. 456,17. 567,5. 762,51. 902,25

Longinus. 647,10. 671,16. 676, 19. 681,36. 807,14

Longus. 138,46

Lucanus. 20,7. 308,36. 684, 36. 765,47

Lucianus. 24,18. 199,30. 765, 21. 780,1

Lucilius. 529,18. 641,41,42

Lucius Annæus Florus. 488,16

Lucretius. 111,22. 249,27. 294.18 336,44. 425,36. 572,7. 648,38

Ludouicus de Dieu. 55,29. 66, 46. 279.40. 288,50. 333,38, 39. 417,5

Lycophron. 294,13

Lycurgus. 640,25

Lyranus. 261,51. 262,51. 401,17. 554,34. 561,30. 626,49. 744,37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

M.

MAcarius. 193,16,17. 196,33. 263,28. 562,47. 563,1. 780,10. emendatus. 171,19
Macrobius. 710,53. 714,49. 715,2
Mæcenas. 56,19
Maneius. 198,5
Manes. 314,24,25
Manuelis Comneni Legatio. 588,30. 819,51. 820,4
Marcellus, I.C. 655 28
Marcionis Euangelium. 26,11
M. Ant. Muretus. 669,8
Marcus Eremita. 49,32. 155,49. 172,7. 585,37
Marcus hæreticus. 772,21
Marcus Tullius Cicero. 10,33. 114,17. 153,34. 210 31,32. 271,40. 294,18. 302. 318,32,37. 333,11. 336,23,36. 339,1. 372,11. 379,6. 381,17. 431,32. 468. 488,23. 529,2. 599,42. 615,11. 647,10. 654,3. 661,20,25. 680,38. 713,51. 714,51. 726,6,7. 727,5. 837,30. 842,38. 920,9. 937,38
Marcus Zuerius Boxhornius. 24,12. 330,46. 377,34. 414,46
Marianus metaphraſtes jambicus. 808,32
Marius Victorinus. 246,13
Maronius. 656,7
Martialis. 198,4. 271 34. 377,23. 754,50. 765,22
Martialis Lemouicenſis Epiſc. 207. 917,5
Martyrologia. 953,45
Maſius. 68,30. 276,24,25. 836,40
Maſoretæ. 481,24. 650,33
Maximus Taurinenſis. 32,49. 37,33. 43,18. 217,51. 257,41. 845,39
Maximus Tyrius. 398,39
Meïr, Rabbi. 34,11
Meliſſus. 640,18. 648,7
Menander. 188,33. 605,17. 643,40
Menandri & Philiſtionis ſyncriſis. 643,30
Menologiæ vel Meniæa Græcorum. 175,15. 213,36. 735,32. 736,15,16. 739,22,26. 829,16,18,19. 830,17. 831,12. 849 24. 877,10. 830,17
Mercerus. 48,20. 68,30 84,43. 413,39. 415,49. 887,9. 957,42. 767
Methodius. 145,27
Micrologus. 926,12
Midraſchin autores. 22,27
Minos legiſlator. 640,25
Minucius. 33,7. 385,43
Moderatus. 644,38
Modeſtinus I.C. 155,26. 655,28
Modeſtus, presbyter. 646,12
Moreti autor. 123,15
Moſchopulus. 718,24
Moſes Hadarſan rabbi. 546,33
Moſes Maimonides. 30,19. 621,37. 904,11. 905,49. 947,9. vide *Raniban*.
Munſterus. 31,41. 68,30. 246,14. 648,6
Muſonius. 302,25

N.

NÆuius. 793,46
Nanſius. 816,13. 818,3
Nechunias. 45,13
Nectarius. 173,13
Nehemias, Rabbi. 44,34
Neſtorius. 758,3,6,13,20. 761,37
Nicander. 339,53. 340,4
Nicandri interpres. 340,1,20,21
Nicephorus. 552,31,50. 685,33. 689,37
Nicolaus Clenardus. 19,45
Nicomachus. 644,38
Nonius. 140,6
Nonnus. 194,5. 208,42. 213,41. 217,31. 218,48. 220,34. 223,27. 225,42,43. 227,38. 232,10. 236,24,42. 239,4. 248,24,25. 251,10. 262,43. emendatus. 756,40. 766,45,46. 769,18. 775,17,27. 781,23. 782,18. 792,6,25. 844,1. 867,36. 872,5. 880,42. 881,13. 886,40. 897,11. 917,11,17. 925,25,28. & per totum Ariſtarchum, omnibus paginis fere.
Nonni Dionyſiaca. 833,16
Nonni admirator. 960,22
Nonni editor, & inſcriptor. 717,51
Notarum ad ſacrum textum auctor. 956,21,28
Nouatianus. 546,23,29
Nouellæ Imp. 521,27
Numenius. 644,38

O.

OCellus Lucanus, Pythagoricus. 357,16. 773,46. 736,17
Octaplus. 766
Oecumenius. 822,41
Olympiodorus. 857,27
Onkelos, Chaldæus. 185,48. 221,44. 818,48. 943,9
Onkeli interpretatio. 560,3
Onomacritus. Vide, *Orpheus*.
Oppianus. 754
Optatus Mileuitanus. 107,7. 161,49. 164,17. 311,40. 374,31. 471,8. 584,32. 798,11
Oribaſius. 20,2
Origenes. 44,22,23,47,3. 255,32. 263,23,24. 276,23,36. 344,38. 359,17,47. 402,37,40. 644,34. 651,12. 661,42. 664,11. 668,17. 669,24. 678,1. 688,25. 692,6,17. 713,52. 741,19. 742,23. 796,12,31. 997,9. 865,16. 920,15. emendatus. 171,14
Orpheus, vel Onomacritus. 648. 704 12. 714. 720,9,24. 726,20. 733,34. 740,45,48. 752
Orphei ἔργα καὶ ἡμέραι. 615,46.
Liturgia Satanæ. 720,20
Orphei Hymni Oſiander. 108
Ouidius. 178,26. 203,10 234,18. 288,20. 476,7. 492,51. 703,30. 709,39. 755,7. 756,28. 836,18. 873,40.

P.

PAcuuius. 641,42. 774,1
Pallada. 533,16
Palladius. 21,27. 153,8
Pamphylus. 930,11,13
Pantænus Stoicus. 646,12
Pantaleo. 415,20. 628,20,23. 696,1
Papias. 265,5
Papinius. 194,39
Papinianus. 655,29
Parmenides. 640,18. 648,6
Parœmiographi. 56,10. 585,35
Patricius Iunius. 36,21. 553,36. 819,25. 857,28
Paulinus. 20,28. 637,19. 766,11
Paulus I C. 655,28. emendatus. 951,18
Paulus Samoſatenus, hæreticus. 552. 828
Pauſanias. 547,29. 707,24. 709,17,44. 839,25
Pericles. 830,8
Perſius. 941,15
Petilius, ſycophanta. 697,38
Petronius. 55,48
Petrus, Alexandrinus Archiepiſcopus. 75,16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Petrus Cunæus. 669,19.833,20
Petrus Faber, Stapulenſis. 539, 46. 731,12. 352,28
Phaleas. 640,25
Pherecydes, Syrus. 708,48
Philaſtrius. 694,7
Philo. 241,15. 417,21. 767,51
Philopatridos autor. 307,44
Philoponus. 393,18.451,6. 567, 26. emendatus. 720,14
Philoſtorgius, Arianus. 682,29. 809,43
Philoſtratus. 466,47. 743,22
Phocylides Chriſtianus. 559,17. 846,14
Phocylides Mileſius. 559,49
Photius patriarcha. 2,42. 195, 47.168,30.175,15,16.209,24, 42.244.20.257,28. 258,13,20. 374,45. 380,5. 387,8. 397,10. 424,24. 460,48.529,25.552, 36. 561,31,34. 580,41. 646,18, 25. 649. 672,13,14. 674,19. 682, 9,18, 22, 26, 29,32,33,35. 683,1,3,5,7,8. 718,51,52. 715, 4. 734,37. 792,35. 795,14. 808, 16, 20. 814, 31. 829, 29. 842,42. 874,46,53. 875,2,3. 876,38. 938,30
Phrynichus. 199,30
Phyſica magiſtrorum Hebræorum. 461,41
Pierius. 381,50. 646,4
Pindarus. 154, 20. 219, 17, 18. 548,14. 778,26
Pirke auoth & paſſim, capitula Patrum. 25,51
Planudes. 684,39
Plato. 112, 44. 163, 38. 194, 31. 215,15. 308,45. 424,52. 449, 40. 454, 14. 481, 40. 519,52. 547,31. 560,12. 640,20. 644, 14, 37. 651, 4. 653, 12, 13, 28. 655,9. 658,29. 659,13. 673,23. 681,31,32,41. 698,25. 713,47. 726,16 927,7. 730,47. 740, 24. 741, 9. 746, 32. 773,43, 48. 828,43
Platonis interpres. 425,1
Plautus. 153,36. 290,48. 293,2. 368,34. 442,52. 492,53. 558, 6. 579,49. 731,1. 742,3. 765, 31. 778,29. 802,40. 804,38
Plinius. 19,37. 20, 4,7,8. 21,8, 20, 24. 52,53. 107, 5. 117, 16. 153,10. 165, 44. 269,17. 286, 38. 291, 26. 317, 47. 325, 41. 375,44. 395,23. 488,15. 529, 2. 650, 20. 712,33. 942,4,6. 950, 50. 951, 12, 20. 952,23. 955,41
Plotinus. 644,38. 658,37
Plutarchus. 76, 5. 329, 19. 353, 45. 466,48. 526,14. 579,34. 642,24. 643,39. 644,4. 681, 23. 715,11. 836,1. 899,35
Poëtæ ἀνώνυμοι, vel quorum nomẽ non exprimitur, Græci. 158, 20. 261, 44. 298, 44. 309,28. 325, 52. 411,11. 414, 14,27,41. 517,35. 540,10. 568, 16. 586, 20. 599, 16. 681, 25. 698,21. 715, 49. 716, 4. 724, 49. 748. 754. 774. 785,22. 837,26. 854,34. Latini. 30, 46. 43,20.102,20.103.112,34. 153,37. 158,16. 161,37. 162,28. 189,18, 19. 193,3. 203, 24,28. 204, 44, 47. 210, 19. 216,24. 306,30. 313, 34. 316,32. 321, 50. 328,36,42. 329,15. 340,41. 357,1. 400,44. 405, 50. 414, 37. 430, 36. 437, 26. 441,38. 452,38. 455, 8, 19. 29. 507,14, 22. 516,53. 521,31,32. 526,51. 527,35. 540,50. 544,1. 561,35. 568, 14, 16. 585, 30. 609, 40. 614,40. 656,30,36. 657,6. 657, 6. 659,24. 664, 10. 671, 29. 672,20. 683,16. 698,22. 700, 10. 704,22,44. 707,21. 718, 32. 723,8,12. 744,25. 775,30. 779,33. 815,49. 824,45. 825, 22. 831,48. 842, 32. 854, 47. 927,10. 950,20. 951,24. 961, 35
Pollux. 152,49. 155,14. 194,11. 251,47. 749, 27,33. 780, 4. 919,18. 939,33. 953,20
Polybius. 3,41. 608,15. 952,36. 953,16. 954,28
Pomponius Marcellus, Grammaticus. 684,10
Pomponius Hirnea. 291,25
Pomponius, juriſconſultus. 655, 28
Porphyrius. 840,33
Precationes Hebraicæ. 665,17
Primaſius. 369,30. 412,26. 553, 47. 559,15. 561,29
Proclus. 53,19. 367,33. 441,17. 589,19
Priſcianus. 724,31. 955,53
Procopius. 6,4,6. 31,34. 50,41. 57,44. 58,21,22. 61,33,43. 73, 13. 78,23. 156,53. 173,5. 107, 26. 222,16. 281,50. 297,8. 329, 53. 387,26. 399, 16. 403, 37, 40. 445. 449, 44. 451, 1. 452, 45. 511, 11, 13,21. 514,43. 515, 4,7,8. 560,8. 571, 4. 666,24. 706,21. 735,4. 977,25. 876,11. 910,8. emendatus. 296,53. 297,2
Procopius nondum editus. 861
Procopii ſcholiaſtes. 6,14
Prodicus. 643,14
Proſper. 42,17. 238,36. 257,37. 272,45. 275. 279,33. 319,19. 399,33. 425,31. 475,16. 477, 29. 479,14. 506,38. 570,8,9
Protagoras. 640,19. 643,13
Prudentius. 449,2. 469,36,41, 46. 766, 2. 814, 52. 841, 24. 938,27
Pſellus. 624. 875,14
Publius Nigidius. 20,7. 521,24
Publii Syri Mimi. 684,42
Pythagoras. 309, 9. 449, 39. 640,7,17

Q.

QVæſtionum Autor ad Antiochum. pag. 183. lin. 32
Quidam. 116, 26. 202, 8. 414, 35. 479, 33. 482, 11. 636,20. 700,25. 725,1. 755, 19. 763, 20,21. 961,19
Quintus Catulus. 347,2

R.

RAbanus. pag. 38. lin. 42. 41,32. 79,15. 459,39
Rambam, id eſt, Moſes Maimonides. 535,29. 904,12
Reuchlinus. 700,2
Rinthon. 527,25
Romanorum veterum unus. 336,42,43
Rufinus. 103,6. 731,40. 761,10

S.

SAlluſtius. pag. 79. lin. 30. 479,34
Salomon Iſacides. 537,49
Saluianus. 78,40. 499,15. 580
Sammonicus. 24,22,23
Sanchuniato. 762,7
Sanctius. 85,7
Sarisberienſis. 485,47
Satyricus. 44,1,5. 102,18. 221, 37. 262, 13,18. 484.4. 602,3. 842,16
Satyrici poëtæ Scholiaſtes. 102, 19
Saxo Grammaticus. 649,26
Scæuola. 600,45
Scaligeri Pater & Filius. 225,53. 279,39. 283,48. 286,33. 407, 52. 604, 39. 605, 9. 644,12. 649,30. 669,16. 670,18. 684, 23. 685, 18. 711, 30. 713, 48. 716,17. 743,45. 747,11. 752, 17. 755, 50. 775, 27. 781, 23. 796, 32, 47. 834, 42. 837, 11. 838, 20, 28. 859, 1. 867, 37. 871,51.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

871,51.880,40.886,40.894,48. 897,11. 898,48. 936,6. 944,37. 955,44
Scholia veterum theologorũ. ,134,50.135,1.258,34,35.280,40. 288,13. 289,30. 314,50. 319,48. 337,11. 339,15. 344,10,11,13. 359,22.364.369,6. 394,2. 397,9. 424,46. 430,26. 432,48. 440,4. 443,45. 450,12.462,48. 466,21.472,46. 473,10. 476,50,52. 477,31. 493,40. 494,20. 502,35. 504,43. 514.559,14.560,43. 568,50. 570,39. 584,28. 586,15,16,18.588,37.597,32. 598,18.608,11,14.626,24.628,46. 713,16
Scotus. 656,8
Scripturæ ſacræ compendium, nonnullis Athanaſii. 26,46. 616,25
Sedulius. 295,41,42. 354,43. 401,21.422,47.423,42.424.2.517,5. 519,34,36. 539,27. 550,14,21,26.772,50. 804,49.882,37.940,47.953,1
Selomo Iarchi. 60,32.166,28. 167,21. 191,19. 361,45. 491,39.560,39.880,9
Seneca. 5,7,1.28,43.56,2.105,20. 197,2. 290,34,35. 307,26,27. 321,48,49. 330,10. 332,8,12. 336,40. 377,18. 389,8,11. 395,37. 497,40,46. 731,10
Sepher Amana. 167,13.846,50
Seruius. 236,5.293,40,41.294,16,17,23. 328,42
Seuerus theologus. 238,44. 833,37
Seuerus Rituale. 478,17. ſive Liturgia. 567,9
Sextus Empiricus. 640,2.648,13,20
Sibyllæ oracula. 221,5
Siculus poëta, ſiue Theocritus. 34,31. 714,23. 715,21
Sidonius Apollinaris. 749,37. 770,11
Silentiarius. 780,45,50
Simeonis Magiſtri Collectanea. 143,1
Simon Rabbi, Menaſiæ filius. 60,32
Simo Socraticus. 658,15
Simplicius. 142,38.347,19.570,3. 585,4,5.600,51. 601,4
Sinaï, rabbi. vide, *Ioſephus.*
Sinaïta. vide, *Anaſtaſius.*
Sixtinus Amama. 699,12
Socrates, hiſtoricus eccleſiaſticus. 552,30. 682,14. 683,3. 690,27.697,2.761,11
Socrates philoſophus. 302,19. 399,5.795,8
Solinus. 214,50
Solon. 640,19,25
Sophocles. 71,41.283,42.302,23. 398,20. 643,38. 681,30. 721,48.961
Sophoclis interpres. 283,43,51
Sophronius. 527,33. 682,11. 793,24. 827,15
Sozomenus. 288,13. 926,3
Speuſippus. 640,20
Stephani, Robertus, & Henricus. 36,34. 38,2. 87,19. 102,3. 113,49.236,23.277,29. 278,15,21. 325,41. 382,49. 417,10.592,5.613,9. 630,44. 882,44
Stephanus de gentibus vel vrbibus ſcholiaſtes. 417,12
Stobæus. 121,9. 425,2
Strabo. 19,36,37. 639,28. 712,34.765,6.919,20
Strato Comicus. 748,24
Suetonius. 377,16. 771,35. 947,46
Suidas. 146,32.183,24.378,11. 554,19.567,15.585,51.587,53. 648,13.649,21. 663,23. 681,36. 685,24,28.740,43.746,30.749,17.760,10.764,47. 808,13,32.809,44. 810,43. 820,35. 821,4. 829,37. 855,33. 856,42. 885,43. 905,19. 953,21. emendatus. 610,3,5. 940,33
Sulpicius Seuerus. 275,40.506,35.884,17
Sylburgius. 816,33
Symbolum Nyſſenum, 761,8,12
Symeon Sethus. 20,2
Symmachus. 83,49.84,53.103,48.104,4. 123,41. 272.296,52.306,9.376,39. 396,11,12,16. 416,3,47.575,8. 662,39. 664,7.750,2. 790,42.796,16,38,36,51. 830,31. 886,6. 891,36.898,14
Syneſius. 547,29. 683,5. 685,29.739,18.786,14
Σωώοψις τ̃ θείας γραφε͂ς, Athanaſio adſcripta 26,46.616,25

T.

TAlmud, & Talmudiſtæ. 225,50. 465,11. 533,2
Targumin, & Tarmugiſtæ. 15,49.22,28. 43,38.126,25.194,46. 201,12. 213,24. 230,44. 231,8. 234,35.239,49.263,40. 277,27.288,29.295,5.308,33. 314,10,47.322.326. 420,13. 479,28. 511,39. 533,12. 537,47. 559,50. 562,2. 563,52. 644,5. 668,30. 680,4. 707,17.726,32. 732,53.768,14. 786,29.791,39. 841,46.854,53.858,28.868,5. 896,31.903,33.907,43. 917,40,47
Tatianus. 646,12. 758,2.793,37. 860,9
Terentius. 141,1.302,1.304,17. 389,4.500,30,36.501,16.537,42,50.557,22. 851,42
Terentii interpres. 302,33
Tertullianus. 13,40.25,37.31,36. 39,24. 42,14,25.64,11.93,36. 94,44.102,38. 135,37.138,22. 177,52. 187,34. 191,36. 192,3,4,7,8. 195,7. 203,14.217,2. 222,3. 227,46. 251,34. 272. 288. 332,26. 333,43.335,22. 377,16.383,7,10. 389,1. 407,10. 416,18. 439,33. 442,19. 459,16.476,1.483,3,24.487,22,24,25.506,17.572,48.581,10. 606,46. 608,29. 609,43. 621,27,31. 630,51.631,1,5. 645,13. 650,24.275,29.697,5. 715,13.744,27. 745,26. 749,37.784,39.791,20.916,31.940,21,39. 950,22
Tetraplus Originis. 796,11,15
Thaumaturgus. 138,47
Theclæ vita & codex. 258,7. 450,1.553,35
Themiſtius, & ejus paraphraſtes. 808,37
Theo. 786,4,9
Theocritus. 16,51,52.79,18,24. 138,42. 198,39.264,31. 295,7.340,45. 601,17.663,15,18,20.703,21.710,8.721,1.816,50.863,15. 879,35.937,11. 944,4
Theodoretus. 46,7.49,48.150,4. 209,45. 210,52. 212,48. 227,51. 345,29. 386,15. 421,42. 453,26.493,50. 551,15.553,13. 663,30. 664,11.24.666,26,33. 682,9. 729,51.732,15. 734,38.735,2.738,10.761,23. 762,36.767,46.771. 772,33. 799,4,5. 808,23. 856,2. in Catena nondũ edita. 941,42
Theodoris Imperatoris Edictum. 348. Antiochenſis. 173,16. 682,9
Theodorus Cilix, hæreticus. 552,49

Theo-

Theodorus Gaza. 684,40. 754,27

Theodorus Heracleota. 232,21

Theodorus Mopſueſtiæ, præceptor Neſtorii, Origenis, &c. 210,46. 627,48

Theodorus presbyter. 552,45. 554,16

Theodotio. 123,41. 193,32. 306,9. 575,8. 276,20,21. 662,40. 664,7. 782,46. 796,16,28,36,51. 797,8. 876,53

Theognis. 106,18. 241,8. 507,26. 710,40

Theologi antiqui varii. 3,31. 55,49,50. 72,16. 112,29. 123,20. 168,3. 213,44,45. 216,33. 225,25. 238,2. 282,36,37. 291,48. 357,9. 362,40,42. 364,27,32. 369,9. 376,21. 388,13. 392,37. 393,9,11. 412,18. 421,27. 429,41. 435,35,53. 450,16. 461,19. 477,52. 478,1. 483,38. 489,1. 492,9. 496,37. 510,8. 518,41. 520,3. 523,37. 526,37. 541,9,11,32. 542,14. 544,21,23,24,25,29. 554,22. 557,35. 563,14. 570,9,12,13. 573,29,34. 580,12,41. 599,45. 602,24,36. 603,16. 613,44. 658,1. 695,34. 696,8,35. 723,33. 754,48,49. 875,41. 904,25

Theologus ſummus hujus temporis. 411,13

Theophilus Alexandrinus. 197,14. 705,10. 706,27. 746,19. 758,2,4

Theophilus Antiochenſis. 646,12

Theophilus presbyter. 142,30. 149,18

Theophilus juriſconſultus. 21,30

Theophraſtus. 89,38,39. 237,36. 286. 368,31,37,38,50. 466,2. 644,14

Theophylactus. 3,20. 10,36. 20,19. 21,14. 24,15. 36,40. 41,6. 43,13. 46,16. 50,50. 58,28. 60,8. 75,12. 77,22. 91,15,26. 93,42. 95,16,19. 107,34. 113,25. 116,21,29,121,52. 123,52. 124,2. 128,43. 136,25. 137,27. 147,18. 148,34. 154,46. 159,15. 160,15,18. 161,19. 162,20,45,51. 169,24. 171,52. 173,33. 174,50. 175,45. 176,2. 178,42. 179,43. 184,46. 185,18. 188,7,8. 191,26. 201,41. 209,45,47. 210,3,4. 218,17,20. 220,36. 223,44. 231,44. 232,20. 234,44. 237,1. 251,18. 260,27. 275,50. 280,36. 368,37. 378,45. 379,27. 390,4. 398,44. 400,30. 403,25. 420,35. 422,46. 423,23,49. 429,29,47. 434,28. 448,26. 455,35. 472,46. 473,7. 494,10. 505,52. 511,8. 524,33. 527,6. 532,47. 542,10. 551,20. 554,33. 557,7. 558,51. 560,44. 566,25,26. 571,28,31. 673,41. 675,30. 678,36. 679,2. 691,32. 735,23,48. 744. 757,11,15,17. 762,22. 763,23. 770,37. 772,25. 778,50. 782,29. 785,9. 793,11. 802,17. 813,18,19. 821,3. 822,13. 829,23. 841,49,53. 842,19. 849,7. 850,34. 851,1. 854,11. 863,36. 868,47. 879,16. 882,50. 883,22. 885,49. 886,12. 887,22. 892,14. 902,4,9. 903,18. 904,33. 905,53. 907,11. 908,39. 909,45. 915,34. 920,14. 928,37. 929,3,32. 933,29. 934,51,53. 937,48. 944,15. 952,10. 959,10

Theorianus. 590,20. 819,51. 820,4

Thomas magiſter. 41,33. 50,55. 113,23. 180,48. 199,30. 212,41. 222,24. 303,16. 586,52. 594,4,5. 615,26. 626,46,47,50. 628,44. 824,18. 829,10

Thomas Erpenius. 699,2

Thucydides. 97,1. 108,30. 152,50. 153,19. 219,14,15. 325,31. 339,39. 433,41. 507,30. 548,16. 612,27. 726,34. 937,15

Thucydidis ſcholiaſtes. 219,15,16. 339,40,43

Tiberianus Bæticus. 682,7

Tibullus. 755,14

Timon Syllographus. 25,47

Titus Boſtrorum epiſcopus. 2,50. 137,33. 159,19. 173,34. 179,50,51. 181,11. 185,27. 188,15. 201,46

Titi Boſtrorum epiſcopi interpres. 609,4

Titus Liuius. 326,42. 329,19. 448,53. 529,2. 699,41. 779,41

Trallianus. 24,21

Tranquillus, Suetonius. 178,28. 290,34. 506,24. 648,10. 734,18

Tremellius. 554,5

Trithemius. 412,28. 550,15

Tyrius philoſophus, ſiue Maximus Tyrius. 727,7

Tzetzes. 43,31. 53,19. 233,7. 649,13. 711,22

V.

VAlerianus. pag. 78. lin. 42. 169,36

Valerius Maximus. 35,53. 456,4. 529,2. 937,51

Valla. 433,37

Varro. 43,28. 64,34. 140,5,8. 648,38. 650,5. 680,42. 711,22. 730,19. 734,7. 783,51. 951,17

Vatablus. 38,15. 47,33. 48,20

Vegetius. 332,26

Victorinus Pitabionenſis epiſcopus. 682,6

Vigilius. 422,35. 550,43,51. 730,2

Vincentius Lirinenſis. 396,33

Viri magni, diuerſi. 39,23. 124,3. 166,42. 482,23. 669,9,14. 705,32,33. 718,25. 752,29,30

Virgilius Maro. 16,50. 19,26,29. 41,26. 71,42. 111,25,26. 140,1,3. 236,5. 252,22. 264,31. 267,29. 289,40. 293,46,47. 294,6,7,33,37,39. 295,26. 306,37,38. 326,2,5,18. 332,23. 337,24. 377,51. 378,4. 389,13. 420,8. 492,44. 548,26. 579,45. 586,19. 650,9. 697,24. 698,4. 703,37,40. 714,4. 715,9. 721,42. 723,8,9. 724,15. 726,53. 754,17. 755,18. 766,35. 779,14. 873,51. 879,19. 942,23

Vitruuius. 642,30. 697,42,43

Vlpianus. 288,14. 319,1. 497,43. 566,39. 655,28. 800,29. 804,34,41

Vtenhouius. 702,12

Vziel. 943,35

X.

XEnophanes Philoſophus. pag. 640. lin. 18

Xenophon. 76,5. 241,9. 302,19. 325,31. 389,45. 681,40.

Z.

ZAcharias Mitylenæus epiſcopus. pag. 728. lin. 25

Zenobius. 69,18. 165,49

Zoïlus Homeromaſtix. 697,41

Zonaras. 140,19. 228,48. 304,34,37,44,47. 321,8,14. 325,11. 398,27. 406,50. 434,17. 492,15,21. 519,19. 320,35. 527,43. 529,12. 566,33. 692,24.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

INDEX
RERVM & VERBORVM.

A.

ABaddon, Apollo Pythius. pag. 708. lin. 42
Abantes ὀπιϑόκομοι. 749,9
Abdita reuerenter ſcrutanda. 631, 26
Abel in poteſtate Caini. 393, 23. Sanctorum πρωτεῖον. 169,33, 34
Abire, οἴχεσθαι, de poſtremo vitæ termino. 180,53. euaneſcere, ξηραίνεσθαι. 114,41,42
Ablegatus ad proximos, quis. 659,22
Abluere & lauare, an differant. 89,31
Ablutio, pro baptiſmo, & an recte. 409,34
Ablutio manuum ſuperſtitioſis uſitata. 89,37,44
Ablutio mortualis. 406,33
Ablutionis locus, κολυμβήθρα. 886, 16
Abolitio creaturarum. 615,32
Abolla Cynicorum. 765,21
Abominatio carnalis & ſpiritualis conjuncta. 346,47
Abominatio deſolationis. 120,51. 121,17,22,28
Abominationes oculorum, idola, opes. 469,19,20
Abrahamus, benedictio. 725,7
Abraham, hiſtoria Abrahami. 361, 46
Abrahamus Dauidi ſubjunctus, quare. 1,29
Abrahami gentis nota. 903,28
Abſcondendo commendari nonnunquam virtutem. 636,11,12
Abſcondi, nautarum. 325,50
Abſtracta, pro ſimpliciter concretis. 724,53
Abſurdum, ἀπεμφαῖνον. 814,8
Abundantia, opes. 129,37. 769,16
Abundare aliquo. 129,36
Abuſio ciborum, Ambroſio. 494,17
Abuſus cultus creatori proprii, ejuſque cum Angelis communicatio. θρησκεία ἀγγέλων. 546,15
Abuti, Eraſmo quid. 493,49
Academia Leidenſis, ejuſque Theologi. 699,29. & Eccleſia. 824,8
Academiæ. In iis quædam exercendo ingenio dici. quæ & grata iis qui docent. 553,7,8
Acatiani. 688,3
Accentus diuerſitas. 488,31
Accentus, ſpiritus, diſtinctiones, à veteribus plerunque omiſſa. 117, 41
Accentus Hebræorum, diſtinctionum inſtar. 552,11
Accidentia. 724,28
Accommodatio, συγκατάβασις, & ejus commendatio. 391,1
Accuſatio, Iudæis relicta à Romanis. 938,11
Accuſatiuus pro nominatiuo, Atticiſmo vſitato. 203,49. 289,16, 17. 599,1
Acerbitas animorum à Criticis abeſſe debet. 680,36
Achad, Dei nomen. 64,32
Acheron, occaſus. 715,32
Achitophel, typus proditoris. 82, 41
Accroaſes Cratetis. 648,11
Acroſticha & acroteleutia Nonni. 818,43
Actiua ſapientia, ſeu philoſophia practica, circa quæ occupetur. 723,25
Acta Apoſtolorum. 827,18
Ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων. 789,51. eorum diuiſio vetus. 822,44
Actuarius, id eſt, autor Actorum apoſtolicorum. 258,23
Actuum noſtrorum menſura. 464, 12
Acumen nonnullorum in peccato Bathſebæ. 37,47
Adad, Sol. 64,32
Adamantis lapidis excellentiſſimi natales & natura. 375,44,50
Adambulantes ficum. 129,32
Adam. 312, 48. ſciens prudenſque peccauit. 353,5,6. Euam audiens, diabolum audiuit. 511,4. in eo humanum genus peccauit. 353,6. 510,51
Adami protoplaſti ἔκστασις. 288,24, 28. cranium. 790,31
Adegerunt eum, pro coëgerunt. 205, 18
Adjectiua & appoſita, an idem. 724,30
Ad ignem ſapientum, calefaciendum. 935,51
Adminiſter Dei, malus Angelus. 291,8,47
Adminiſtratio prouinciæ deſiderata ſine Imperatoris conſenſu, ἱεροσυλία. 348,18
Admiranda in hominibus, Deo aſcribenda. 636,15
Admiratio & ſtupor, majeſtatis propria & comites. 35,48,49
Adoni, Adoni, Eli, Eli. 714,39
Adoni, κύριε μου, Solis ſalutatio. 714,9,19
Adonis, Oſiris, Dionyſus, Bacchus, Thammuz, Eleleus. lachrymoſus deus, quoniam à Titanibus diſcerptus. 704,2,11,13,15,23,25, 38,43,47. Sabaſius Indorum domitor ac ebrioſus. 705,25. Baſſareus. 707,37
Adonis ad inferos abit. 715,27. Bibliæ Veneris Aſſyrius maritus. 601,10,16. & comes. 714, 7, 10
Adonis, idolum & numen orientis. 79,21
Adoptionis jus. 146,52
Adoptionem præcedit educatio. 146, 7,8. 147,27,47
Adorare & precari, quid differant. 306,20
Adorare, & ſacrificare. 769,25
Adoratio vera. 769,46
Ad proximos ablegatus, quis. 659, 22
Ad quem & aduerſus quem Dei ſermo fit, an idem. 911,24
Aduentus benedicti ſeminis, finis omnium. 10,46
Aduentus Domini duplex: ἐνιαυτὸς δεκτὸς, & ἀνταπόδοσις. 150,5, 6. primus & ſecundus. 534,8. 30,35
Aduentus Meſſiæ. 183,14,42. πρᾶος καὶ πτωχὸς, οὐ μετὰ πολλῆς φαντασίας. 679,15
Aduentus Chriſti vltimus. 41,24. an de reſurrectione Domini accipiendus. 41,34
Adventus Filii, nomen Patris eſt. 236,34
Aduentu Meſſiæ quæ Iudæi reſtituenda credant. 60,17,18. de eo Gemariſtarum locus. 37,9
Aduerſa nemini euenire, niſi qui præ cæteris peccaſſet; Iudæorum opinio. 173,51
Aduerſitores ſeruuli, παρατηροῦντες. 183,25

Aduer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Aduerſus quem & ad quem fit ſermo Dei, an iidem ejuſdem generis perſonæ. 911,24

Adulandi formulæ in commendando. 588,29,31

Adulatio inter mores. 638,4

Adulatoriæ compellationes quomodo paullatim in eccleſiam inuectæ. 455,53

Adulterium, ſtuprum. 379.7

Adulterorum etymologia. 504,2

Adultorum vox pro perfectorum, vbi & à quibus ſubſtituta. 29,50

Aduocatus & paracletus, quantum differant. 251,26

Ædificacio ſterilium matronarum. 711,16

Ægrotus reſtitutus à Domino. 775,49. *paralyticus.* 778,49. 887,21. *chronicus.* 779,9

Ægyptiorum idololatria. 756,23. *iidem intincta vſi inuentores.* 925,53. 926,8

Æneadæ, Venere prognati. 713,50

Æneas in Italiam venit. 575,52

Æneis, quale opus. 697,30

Ænigmata proponere, à bono interprete alienum. 802,48

Ænigmata argentea. 469,41,46

Ænon. 763,40

Æolus Vlyſſi ventos donat in vtre colligatos. 817,23

Æquæuus Patri Filius. 730,9

Æquabilitas & æqualitas, an idem. 497,38

Æqualitas & fraternitas, diuerſa. 787,31

Æqualitas inter fideles dominos ſeruoſque. 497,10,33

Æqualitas & vnitas Patris & Filii. 927,40

Æqualitatem tollit vicinitas ac proximitas. 779,31

Æquitas, δικαιοσύνη, ἰσότης. 497,40

Æquiuocatio quomodo tollatur. 797,21

Aër, an habitatio deſertorum Angelorum. 459,43

Aëreæ regiones, an recte ἐπουράνιοι *dicantur.* 472,28

Æſacus, quid. 234,7,11,15,22

Æſculapio ſerpentes conſecrati. 708,50

Aeſtus hora. 882,27

Aetas conſtans, ſtata. 837,30

Aeterna mors, inferis oppoſita. 72,6

Aeternitas, an עולם *ſimpliciter.* 335,35

Aeternitatis condimenta, quæ. 837,18

Aethiopes, vltimi hominum. à Iudæis contempti. 286,50,51

Aethiopis fidelis exemplum ex Magiſtris. 286,52

Aëtiani notati. 688,4

Aëtii de trinitate hæreſis vnde orta. 658,2

Aeui vox, de æternitate. 730,10

Aeuum ineruditum. 804,28

Affectatio pietatis; pietas cum ambitione. 636,26

Affectus, τὸ θυμικὸν, *Hebræis manus.* 27,10

Affectibus non vitioſis ſubjecit ſeſe Dominus. 232,23

Affirmatio & negatio categorica, veritatis via. 657,40

Africani in genere Dominico excutiendo diligentia. 2,39

Agallochum, xylaloë. 956,14

Agapæ, & earum abuſus. 628,52

Agar, peregrina. 951,49,52

Agitare, ταράττειν, θαμβεῖν. 62,33

Agricolæ ſancti, quinam. 284,29

Agricultura viua, pecuaria. 767,17

Ager benedictionis. 85,13. *maledictionis.* 85,22

Ager figuli. 85,38. *& ager ſanguinis.* 86,6. *Tophet, Akeldama.* 263,3

Agrum, ſeu terram, largiri, conferre. 318,27

Agnoſcendi verbum perperam pro ἐξομολογεῖν. 42,12

Agnoſcendi verbum, minus quam confiteri; pluſquam cognoſcere. 95,24,27

Agunt feruntque omnia. 533,14,15

Aïgleuces, ſemper muſtum. 269,20,21

Akeldama ager, quis, cujuſnam fuerit, & à cujus ſanguine ita dictus. 260,13,14. 261,2,52,53. 262,52. 263,1

Ala, turma, ἴλη. 840,33

Alabaſtrum, quid. 79,15

Alabaſtri vſus in ſacris Adonidis. 79,25,26

Alapa, alpha. 941,31

Alapare, ῥαπίζειν. 940,36

Albæ veſtis vſus. 195,46. 196,19,25,30,31

Album & lux. 773,45,47

Alcidamus ab Ariſtotele ob attributorum luxuriem notatus. 721,11

Alea incertius nil. 465,22

Alexander Magnus Apollinis, qui primos humani generis parentes ſeduxit, ſub veri Dei nomine cultor. 709,3. *cui Ariſtoteles Homerum emendauit.* 640,28

Alienari, παραφρονεῖν, ἐξίστασθαι, *qui dicti.* 105,19

Alienus, ἄλλος, זר. 435,49. *profanus.* 301,3,4. *ſatanas.* 379,14

Alienis inſidiari, ἀλλοτριοεπισκοπεῖν, ἀλλοτριοκατασκοπεῖν. 609,38

Alim Chaldæorum. 293,50. *& Arabum.* 294,14

Alimum veterum. 53,16,17

Alimus, Elimus, Elymus. 293,38,49,50

Aliter ſentientes primitiuæ eccleſiæ dicebantur οἱ ἔξωθεν. 513,48

Aliud, falſum. 435,43,45

Alius, alienus, זר. 435,49

Alius cultus; ſtellarum, dæmonumue: in quo alia ſiue falſa coluntur. 435,50,52

Allego, ἐμφανίζω. 338,21

Allegoriæ. 678,35. *harum abuſus notatus.* 284,20,32,49,50,52. 413.39,50

Alloqui, ſolari. 577,7

Alludere ſapientum dicta. 935,50

Alludere ad loca Veteris Fœderis, Euangeliſtæ Ioannis proprium. 942,10

Alluſio alicujus, σχέσις πρός τινα. 246,22

Alluſiones ac paronomaſiæ ſingularum linguarum, in alias transfundi non poſſunt. 668,12,28

Alluſiones ſacræ in vocibus vicinis. 791,30

Almus, vnde nomen, & quid. 294,17,20

Aloë, herba, vbi naſcatur. 955,40. 956,3. 957,1

Aloës arbores. 956,2

Alogi, hæretici. 860,3. 861,8

Altare, ἱερὰ τράπεζα. 867,11

Altare expiationis, calamitates dicuntur nonnullis. 160,38

Altera mulier, id eſt, concubina. 217,46

Alterum, falſum. 435,43,45

Alternare, μερμηρίζειν. 586,19

Aluearia apum, κυψέλαι. 21,32

Amantium vna anima. 497,19

Ambidextri, in militia fidei, quinam. 427,24

Ambigua ſeruare, nonnullis mos eſt. 800,22

Ambigua enunciatio & vox, non enunciatio nec vox, ſed enunciationes & voces. 795,18

Ambiguitas prima, in vocibus. 797,19,24. *quanta mala ex illa.* 798,29. 799,11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ambitio, majeſtatem offuſcat. 36, 28. *à ſcriptore aliena eſſe debet.* 716,20
Ambubajæ. 43,39
Ambulare poſt ſpiritum ſuum. 160,8
Ambulationes, proceſſus. 332,26
Amicitia, idem velle & nolle. 479, 34. 482,25. ἰσότης. 497,15
Amicitiæ coagulum, ſal. 115,20
Amicitiæ firmamentum, humilitas. 363,20
Amicorum omnia communia. 497, 21
Amicum diu expectatum amplectentium formula. 141,32
Amor Dei, niſi proximi amore, non completur. 454,1,2,10,25. *de eo præceptum; & an de eo candide judicare quis poßit qui proximum amandi poſthabet præceptum.* 622,45
Amor Dei & proximi diuulſus à Iudæis. 163,4,6
Amor proximi, quomodo nouum præceptum. 235.50. *de eo præceptum, quantopere inuolutum & obtenebratum fuerit.* 622,42, 48,53
Amor Ioannis. 829, 18. *&* Petri. 811,32
Amor ſummus, per τὸ σφραγίζειν *expreſſus.* 896,24,32
Amores ἄῤῥητοι, *&* βδελύγματα. 347,1
Amores Veneris & Adonidis. 714,15
Amphoras tres ſingularum hydriarum in Canæ nuptiis, Trinitatem ſacroſanctam ſignificare. 284,48
Ampullæ, λήκυθοι, *myrothecia.* 810, 47. 811,6,28,36. 812,9. 815,10. 894,6
Ampullæ, qualis in dicendo character. 671,31
Amuleta Arianorum, voces θεοπαθητικά. 689,43
Analectæ, quinam. 112,33
Anaxagoræ dictum, de cæleſti patriâ. 483,45
Anchoram emittere, demittere. 328, 35
Ancilla humilis, & humilitas ancillæ, an unum idemque. 201, 37,38
Angelus, doctor. 441,27
Angelus, vis diuina. 887,4
Angelus faciei Domini, Gabriel. 136,15
Angelus excellenter dictus, filius Dei, magni æternique conſilii angelus. 35,9. 538,24,26. 575,45. 887, 20. *à Nonno in Lege ferenda excluſus.* 853,47. *angelus æternus, ſibi & myſteriis ſuis præludens.* 887,17. *qui præiuit Iſraëli ex Aegypto vocato.* 16,4
Angelus executionis, lictor. 93,36
Angelus malus, miniſter & manus Dei. 291,8,47
Angelus mortis. 887,15. *de eo ſtultißima Iudæorum opinio.* 160, 42. *angelus Domini.* 830, 50. *Bileamo in ſatanam.* 59,27
Angeli, prophetæ, miniſtri ſpiritus. 281, 16, 21, 35, 39, 40, 42. 282, 16,17,30. *prophetæ.* 448, 24
Angeli, Dei filii, aſtites & ſatellites. 534, 10. *Dei nuncii ac ſpiritus.* 535, 26, 29, 30. *ordinis rectique moris autores, loca aßignant in regno cæleſti.* 181, 50. τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ *patent.* 559,5. *cur à quibuſdam inuocentur præ Chriſto.* 492,16. *quæ ipſi agunt, ea Deo aſſcribuntur: & illis, quæ per eos Deus agit.* 291,6. 390,30. 415, 29,30. 830,49. 887,12. *an prædicando deſtinati, &, an doceant quoque.* 441,19,22,23
Angeli peccatores, ſecundum Scholaſticos, apud inferos alii, alii in aëre verſari dicuntur. 459,44
Angeli rebelles, gigantes. 627,6
Angeli ſceleſti cum fœminis conſueſcentes, & quinam. 605,46
Angelorum apparitiones. 516,3. *caput, Chriſtus.*
Angelorum, hominis, & Ieſu ſeruatoris comparatio. 547, 14, 51. 548,6,7.
Angelorum πολυγλωττία. 397,43
Angelorum panis, angelorum lingua; id eſt, cæleſtis. 397,51
Angelorum rebellium horrendum ſupplicium. 626,45
Angelis inferiorem eſſe, & quidem paullum, vel paullo; generis humani felicitas & prærogatiua; & an ad nullam calamitatem referendum. 549,37. *de Seruatore an verum.* 548,6,7. 551,13. 554,8
Angi, rumpi, διαῤῥήγνυσθαι. 82, 51,53
Anhelare, in loquendo, Hebræorum vitium, ſecundum Hieronymum. 944,11
Animaduertere, pro cogitare, melius quam diſpicere vel reſpicere; deterius quam videre. 156,35
Animalia cuncta; porco ſolo excepto, ad honores admiſſa diuinos. 756,23
Anima amantium vna. 497,19
Anima interpretum, Donatus. 851, 45
Anima, & caro: Verbum, & homo. 544,37
Anima & corpus, hypoſtatice vnita. 737,32
Animæ, ſeu ſpiritus, vocum, variæ explicationes. 915,19,35,39,52
Animæ locus, Deus. 608,32,33
Animæ ſanctæ cruciatus, quinam. 613,5
Animam proprie dici, quæ rationis capax. 373,14
Animam hoſtium tuorum ejiciat. contra impiorum reſurrectionem. 322,9
Animæ, oues & boues, Auguſtino, ſeu Pſalmorum commentatori. 410,38,48. 411,2
Animarum immortalitas. 70,39. *figurata.* 408,15
Animas cum corpore extinguit Sadducæorum opinio. 70,47
Animus, mens. 401,32,33
Animus & ratio, quomodo Platonicis diſcrepent. 658,22
Animus oculos ſubſequitur. 469,18
Animus abjectus ac iners. 652,9
Animus auarus, ipſe pauper, benignus eſſe non poteſt. 229,45,46
Animus magnus, & cordatus. 652, 7,10
Animi magni & literati natura. 635,6. 671,39
Animo elato peccare. 875,46
Animorum acerbitas à Criticis abeſſe debet. 680,36
Anna, Samuelis mater & Diua virgo, collatæ. 199,39
Anni pars, in qua duo regalim, & θεσμός. 882,53
Annus, στέφανος. 591,51
Annus, annulus; κύκλος, κυκλίσκος. 779,15
Annuli ſigillum, pignus amoris. 896,43
Ante lucem, tempus. 127,47
Ante ſæcula, ante tempora, non idem. 533,3
Antecedens cum relato, Hebræorum more; etiam relato præcedente nomen ſuum. 445,28,30
Antichriſtus, & Chriſtus. 909,20
Antichriſtus, tyrannus. 578, 5. *qui & qualis futurus.* 220, 46, 52. *ex quibus.* 221,4
Antichriſtus eſt, qui Paulum aperte loqui vetat. 505,46
Antichriſtus quomodo veri Chriſti attributa aſſcribat ſibi. 738,14

Anti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Antichriſti typus, an Nero. 506,22

Antiochi idolum, βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως. 121,22

Antiquitas Chriſtiana, quæ. 681,18

Antiquitatis ſtudia, & in eam inquiſitio vera, à maleuolis λογομαχίαι, ἢ ζητήσεις μωραὶ καὶ ἀπαίδευτοι, *vocantur.* 824,39. *imitatio.* 697,20. *laus.* 873,26. 961,47. 962,15. *origo ex oriente.* 670,11. *veſtigia quam ſint egregia.* 706,4. *ſcripta quomodo vtiliſſime tractanda.* 702,40

Antiquorum theologi quales. 699,28

Antiquitas vindicanda. 824,5. 826,30

Antiquitate confirmata haud facile, nec ſine juſtis cauſſis, mutanda. 96,18

Antiquus dierum. 673,25

Antiqui, עתיקים, *Attici.* 705,31

Antiqui non raro à litera recedunt. 122,23. *in paraphraſibus rari.* 104,41

Antiquorum in diſcendis diſciplinis ac docendis ſtudium, judicium, induſtria, diligentia. 639,1. *licentia in emendandis textibus.* 645,43. 646,5

Antonia, Φρούριον *Ioſepho dicta.* 317,24.25

Antonomaſia proxime ad appoſitum accedit, vel eſt. 725,47

Aoniæ etymon. 710,20

Aoriſti cum ἐκ *aduerbio peculiaris vſus.* 511,30

Aoriſtum tempus etiam extra indicatiuum præteriti temporis, non præſentis, habet ſignificationem. 122,36. 123,26. *præſentis loco.* 333,31. *loco futuri.* 333,34. *medium* παθητικῶς *acceptū.* 235,33

Aperiri, nautarum. 325,50. 326,10,16

Aperto capite peccare. 875.48

Apes agreſtes. 21,14,27

Apium natura fera. 21,28,29

Apocalypſis Ioannis, quare inter apocrypha à quibuſdam poſita. 629,49. *ejus diuiſio vetus.* 822,49

Apocrypha; inter quæ nonnullis, vt Hieronymo, *Aratus*, Menander, Epimenides. 605,17

Apocryphum, quod in eccleſiis non legitur. 629,53

Apollinariſtæ. 210.9,10

Apollo, diabolus. 377,49. *ſerpentis veteris hoſpes. qui primis parentibus perſuaſit, a ſeſe boni pariter ac mali ſcientiam petendam eſſe.* 708,52,53. *Pythius, generis humani hoſtis.* 708,41,50

Apoſiopeſis, ſcriptura conciſa. 54,43

Apoſtaſia hominum vniuerſalis. 357,12

Apoſtaſiæ peccata. 563,9,10

Apoſtata, infitiator. 271,43

Apoſtatæ, nephilim. 604,5,11. 606,33

Apoſtoli, dimiſſoriæ vel vinculares literæ. 396,30,31. 423,44

Apoſtoli Iudæorum; a quibus id nominis ad Chriſtianos deuolutum. 396,6,15

Apoſtoli, στῦλοι. 515,6. *primitiæ & elementa ſpei.* 458,28,30. *quo ſermone vtantur.* 12,52. *in narrationibus ſuis non vbique temporis rationem habent.* 75,46

Apoſtoli falſi, a cultu alio, ſiue non recto, dicti. 435,52,53. 536,1

Apoſtolorum comes, τὸ πνεῦμα. 310,37. *vox, ejuſque diſtinctus uſus.* 404,8. *ea quam vſitata.* 432,9

Apoſtolicæ doctrinæ magna pars in virtutibus vitiiſque occupatur. 467,23

Apparatus, ſpecies, μόρφωσις, σχηματισμός. 525,48

Apparitio Domini *prima, & ſecunda.* 534,8,30,35

Appenſa Iudæorum, quænam? 120,10

Appii forum. 330,33

Applauſus & vanitas, condimenta ſcenæ. 825,29

Appoſitum proprie, & Hebræis, *ſecundo loco ponitur.* 726,27

Appoſita inter appoſita Hebræis, participia quoque. 768,44. 775.44

Appoſita, attributa. 719.15. *proprie quænam.* 723,16. *magis ad poëtam ſpectant quam ad interpretem.* 794,52. *maxime neceſſaria nonnunquam diſſimulantur.* 726,29

Appoſitorum decorum, τὸ ἁρμόττον. 842,28. *proprium.* παρωνύμως *exprimi.* 725,40. *vſus, in minus notis.* 746,17. *abuſus.* 755,53. 756,29. *luxuries quid cauſſetur.* 772,34

Apulia ſiticuloſa. 882,22. *Benjamino, a fabis nomen ſortita.* 917,53

Aqua, immenſa Dei *caritas, beneficia, dona.* 181,46,47. *cur in epulis adhiberi ſolita.* 181,49

Aqua flaua. 774,1

Aqua vinoſa, vinata, vino tincta, Nonno. 772,8,13

Aquæ color proprius, quis. 773,17

Aquæ hauriendæ tempora. 879,29

Aquæ mutatio, an in eſſentia facta, vel colore. 771,51. 772,19,23

Aquam omnium eſſe principium; Thaletis ἀρέσκον. 615,10

Aquæ, vis ſpiritus. 224,5,6

Aquæ diluuii nil in cœlos terramque, potuerunt. 614,19

Aquæ ſalſæ, res ſæculi ac vanitatis. 217,36,37

Aquila, interpres. 662,29

Aquila cœleſtis, Ioannes Euangeliſta. 691,27. 831,13

Aquila Romanorum, *idolum, &* βδέλυγμα ἐρημώσεως. 121,23,28

Aquilæ, juſti. 184,44

Aquilone omne malum deſignatum. 709,18

Aram, Oriens. 9,44. 10,2

Aramæi, Ἕλληνες. 296,16,20. φέροντες ξένια, *& cur.* 10,9

Aratri manica. 161,49

Arbor cæſa; de malo nauis. 327,12

Arbores aloës, Chaldæo Onkelio, *quid.* 956,24

Arbores Dei; *a* Deo *plantatæ; excellentes.* 956,25,26

Arbores locis nonnunquam nomen dediſſe. 866,11

Arbores heroinis diiſque conſecratæ & cultæ. 710,7

Arca, & στῦλος νεφέλης, *duo præſentiæ diuinæ teſtimonia, priuſquam in templo Iudaico illa habitaret.* 514,27,28

Arca decalogi, κιβωτὸς μαρτυρίου. 524,41

Archangeli quinque. 546,9. τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ *patent.* 559,6

Archelai crudelitas quomodo Hebræis *notata.* 17,10

Arma, majeſtatis propria. 937,39

Armamenta nauis, τὰ σκεύη. 327,16

Argiui, Ἕλληνες. 899,2

Argentum fœnus. 493,1

Argumentum, quod interpres tractandum ſumit, intelligere penitus debet. 672,17

Ariſtarchus, Criticus. 639,12. *Ariſtotele recentior.* 639,12. *ejus æuum.* 642,33. 643,6

Ariſtarchi & boni ac prudentis viri, munus idem. 680,15

Ariſtarchi in Nonnum *idea & formatio.* 670,7

Ariſtophanis & Socratis factio. 642,21

Ariſtoteles, vir ſummus. 644,11,12

Ariſtotelis διδασκαλίαι. 640,33

Ariſtotelis Dogmaticæ. 644,11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ariſtotelis de Interpretatione liber quantæ exiſtimationis. 654,34. 658,25
Ariſtotelis ſcripta digeſta. 640,4
Arianiſmus notatus. 687,5
Arianus totus Orbis, quando. 696,35
Arianæ ſectæ duo principes, Arius, & Origenes, Zonaræ. 692,25
Arianorum amuleta, voces θερα-πευτικαί. 689,33,43. 690,9
Arianorum formulæ nonnullæ, ante illos quoque Patribus κατὰ συνέμπτωσιν *& incogitanter uſurpatæ.* 696,25
Arianorum κλίσμα, ποίημα, γέν-νημα. 689,37. *ſimile.* 689,29
Ariani, Ἀνόμοιοι. 689,30
Ariani, Chriſtomachi. 762,40
Ariani, Πνευματομάχοι. 695,23
Ariani notati. 688,3. 732,28. 751,53. 762,22. 874,18. 890,25
Ariomanitæ. 762,39
Arius notatus. 852,23. *hæreticus.* 662,12. *paganus; ejuſque Thalia.* 696,41,42
Arii dramata. 689,19. *hæreſis.* 690,2. *mors, ſecundum Athanaſium.* 264,42
Arroganter peccare. 876,5
Arrogantia, quantum proficientibus obſtet. 579,21,22
Arſe Vorſe, titulus. 455,27
Ars ignorantiæ quæ prætexitur. 320,1
Artes magicæ, occulte & clam exerceri ſolitæ. 295,1
Artium chaos. 674,30
Articulus ἀναφορικὸς*, ille, &c. nonnunquam, vt Syro, ita & Græco, omiſſus.* 109,32
Articuli omiſſi exempla. 338,26
Articuli neceſſarii neglectio. 574,47,48
Articuli vſus. 247,20. *quanti momenti.* 237,42. *abuſus.* 96,22. 97,34. 243,28. 244,13. 245,1,22,30,39,40. 250,45
Articuli luxurioſi abuſus. 242,9
Articulis quantum tribuendum. 362,50,51
Artifex ſecundus, ὑπουργὸς, καὶ ἀλλοτρίων θελημάτων ὑπηρέτης. 732,29
Arundo rubra, calamus aromaticus. 955,53
Aſaph. 8,26,35
Aſaph phropheta. 645,37,38
Aſcendere cœlum. 332,11
Aſcenſio prophetarum, & juſtorum, in cœlum. 872,23
Aſcetarum victus tenuis. 766,49
Aſcra, patria Heſiodi poëtæ, ejuſque etymon. 709,49,52
Aſiæ διαπορεῖ *Metaphraſi vtebatur Chaldæa.* 605,53
Aſinus, & filius aſinarum, an idem Ioanni. 678,24
Aſini cura Iudæis in legis contractione ſuperſtitioſa potior quam cura proximi. 119,45
Aſpargine, & extra jactum, vt Iuriſconſulti loquuntur, merces corrumpi. 328,21,22
Aſpectus, viſus, ſpecies. 425,34
Aſpectus Dei. 421,8
Aſſumptio naturæ, auxilii latio. 556,25,26
Aſteriſci Origenis & Ariſtarchi Critici. 645,3
Aſtites, Dei filii & ſatellites, Angeli. 534,10
Aſtu, vrbs. 287,25
Aſum Plinii, & Aſus Stephani. 325,41
Atheiſmus, non tam vitium quam pœna & furor. 675,40
Athenæ bonis infeſtæ. 287,22
Athenienſes φιλόδικοι. 172,16
Athenienſium lex de corpore non ſepulto. 958,31. *Atticiſmi conſeruandi cura, etiam in ære admittendo.* 684,20
Athletarum ſumma ἐγκράτεια*, ſummaque voracitas.* 388,37,43
Aſſeſſores, πάρεδροι. 779,52
Atrati, idololatræ. 871,53
Atria, αὐλαί. 128,24
Attendens, & intendens. 177,3,4
Attendere dicitur audiens loquentem. 333,24
Attentio in audiendis Sacris. 170,35
Attica, terra ſterilis, & λεπτόγεως*, populique antiquitas.* 726,34
Attici, עתיקים*, antiqui.* 705,31
Attici, τοῦ Βόῤῥου, τοῦτ' ἐστι, τοῦ Διαβόλου*, cultores; ſed ſub titulo veri numinis.* 709,26,33
Atticiſmus vſitatus. 203,49. *accuſatiuus pro nominatiuo.* 289,16,17. 599,1
Attollere terram, nauticum. 326,10
Attributi definitio examinata. 723,1,13,33
Attributa. Hebræorum de iis ſententia. 724,42. 725,6,12. 727,8
Attributa attributis data, ubi non opus. 721,48,49
Attributa aliena & proſtituta, ad res diuinas non reuocanda. 794,5
Attributa compoſita, quæ, & qualia. 721,26. 722,10,24,39
Attributa diuina profane ad aliena numina tranſlata. 705,33. 708,10. 709,9,11
Attributa neceſſaria. 725,37
Attributorum vſus. 719,18,51. 720,40. 722,4. *vt ſint* ὡς ἡδύσματα*, non* ὡς ἐδέσματα. 721,17. *quam exactum requirant judicium.* 754,13. *abuſus.* 720,7,21,25,37. 721,3. 722,4
Attributorum abuſus. 728,11. *materia triplex.* 727,1
Attributorum diuinorum conſideratio. 672,26
Auaritia, quantorum malorum cauſſa. 520,53. 521,5,25. *cauſſa inopiæ noſtræ.* 33,6
Auaritia voluptatum. 468,22
Auarus, an ab ære dictus. 521,24
Auarus, pauper eſt, nec benignus eſſe poteſt. 229,45,46
Auari Deus, mammona, aurum. 470,5,6,7
Auari, quomodo idololatræ dici & quatenus poſſint. 469,15
Autor ὁ δεῖνα*, cadmoni.* 703,20
Autores & in iis notandum, quid ſequendum fugiendumque. 685,13
Autorum συντυχίαι *&* συνεμπτώσεις. 529,4,5
Autoritas judicio integro præjudicare non debet. 780,48
Autoritas & majeſtas quantopere differant. 36,17,18
Autoritatem vnde ſibi linguarum contemptores cultoreſque parent. 651,39
Audacia in corrumpendis libris Sacris notata. 67,31. 68,25
Aude contemnere, ſapere; contemne, ſapias, per idiotiſmum. 252,22,24
Audebit mouere, mouebit. 252,30
Audet rogare, rogat. 252,20
Audientia Spiritus Sancti æterna. 931,40,41
Audientis prima intinctio, metus integer. 487,24
Audientes, κατηχούμενοι*, qui lectores audiebant.* 487,20
Audientium doctores. 487,28
Audio, id eſt, non audio. 82,13,14
Audire & eſſe. 802,33
Audire fœda, quam videre, tolerabilius. 613,4
Audire nolle ſacerdotem ſacerdotum, & prophetam prophetarum, quomodo

modo ad τὸ σωτήριον πάθος referendum. 142,24,25
Auditiones, an κατηχήσεις. 135,24
Auditores, κατηχούμενοι, qui lectores audiebant. & an non vnuſquiſque, quamdiu viuimus, eſſe debemus. 487,20
Auditores nouæ vitæ. 487,29,30
Auditorum tirocinia. 487,29
Auditus, & viſus, ſenſus præcipui, & primi. 612,40
Auditus fidei, λατρεία ἀληθής. 864,1
Aues cœli per ἀμεριμνίαν ſuam auaritiæ nos accuſare. 33,4
Auium formæ. 873,49
Auguſtus cum Laribus cultus. 420, 10. nomen ſuum commiſſionibus Criticorum obſoleſieri vetuit. 643,20
Aulæ vanitas quid poſſit apud ineruditos. 676,5
Aura & ventus, an recte à recentiori interprete diſtincta. 329,13
Aurelianus imperator, Apollinis, qui primos parentes ſeduxit, ſub veri Dei nomine cultor. 709,3
Aures concinnaſti. 568,49
Aures perforari, ſerui forma & ſtatus. 568,25
Aurora, pro die. 444,28
Aurora & Sol; Ioannes, & Chriſtus. 891,41
Auroræ columna. 515,16
Aurum, Deus auari. 470,5,7
Auri comes adamas. 375,45
Auri purgandi igne ratio. 374,46
Aurifodinæ, relegatorum loca. 374, 42
Auſpicare. 721,53
Autem, efficaciter quandoque omitti. 548,22
Axioma, ſermo verum aut falſum enuncians. 654 40. enunciatio, fundamentum dialecticæ. 726,4. 727,6
Axioma practicum efficaciſſimum quodnam. 362,26
Axioma, mentis primum judicium. 727,9
Azazel, caper emiſſarius, abiens, oberrans. 387,15

B.

BAalim, οὐδὲν, Θεοὶ λεγόμενοι, οὐκ ὄντες. in cœlo nulli. pag. 386, lin. 6,7,13
Bacchæ ſacerdotes, βακχεύουσαι. 704,39. Mimallonides, Thyades, Baſſarides. 707,4,8,9,10, 19,26,34
Bacchanalibus, Tragœdiæ repræſentatæ. 704,9,19
Bacchici chori, à Chriſtiano alieni. 705,53. 706,2
Bacchici judices, Διονυσιακοὶ κριταί. 642,10
Bacchici ritus à Romanis abrogati. 756,5
Bacchides Plautinæ, ὁμόφοιτοι. 742,3
Bacchicæ voces imprudenter vſurpatæ. 755,53
Bacchi attributa & ex eo hymnus. 720,25,32. etymon. 703,32. fabula, & quæ de eo dicuntur, vnde oriunda. 703,6. feſtum ſub ſucca. 836,2,10. ortus & natiuitas. 706,11,23,30,31. 708,7
Bacchus Aegyptiorum Oſiris. 756, 18
Bacchus, Dionyſus, Oſiris, Adonis, Thammuz, Eleleus. lachrymoſus deus, quoniam à Titanibus diſcerptus. 704,2,11,13,15,23,25, 38,43,47. Sabaſius, Indorum domitor, ac ebrioſus. 705,25. Baſſareus. 707,37. Bœotus. 720, 34. hiſpidus dæmon, vel princeps ſeirim. 756,26,27. Ἴακχος. 703,29. in tutela ejus theatra. 642,10. Thebarum conditor. 703,27
Balneorum inuentio in locum τῶν ἀσαμίνθων. 886,18
Baptiſmus, πῦρ καθαρτήριον, & σωτήριον πάθος. 171,8,9
Baptiſmus Chriſtianorum, regeneratio. 745,41. circumciſioni ſucceſſit. 407,19
Baptiſmus, confeſſionis ac fidei de reſurrectione arrha & compendium. 408,37,50. repræſentat Chriſti victimam. 563,30
Baptiſmus ſecundus vetitus, & quare. 563,18,31,35
Baptiſmus Ioannis Baptiſtæ, quomodo peractus. 877,21
Baptiſmus Ioannis & Chriſti, an idem. 745,23
Baptiſmus vicarius. 409,24
Baptiſmi triplex immerſio quid ſignificarit veteribus. 409,2. 573,24
Baptiſmatis veterum ἐρώτησις compendioſa. 607,21. formula Syrorum. 735,12
Baptiſmo initiati. ab iis quid requiſiuerint veteres. 637,16
Baptiſmum aquæ in Eccleſia antiqua præcedebat inſtitutio. 487, 15,16
Baptiſmi Iudæorum. 311,37. frequentes. 877,14,15
Baptizandi conſuetudo vetus. 406, 48
Baptizari, Deo initiari. 407,50
Baptizati, φωτιζόμενοι. 529,10,11
Babylonica veſtis. 765,18. 766,20, 22,43
Babylonicum vnguentum. 919,19
Barbaries dogmaticorum quorundam. 699,25
Barbaries noſtræ tempeſtatis notata. 661,32
Barbari criticorum maſtiges notati. 68,27
Barbarorum veterum facultates in pecoribus. 768,15
Bardus, καιόμενος. בער, καίεσθαι. 198,49
Baſſarides, Bacchæ ſacerdotes. 707, 34
Baſſareus, Bacchus. 707,37,42
Battus Naſonis. 30,25
Batuere ſolea, vel crepida, ῥαπίζειν. 941,15
Beatæ memoriæ quos dicamus. 408,3
Beatitudinis ſumma. 78,31
Beatitudines euangelicæ. 849,29
Beelſames, בעל שמים, dominus cœli, & Adonis Sol. 714,13
Beer, Belgice vrſus, à בעיר. 199, 4,5
Bellerophontis melancholici & mœrentis exemplum. 261,43
Bellum ciuile, vnde. 337,52
Benedicere illi qui tranſactioni ſtudebat, blaſphemare, quibus. 172, 21,22
Benedictio, εἰρήνη. 40,27,29
Benedictio Dei, & quod a Dei benedictione, εὐοδία. 416,29
Benedictio multiplicationem includit. 221,28
Benedictio, boni amplificatio, prima miraculorum cauſa. 895,42, 47
Benedictio Ioſephi & fratrum. 574, 30,31
Benedictiones in ſecunda & tertia perſona ordinatæ a majoribus Hebræorum. 665,38
Beneficium, pro gratia, an recte, 553,23,52
Beneficia ſumma in hominem collata, quæ. 542,44. 549,27,36. 550,7
Bene loqui, & male facere. 368,28

Benoni,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Benoni, participium Hebræorum, verbi loco poſitum. 433,44
Benoni participium, diſsimulato ſuo verbo ſubſtantivo. 463,32
Benjamin Iuſtus, de quo Iudæi. 887,17
Benigne dicere, benigne reſpondere, εὐλογεῖν. 365.5,8
Ben-cochab, vel Bar-cochab, pſeudomeſsias. 12,40. 893,37
Behor, Pethora. 10,49
Bereſchit, in ea major paraſcha. 819,9
Beſtiæ, quinam dicendi. 414,4
Betheſdæ æger, vide Ægrotus.
Betheſdæ aqua quo anni die commota. 886,45
Beth Hillel, & beth Schamai, & ſectæ illorum. 274,5
Betphage, vnde nominata. 117,20
Bethſabæ peccatum, & acumen ſuper eo nonnullorum. 37,47
Bethſaïda, κώμη. 895,31
Bibendi mos ſub ſucca. 836,21
Bibens ſalſas aquas, indeque ſitiens amplius. 217,36
Bibliotheca viua, Longinus Criticus. 681,38
Bileamum de cognatione Abrahami fuiſſe. 10,30. Interamnatem Syrum. 12,19
Bileami locus examinatus. 9,34
Bis acutus enſis. 630,51
Bis mortui, reprobi. 787,42
Biuium, ἄμφοδος. 128,43
Blaſphemia, ſpecies impietatis. 942, 49. Iudæis quale crimen. 943,12
Blaſphemia in Spiritum Sanctum, 168, 24. in totam Trinitatem. 169,7,8
Bœoti, πλατυάζοντες. 944,6
Bolis, quid. 328,26
Bonitas ipſa, Deus. 726,47
Bonum per ſe. 115,51. eſſentiale. 116,1
Bonus de Filio. 63,48,49
Bona Chriſtianorum relicta, Dei promiſsiones in ſuo verbo. 557, 29
Boreæ etymon. 709,36
Boreæ ſerpentum caudæ loco pedum junctæ. 709,16,17,46
Boues locuti. 699,41,42
Boues & oues, animæ ſanctæ, cui. 541,3
Boues & oues ſub pedibus filii hominis poſuiſti; quid ſit Pſalmorum veteri commentatori. 410,38, 50. 411,2,4
Bobus & ouibus in mundo futuro nullus locus. 545,15
Brachium, robur, poteſtas. 839,5
Breuitas in omni paraphraſi commendatur. 809,29. 868,20
Breuitas imperatoria. 36,16
Briteſcit, καιομένη ἦν, &c. בער. 198,49. 199,3,4
Bubo, dirum omen, ſupra caput Herodis Agrippæ, quum clamaretur, Θεοῦ φωνή. 291,13,14. vnde dictus. 291,18
Buccina in vicis ac plateis canere ac ſignum dare, quando vſitatum. 94,18
Buſiris ab Iſocrate vituperatus. 723,29

C.

CAbbala, quid. pag. 207, l. 39
Cabbala, λῆψις. 932,10
Cabirorum ſacra. 711,20
Cacoëthes in ſcribendo peſsimum, maledicere; pejus eo, reſpondere maledictis. 700,32
Cadmelus, Cadmus. 711,26. Aegyptius. 715. 50. Phœnix. 703,10. Bacchicorum ſacrorum conditor. 710,47. 836,9. & lucorum. 709, 49. princeps Phœnicum, qui ſerpentes ac infernalia numina ceu verum Deum colunt. 709,7
Cadmi nomen. 703,15. etymon. 711, 27. in Græciam aduentus. 702, 52. 703,12. 708,13. nuptiæ. 710,23,42. ſocer Mars. 710,52
Caduca paſsio. 24,13
Cædere pugnis, κολαφίσαι. 940,29
Cædes, homicidium, ejuſque ſupplicium. 936,46. 938,18
Cælatura, & ſcriptura. 791,41
Cæruleum & flauum mare. 774,5
Cæſar, pro Cæſar autem. 548,22
Cæſar Scaliger, diſcipulus Ariſtotelis. 644,12
Cæſaris imago, in loco Sacro poſita. 121,20
Cæſari parum erat, caſtam eſſe vxorem ſibi, niſi & ſuſpicione careret. 788,14
Cæſarum progeniem in Nerone deſiiſſe. 506,25
Caiaphas ἀθέμιστος ἢ θεοπέστος Nonno. 783,41
Caiaphæ prophetia, & de hujuſmodi Magiſtrorum dictum. 232,48. 233,4
Caiæ, & Caii, omnes in nuptiis fœminæ ac mariti dicti. 625,8,9
Cainan, quomodo in genealogiam Chriſti irrepſerit. 276,43
Cainus eorum generis princeps, qui ſcelus ejus imitantur. 75,2. diaboli, nempe Iudæ, pater, Epiphanio. 226,45,46. diaboli prognatus ſemine, Iudæorum Pater, nonnullis. 905,17,23,26
Calamitas, ὕβρις, ταλαιπωρία, μόχθος, ἀπώλεια. 324,25
Calamitas Verbi incarnati. 544, 42. 549,33
Calamitates, ἐπαγόμενα ὑπὸ Κυρίου, quibus exercere ſuos ſolet. 611,42
Calamitatibus, hominum expiationem & ſatisfactionem peccatorum aſſcribunt Iudæi. 160,37
Calamus, pro pilo Romano. 952,49. hoſtile. 753,26
Calais, Boreæ, vel diaboli, filius. 709,43
Calceati tibiatim Iudæi. 744,26
Calefaciendum ad ignem ſapientum. 935,51
Calere, viuere, ſudare. 916,50. 917,2
Caliga, ὑπόδημα. 102,22. quid. 102,24
Caliga Moſis. 744,27
Caligo ἀχλύος. 773,46
Caligula à caliga dictus. 102,25. ſcripta Senecæ commiſsiones meras nuncupauit. 643,21
Callimachi æuum. 643,6
Calumniandi anſa vbique parata. 651,6
Calumnias comedere. 778,37
Camillus, Camirus, Cadmus. 711, 26,27,28
Camiri, minores dii, miniſtri deorum atrati, ſacerdotes. 711,32,41
Cana, quænam vrbs. 771,11,15
Cananæi ſeruuli viliſsimo miniſterio à Iudæis adhibiti. 744,48
Cananæus, & Canæus. 771,13
Candiſsimum marmor ὁμόχρουν. 775,19
Canere in Eccleſia, quibus apud veteres permiſſum. 527,43
Canes allatrantes, cum loqui poſsint, maleuoli. qui contemptu ſolo vlciſcendi. 832,8,11
Canonica ſcriptura omnia ad ſalutem neceſſaria continet. 380,18
Canonicam Epiſtolam ad Hebræos, ſeu ἐνδιάθηκον, eſſe. 531,24,36, 38. 628,32
Canonica quædam ſcripta, vt non Canonica neglecta. 629,20. 630,13
Canonicorum corruptio. 629,20
Cantilenæ ἐφύμνιον. 414,33
Cantus ac tripudium, epularum ἀναθήματα. 358,6,7

Caper

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Caper Azazel. 378,15
Capere vivos, & ad vitam, diuerſa. 151,47
Capere, quando pro intelligere. 241, 12
Capernaum, κώμη. 895,31
Capiſtrum & caniſtrum, à Græcis vti confundantur. 69,22,23
Capitale quid. 118,29,30
Capitales literæ. 455,32
Caput, poteſtatis fundamentum. 393,39
Capitis tegumentum, δόξα ἀνδρὸς, Iudæis. 394,17,18
Caput hominis & homo, collata. 550,18
Caput vnguenti, præſtantia. 920,7
Capite aperto peccare. 875,48
Capita & tituli. 822,47
Capita veterum, minora titulis. 821,5
Capitum diſtinctio vetus & recens. 756,53. 818,40. 820,34. Græcorum. 821, 2. ejus commoda & incommoda. 823,11
Capitum recens diſtinctio. 65,19. 68,53
Captiui noctis, Gigantes. 604,46
Captiuitas ſpiritualis, ſeu mœror. 314,2
Carcer Gigantum. 603,42. 604, 38,41,53. 605,4
Caritatis objectum. 454,2,3
Caritatem proximi à Dei charitate Iudæos ſeparaſſe. 186,46
Carmen intercalare ineruditorum. 699,35
Carmentalis porta, quare ſcelerata. 492,49
Carolus, Mediolani patronus. 408,11
Caro, ὁμοίωμα σαρκός. 355,53
Caro Christi, glorificata ἐκ τῆς προκοπῆς. 731,39. qualis. 738,18
Caro peccati in Chriſto ſuſcepta, ſed pura. 356,5,7
Caro peccati, cur dicatur. 356,21
Carnis vox. 797,44,50
Carni grata probantur mundo, Deoque inimica ſunt. 593,36
Carnem ſine peccato non debuit vitiare corruptio. 541,31,32
Carpocratiani. 615,16
Carpocratianorum συνελεύσεις, ἀγάπαι dictæ. 629,14
Carthaginis autor, Eliſa. 575,52
Caſmilus, Mercurius. 711,21,26
Caſti, ἁγνοὶ, quinam. 793,39
Caſtigatio abſque delicto nulla. 905,50
Caſtitas, σωφροσύνη. 512,46
Caſtor & Pollux, Διὸς κόροι. 705,5
Caſtrum, phalanx, παρεμβολή. 317,22
Caſtra Dei, ſpiritus אלהים. 546,6
Caſui nihil aſſcribendum, juxta Dominicum præceptum. 173,45
Catarrhactæ, ξύλον, neruus. 306, 9,13
Cataſcopus, ſcapha. 326,24
Catecheſis præcipua, legis auditio. 119,8,10. 120,21
Catechiſtæ, lectores. 487,20,21
Catechumenon baptizare. 374,32
Catechumeni, qui lectores audiebant. annon vniſquiſque, quamdiu viuimus, eſſe debemus. 487, 21
Catechumenos inter & catechiſtas, an interrogationes & reſponſiones haberentur, & quales. 606,47
Catelli Euangelici inſtar, quis. 636 3
Catellorum regnum. 840,46,47
Cathari notati. 29,30
Cathedræ publicæ dignitas. 825,36
Catholicæ Epiſtolæ, quotnam. 584, 1,9,18. 625,18. inter quas prima Iacobi. 593,18
Catilina, latro. 937,38
Cato ſenex Græcam diſcit linguam. 652,35
Cato tertius. 824,48
Caue canem. 455,24
Cauſſa & vocis vſus. 238,31
Cauſſa pro crimine. 321,23
Caute loquendum, propter hæreticos. 689,9
Cauterio inuri tergum atque notari ſeruis ſolet. 516,49
Cauteriare, cauterio notare, καυτηριάζειν. 517,2,3
Ceceſpita, μάχαιρα, culter victimarii. 935,6
Cedo alteram dictus Lucilius centurio. 941,35
Celebritas quibus rebus acquiratur. 831,26
Cenſor, ἀγορανόμος. 671,3
Cenſus, profeſſio. 139,39
Ceremoniæ, ritus. 460,3,4,12,14
Cereris feſtum, θαλύσια. 742,13
Certa res eſt, πιστὸς ὁ λόγος. 509,21
Certatim ferire, crebro ferire. 111,24
Ceruus volans. 20,7
Chalana, Chalne, vrbs. 748,18,19
Chaldæus, magus. 294,50
Chaldæa & Hebræa Veteris Teſtamenti. 653,20
Chaldæa Paraphraſis, qualis. 677,2. 898,49. ejus textus quam neceſſarius juxta Hebraicum. 831,35
Chaldæi interpretes pari prope loco cum Sacra Scriptura apud Iudæos. 11,41,42
Chaldæorum de Chriſti regno ſenſus. 142,11
Chanc, machanac, ἀγχόνη. 264,26
Chaos & Chaſma. 203,3,4
Chaos artium. 647,30
Character in interprete notandus, & quæ in eo. 681,28,41. 682, 6,10. & deinceps. 685,25
Character in dicendo, φλοιώδης, ψυχρὸς, ὑπόξυλος, κομπώδης, μετέωρος, ampullæ. 671,31
Charaſſatus, & charaſſare. 938,25
Cherub, ἅρμα quibuſdam. 746,25
Cherubim τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ patent. 559,6
Chiaſmus. 34,31
Chimæra, ζῶον μυθολογούμενον. 734,19
Chirographum quod aduerſus nos quomodo deletum. 491,4
Chreſtologus quis. 368,28
Chriſtiani, Galilæi dicti. 750,11
Chriſtiani, quomodo Iudæis dicantur. 937,20,22
Chriſtiani Iudæi, id eſt, veri, qui nomen glorioſum colunt. 211,52
Chriſtiani, Nazareni dicti. 750,11. οἱ τῆς θείας αὐλῆς. 748,16
Chriſtianos interficere, quanti Iudæis. 931,19,29
Chriſtus, non, Chriſtus ille. 243,18
Chriſtus ille, Cyrus. 243,21
Chriſtus ille, verus Chriſtus, ὁ τὴν θεότητα ἔχων οὐκ ἐν ἁρπαγῇ. 478,34. παθητὸς, etiam ipſis Iudæis. 339,7. vbi ſe Deum eſſe probet. 64,8,38. ſpes ſalutis. 484, 23. veritatis columna ſedeſque firma. 514,47. 673,42. Rex, & ſacerdos. 911, 7. σημεῖον. 142, 1. ἡνίοχος ἅρματος, Nonno. 746,23. an calceatus inceſſerit, vel aliquid poſſederit. 744,34,49. per Samaritanorum latus à Iudæis impetitus. 904,50,53. ἀντίλυτρον factus. 510,43. in qua voce expirarit. 90,21,32. vere, non κατὰ δόκησιν, mortuus. 351, 44. aſcendens in cœlos. an ab Angelis vectus. 259, 42. caput viri, & Angelorum, & Eccleſiæ. 393,12,13,16,38. 394, 7,10. corporis, quæ Eccleſia, caput. 395,46,53
Chriſtus & doctrina ejus, quantæ majeſtatis. 673,41
Chriſtum ad receptas ſæpius parœmias, vel axiomata, vel formulas reſpexiſſe. 165,16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Chriſti caro, quomodo ex ipſa matre formata. 572,16. *humanitas vera, natiuitas, conceptio, æterna Deitas.* 143,41,43,47,48. *humana natura.* 193,40,46. *Perſona & naturæ ex alieno loco non recte probatæ.* 422,30. *Deitas, neceſſarium τ ὁμολογίας caput.* 560,46. *pro hac argumenta.* 162,43,44,48. *frater, an ſanctus Spiritus.* 761,21. *in ejus Genealogia cur & aliarum gentium & peccatorum fiat mentio.* 2,46. *cur à Dauide generis initium deduxerit Matthæus.* 1,26. *in excutiendo eo veterum labores.* 2,35. *Genealogiæ apud Lucam ratio.* 2,26. *caute tangenda.* 2,34

Chriſti ſedes, Eccleſia. 379,18

Chriſtum veniſſe negantes, quales hæretici. 627,44

Chronologi veteres. 640,36

Chuppa, quid. 877,32,38

Cibaria, an ἐπισιτισμός. 158,51

Cibus ac potus mutuo guſtatus, animis conciliandis remedium. 879,49

Cibus alterius ſæculi. 192,41

Cibi præcepti & delibati altaribus potus. 385,42

Cibi vetiti, ἀλισγήματα. 300,53. 301,21. *εἰδωλοθύτων.* 303,52. *πνικτοῦ καὶ αἵματος.* 304,4,6

Ciborum vſus & abuſus. 494,1

Cibos & hortamina geſtare. 517,22

Cilicium, ejuſque etymon. 766,19,33,34,39

Cingulum mortificationis. 765,3

Cinyras, Solis vel Adonidis pater. 714,35

Cipha, Petrus & petra. 58,12

Circe & Vlyſſes. 886,19

Circulando inſidiari, μεθοδεύειν. 472,19,20

Circulares literæ. & qui apoſtoli. 396,14

Circumciſio ἀχειροποίητος. 360,21

Circumciſio in ſabbatho. 897,50

Circumciſio Samaritanorum in nomine columbæ. 881,39

Circumdare comam, ϛεφάνην κείρεσθαι. 749,37

Circumducendi fœminas mos vnde. 388,13

Circumductiones longæ extentæque, Criticis notandæ. 682,41

Circumuenire, μεθοδεύειν. 472,24

Ciſon, fluuius. 895,30

Citandi locos varia ratio. 14,29. 314,32. *in verbis nonnunquam mutandis Apoſtolorum libertas.* 411,17,20,21. *& mos.* 280,13. 298,4. 360,26,30,34,41. 361,1,2. 426,32. 533,20. 821,15. *mos Magiſtrorum inter veteres Iudæos.* 136,6. 361,45

Citandi textus compendia vſitata; & quænam. 141,19. 299,7,8,18

Citatis in locis Veteris Teſtamenti in Nouo, quid conſiderandum. 411,46

Citari vt verba, citari vt ῥέοντα. 314,32

Ciuis & municeps. 483,6,18,23,40

Ciuis, filius vrbis, Syris. 318,46

Ciues, σκηνοῦντες. 211,25

Ciuitas, πολίτευμα. 482,40

Ciuitas, populus. 647,1

Ciuitatis jus, πολιτεία. 317,53

Ciuitatis Romanæ proprium & vltimum jus, domicilium habere Romæ. 483,7. 484,1,7,15

Clangor lamentabilis, cum muſicâ citharicâ confuſus. 947,44

Clauis cœlorum, precioſus agni puriſſimi ſanguis. 338,9

Clauem cognitionis ſibi vindicant leguleii. 167,36

Claues tres, quæ miniſtro datæ non ſunt. 167,39

Cleomedes Epicuro ſolœciſmos objicit. 684,24

Clœlia, & ejus fuga. 576,1

Coactus; διωκόμενος ὑπὸ ἀνάγκης. 674,31

Coæuus Patri Filius. 730,9

Coclitis virtus, infra Clœliæ fugam. 576,1

Coccus & cocus male confuſa à Proſpero. 275,44

Cocorum præfectus, Potiphar. 275,41

Codicum antiquorum quod ad diſtinctiones & puncta ratio. 208,24. 546,42. *corruptio vnde orta.* 623,25. *quanta varietas, & de ea veterum querelæ.* 145,16. 523,23,28. 552,22,24,32. 553,50

Cæcus natus, an quia peccator ipſe, & parentes ejus. 173,50

Cæco nato oculos creatos à Domino quoſdam voluiſſe. 906,33. *quare facti ex luto.* 782,25. 783,8

Cæci, profani habiti Iudæis, & pro peccatoribus. 905,46

Cæcitas, accidens ἐπιγινόμενον. 719,24. *ἡ παράλλαξις τ αἰσθήσεως σημεῖα.* 112,44

Cælibatus vndenam commendatus à Nyſſeno. 70,11

Cælum, an vnum; & an idem ante & poſt diluuium. 614,27. 615,23 *majeſtatis Dei exemplar.* 741,18. *pro Deo Syris.* 198,50. *diuinis.* 872,43

Cælum aſcendere. 332,11

Cæli, שמים, vaſtiſſimum aquarum ſpatium. 614,15. *gloriam Dei enarrantes.* 412,7

Cœnaculum, & ὑπερῷον. 313,32

Cœnobitæ, συζῶντες μετὰ τὴν ἄνω πολιτείαν. 143,26

Cætus, ἐκκλησία, ἐκλεκτή. 624,37

Cætum, ex Hebræorum ſententia, non pauciores quam decem complecti. 62,19

Cogitatio mala, peccati origo. 800,32

Cogitationes intimæ, τὸ βάθος τ καρδίας. 457,22

Cogitationes Regis profundæ. 528,2

Cognitio minus quam agnitio. & hæc minus quam confeſſio. 95,24

Colaphus & palma. 940,45,48

Colaphi vocis etymon. 941,32

Coli & violari. 336,41

Collatis operis. 326,31

Collegium, σύϛημα. 62,31

Colligati Auguſtino quinam. 473,38

Colligere, συγκομίζεσθαι, συνάγειν, συλλέγειν. 284,6,7,14

Colligi ad ſuos. 408,31

Colloquii, ſeu verborum, occaſio. 880,9

Coloni à conditoribus ſortiuntur nomen. 317,51

Coloni & municipes. 483,10

Colonias Romanas Paulus amauit. 313,43

Color aquæ ſeparabilis ab eâ. 771,40. *qui potius quam ipſa, ex Nonni ſententia, immutatus.* 771,51

Color Nonno, loco ſaporis. 752,43. 773,8. 774,13

Colorum ſimplicitas. 771,42. 773,17. 774,16

Columba nunquam fallit. 637,13. *in cujus nomine circumcidebantur Samaritani.* 881,39

Columellæ ſerui Lucilii nomen. 529,19

Columna auroræ. 515,16

Columna nubis & ignis, quæ Chriſtum adumbrabat. 514,44

Coma Nazaræatus. 750,31

Comam alere, meretricum mos. 920,49

Comam circumdare, ϛεφάνην κείρεσθαι. 749,36,37,39

Comam vouere, gentile. 749,12,18

Comatum incedere, inſtituti proprii σχῆμα. 394,1

Comedere calumnias. 778,37

Comici, aliorum & vetuſtiorum, Critici. 641,31. 642,1

Comi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Comicorum & Tragicorum commiſſiones. 643,23
Comitiales qui. 24,22
Commata, verſus biblici. 818,44
Commeatus, ἐπισιτισμός. 158,53
Commendandi per adulationem formulæ. 588,29
Commendatio Spiritus Sancti & commendatio hominum, an commune quid habeant. 386,41,42
Commentatio ab interprete debet eſſe aliena. 135,5,6
Commiſſiones Criticorum. 643,19
Commodus imperator, Apollinis, qui generis humani parentes decepit, ſub veri Dei nomine cultor. 708,53. 709,3
Commorari, obiter diuerti, hoſpitari. 210,30,31. aliud quam permanere aut σκηνοῦν, nec vllam τῆς δόξης notam præ ſe ferre 212,24,33,36,39. 213,9,17,29. inquilinos denotare, & habitantibus opponi. 333,10
Communicatio idiomatum. 543,48
Communio Patris, Filii, & Spiritus Sancti. 932,34
Communio cum Deo quomodo tollatur. 603,8
Comœdia vetus, & noua. 643,42. 644,6
Compellandi mos adulatorius per abſtracta quomodo paulatim irrepſerit. 455,53
Compendia quæ à Domino improbata. 120,22
Compleri, pro impleri. 158,3
Componendi vox de oſſium collectione. 284,15
Conceptio Domini, ἐνανθρώπησις, an σκηνὴ vel κατασκήνωσις. 213,20,32
Concertatio, παροξυσμός. 304,31
Conciliantium diſſentientes formulæ. 172,31
Conciliare, placare. 441,39
Concilium Conſtantinopolitanum ſub Theodoſio. 686,17
Concio, ἐκκλησία. 279,7
Concionatorum idea, ex Hieronymo. 825,48
Concitatio, παροξυσμός. 304,32,33
Concreta ſimpliciter, quando per abſtracta exprimantur. 724,53
Concubinæ, in liberorum fraudem, vt vt cariſſimæ, habentur. 217,50
Concubitus vagi, κοῖται. 366,38,39
Concurſus, & tumultus. 337,21
Condylus, manus in pugnum contracta. 940,37
Conferre, largiri agrum ſeu terram. &c. 318,27
Confeſſio, effectum fidei. 95,31. laus Dei. 44,49. κακοζηλίαν omnem excludit. 332,3. petra. 58,45
Confeſſiones Petri & Diaboli, toto genere diuerſæ. 805,18,21
Confeſſiones Iudæorum. 872,24
Confiteri, ἐξομολογεῖν. 42,15
Confiteri magis quam agnoſcere, aut cognoſcere. 95,24,28
Congregatio, ἐκκλησία, ἐκλεκτή. 624,37,38
Conjecturæ & ſuſpiciones Criticorum in emendandis textibus. 645,41. 646,6
Conjecturis, vbi nemo ſapit, locus. 716,13
Conjugata cum verbis ſuis constructa, interdum mutantur. 601,45
Conjugale officium, an impediat preces. 602,18
Conjugium, matrimonium. 512,30
Conjugum concordia & diſcordia. 603,2. preces. 602,8. 603,7
Connexio, ἀλληλουχία. 809,23
Conſcientia, cognitio. 599,35,43
Conſcientia hominum, γνῶσις. 444,46,47
Conſcientia impiorum, φόβος αὐτῶν. 603,32
Conſecrari, τελειοῦσθαι. 175,33
Conſerui, domini & ſerui. 497,47
Conſilii ſtatua, Loti vxor. 183,49
Conſiſtere & ſtare in judicio. 44,37
Conſpectus pecuniæ, κεφάλαιον. 319,37,38,42,43
Conſpicuus, quis. 488,6
Conſtituere, ἀναδείξασθαι. 202,22
Conſtringendi vocis abuſus. 171,26
Conſtructio Attica. 599,1
Conſtructio inuerſa. 365,25
Conſtructionis ſiue ordinis in oratione negligentia, compoſitionis ſeueræ proprium. 548,17
Conſummare, τελεῖν, de doctrina. 41,28
Conſummari, τελειοῦσθαι. 175,33
Contegere domos, pauire ſolum 153,12
Contemptus aliorum celebritatem conferre non poteſt. 831,26. notatus. 831,51
Contemptu qui mouentur, digni ſunt qui contemnantur. 832,1
Contentio, ἔρις, non ἐριθεία. 478,8. maximum majeſtatis detrimentum. 36,28
Contentio Dei cauſſa ſuborta, vel ſecus; deque iis Magiſtrorum Hebræorum regula. 437,50
Contentio & repugnantia. 336,21. 337,32
Conticinii tempus, τὸ πρωΐ. 122,38,48,53. 123,6
Contractio & compendia quæ à Domino rejecta. 120,22
Contraria, à bono interprete concilianda. 248,52. inter ſeſe compoſita maxime elucere. 725,29
Contumacia. alienam eſſe à diſcentibus debere. 680,12
Contumelias alienas eſſe à diſcentibus debere. 680,12
Contundere palmâ planâ, ῥαπίσαι. 940,30
Conuentus impuri immodicique, ἀγάπαι dictæ. 629,14
Conuerſatio, ἀναστροφή, πολιτεία. 482,48
Conuicium, quidnam. 229,8. Bacchi proprium. 706,7
Conuiuiola, agapæ. 629,4
Copula quæ non diuidit ſed jungit. 126,2,3
Copula enunciati, τὸ προσκατηγορούμενον. 727,26
Copula abundans. 155,31,32
Cor quale ſponte donantis eſſe oporteat. 430,21
Corban quale, & quorum juramentum. 54,28
Corinthii quales. 24,4,21
Corinthus, vrbs flagitioſiſſima. à Romanis cremata. 429,11,12
Cornelius, Ἕλλην εὐσεβής. 347,31
Cornu prudentis, humilitas. 597,21
Cornu ſtulti, impudentia. 597,22
Corona tonſa, περιφέρεια, στεφάνη, περίδρομος. 749,31,33
Coronaſti eum gloria & honore, quid nonnullis. 541,8
Coronatio & vnctio diſtinguenda. 893,34. 900,12
Corpus & anima hypoſtaſtice vnita. 737,32
Corpus & εἶδος idem eſſe an poſſint. 792,52
Corpus Chriſti, Eccleſia, ejuſque caput Chriſtus. 395,46,53
Corpus concinnaſti, ſerui, aut ſeruile, ſcilicet. 568,30
Corpus, volumen, τομάριον, σωμάτιον, μεμβράνα. 527,34,46
Corporis puri oblatio. 567,4. 568,43
Corporea a Deo cuncta tollenda & remouenda. 234,36
Corrigia, σφαιρωτήρ. 744,29,30
Corripi, impelli, συνέχεσθαι, κρατεῖσθαι, παραλαμβάνεσθαι. 310,39,44,48,52
Coruſcatio, φαντασία. 322,21
Cranium Adami. 790,31

Cras te non vocaui. 858,49
Crates philoſophus. 639,25,26. ejus acroaſes. 648, 11. æuum. 643,6
Creare, ἀναδείξασθαι. 202,18
Creare regem, vngere. 893,13
Creauit Deus omnia ἀπαθῶς. 732, 33
Creatio, κτίσις. 615,28
Creationis ὑπουργὸς Filius, Ario. 695,3,9
Creationem creare, de ſummis miraculis. 906,37
Creator, δημιουργός. 732, 12, 31. creaturam ſuam aſſumpſit. 213,13
Creatoris honos & majeſtas, ſiue cultus, quibus artibus imminuatur, & cum figmentis rationis communicetur. 546,10,14
Creatorem colendi ſummus gradus, in primâ tabulâ. 622,46
Creatura, κτίσις. 615, 28. an ſoror Filii Dei. 761,24
Creaturæ, etiam bonæ, in peccati pœnam vitiatæ. 356,44,45
Creaturarum diſtributio. 731,48, 51,53. 732,1,2
Crebro ferire. 111,24,32
Credentium mater, Sara. 600,40
Credere in Chriſtum, fidelium prærogatiua. 477,17
Credimus, vt cognoſcamus. 570,10
Crepare, rumpi, πρηνὴς γενέσθαι. 83,2,3
Crepare, λακεῖν, ψοφεῖν, deſperantium proprium. 263,27
Crepidâ batuere, ῥαπίζειν. 941,15
Crimen, αἰτία. 321,24
Crimen latronum, quibus annumeratus Seruator. 936,35. 937, 10,27,45
Crimen majeſtatis. 35,33,35. ἔγκλημα καθοσιώσεως. 850,28
Crinis promiſſus, ex gentiliſmo. 749,12,18,26
Crinis in rotæ ſpeciem acciſus. 749, 38
Criſis διορθωτική, & ἀθετητική. 643,17
Critica Hebræorum. 650, 17. veterum. 639, 9. Socratica. 643,9. 658, 13. noſtrorum temporum. 697,31. 698,14,15
Critica, ingenii excelſi ac experientiæ ſuprema ſoboles. 671, 18. ad licentiam poëtarum illicitam caſtigandam exorta. 757, 47. de omnibus judicat, omnibus inſtructa diſciplinis. 644,22. ex omnibus diſciplinis ſcientia vna. 647, 3,7. triplex. 646,36,38,40. contra recens natos aſſerta. 645,12. à contemptu vindicata. 659,38. 660,17. 661,1,6,31. 664,2
Critices elogium. 775,39. finis. 681, 33. 682,1. qui veritas. 698, 30. 702,29. & partes ejus. 697,13. 650,38. neceſſitas & vſus. 650, 16. opus. 702,17,21,40. ſubjectum vel argumentum. 698,31. traductio & propagatio. 647,8. vtilitas. 697,19
Criticus bonus. 662,2,3. quomodo textum ſacrum tractet. 675,16, 37
Critici eruditio & judicium. 671,5. ejus munus. 662,24. 674,2
Critici, & Grammatici, diſcrimen. 648,14
Critici & ſycophantæ diſcrepantia. 697,39. 698,2
Critico quænam neceſſaria. 646,42
Criticum πολυμαθῆ oportet eſſe. 681,37
Critici. 649,12. à Ptolemæo poëtis conſtituti. 642, 31. apud Athenienſes & Romanos quales. 642, 34,37. 643,3. veri ab omni odio alieni. 962,15. quæ vitia præcipua notare debeant. 680,7,12, 16,36. 681,28,41. 682,5,10,17. falſi & imperiti notati. 382,20. 660,13,42
Criticorum ἀγωνίσματα & συγκρίσεις. 643, 18. contemptus. 824, 7. incrementum tempore Auguſti. 649, 41. inſtrumenta. 647,5. libertas. 645,43. 646,9. 680,17. 681,14. 684,2. patrocinium. 68,28. principes. 831,39. vindiciæ. 826,11,32. antiquiſſimorum judicium notatum. 775, 41
Cruciarii Romanorum, qui cauillando expirarunt. 196,53
Cruciatus animæ ſanctæ. 613,5
Crux, honor & gloria. 542,9
Crux quam excelſa. 950,22,26
Crux ſerpentis quem ſuſpendit Moſes. 875,32
Crucis myſterium vnde confirmatum antiquis. 26,18,22
Crucis σημεῖον, ſignum majeſtatis. 77,17
Cruci affigere quem adoraſſe oportuit, majeſtatis crimen. 77,21
Crudelis Angelus. 390,39
Crurifragium, σκελοκοπία. 953,46
Crypta ſepulchri, fouea, foſſa, per quam ad ſpeluncam aditus. 957,53
Cryptica Epheſiorum ſymbola & notæ. 457,36
Cubitales literæ. 455,8
Cujuſlibet, pro, cujuſquam; Ambroſio. 55,45
Culina, ἀφεδρών. 556,10
Culpa culpæ quomodo addatur. 75, 3,4
Culpæ latentes in ſcriptoribus ab incautis imitando exprimuntur. 683,39
Cultus creatoris proprius ac honos, quibus artibus imminuatur & cum figmentis rationis communicetur. 546,10,14
Cultus Dei, νόμιμα Θεοῦ. 500,48
Cultus diuinus primus & præcipuus, in lectionis auditu. 795,37
Cultus verus non ſufficit, niſi ſit & veri Dei. 881,46
Cultus ὁ τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατέχων. 346,39
Cultus profanus, θρησκεία ἀλλοτρία. 301,3,4
Cultus alius; ſtellarum, dæmonum &c. in quo non res ipſa, ſiue alia, vel falſa. 435,50,52
Cultus pecudum, Aegyptiorum inprimis. 279,34
Cum Moſe, εἰς τὸν Μωσῆν. pro σύν. 389,49
Cupiditates peruerſas finem ſuum raro, nunquam vti expetunt, aſſequi. 593,8,13
Cupiditates prauas exercere, Diaboli, & peccati innati, ſiue, τῆς ἐπιθυμίας, in homine opus. 594,21
Curam negotiorum mandare. 161, 38
Curare, κήδεσθαι. de ſupremis. 283, 34
Currus ignei, Spiritus אלהים. 546,5
Curſus, & in eo duo ſpectanda. 443, 41
Curſus fidelium, quis, & qualis. 579,23
Cuſtodia, vincula. 334,9
Cuſtodia publica, & militaris. 473, 39
Cuſtodia, στρατηγοί. 789,43
Cycli annorum. 779,15
Cyprus, pars olim Syriæ. 707,32
Cyrus, vnctus. 243,21

D.

DAemon, quomodo mons. pag. 61. lin. 37
Dæmones in montibus coli ſoliti. 61,37
Dæmonum princeps, Ophioneus. 708,49
Dæmonia, ſpectra, imagines, φαντάσματα, ἰνδάλματα, θεῖα. 103,19
Daniel, ἀνὴρ ἐπιθυμιῶν. 597,34

Dammum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Damnum, ὕβρις, ταλαιπωρία, μόχθος, ἀπώλεια. 324,25
Dapſiles ſumptus. 430,36
Datiuus, Helleniſtarum Genitiuus. 910,42
Dauid, in genealogia Chriſti Abrahamo præmiſſus, cur. 1,29,36. typus Chriſti. 555,53. qualis rex. 298,16
Debiles, vulgo βλαβέντες τὰ καίρια, parte præcipua læſi, κυλλοί. 56,17,18
Decalogus, μαρτύριον. 524,40
Decalogi arca, μαρτυρίου κιβωτός. 524,41
Decimæ aßignatæ & non aßignatæ. 565,23,25
Declaratum & prædeſtinatum, an idem. 345,41
Decorum, τὸ πρέπον. 790,2
Dedecus & ἀτιμία quantopere differant. 119,1
Dedicare in Deo generationem, ponere. 726,18
Deduci & duci. 290,38
Deeſt vnum cui ſuperſunt omnia. 186,45
Definire, Logici munus. 659,15
Definire κατὰ λέξιν, & κατὰ μεταφοράν. 657,18,20
Definitio, quæ τὸ τί ἐστι docet, τὸ εἰ ἐστὶ, τὸ ὅτι, καὶ τὸ διότι præcedit. 799,16. 801,22
Definitio κατ' ἔπαινον. 724,46
Definitiones rerum verborumque, intelligendæ ante omnia. 467,17
Defrutum, muſtum decoctum. 269,20
Delatoria gradus ad ſummum ſcelus. 778,31
Delicta an omnia paria, ſecundum Stoicos. 302,31
Delphorum προφήτιδες. 528,53
Demetrius Athenienſis quanti ſolœciſmum redemerit. 684,23
Demoſthenis, oratoris gentilis, virtutes diuinæ. 685,23
Denarii duo Vetus & Nouum Teſtamentum. 164,19
Deitas & diuinitas, an idem. 212,8
Deitas, gloria, δόξα. 691,22,33
Deus. è doctrina Dei optime de Deo judicari. 116,4
Deus, ἀεὶ ὤν, πρὸ πάντων ὤν, & πρὸ πάντων πρῶτον. 532,40. entis principium. 658,31. δυνατός. 21,50. æternus, & æternitas, non genitus. 740,11,15. bonus, & ipſa bonitas. 726,47. vnus, & ex toto corde amandus. 63,40. πάντκρυφος. 308,44. menſura noſtrorum actuum. ἐπερωτῆς & ὑπέρμετρος. 464,14. Pater dictus, ne excludatur filius. 881,47. pater ἀγενεαλόγητος. 146,40. generari non poteſt. 726,16. Verbum. 677,3. αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς videri non poteſt. 855,27,45. 856,17
Deus, vel Scriptura. 535,40
Deus vti loquens audiri poßit. 676,39
Deus, loco Angeli. 887,6
Deus vbi, ibi veritas. 515,19
Deus, animæ locus. 608,32,33.
Deus caro factus. 213,40. an παθητός. 339,18,21. an paſſus. 544,21. an ſemper ſui ſimilis. 449,14. vti omnia agat. 196,37. laudari an poßit. 667,20
Deus nobiſcum. 213,44
Deus an per τὸ ille recte diſtinguatur, cum multi ſint dicanturue Dii. 242,42
Deus, non, Deus ille. 246,29
Deus verus vti diſtinguendus à Baalim & Elilim. 386,16
Deus conſpicuus, inconſpicuus. 488,4,13
Deus in amphora. 716,39
Deus impiorum, quid. 470,6,7
Deus Marom. 708,9
Deus nihili. 781,19
Deus Nonni inuerecundus & inſaniens. 751,27
Deus peccantium vitium. 470,4
Dei quare in Chriſti genealogia mentio. 148,8
Dei Filius bonus: vnus cum Patre: Deus ipſe. 63,49
Dei Filium qui ignorant, Deum adhuc ignorant. 64,5,6
Dei attributa, qualia eſſe debeant. 488,20
Dei proprium, μὴ φύεσθαι. 731,14
Dei arbores, à Deo plantatæ, eximiæ. 956,25,26
Deo aſſcribenda quæ in hominibus admiramur. 636,15
Deo ſoli omnia deberi. 806,36
Deo tribuens quod dedit, nihil illi demit qui accepit, & eum amplius commendat. 636,17
Deo quod tribuitur id & Sermoni ejus à Chaldæis tribus. 606,1
Deo per Angelos quæ agit, aſſcribuntur: & his, quæ per eos Deus agit. 291,6. 390,30. 415,29,30. 830,49. 887,12
Deum κεχωρισμένως ſpectaſſe quomodo Mariæ pateretur filius, ſecundum Neſtorium. 551,45
Dii, Spiritus אלהים. 546,6
Dii, magiſtratus. 230,32
Dii falſi, metus impiorum. 603,32
Dii gentium, dæmones. 61,38
Dii minorum gentium, Camiri. ſacerdotes, quoque ac deorum miniſtri. 711,32,41
Dii ſcæui læuique, vt Boreas. 709,19
Dii φοιτητῆρες, quinam. 742,4
Deorum formæ, Dii. 873,39
Deorum nomina à Virgilio deſcripta. 650,10
Deos ſe dicere, & dici. 909,41,42
Depalmare, ῥαπίσαι. 940,27,36
Deplorare ſtatum ſuum, aliud quam deplorare mortem. 576,38,42
Deportatio, pœna. 118,30
Deſcenſus Seruatoris ad inferos. 753,43
Deſideriorum vir, Daniel. 762,28
Deſignari & fieri, diuerſa. 202,17
Detegi, male, pro, reuelari. 203,32
Detexere pallium. 765,31
Deuteronomii plaga, ὀπισθότονος inſanabilis. 184,10
Diabolus, ſerpens qui defecit. 709,37
Diabolus, læuum numen, Sammaël. 706,39,40
Diabolus, vt robuſtus, cum montibus collatus. 61,43,44. Iudæorum pater, Epiphanio. 227,2. pater Caini, nonnullis Iudæorum auus. 905,17,23. an Dei & Domini nomine nonnunquam intelligatur. 424,38,44. quomodo diuina attributa ſibi arroget. 738,13. quomodo verum dicat. 783,43. an norit, quis & qualis ſit Ieſus Nazarenus, & id, non coactus & abſque hypocriſi. fateri poßit. 902,8. per homines loquens, quomodo audiatur ab homine. 511,4. non vt Diabolus, ſed vt Deus etiam antiquißimis temporibus, in conuiuiis celebrari ſolitus. 705,36
Diaboli antiquißimum ſtrategema, nomina diuina inuadere, & in ſeſe transferre. 705,33. 708,10. 709,9,11. confeſſio non eadem ac Petri. 805,18,21. nequitia ἐν τοῖς ἐπουρανίοις potißimum. 472,49,50. 905,12,30
Diabolo haud inſolitum, qui Dei vbique ſimia, Deorum quandam præſentiam excogitare. 306,44

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Diæta, δαπανήματα ἢ νόμοι. 315,7
Dialectica ἀντίστροφος Rhetoricæ. 647,19
Dialectica & Metaphyſica conjuncta à Platone. 658,34
Dialectica Stoicorum. 635,37. Socratis. 658,12
Dialectica, Criticorum inſtrumentum. 647,6
Dialecticæ fundamentum, axioma 726,4. partes. 795,6
Dialectici munus. 655,8
Dialectico verborum ſcientia aſſignata. 654,2
Dianæ Epheſinæ inſcriptio. 457,39
Dicendi genera notanda. 681,28, 41. 682,5,10,12,40. dicendi ſtudioſus quos potiſſimum legere debeat. 647,13
Dicentis genius æternitatis ac ſcriptorum condimentum. 837,18
Dicta ſapientum alludere. 935,50
Dictare, prædicare. 827,14
Dicteriorum indignitas. 826,26
Dictiones Criticorum. 643,27
Didymus, Hieronymi præceptor, cæcus, videns. 694,21
Didymi præceptor, Theodorus Mopſueſtiæ hæreticus. 627,48
Dies hominis, & dies Domini, oppoſita. 376,10,13,14
Dies integer à parte nominatus. 944,30
Dies magna; vltimus Chriſti aduentus. 41,24
Dies poſtremus, qui de vita actionibuſque ſtatuet humanis. 595,6
Dies σημασίας καὶ τῆς ἐσχάτης σάλπιγγος. 77,39.40
Dies regni, γενέσια. 52,28
Dies veſperæ ſabbathi. 127,3
Diei diuiſio, 125.35. 505,16. partes, & horæ. 944,46
Diem Domini videre, quid in Abrahamo. 572,43
Dies vltimi, dies Meſſiæ. 270,14
Dierum antiquus. 673,25
Dierum ſuperſtitioſum diſcrimen. 367,31
Dierum ſupputatio. 860,45
Digiti Dei, quid nonnullis. 411,8
Dignitas, an recte pro ἐξουσία dicatur. 208,46
Dignoſcendi vini principium & origo. 773,4
Digreſſiones, παρεκτροπαὶ, notandæ Criticis. 682,40
Diliges proximum tuum, &c. quomodo intelligendum. 365,14
Diluuium, ſiue κατακλυσμός. 615, 29. ob quod crimen præcipue inuectum. 604,32. impietatis ſingulare argumentum. 606,9
Diluuii aquæ in cœlos terramque an quicquam potuerint. 614,19
Diluuii homines non comparituros in judicio. 606,28
Diluuio qui interierint, & Iudæorum de iis opinio, 44,31
Diminuendi forma cum contemptu plerumq; Hebræis vſurpari ſolita. 78,23
Diminutiuorum vſus. 262,12
Dina, cur vix aut non in liberorum Iacobi recenſione commemoretur. 769,2,6
Dionyſus, Bacchus, Eleleus, Thammuz, Adonis, Oſiris. lachrymoſus Deus, quoniam à Titanibus diſcerptus. 704,2,11,13,15,23,25, 38.43,47. Sabaſius, Indorum domitor, ac ebrioſus. 705,25, 26. Baſſareus. 707,37
Dionyſi etyma. 704,53. 705,7
Dioſcori hæreſis. 737,49
Diræ poëtarum, πέρατα φαντασμάτων. 110,39,40
Diſcere, ab irritatione, contumeliis & contumacia, alienum. 680, 12. quiſque quod non didicit, vel negligit vel premit. 657,7
Diſcere ad pedes. 316,10
Diſcernere bonum à malo, ætatis ſtatæ. 837,31
Diſciplinæ liberales, λογικαὶ τέχναι. 648,17. organicæ. 647.5
Diſciplinæ omnes vnam efficiunt in Critico eruditionem. 647,2,7
Diſciplinarum inſtrumenta, linguæ. 651,10. 652,2. vnum vinculum omnium ac corpus. 644,22
Diſciplinarum & ſcientiarum via & methodus. 654,6,29
Diſciplinarum imperitia ſæcularium à Criticis notanda. 682,5, 10,36
Diſciplinarum reſtauratio an à Critico ſperanda. 698,30
Diſciplinas Græcorum cur ſinxerit Satanas in monte natas. 710,25
Diſcipulorum Chriſti vocatio. 753, 31
Diſpicere, pro cogitare, aut videre. 156,25
Diſpenſatio quaſi ignorandi. 121, 38. quaſi dubitandi. 157,41
Diſpoſitio diuina ἐν τῷ σωτηρίῳ πάθει. 942,15. 946,41
Diſſenſio, παροξυσμός. 304,9,31
Diſſentiendi libertas aſſeritur, & quouſque. 553,4. 700,36. 832, 10
Diſſentientes conciliantium formula. 172,31
Diſſertationes importunæ Criticis notandæ. 682,41
Diſtinctionis vis & momentum. 546,39
Diſtinctioni inſeruire particulas. 548,34
Diſtinctiones, accentus, ſpiritus, in veteribus libris plerumq; omiſſa. 117,41
Diſtinctionum neceſſitas & vſus. 551,52. 552,3,20. quæ ratio ineunda in rebus dubiis. 552,33. neglectus quantum mali dederit. 629,22
Dithyrambi, quale carminis genus. 722,18
Diuerſi Apoſtoli, vbi res non ipſa, hoc eſt, alia, ſeu falſa. 435,52. 436,1
Diui potes, Cabiri. 711,31
Diuidere, mucrone ferire. 171,3,4
Diuinationes ex ſerpentibus. 708, 25,30,31,40
Diuinitas & Deitas an eadem. 212,8
Diuinitas, δόξα. 874,28. שכינה. 62,21
Diuinitas, quæ in dolente, non in dolore. 544,21
Diuinitatis fons, Pater. 736,13
Diuinus, & an de Filio Dei recte dicatur. 758,12. 872,30
Diuiſio veſtium in Dominica paſſione quando euenerit. 125,50
Diues, omnium egenus. 181,18, 45
Diuites ac mendici ſub Rege Regum ἰσόνομοι. 589,52
Diuites ſolos prophetiis afflari, Iudæorum paradoxum. 25,23, 46
Diuitiæ iniquitatis, pecunia, quam nomine diuitiarum appellat iniquitas. 180,42
Diuitiarum fragilitas. 586,38
Dixit Dominus Verbo ſuo, pro, Domino meo. 243,17
Docendi inſtrumenta, nomina. 659, 13
Docere, tractare interdum dici Patribus. 396,45
Docetis ſiue Phantaſiaſtis, dandum non eſſe locum. 212,47
Doctores ςῦλοι. 515,9
Doctores audientium. 487,28
Doctores, qui vulgo magni audire amant, perſtringuntur. 65,37
Doctrina omnis, Lex. 402,47
Doctrina, Lex, תורה. 911,12

Doctri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Doctrina Chriſti ejuſdem cum eo majeſtatis. 673,41
Doctrina & perfectiones Dei, Vrim, & Thummim. 587,16,18
Doctrina crucis, doctrina Euangelii. 510,34
Doctrina hominum. 494,9,13
Doctrina mortis, Lex non obſeruata. 460,6
Doctrina qualis, talis & Deus, talis & bonitas. 116,4
Doctrinæ domus, eruditio. 767,30, 38
Doctrinæ majeſtas, à majeſtate miraculorum diſtincta. 36,5,11
Doctrinæ & miracula, vti in προσκαίροις *differant.* 869,22
Dogma, Deus hæretici. 470,6
Dogmatica Ariſtotelis. 644,11
Dolorum vir, Seruator. 544,43
Domeſtici fidei, ἀδελφοί. 381,37
Domicilium Romæ habere, ciuis Romani proprium & vltimum jus. 483,7. 484,1,7,15
Domina, vxor, familiæ pars. 600, 43
Dominicæ diei reuerentia. 285,23
Dominicâ die aliquem conuenire, ſacrilegium. 348,24
Dominus, paterfamilias. 497,41
Dominus loquitur, quando Scriptura loquitur. 382,13
Dominus Ieſus, καρδιογνώστης. 898, 37. *Nyſſeno cujuſmodi* πάθους *immunis dictus.* 496,34. *in quod nomen baptizatus.* 762,9
Dominus meus, Verbum ſuum. 243,17
Dominus, non, ille dominus. 243,2
Domini κυκλώσεις καὶ ἐπιδημίαι. 883,30
Dominum Chriſtum, κύριον τὸν Θεόν. 603,19
Dominis in ſeruos vitæ neciſque poteſtatem negat Apoſtolus. 497,9
Domus ſæculi, ſepulchrum Hebræis. 262,38
Domus natiuitatis. 52,35
Domus orationis, proſeucha. 305, 35,44
Dona Dei diuerſa. 659,37. ἀμεταμέλητα *in quibus.* 362,32. *cœleſtia. Spiritus Sancti Eccleſiis dati argumentum.* 311,25. *Spiritus ſancti* δαψιλῶς ἐκχεόμενα. 688,9. *vera ex Deo, & in Deum redundare.* 112,32
Dona Dei, dona, quæ in gazophylacio reponuntur. 204,6
Dona ſpontanea, ἀφαιρέματα. 55, 19,20
Donari anima, qui ſeruat præcepta, Magiſtris Hebræorum dici. 42,20
Draco, pro omni ſerpentis ſpecie. 709,15
Draco arcticus, ab aſtronomis in ea parte collocatus. 709,48
Draco, regnans in mari, Diaboli pater, nonnullis. 227,5
Dramatici Critici. 642,1
Dryades Græcorum. 710,13
Dubia ſeruare, nonnullis in interpretatione vſitatum. 800,22
Dubitare de modo, non de facto. 137, 16,17
Dubitatio Domini, ſecundum œconomiam. 117,47
Ducere ac nubere, quomodo matrimonium ſignificent. 512,24
Duci, & deduci. 290,38
Duplex genus, Mediator. 449,2
Duplicatio, exceptio. 339,31
Duplices animo, doloſi, & an δίψυχοι *Iacobo.* 586,23
Duumuir, στρατηγός. 789,49
Duumuiri & prætores. 305,40,52
Dyſcolos, falſus propheta. 909,18

E.

E*Bionitæ notati.* pag. 20. lin. 33,52,53. *eorum Euangelium.* 19,16. 20,53
Ebrietas, ſatietas. 215,50
Ebrietas ſancta. 269,33
Ecce venio cum corpore. quod, nempe, concinnaſti mihi. 568,34
Eccleſia Catholica, quænam. 584, 30
Eccleſia γεώργιον. 374,29. *mater, & quare.* 517,34. *ex electis liberis conſiſtit.* 624,42. 625,1. *regnum, ſedes, ac thronus Chriſti.* 379,17,18. *Deum inhabitantem habet. & quodnam præſentiæ diuinæ teſtimonium certum.* 514, 42
Eccleſia, στῦλος *& ita recte dici poſſe.* 514,48
Eccleſia ſubſellia neque occupat nec ſibi vindicat. 381,21
Eccleſiæ caput, Chriſtus. 394,8. *Legis finis.* 465,3. *miniſtri & præfecti, Angeli.* 392,33. 393,43. *mos, repetere in precibus ea quæ in exhortationibus dicta eſſent.* 401,1. *primum ſpolium.* 295,14. *ſtatus ſub Trajano.* 625,12
Eccleſiæ & Academiæ Leidenſis laus. 824,8
Eccleſiaſticum, quod in Eccleſiis legitur. 629,53
Echidna, cum matris morte naſci dicta. 330,19
Echo, ſonus. 266,9,10
Eclecticus philoſophus, quis. 653,31
Edax & comedo. 44,4,5
Eden & Edom, confuſa. 956,49
Edomiticum Imperium, Iudæis, Romanum. 231,13
Educare, per educationem adoptare. 147,34
Educatio, loco naturæ. 147,31,53. *adoptionem præcedit.* 146,7,8. 147,27,47. *adoptionis loco.* 147,30
Educatio & vitæ ratio, quantum differant. 526,12
Educationi & naturæ quale judicium ac ingenium debeatur. 806,35
Effatum, enunciatio, axioma. 727,5
Efficax, τέλειος, δραστής. 585,29,30
Effigies monetæ. 469,36
Effractores, λῃσταί. 937,19,26
Ejaculatio ad Meſſiam, octauus Pſalmus. 413,4
Elato animo peccare. 875,46
Electa, id eſt, Eccleſia. 624,47. 625,1
Electi in Electa. 624,42. 625,1
Electi & vocati, an iidem. 176, 44,45
Eleemoſyna, teſtimonium juſtitiæ. 93,52
Eleleus, Bacchus, Dionyſus, Thammuz, Adonis, Oſiris. lachrymoſus Deus, quoniam à Titanibus diſcerptus. 704,2,11,13,15,23,25, 38,43,47. *Sabaſius, Indorum domitor, ac ebrioſus.* 705,25, 707,41. *Baſſareus.* 707,37
Elementa, ceremoniæ. 491,50
Elementa & primitiæ ſpei. 458,28, 30
Elephas ex muſca. 776,43
Eli ſacerdos, quo morbo ceciderit. 184,10
Eli, Eli, Adoni, Adoni. 714,39
Elias, Baptiſtæ Ioannis præcurſor. 765,24
Elias, id eſt, hiſtoria Eliæ. 361,43
Eliæ aduentum expectandum, ad obſcuriſſima Sacræ ſcripturæ dicta, vt oportet, intelligenda, prouerbium. 116,25
Eliæ indutus. 764,28. 765,3,25. *pallium.* 764,28,46. 765,10, 13,26. 767,4
Elilim & Baalim, veruſque Deus, vti diſtinguendi. 386,16
Elimus, Elymus. 293,38,49
Eliſa, Carthaginis conditrix in Africam venit. 575,51

Eli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Eliſæus, vir Dei, Seruatoris typus. 887,42. ὑπερῷον *ejus &* εὐτέλεια *commendata.* 313,39,40

Ellipſes, & ἐνδείας *in oratione exempla.* 165,8. 181,42. 224,9, 10,42. 270,35. 482,20. 496,1. 510,32. 539,30. 594,11,12,15, 17. 598,53. 726,29. 778,12. 804,39

Ellipſes Syris & Hebræis peculiares. 844,44

Ellipſis verbi ſubſtantiui omnium vſitatiſſima Hebrais. 433,45

Ellipſis inexcuſabilis. 744,20

Elocutio, locutio, lingua. 97,29

Elocutio humilis & vilis. 682,14,34

Elohim, Dei nominis vſurpatio. 72, 33

Eloquentia caſta ac ſimplex, quos deceat. 637,24

Elymas, Helymas, & vnde nomen. 294,11,12,45,50

Elymus quis. 293,38. *Trinacrius Maronis.* 293,48

Emblematum libertas in interpretibus notata. 299,39,40

Emendatio locorum, qualis Critices pars. 702,41

Emendatio vitæ, vera reſipiſcentia. 179,33

Emeriti milites, κουστωδία. 144,43. πολέμου πεπαυμένοι. 879,5

Emmanuel; Ieſu Nazareni nomen. 292,47

Emphaſis. 203,52

Emphyteuta, quis. 588,13

Enallage Hebræa. 74,41

Enallage numeri. 56,43. 505,4. *conjunctionum.* 223,21. *aliæ.* 282,33,34. 298,10. 299,49, 50. 470,39. 557,44,45. 594, 50. 595,6. 597,31,32

Encænia Iudæorum, non vna. 908, 37,41. 909,2,7,8

Endo manum jacere. 62,37

Enoch olim ſceleſtis, inter quos nephilim, prædicauit. 605,30,38, 43. *quomodo* ἀθάνατος *dici poſſit.* 571,14

Enſis bis acutus. 630,51

Enthuſiaſmi vox, & abuſus 628,17

Entis principium, Deus. 658,31

Enunciare & prædicare, diuerſa. 726,51

Enunciatio hominiſque totus ſermo, ὀνόματα καὶ ῥήματα. 653,29. 654,39

Enunciationes dedicatiuæ. 726,18

Enunciatum, axioma. 727,5

Epicæ poëſeos laus in quo vertatur. 716,52

Epicurei. 615,15. *Hebrais quinam.* 307,8. *ſcientiam ac eruditionem faſtidiuiſſe Epicurum.* 684,25

Epimeniden alimo victitaſſe. 53,17. *quare propheta vocatus.* 528,21, 37,52

Epiſcopus vetus de reſurrectione dubitans. 683,5

Epiſcopi, Angeli, Domini vicarii. 392,33. 393,46

Epiſtola media, quænam Hieronymo. 457,15

Epiſtola Ioannis ad Parthos, Auguſtino quæ. 621,19

Epiſtolæ circulares, apoſtoli. 396,14

Epiſtolæ formatæ. 321,7

Epiſtolæ à Paulo μάρτυρες, *teſtes, dicuntur.* 439,48,49

Epiſtolarum ἀναβολαὶ, *& formæ.* 346,22

Epitheti definitio examinata. 723, 1,13,33

Epitheta, attributa. 719,27. 724, 48,51

Epitheta ſine certa ratione, inconuenientia. 939,44

Epithetorum luxuries in Nonno quanta. 728,45. 730,34. *quid efficiat.* 772,34

Epulæ, agapæ. 629,2

Epulo & potator Hebræis quis. 43, 49. 44,9

Equi, ſpiritus אלהים. 546,4

Erat, de Deo & de hominibus quomodo vſurpetur. 211,12

Erectum ſtare in digitos. 744,25

Ericæ. 21,11

Errare, humanum. 932,10

Errati & ſceleris diſcrimen. 302,32

Erro, ῥέμβος, *minus quam fugitiuus.* 279,47,50

Errones, μετανάσται. 785,4

Errores, ἐνύπνια. 627,47

Eruditi, ἐληλακότες ἐς παιδείαν. 893,50. *ſunt ſupra factiones.* 651,41

Eruditio, domus doctrinæ. 767,30, 38. *vis ac poteſtas imperii Critici.* 671,5. *ab imperfectionis genio & natura aliena.* 652,16,26

Eruditio & judicium in Critico neceſſaria. 646,42

Eruditio Criticorum ex omnibus diſciplinis conſtat. 647,3,7

Eruditionis primæ nomen, Criticorum. 68,28

Eruditionis principium, ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις. 795,9. *ſupellex, linguæ.* 652,4. *inimicitiæ, verborum rixæ.* 656,27. *contemptores notati.* 659,38. 660,17. 661,1

Eruditionem non oſtentatio, ſed modeſtia, commendat. 637,22,23

Erumpere laudem, vociferationem, gaudium. 452,38

Erythræum mare, Indicum. 957,2

Eſaias quare mortuo Ozia leproſo rege Iehouæ gloriam viderit. 848, 44

Eſaiæ inimitabilis facundia. 676,22. *prophetia,* νόμος *dicta.* 402,40

Eſſe à ſe, & à ſe ipſo genitum eſſe, Auguſtino differunt. 740,52

Eſſe in Deo, de æternitate. 728,15. 731,31

Eſſe in ſatanam. 59,21

Eſſe, & videri. 590,10,22. 802,33

Eſſentia, φύσις, τὸ εἶναι. 771,17. 772,49

Eſſentiam Dei videre, vt eſt, Filii prærogatiua. 755,28,31,32. 856, 20,34

Eſſentias nominibus diſtingui. 959, 14

Eſt, & Non. 27,26

Eſt Deus in nobis, θεοδέγμονές ἐσμεν. 776,6

Eſtheræ liber, Megilla dictus. 896, 42

Eſtote miſericordes, prout & pater veſter eſt miſericors, quomodo intelligendum. 365,15

Eſurire quando & quomodo de Filio Dei dicatur. 22,17,18

Et, pro vt. 126,4. *pro poſtquam.* 126,1,10,23,24,27

Et cætera. 23,48. καὶ τὰ ἑξῆς. 136, 8. 533,27. 678,15,19

Et heic dii ſunt. 824,46

Ethnicæ voces in Poëſi & Ethniciſmus in verbis notatus. 742, 12. 756,13,19. 814,48

Euagrii præceptor, Theodorus Mopſueſtiæ, hæreticus. 627,48

Euam audiens Adam, Diabolum audiuit. 511,4

Euan quid. 704,1

Euaneſcere, ξηραίνεσθαι. 114,41

Euangelici catelli inſtar. 636,3

Euangeliſtæ quo ſermone vtantur. 12,52

Euangeliſtæ ſermones Domini de re eadem partiuntur ita, vt vni omiſſa alius commemoret. 166, 39,40

Euangeliſtæ ſecundum tempora diuiſi. 845,40

Euangeliſtæ temporis vbique rationem non habent. 75,46

Euangeliſtarum proprium, alludere ad Veteris Fœderis dicta. 935,50. 942,10

Euan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Euangelium, λόγος συντετμημένος, nonnullis. 359,19. λόγος λαληθεὶς διὰ τοῦ ἀγγέλου τοῦ Κυρίου.. 538,4,25,38
Euangelium ſecundum Hebræos, Matthæi, Hieronymo. 31,16
Euangelium quod amiſſum nonnulli dicunt. 314,31
Euangelium aliud, quotuplici ſenſu dici poßit. 435,43
Euangelii doctrina, doctrina crucis. 510,34 finis. 524,1
Euangelii & Legis applicatio. 450,22
Euangelia dictata. 824,32. 827,7
Euangelia feſtorum ac ſolemnitates. 822,9
Euangelia pſeudeuangeliſtarum. 133,40
Euangeliorum capita veteribus quot. 820,38
Euchitæ, vel Euchetæ, Vacantini hæretici. 734,44. αὐθαίρετοι μεταναστάται. 786,15
Euentura in ſe, pro, ſibi, σολοικόν. 251,40
Eunomii cento. 39,4
Eunuchus vir. 286,3,6,24
Eunuchi. 63,30. Regum præfecti. 884,6,7. à fidelitate Syris dicti. 286,17
Euohe, εὐοῖ אוי. 703,46,2,50
Euphemiſmi, vel euphemiæ. 159,1,24. 180,52. 240,28. 301,2. 426,35. 529,28
Exacerbatio, an παροξυσμός. 304,27
Exactores, βασανισταί. 62,40
Exaltationis tempus Seruatoris. 159,23
Exarmari nauis vti dicatur. 327,22,23
Excelſa manu peccare. 875,44. 876,4
Excelſorum Sacra & origo. 710,26
Exceptio, defenſio. 339,28
Excernere, ἀποποιεῖν. 55,40
Excipere & ὑπακούειν. 847,18,20. 848,2
Excludere, vocis abuſus. 350,20
Excommunicare, παραδοῦναι τῷ σατανᾷ. 379,12,22
Excuſandum in antiquis quicquid poteſt. 693,6
Executionis Angelus. 93,36
Exempla aliorum, compendioſiſſima ad culmen judicandi ſcribendique via. 683,21,42
Exempla, ſigna. 506,49
Exemplarium varietas magna olim. 66,16. 67,3
Exercitationes ſcribere, quid. 681.9
Exercitor nauis, quis. 327,29. 328,2
Exercitus, Spiritus אלהים. 546,5
Exercitus templi. 789,41
Exercitus vnus, multi milites. 647,2
Exercitus princeps. 884,12,20
Exigui libelli, δελτία μικρά, φυλακτήρια. 120,14
Exire & intrare. 287,25
Exiſtimandi vocabulum vim τοῦ προσδοκᾶν an exprimit. 145,11
Exodus malo Deo à Manichæis aſſcripta. 726,40
Expalmare, ῥαπίζειν. 237,27
Expalmare, ἁπλῇ τῇ χειρὶ παταξαι. 940,36
Expanſio, vaſtiſſimum aquarum ſpatium. רקיע. 614,12
Expectandi vox τοῦ προσδοκᾶν vim an exprimat. 145,11
Expectatio hominis, vermes. 541,28
Expectatio & ſpes, ὁ ἥλιος. 138,40
Experientia ſuprema ſoboles Critica. 671,18
Expiationis feſtum, olim cum viſione vel voce conjunctum. 831,7
Expiationum dies. 877,3
Explicare Sacras literas, quod in hodiernis fit Eccleſiis, an in Chriſto Domino fundamentum habeat. 149,6
Explicatio δευτερώσεων inter Magiſtros duplex. 61,25
Externus, Satanas. 379,14
Extollere vocem, pro tollere. 203,28
Ezechias Rex videndi τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ cupidus. 141,44

F.

Fabii trecenti, & porta Carmentalis. pag. 492. lin. 50
Fabulæ, ignorantiæ ſubſidium Græcis. 707,29,30
Facere aliquid, de eo dictum qui non ipſe facit ſed per alios fieri curat. 945,21
Faciei Domini Angelus, Gabriel. 136,15
Facies Domini, præſentia. 272,45
Facies minutæ, εἰκόνες.. 469,26
Facinoroſus & indecens, an differant. 197,51
Factio, ſeditio, bellum ciuile. 337,52
Factiones. quinam ſint ſupra factiones. 651,41
Facultates in pecoribus. 768,16
Fæces, ὑποστάθμη in vino. 432,53
Fœminæ ἀκατακάλυπτοι, malumque id in ſomniis omen. 391,52
Fœminæ honeſtæ ἐξουσία ἐπὶ ἀνδρός. 392.38. 393,1,12,30,35,36
Fœminæ in nuptiis, Caiæ dictæ. 625,8
Fœminarum appendix, συρτὸς χιτών, πέπλος. 961,1
Fœminis ineſſe ſemen. 571,34,39,41,46,53
Fœminas trahere in gentes. 378,48
Faire des merueilles, montes eruere. 61,24
Falcem in proximi meſſem immittere, Lege prohibitum. 45,45,46
Falſum, ἄδικον. 180,24
Famæ immortalitas à quibus ſpernatur. 635,15
Familia, ſerui. 97,13
Familia materna, quaſi non familia Hebræis. 3,10
Familiæ nomen. 497,42
Fariolus, hariolus. 714,2
Fas, themis. 854,48
Faſcicularii. 663,36
Faſtus & opinio de ſe ipſo, quantum proficientibus obſtet. 579,21,22
Fati dominus an fato ſubſit. 751,53
Fatidici Prophetæ dicti. 528,52
Fauete linguis, in Romanorum Sacris. 466,45
Febris vehementiſſima, πῦρ. 912,11
Fœdus Dei æternum. 72,32,52. reſurrectionis argumentum. 408,24
Fœdus Nouum in Veteri. 360,25,26
Felicis voti injuria ῥάπισμα in manumiſſione datum. 941,5
Felicitas triplex, animi, corporis, & opum. 723,23
Felicitas, εἰρήνη, εὐλογία. 40,27,29
Felicitas ſumma. 426,3. ejus deſignandæ formula. 192,45
Femur, pars obſcœna Hebræis. 706,14
Feneſtræ mortis. 612,40
Ferarum forma. 873,49
Feri hæretici. 688,4
Ferire plana palma & pugnis. 940,28
Ferre, διοικεῖν, adminiſtrare. 533,14,15
Feſtorum ac ſolemnitatum Euangelia. 822,9
Feſtorum dierum formulæ præcipuarum gentium. 466,39,44
Ficus, arbor ſucculenta. 117,13. alibi ac alibi diuerſo tempore matureſcere. 117,14,15. præcoces & feræ. 117,19,20
Ficus arida, & de ea locus excuſſus. 116,26
Ficus, ſecuritatis & innocentiæ Sacramentum. 215,15. tranquillitatis ac pacis nota. 866,5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Ficus Ruminalis Nauia. 529,3
Fidejuſſor & reſponſor. 420,2
Fideles & infideles, כלאים. 428,12
Fideles, templa Spiritus. 786,43, 46
Fidelium prærogatiuæ. 477,16
Fides in operatione caritatis ſpectatur. 32, 28. caput præceptorum. 222,19
Fides & Veritas. 570,10,11
Fides quomodo futura intueatur. 557,5
Fides, ἐλπιζομένων ὑπόστασις. 320, 25. 556,53. quomodo. 570, 7. principium Chriſtus. 673,42
Fides πρόσκαιρος. 869,21
Fides Iudæorum, quam varia. 904, 13
Fidei confeßio omnem κακοζηλίαν excludit. 332,3. conſortes, heri ac ſerui, ἰσότητα, vel æqualitatem, colere debent. 497,10,33. objectum, Dei filius. 673,37. ſeps, quænam. 201,27
Fidei & ſignorum tempora diſtincta. 57,6
Fidei inertis confeßio, quænam Manichæis Fauſtoque. 739,1
Fidem differre quam periculoſum. 323,5
Fidem veram & ſimplicitatem ab initiatis baptiſmo requirebant veteres. 637,16
Fieri, pro eſſe. 251,3
Fieri, non fieri. τὸ μὴ ὂν, καὶ τὸ ὄν. 740,16
Figmentum malum, peccati origo. 800,32
Figura & forma interdum oppoſita. 875,20
Figuræ, facies minutæ monetarum, εἰκόνες. 469,26,29
Filia Sionis, Sion. 679,11
Filia vocis. 60,36. 317,5. quid. 922,6,9,32,45,48
Filias virginitati conſecrare, quam vetus mos. 577,3
Filius, Deus. 694,27
Filius, non, ille Filius. 250,51
Filius Dei προαιώνιος. 532,22. æternus cum Patre. 532,28. 896, 24. Sapientia. 725,41. Mens Dei. 733,16. vnicus, ὁ ἀγαπητός. 67,8. φῶς ἐκλάμπον ἐκ φωτὸς γεννητῶς. 736,11. ἄναρχος. 532,26. ἀγενεαλόγητος. 829,15. συνύπαρκτος & συνάναρχος τῷ Πατρί. 532, 27. non aliud à Deo, licet alius à Patre. 487,37, 38. objectum fidei. 673,37. Verbum. 927,46. cur in mundum venerit. 515,51. quid aſſumpſerit. 213,6
Filius Dauid, qui & Dauid. 2,2,4
Filius hominis, 37,17. Deus. 891,10
Filius Mariæ, per contemptum Neſtorianis & Iudæis. 551,14,42
Filius vrbis, πολίτης. 318,46
Filii diuinitas, ἐκ τοῦ κυριολογεῖσθαι probatur. 372,30. æterna generatio. 662,34. 760,6. Deitas aſtruitur. 855,16. cujus argumenta, reſurrectio. 869,15. & ἰσότης cum Deo. 874,36. aliaque. 891,10,11. etiam à Chaldæo interprete agnita. 896,37. pluribus aſtructa. 898, 37. hypoſtaſis. 242,17. Perſonam vocabulo Sionis à patre vti diſtinguat Paulus. 555,45. proprium, ab æterno generatum eſſe. 731,27. γεννητῶς ἐκ φωτὸς ἐκλάμπειν. 736,11
Filii Orientis. 9,53
Filiorum Dei hæreditas. 557,19,23
Filiorum nomen ab ædificatione. 711,15
Fingendi verbum an recte Filio Dei à Patribus attribuatur. 107,16
Finis, reuerenter pro morte Sanctorum. 175,24,25
Finis abſoluit, coronat opus. 454,26
Finis omnium, benedicti ſeminis aduentus. 10,46
Finis optimus an in vnoquoque, ſecundum Scholaſticos. 597,30
Fircus, hircus. 714,2
Firmamentum, vaſtißimum aquarum ſpatium, רקיע. 614,12
Fiſcella, caniſtrum, capiſtrum. 69, 23,24
Flagitare & interrogare. 884,41
Flagitii & peccati diſcrimen. 302, 34
Flamma & lumen Filius, & Pater. 890,48
Flauum & rutilum. 773,42,44
Flauum mare. 774,5
Flauum marmor. 774,9
Flaua aqua, flauus puluis. 774,1
Flauus color, ex viridi & albo. 774,8
Fleuiſſe Dominus quomodo dicatur. 914,41
Flos, pubes, ἄνθος. 817,12
Fœnus, ἐργασία. 172,1
Fœnus Patriarchis ἐν τοῖς γεννήμασι τῶν θρεμμάτων. 433,12
Fons, φρέαρ. 768,24,26,29,34
Fons ingenuus, natura talis. 588, 53
Fons bonitatis, & participes ejus. 64, 16
Fordeum, hordeum. 714,2
Forma, pro ſtatu. 568,27. pro ſpecie. 525,44
Forma fictorum Deorum, non veri Dei forma, ſed τῆς τέχνης. 310,1
Formæ Deorum, Dii formæ, luporum lupi. 873,39,50
Formæ, ſigna, figuræ, facies minutæ monetarum, εἰκόνες. 469,26,29
Formatæ Epiſtolæ. 321,16
Formio, κόφινος. 841,12
Fornicatio ſpiritualis, idololatria. 379,46,47
Forte, & ſine peccato aliquo, & quidem ſummo, contingere adverſa hominibus, neſas Iudæis fuit credere. 174,6
Foſſa & ſpelunca ſepulcrorum. 957, 29
Fraces, ὑποστάθμη in oleo. 432,53
Fraternitas & æqualitas, non eadem. 787,31
Fraudatores, inficiatores. 271,40
Frigus vitium à Criticis notatum in ſcriptoribus. 681,28. 682,32
Frons & palmes. 930,15,16
Fructus terræ, Deorum inſtar culti. 704,29
Frumentatio, an ἐπισιτισμός. 158, 52
Frutinal, Fruti, Aphrodite, Ἀφροδίτη. 713,40
Fucatum, contrarium natiui ac ingenui, τοῦ ἐμφύτου. 588,52
Fucus à Chriſtiano alienus. 365,16
Fuga non omnis imbellis. 575,53
Fugitiuus, pluſquam ῥέμβος. 279, 49,50
Fulmen œconomiæ, tonitrua Theologiæ. 829,3. 830,7
Fundamentum, & quod fundamento recte impoſitum, στῦλος. 514,38
Funebre epulum, τάφος. 160,11
Funes mortis, ſepulcri. חבלים. 263,36
Funeris officia tria. 283,37
Futurum pro præſenti. 198,30. pro præterito. 16,29
Futurum continuationis per præterito deſignatum. 916,32
Futuri diſſolutio. 570,6

G.

GAbas, Adonis. pag. 79. lin. 24
Gabriel, archangelus. 546,9. faciei Domini Angelus. 136,15. incarnationis nuncius. 411,5
Gæſa, & vnde nomen. 937,36
Galatis inſcripta Epiſtola, ſitne tota ab Apoſtolo Paulo perſcripta, vel tantum quædam in fine illius. 454,42. vetus diuiſio. 822,46

Gal-

Galba, Neronis ſucceſſor, noua ſtirps, & à Cæſarum progenie aliena, 506,26,27
Galilæus, & Nazarenus. 921,21
Galilæi, quales homines. 793,48. ἀλλόφυλοι, *peccatores & inuiſi Iudæis.* λαὸς ὁ ἐν σκότει καθήμενος *Eſaiæ.* 173,40,41. φιλόχριστοι & θεόστοργοι *Nonno.* 770,21,41
Gallicinium, id eſt, ſecundus gallicantus, ante τὸ πρωΐ. 122,38,53. *noctis terminus.* 123,11
Gallorum zonæ, juuentuti caſtigandæ. 765,5
Gamalielis dictum, Magiſtrorum dicto ſimillimum. 273,53
Garrire, linguæ obambulatio. 748,2
Gaudium, ſponte donantium virtus. 430,3,6
Gehenna. 85,23. 86,17
Gehinnom, Tophet, vallis cædis, infernum. 263,6
Genæ in ciuem rubentes. 941,7
Gemariſtarum locus de aduentu Meßiæ. 37,9
Gematria Rabbinorum. 65,41
Genealogia, γραφὴ τῆς συνοδίας. 143,36
Genealogiæ cui rei aſſeruatæ. 146,18
Generare, ברא. 662,33
Generare ſero, naturæ infirmitas. 762,25
Generatio Filii Dei. 828,43
Generatio, noua regeneratio. 872,11
Generatum eſſe ab æterno, Filio proprium. 731,27
Geneſareth lacus. 895,29
Genii nocturni, φόβοι νυκτερινοὶ, *ſpectra.* 110,44
Genitiuus Helleniſtarum. 910,42
Gentes & Iudæi, aſinæ triumphi Chriſti. 678,35
Gentilis, Hebræis Epicureus. 307,16
Genus pro ſpecie objicere, ab interpretis officio alienum. 943,2
Geographiæ cognitio, ejuſque vſus. 895,9
Gerizim & Moria, montes. 881,34
Germani fratres, αὐτοκασίγνητοι. 793,23
Germen, oriens. 139,6,7
Gibeonitæ, omnium fraudulentißimi. 215,2
Gigantes, πελώματα. 604,44. 605,1. 606,17. *Angeli rebelles.* 627,4,6. *ſceleſti, cum fœminis conſueſcentes.* 605,46. νυκτὸς πεδήτῃ. 604,46. σκότους δέσμιοι. 604,44. ἀρρώστατοι μετὰ κακίας. 604,12,18,30
Gigantes ex Nephilim geniti. 604,40. *Indi, Nonno.* 717,8
Gigantum carcer. 603,42. 604,38,41,53. 605,4
Gignere fœminæ non eſſe, ſed viri. 451,18,19
Gignere, pro educare. 148,1
Gigni & procedere. 787,17
Gladiatores. 377,11,17. *meridiarii.* 377,16. *beſtiarii.* 377,22
Gladioli ſaxei. 836,37
Gladius bis acutus. 630,51
Gladius igneus, quo ejecti protoplaſti, qualis. 771,20
Gladii jus à ſanhedrio Iudæorum tranſlatum. 943,39
Gloria & honor, crux. 542,9
Gloria, majeſtas. 35,40
Gloria Dei, εὐαγγέλιον. 412,10
Gloria Patris, voluntas Patris. 891,18
Gloria coronaſti eum, quid nonnullis. 541,7
Gloriæ Dei, majeſtatis Dei viſio. 211,49
Gloriam fugiens, gloriam meretur. 636,20
Gloriam meam alteri non dabo, Filium an excludat. 64,20
Gloriatio præfidens. 432,38
Glorificatio carnis Chriſti, ἐκ περιουσίας *facta.* 731,39
Glorioſi, de ſe loquaces. 398,19
Golgotha. 791,20
Grabatus, lectulus leuißimus. 775,28
Gradationis exemplum. 729,10
Græca ſeparanda ab Helleniſticis. 53,8
Græca poëſis, & judicium de illa. 818,10.
Græca cur diſcenda lingua. 653,9
Græce male docti, notati. 934,42.
Græcia mendax. 704,49. 705,2. μυθοτόκος. 711,44. 788,18
Græci, quibus nihil negatum. 647,24. Ἕλληνες. 899,2,3
Græci de ſuo, de alieno loquuntur Helleniſtæ. 801,45
Græci an Helleniſtice loquantur interdum. 920,12
Græcos accuratius Romanorum res quam ipſos ſcripſiſſe. 945,18,19
Græci notati. 665,25
Græcorum eloquentia. 653,10
Græcorum error de Spiritu ſancto. 915,45. 916,22. 928,20
Græcorum ſapientia notata. 704,3
Græculi. 414,20
Grammaticæ minutiæ, eruditionis conſummatæ ornamentum & pars. 934,43
Grammatica, Criticorum inſtrumentum. 647,6. *omne ſcriptorum genus excutit.* 648,30. ἐγκύκλιος παιδεία. 649,13. *à contemptu vindicata.* 659,38
Grammatices nomen. 652,5. *partes.* 647,37
Grammatici, ab vniuerſæ eruditionis contemplatione ac complexu dicti. 649,22
Grammaticus qui non eſt, imperitus merito habendus. 92,50
Grammaticus infimus. 659,4
Grammatici & Critici diſcrimen. 648,14
Grammatici, Critici. 649,12. *linguarum cultores.* 651,14,40. *ſupra factiones.* 651,41
Grammatici non Grammatici. 656,11
Grammaticorum ſitne muneris, παρὰ γράμμα τὴν ἀλήθειαν σκοπεῖν. 670,14,16. *nomen vindicatum.* 276,1. *poſſeßio, eruditio, ſupellex, linguæ.* 652,4
Grammatiſtæ, litteriones. 647,43
Grandes literæ. 455,19,32
Granditas à tumore orationis diſcernenda. 722,16
Graphium habere, vetitum. 937,42
Graſſator & ſeditioſus. 937,40
Gratia Euangelii, & ſalutis ex eo. 363,2
Gratia Dei, Chriſtus ipſe, quibus, & qua occaſione. 553,46
Gratia Deo. 355,30
Gratia vtraque, Lex, & Euangelium. 214,10
Gratia & veritas, notæ majeſtatis. 851,13
Gratia & beneficium, diſcrepare. 553,53
Gratiarum actio, χάρις. 391,6,9
Graue precium, grande. 79,30
Greſſus animarum. 235,32
Guloſi Deus, venter. 470,5
Gunæceum, γυναικωνῖτις. 526,5,7
Guttata auis, Numidica. 754,50

H.

Haberi pro fratribus, ἐνδιαθέτους εἶναι τοῖς ἀδελφοῖς. pag. 793. lin. 22
Habitare, μένειν, *de majeſtate ac præſentia Verbi Dei.* 786,28,31. σκηνῶσαι. 212,40,44
Habitare, & commorari, an confundenda. 210,29,32. 212,36. 333,10
Habitatio Sionis, τὸ περιουσιόν. 908,1
Habitus in Deum an cadat. 667,17

Hæreſes, avaritiæ fructus. 521, 5. ἐνύπνια. 627,47. μῦθοι. 733, 52
Hæreſes de Perſona Chriſti vnde natæ. 478,50
Hæretici Deus, dogma quod ſinxit. 470,6
Hæretici, οἱ μεθοδεύοντες τὴν πλάνην τῆς διδασκαλίας. 465,20. qui maligne & calumnioſe aliorum ſententias proponunt. 615, 1,2. ſomniatores. 628,7
Hæreticorum reuelationes, ἐνύπνια. 627,25
Hæreticis quomodo reſiſtendum, quam inepte nonnulli probent. 626,27
Halelu-jah, ἐφύμνιον in ſolemnibus celebrationibus. 705,41. 706,8,10
Haloches, incantatoris. 295,7
Harmonia, conjux Cadmi. 711, 6, 19
Haſta, δόρυ λογχωτόν. 953,17
Haſtile, calamus. 953,26
Hebes, bardus, καιόμενος. בער. 198,49,50
Hebræorum Critice. 650,17
Hebræis inſcripta Epiſtola. In ea major, quam nonnunquam alibi, diſtinctionum habenda ratio. 552, 39. ejus autoritas, & autor. 531, 20. qui Paulus. 581,17
Hebræa literatura, rectæ Criſeos caput. 662,5
Hebræa & Chaldæa Veteris Teſtamenti linguæ. 653,20
Hebræa lingua, an recte Syra dicatur. 791,46
Hebrææ linguæ verecundia in vocibus ac vocalibus vitandæ obſcœnitati mutandis. 736,36
Hebraicæ linguæ ignorantia quid poßit. 827,39
Hebraiſmi Græcæ ac Hebrææ imperitorum. 804,44
Hebraiſmos potius tollendos Metaphraſtis, quam, vbi nulli, fingendi. 933,35. non omnes nullo diſcrimine loco mouendos. 19,31
Helena, ilana. 710,12. ejus ouum. 710,17
Heliconis vox ex Oriente. 710,21
Helleniſtæ, an Græci. 287,36
Helleniſtæ, Iudæi ἐπιδήμιοι. 791,9. 795,25. 898,46
Helleniſtæ, à quibus Paulo periculum. 287,19,20
Helleniſtæ notati. 46,1,50. 184,30, 31. 576,32. 784,36
Helleniſtarum Meſopotamia. 10,11. verſio plerumque expreſſa in Nouo Fœdere. 568,36,40
Helleniſtarum eutelisſmus. 174,34. idiotiſmus. 606,39. pleonaſmus. 930, 43. proprium, confuſæ vocum ſignificationes. 80, 16. ἐπάλληλος ſignificationum mutatio. 591,16. tertia pluralis, pro imperſonali vel paßiuo. 930,25. vnam vocem duabus exponere. 667,43
Helleniſtica à Græcis ſeparanda. 53, 8. nonnulla ſeruare & non mutare quam diuerſa adhibere præſtat. 802,9
Helleniſtica lingua vindicata. 144, 5. 188,35. 199,28,34. 208, 3. 226,14. 346,43. 349,32. 357, 22. 378,26. 415, 50. 422, 8. 445,1. 478,36. 485,1. 653,16, 23. 659,29. 664, 29. 667,4, 37. 668,8,23,36. 673,12,13. 676, 24. 698,37. 719, 6,7. 797,11,53. 801, 42,45. 803, 16. 806, 29. 851, 34. 852,31. 876, 16,31. 884,30,37. 44. 886,51. 888, 46. 913,4, 18. 915, 6. 916, 16. 919, 23, 44. 920,20
Helleniſticæ linguæ affectatio temeraria. 155, 29. ignorantia quid poßit. 827,39. penuria quanta. 908,5
Helymus, Elymus. 293,38,49
Hemerobaptiſtæ, quinam. 743,52
Hemiſtichia in Diuo Ioanne. 807,7
Hepſema, ſiræum, perenne muſtum. 269,18
Heptapla Origenis. 644,43
Hercules Alexicacos. 340, 31, 47. 341,3. 742,16
Herculis occurſus. 371, 4. primum facinus. 340,40
Heri, de omni præterito. 580,50
Herodes Magnus, à quibuſdam Meſſias habitus. 188,50
Herodes, puerorum mactator, Romanorum Aquilam majori Templi portæ impoſuit. 121,31
Herodes Rex, qui & Agrippa junior. 290,32. σκωληκόβρωτος. 291, 27,39
Herodiani, quinam. 69,30,35,37. 188,49
Heroici Operis ſcribendi ratio. 716, 23.
Herois etymon. 712,26
Heroës omnes, Græcis, Deo aliquo, vt Ioue, genitos dici. 705,4. quare vrbibus in patronos dati olim. 408,9,10
Heſiodi patria. 709, 49. cum Homero certamen. 642,24
Hexaplum Origenis. 796,11,17,31
Hieronymus doctißimus Hebræam linguam diſcit. 652,35. ejus laus. 831,38. præceptor videns, cæcus Didymus. 694,21. & Gregorius Nazianzenus, ſiue Theologus. 825,45
Hieroſolymorum vrbs quam infeſta veritatis profeſſoribus. 287,26
Hieroſolyma, in qua tribu, Iudæ an Benjamin. 897,15
Hieroſolyma Iudæorum, & cœleſtis. 452,4,5,7
Hieroſolyma cœleſtis παλαιεργότερον alicubi pro terreſtri ab antiquitate vſurpata. 91,25
Hilaritas admittenda, ſed Sancta. 466,33
Hilaritas animi, ſponte dantis virtus. 430,6,30. Hillel & Schamai, & eorum ſectæ. 274, 5. 437,52
Hirſutum & hirtum. 765,45
Hiſtoria, locorum luſtratio. 443,2
Hiſtorias Græcanicas ex Oriente profluxiſſe. 670,13
Hiſtrionibus qui Grammatici dicantur. 651,13,29,31
Hiſtriones Tragici. 704,8
Hodie, dies requietis Dei. 558,31. æternitatis ſymbolum. 580,45, 46. quid notet. 580,50
Hœdus, animal ἄκαρπον καὶ ξηρόν. 78,22
Homerus, quis, qualis, quantus. 650, 20, 23. ex Oriente omnia deprompſit. 710, 10. 713, 22. 723,20. 733,28. omnis eruditionis parens. 675, 5. quomodo emendando corruptus. 650, 26. ab Ariſtotele in gratiam Alexandri M. emendatus. 640,27. cenſuræ an eximendus. 685,10
Homeri præſtantia. 638,16,17,31. editio quænam optima. 650,29. Opus, quale 639,18. Rapſodiæ vti diuiſæ veteribus. 821,31. ſcripta à Cratete quomodo tractata. 639,27
Homeri, Platonis, Ariſtotelis ſcripta, digeſta. 640,4
Homeri & Heſiodi certamen. 642, 24
Homeri indignus obitus. 802,45
Homicidæ pœna, morſus ſerpentis. 330,14
Homicidii origo. 781, 7. ſupplicium apud Iudæos olim. 936,46. 938, 18

Homo,

Homo, non, homo ille. 247,26
Homo, & Verbum, caro, & anima. 544,37
Homo, indumentum Dei. 928,42, 43. ὁμοίωμα ἀνθρώπου. 356, 18,25
Homo, & caput hominis, collata. 550,18
Homo, hominiſque filius, idem. 410, 11. *diuinitus creatus*, ἀχειρότευκτος ἀνδριάς. 312, 48. *ad imaginem Dei.* 356,43
Homo, terra. hominis filii vanitas. 410,23
Homo, per ſe vanitas. 540,9,11
Homo nullus negligendus. 164,1
Hominis innata corruptio, ἐπιθυμία. 593,12. *hæreditas & expectatio, vermes.* 291,52. 541,28. *partes & hypoſtaſis.* 737, 32. *præſtantia & prærogatiuæ.* 540, 40. 542,44. 545,18. 547,53. 549,15,36. 550,7. 553,15
Hominis, Angelorum, & Ieſu Seruatoris comparatio. 547,14,51. 548,6,7. 550,18
Homini quomodo omnia ſubjecta. 549,13
Hominem nudum tantummodo confitentes Chriſtum, per tempus. 687,31
Homines omnes apoſtatæ. 357,12
Hominum præſcripta. 494,6
Homonyma S.Ioannis. 797,30, &c.
Honor quis conferri municipibus ſolitus. 318,29
Honor & gloria, crux. 542,9. *majeſtatis gloria.* 692,10,37,39,41
Honos & majeſtas Creatoris, ſiue, cultus ei proprius, quibus artibus imminuatur, & cum figmentis rationis communicetur. 546,10, 14
Honoris filia, Majeſtas. 36,10
Honore coronaſti eum, quid nonnullis. 541,7
Hora æſtus. 882,27
Horæ, miniſtræ Adonidis, Solis. 714, 22
Horaria mors, Anshelmo. 545,41
Horatius Flaccus, *eclecticus philoſophus.* 653,31
Horror, ſtupor, admiratio, Majeſtatis comites. 35,48,49. 36,3
Horti Erythræi. 955,34. 956,1,52
Hoſtias humanas, quas Deus execratur, cum fide ſubſiſtere non poſſe. 577,16
Hoſtibus elapſi non pauci, magnis gerendis vel perficiendis rebus. 575,50
Humanum genus, duo homines. 37, 31
Humanæ naturæ imbecillitas. 365,13
Humanæ aſſumptionem naturæ vnde Apoſtolus probet Paulus. 555, 16,43. *alia argumenta.* 914,42. *quæ eſt, ſerui forma & ſtatus.* 568,26
Humana natura, ὁμοίωμα ἀνθρώπου. 356,18,25
Humiliare ſe ἀπὸ τοῦ ὕψους, καθαίρειν τὸ ὕψωμα τῆς καρδίας. 434, 41
Humiliationis inprimis ſtatum ſpectare phraſes κατ' ἀντίδοσιν. 543,46
Humiliationis tempus Seruatoris. 159,23
Humilitas, amicitiæ firmamentum. 363,20. *cornu prudentis.* 597,21. *fugit gloriam, atq; ſic gloriam meretur.* 636,20. *menſura actuum* ἑτερογνώμης καὶ ὑπέρμετρος. 464,14. & τῆς τιμῆς. 363,36
Humilitas ancillæ, &, ancilla humilis. 201,37,38
Humilitas Chriſtiana & *modeſtia philoſophica an & quantum differant.* 464,4,5,15. *quomodo differant.* 610,11
Humilitatis Chriſtianæ *pars, non quædam ignorare tantum, ſed & ignorare quædam velle.* 631, 27. *præmium, pax.* 597,23
Hydaſpes, Indiæ fluuius & Iridis frater Nonno. 712,35
Hydrobaptiſmus Iudæorum. 311,37
Hybernare & hyemare. 324, 49. 325,12
Hypallage ficta. 273,11. *non ſuauis, apud* Nonnum. 736,3
Hypallages exempla. 460,11
Hyperbaton. 424,10. 494,34
Hyperbole ficta. 240,45. 437,15,29
Hyperboles exempla. 175,51. 176, 10. 606,10
Hyperbole an in loco Ioan. 21. 25. 842,8
Hypocoriſmi. 105,39
Hypocriſis à Chriſtiano *aliena.* 365, 16
Hypocriſeos & ſuperſtitionis ingenium idem. 494,35
Hypocritæ vox ab Auguſtino *quomodo explicata.* 69,43. *quomodo à Græcis.* 69,46,47
Hypocritarum caput, ὁ τῶν ψευδῶν πατήρ. 395,28
Hypocritarum ἀκούειν καὶ οὐκ εἶναι. 802,32
Hypophoræ exemplum. 150,40
Hypoſtaſis filii Dei. 242,17
Hyſſopus, planta, an arbor. 950, 10,15,30. 952,14.

I.

IAcere, κεῖσθαι. *verbi vſus.* pag. 476. lin. 4
Iacobus Patriarcha *an* φυτοεργός. *habitator tentorii.* 767,8,9. *miniſter eruditionis, vel domus doctrinæ.* 767,30,40. *an filii Ioſephi virgam, filiumue ipſum, adorarit.* 573,40
Iacobus *Apoſtolus* ἀδελφόθεος. 584,23. *Epiſtola* Catholicarum *prima, olim à nonnullis non recepta.* 593,18
Iactare in ventum brachia, ἀέρα δέρειν. 389,8
Iactura, ὕβρις. 324,17,33
Iactus & jactura. 328,20
Iactus mali, in re nautica. 327,36
Iah, vel Iach, nominis diuini in Diabolum tranſlati antiquiſſimus abuſus. 705,33
Iah Iah, tetragrammato reſpondens nomen. 141,45
Iambi politici. 43,32
Iambus ſeptenarius Hebræorum. 43,27,28. *vide,* verſus.
Icelus, Morpheus, Poëtarum. 874,38
Identitas abſolutiſſima in operibus diuinis. 890,5
Idiomata naturarum diſcernenda in Chriſti *Perſona.* 924,44
Idiotiſmus. 394,23. 879,7. *Helleniſtarum.* 606,39
Idiotiſmorum vſus. 252,15
Idololatra ὀρεινὸς *Helleniſtis.* 61, 39. *qui pecuniam aſſidue intuetur.* 469,23
Idololatræ, τέκνα πορνείας. 904, 36,51
Idololatria, πορνεία & ἱεροσυλία. 348,3,4. *fornicatio ſpiritualis.* 379,46,47. 470,14. ὑπέρβασις. 504,3
Idolum, quid. 220,52
Idolum σχετικῶς *dici.* 385,48,49
Idolo benedicere, βλασφημεῖν. 876,7
Idola, abominationes oculorum. 469,20. 710,1. *dæmones.* 61, 37,38. *metus impiorum.* 603,32
Idoneus, pro ἀληθής. 249,14
Idothea, eruditio, Protei filia. 716,4
Idumæa, χώρα Ἐδώμ. 956,51
Idumæum imperium, Iudæis Romanum. 231,13
Iehoſua, Ieſus. 942,22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Iehoua, ὁ ὢν, ὁ Ἰώ, ὁ ἐρχόμενος. 839,27
Iehoua, & pro eo Iah vſurpatum. 705,37
Iehoua illic, nomen vrbis cœleſtis. 464.36
Iehoua, Sermo Iehouæ. 606,5
Iehouæ, ſeu, Dei viui, nominis vſurpatio. 92, 33. mortuis patriarchis Moſi indicatum. 72,36
Iehu. ſanguis quem in Izreel, quanquam ex præſcripto Domini effudit Iehu, in culpam ei, ac ſi innocentem effudiſſet, imputatum. 74,52
Iejunii initium apud Syros, quale. 751,23
Iejunium magnum. 323,3
Iephthæ filia, an mactata. 576,17, 37,44. 577,45
Ieruſalem, in Moria monte. 881, 24
Ieſus, filius Naue. 645,27,28
Ieſus, Seruator. 17,53. 18,1
Ieſus, filius Mariæ & Dei. 121, 51. Nazarenus. Deus. 735,30. an vt Dei ac Mariæ filius inſcriptus. 146, 32. propter mortis paſſionem an minor factus Angelis, gloria & honore coronatus. 542, 18. 544,51. 545,2
Ieſus verus, & alius. 435,47
Ieſu nominis dignitas & contumelia. 551,33
Ieſus Dominus noſter, an ἐπονομάζων τὸ ὄνομα Dei dixerit ſe Filium. 943,17,18
Ignis, vltima δοκιμασία auri. 375, 1,2
Ignis, pro febri. 912,11
Ignis Solis, flamma. 918,27
Ignorantia ſæcularium literarum in quo notata. 682,5,10,36
Ignorantia voluntaria, notata. 825, 27
Ignorantia. quaſi ignorantia filio Dei à Patribus attributa. 107,20
Ignorantiæ ſchema. 319,49
Ignorantiæ ſubſidium, fabulæ. 707, 29,30
Ignorare aliquid libenter, humilitatis argumentum & pars. 615, 34. 631,27
Ignotum, vſu nouum. 785,1
Iliados & Odyſſeæ Homeri diuiſio veterum. 821,31
Iliadi an præponenda Odyſſea. 716, 53
Ilii excidium draconis augurio præcognitum. 708,36
Ille, excellenter dictum. הוא. 665,41
Ille homo, ὁ δεῖνα, certus, nempe. 244,28,44. homo aliquis. 247, 26,27,40
Ille Poëta, quiuis qui intelligitur. 245,40
Ille Propheta, Meſſias. 61,14
Illa vrbs, quæ deſignatur, & quæuis. 245,33
Ille articuli vſus & abuſus. 200, 32. 204,30. 242, 9. 243,2,18. 245, 2,39, 40. 246, 4. 338,8. 362, 47,48. 553, 22. neceſſarii neglectio. 574,47,48
Illiberalis, quis. 216,20,21
Illuſorum genius; & in aliorum interpretandis verbis malignitas. 614,49,53
Il Santo, Italice, ὁ ἅγιος, Sanctus Dei. 247,9
Imago, & vultus, ἡ εἰκὼν, καὶ τὸ ἀρχέτυπον. 589,23
Imagines, ſpectra, φαντάσματα, θεῖα, δαιμόνια, ἰνδάλματα. 104,20
Imaginatio, cogitatio. 160,14
Imaginoſi, ſomniatores. 628,17
Imitatio ſiue alluſio ad locum alicujus, σχέσις πρός τινα. 246,22
Imitatio Patris, an in Filio. 694,1, 27. 890,12. 927,38
Imitatio antiquitatis. 697,20
Immanuel, Majeſtatis nomen. 713, 48. 603,23,24,26
Immortalitas animarum. 70,39, 49. vti præfigurata olim. 408, 15. ejus ſpes & argumenta. 408,21
Immortalitas famæ à quibus ſpernatur. 635,15
Immunis omni tempore ab ἀφροσύνῃ maliſque cogitationibus nemo. 129,27
Impelli, corripi, inſtare, συνέχεσθαι, κελεύεσθαι, παραλαμβάνεσθαι. 310,39,44,48,52
Imperfectionis natura & genius, à præſidiis & incolumitate Sionis alienus. 652,16,26
Imperiti notati. 699,31
Imperitia diſciplinarum dicendique, notanda Criticis. 682,5,10,36
Imperſonalia quomodo per Hebraiſmum efferantur. 94,36. 104, 17,27,30
Impietas, genus blaſphemiæ. 942, 49
Impietatis ſingulare exemplum, diluuii homines. qui & puniti. 606,9
Impiorum reſurrectio. 322,5
Impios non reſurrecturos, quorum nam opinio. 270,42
Impleri, φθείρεσθαι. 158,8,10
Impleri dici, quod accommodatur. 361,28
Impœnitentia, ex continuatione peccandi. 563,22,40
Imponere nomen peſſimum. 500,51
Improbitas maxima quæ, & quando fuerit. 604,25
Impudenter peccare. 875,47
Impudentia, cornu ſtulti. 597,22
Impudicus, impurus. 468,6
Impuritas carnalis & ſpiritualis, conjuncta. 346,47
Impurus, turpis, impudicus. 468,6
In præpoſitio in Hebraiſmis exprimendis quam periculoſe negligatur. 248,29
Inanitas, κένωμα. 782,46
Inanium ſpecies, φαντασία. 322,27
Incarnationis myſterium duas agnoſcere naturas. 737,13
Incertus Deus cur & quis dictus. 308,36,45
Inceſtus, ſtuprum. 379,6
Inciſum, comma, verſiculus. 820,2
Incitamentum, παροξυσμός. 304, 33,36
In cœlis agere qui ſpiritualia curant, cum adhuc in terris ſint ipſi. 484,20
Incogitare fraudem, διώκειν. 453, 4,5
Inconſpicuus & conſpicuus. 488, 6,14
Incumbens mulier ἐνεργουμένη. 174,42
Indecens morbus, ἄρρητος, deteſtandus. 198,4
Indecens ſpectator. 198,5
Indecens & facinoroſus quantum differant. 197,51
Indos inter Gigantes Nonno reponi. 717,8
Indiæ terminus, Erythræum mare. 955,45
Indicum mare, Erythræum. 957,2
In diebus illis, τότε, μετὰ ταῦτα. 19,25
Indigitamenta Pontificum. 650,4,7
Indignatio, à Chriſtiano aliena. 365,16
Indiuidua, ſubſtantiæ primæ. 247, 16
Indiuidua Logica Romanorum & Hebræorum. 725,45
Indorum ſinus vbi rariſſime pluit. 712,32,33
Inaffectata in ſermone, quæ. 547,41
Inefficax, ἄπρακτος, piger. 585,22
Ineptiæ, vitium à Criticis notandum. 681,29

Incru-

Ineruditi notati. 699,31
Infantium baptiſmus & circumciſio, & cur pro iis reſpondeant alii. 228,42
Infatuatus ſal, an recte dicatur. 93,24
Inferi, reſurrectioni oppoſiti. 72,6
Infernum, Tophet, Gehinnon, vallis cædis, ager figuli, Akeldama. 261,52. 262,53. 263,5
Infidelis & fidelis, בליאם. 428,12
Infidelis & infidus. 202,31
Infirmitatem ſuſtinere, οἰκειοῦν τὴν ἀσθένειαν, Procopio. 297,7
Infirmitatibus, non peccatis, ſubjeciſſe ſeſe Dominum. 232,32
Inficiator. 271,34
Ingenium ſublime ac judicium, Deo, educationi & naturæ deberi. 806,35
Ingenuus, natiuus, non fucatus, ἔμφυτος. 588,52
Inglorius, inconſpicuus. 488,15
Inhoneſta & honeſta celari non poſſe. 519,53
Inhonorus, inconſpicuus. 488,15
Inimicitias inter Deum & homines conciliare, παροργίζειν τὸν Κύριον, πρὸς φθόνον ἐπιθυμεῖν (τοῦ Κυρίου.) de ſpiritu peccati, ſiue τῆς ἐπιθυμίας, quæ innata hominis corruptio. 594,19,21,22
Inimicus Dei quis fiat. 593,38,51
Initiati, catechumeni. 135,29
Initium cujuſque rei, ἀρχή. ἐν ἀρχῇ. 703,25,26
Initium libri, loci, ſermonis, aut Pſalmi, pro toto. 90, 21, 22. 150,14
Initii principium, à Filio Dei factum. 532,27
Initia verborum Hebræos, hiſtoriæ initia Græcos ſpectaſſe. 821,15
Injuria vti Chriſtiano ferenda. 365,9
Injuria felicis voti, ῥάπισμα in manumiſſione. 941,5
Injuriam facere, ἁμαρτάνειν. 62,16
Injuſtitiæ vniuerſitas, Scholaſticorum figmentum. 591,33
Injuſtum & falſum, Helleniſtis confuſa. 180,27,28
In manu Dei eſſe aliquid, vti dicatur. 448,35
In me, in nomine meo. 95,18
Innocens & colligatus, oppoſita, Auguſtino. 473,39
Innocentia, integritas. 29,51
Innouatio creaturarum. 615,30
In numeros diſtribui poſt dictum ſacramentum. 288,16
In numeris eſſe, ϛρατεύειν. 288,16
Inopiæ noſtræ cauſſa. 33,6
In ore, in ſermone omni populo eſſe, in ore gentibus ac ciuitati agere ἐν λόγῳ εἶναι. 500, 29,31
In principio erat Verbum, cur potius dixerit Ioannes, quam, In principio erat Filius. 730,12
Inquam verbi abuſus notatus. 372,11
Inſanit omnis ſtultus. 659,43
Inſcriptio in quibus Pſalmis, & qua de cauſſa, à Iudæis diſſimulata. 534,50
Inſcriptionis Operi deſtinandæ quæ ratio. 717,10
Inſcriptiones non neceſſariæ notatæ. 459,13. 520,41. 609,21
Inſidiari circulando, μεθοδεύειν. 472,10,20
Inſititium, an τὸ ἔμφυτον. 588,1,2, 20
Inſitum, Romanis plus quam τὸ ἔμφυτον, propter vocum defectum, ſignificare. 588,8
Inſomnium & ſomnus. 627,14
Inſtans, continuum, præſens. 31,11
Inſtare, impelli, corripi, συνέχεσθαι, κρατεῖσθαι, παραλαμβάνεσθαι. 310,39,44,48,52
Inſtauratio creaturarum. 613,32
Inſtituere ſæcula, ποιεῖν αἰῶνας. 532,43
Inſtituti, κατηχημένοι. 135, 29, 30. initiati dicti. 135,35
Inſtitutionem baptiſmum aquæ in Apoſtolica præceſſiſſe Eccleſia. 487,15, 16. educationis pars. 526,12
Inſtrumentum vilius iis quorum gratia factum eſt. 732,24
Inſtrumentum Patris in creatione, Filius, Ario. 695,3,9
Inſtrumenti finis non ipſum inſtrumentum. 652,30
Inſtrumenta Criticorum. 647,5
Inſtrumenta Muſica ſuas ad Prophetias à Prophetis adhibita. 528,50
Inſtrumenta nauis, τὰ σκεύη. 327,16
Intactæ columbæ, albæ. 755,13
Integri, ἀκέραιοι. 29,52
Integritas & perfectio. & an idem. 29,25,26,50
Intelligere quæ non affectes, præclarius auguſtiuſque, quam non affectare quæ intelligas. 637,4
Intemptabilis, pro, intentabilis. 586,47
Intendens & attendens, an eadem. 177,3,4
Interea, ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. 19,10
Interior ſenſus, Hebræis quid. 813,48
Interioris aut intimæ admiſſionis quinam dicti. 128,29
Inter plures verſari. 408,2
Internuncius & mediator, quantum differant. 448,45,50. 449,2
Interpretandi modi, & genera. 808, 9,10. 815,16. confuſa. 815,16
Interpretari, munus Logici. 656,1. 659,14
Interpretatio κοινή, & τῶν ἑβδομήκοντα. 348,52
Interpretationem Antiqui Fœderis mirifice conſpirare ac Noui, 653, 25
Interpretatio, enunciatum. 727,6
Interpretationes quales eſſe oporteat. 92,43
Interpretationes ſcribarum & literatorum, in cathedram Moſis & Prophetarum admiſſas, ſupremi legiſlatoris offuſcaſſe Majeſtatem. 36,29
Interpres, internuncius. 449,1
Interpres, μεταβολεύς. 718,27,28. argumentum quod tractandum ſumit, intelligere debere. 672,17
Interpretem Scripturæ quomodo loquatur ſcire debere. 672,34
Interpretis autorum qualis eſſe ſcientia debeat. 649,3,4
Interpretis & Poëtæ differentia. 672,33. 794,52
Interpretis boni officium. 104, 44. 135,5,6. 248,48. 259,1. 403, 21. 718,27,28. 760,51. 678,3. 776,25. 788,15. 790,2. 795, 11. 797,27. 802,1,9,44. 803, 19. 806,32,33. 812,45. 813,28. 814 53. 815,13. 954,9
Interpreti bono κακοζηλία omnis vitanda. 332,3. 730,33. verborum ordinem non ſemper obſeruandum. 338,47
Interpretes Septuaginta. 795, 24. conſenſus eorum. 795, 43. fabula de illis vnde nata. 795, 53. 796,3. eorum textus. 661, 39. 666, 43. 898, 49. ſæpius interpolatus. 713, 19. theſaurus inæſtimabilis. 955,10. quare ab Apoſtolis vſurpatus. 940,11
Interpretum in adhibendis Emblematis libertas. 299, 39, 40. næniæ notatæ. 753, 26. παρερμηνεῦσαι fere ex ignoratione linguæ Helleniſticæ. 797,16
Inter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Interpretum anima, Donatus. 851, 45
In terris qui ſpiritualia curant, jam in cœlis verſari. 484,20
Interrogandi munus in judicio, Iudicis proprium. 194,15
Interrogare, non ſemper dubitationis ſignum. 137,14,15
Interrogare, & interrogare Legibus. 607,3.4
Interrogare & flagitare an diuerſa. 884,41
Interrogatio & reſponſio inter catechumenum & catechiſtam. 606, 47
Interrogationes in Hebræo ſermone quomodo negent. 13,32
Intervallum quid. 130,6
Intimare, ἐμφανίζειν. 338,20
Intincta veterum vnde orta. 925, 50. 926,8
Intincti, βεβαπτισμένοι, & audientes. 487,23
Intinctionem optare non præſumere oportet. 487,25
Inuadere Sacra. 493,37
Inuenire & aptare rei nomen, ſeu diſponere, non Grammatici ſed Dialectici munus. 655,7,8
Inuinia Sacra. 751,39
Inuiſus, inuiſibilis. 488,22,29
Inuitati, κεκλημένοι. 176,47
In viuis eſſe, viuere, μετέχειν τοῦ ἀνθρωπίνου. 499,26
Inutile quid vt ſit efficere. 174,14
Inutilis ſeruus & humilis, an idem. 182,52
Ioannis Baptiſtæ baptizandi modus 877,21. prærogatiua. 739,34. προκοπὴ, ſeu profectus, in cognitione Domini. 863,9. σκληραγωγία. 764,26
Ioannes Baptiſta quomodo μήτε ἐσθίων veniſſe μήτε πίνων dicatur. 43,40. Eliæ imitator. 764, 27,28. lucerna. 891,42. præcurſor & miles Chriſti. 739,23. νυμφαγωγός. 877,42. τῆς μετανοίας prædicator. 765,52. quos baptizauit, renati an fuerint. 745,43. quo pacto maximus. 43,1
Ioannes Euangeliſta, Aquilæ imagine expreſſus. 207,17. cœleſtis Aquila. 691,27. cur. 242,35. Theologus, & ὁ τῆς θεολογίας ἀρχηγὸς, dictus. 824,17. 829,3,8. φιλαλήθης. 811.23. virgo. 215,9. υἱὸς βροντῆς. 829,41. 830,9,19, 21. 841,46. 846,17. 847,38. 848,45. 857,1,47,53. 861,49. 866,28. 896,48. 924,9. Helleniſtice ſcripſit, non Græce. 668, 21. quot modis viderit Deum. 856,13
Ioannis & Petri amor. 811,32
Ioannis Apocalypſis, quare ab Eccleſiis inter Apocrypha poſita. 629, 49
Ioannis Epiſtolarum diuiſio vetus. 822,48
Ioannis Epiſtolam primam καθολικὴν videri poſſe, & quare. 625, 18. integro loco ab hæreticis caſtrata. 552,25. illius argumentum & ſumma. 623,19
Ioannis Epiſtola ad Parthos. 621, 19
Ioannis Euangelium. 824,26,32. 827,24,25. quale. 676,41. 677,15. Theologia. 829,36. ejus diuiſio varia 821,24,42,50. 822,35. inſcriptio ſecundum Syros. 824,28. Præfatio, nunc primum caput. 821,9. 844,39. 860,30. principium, ἡ τοῦ μονογενοῦς θεολογία. 829,31,35
Ioannis Euangeliſtæ laudes. 823,49. virtutes in ſcribendo. 829,53. proprium, ταῖς ὁμωνυμίαις κατὰ ταὐτὸν χρῆσθαι. 623,12. Euangeliſtæ dicendi genus ac virtutes. 807,3,10. φιλαλήθεια. 459,6
Iob, ἔλλην εὐσεβής. 347,31
Ionæ in Prophetia cur nulla Iſraëlis ſed profanæ tantum gentis fiat mentio. 166,32,33
Ionæ miraculum, in viſceribus piſcis tanquam in ſepulchro clamantis, ipſis teſtibus Iudæis. 166,27
Ioſephus & Benjamin, neuter μονογενὴς, ambo τηλυγέτω. 760, 23,31. 761,41
Ioſephus in Aegypto, ἄρχων τῆς γῆς, & an ſacerdos. 756,49
Ioſephus, Beatæ virginis ſponſus, Canoniſtis quo pacto dictus virginis maritus. 4,9. Mariæ ἁρμοστής. 4,12. ἀνὴρ ἄνανδρος. 4,32. qualis pater Domini. 5,19. 145, 36. 146,5,6. 147,51. an conceptionis auctorem ignorauerit. 3,12. de relinquenda S. Virgine cur cogitauerit. 3,23. cur τέκτων dictus, & qualis. 51,34. θεοειδὴς, an recte dictus. 778,21
Ioſephi cur in Chriſti Genealogia mentio. 146,35. quare profiteri eum Dominus debuerit. 147,12
Ioſephi filium Meßiam fore, vnde priſci crediderint Iudæi. 145,49
Ioſua, filius Naue. 645,27,28
Iouis ἅρμα, ad contumeliam cœleſtium cherubinorum. 746,32
Iouis nomen à Paulo non rejectum, nec ipſe, vt homo vitioſus, notatus. 309,41,42
Ira duplex, hominis & Dei. 587, 33
Iræ quomodo dandus locus. 365,20
Ire, proficiſci. 129,50
Ironia. 82,7,13. Socratica. 63,47. ficta. 121,52
Ironia Sacra. 13,5,13,24
Iris, quæ φάσμα, arcus. 713,29. Nonno in India nata. 712,37
Iridis præcipuæ res geſtæ apud Homerum. 713,3. de nomine næniæ Græcorum. 712,50
Irritandos temere τοὺς κρατοῦντας non eſſe. 505,53
Irritatio, παροξυσμός. 304,32,36
Irritationes à diſcentibus alienas eſſe debere. 680,12
Iſaacus in quo monte oblatus. 881, 19,22,28. typus Seruatoris. 762, 5. reſurrectionis. 573,17
Iſaacus Caſaubonus laudatus. 831, 45
Iſraël, Dei filius. 14.44
Iſraëlis mons, habitatio Sionis. 908,1
Iſraëlita, Leuita, Sacerdos. 865,42, 45
Ita & Non. 27,24
Ita parcius adhibendum quam Non. 27 32
Iter facere, formulæ vſus & abuſus. 332,8
Iubilæus, circumſcriptio ſæculi. 335, 33
Iudas, Iſcariotes, Diabolus, Caini filius, Epiphanio. 226,45,46. θρασύχειρ καὶ αὐθάδης. 762,53. ξένος τῆς ἐπαγγελίας. 262,12
Iudas Galilæus & ejus opinio. 173, 21,31
Iudas Galilæus, & Theudas. 273,41
Iudæus, τῆς καταΤομῆς ἄνθρωπος Baſilio. 481,5
Iudæi Chriſtiani, quinam. 211,52. quid ſuis objiciant. 831
Iudæi & Gentes, aſinæ triumphi Chriſti. 678,35
Iudæi, & Samaritani. 881,34,35
Iudæi Hellenes, ἑλληνίζοντες. 899, 8,13. ἐπιδήμιοι, Helleniſtæ. 791, 9. 795,25
Iudæi, ad ceruicem aquis immerſi, cum præcepta Legis diſcerent. 311,37. diſcebant παρὰ τοὺς πόδας τῶν διδασκάλων, non περιπατοῦντες 316,9,10

Iudæi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Iudæi quomodo verbum Dei vernilibus parodiis profanent. 677, 5. 684,16. qua formula Deum ſuum in conuiuiis celebrent. 705,37
Iudæi Magiſtri φιλόδικοι. 172,19
Iudæi & Iudaizantes, quare deteſtandi. 413,36
Iudæi apoſtatæ & ἀρνηταὶ in Filio. 271,45,46
Iudæi, recutiti, homicidæ. 931,19,28. apellæ. 937,22. tibiatim calceati. 744,26
Iudæorum cæcitas. 41,34. ἀποτομή. 481, 9. confeſſiones. 872, 24. διασποραί. 943, 11. error de Meſſia & Propheta promiſſo. 858, 29. de eo παθητῷ opinio. 339, 7. eorumdem ineptiæ. 27, 42. μεθυσφαλὴς φιλοτησία. 752, 20. μεζανοοῦντες qua veſte vſi. 765, 46. pater Cainus, auus, Diabolus nonnullis. 905, 17, 23, 26. qualis in cultu ſuo peragendo attentio. 170,36. Synagogis à cæteris ſegregatas interfuiſſe fœminas. 332,40. vanitas in neglecta ſecunda Legis tabula. 453,37,50. 454,5
Iudæis quid à Romanis relictum olim. 789,41. 938,11
Iudæis primum arma illata ſub Nerone vel Claudio. 506,28,31
Iudæos Baccho diem dedicaſſe, & quem, Plutarcho autore. 899,36
Iudices Bacchici. 642,10
Iudicandi libertas. 700,39
Iudicandi munus, graue. 381,17
Iudicandi via compendioſiſſima, aliorum exempla. 683,21
Iudicandi verbo Scripturæ quomodo nonnunquam vtatur. 605,41
Iudicare, an recte pro condemnare. 130,10
Iudicare, & Iudicatrix. 722,3
Iudiciaria veterum, ſiue Critice. 639,9
Iudicium mentis primum, axioma. 727, 9. viuendi & ſcribendi Lex & norma. 702, 40, 42. vis ac poteſtas imperii Critici. 671,5
Iudicium, & eruditio, in Critico neceſſaria. 646,42
Iudicium de antiquitate, quibus præſertim auctoribus legendis formetur. 647,14
Iudicium integrum ab auctoritate temere vlla ſuſpendendum non eſſe. 780,48
Iudicium quale educationi & naturæ debeatur. 806,35
Iudicium ſanum, in guſtu & ſobrietate. 772,23
Iudicium & pœnas exercere. 517,20
Iudicium Patris & Filii. 220,6
Iudicio Orthodoxorum quæ dicuntur ſubmittenda. 631,30
Iudiciorum quæ ratio apud Iudæos olim. 936,44. 938,10
Iugati. 512,30
Iugum Legis Iudæis quod. 45,11
Iulianus apoſtata notatus. 844,18. 846,25. 849,33. ejus parodia. 14,18. 15,26. 16,8
Iuliopolis, Tarſus. 318,16,18
Iumenta quare capiſtrata in Lege. 69,10
Iunctura & vinculum. 329,8
Iupiter, aër. 715,6
Iurare permiſſum, cum opus eſt. 27, 34,52. 28,4,13
Iurare per cœlum quinam dicantur. 28,16,17
Iurandi per cœlum, terram, Hieroſolyma, mos vnde apud Iudæos ortus. 27,26
Iuriſconſulti & eorum De verborum ſignificatione Titulus. 625, 24. ſine Lege loqui erubeſcunt. 380, 8. eorum cauta in exhæredationibus & hæredationibus loquendi conſuetudo. 244,49
Ius, an idem quod ἐξουσία. 208, 42
Ius υἱοθεσίας, non poſt illam, ſed cum ipſa, conferri. 209,3,4
Ius non indultum, & gratis indultum. 208,49
Ius ciuile, non, illud jus ciuile. 245,35
Iuſtitiam inter æquales inprimis habere locum. 497,37
Iuſtitia operum. 360,37
Iuſtitiæ opus, ἐλεημοσύνη. 559,33
Iuſtitiæ magiſtra, Lex, νόμος ἀληθείας. 218,36
Iuſtitiæ præcones præcipui, qui. 612, 14
Iuſtitiæ teſtimonium, eleemoſyna. 93,52
Iuſtitiam dicunt Iudæi, cum obolum in gazophylacium mittunt. 93,51
Iuſtitiæ vocant Helleniſtæ, quæ Latini veritatis opera. 216,46
Iuſtiniani æuum, quale fuerit. 689,1
Iuſti, aquilæ. 184,44
Iuſtorum aſcenſio in cœlum. 872,24
Iuuencus peccati, καθαρισμὸς primo, mox ἐξιλασμὸς dictus. 876, 52

K.

KAmetz Syrorum, Græcorum omega. pag. 944. lin. 7

L.

LAborare, ἀνθρωπίνη ἐνέργεια, καὶ πάθος. pag. 732 lin. 31,32
Labrum, ἀσάμινθος, πύελος. 886,25
Lac & vinum renatis propinata. 374,17
Lacerari mœrore. 114,18
Lacus ſalſus, & an recte. 864,11
Læuum numen, Diabolus, Sammaël. 706,39,40
Laniorum Magiſter, ἀρχιμάγειρος. 884,12
Lapidatio, pœna capitalis, & quorumnam. 118,36
Lapidatorum ſupplicium quale. 284,8
Lapis excellentiſſimus, adamas, & natalis ejus ac natura. 375,44, 50
Largiri agrum, ſeu, terram. 318,27
Laruatio, caduca paſſio. 24,14
Latet, fugit, De ſole occumbente. 715, 18
Latiniſmus an à Luca expreſſus. 171,45
Latinitas anxia, notata. 425,52
Latium, à latente Sole, vel Saturno. 715,7
Latro ἀγνώμων. 197,28
Latronis pœnitentia num in crucifragio conſiderata à Romuli face. 954,11
Latrones, graſſatores. 937,38,50. 938,1
Latrones etiam ſale ad ſocietatis ſacramentum vſos. 115,20
Lauacrum, & piſcina. 886,7,8
Lauare & abluere, an eadem. 89,31
Laude nulla digni, ne quidem cenſura digni habentur. 669,37
Lazari morbus, ἀσθένεια, & φόνιος ὄλεθρος Nonno. 783,28,34
Lazarus, pauperis nomen ἐπώνυμον. 181,7. an certum & verum. 539, 42
Lech Lecha, paraſcha. 821,15
Lectio & auditio verbi Dei, prima, & præcipua omnis cultus diuini pars. 795,37
Lectio auctorum. 818,14
Lectio recepta, quantum poteſt fieri, in contextu retinenda. 518,19
Lectio varia & vera vindicata. 50, 39. 76,41. 199,11. 313,52. 314, 51,53. 323,7,47. 371,26. 372, 35. 309, 52. 326,11,12. 329, 26. 332, 44. 351, 40. 352,1. 356,32. 364,42. 377,8. 383,1 395,40,43,48. 397,7. 402,10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

414,46. 421,16. 425,10,11. 427,52. 434,15,16. 436,52. 448,4. 450,15. 459,19. 466, 6. 469,12. 475,14. 477,31. 480,43,46. 481,49,50. 482,1, 8,17. 488,31. 489,41. 493,31, 49,56. 499,35. 506,39. 507, 1,16. 510,6. 512,14. 516,9. 517, 14. 524,19. 532,34. 539,25. 542,32. 550,39. 551,1,13,16. 553,50. 557,49. 570,27,36,53. 577,50. 589,12. 591,41,53. 592,4. 594,49. 598,45. 602, 10,39,40. 603,1,36. 609,24. 613,9. 614,17. 616,5. 621,27. 622,28. 626,31. 628,21. 631, 15. 766,37. 785,16. 851,5. 882,44,45. 884,28. 885,50. 906,6. 912,47. 952,38,40

Lectionis diuerſitas magna olim. 66,16. 67,3. 523,29,30

Lectiones variæ quomodo tractandæ Critico. 646,5

Lectiones, parſchiot. 297,27

Lectores, Catechiſtæ. 487,20,21

Leda, mater Helenæ, לידה. 710,17

Legati, ἄγγελοι. 516,5

Legati Dei, veri, quinam. 230,8

Legati, de Apoſtolis. 432,7

LegeonSpiritus malus. legiones mancipiorum, à numero. 107,5

Legendus tamen, qui non imitandus. 685,11

Legere ex membrana, veteribus quomodo vſurpatum. 527,42

Lex, doctrina omnis. 402,47

Lex, an & quando Dei doctrina vel mortis. 493,5,9. 494,10

Lex, majeſtas principis, & loco abſentis. 189,14,15. *juſtitiæ magiſtra.* νόμος ἀληθείας. 218,36. νόμος. ἐντολή. 491,30. μαρτύριον. 524,42. *veritas.* 854,27

Lex Dei, cultus Dei, νόμιμα Θεȣ̃. 500,48

Lex quam Adam acceperat. 353,9,10

Lex omnes cur obliget, licet præſtari ſine Chriſti ſpiritu non poßit. 490,47

Lex & veritas, oppoſita. 514,24

Lex an ante Moſen vlla. 352,46. *à quo & quomodo, & quæ tradita.* 853,51. 854,20. 855,2. λόγος λαληθεὶς δι' ἀγγέλων. 538, 3,25,37. *per Meßiam data.* 65, 15,16. *Dei manu ſcripta.* χειρόγραφον Θεȣ̃. 490,41

Lex & Euangelium, χάρις ἀντὶ χάριτος. 214,10. *In Lege qui Filium ignorant, adhuc ignorare Deum.* 64,5,6

Lex, Moſaica, nempe, non, illa Lex. 245,51,52

Legis cardines duo. 853,31. *conſeruatio, pars Critices Hebræorum.* 650,38. *contractio ſuperſtitioſa Iudæorum, priorem partem non agnoſcentium.* 63,45. 64.3,42. 65,1,2. 163,4,5,8. 453,53. 454, 18. 623,14. *quæ ita manibus vel capiti appenſa.* 119,17. *hujus contractionis ſectiones quatuor & quæ.* 119,22. *contractio præcipua* Ἄκȣε Ἰσραήλ. 119,8,10. 120,11

Legis effractores, ἄνομοι. 937,26

Legis perfractæ rei, λῃσταί. 937,21, 26. 938,13

Legis edictum Angelis an recte aßignatum. 282,36

Legis exordium, ſecunda tabula Ambroſio. 52,38

Legis finis, Eccleſiæ caput. 465,3

Legis finis & interpres, Chriſtus. 172,13

Legis finis, amor ne Dei, an proximi. 454,27

Legis impletio. 454,1,16

Legis ſeu doctrinæ majeſtas, à miraculorum majeſtate diſtincta. 36,5,11

Legis nomen, an pro ſecunda tabula interdum. 453,29,30

Legis partes decem. 710,35. *prærogatiuæ duæ.* 538,6. *ſanctitas neglecta, aut violata, ſacrilegium.* 348,22. *ſumma quænam Iudæis.* 163,6. *præceptum qui præſtat, conſolationem ſibi, qui præuaricatur, accuſationem, comparare.* 621,39

Legis & Euangelii applicatio. 450, 22

Legiſlatores antiquißimi. 640,25

Leges, municipibus conferri ſolitæ, quæ, & quales. 318,28,29

Legibus quando primum factus locus. 854,42

Leguleii clauem cognitionis ſibi vindicant. 167,36. 177,1

Lemniſci Origenis & Ariſtarchi Critici. 645,4

Lenitas animi quos inprimis deceat. 636,27

Leones, principes ac poteſtate præditi, crudeles, nempe. 528,1

Leones, Angeli. 546,4

Lethargus priori Adamo tributus, quum ex ejus coſta creata eſt fœmina. 157,52

Leuiathan, Diaboli pater nonnullis. 227,5

Leuitæ quo anno profiteri parentes ſoliti. 146,16

Leuitarum ordines. 858,7

Lexicographi notati. 753,27

Libanitis Venus. 713,30

Libanus, mons excelſißimus & idololatriæ ſedes. 713,36. *ejus etymon à colore albo.* 775,11

Libatio & victima. 769,32,35

Libelli, σωμάτια, διφθέραι. 527,30

Liber, ſeries, ספר. 911,14

Liberi & ingenui Iudæis qui Legi hærent. 903,21

Liberorum nomen ab ædificatione. בנה. 711,15

Libertatis cura. 390,49. *ſchema.* 319,53. *abuſus, & prætextus,* ἐπικάλυμμα τῆς κακίας. 599,22

Leges ad quos ſpectarint apud Romanos. 318,10,11

Libido an recte pro voluntate. 204, 36

Licentia in Sacris Scripturis θεομάχων. 923,51,52

Licentia in rebus ſeriis prohibita. 802,13

Licentia memoriæ veterum in adducendis locis Sacris. 513,4

Licentia verſus cauſſa. 794,11

Licentia ſuſpicandi in Sacris non admittenda. 523,22

Lignum Paradiſi. 456,20

Lignis aridis duobus ad vnum viride exiltrendum opus. 196,49

Lingua, elocutio, dialectus. 97,29

Lingua poſt hanc vitam quænam optima. 676,14

Linguæ Helliniſticæ & Hebrææ genius. 753,2

Linguæ moderari, quid. 590,37,43

Linguæ, Dei dona. 825,31. *ſcientiarum inſtrumenta.* 647,27. *maximum Theologiæ ſubſidium.* 651, 10. 652,2. *magni animi ſummum culmen & pinnaculum.* 651,14. *id eruditis vel Grammatico, quod lixæ & exploratores Imperatori.* 652,12. *ſupellex eruditionis.* 652,4

Linguæ Angelorum; πολυγλωττία. 397,43

Linguæ primæ, Orientis. 654,9

Linguarum cognitio ejuſque vtilitas. 666,36. *ſcientia.* 698,32. *diſcendarum finis, non ipſæ linguæ ſed præſtantius aliquid.* 652, 30. 653,2. *diuiſio, in confuſione Babelis.* 268,2. *elegantia gentilis ac Veneres, quare à Scripturis quibuſdam Sacris abſint.* 676.7. *imperitia, quantum etiam antiquis impoſuerit.* 275,51. *contemptores.* 651,17,39. *ignorantia notata.* 656,13,27. *vnitas.* 676,12.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

ſmutua opera.263,51. συνεμπτώ-σεις. 226, 17. 478,25,26. & συντυχίαι. 529,4,5. vſus quam neceſſarius. 659,30,33
Linigeri ſacerdotes. 784,44
Linteum, ex goßipio. Oſiridis veſtis dictum. 784,40
Lintres, Iuriſconſultis Græcis κάραβοι. 326,33
Linum Aegypti. 784,45
Litem componere inter partes, quibuſnam haud fas habitum. 172,20
Lithoſtrata platea. 238,38
Literæ circulares, Apoſtoli. 390,14
Literarum hoſtes. 660,11. ſæcularis ignorantia notanda Criticis. 682,5,10,36
Literalis ſenſus quam non negligendus. 46,41
Literarii pædagogi. 647,43
Literata ſupellex Romanorum. 455, 28
Literati animi natura. 635,6
Literatos vere ſupra factiones eſſe. 651,41
Litteriones, Grammatiſtæ. 647,43
Liuia, πελειάς. 754,28
Loculus condendo mortuo, χωρίον. 261,38
Locus, πόλις. 232,43,44,46. poſtremus ſinguliſque proprius, ſepulcrum. 262,38
Locus integer ab Hæreticis ex Epiſtola Ioannis prima deletus. 552,25
Loca Noui Fœderis alludere, Petri proprium. 613,43
Loci κτ̀ δόξαν contrarii. 814,5,6
Loci diuerſi in citando contracti & per σύγχυσιν contexti. 47,8,11, 12. 85,2. 86,42. 87,24. 88, 47. 149,36. 677,20. 678,12
Loca apud veteres Hebræos ab arboribus deſignata. 866,11
Loca, vt conuiuator vel miniſtri in epulis, ſic in cœleſti regno beatos ex præſcripto aßignare Angelos dici. 181,50
Locuſta, id eſt, hiſtoria locuſtæ. 362,4
Locuſtæ, cibus Ioannis. 21,37
Locuſtarum vſus in Oriente. 19,34.
Logica, inſtrumentum. 656,1. præcipue Criticorum. 647,6
Logica Stoicorum. 653,38
Logica, ἀντίστροφος τῆς ῥητορικῆς. 647,19. vnde dicta. 647,25
Logici munera. 659,15
Loligo, ſuccus ſepiæ piſcis ater. 942,6
Longæ literæ. 455,29,36
Longinquum interuallum. & an recte dictum. 130,4
Longos imitari, ὑπερεκτείνειν. 435,1
Loquendi ſilendique præceptores quinam. 466,48
Loqui Latine vel erudite, quandoque minus neceſſarium. 104,49. 332,32. 449,7. & periculoſum. 488,27
Loqui parum proprie quam parum digne præſtat. 332,20
Lorarius Dei, Spiritus malus. 390,41
Lorica laminis hamiſue conſerta. 953,15,16
Loti vxor, an in ſtatuam ſalis conuerſa, vel ὀπισθοτόνῳ, ὡς στήλη ἁλὸς, diriguerit. 184,2
Lucæ Euangelium. 824,35. 827,16. ad quam normam explorandum. 199,30,31. 201,33. caput octuageſimum ſecundum. 821,1
Lucerna & Sol, Ioannes & Chriſtus. 891,41
Lucifer, cur Ἀφροδίτη dictus. 713,38
Lucilius centurio, Cedo alteram dictus. 941,25
Lucina Socratis. 658,11
Lucius Domitius, Siciliæ proprætor. 937,51
Lucorum abominanda ſuperſtitio. 709,51
Lucretii libri De natura, à Tullio emendati. 680,40
Lucrum, ἐργασία. 172,1
Lucri ſtudia, an ad ἐπιθυμητικὴν animæ referenda. 468,50
Luctam de qua Apoſtolus, etiam paganis notam fuiſſe. 355,3
Ludere in Sacris inclementer. 411,11
Lugendi mos virorum ac fœminarum. 391,44,46
Lugere ſuper virginitate, an idem, quod lugere ſuper anima. 576,38
Lumen verum & per ſe, quodnam. 208,9,11
Lumen illuminans & illuminatum. 736,17
Luna, Eccleſia, cui. 541,2
Lunatici. 24,12
Luporum formæ, lupi. 873,50
Luſus ſuper Seruatoris tunica, πλειστοβολίνδη. 947,24
Luſus, vice inſtitutionis. 826,3
Lutum ſanguine maceratum, Tiberius. 725,1

M.

MAcedones, pauperes. pag. 431. lin. 6
Macedoniani notati. 688,3
Machæra, quid. 129,53
Magdolum. 895,31
Magiſter laniorum, ἀρχιμάγειρος. 884,12
Magiſter militum, στρατηλάτης. 789,49. 884,21,24
Magiſtri, tractatores, διδάσκαλοι, ἐπιστάται, ἔξαρχοι. 396,48,50
Magiſtri Iudæorum φιλόδικοι. 172, 19
Magiſtri Magiſtrorum, Sinai & Rabba. 61,22
Magiſtratus, miniſter vindictæ. 366, 18. poteſtas, ἐξουσία. 392,13. 789,49
Magiſtratibus an recte verſus Epiſtolæ Iudæ tertius applicatus. 626,27
Magnum profundum, χάσμα. 203, 14
Magus, Chaldæus. 294,50
Magi Orientis num Perſæ fuerint. 11,44. vel Arabes. 12,16. Bileami diſcipuli. 10,35,36. φέροντες ξένια. & cur. 10,10
Magorum hiſtoria. 7,40. vox. 7,47. 8,1,5. dona qualia ſigna. 10,17
Majeſtas. 35,30,35. majeſtatis gloria. δόξα. 692,11,37. 813,23. 862,2. & κατασκήνωσις. 933, 51. ſplendor gloriæ. Dei & Deitatis. ipſe Deus. 850, 22, 23. gloriæ Domini שכינה, vel שכינא, 211,31,42. 213,10,30. 465,2. 848,14,16,21. ὁμοίωσις. 874, 21. reuerentiæ & honoris filia. 36,10. vbique conſeruanda. 673, 20. eſſentialis. 874,28. ejus nota. 867,45
Majeſtatis Iehouæ vox. 830,36. 831,9
Majeſtas Dei, Chriſto domino & inde Deitas eidem vindicata. 923,42
Majeſtas τοῦ λόγου τοῦ ἐμφύτου ἐν τῇ μνήμῃ τοῦ αὐτοδάκου. 892,7
Majeſtas vel præſentia Dei. 786, 28,31
Majeſtas Sacræ ſcripturæ. 676,37
Majeſtas vbi, ibi metus. 580,31
Majeſtas & miracula, conjuncta. 896,5
Majeſtas miraculorum & doctrinæ, diſtincta. 35,47. 36,5
Majeſtas & autoritas quantopere differant. 36,17,18
Majeſtas, cultus, atque honos creatoris, quibus artibus imminuatur, & cum figmentis rationis communicetur. 546,10,14
Majeſtas Principis, Lex, & ejus abſentis loco. 189,14,15
Majeſtatis voce Græcos carere. 850, 20
Majeſtatis ac terroris, quæ ſigna. &, an oppoſita. 77,27,35
Majeſtatis cœleſtis nomina. 862,6

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Majeſtatis diuinæ notæ, gratia, & veritas. quales autem notæ, talis majeſtas, & viciſſim. 851,13
Majeſtatis potentiæque ſignum ac vexillum. 77,18
Majeſtatis diuinæ ſigniferi. 546,10
Majeſtatis diuinæ præſentia, שכינה. 830,28
Majeſtatis ſplendor, miracula. 212, 6,11,12,20
Majeſtatis cæleſtis ſummus & præcipuus cultus, in lectionis auditione. 795,37
Majeſtatis nouæque vitæ auditores. 487,29,30
Majeſtatis, ſeu præſentiæ diuinæ, interruptio in Sione. 464,33
Majeſtatis maxima detrimenta quænam. 36,28,29
Majeſtatis crimen, καθοσιώσεως ἔγκλημα. 850,28
Majeſtatis abuſus ſub Tiberio. 942, 33
Majeſtatem præſupponit pax. &, qualis majeſtas, talis pax, viciſſimque. 321,52
Majoribus poſcere. 751,11
Malachiæ nomen. 515,37
Maledamim, famoſa latronum via, 163,46,47
Maledicentia notata. 831,41
Maledicere, cacoëthes in ſcribendo peſſimum. etiam maledictis reſpondere. 700,32
Maledicta aliena eſſe à diſcentibus debere. 680,12
Maledicta Bacchi propria. 706,7
Maledictio, vt benedictio, à Deo. 446,32. boni imminutio. 895, 48
Maleſici φαρμακοί. 8,42
Maleuolentia, vitium à Criticis notatum. 681,30
Maleuolorum latratus vti vindicandi. 832,11
Malignitas, & à Critico abeſſe hanc debere. 680,16
Malle, θέλειν, προθυμεῖν. 381,45, 48,49,52
Malua, ἅλιμα. 53,15
Malum in homine, accidens. ἐπιγινόμενον Veteribus. 719,23
Malus, non, ille malus. 251,35
Mammona, diuitiæ. 180,40. Deus auari. 470,6
Mane, conticinii tempus. 122,38, 48
Manetis hæreſis. 737,49
Mania, ira manens. 656,13
Manica aratri. 161,49
Manichæi. 823, 8. eorum duo Dii. 726,39. hæreſis. 737,53. 738, 50
Manna qualis cibus. 22, 36. an per ſe aluerit. 23,3. an ἄρτος ἄφθιτος. 777,36. νιφετὸς μελισταγής. 792, 18. panis τοῦ σήμερον, vel ὁ ἐπιούσιος. 32,12. panis τῆς ἡμέρας. 32,13. panis εἰς ἡμέραν. 32,14
Manna in deſerto Sin præbita. 777, 44,45,50,51
Mannæ œconomia. 777,39
Manna viuere, ἐπὶ ῥήματι Θεοῦ viuere eſt. 23,6,7
Manuale, ἐγχείριον, σιμικίνθιον. 312,26,30,31,32
Manus Dei, Spiritus Prophetiæ. 786,34
Manus excelſa. in manu excelſa, de peccato ad mortem. 875,44
Manus paſſa, palma. 940,37
Manzeres, quinam. 804,48
Maphorium, theriſtrum. 392,10
Maria vxor Ioſephi qui dicta. 3,34. 4,11. virgo θεοτόκος. 543,22. 552,44
Mariæ virginis egeſtas vnde notanda. 141,27
Mariæ filius, per contemptum Neſtorianis & Iudæis ſic dictus. 551,14,42
Marcio notatus. 45,2. agyrtes. 154, 32. Scripturam truncat. ibidem.
Marcionis hæreſis. 737,53. prima quæſtio. 154,27,28. & quo pacto explicata. 154,35,43. ſacrilegia. 26,10
Marcus Tullius è municipatu oriundus. 484,3
Marcus Petri ἑρμηνευτής. 827, 15
Marci Euangelium. 824,35. 827, 7,14. locus ejus qui in dubium Hieronymo vocatur. 552, 16. Euangelii initium quomodo accipiendum. 101,18
Maria Hebræis, quænam. 53,29
Mare, quæuis aqua major, collectioque illius. 777,23,24
Mare Erythræum, θάλασσα Ἐδώμ. 956,52. Indicum 957,2
Mare flauum & cæruleum. 774,5
Mare Suph. 818,52
Mare, an recte pro lacu. 864,10
Margarita à Nonno Edeſſenæ Epiſcopo conuerſa, & Pelagia nominata. 685,40
Maritus hominis non mortificati, ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος. 354,11, 26
Maritus, paterfamilias. 600,42
Mariti obedientia, vxorum cultus. 601,2
Mariti in nuptiis Caij dicti. 625, 8,9
Mariti duo, reſpectu hominis corrupti & reſtaurati. 354,16
Marmor flauum, mare ſpumans. 774,9
Marmor ὁμόχρουν, candidiſſimum. 775,19
Maron, Silenus, Satyri. 751,21
Maron, Comes Bacchi. 707, 52. Marom. 708,3
Mars, ſocer Cadmi. 710, 52. Romanorum Deus & parens. 121,14
Marſorum religio, ſerpentes ac aliena numina ſub creatoris nominibus colere. 709,4
Martyr Dominus, quaſi μαρτυρήσων τῇ ἀληθείᾳ ἐλθών, quibuſdam. 510,12
Martyrum finis, τελείωσις. 175,14
Maſorethæ, Critici. 650,35
Mater credentium Sara. 600,40
Mater Domini an Petro commiſſa. 792,27
Matrimonium Græci qua exprimant vocem an habeant. 512,17. τῆς φύσεως ὅρος. 504,1. quam malo argumento in contemptum adductum. 382,1
Matrimonii vincula ac nexus. 601,6
Matronæ maritos quomodo compellare ſolitæ. 601,9
Matthæus Euangeliſta Hebraice an ſcripſerit. 2,14. 14,24. 23,45
Matthæi Euangelium. 827,30. caput ſexageſimum & quintum, ſextum, ſeptimumque. 820,40, 45,50
Maximinus Imperator, Apollinis, qui protoplaſtos parentes decepit, ſub veri Dei nomine cultor. 708, 53. 709,3
Maximum in omni vita quidnam. 907,23
Me; id eſt, nomen meum. 95,17
Medico commiſſus quis dicatur. 659,22
Mediator & duplex genus. 449,2
Mediolanenſes quomodo ὑπὲρ τῶν νεκρῶν baptizentur. 408,11
Megarenſes οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ. 500,20
Megilla, pro libro Eſtheræ. 896,42
Mel an ex apibus an ex pabulo diſcernendum. 21,34
Mel agreſte. 20,46. 21,7. Ioannis Baptiſtæ cibus. 21,38

Mel

Mel autumnale.21,*21*. *ericæum*. 21, *9,36*. *Sardoum,amarum*. 21,*35*
Melancholicorum proprium. 261, *41,42*
Melchiſedecus, Domini typus. ſecundum Magiſtros Hebræorum, Meſſias ipſe. 546,*32*
Melchiſedec, Ἕλλω εὐσεβής.347,*31*
Melchiſedecus, an ſacerdos ἐξ ἀκροβυστίας. 564,*18,29*
Melchiſedeci ſacrificium non ceſſaturum Magiſtris. 546,*35*
Melchiſedecum, patrem, matrem, majores habuiſſe, &, vt cæteros, poſtremo obiiſſe. 564,*43*
Meletiani hæretici. 552,*40*
Melitæ inſulæ ſitus. 340,*34*
Memallonides, Mimallonides.707, *9*
Membra Eccleſiæ matris, liberi.624, *43*
Membrana, διφθέραι, σωμάτια. 527,*30,39*
Membranæ bicolores. 527,*51*
Memento puluerem nos eſſe.958,*49*
Memoria defunctorum vti colatur. 408,*21*
Memoriæ deſcriptio. 724,*46*
Memoriæ in recitatione & allegatione Scripturarum quantum dederint veteres.507,*5,6*.564,*20*. 628,*21,29*
Memoriter dicere, ἀποστηθίζειν. 168,*2*
Menander ab Apoſtolo citatus. 605, *17*
Mendacium & veritatem, duabus contineri ſyllabis. 657,34
Mendicus epulans. 181,*44*
Mendici. 25,*37*
Mendici ac diuites ſub Rege Regum ἰσόνομοι. 589,*52*
Mens. 401, *32, 33*. τὸ ἡγεμονικόν. *Hebræis oculus*. 27,*9*
Mens Dei, ipſe Filius. 733,*16*
Mentis exceſſus, an ἔκστασις.288,*30*. *tarditas ac infelicitas*. 25,*48*
Menſura noſtrorum actuum. 464, *12*
Mercatorem quid deceat. 801,*53*
Merces Prophetæ, εὐλογία ἐπὶ τῷ ποδί. 42,*27,28*
Mercuriale, Damaſippi nomen.292, *53*
Mercurio cur ἡ ἡγεμονία *attributa*. 298,*50*
Meretrix ſui poteſtatem habet. 393, *32,34*
Meretricum μισθαρνία. 303, *29, 43, 49*. πορνεία, *hoc eſt, victima*. 303, *38, 47, 48*. 304, *4*. *mos, promittere comam*.920,*49*
Meroë, inſula Nili, ejuſque metropolis. 712,*36*
Meſopotamia Helleniſtarum. 10,*11*
Meſſaliani. 628,*11*. *Vacantini*.734, *44*. *hæretici*. 855,*26*. αὐθαίρετοι μετανάσται. 786,*15*
Meſſapus, pro, Meſſapus autem.548, *28*
Meſſias, Filius Dei. 881, *48*. *Dei Verbum, Chaldæo*.464,*40*.923, *43*. 924, *8*. *per eum Lex data, qui Deus ipſe*. 65,*12,14,15,16, 17*. *Monarcha*. 679, *22*. *Rex*. 221, *41, 45*. 893, *17, 21*. ἀπάτωρ. *quomodo ex Eſaia probetur*. 927, *30*. σημεῖον *vocatur*. 142,*1*. τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ.141, *47*. *an* παθητὸς, *ſecundum Iudæos*.339,*7*. *moriturus Magiſtris Hebræorum, in redemptionem patrum*. 545, *51*. *tardigradus, claudus, cui pedes fracti, qualis olim calumnia*. 575, *6*. *ibi ille, vbi diuina præſentia vel majeſtas*. 464, *34*. *è Ioſephi filiis, Nehemiæ nomine, à Iudæis formatus*. 231, *9,10*. *Ioſephi filius*. 18,*21*. *vbi venerit, non erit ei vbi confideat, Gemariſtarum dictum*. 37,*9*
Meſſiæ aduentus quanto deſiderio expectatus ab Hebræis ſanctis. 575, *1*. *ejus aduentu quænam reſtauratum iri Iudæi credant*. 60,*17*
Meſſiæ aduentus, & de eo Gemariſtarum locus. 37,*9*
Meſſiæ in carne aduentum quomodo Iudæis Iudæi Chriſtiani demonſtrent. 831,*5*
Meſſiæ Deitas. 186, *18, 20,45*. & *pro illa argumenta*. 927, *36*. κελτήελα. 799,*43*. *nomen poteſtatis*. 893, *33*. *nomina*. 739, *10*. *Regium munus*, κρίσις. 799, *34*. *Regnum. de eo Iudæorum & Chaldæorum Apoſtolorumque ſententia*. 60,*15*. 142,*11*
Meſſiam Ioſephi fore filium, pridem Iudæos crediſſe. 145,*49*
Meſſiam Romæ in porta inter ægros leproſoſque jacere, Thalmudiſtis dictum. 149,*49*
Meſſiæ duo Iudæis. 1,*33*
Metamorphoſes Ouidii. 203,*10*
Metaphorarum abuſus notatus. 682,*18,31*
Metaphraſtæ prætermittendum nihil. 809,*26*
Metaphyſice & Dialectice à Platone conjunctæ. 658,*34*
Metaphyſicorum terminorum abuſus notatus. 672,*14*
Methodus qua ad ſcientias & diſciplinas peruenitur. 654,*6,29*
Metrophanis nomen. 529,*19*
Metus, an religio. 336,*42*
Metus impiorum, conſcientia, idola, falſi dii. 603,*32*
Metus & tremor ibi vbi majeſtas. 580,*31*
Micare & λαχεῖν. 947,*34*
Micatio qualis ludus. 947,*13,30*
Michaël, Archangelus. 546,*9*
Migrare ſubito, ἀποικῶσιν. 210, *24,25*
Migrator, μετανάστης. 786,*23*
Miles qui communem cauſſam ſui numeri perſequitur. 288,*18*
Miles & præcurſor Chriſti, Ioannes Baptiſta. 739,*23*
Militem populumque frumentatione ad imperium acquirendum demereri. 221,*32,33*
Milites, δοῦλοι πολέμου. 883,*53*
Milites multi, exercitus vnus.647,*2*
Militum magiſter, στρατηλάτης. 789,*49*
Militum princeps, ὁ ἰθύνων στρατιῶν. 884,*12,21*
Militia cœleſtis, ſpiritus אלהים. 546,*6*
Militiæ magiſter. 884,*21.24*
Mimallonides, Bacchæ ſacerdotes. ממללין. 707,*4,8*
Mimice dicta. 214,*38*
Mimus & Tragœdia. 660,*12*
Mimus Patris, Nonno Filius. 890,*12*
Minerua, Ἐργοπόνος, Ἀτρυτώνη, Ἐργάνη. 732,*36,37,38*
Minerua Ἐργοπόνος. 742,*15*
Mineruam è patre natam ſine matre. quod non abſque ludibrio Cœleſtis Sapientiæ, ab æterno e Patre genitæ, vſurpari poſſe. 712,*16*
Minimum, id eſt, nequaquam minimum. 13,*8,18,19*
Minimum temporis, in jure Hebræorum quodnam. 162,*16*
Miniſterium viliſsimum, quodnam. 744,*46*
Miniſterium Prophetarum, δρόμος. 423,*45*
Miniſter Dei, malus Angelus, & manus Dei. 291,*8,47*
Miniſtri, ἄγγελοι. 516,*6,7*
Minora qui ſpectat, ea quæ majoris ſunt momenti negligit. 92, *47*
Miracula, περιεργασμοί. 23,*17*

Miracula, & doctrinæ, in προσκαίροις vti differant. 869,22
Miracula certum majeſtatis teſtimonium. 212,6,11,12. 896,5
Miracula Ieſu pueritiæ. 813,17
Miraculorum maximum. 868,26. prima cauſſa, diuina ἀλογία. 895,41. vis & majeſtas, à doctrinæ majeſtate diſtincta. 36,5,11
Miſericordia in Deo, primariæ proprietatis. 421,7
Miſericordia & veritas, majeſtatis notæ. &, quales notæ talis & majeſtas, & vice verſa. 851,13
Miſsile telum, παλτόν. 953,14. λόγχη ἀνεμώδης. 953,37
Miſſus, ſecundum Iudæos, non Deus. 924,23,34
Mites, שלמים, τέλειοι. 29,40. an feris & agreſtibus opponantur. 25,53
Mithra Cretenſe idolum. 528,28
Mithra Perſarum Sol. 715,12
Mixtionis nomen de Filio incarnato. 213,7
Moderatio animi quoſnam inprimis deceat. 636,27
Modeſtia, πραΰτης. 464,17. indiuidua verecundiæ ſocia. 464,11
Modeſtia non oſtentatio, eruditionem commendat. 637,22,23
Modeſtia & humilitas, quid differant. 464,4,5,15. 610,11
Modus indefinitus, ſiue, modi tempus indefinitum. 511,30
Modum ſeruare, omnium non eſſe. 383,26
Mœrentium proprium. 261,41,42
Mœrorem diebus feſtis aut Sacris abeſſe debere. 466,39
Mœſtus & tetricus, quantum differant. 205,4
Molæ à ſola fœmina concipi an poſſint. 572,5
Moloch, humanarum hoſtiarum Deus. 577,41
Molochi φοιβασμός. 918,30
Molochi Sacro vallis Ennon deſtinata. 85.37
Monachi antiquitus ἀσκούμενοι dicti. 142,46. κόμας γυναικείας περιβαλλόμενοι. 394.3. vaſi incluſi. 749,40,41
Monachorum μηλωτή. 767,4
Monaſticum vitæ genus, πολιτεία, dictum. 482,46
Monendi ratio optima. 683,12,24
Monetarii, οἱ ποιοῦντες τὸ ἔργον. 934,31
Monialis, ἔγκλειστος. 294,41
Monita, ᾀδόμενα philoſophorum. 751,43
Montaniſtæ quales. προφητικῆς ἐκστάσεως profeſſores. 63,17. ἐπίληπτοι. 105,33
Montana idololatria. 713,33
Montanus, idolorum cultor. 35,15. 61,39
Montanorum Sacrorum origo. 710,26,27
Mons, dæmon. 61,37
Mons Iſraëlis, habitatio Sionis. 908,1
Montes, aſyla. 191,18. οἱ ἰσχυροί. 61,45
Montes, Diaboli hoſpitium. 35,14
Montes vbi receptui fugientibus. 76,52. 77,2,3
Montes eruere, miracula facere. 61,24
Monumentum conſilii, vxor Loti. 183,49
Morbus Lazari, ἀσθένεια. & Nonno φόνιος ὄλεθρος. 783,28,34
Morbi, peccatorum effectus apud Iudæos, & quorum. 37,39
Mores, ἤθη, in auibus quoque. 755,21
Moribus præeundum iis quos docendos ſuſcepimus. 637,1
Moria & Gerizim, montes. 881,24
Morpheus aut Icelus Poëtarum. 874,38
Morſus ſapientum, vt morſus vulpis. 175,4
Morſus ſerpentis, homicidæ pœna. 330,14
Mori, προσδέεσθαι. 175,40,41
Mori in albis. 196,18
Morituri quomodo capiſtrati & ad mortem abducti. 69,17
Mors æterna, reſurrectioni oppoſita. 72,6
Mors horaria, juxta Anshelmum. 545,41
Mors abſque peccato nulla. 905,50
Mors, plaga, θραῦσις, נגף. 390,27. pœna capitalis. 118,30. quomodo lucrum. 476,15,20
Mors fidelium non lugenda. 589,24. reuerenter finis dicta. 175,24
Mors Ieſu Chriſti, vitæ fons. 543,28
Mortis Angelus, de eo ſtultiſsima Iudæorum opinio. 160,42. 887,15
Mortis doctrina, Lex non obſeruata. 460,6
Mortis feneſtræ. 612,40
Mortis paſsio, propter quam Ieſus honore & gloria coronatus, non minor factus Angelis. 542,18. 544,51. 545,2
Mortis regnum in eo abſolutum, cui nulla lex. 352,45
Mortem alienam optare. 593,14
Mortem Iudæi reconciliationem pro peccatis credunt. 160,35
Mortem guſtare pro omnibus, res ſupra Angelos. 551,49
Mortalitas animarum, quibus credita. 70,47
Mortalitas & infirmitas, non peccatum, à Domino aſſumpta. 232,33
Mortificationis cingulum. 765,3
Mortualis baptizatio. 406,33
Mortui an ſudent. 916,50
Mortuorum curam ſibi reſeruauit Dei filius. 232,4
Moſes, θεόπτης. 576,9. οὐ τυχὼν ἀνήρ, Longino, profano, ſed nobiliſsimo ſcriptori. 807,16. an, & quomodo Pharaonem metuerit. 575,20,26,42. an μεσίτης. 448,21. 449,12
Moſis abitus ex Aegypto geminus. 575,32,33. caliga 744,27. ejus doctrina, doctrina Dei. 116,5. facundia puriſsima. 676,18
Motus terræ ordinarius & θεήλατος. 306,53. 307,4
Mouere, non promouere, ἀδήλως τρέχειν, abſque profectu ac progreſſu currere. 389,4,6
Mucii virtus, infra Clœliæ fugam. 576,1
Mulier, etiam virgo viri potens. 449,46,47
Mulier quomodo ſeducta. 511,8
Mulieris caput, vir; viri, Eccleſiæ, & Angelorum, Chriſtus. 393,12,13,16,38. 394,7,8,10
Mulieres vngentes Dominum quotnam fuerint. 920,34
Multiplicationis diuina virtus, omnium miraculorum prima cauſſa. 895,43
Multum cum tædio conjunctum. 721,10
Mumiæ ſepulchrorum. 955,38
Mundus, Nonno æternus. 787,26. non eſſe αἰώνιον, non inter ea quæ ſemper erunt. 532,46
Mundi dominus vbi eſt, ibi regnum Chriſti non eſſe. 379,17. malicia præcipua quænam. 377,30
Mundo probari quæ carni grata Deoque inimica. 593,36
Municipale & Romanum jus. 483,22
Municipatus, abuſiue ἀντὶ τοῦ πολιτεύματος. 482,52. 483,3,14 20
Municeps, Filius vrbis. 318,46. ciuis, abuſiue. 319,2
Municeps & ciuis. 483,6,18,23,24,40,50

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Municeps τοῦ πολιτεύματος immemor, quiſnam. 484,23
Municipes terræ, hoſpites. 482,39. 483,15,22
Municipes, jus ciuitatis conſecuti, qui de promotione cogitabant, Romæ vt domicilium haberent, operam dediſſe. 483,52
Municipes & coloni, quantum differant. 318,8,50
Municipum jura. 318,27,28,31
Municipium, vrbs minor. 318,49
Muſæus, antiquiſſimus Philoſophiæ Ethnicæ autor. 639,15
Muſæ, diſciplinarum præſides, cur nouem Græcis. 710,35,40
Muſarum vocabulum ex Oriente. 710,21
Muſas, id eſt, diſciplinas Græcorum, cur in montibus natas finxerit Satanas. 710,25
Muſca lethalis, βεελσεβοὺβ. 48,36
Muſca ſtrangulare magnum hominem poteſt. 82,47. 264,22
Muſeum obambulans, Longinus Criticus. 681,38
Muſica Citharica, & lamentabilis clangor, confuſa. 947,44
Muſica inſtrumenta ad Prophetias à Prophetis adhibita. 528,50
Muſtum perenne. 269,16,17
Muſti vox, & tempus. 269,8,9
Mutare quomodo liceat interpreti. 803,19
Mutare in eadem lingua, μεταβάλλειν. 809,3. verbum verbo. 810,23
Myrothecia, vel λήκυθοι. 810,47. 811,6,28,36. 812,9
Myrrha, Solis vel Adonidis parens, ab Hebræa voce. 714,37
Myſterium copulæ qua cum Chriſto jungitur Eccleſia. 437,5
Myſterium Noui Fœderis. 515,32
Myſterium iniquitatis, & quomodo ibi Paulus loquatur. 505,46,47

N.

NÆnia lugubris ἐπίμικτος. pag. 383. lin. 30
Nænia puerilis. 43,20
Nardus capitata & capitalis. 920,8,9
Nardus pura, ἀψευδής. 920,16
Naſci, ἔρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον. 846,49
Natalictum pueri nati, qui ſimul & Deus eſſet, à Virgilio Ecloga quarta decantatum. 650,14
Natalis dies, quo Rex primum creatus eſt Hebræis. 52,28
Natalis Iudæorum Regis quos motus dederit. 7,38
Natalis Domini, κατασκήνωσις. 849,11
Natalis Sacerdotii. 52,38
Natandi artem Nonnus docet. 811,53
Nathanaël, Nathinæus, Gibeonita, ſed non, vt cæteri, fraudulentus. 215,6
Nathanaël receptus à Chriſto præceptore, tametſi ipſum μόνον ὡς ἄνθρωπον ψιλὸν per tempus confiteretur. 687,31
Nathinæi, Gibeonitarum pars. 215,3
Natiuitas Ioannis & Ieſu Chriſti. 851,27
Natiuitatis domus. 52,35
Natura mutationi obnoxia, pœnæ argumentum. 357,13
Natura & perſona, diuerſa. 213,6. 730,6
Natura Chriſti & Chriſtianorum eadem. 143,51
Natura puerpera, pro corrupta, Nonno. 803,9
Naturæ illarumque idiomata & ἐνέργειαι, in Chriſti Perſona diſtinguuntur. 914,44
Naturæ mœror poſt peccatum, & συμπάθεια. 356,44. 357,7
Naturæ vanitas, & ejus ὑποταγή. 356,42. 357,19
Naturam nil fruſtra agere. 571,52
Naturam peccati Dei Filium ſuſcepiſſe puram, vt noſtram expiaret. 356,6
Naturarum in Chriſto diſtinctio & vnio, neglecta & notata. 546,20
Naturæ quatuor, ex quibus omnia conſtant Tullio. 615,12
Naue, pro Nun, patre Ioſuæ. 645,27
Nauium inſignia picta. 330,26
Nauius, augur, Propheta. 529,2
Nazaræatus coma. 750,31
Nazaræus, princeps. 574,26
Nazaræum fieri, εὔχεσθαι. 311,6
Nazaræi, ἠυγμένοι, δεξάμενοι. 311,3. ſeparati. 750,1,8,9,12
Nazaræorum coma. 394,5
Nazarenus, Galilæus Nonno. 921,21
Nazareni. 750,6,8,11,14,18,22
Nazareth, in Galilæa. 791,25. illius an in Antiquo Fœdere vlla mentio. 17,48,49. etymon ejus. 18,4. & regio. 18,10,11
Ne attigeris. 494,6
Nebula, puluis pedum. in nebula incedere. 40,50
Negatio & affirmatio categorica, veritatis via. 657,40
Negligentia notanda Criticis. 682,11,34
Negligentia conſtructionis, ſiue ordinis in oratione, compoſitionis ſeueræ proprium. 548,17
Nehemias, Meſſias Iudæis, etiam hoc tempore expectatus, qui Romanum imperium ſit euerſurus, ipſe periturus, & poſtremo ab altero Dauidis filio in vitam reuocandus. 231,9,10
Nemo audebat quærere, id eſt, nemo quærebat. 252,20
Nemo repente fuit turpiſſimus. 44,1. 676,3
Nemo ſine Deo. 470,4
Nephilim, apoſtatæ, Gigantes. 604,5,11,40. 606,33
Neptunus γαιήοχος. 726,23. 742,14. conjuratus noſtri generis hoſtis. 378,8
Nero, Leo. 287,25. 527,53. robuſtus. & an Antichriſti typus Nero. 506,22
Neruus, ξύλον. 506,8
Neſtoriana οἰκείωσις, σχέσις, διαίρεσις, λύσις. 551,23
Neſtoriani. 675,30
Neſtorius notatus. 848,33. hæreſeos ejus præcipuum præſidium. 540,34. 542,33. euerſum. 550,47. 551,11,45. 552,40,42. 554,12
Neſtorii error de conceptionis myſterio. 137,46. ejuſdem venenum. 210,5,6. præceptor Theodorus Mopſueſtiæ, hæreticus. 627,48
Neuius, Nauius, Propheta, augur. 529,3
Nicodemus, Phariſæus, & an Sacerdos. 756,46. inter προσκαίρους. 822,2
Nicolaitæ. 615,15
Nihil ad farinam conferre, imperitorum axioma. 699,34
Nihil ante nihil. 203,8
Nihil deeſſe illi cui deſunt omnia. 185,37
Nihil fieri fruſtra, etiam Iudæis receptum axioma. 905,48
Nihil inchoari ſimul & perfici. 639,11
Nihil ne habes quod non habet ſepem? 201,26
Nihil ſe ipſum gignit. 740,18
Nimium cum tædio conjunctum. 721,10
Niniue, inter gentes terræ. 166,31
Niueus Eccleſiæ exercitus. 196,11
Niuea, niuata, & niualis. 771,33,39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Nix vbi fiat, vel ſecus. 771,29
Nix rubra. 771,49
Noach, paraſcha. 821,15
Noachus, octauus juſtitiæ præco, inter præcipuos nempe. 612,12
Noachus, quare κήρυξ δικαιοσύνης. 605,44
Nobilitas vera & ſola, quænam. 736,23
Noctis captiui, Gigantes. 604,46
Noctis partes. 123,1.505,16
Nomadici quare in tentoriis vixerint. 767,22
Nomen tetragrammaton, & ab eo argumentum. 72,19,31,39,51. ſchemhamphoras. 73,1. inter loquendum prætermiſſum, ſed ab Hebræis animo aſſumptum. 198,37. ἀνεκφώνητον. pro quo & Iah Iudæi dicunt. 141,45.705,37. cui non conuenit, eum κυρολογεῖν nefas habitum Galilæis. 173,22,27. ineffabile. 674,24,30. Λόγος. 733,1. nomen δόξης & δεδοξασμένον. 849,51
Nomen Dei ἀνεκφώνητον pronunciare, Iudæis blaſphemia habita. 943,12
Nomen, σημεῖον ac σφραγίς. 507,33
Nomen meum, me. 95,17
Nomen defuncti ſuſcitare. 408,12
Nomen ſuum & parentum quo anno deferre ſolerent qui alicui ſe muneri accingerent. 146,8
Nomen nullum, nullam eſſe vocem, cujus non exacta reddi poſſet ratio, Stoicos exiſtimaſſe. 654,8
Nominis impoſitionem teſtimonio eſſe, baptiſmum circumciſioni ſucceſſiſſe. 407,21
Nomina certo die, certis pueris, certa, vt Apoſtolorum ac martyrum, imponi ſolita. 408,7. ſeruis fidelibus qualia. 529,16
Nomina faceta quibuſnam imponi ſolita. 293,2,3
Nomina locorum ab arboribus deſumi ſolita. 866,11
Nomina, docendi inſtrumenta. 659,13
Nomina Diuina profane in aliena numina tranſlata. 705,33.708,10.709,9,11
Nominum imponendorum ratio. 292,46
Nominum impoſitionem in circumciſione ad Patres ſpectaſſe. 927,23
Nominum ac vocum conſideratio, eruditionis principium. 795,9
Nominum diuinorum conſideratio. 672,26
Nominalia Chriſtianorum, pro baptiſmo. 407,21
Non in negando quo ſermonis genere omittatur. 13
Non ceſſare, ἐργάζεσθαι. 888,24
Non cauſa vt cauſa. 229,15
Non eſt, οὐκ ἐνδέχεται. 176,5
Non niſi, ἀλλά. 889,29,31
Non Poëtam, quam non Orthodoxum eſſe, conſultius. 694,38
Nonnus ex Oriente oriundus. 703,2. Aegyptius. 684,29. ſemipaganus in quibuſdam. 731,21. 739,50. Eccleſiæ νεόφυτος. 776,23. 857,49. an Orthodoxus. 675,2. quarum partium fuerit. 689,15. 696,23,24. Hebraicæ & Helleniſticæ an peritus linguæ. 801,51. an paraphraſtes. 810,42. quam negligens fuerit ſyllabarum. 840,52. artem natandi profitetur. 811,53
Nonni æuum. 685,21.686,2,13. 688,25. nomen & etymon. 718,6. opera. 702,45. Bacchica vel Dionyſiaca. 669,5,24. legenda potius quam imitanda. 685,10. Gigantiada potius fuiſſe dicenda. 717,8. Metaphraſis in Euangelium Ioannis, qualis. 668,43. 669,32. multa in ea omiſſa. 815,42. quæ ab aliis addita, & judicium de iis. 815,39. 816.&c. 835,20. dictio & poëſis, qualis. 669,8,9,27,30. 671,22. verſus quales. 816,38. Hebraiſmi. 804. 805. ἀνελλιπῆ, ἀνάρμοστα, aliaque ejuſmodi. 834,51
Nonno, quia recens à paganiſmo, ignoſcendum forte, autoritate ejus non ſtandum. 696,37
Noſtra ſunt quæ habemus paullo magis quam quæ non habemus. 383,17,24
Notæ μεταβατικαὶ peculiares Apoſtolo Paulo. 382,50
Nouacula, μάχαιρα. 954,31
Nouatiani notati. 29,31. hæretici. 552,40
Noua quænam dici poſſint. 622,39. 623,3
Noua carmina, id eſt, magna & miranda. 236,5
Noua plagula, ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου. 39,25
Nouæ vitæ & majeſtatis auditores. 487,29,30
Noui Fœderis diuiſio. 257,30. libri octo, Athanaſio. 583,39. lingua qualis, & quæ. 676,7,24. autores quo contextu Prophetarum ſint vſi. 135,54
Noui hominem, & ſcio hominem. 438,46
Nouitioli, catechumeni, tirones. 487,21,22
Nouum præceptum, quodnam, & quare ita dictum. 235,50
Nouum, quod ignotum. 785,1
Nox ſecundo gallicinio terminata. 123,11
Nubere ac ducere, quomodo matrimonium ſignificent. 512,24
Nubes, quale ſignum. 77,27
Nudo capite exire cubiculo, nefas Iudæis. 394,16,17
Nullius facio, rejicio, ἀποδοκιμάζω, σκυβαλίζω, ὡς ἄξια οὐδενὸς ἡγοῦμαι, ἀθερίζω, ἐξουθενῶ. 481,30,34
Numeri, σπεῖραι. 288,13,16,21
Numina falſa, metus impiorum. 603,32
Numina gentilium, eorumque ortus. 238,40
Numina legionum, Romanorum aquilæ. 121,25
Numinibus infernalibus ſerpentes conſecrati. 708,50
Nummus, ἔργον, Nonno. 934,28
Nummum ejus eſſe cujus ὁ νόμος. 189,14
Nun, pater Ioſuæ, Naue. 645,27,28
Nuptiæ, pro matrimonio. 512,21
Nuptiarum ætas apud Pythagoreos. 449,39,42,43
Nuptiarum inter Iudæos primus congreſſus & ſollemnitas. 877,33
Nuriel, archangelus. 546,9
Nutrimentum populi Dei. in eo duo ſpectanda. 22,35
Nyſa, & de ea fabula. 705,15

O.

OB Apollo Pythius. pag. 708. lin. 42
Obambulare cum inſidiis, μεθοδεύειν. 472,18
Obedientia mariti, vxoris καλλωπισμός. 601,2,44
Obeliſci Origenis & Ariſtarchi Critici. 47,2.645,4
Obeundi verbo perperam pro conſummandi vſos quoſdam. 41,32
Objurgare ſoleæ; ῥαπίζειν. 941,15

Obla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Oblatio corporis. 567,4.568,43
Oblationes. rituum earum mala applicatio notata. 461,29
Obnubere caput, quorum mos. 391, 42,46,49,51
Obſcœnæ voces quomodo efferantur à Maſorethis. 481,24,25
Obſcœnitas, in verbis partim, partim in rebus. 467,53. 468,7,8
Obſcura tractare, ſed profunde & erudite, laudis eſt. 616,13
Obſcuritas, ſermonis vitium ſummum. 802,43
Obſecrare apud nonnullos haud tutum. 831,20
Obſeruatiunculæ Patrum. 181, 9. 186,22,23
Obſtetricia Socratis. 658,10
Obtrectatio notata. 832,10
Occupare, καταργεῖν. 174,10,11
Octaplum Origenis. 644,43. 796, 11,28,31
Oculus monoculi ἀγαπητός. 103,17
Oculi cæci nati, quare ex luto facti. 782,25, 783,8
Oculorum abominationes, idola, opes. 469,19,20
Odium hominum, quantum malum. 264, 21. *à veris Criticis alienum.* 962,15
Odyſſea quare à quibuſdam Iliadi prælata. 716,53
Oeconomia in lingua Helleniſtica. 795,28. *in manna.* 777, 39. *in angelis.* 107,29. *Moſis, Prophetarum, & Noui Teſtamenti.* 186,22
Oeconomiæ, ſeu, συγκαταβάσεως, *exempla, quæ* κατ' οἰκονομίαν *dicta.* 309,38,39. 319,51. 942, 16,20. 946,48
Oeconomia, & quæ per œconomiam dicuntur. 79, 37, 38. 80, 7, 8. 85, 1, 47. 87, 18. 89, 27, 50. 117, 28, 37, 38. 121,42. 149,2. 186,20,21,45. 196,20. 232,20. 335, 30. 509, 26. 534, 17. 555, 17,48. 568,26. 606,2. 802,23. 879,12. 880, 15. 911, 8. 921, 18, 35. 925, 34. 952, 29. 958, 25. 960,12
Oeta mons, idololatriæ ſedes. 713,37
Offerri, τελειοῦσθαι. 175,32
Officium conjugale an impediat preces. 602,18
Omitte me nunc, pro, ſine ſic, & an bene. 22,3
Oneſimi nomen, & vnde. 529,16
Onomacritus Homero recentior. 720,21
Onus maledictionis calicis, prophetandi genus. 910,18
Opera diuina miniſtris aſsignari Angelis; Deoque illa quæ per eos agit. 291, 6. 390, 30. 415, 29,30. 830,49. 887,12
Operari literis. 249,28
Operimentum Cherubinis refertum in Sanctuario, quid denotarit. 543,25
Opes, cur abominationes oculorum. 469,19
Ophioneus, Princeps malorum dæmonum. 708,49
Ophitarum cultus, ſerpentibus ac numinibus infernalibus ſub veri Dei nomine ſeruire. 709,6
Opinio de ſe ipſo, quantum proficientibus obſtet. 579,21,22. 585,35
Opiniones, ἀρέσκοντα. 615,10
Opiniones prœliorum. 190,42
Opis, ciuitas. 919,19
Opiſticum vnguentum, Babylonicum. 919,18
Oppia Lex. 601,49
Opportunitas, quid. 260,5
Opus Dei. 222, 14, 15, 18,22
Oracula cum tonitru conjuncta. 830,47,53. 831,5
Oracula & reſponſa. 420,7
Orare & precari, quid differant. 306,20
Orarium, quo ſordes oris detergebant ſacerdotes. 312,31,32
Oratio, & cum ea tolli vitæ gratiam. 603,14
Orationis genera in interprete notanda. 681,28,41. 682,5,10,12, 28,40
Orationis compoſitio ſeuera, ejuſque proprium. 548,10
Orationis granditas & tumor diſcernenda. 722,16
Orationis Dominicæ partes ſumma, & compendium. 117,45,47
Orationis domus, proſeucha. 305, 35,44
Oratorum artem verbi ſcripti majeſtas an admittat. 830,5
Orbis Dei teſtimonium. 308,53
Orbis totus Arianus, quando. 696,35
Ordinatio Dei ſuper populi ſui nutrimento, verbum ejus. 22,46
Ordo verborum non ſemper interpreti obſeruandus. 338,47
Ordinis in oratione, ſiue conſtructionis, negligentia, compoſitionis ſeueræ proprium. 548,17
Ordo veſtium, ערך בגדים. 40,13
Organicæ diſciplinæ. 647,5
Orgia Bacchi. 836,4
Oriens, ἀναφύη, βλάστημα. 139,6
Oriens vrbis. 9,2,16. *Solis.* 9,10,17. *Scripturæ quis.* 9,51
Orientis in ſepeliendo diligentia. 958,46
Orientis filii. 9,53
Orientalium linguarum, quæ prima, neceſsitas. 654,9
Origenes, Arianorum initium. 692, 25
Origenis aſteriſci & obeliſci. 678,2. *laus.* 831,36. *præceptor, Theodorus Mopſueſtiæ, hæreticus.* 627,48
Origeniſtæ notati. 688,3
Origines vocum veræ, rerum quoque origines. 713,45
Orpheus, antiquiſsimus Philoſophiæ Ethnicæ autor. 639,15
Orthodoxos minus circumſpecte nonnunquam locutos. 689,5,10
Orthodoxis eorumque judicio ſubmittenda quæ dicuntur. 631,30
Orithya rapta à Borea. 709, 31, 45
Oſanna aut potius Hoſanna. 233,51. *ipſe ramus.* 234,6. *Hoſanna Filio Dauid, quid.* 66,26. *ſcilicet, dicimus.* 66,34
Oſiris, Adonis, Dionyſus, Bacchus, Thammuz, Eleleus; lachrymoſus Deus, quoniam à Titanibus diſcerptus. 704,2,11,13,15,23,25, 38, 43, 47. *Sabaſius, Indorum domitor ac ebrioſus.* 705, 25. *Baſſareus.* 707,37. *Aegyptiorum Bacchus.* 756, 18. φοιτητής. 742,4
Oſiridis veſtis. 784,40
Ouis, animal πολύκαρπον. 78,21
Oues & boues, pedibus hominis ſuppoſiti, quid Auguſtino aſſeclíſque. 410,38,47. 411,2
Oues & boues, animæ ſanctæ, cui dictæ. 541,3
Ouibus & bobus in mundo futuro an locus. 545,15

P.

PAx, ſal. pag. 115. lin. 19. *venia.* 290, 47. *humilitatis præmium.* 597,23. *majeſtatem præſupponit. &, qualis majeſtas, talis pax, viciſsimque.* 321,52
Pax gentibus, quas in poteſtate habebant, à Romanis imputata. 321,45
Pacis ſtudio omnia poſtponenda. 636,24
Paci ſtudere, quibuſnam peccatum habitum. 172,20
Pacifici, שלמים, τέλειοι. 29,40
Pædagogiſmus, quid. 837,16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Pædagogus Κόλαφος. 941,33
Pagani, an ſcortatores hujus mundi. 379,37
Paganiſmus, Ἑλληνισμός. 296,19. notatus. 779,51. 780,12
Palatia. 128,42
Palatum ſuauitates. 725,10
Palearum ſordes, χνοῦς, σκυβαλισμοί. 481,32,33
Pallada, τὸ φέρον, fatum. 533,16
Pallium, hodie ingenuorum στολή. 179,48,49
Pallium Prophetarum. 765,19
Pallium detexere. 765,31. cui judex abſtulit pallium, canens ambulabit in publico. 28,49
Palmaplana ferire, ῥαπίσαι. 940,27
Palmarum abundantia in Oriente. 921,39. ſpathulas ſceptri formam præ ſe ferre. 921,25
Pan, dæmon hiſpidus. 756,25
Panis Angelorum, cœleſtis, Angelicus. 397,51
Panis myſticus, ἄρτος προθέσεως. 91,49. cur ſindoni inuolutus. 91,33
Panis quotidianus. 31,30,39. τὸ σήμερον. 32,11
Panis loco, Dei vis & voluntas. 23,1
Panes, ſeminum inſtar. 895,53
Panes ſecundarii ac viles, medicorum. 216,23
Panoedes judex Homeri & Heſiodi certantium. 642,27
Panoplia bellica. 473,23
Pannus purpureus Horatii. 810,48
Parabola, εἰκών. 487,35
Parabolæ, αἰνίγματα Hebræorum. 106,25
Parabolæ quam popularibus ingratæ. 237,4
Parabolæ an ipſæ ſemper veræ. 181,12
Parabolis atque gnomis vti, Orientis mos. 106,13
Parabolicum Hebræorum ſtudium præ aliis omnibus antiquiſſimum. 106,32
Paracletus & aduocatus, quantnm differant. 251,26
Paradiſus ab Oriente. 9,48,49
Paradiſi lignum. 956,20
Paradoxa quæ ſunt aut videntur Iudæorum & Chriſti. 25,23,46,49,51,52. 26,3. 116,7. 186,36,37. 903,21,30
Paralyſis duplex. 779,4
Paraphraſis ab interprete aliena. 104,42. 135,5,6. quia periculoſa. 511,44
Paraphraſium rectarum encomium. 104,39
Paraphraſtæ & interpretis differentia. 248,47,48
Paraphraſtæ munus. 809,26,46. 813,25. 814,13. 868,20. 933,36
Paraſceue, veſpera ſabbati. 98,30
Paraſceue quibus diei partibus deſinita. 944,24,35. 945,1
Paraſitorum deſcriptio. 778,38
Parata, τὰ παρατεθέμενα. 162,28
Parcere ſibi, προσέχειν ἑαυτῷ. 367,48,49
Par cœur raconter, memoriter dicere, ἀποστοματίζειν. 168,1,2
Parens rerum, de Filio. 928,29
Parentes primi ſub quanam arbore peccarint. 866,26
Parentes profiteri, quando inter Iudæos ſolitum. 146,16
Parietaria ruta, hyſſopus. 950,15
Parnaſſi vox ex Oriente. 710,21
Parodiæ. 81,14. loci in Nouo ex Veteri Fœdere accommodati. 676,42. 728,13. 729,24. 827,45. 848,11. 878,16. 891,48,50. 900,31. 933,22
Parodiæ Iudaïcæ verniles ex verbo Dei. 677,5. 684,16
Parodiæ elegantia, quænam. 14,42. 15,11,24,25
Paronomoſiæ & alluſiones ſingulis linguis ſuæ, in alias transfundi commode vix poſſunt. 668,12,28
Parricida matris, Oreſtes. 724,37
Pars diei, tempeſtas diei. 944,24
Paraſchot in ſuperſtitioſa Legis diuiſione. 119,53
Paraſchot majores Hebræorum. 819,7. 821,15
Participium pro ſubſtantiuo nomine. 558,7. pro infinitiuo. 599,45,53
Participia, inter appoſita. 768,44. 775,44
Particulæ inſeruiunt diſtinctioni. 548,34
Parturigo formationem fœtus non antecedit ſed ſequitur. 451,13
Partus Socratis. 658,12
Paruitas mea, ἡ ἐμὴ βραχύτης. 456,3
Paſchalis conuiuii celebrandi ritus. 170,40. & vſus ad tranſitoriam noſtram vitam. 170,47
Paſchalibus diebus conuenire aliquem, ſacrilegium cui. 348,24
Paſcha, tranſitionis feſtum, in quo ſtrenue indulgere genio ſoliti Iudæi. 705,51
Paſchatis feſti inſtitutio ac finis. 756,15
Paſchatis diebus, graſſatores ad pœnam duci juſſi à quibus. 937,44
Paſſa manus, palma. 940,37
Paſſer, vt paſſer. 191,33
Paſſio, purgatio. 171,10
Paſſio Dominica, μαρτύριον. 510,13
Paſſio mortis, ob quam Ieſus honore & gloria coronatus, non minor factus Angelis. 542,18. 544,51. 545,2
Paſtor vanitatis, σὸκ ὢν ποιμλώ. 908,26,27
Paſtores Eccleſiæ, ἄγγελοι. 515,33
Pati pro Chriſto, fidelium prærogatiua. 477,17
Patientiæ ſpiritus Chriſti ſingularia exemplaria. 603,53. 606,7,8,35
Pater idololatrarum, is qui colitur. 904,37,52
Pater Diaboli. 405,12,30
Paterfamilias, maritus. 600,42
Pater naturalis, & ex Lege. 146,26
Pater liberalium diſciplinarum, Homerus. 650,24
Pater, paternitas. 461,13
Pater, principium Deitatis. 459,39
Pater, fons Deitatis, & φῶς ἄναρχον. 736,12,13. Filio major, quomodo. 236,37
Pater ante aduentum Chriſti an recte cognitus. 236,35
Patris nomen, cur in oratione Dominica loco Dei nominis præmiſſum. 165,17
Patris nomine agere, & Patrem inuocare, an idem. 909,15,29
Patris proprium, ἀγεννησία. 731,15,24
Patris ratio, Λόγος. 733,3,16
Patres educatione. 148,2
Patres, præfecti. 756,35
Patres nonnulli à formulis, quæ poſtmodum Arianorum quaſi propriæ factæ, non alieni. 696,25. in ſcriptis ſuis mutaſſe quod in hæreticis improbabant. 758,1
Patres, ſeu Patriarchæ, in quo monte victimas mactarint. 881,22
Patrum, ſeu parentum, primum munus. 683,41
Patrum Eccleſiaſticorum ſcripta & vſus eorum vindicatus. 660,27. lectio commendata. 831,21. in interpretando licentia notata. 73,25
Paternitates quid. 460,51. 461,13
Patria juris ac naturæ. 318,32. 483,11
Patriarchalis ſaccus. 766,28
Patriarcharum facultates in pecoribus. 768,16,17. peregrinatio, an recte filii Dei σκιωδῶς collata. 210,15,26

Patroni

Patroni vrbibus quare dati primum. 408,9,10
Pattalena, Indiæ fluuius. 712,34
Pauca præſtari præcepta, multa eſſe quæ non præſtantur. 64,48
Pauciloquium à veteribus Hebræis commendatum. 591,1
Pauire ſolum. 153,11,12
Pauimentnm, & ejus vſus. 153,10. teſtaceum. 153,5,7,39. ſubdiale. 153,10. ſubtegulaneum. 153,17
Paulliſper, an βραχύ τι. 550,8
Paulo, βραχύ τι, paulum minor, ad tempus nempe, quibuſdam referri. 541,38,48,50. 543,7,34. 545,34. 550,8. 553,23
Paulo inferiorem, quaſi parem. 553,16,17,27
Paulus Tarſenſis, ἄνθρωπος Ῥωμαῖος. 317,41. pro Saulo, dictus. 407,24. ſtabularius. 164,17,18. τοῦ συντετμημένου λόγου κήρυξ. 350,19,20. pro Mercurio habitus. Act.14.12. & pro Hercule. 340,31,39. quare, & quomodo, Apocryphis ſcripturis vſus. 605,15. dictator Euangelii Lucæ. 824,35. 827,16. & Actorum. 827,18. Helleniſta. 548,16. ſolæciſmo liberatus. 496,52. 548,19. colonias Romanas amauit. 313,43. an ad tempus quandoque finxerit quidpiam. 483,31. ἐν λόγῳ κολακείας fuiſſe ſe negat & quomodo. 500,7. & deinceps.
Paulus & Seneca. 485,44,49. 497,45
Pauli prima mentio. nomen vnde. 295,11,14,51. 296,27
Pauli ſcripta, Euangelii nomine citari ſolita. 347,45. Epiſtolæ quotnam. 532,3. quæ à Petro in Canone repoſitæ. 616,22. earum ordo. 343,19. 347,52. ſcribentis finis, vt, nempe, in Eccleſia legerentur. 484,45. laus. 616,13
Pauli & Petri indumenta. 764,31. 765,1
Pauper diues, quis. 578,26
Pauperes ditiorum conuiuæ, ac cum iis Deus. 112,27
Pauperum quam habuerint rationem Iudæi in ciborum reliquiis. 53,22
Pauperibus quouſque bene faciendum. 430,32. 431,16
Peccandi conſuetudo, apoſtaſiæ ſpecies. 563,9,13,20,42
Peccare elato animo. 875,47. cum gaudio. 876,4
Peccatum, venenum ſerpentis. 356,12. innatum, ſeu originale, ἡ ἐπιθυμία. 594,12. carnale & ſpirituale, conjuncta. 346,47. ἐν λόγῳ, ἐν ἀριθμῷ. 352,38. in Patrem, Filium, Spiritum Sanctum. 169,7,8. regnans, conſuetudinis. 563,9,13,20,42. voluntarium. 904,22. quod apoſtaſiæ pars. 563,9,10
Peccatum duræ ceruicis. 434,50
Peccatum ἐν χειρὶ ὑπερηφανίας factum. 434,46
Peccatum irremiſſibile, pœnitentiam an admittat. 563,19,41
Peccatum, peccati pœna grauiſſima. 346,46
Peccati origo. 143,49. ſpiritus, & opus. 594,12,19,21. dominium. 563,27
Peccati & flagitii, diſcrimen. 302,34
Peccata, inprimis actualia, τοῦ διαβόλου ἐπιθυμίαι. 780,3
Peccata, ἀσθένειαι, σκάνδαλα. 174,20,21
Peccata ἀπροφάσιστα. 236,48
Peccatis ignoſcere & ab iis ſanare, Dei proprium. 735,30
Peccata morborum quaſi cauſas ſtatuiſſe Iudæos. 37,39
Peccatores, id eſt, qui puniuntur. 228,23,24,28
Pecora, & in iis facultates veterum. 768,16
Pecora campi, inferioris meriti homines, cui. 541,4
Pecuaria, agricultura viua. 767,17
Pecudes & boues poſuiſti ſub pedibus filii hominis, quid ſit Pſalmorum commentatori & aſſeclis. 410,38. 411,2
Pecunia, Regina. 521,31
Pecuniæ conſpectus, κεφάλαιον. 319,37,38,42,43
Pecuniæ nomine quam multa notentur. 521,37
Pedalis planta, hyſſopus. 950,10
Pedis tranſitus, Cedron torrens. 789,31
Pedes ablui ſolitum in Oriente ante cibum. 743,42
Pelagia à Nonno Edeſſenæ Eccleſiæ Epiſcopo conuerſa, prius Margarita dicta. 685,40
Pelliceum hirſutum, non hirtum. 765,45
Peluis, λεκάνη, ἀσάμινθος. 886,26
Pennæ, an membra in auibus. 754,40
Pentateuchum, חומש. 827,2
Pentecoſte, ἑορτὴ θερισμοῦ. 883,2
Peragrandi verbum pro conſummandi nonnullis vſurpatum. 41,32
Perceptum habere ſolatium. 202,7
Per Deum, juramentum. 54,44
Peregrinari, locum ſuum dimittere. 608,32
Peregrina Hieroſolyma. 452,8,9
Peregrinis major θρησκείας libertas quam aliis. 485,37
Perfectio Chriſtiani, & ejus baptiſmus. 745,27
Perfectionis deſertor, qui ad vlteriora non pergit. 652,16,22
Perfectionis vox, & pro perfectis adultorum voce quoſdam vſos. 584,42
Perfectionis & perfectorum vocabula periculoſa. 29,27,47
Perfectiones Dei & Doctrina, Thummim & Vrim. 587,16,18
Perfectus, in ratione proficiendi, proficiens, licet nondum aſſecutus perfectionem. 585,1,10
Perfluere, διαρρυεῖν, non παραρρυεῖν. 537,37
Perfractores legis, λησταί. 737,21,26. 938,13
Periodici morbi, quales. 114,31
Peripſema, quid, & quinam. 377,35
Perire, pro periclitari. 158,11
Perire, ἀσθενεῖν. 174,36,38
Periſcelides, an σφαιρωτῆρες. 744,30,32
Perjurus, qui qualibet de cauſſa jurat. 27,20
Permanere, habitare, non autem commorari. 210,29,32. 212,24
Perperi, βλάκες, περίλαλοι. 398,17,32
Perperia quid. 398,26,28,29
Perplexari verbis. 943,36
Perſecutiones conſectari, ἐνθουσιώντων eſſe. 116,12
Perſeuerantia, orationis Dominicæ ſumma & compendium, apud Hieronymum. 117,47
Perſona, & natura. 213,6. 730,6
Perſona vna glorioſior, idque in immenſum, altera, Ario. 693,19
Perſonæ Trinitatis, minus notæ quam eſſentia. 746,15
Perſonarum Diuinarum nomina propria. 793,31. proprietates vti conſiderentur. 828,24. & vnde eædem. 787,1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Perſpicere, pro cogitare, melius quam diſpicere. 156,27
Perſuaſio vana de ſe ipſo quantopere proficientibus obſtet. 579,21, 25,38
Peſach, tranſitus, de hac vita. 170, 52
Pethor. 10,49
Petra quid. 57,47. 58,20,24,45
Petrus, non, ille Petrus. 247,24
Petrus, λᾶας, petra, vt Abrahamus benedictio. id eſt, πεπειρωμένος. 57,39,40,48,49,51. nomen gratiæ. 58,11,37. כיפא. 864,31. Cephas. 914,26. ὁ ἐπιλύων ὁ ἐπιγινώσκων. 865,5,15. πίστεως ἀρραγέος σημεῖον. 865,28. dictator Euangelii Marci. 824,35. 827,14. Domini deſertor. 190,53
Petrus & Simon oppoſita nonnunquam. 58,4
Petri confeſſio non eadem ac Diaboli. 805,18,21
Petri Epiſtola ſecunda, quare nonnullis ſuſpecta fuerit. 614,9
Petri ἑρμηνευτὴς Marcus. 827,15
Petri proprium, Noui alludere Fœderis loca. 613,43
Petri & Ioannis amor. 811,32
Petri & Pauli indumenta. 764,31. 765,1
Petulanter peccare. 875,48
Phalanx, caſtrum, παρεμβολή. 317, 22
Phalmoni, κρύφιος. 664,39,42
Phantaſia, coruſcatio, חזיז. 322,21
Phantaſiaſtæ. 212,47
Pharao & Meſsias, oppoſita. 574, 49,50
Phariſæi, contentioſi, ambitioſi. 36, 27. κεκλημένοι. 176,53. 177,1. proxime ad Stoicos acceſsiſſe. 903,29. an omnes Sacerdotes. 756,45
Phariſæorum ἀγρυπνία qualis. 742,29. lotiones crebræ. 743, 36. genius, & aliorum interpretandi verba malignitas. 614,49, 53. ſecta, qualis. 756,43. de animarum immortalitate ſententia. 70,49
Phaſelitæ, Pamphyliæ gens. 749,25
Philippum, non Apoſtolum ſed diſcipulum tantum fuiſſe quibuſdam. 285,4
Philologi, Critici. 643,7
Philoſophi & Poëtæ diſcrimen. 754, 22
Philoſophi, Poëtarum traduces. 719, 18
Philoſophorum veſtis. 765,46
Philoſophia vulgaris & Chriſtianiſmus, quantum differant. 464, 4,5
Philoſophiæ autores Ethnici antiquiſsimi. 639,15,16
Phœnicia. 703,11
Phylacteria, δελτία μικρά. exigui libelli, compendia, catecheſes, articuli, capita religionis. 120,14
Phylacteria Iudaïca ſuperſtitioſa Legis diuiſio & contractio. 119,50
Phyſica Theologice tractari an poſſint. 649,37
Piaculares victimæ, περικαθάρματα, περιψήματα. 377,44
Piaculi deſcriptio. 378,4,8
Pierre, petra. 865,26
Pietas cum ambitione, affectatio, & ſuperſtitio. 636,26
Piel pro hiphil. 945,21
Pileus Iudæis, δόξα ἀνδρός. 394, 17,18
Pileus ſeruorum, an ἐπικάλυμμα τῆς κακίας. 599,19
Pilum Romanum, ὑσσός. 952,37. non verutum. 953,29
Pinus, πεύκη. 706,45,46
Pios ſolos reſurrecturos, quorum opinio. 270,42
Piſcina, & lauacrum. 886,7,8
Piſcinæ niuatæ. 771,35
Placare, conciliare. 441,39
Placita, δόξαι, ἀρέσκοντα, & ea citandi ratio. 314,33
Plaga, נגף. 390,27,46
Plaga Deuteronomii, ὀπισθότονος inſanabilis. 184,10
Plagula noua, ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου. 39,25
Plana palma ferire, ῥαπίσαι. 940, 27
Plani, ἐνυπνιαζόμενοι. 627,24
Planetæ, μετανάσται. 785,4
Plantæ heroïnis Diiſque à profanis Græcis conſecratæ. 710,7
Plantare, catechumenon facere. 374, 32
Platanus, Helenæ ſacrata. 710,8
Platonis ac Ariſtotelis ſcripta digeſta. 640,4
Platonicorum Critica. 643,10
Plebs & populus. 335,50
Plèias Poëtarum. 642,34
Pleonaſmus Helleniſticus. 930,43
Plexus crinis, κρώβυλος. 749, 22
Ploraui tibi, neq; aduertiſti, riſi tibi, ſed non curaſti, è Gemara. 43,33
Pluralis pro ſingulari. 181,19. 594, 49. 595,6. 881,15,16
Pluto & Lethe. 814,40. & Lazarus. 917,9
Poculum, & quod in eo, ſanguis, & Fœdus nouum. 192,31
Pocula delibata. 385,45
Pœna peccati quod ad mortem, mors. 875,42
Pœnæ male ſibi conſciorum, τέρατα φαντασμάτων. 110,39,40
Pœnitentia, mutatio. 362,31,40
Pœnitentia, loco ἁγνισμοῦ, illius autem fructus καθαρισμός. 876, 29,30
Pœnitentia an tollatur à Paulo ad Hebræos. 563,15,17
Pœnitentia latronis, in crurifragio an à fæce Romuli conſiderata. 954,11
Pœnitentia in altero ſæculo an detur. 563,43
Pœnitentiæ vox παρακεκινδυνευμένως vſurpata. 38,47
Pœnitentium veſtis. 765,46. 766, 18,25,26,41. 767,3
Pœnitere & reſipiſcere. 179,27,28, 32,33
Poëta ille, an κατ᾽ ἐξοχήν. 32,21
Poëta, non Poëta ille. 245,38,44. Græce loqui debere Poëtam Græcum, non Helleniſtice. 798,4
Poëta eloquentiſsimus in aliam linguam nil mutando verſus fit ridiculus. 803,20
Poëta & interpres in quo differant. 672,33. quod ad appoſita. 794, 52
Poëtæ munus. 788,15. 790,2. 802, 9. 814,53. 954,6
Poëtæ & Philoſophi diſcrimen. 754, 22
Poëtam qualem eſſe oporteat. 754, 12
Poëtam non eſſe, quam non Orthodoxum, conſultius. 694,38
Poëtæ, vates. 528,37
Poëtas, Poëtarumque judices, naſci. 818,12
Poëtas eruditionem ſcientiamque omnem profiteri. 757,49
Poëtæ ab Ariſtotele recenſiti. 640, 29,31
Poëtæ Latinorum Chriſtiani, ob temporum in ſyllabis neglectam rationem notati. 840,53
Poëtæ Tragici & Epici, quo differant. 838,39. 639,22
Poëtarum veterum excellentia. 639, 22. acceſsio tempore Auguſti. 649,41. Pleias. 642,34. licentia, notata. 757,47. portenta mendaciaque notata. 576,6

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Poëtarum quorum διδασκαλίαι ab Ariſtotele ſcriptæ. 640,33
Poëtis plura licere quam Rhetoribus. 721,14
Poeticis paßim vſus Herodotus ob Ioniſmum. 325,30
Poetis conſtituti ſex Critici à Ptolemæo. 642,31
Poetica Theologia Gentilium. 649,36
Politici jambi. 43,32
Pollicis curuatio in ſepultura Iudæorum. 160,41
Pollux & Caſtor, Διόσκοροι. 705,5
Polyhiſtores, Critici. 643,7
Pontifex Romanus, ההגמון הגדול. 839,34
Pontificum Iudaïcorum ἀναρχία notata. 320,17
Pontus an recte pro lacu. 864,11
Populus & plebs. 335,50
Populus, vna ciuitas. 647,1
Porcus inter animalia ſolus à diuinis honoribus excluſus. 756,23
Porphyrius notatus. 50,28
Porphyrius Malchus dictus. 293,8
Porphyrii impii paganus præceptor Longinus. 676,19
Porta Carmentalis quare Scelerata dicta. 492,49
Porta Fictilis. 85,39,40
Porta Probatica. 885,51
Poſcere & flagitare. 884,41
Poſcere majoribus. 751,11
Poßidere, ſibi habere. 262,42
Poſterganeus raptus, ὀπισθότονος. 184,17,18
Poſt hæc, in diebus illis. 19,25
Potentia & virtus. 345,41
Potentiæ ac majeſtatis ſignum ac vexillum. 77,18
Poteris eſſe, pro, eris, Hebraiſmus Latine loquentibus non neceſſarius. 202,52
Poteſtas, an τῆς ἐξουσίας vocem totam referat. 208,44
Poteſtas magiſtratus, ἐξουσία. 342,13
Poteſtas, muliebre velamen. 392,34,46,48. 393,2
Poteſtatis nota. 853,28,30
Poteſtate præditi ac Principes, leones, nempe, crudeles. 528,1
Potiphar, cocorum præfectus. 275,41
Potus alterius ſæculi. 192,41
Potus altaribus delibati. 385,42
Præceptum עשה. 471,50
Præceptum antiquum. 622,39. 623,3,25
Præceptum, quo nullum magis inuolutum fuit & obtenebratum, quodnam. 622,42,48,53
Præceptum promißionem habens, & non habens. 471,52,53
Præceptum legis qui præſtat, conſolationem, qui præuaricatur, accuſationem ſibi comparat. 621,39
Præcepta hominum. 494,13
Præcepta לא תעשה. 471,49
Præceptorum caput, fides. 222,19
Præceptorum Legis intenſio. 25,18,26,44. violatio, ἱεροσυλία. 348,15,16
Præcones juſtitiæ præcipui, octo. 612,14
Præcurſor & miles Chriſti, Ioannes Baptiſta. 739,23
Prædeſtinatum & declaratum, an eadem. 345 41
Prædicamenta Stoicorum. 724,5
Prædicamentorum decem ſummaria deformatio. 722,19. 723,10
Prædicare & enunciare, quomodo diſcrepent. 725,51
Prædicationi Apoſtolorum viam ſtrauit Filii œconomia. 606,2
Prædicatum, dictatum. 827,14
Præfecti, παῖδες, δοῦλοι. 884,2,3. Patres. 756,35
Præfecti populi, ſeniores, ςρατηγοί. 789,37,39
Præficere, ἀναδείξασθαι. 202,18
Præparationis baptiſmus, quinam. 745,27
Præpilatum, δόρυ λογχωτὸν, τυλωτόν. 953,17
Prærogatiua, ἐξουσία. 208,47
Præſcripta hominum. 494,6,9,13
Præſens pro futuro, Hebraiſmus. 127,42. 220,7. apud Græcos. 333,30,31
Præſens gloriatio, ὑπόστασις ταύτης τῆς καυχήσεως. 432,49,51
Præſentis temporis, ſubſtantia. 570,6
Præſentia quomodo, quæ nondum ſunt, ἐν ὑποστάσει dicantur eſſe. 570,4,8
Præſentia diuina. 62,23. hoc eſt, majeſtas. 212,19,20. facies, πρόσωπον dicta. 272,45. Verbi Dei. 786,28. ſchechina. 830,28
Præſentia Diuini ſpiritus, ἐν τῇ μενούσῃ τοῦ λόγου τοῦ ἐμφύτου ἀκοῇ. 892,7
Præſentiæ Diuinæ domicilia duo, priuſquam in Iudaico templo habitaret. 514,27
Præſentiæ Diuinæ interruptio in Sione. 464,33
Præſepe, pro ſtabulo. 139,51. 140,2,6,10
Præſidiarii, ςρατευόμενοι. 144,48
Præſtolo, præſtolor, παρατηρῶ. 183,21
Præſules, quare vrbibus in patronos dati. 408,9,10
Præteritum pro futuro. 16,13,14,28,31. vel præſenti, vel infinitiuo, cum εἴωθα. 916,29
Præſentis loco, non Hebræos ſolos, ſed & alios, quoties præſens non habent, præterito vti. 153,48
Præterita Hebræorum more vſurpata. 872,40,41
Prætermittendi nonnulla, vſitata in Sacris ratio, quæ ἐξ ἀνακολουθίας ſupplenda. 148,52. 150,32
Prætores & Duumuiri. 305,39,52
Precari & orare quo differant. 306,20
Precari quomodo quis ita poßit ne mens vagetur. 169,53. 170,1
Precationes, vel tephillin, Iudæorum, membranis inſcriptæ. 119,16
Precationum Helleniſticarum & Chaldaicarum formula. 665,12,16
Preces conjugum, earumque exercitium. 602,8. 603,7
Preces fixæ à Rabbinis cur non admiſſæ. 30,52
Priapus Homero recentior. 720,22
Primus, pro primate. 851,40
Primi inuitatorum. 176,50
Primitiue, & παρωνύμως exprimi, vti diſcrepent. 725,39
Primores, primates, πρῶτοι. 851,51
Princeps vbi, ibi πολίτευμα. 483,40
Princeps exercitus, militum. 884,12,20. ὁ ἰθύνων ςρατιάν. 884,12,21
Princeps Regius, vicarius Regis. 884,14,16,18
Princeps à Rege, δοῦλος βασιλικός. 884,21
Principes ac poteſtate præditi, leones: crudeles nempe. 528,1
Principes ac Reges veterum, Apollinis, qui primos humani generis parentes ſeduxit, ſub nomine Veri Dei cultores. 708,53. 709,1
Principium, quo facta omnia quæ facta & creata ſunt. 207,28
Principium initii factum à Filio Dei. 532,27
Principium τῆς ὑποστάσεως, ſeu Fidei, Chriſtus. 673,42
Principum ἄχρονον, Deus & Filius, Ario. 689,43. 690,9,20,25,27. 691,5
Procedere in caſtris. 332,22,27,28
Procedere, & gigni. 787,17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Procedere, Spiritus Sancti proprietas. 731,30

Proceſſio Spiritus Sancti. 915, 45. 916, 22. cum vnitate Filii ac Spiritus an confundenda. 932, 24

Proceſſio, profectio. 332,17,25

Proceſſio procinctualis. 332,29

Proceſſus, ambulationes. 332,26

Prodere, deſerere. 190,52

Prodere & tradere. 191,2

Prodire è femore, filium eſſe, genitum eſſe. 706,24

Productus ſponſione. 53,6

Prœlium triariorum in controuerſiis noſtra tempeſtate. 680,10

Profanum Hebræis vti ſumatur. 46,5

Profeſſio, cenſus. 139,37,39

Profeſſio vitæ. 147,28

Profeſſionis vox ad τὸ ἐξομολογεῖν exprimendum an idonea. 42,16

Proficere ad pedes. 316,10

Proficiendi via optima, quænam. 553,8,9

Proficiens, in proficiendi ratione perfectus, qui nondum aſſecutus perfectionem. 585,1,10

Proficiſci, ire. 129, 50. an exire, ac prodire. 251, 52. quid. 252,3. pro abire. 331,50. 332,13

Profiteri parentes ſuos, quando inter Iudæos ſolitum. 146,16

Pro fratribus haberi, ἐνδιαθέτους εἶναι τοῖς ἀδελφοῖς. 793,22

Profundum magnum, χάσμα. 203,14

Prolepſis. 564,34

Promiſſio & applicatio in citatione locorum diſtinguenda. 15,12

Promiſſionis capita & fundamenta. 70,42

Promiſſiones Dei, in verbo ejus, non extra illud, haberi. 557,29

Pronunciare & repetere hæſitando. 944,1

Prophetare, canere. 528,50

Propheta ille, de Meſſia. 109, 18. Verbum Dei. 858,30

Propheta, τῶν μέσως λεγομένων. 528, 26,41

Prophetam è Galilæa promiſſum Iudæi negant. 17,38,39

Prophetæ merces, εὐλογία ἐπὶ τῷ ποδί. 42,27,28

Prophetæ à Moſe promiſſi verba διαχειλικά. 61,11

Prophetæ, Angeli. 448, 24. στῦλοι. 515,9. quo ſermone vtantur. 12, 51. cum tonitru de futuris moniti. 830, 37, 53 831,5

Prophetas meminiſſe mandati quod acceperunt. 230,10

Prophetæ falſi, quomodo dicantur μιαίνειν τὴν σάρκα, καὶ κυριότητας ἀθετεῖν. 627, 29. 628, 3. λῃσταί. 937,21

Prophetarum aſcenſio in cœlum. 872, 23. inimitabilis facundia. 676,21. pallium. 765,19

Prophetia non tota in prædictione. 858,37

Prophetiæ Spiritus, manus Dei. 786, 34

Prophetia, & filia vocis. 922,32

Prophetiarum genera. 910,14,36

Propinqui ejuſdem ſtirpis, συνοδία, ἐπιγονή, σύστρεμμα. 143,3,38

Propria eſſentiæ, communia hypoſtaſibus. 64,27

Propria nomina aut ἀτελῆ aut ἐντελῆ. 57,33,34

Proprietates Diuinarum Perſonarum vnde. 787,1

Pro ſapientia ejus reſpondebunt ejus filii, quid Hebræis. 44,13

Proſcriptus, qui hæreditatem poſſeſſionemque amiſit, relegatus. 445, 40,42

Proſeucha. 74,37,39. & ſynagoga. 305,33,40

Protæ matronæ obitus, & epigramma in eam. 790,17

Proteus, an Aegyptius, aliaque de eodem. 715,48

Prouerbialiter dictum. 437,15,29

Prouidentia diuina ἐν τῷ σωτηρίῳ πάθει. 942,15. 946,41

Prouinciæ adminiſtratio, ſine Imperatoris conſenſu deſiderata, ἱεροσυλία. 348,18

Proximitas æqualitatem tollit. 779, 31

Proximus quid, Iudæos ignoraſſe. 64,7,8, 65,7

Proximus illi, ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ. de eximia defuncti probitate & felicitate. 181,20

Proximi cura in contractione ſuperſiſtioſa Legis ab Iudæis neglecta. 119,45

Prudentia imprudens. 364,45

Prudentis cornu, humilitas. 597,21

Prunæ ſapientum, morſus vulpis. 175,4

Pſalmo octauo quæ dicuntur, an ſingula ad Prophetiam trahenda. 412,30

Pſeudeuangelia. 133,40

Pſeudoprophetæ, Prophetæ. 528,43. λῃσταί. 937,21

Pſeudoprophetarum caput, ὁ τοῦ ψευδους πιστής. 395, 28. ſcortatio. 904,41

Pſyllorum religio, ſerpentes ac aliena numina ſub creatoris nominibus colere. 709,4

Ptolemæus, conſtituta Bibliotheca, Criticos Poëtis conſtituit ſex. 642,31

Pubes, flos, ἄνθος. 817,13

Publiana promontoria. 340,35

Publica cuſtodia, publicus carcer. 334,3

Puer, pro filio. 673,23

Puerilis morbus, comitialis. 24,26

Puerpera natura, pro corrupta, Nonno. 803,9

Puerperarum Iudaïcarum βαπτισμοί. 743,49

Pugna creaturarum, & vitium quid ματαιότης Apoſtolo. 356, 50. 357,3

Pugno lauare. 111,15

Pugnis ferire, κολαφίσαι. 940,28

Pulmo, vocis ſpirituſque inſtrumentum. 401,44

Puluis, κενεὼν χθονός. 782,53

Puluis flauus. 774,1

Puluis, nihilo proximus. 572,46

Puluis pedum, nebula. 40,50

Puncta Hebræorum Grammatica. 652,17

Punctorum Hebraicorum antiquitas quibuſdam probata. 26,17

Pur, vox Perſica, ſors. 123,32

Purgamentum, περίψημα. 378, 29

Purgare ſordes, cum ſubjectum in quo ſunt purgatur. 434,40

Purgatio Creaturarum. 615,31

Purgationem τῷ σωτηρίῳ πάθει tribui. 171,10

Purpura veſtis, φοινικίς. 725,29

Purpura, Nonno θαλάσσης σπινθήρ. 939, 26. ſanguis quibuſdam, Plinio ſuccus & ros. 942, 3,4

Purpuræ ſuccus Nonno, κόχλου αἷμα. 942,2

Putare & frondes ſtringere. 930, 15

Puteus, πηγή. 768,24,26,29,34

Putres oculi, de obſcœnitate & libidine. 465,51

Pygmæi, hoc eſt, bellatores. 111,33

Pyrrhonii Philoſophi. 684,13

Pythius Apollo, humani generis hoſtis. 708,41,50

Pythonis etyma. 708,17,23

Q.

*QVadrata litera.*pag.455,l.*24*
Quærere de modo, abſque dubitatione de facto. 137,*16,17*
Quæſtio rudis Nicodemi, ἐπαπόρησις ῥυπαρῶ. 216,*19*
Quaſi, conditio, vt, quaſi propheta, quaſi contractus, & quomodo accipiatur. 109,9
Quaſi, Iuriſconſultorum. 336,*52*
Quaſi tyrannus. 352,*43*
Quaſi eſſe, fidei. 570,*7,8*
Qui alia omnia, in Senatu quid. 700,*37*
Quidam, ὁ δεῖνα. 539,*40*
Quirites & municipes oppoſita. 483,*23.24*
Quis, pro raro. 176,*7,8*
*Quod ſi, id eſt, quamuis.*362,*25.26*
Quos tegula ſola tuetur. 313,*37*

R.

RAbba dictus quis. pag.61.lin. *28,29*
Rabbi *vnde dictus.* 590,*16,21.* ἐπιστάτης *&* Rabbi *ac ſimilia quomodo vſu differant.* 158,*22*
Rabbini μεγάλοι καὶ σεμνοί. 65, *37*
Rabbinorum *ſummi Magiſtri qui.* 61,*22,23. ineptiæ in vocum alienarum origine.* 917,*53.* 918,*3. ſubtilitas.* 65, *41. plurimorum veterum expoſitiones myſticas, quomodo loci de Meßia intelligendi eſſent, interiiſſe.* 464,*23*
Radi *matronas, luctus ac orbitatis cauſa, mos olim.* 391,*44*
Rama Ephraim, *&* Rama Lehi. 17, *4,6*
Raphael *archangelus.* 546,*9*
Rapinam, *id eſt, alienum arbitrari.* 38,*10*
Raptores, λησταί. 937,*19*
Raptus *poſterganeus,* ὀπισθότονος. 184,*17,18*
Ratio, *quando* ἔμβρυον *ſequatur.* 451,*4*
Ratio *recta, menſura actuum noſtrorum* ὁμολογὴς *&* σύμμετρος. 464,*13*
Ratio *Patris,* Λόγος. 733,*3,16*
Ratio, *Platonicis quale inſtrumentum.* 658,*21*
Realiſtarum *ſcientia & eruditio qualis.* 656,*25.*810,*9*
Rebellis *ex Lege Hebræis quis.* 44,*8*
Recedere *nautarum.* 325,*50*
Recepta, *etiamſi minus ratione niti videantur, quinam retinenda ac tuenda judicent.* 553,*10,11*
Rectitudo cordis, virtus ſponte donantium. 430,*23,42*
Recuſare, non poſſe. 219,*43*
Redundare, vox ambigua. 129,*39*
Reformationis veræ primum præcipuumque ſignum, regni Dei inquiſitio. 60,*26*
Refrigerium, vita futura. 272,*42*
Refugere, nautarum. 325,*50*
Refuga Angelus. 604,*8*
Regeneratio, generatio noua. 872, *11,12. Chriſtianorum perfectio, & baptiſmus.* 745, *27,* 41. *ab omni peccandi libidine ac voluptate immunis.* 736,*21*
Rex, *qui Legem obſeruat.* 903,*31*
Rex Iſrael, משיח. 339,*12*
Rex, Meßias. 893,*17,21*
Regis riſus ac cogitationes. 528,*2*
Regius vir, vicarius ejus. 884, *14.* & deinceps.
Regem creare, de vnctione. 893,*13*
Reges diu ante vncti quam coronarentur. 893,*14*
Reges veterum, Apollinis, qui primos humani generis parentes decepit, ſub Veri Dei nomine, cultores. 708,*53.* 709,*1*
Reges, qui dignitate ſua multis famem ac pauperiem procurant. 652, *21*
Regnat Iehu, & Hoſanna filio Dauid. 66,*26*
*Regnum abſolutum ſine Lege.*352,*42*
Regnum Meßiæ, & de eo vetus Iudæorum ac Apoſtolorum opinio. 60,*15*
Regni Dei ſub Meßia reſtauratio. id primo quærendum. 60,*35*
Regni affectator, ἀντάρτης. 937, *47.* ἀνταρσία *ibidem, affectati crimen.* 938,*14*
Regni dies, γενέσια. 52,*28*
Regula eorum, ὁ φθόγγος αὐτῶν, *Helleniſtis.* 412,*8*
Rejectaneus præ & pro omnibus, περίψημα πάντων. 378,*28*
Rejectanei, quibus in dictione teſtimonii non habenda fides. 465, *12,18*
Rejicio, nullius facio, ἀποδοκιμάζω, σκυβαλίζω, ὡς ἄξιον οὐδενὸς ἡγοῦμαι, ἀθερίζω, ἐξουθενῶ. 481,*30,34*
Religio pro metu ac ſollicitudine. 336,*42*
Religio & ſuperſtitio. 336,*34*
Religionis compendium Ἄκουε, Ἰσραήλ. 119,*8,10.*120,*11*
Religionis peſtis Lucretius. 336,*43, 44*
Religioſum eſſe nefas, religentem eſſe oportet. 336,*45*
Reliquiæ panis pauperibus ſeruatæ apud Iudæos. 53,*21*
Renouatio creaturarum. 615,*31*
Renunciare, ἀποτάσσεσθαι. 161,*32*
Renunciare, Iuriſconſultis. 178,*13*
Repetere hæſitando & pronunciare. 944,*1*
Repetere in precibus quæ in exhortationibus & homiliis dicta eſſent, mos Eccleſiæ. 401,*1*
Rephaim, θεομάχοι. 604,*15*
Replicatio, & ſub exceptione contineri, Iuriſconſultis. 339,*31*
Reprehenſio, ἀθέτησις, *& ad Criticum ſpectare.* 681,*3,4.* 683,*13.* 698,*24*
Reprobi, bis mortui. 787,*42*
Repudiare & renunciare, quomodo differant. 178,*15*
Repugnantia, effectiua & formalis. 336,*21.*337,*32*
Requies Dei, an vna pluresue. 558, *12. ſabbatiſmus.* 558,*21*
Rerum parens, de Filio. 928,*29*
Res ſine verbis tractari non poſſe. 659,*3.* 806,*51*
Res ipſa, ῥῆμα. 141,*8*
Res geſtæ, ῥήματα. 141,*15*
Reſpublica, πολίτευμα. 482, *40.* 483,*39,40. quorumnam.*937,*40*
*Res & ſpecies, oppoſita.*322,*33.* 525, *46*
Reſecare, an de cauterio. 516,*48*
*Reſipiſcere & pœnitere.*179,*27,28, 32,33*
Reſpicere, pro cogitare aut videre. 156,*32*
Reſpiratio in ſæculo futuro. 272,*43*
Reſpondere, pro, dicere. 216,*4*
Reſpondere, quidnam. 420,*22,23*
Reſpondere obſcure, negare. 800,*29*
Reſponſa prudentum. 420,*6*
Reſponſores, quinam. 420,*1*
Reſtauratio diſciplinarum, an à Critice ſperanda. 689,*30*
Reſtitutio poſt morbum, ἀνάστασις. 71,*36*
Reſurgentium ſub Chriſti mortem hiſtoria. 90,*33*
Reſurgere, reuiuiſcere. 71, *32. conualeſcere.* 71,*36*
Reſurrectio mortuorum. 70, *39.* ἀναβίωσις.70,*51,52.*71,*3. tota ſpes.*320,*18. vna non duæ.*628,*9. inferis & æternæ morti oppoſita.* 72,*6. à quibus tollatur.* 72,*15. quomodo olim præfigurata.*408,*15*

non

non eſſe mortuorum, quia nec Deus, mortuorum Deus. 408, 48. 409,21,22

Reſurrectio generalis, ἀνάστασις νεκρῶν. 344,30. capitis & membrorum. 345,3

Reſurrectio Domini, poßitne aduentus voce ſignificari, ad retundendam Iudæorum cæcitatem. 41,34

Reſurrectio, neceſſarium τῆς ὁμολογίας caput. 560,46

Reſurrectio impiorum. 322,5

Reſurrectionis cogitatio quantum poßit apud fideles. 572,44

Reſurrectionis diſtinctio apud Iudæos. 70,51

Reſurrectionis ſpes, in reſurrectione Seruatoris. 753,45

Reſurrectionis tempus illud dici, quod reſurrectio non ſequitur. 73, 21. de ea vetus quidam dubitat Epiſcopus. 683,5

Retegere & detegere vti differant. 203,38,42

Retrimentum, περίψημα. 378,29. σκύβαλον. 481,33

Reuelationes hæreticorum, ἐνύπνια. 627,25

Reuerentiæ filia, majeſtas. 36,10

Reuerti in Romam. 332,36

Reuiuiſcendi facilitas. 70,50

Reuiuiſcere, reſurgere. 71,32

Reuocare, in vitam reuocare. 71,42

Reuolutio rerum, ſtolidißimum illuſorum hominum commentum. 613,52. 614,2. 615,37

Rhetorica, Criticorum inſtrumentum. 647,6

Rhetorum criſis. 671,9

Rhythmi vnde nati. 43,25

Rigare, baptizare catechumenon. 374,32

Rigare, ποτίζειν, de vtroque vſurpatum, cibo, & potu. 374,21,30

Riſus Regis timendus. 528,2

Riſu tabulas ſolui. 774,22

Ritus, ceremoniæ. 460,3,4,12,14

Roboami tempore tria amiſſa. 60, 17

Robuſte impii, Gigantes. 604,12,19

Robuſtus cum montibus quomodo conferatur. 61,45,47

Roma, Martis filia. 121, 10. vnde nomen. 121,7

Romanitas. 318,30

Romana cur diſcenda lingua. 653,7

Romanæ gentes, Iberi, Tyrrheni, Sabini. 318,6

Romani an aulici fuerint. 485,36. Ἕλλωες dicti. 296,14

Romanorum Deus, & parens, Mars. 121,14. autor Aeneas. 575,53

Romanis inſcriptæ Epiſtolæ partes, ſecundum veteres. 822,45

Romanum imperium, orbis meta, terminus. 321, 44. Iudæis Edomiticum. 231,13

Romuli ἀποθέωσις. 329,28

Romuli fæx. 954,19

Ros myſticus, χρίσις, χρίσμα. 470, 34,35,38

Ruben indiuiduum Logicum Hebræorum, vt Titius, Seius, Romanorum. 725,45

Rubentes in ciuem genæ. 941,7

Ruber, rubens, flauus, ξανθός. 773, 31

Rufus tyrannus, הרשע, templo Hieroſolymitano aratrum impreßit. 312,14

Ruina, ἀθένδα. 174,28,29

Rumpi, angi, διαρρήγνυσθαι. 82, 51,53

Rus Golgotha. 791,20

Ruta parietaria, hyſſopus. 950,15

Rutilum & flauum. 773,42

S.

S Tricliniorum & diætarum foribus inſcriptum. pag. 455. l. 29

Saba, Seba, Chuſi filius. 705,23

Saba, media inter majorem ac minorem India. 705,24

Sabaſius, Indorum domitor, ac ebrioſus, Bacchus. 705,25. Baſſareus. 707,37

Sabbato opera quænam permiſſa. 46,13

Sabbato ſedendi mos, ex traditione. 55,3

Sabbato cur Dominus vt plurimum miracula exhibuerit. 887,34

Sabbatha. Hieronymo quid שבתאי. 279,42

Sabbata, & lectiones, ſeu parſchiot. 297,27

Sabbatiſmus, requies Dei. 558,21

Saccus Patriarchalis. 766,18,28

Sacer morbus, 24,22

Sacerdos, Propheta. 528,26

Sacerdotis docere & increpare populum. 142,22

Sacerdotes, Leuitæ. 275,9

Sacerdotes, Leuitæ, Iſraël. 865,45

Sacerdotes linigeri. 784,44. ὀπισθόνομοι. 749,40,41

Sacerdotes à populo doceri & increpari, deploratus ſtatus. 142,22

Sacerdotes ſummi, quomodo bini fuerint. 935,49

Sacerdotum Iudæorum βαπτισμοί. 743,43. 744,5

Sacerdotii natalis. 52,38

Sacra & λαϊκά, contra diſtinguuntur. 46,6

Sacrorum audiendorum quæ attentio eſſe debeat. 170,34,35

Sacra Scriptura. 402,47. μαρτυρία θεόπνευστος. 510,19. Patris cœleſtis character. 857,45. Dei χειρόγραφον. 490,44. Nonno, Θεοῦ μῦθος. 900,41

Sacra Scriptura, vel Deus. 535, 40. ea quæ dicit, Dominus dicit. 382, 13. Hebraice & Græce loqui B. Hieronymo. 123, 31. per Maſorethas conſeruata & digeſta. 650,32. 651,1

Sacra Scriptura Hebræa tota commatibus diſtincta. 549 46. 650, 43

Sacræ Scripturæ majeſtas in non nimiis allegoriis. 541,15

Sacræ Scripturæ mos, vt quæ non dicuntur cum fiunt, ab alio deinde narrentur. 403,38. vt, de aliis atque aliis rebus verbis iiſdem vtatur. 411, 22,40,44. vt de eodem aliis aliiſq; verbis idem dicat. 612,23

Sacræ Scripturæ vernacula ſimplicitas, quod ad vſum articuli. 547, 36

Sacræ Scripturæ ſinguli apices tuendi. 192,35. libri quomodo diuidantur. 827,2. abuſus, ignorantium & maleuolorum folia ex ficu. 824,41

Sacræ Scripturæ, cœlum. 541,1

Sacram Scripturam licenter contrectare, θεομαχεῖν eſſe. 623,51, 53

Sacrarum Scripturarum reuerentia & majeſtas, quæ ac quanta. 676,31,37

Sacras literas ſolas ea de quibus diſputatur κανονικῶς determinare. 423,27

Sacrarum literarum ſumma majeſtas, eloquentia, & vis dicendi. 806,25. autoritas. 905,33

Sacras Scripturas vellicare, blaſphemorum eſſe. 676,29

Sacrificare & adorare. 769,25

Sacrificium juge ἐνδελεχισμός. 31,8

Sacrificium Melchiſedeci non ceſſaturum, Magiſtris. 546,35

Sacrificuli atrati. 749,42

Saducæorum de animarum mortalitate opinio. 70,47

Saculum quid notet. 580,51. an pro generatione recte vſurpetur. 335,20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Sæculum hoc, tempus vitæ. 382,44
Sæculum, quo facta dictaque arguebantur. 189,7
Sæculum diluuii & deſerti. 390,9,19. γενεὰ Γιγάντων, Γιγαντία. 606,14
Sæculi res vaniſſimæ, quibus qui delectatur cum eo qui ſalſas bibit aquas conferri. 217,36,37
Sæcula Hebræorum duo, præſens & futurum. 358,16
Sæcula inerudita. 804,28
Sæcula inſtituere, ποιεῖν αἰῶνας. 532,43
Sal is pactum. 115,17,18
Sal vnionis teſſera. 115,16. *ſymbolum pacis ac vitæ.* 115,20. *quo & latrones ad ſocietatem vti.* 115,20
Salem, Hieroſolyma. 564,36
Salim & Aenon. 763,40
Salomonis ornatus infra ornatum liliorum, & quare. 33,14
Salſas aquas bibere, vanitatibus ſæculi delectari. 217,36,37
Salutare, pro τὸ σωτήριον, *an temere mutandum.* 141,48
Salutatorum vndæ. 128,27
Salutis ſpes Chriſtus. 484,23
Samaritanæ vir. 217,41. 218,27
Samaritanus Chriſtus. 73,41
Samaritani, loco hominum à Iudæis non habiti. 163,52. *ſcortatores, ſeu idololatræ, iiſdem.* 904,50
Samaritanorum ex Ioſepho patriarcha origo, ſecundum illos. 878,48. *indoles.* 880,12. *idololatria & apoſtaſia.* 781,20,27. *religio.* 881,34
Sammaël, læuum numen, Diabolus, Semeles filius. 706,31,39,40
Sampſæi, qui & quales. 461,42
Samſon nazaræus. 750,13
Samuel nondum nouerat Iehouam, loquentem, ſcilicet. 311,29,30
Samuel typicus, & verus. 199,46
Sanctus, Spiritus Sancti attributum proprium. 792,42. 793,29
Sanctus Dei, non, Sanctus ille. 247,10
Sancti olim ſceleſtis, inter quos nephilim, prædicaſſe. 605,30,43
Sanctorum mors reuerenter finis dicta. 175,24,25
Sanctificatio capitis & membrorum. 345,3
Sanctuarii oppanſum cherubinis refertum, quid denotarit. 543,25
Sandalium & ſolea. 102,14,16
Sandaliis Dominus an vſus. 102,12,31
Sanhedrium abſque jure gladii. 943,39
Sanitas deplorata. 659,42
Sapa, muſtum perenne. 269,18
Sapere, ad guſtum & animum referri. 93,27
Sapere alieno exemplo in ſcribendo. 683,12
Sapientes, vt vulpes. 175,5
Sapientum ad ignem calefaciendum, ſed ab eorum cauendum prunis, id eſt, morſibus. 175,3
Sapientum dicta alludere. 935,50
Sapientia prima, & Theologia. 648,6
Sapientia Dei. 568,3
Sapientia Sacra, verbum Dei. 559,4
Sapientia, Filius Dei æternus. 725,41
Sapientia vti juſtificetur. 44 21
Sapientiæ præcepta carmine tradita. 648,38
Sappho, τριβάς. 347,11
Sara ſub chuppa. 877,50. *mater credentium.* 600,40
Sara quomodo maritum compellarit. 601,8
Satan quid. 59,25
Satanas, ἀντικείμενος. 379,13. *extra Eccleſiam Chriſti.* 379,18,21. *an ab Apoſtolis è cœlo dejectus.* 163,2
Satanæ renunciandi formula Syrorum. 271,53
Satanæ ſtrategema antiquiſſimum, nomina diuina inuadere, & in ſe transferre, iiſque occultare ſeſe. 705,33. 708,10. 709,9,11
Satiari, μεθύειν. 215,50
Saturnus, occaſus Solis. etyma & hiſtoria. 714,44,52. 715,4,14,24,27. *humanarum hoſtiarum Deus.* 577,42. Ῥεμφάν, שבתאר. 279,38,42
Satyri, dæmones ſylueſtres. 756,26. *ſodales Bacchici.* 707,48
Satyrice aliquid proponere. 183,9,10
Saul, id eſt, hiſtoria Saul. 362,6
Scabies ſermonis, ἀκυρολογία. 839,52
Scæuolæ, qui ſiniſtra tantum vtuntur manu. 427,33
Scandalum, furor incredulus Nonno. 930,48
Scapha, πλοιάριον. 776,32. *inter armamenta nauis.* 326,32
Scarabæus, κάραβος *terreſtris.* 20,5,6
Sceleratius ſæculo diluuii, hyperbole. 606,10,13
Scelerata & ſceleſta, ea quæ infelicia & mali ominis 492,48. μιαρά. 493,9
Sceleſtus & indecens quantum differant. 197,51
Sceleris & errati diſcrimen. 302,32
Scelera quænam dicantur. 129,28
Scena humanæ vitæ. 660,1
Scenæ condimenta. 825,39
Scenarum differentia. 835,46,51. 836,16
Schamai & Hillel, & ſectæ illorum. 274,5. 437,52
Schembamphoras, nomen tetragrammaton. 72,19. 73,1
Schema voluptatis. 879,8
Schma Iudæorum. 170,36
Scholaſticorum diligentia. 656,3. *notati.* 597,30
Scholia poëmatia. 414,23,39
Scientia verborum, Dialectico aſſignata. 654,2
Scientiam Criticam in omnibus diſciplinis habere locum. 647,3,7
Scientia omnis ſubjectum Critices. 698,31
Scientiæ clauem ſibi leguleii vindicant. 167,36,40
Scientiæ initium quodnam. 553,9
Scientia antiquorum ſcriptorum quibuſnam rebus comprehenſa. 639,20
Scientiarum interpretes, τῆς διανοίας εἰσηγηταί. 648,9
Scientiarum origo ex Oriente. 670.11
Scientiarum princeps Theologia. 698,36
Scientiarum principium Socrati, quod. 654,14
Scientiarum ac diſciplinarum via & methodus. 654,6,29
Scientiarum vnicum ſubſidium, linguarum inſtrumentum. 651,10. 652,2
Scio hominem, &, Noui hominem. 438,47
Scorpiones ouipari. 165,44
Scortari paganis inter adiaphora. 301,42
Scortatio, idololatria. 904,34,41,42,50
Scortatio ſpiritualis grauior altera. 303,8
Scortatores hujus mundi, an pagani. 379,37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Scribæ erratum, παράγραμμα. 675,26
Scribæ, rabulæ & agyrtæ. 36,7
Scribarum δευτερώσεις, *maxima Maieſtatis detrimenta.* 36,29
Scribarum veterum in corrumpendis textibus licentia. 645,41
Scribarum veterum negligentia. 380,30. 675,25. 912,38. 944,16
Scribendi ſcopus, vſus publicus. 716,20
Scribendi via compendioſiſsima, aliorum exempla. 683,21
Scribere ſtylo ferreo, aut ratione aliqua peculiari. 454,52
Scribi, definiri. 214,50
Scripti verbi maieſtatem nihil ex oratorum arte habere. 830,4
Scriptionis diſſolutum & ſupinum genus à Criticis notandum. 682,12
Scriptorum condimenta, exemplum, & genius ſcribentis. 837,18
Scriptura conciſa, ἀποσιώπησις. 54,43
Scriptura & cælatura. 791,41
Sculptura, γλυφή, *cujus ductus emi nent.* 945,45
Seba, Chuſi filius. 705,23
Secare, an recte de cauterio dicatur. 516,52
Secretum cauſæ fœminarum. 107,6
Secta, πολιτεία, *& Monaſticum vitæ genus.* 482,46
Sectari ſimiam in tegulis. 153,36
Secundarii panes. 216,23
Sed emphatice quandoque omitti. 548,22
Sed, pro, non niſi. 889,30
Sedentes, qui diſcunt. 316,11
Seditio, quid. 337,35,36. *vnde.* 337,51
Seditio, repugnantia, στάσις, *contentio, tumultus.* 336,19,20. 337,23,30
Seditio, crimen latronum quibus annumeratus Seruator. 936,35. 937,10,45. 938,2
Seditioſus, quis. 937,40
Seirim Princeps, hiſpidus dæmon, Bacchus. 756,27
Seius, Titius, indiuidua Romanorum ἀόριστα. 725,45
Selinus, Ciliciæ colonia. 318,16
Semele, Diaboli parens. 706,31. *Cadmi filia.* 715,51
Semper muſtum. 269,21
Seneca in Catalogo Sanctorum, Hieronymo, & an Paulum ſpiret. 485,44,49
Senecæ ſcripta Commiſsiones meræ Caligulæ. 643,21
Senecam, extra Chriſtum, inter heros & ſeruos ἰσότητα *vrgere.* 497,45
Seniores præfecti populi, στρατηγοί. 789,37
Senſus interior, Hebræis quid. 813,48
Senſus, Criticis ἔννοιαι. 671,29
Senſus præcipui & primi, viſus & auditus. 612,40
Sententiarii notati. 663,36
Sententia ſana, petra. 58,24
Sententiæ Criticorum. 643,27
Sentiendi & diſſentiendi libertas aſſeritur, & quouſque. 553,4
Sepeliendi in Oriente diligentia. 958,46
Sepes quid. 177,18
Seps fidei quænam. 20[illegible],27
Septenarius verſus, πολιτικὸς *Græcis.* 783,50,51
Septenarius apud Hebræos. 43,27,28
Septentrioni malum omne aſsignatum. 709,18
Sepulcrum, locus poſtremus, ſinguliſque proprius. 262,38
Sepulcrorum foſſa & ſpelunca. 977,29
Sepulcrorum mumiæ. 955,38
Sepulturæ tempus veteribus Iudæis. 160,30,44
Sepulturis ſuperſtitioſis an communicandum. 161,15
Sequentia, id eſt, attributa. 719,27
Seraphim τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ *patent.* 559,6
Series, liber, ספר. 911,14
Seriis rebus abeſſe licentiam debere. 802,13
Sermo, non, Sermo ille. 246,31
Sermo Dei, Filius Dei. 559,14
Sermo hypoſtaticus, & ὁμοούσιος τῷ πατρί. 242,18
Sermo, cui Elohim, cui Iehouæ communicata nomina & attributa. 242,24,28. *Adoni.* 243,13. *Dominus.* 243,17. ἰδιασύστατον, & ὑφιστάμενον. 243,17. 245,13,14
Sermo an Verbum, vtrum præſtet in tranſlatione τοῦ λόγου. 247,42
Sermo Dei duobus Teſtamentis bis acutus enſis. 630,52
Sermo Deus quid aſſumpſerit. 213,6
Sermo ἔμφυτος, *quis. natura implantatus Syro.* 589,13,14
Sermonem in omnibus præcedere. 298,51
Sermo hominis totus, ὀνόματα καὶ ῥήματα. 653,29. 654,39
Sermo contractus, efficax. 677,22
Sermo familiaris. 28,8,9
Sermo remiſſus, qualis. 811,15
Sermo ſimplex aut figuratus. 12,50
Sermo tumens à Criticis notandus. 681,28. 682,7,16,24
Sermonis ſcabies, ἀκυρολογία. 839,52
Sermoni Dei quicquid Deo tribui. 606,1
Sermone mentem exprimi & res, hic vero vocibus & definitione. 797,18
Sermones Domini quare in monte habiti. 35,4,5
Sero generare, naturæ infirmitas. 762,25
Serpens qui defecit, Diabolus. 709,37
Serpentis morſus, homicidæ pœna. 330,14
Serpentis à Moſe ſuſpenſi crux. 875,32
Serpentis venenum, peccatum. 386,12
Serpentes an inter τὰ ἑρπετὰ *à Scriptura non ponantur.* 329,53
Serpentes ad diuinationes adhibiti. 708,25,30,31. *numinibus infernalibus conſecrati.* 708,50
Serpentes, antiquis, & præ cæteris, Phœnicibus; ſub forma ſerpentum autem ὁ Ἀπόλλων *cultus.* 708,43
Serpentum caudæ, loco pedum Boreæ junctæ. 709,16,17,46
Seruare modum, non eſſe omnium. 383,26
Seruator, vir Dei. 887,42. *quare ſupra Angelos.* 551,49. *Angelis non inferior, ſed ſuperior, etiam Nouatiano.* 546,23. 548,6,7. 551,13. *quomodo juxta Theodoretum Angelis minor.* 553,14. *ipſe ſacerdos & victima, oblator muneris & munus oblatoris.* 569,8. *in paſsione ſua an Hebraice & Græce vna locutus.* 123,30
Seruatoris calamitas & miſeria. 541,25. 544,43. 549,33. *abjectio, vilitas.* 544,42. *humilitas vltima, & vt de illa loquatur Scriptura.* 544,43. *ſtatus & œconomia, ſerui forma.* 568,26. *reſurrectio, Deitatis argumentum.* 869,15
Serua, Hoſanna. 66,31
Seruus non ſeruus & liber, ſapiens. 903,38

Ser-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Seruus, κτῆμα ἢ ὄργανον ἔμψυχον. 529,26
Seruus, παῖς. 672,38
Seruus Regis, Præfectus Regius. 884, 8,20
Serui forma, ſerui ſtatus. 568,27
Serui quinam. 903,42.904,24
Serui familiares. 497,41,44
Serui quomodo à Chriſtianis poßideantur dominis. 497,49
Serui credentes, dominorum credentium fratres. 497,11
Seruis fidelibus qualia antiquitus nomina imponi ſolita. 329,16
Seruis ſtigmaticis cauterio inuri atque notari tergum ſolere. 516, 49
Seruitus dura, quæ ſub ἀλλοφύλοις *agitur.* ζυγός. 520,23
Seruitutis poſtrema nota. 941,9
Seth, σπέρμα ἕτερον. 447,25, 26
Seuerus imperator, Apollinis, qui generis humani parentes decepit, ſub veri Dei nomine cultor. 709,3
Sex hydrias in nuptiis Canæ, ſex ætates Prophetiarum ſignificaſſe quibuſdam. 284,47
Si particulæ ellipſis. 165,8
Sibyllarum effatum, περὶ παντὸς τοῦ κακιζομένου *quod nato Dei Filio tolleretur.* 356,50
Sicarius, μαχαιροφόρος. 130,2
Sichar. 768,2
Siculi πλατυάζοντες. 944,3
Sigillatim, εἰς ἕνα. 389,45
Sigillum, σημεῖον, σφραγίς. 507, 19
Sigillum annuli, amoris pignus. 896,43
Signare, ſcribere. 507,12
Signiferi diuinæ majeſtatis. 546,10
Significationes vocum confundendi conſuetudo Helleniſtis recepta. 80,16
Significationum ἐπάλληλος *mutatio Helleniſtis propria.* 591,16
Signum, miraculum poſtulatum. 868,30. *quod Phariſæi poſtulabant, quodnam.* 60,36
Signum nubium, terroris indicium. 77,27
Signum crucis, an ſignum majeſtatis. 77,17
Signum vocale Filii Dei, quodnam. 77,9,35. *majeſtatis.* 77,18. *gloriæ indicium.* 77,27,28
Signum dare, σαλπίζειν, σημαίνειν. 77,37
Signa Phariſæis denegata ſuis præceptor Chriſtus exhibet. 60,30
Signa, exempla. 506,49
Signa, forma, εἰκόνες, *figuræ, facies minutæ monetarum.* 469,26, 29
Signa, ζώδια, σφραγῖδες. 507,22
Signa terroris & majeſtatis, & cui oppoſita. 77,27,35
Signorum & fidei diſtincta tempora. 57,6
Silæ nomen, an Apoſtolum, juxta Hieronymum, ſignificet. 499, 36
Sileni, ſylueſtres Dii. 756,26
Silendi loquendique præceptores, quinam. 466,48
Silentium in gentium ſacris indici & præſtari ſolitum. 466,46
Silentio vtilius quid. 591,1
Simeon θεοδόχος. 141,51
Simeon, τὸ σωτήριον *amplectens, de eo quod Ezechias Rex ſibi negatum querebatur gloriatus eſt.* 141,47
Simeon ſenex & Simeon Iuſtus. 555,35,36
Similis, ἰσόψυχος. 479,28,34
Similia ab interprete bono conferenda. 248,51
Similium natura & communicatio. 328,49
Simplicia pro compoſitis. 152,29. 156,1
Simplicitas accidentium. 771,42. 773,17.774,16
Simplicitas cordis, virtus ſponte donantium. 430,24
Simplicitas veterum commendata. 476,13
Simplicitatem & fidem veram ab initiatis requirebant veteres. 637,16
Simpulum. in ſimpulo fluctus excitare. 935,12
Sin & Zin, deſerta. 777,44,45, 50,51
Sina vepretum. 452,3,10.462,42
Sinai mons, tribunal Dei. 279,5
Sine nunc, ſine ſic. 22,1
Sinus in quem beatorum animæ deferuntur, à marino ſinu dici Nyſſenum voluiſſe. 182,2
Sionis filia, Sion. 679,11
Sionis habitatio, τὸ περιοσιόν. 908,1
Sionis incolumitas ac præſidia, ab imperfectionis genio naturaque aliena. 652,15,26
Sionis vocabulum & vſus ejus ad diſtinguendam Filii à Patre Perſonam. 555,45
Siræum, muſtum perenne. 269,22
Sire, vox Gallica, vnde. 158,25
Siticuloſum tempus. 882,18
Sitienti & ſalſas aquas bibenti, quis ſimilis. 217,36
Siue, ſin, ἀποτόμως *vſurpata.* 431, 32
Societatis coagulum, ſal. 115,20
Socrates, non, ille Socrates. 247, 26
Socratis Critica. 643,9
Socratis Philoſophia. 657,41
Sodomitarum in judicio ſors, ex Iudæorum opinione. 44,33
Sol, quia ſolus. 64,32,33. *vt Dominus cœli, quaſi ſolus Deus, inuocatus.* 714,16. *Mars.* 710,53. *Saturnus.* 714,44,52
Sol & Aurora, Chriſtus & Ioannes. 891,41
Sol quibus occidiſſe dicatur. 138,44. 715,20
Solis ignis, flamma. 918,27
Solis parentes. 714,35,37. *ſalutatio, Adoni.* 601,12.714,9,39
Solem Orientem adorare. 809,33
Solarium & δῶμα, *an eadem.* 152, 34
Solea & ſandalium. 102,14,16
Solea batuere, ῥαπίζειν. 941,15
Soleis Dominus vtrum vſus, an calceis. 102,12,31
Solemnitatum ac feſtorum Euangelia. 822,9
Solium, πύελος, ἀσάμινθος. 886, 27
Solœciſmus quantum crimen. 684, 9,23
Solomo, typus Chriſti. 533,39,45
Solonis dictum ad Crœſum, Quod habent, natura habent. 33,16
Solum cœleſte Deorum. 873,48
Solus, an excludat Filium. 64,17, 28
Somnium matronæ, ἀκατακάλυπτον *vel* ἀσκέπαστον *ſe ſomniantis, quid ſomniorum ſignificarit interpretibus.* 391,52
Somnia, ὀνειρώξεις. 627,50
Somnia cœleſtia, pars Prophetiæ. 372,44
Somniantes vigilando. 627,26
Somniatores, ἐνυπνιαζόμενοι. 627, 40.628,7
Somnus & inſomnium. 627,14
Sonus, Echo. 166,9,10
Sophi Hebræorum & Orientis. 8,28
Sophi, qui parabolas & ſcite dicta loquuntur. 106,15
Sophiſtæ notati. 833,2
Sopor, ἔκστασις. 288,28,29
Soror Filii Dei, creatura dicta. 761, 24

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Sorti, juxta præceptum Dominicum, an aſſcribendum aliquid. 173,45
Sot Gallicum, vnde dictum. 105,41
Sotadea Poëſis. 697,1
Species quid quibuſdam. 425,25,30,34,35
Species pro genere. 754,23
Species per genus an explicanda nude. 943,2
Species inanium, φαντασία. 322,27
Species & figura, oppoſita Auguſtino. 875,22
Species & res, oppoſita. 322,33. 525,46
Spectrum, φόβος νυκτερινός. 110,42,43
Spectra, imagines, dæmonia, φαντάσματα, ἰνδάλματα. 103,21
Speculatorum ager. 11,6
In ſpeculi vſu duo conſideranda. 589,22
Spelunca & foſſa ſepulcrorum. 957,29
Spes, hypoſtaſis. 320,23,25
Spes ſalutis, Chriſtus. 484,23
Spes & expectatio. 138,40
Spiritualia curantes, in cœlis agere dicuntur, quum ipſi adhuc ſint in terris. 484,20
Spiritus, anima, homo ipſe, à potiori. 456,22
Spiritus, cogitatio, imaginatio. 160,13,14
Spiritus, de voluntate. 160,11
Spiritus אוב. 8,46
Spiritus peccati, τῆς ἐπιθυμίας, ſeu innatæ corruptionis noſtræ. 594,12,19
Spiritus impurus, Dei lorarius. 390,41
Spiritus carnis & juſtitiæ, an opponantur. 455,51
Spiritus alius ab eo quo præditi Apoſtoli, quis. 435,46
Spiritus, non, ille Spiritus. 246,32,34,35. 247,2
Spiritus Sanctus ex Patre Filioque procedit. 386,46. 787,28. è Patre ſolo quibus procedere dictus. 686,14. φῶς ἐκ φωτὸς προελθὸν ἐκπορευτῶς. 736,12. digitus Dei, cui. 541,2. Spiritus Chriſti Filii Dei. 605,51. qui per Enochum Sanctoſque, ſpiritibus τοῖς ἐν φυλακῇ νῦν, olim prædicauit. 605,29,43,51. 606,6,19. hypocritarum ac pſeudoprophetarum caput non eſſe. 395,28. an Chriſti frater. 761,21. ab ipſa veritate commendatus. 386,38, quandonam detur. 311,24. donum conſtans & perpetuum. 785,30
Spiritus autor verbi Prophetici & Apoſtolici vnus. 361,7
Spiritus Propheticus, vel Prophetiæ, Spiritus Sanctus. 862,14. manus Dei. 786,34
Spiritus Dei, δήλωσις. 597,40. ſolus veritatis fax. 825,15
Spiritus Dei, & Spiritus Patris. 915,45. 916,22. 928,20
Spiritum Dei mœrore offendi nimio, hilares autem comitari. 466,33,38
Spiritus Sancti præſentia, שכינה. 137,35. ἐν τῇ μνήσει τοῦ λόγου τοῦ ἐμφύτου ἀκοῇ. 892,7. æterna ſcientia, audientia, λῆψις. 931,41,49. attributum proprium. διακελικόν. 780,19. 792,42. 793,27,29. proprietates, proceſſio, διαμονή. 622,10. 731,30. 786,12. 915,45. 916,22. dona δαψιλῶς ἐκχεόμενα. 689,9
Spiritus Prophetici inuaſio, quibus verbis expreſſa. 861,50
Spiritu & Veritate, pro, in Spiritu & Veritate, interpreti. 248,29
Spiritu abſque nulla vox. 399,53. 401,22
Spiritus, accentus, diſtinctiones, à veteribus plerumque omiſſa. 117,41
Spirituum varia nomina. 546,4
Splendor præſentiæ Dei vel majeſtatis, miracula. 212,6,11,12,20
Sponſa quare obnubi ſolita. 391,52
Sponſores & reſponſores. 420,4
Spontaneum & violentum. 467,42
Sponte donantium virtus, qualis. 430,6,21,37,38
Sponte peccantes, quinam. 594,40
Stabularius, Paulus Apoſtolus. 164,17,18
Stabulum quid. 164,15
Stare & conſiſtere in judicio. 44,37
Statua conſilii, Loti vxor. 183,49
Status, forma. 568,27
Stellæ in montibus ſalutatæ veteribus. 713,33
Stellæ, Doctores Eccleſiæ, cui. 541,2,3
Stellatus guttis ſtellio. 755,7
Sternacium hominum ſuſpiria. 770,11
Stigmatici ſerui. 517,4
Stimulatio, παροξυσμός. 304,33
Stoici, Chriſtiani nominis hoſtes. 307,19,22. Platonis traduces. 653,35. laudati. 795,4
Stoicorum Dialectica vel Logica. 653,37. veſtis. 765,46
Stola, vox iiſdem prope literis Chaldæis vſitata. 766,23,24
Stola, quam ante peccatum geſſimus. 179,47
Stringere frondes, & putare. 930,15
Studia Sacra vti tractanda. 831,20
Studiorum legere micas, quadrans viduæ paupérculæ. 636,4
Stultus omnis inſanit. 659,43
Stulti cornu, impudentia. 597,22
Stupor & admiratio, majeſtatis propria & comites. 35,48,49
Stupri ſpecies quot. 379,6,7
Stylo ſcribere, vbi vetitum. 937,41
Suauitates palatum ejus. 725,10
Subdiale pauimentum. 153,10
Subditicii, ἐγκάθετοι. 188,33
Subjectum, ſubſtantia. 723,11
Subito migrare, ἀποσκηνοῦν. 210,24.25
Sublunare hoc νείκους καὶ φύσεως τόπος. 357,15
Subminiſter Patris in creatione, Filius, Ario. 695,3,9
Subminiſtrare Epiſtolam, & an bene dictum. 423,36
Submiſſus, pro demiſſus. 285,49
Subſellii & tribunalis jus. 943,42
Subſellia neque occupat nec ſibi vindicat Eccleſia. 381,21
Subſtantia, ſubjectum. 723,11
Subſtantia, temporis præſentis. 570,8
Subſtantiæ primæ, indiuidua. 247,16
Subſtantiarum diuiſio. 723,19,36,40
Subtegulaneum pauimentum. 153,17
Subucula, ἐπενδύτης. 960,21,42,49
Succa, ſcena. 835,51,52. 836,2
Succida lana, οἴσυπος. 951,1,4,18
Succus purpuræ, Nonno κόχλου αἷμα. 947,2
Sui, οἱ νεκροί. 408,30
Sultanorum vox vnde. 35,30
Sumere in vxorem, ſumere in virum, circuitiones matrimonii. 512,23
Summa genera Ariſtotelis ac Stoicorum quot. 724,5,10
Summularii notati. 663,36
Summus, pro ſummate. 851,40
Supellex eruditionis, linguæ. 652,4
Supererogatio de qua Fulgentius. 164 34,42
Superflua, inepta. 721,9

Super-

Superſtites, ζωογονούμενοι. 279,3
Superſtitio & religio. 336,34,35
Superſtitio, pietas cum ambitione. 636,26
Superſtitiones Græcas, ex Oriente, profluxiſſe. 670,12
Superſtitio Phariſæorum notata. 887,49
Superſtitionis & hypocriſeos ingenium idem. 494,35
Superſtitionum olim haud minus fuiſſe quam nunc. 160,50
Supplementa neceſſaria. 431,37,50
Supplementa inutilia interpretibus vitanda. 405,19
Supplices libelli quomodo admittantur. 825,42
Supplicio addictis quænam conceſſa libertas. 69,17
Supplicia tria & pœnæ maxime horrendæ. 626,41
Suppliciorum ratio apud Iudæos. 936,44. 938,10
Suppoſititii, ὑποβολιμαῖοι. 188,33
Supputatio dierum. 860,45
Supputatores Maſorethæ. 650,35
Supra littus, pro, in littore, & an recte. 95,38
Surrecta, pro erecta, reſtituta. 202,36
Surſum, pro, ſupra, vel, in alto, & an recte. 495,26
Surſum corda, & ejus vſus. 170,31
Suſcitare nomen defuncti. 408,12
Suſpenſis viſcerum an conueniat effuſio. 263,33
Suſpenſo animo eſſe, an μετεωρίζεσθαι. 170,25
Suſpicionem quæ ex ambiguitate naſcitur Poëtæ Sacro vitandam. 788,15
Suſpiciones & conjecturæ Criticorum in emendandis textibus. 645,41. 646,6
Suſpiria ceruicum humiliatarum & ſternacium hominum. 770,11
Suſtinere infirmitatem, οἰκειοῦν τὴν ἀσθένειαν. 297,7
Sycophantæ & Critici diſcrepantia. 697,39. 698,2
Sycophantæ, qui. 500,38
Syene. 712,36
Symmachus, ſemichriſtianus. 662,30
Synagoga & proſeucha. 305,40
Synagoga & templum, confuſa. 816,1. 906,23
Synagogæ vox & vſus. 94,11. 95,7
Synedrium Iudæorum quomodo defecerit. 330,15,16
Synedrii vox an in tranſlationibus mutanda. 93,30. 95,4
Syneſius Epiſcopus de reſurrectione dubitans. 683,5
Syra Hebræa lingua dicta, & an viciſſim. 791,46
Syræ linguæ defectus. 335,45
Syrophœniſſa, Ἑλληνὶς, τῇ θρησκείᾳ, nempe. 296,21
Syrophœniſſæ etymon fictum. 284,45
Syria Oriens. 9,45
Syri & Chaldæi, Græcis, Latinis aliiſque vocibus vſi. 916,41. 917,35,40,42. 920,1
Syros moleſte Græcorum efferre nomen. 296,23
Syri, πλατυάζοντες. 944,4
Syrorum montes. 10,30

T.

T*Abella, ἐν ᾗ ἡ γραφή, titulus.* pag. 945. lin. 35,36
Tabernaculum teſtimonii ſingulos repræſentaſſe colores quibuſdam. 774,17
Tabernacula, σκηναί. 767,27,29
Tabernæ tres. 330,35
Tabula prima non neglecta à Domino, vbi de ſecunda agit. 63,45. 64,3,42
Tabulæ in Lege prioris, neglecta altera, cultum vanum. 453,37,50
Tacere interrogatum, negare eſſe. 800,29
Talionis jus. 29,45
Talmudis tractatus Eliæ quot. 65,39,40
Tatiani fraus ἀγωγὴ κυβευτικὴ Epiphanio dicta. 465,27
Tautologia an quandoque excuſanda. 214,19
Technicus & tiro. 652,25
Technici Grammatici ad diſciplinas à Stoicis non admiſſi. 654,4
Tectum, tutiſſima ædium pars. 152,32,38
Tectum conſcendere. 152,50
Tecta in Oriente qualia. 153,18
Tecupha Hebræorum. 752,13
Tegulæ æneæ. 153,18
Tegulas eximere. 153,21
Telum quale, πελτόν. 953,14
Tempeſtas diei, pars diei. 944,24
Templum & Synagoga, confuſa. 816,1, 906,23
Templum, in Chriſti œconomia, ad aſtruendam diuinitatem relatum. 216,13
Templum Vetus & Nouum. 462,2,19,45
Templi exercitus. 789,41
Templi Hieroſolymitani ſplendor. 775,7,22
Templo reſtaurando fabri. 51,37
Templa Spiritus, fideles. 786,43,46
Tempus, creatura. 532,49,52
Tempus & tempus. 259,52
Tempus ante lucem. 127,47
Tempus ſiticuloſum. 882,18
Tempus vitæ, quo ſumus, עולם הזה. 358,28. καιρὸς οὗτος. 382,44
Temporis minimum, in Hebræorum jure, quodnam. 162,16
Temporis nouiſſimi καιροὺς ſcrutari, curioſorum. 505,5
Tempora Legis & fidei diſcernenda. 57,6
Tempora, ſeu ſæcula, Hebræorum duo, præſens, & futurum. 358,16
Tempora Seruatoris tria, τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας, reſurrectionis, & aſcenſionis. 259,10
Temporibus illis, pro ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, quibuſdam poſitum. 19,5
Temporibus illis, &, χρόνοις αἰωνίοις. 369,24,26
Temporibus priſcis, antiquis, antehac, olim. 369,19,23
Temporibus tribus omnia contineri. 570,5
Tendendi vox. 210,17
Tenebrarum vincti, Gigantes. 604,44
Tentoria peregrinantium hoſpitumque. 482,35. *Nomadicorum.* 767,22
Tenue, λεπτουφές. 766,48
Thenupha & theruma, eorumque applicatio. 461,29
Tephillin Iudæorum ex membranis, in quibus tephillin, id eſt, precationes, vt & ſuperſtitioſas Legis ab ipſis contractæ ſectiones, deſcribebant, capitique atque manibus appendebant. 119,16. 120,1,9,10
Terentius Comicus, vt humanæ vitæ morumque præcipuus delineator, commendatur. 501,15
Terentius Ruſus. Vide, Rufus Tyrannus.
Terminus διανοίας, ſoph-paſuc. 818,53
Terra, quæ nondum terra. 782,50
Terra, ex aqua & in aqua ſubſiſtens. 616,14
Terra an eadem, quæ diluuii aquis obruta, & quæ primum erat, quæque hodie. 614,19,20, 615,18
Terra, χώρα. 763,26,29,34

Terra, homines. 178,49
Terræ ſtatus in diluuio, & poſt illud. 614,38
Terrere, agitare, πνίγειν. 62,33
Terroris & majeſtatis ſigna. 77, 27,35
Tertia verbi actiui pluralis, Helleniſtice pro paſſivo. 930,25
Theruma & Thenupha, eorumque applicatio. 461,29
Teſtaceum pauimentum. 153,5,7,39
Teſtæ, vrnæ mortuorum, ex quauis materia. 217,29,30
Teſtamentum Vetus in Nouo reuelatum, Nouum in Veteri velatum. 442,14
Teſtimonium, doctrina crucis, Euangelii doctrina. 510,34
Teſtimonium Patris & Filii. 510,14
Teſtimonia Diuina cum tonitru conjuncta. 830,47. 831,5
Tetralogiæ Platonicæ & Tragœdiarum. 651,3
Tetraplum Origenis. 796,11,15,31
Tetricus & triſtis, & an differant. 204,41
Textus ſacer, ejuſque emendationes Critico quæ tractandæ. 645, 43. 646,5. 675,16,37. receptus temere non mutandus. 54,46. 68, 25. 380,32. 598,24. 626,13, 14. 912,31. 951,45. ad ejus mutationem quando deuenire liceat. 459,19. 577,52. eum corrumpendi audacia notatur. 67, 31. 68,25. de corruptelis ejus judicium. 675,18. hæ vnde. 797,9. ex hæretica malignitate. 475,13
Textus à corruptela vindicatus. 74, 28,33. 81,37. 87,7,47. 89,22. 98,3. 104,51. 110,28. 115,2,5, 10. 116,16,21. 117,39. 123,29. 125,9. 127,45. 136,38. 155,45. 165,43. 167,43. 171,13,18. 174, 9. 177,8. 178,4. 277,16,24, 31,36,37. 293,30. 341,12. 356, 39. 380,31. 381,41. 403,47. 404,25. 480,43,46. 484,50. 499,35. 542,32. 550,39. 551,1, 13,16. 553,41,50. 591,41,53. 593,7. 595,29. 602,8,39. 611, 35. 630,20,31,34. 645,34. 666,19. 732,43. 912,35,36. 919,16. 951,31
Textus à mala diſtinctione liberatus. 27,30. 34,38. 36,33,35. 38, 2,33. 90,33,38,51. 101,15,41. 113,35,51. 140,31. 145,38. 146, 43. 147,9. 163,23,31. 186,2,6. 189,37. 198,12,16. 208,32. 216,35. 224,35. 236,7,19. 239,29. 250,1. 268,10. 270,31. 272,12. 287,50. 289,32. 298, 31. 309,29. 329,30. 333,45. 343,36. 351,35. 359,5,9. 366, 18. 372,4. 373,50. 374,2. 382, 47. 383,4. 389,47. 397,20. 403,30. 405,13,17. 431,51. 443,24. 450,38. 454,45. 459, 28. 463,34,41. 476,53. 480, 43,46. 489,31. 505,36,38. 506,16,18,42. 515,18,21. 518, 35,36. 520,42. 524,6. 535,11. 542,17. 545,1,5. 547,14,50. 548,6,7. 563,38. 567,47. 578, 2. 592,19. 594,47. 595,4. 613, 39. 629,27. 630,17,34. 846,45
Textus ab ambiguitate vindicatus. 134,30
Textus Græcus Antiqui Fœderis, notis quibuſdam ab Origene diſtinctus. 276,23
Textus Latini in quibuſdam olim diſcrepantia. 157,7
Thalamus, ἐνανθρώπησις, & an σκηνὴ, vel σκήνωσις. 213,32
Thammuz, Adonis, Oſiris. 704,2, 11,13,15,23,38. Sabaſius, Indorum domitor, ebrioſus. 705, 25. Baſſareus. 707,37
Tharſenſis fœminarum cultus. 392, 19
Tharſenſium præſtantia. 315,19
Tharſus, Pauli patria. 392,18. vrbs libera, cui Antonius jus ciuitatis ex Auguſti mandato contulit. 317,45
Theatrum, turba ſpectans. 312,44
Theatra fabularum impietatis antiquæ. 640,40
Theatrorum tutor, Bacchus. 642,10
Thebaïs, Aegypti regio, Aethiopiæ contermina. 712,36
Thebarum etymon, conditorq; Cadmus. 703,27
Thelodiues, thelo humilis, & thelon humilis, theloſapiens. 493,20,21
Themide incolumi, nullus Legibus locus. 854,49
Themiſtocles Perſicam addiſcit linguam. 652,33
Theodorus Mopſueſtiæ, præceptor Origenis, hæreticus. 627,48
Theodotio, ſemichriſtianus. 662,30
Theologia Ethnicorum, Μυθική. 639,14,15. ſapientia prima. 648,6. mere poëtica. 649,36. ſcientiarum princeps. 698,36. ſimpliciſſima, quæ minimum à litera recedit. 122,21,22
Theologia de Filio Dei. 509,26
Theologia ἀνάρμοστος. 46,43. ἄκαιρος. 225,30
Theologiæ ſtudium quam auguſtum, & quorum. 826,27
Theologiæ maximum ſubſidium, linguarum inſtrumentum. 651,10. 652,2
Theologus, poſſeſſionis ſuæ terminos ſine Grammaticis vindicare non poteſt. 276,2
Theologi antiquitatis, quales. 699, 28
Theologi dogmatici. 699,21
Theologi Leidenſes laudati. 699,29
Theologorum antiquiſſimi, quales Critici. 644,31
Theophilus in proœmio Euangelii ſecundum Lucam, quis. 134,14,38
Theriſtrum, maphorium. 392,10
Theſſali, Ἕλλωες. 899,2
Theudas & Iudas Galilæus. 273,41
Thomas, an διώνυμος. 914,19. 927,2,34
Thraſones, θρασεῖς. 762,43
Thronus Satanæ & thronus Chriſti. 379,20
Thyades vnde dictæ. 756,21
Thyades, Bacchæ ſacerdotes. 707, 10,19,26
Thyrſus, חרוה. 706,42
Tiberius, lutum ſanguine maceratum. 725,1. vulpecula. 945,15
Tibiatim calceati Iudæi. 744,26
Tinctio, κατήχησις. 311,38
Tirocinium, ἀρχή. 562,45. 563,1
Tirocinia auditorum. 487,29
Tiro, ἀρχάριος. 562,46. 563,1
Tiro & technicus, quinam. 652,25
Tirones, catechumeni, nouicii. 487, 21
Titanes, θεομάχοι. 604,18
Titius, non, ille Titius. 245,4
Titius, Seius, Romanorum indiuidua ἀδελφά. 725,45
Titulus, ἐν ᾧ ἡ γραφὴ, tabella. 945,35
Titulus crucis cur fuerit trilinguis. 791,10
Titulus tripictus crucis. 791,48
Tituli quomodo concipi ſoliti. 455,20
Tituli Euangeliorum ex miraculis confici ſoliti apud veteres. 821, 24
Tituli apud veteres capitibus majores. 821,5
Tituli & capita. 822,47
Tituli in abſtracto adulatorii, quomodo paullatim in compellationibus irrepſerint. 455,53
Titus imperator. Vide, Rufus Tyrannus.
Tmema, caput. 818,50

Tobiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Tobiæ liber ἑβραΐζων. 846,53
Tolle ex oculis tuis trabem, Rabbinorum dictum. 34,24
Tonderi κυκληδόν. 749,4,5,8. σφαιρηδόν. 749,19
Tonderi matronas, in luctu mos olim. 391,44
Tonitru de majeſtate Diuina. 830, 29,36,47. vox Dei. 922,5. vocis filia. 922,6,9,32,45,48
Tonitrua Ioannis Euangeliſtæ. 242, 40
Tophet, & Figuli ager. 262,53, 263,1
Tophet mors dicta. 86,18
Tormina, verminantium quoque. 291,23,24
Totaphot, Iudæis in ſuperſtitioſa legis contractione quidnam. 120,3
Tractare, docere, ἐξερδυνᾶν, ἐξετάζειν. 396,45,51
Tractatores, διδάσκαλοι, magiſtri. 396,33
Tractatus, διδασκαλία, ζήτησις. 396,41,52
Tradere & prodere, an differant. 191,2
Tragicis Poëtis quænam vſitata. 834,50
Tragicorum & Comicorum commiſſiones. 643,23
Tragœdia Poëma lachrymoſum. 704,5
Tragœdia & Mimus. 660,12
Tragœdiæ Baccho ſacræ. 706,3
Trahere fœminas. 387,48
Trajani tempore, quis Eccleſiæ ſtatus. 625,12
Trajanopolis, Ciliciæ colonia. 318, 16
Tramites. 128,38
Tranſactio litis inter partes, quibuſnam haud fas habita. 172,19
Transfuga, μεθανάστης. 786,23
Transferre montes, de quibus vſurpatum. 61,23,37
Transfugæ, nephilim. 604,6
Tranſitus pedis, Cedron torrens. 789,31
Tranſpoſitiones vel trajectiones in ſcribendo, quam vſitatæ. & quibuſnam. 237,30. exempla. 26,31. 68,6,25. 226,31. 249,32. 338, 41. 421,47. 438,50. 439,9. 442,26. 460,33,36. 462,22. 23. 472,52. 506,20. 553,21. 570,21,22,25,26. 610,22
Tranſpoſitiones falſæ. 534,29. 535,8. non neceſſariæ interpreti vitandæ. 403,21. quales notantur. 612, 38,50. 613,28. 625,52
Tremor & metus ibi, vbi majeſtas. 580,31
Tremorum genera. 306,24,27, 28
Tres collegium faciunt. 62,29
Tres, vnum. 928,17
Triariorum prœlium in controuerſiis noſtra tempeſtate. 680,10
Tribades ἄρρητοι. 347,10,11
Tribulare, quid in re Ruſtica apud Romanos. 96,18
Tribunal & ſubſellium. 943,42
Tribus, pro gente. 805,37
Tribus Leui, quæ decimatertia, num ab Apoſtolis judicanda. 404,2
Trinacrius, Elymus. 293,48
Trinitas Sacroſancta, τελεστήριον. 848,50. 849,25. κυριολογουμένη. 372,17,26,27,29
Trinitatis myſterium. 186,18,28. aſſertio. 386,41. 723.37
Trinitatem an admiſerit Arius. 693,10,18
Tripictus titulus crucis. 791,48
Triplicatio, exceptio. 339,31
Tripudium pro feſto. 805,44
Tripudium & cantus, epularum ἀναθήματα. 358,6,7
Tripudium ſoniuium. 306,35
Triſtis & tetricus, quantum differant. 204,41
Triuiale dicendi genus à Criticis notandum. 682,15
Triumphale fœminarum in Saulis contumeliam accinentium Dauidi, quo carminis genere conceptum. 783,52
Triumphat, triumphare facit. 422, 46
Troas, Romanorum colonia. 313,42
Tropice omnia exponere, quam periculoſum. 413,39,50
Tuba, quale ſignum. 77,35. majeſtatis ac terroris indicium. 77, 36. ὄργανον ἰσχυρόν. 77,44
Tubæ poſtremæ dies. 77,40
Tumor à granditate orationis diſcernendus. 722,16
Tumor animi, quantopere proficientibus obſtet. 579,21,32
Tumultus & concurſus. 337,21, 22
Tunica talaris Chriſti & Aaronis. 946,4,5
Tunica πολύῤῥαφος. 38,52. πολυκέντητος. 38,53. 39,9,10
Turma, ala, ἴλη. 840,33
Turnus, tyrannus, טורנס. 312,17
Turpis, impurus. 468,6
Turpitudo in verbis rebuſque. 647, 53. 468,7,8
Typus & veritas inter legendum diligenter diſtinguenda. 533,50
Typus veritate impletur. 15,35. 16, 35,36
Tyrannus, quis. 352,42,43

V.

Vacantini hæretici, Meſſaliani, Euchitæ. pag 734. lin. 44
Vade in pace. 958,47
Væ tibi, qui non diſtinguis inter bonum malumque, cujuſnam dicti in Gemara interpretatio. 43, 34
Vagabundus. Vide, Erro.
Valedicere, an idem quod renunciare. 161,18,29. 178,23,24
Valetudinaria, στοαί. 885,47,48
Vallis occiſorum. 85,45
Vallis cædis, Tophet, Gehinnom, infernum. 263,4,5
Vaneſcere, nautarum. 325,50
Vanitas & applauſus, condimenta ſcenæ. 825,29
Vanitatis paſtor, σὺκ ὢν ποιμὴν. 908,26,27
Varronianæ quæ Comœdiæ Plauti dictæ. 681,3
Vaſe demiſſo & ſummiſſo. 326,37
Vaſtator Angelus. 390,39
Velle, θέλειν, ſtatuere. 615,8
Vellicare Sacras Scripturas, blaſphemorum eſſe. 676,29
Velum in naui ſubducitur, contrahitur, legitur, demittitur, tollitur. 326,41
Velis ſummiſſis ferri. 326,42
Ven. Vide, Venus.
Venenum ſerpentis, peccatum. 356, 12
Venereæ voluptates omnium primæ. 470,10
Venia, εἰρήνη. 290,47
Venire Hebræis, quid. 43,42
Venire per tegulas. 153,37,38
Venter, Ϝέντερον. 714,1
Venter, Deus guloſi. 470,5
Ventus & aura, an idem. 329,13
Venti ortus. 266,27
Venti in vtre colligati. 817,23
Ventilare, ἀέρα δέρειν. 389,11
Ventura mentis agitatione citius, quænam. apud Gemariſtas. 77,5
Venus & origo nominis. 713,53. 714,2. Deus. 714,4. Byblia, Adonidis conjux. 601,10. Libanitis. 713,30. terminatione & barba maſcula antiquis. 714,3. mentem nihilque magis tollere. 286,15

Vepre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Vepretum Sinæ. 462,42
Verbum alteri è nominibus tantum reſpondens. 517,20
Verbum, aut ejus loco interdum nomen appoſitum. 726,8
Verbum pro participio, κατ' ἐναλλαγὴν τοῦ ἀληθείας. 630,45, 48
Verbum meum, ἡ ψυχή μου. 428, 33,35
Verbum, ordinatio diuina ſuper mannæ nutrimento. 22, 45, 46
Verbum an Sermo, vtrum in translatione τοῦ λόγου præſtet. 247, 42
Verbum Deus. 677,3
Verbum Filius. 927.46
Verbum Iehouæ, id eſt, Iehoua. 243, 17. 245,15. Vide, Sermo.
Verbum Dei, nomen glorioſum. 849, 47
Verbum ac vox Dei, diuinæ præſentiæ ac majeſtatis teſtis. 922, 14, 21
Verbum Dei, Meſſias. 464,40
Verbum Dei, Propheta ille. 858,30
Verbum Dei, ſapientia Sacra. 559, 45
Verbum Domini, Chaldæ Chriſtus. 923,43. 924,8
Verbum Deus quid aſſumpſerit. 213,6
Verbum, Dei Filius incarnatus, verus character gloriæque imago, in qua videndum ſe exhibuit Deus. 855,29
Verbum & homo, anima & caro. 544,37
Verbum Domini ab Eccleſia inuocatum, Chaldæis quoque teſtibus. 733,41
Verbum Dei, duobus Teſtamentis bis acutus enſis. 630,52
Verbum προφορικὸν, ſine quo voluntas Dei cognoſci non poteſt. 538,20
Verbum Dei, tunc eſt λόγος ἔμφυτος, quando ſine vllo interpretum fuco, nec corruptum, proponitur. 589,6
Verbum auditum tantum, nec ſemper, perit. 892,5
Verbum Dei ſcriptum, θεόπνευστον καὶ αὐτάρκες. 157,4
Verbum ſcriptum, an καρδιογνώστης. 558,46. 559,16
Verbum Dei quomodo tractandum. 825,15
Verbi Dei inconueniens tractatio, atheiſmo proxima. 675,43
Verbi Dei majeſtas vel præſentia. 786,28,31
Verbi ſcripti majeſtas nil ex oratorum arte habet. 830,4
Verbi Dei vox ad Adamum ſeſe occultantem. 866,27
Verba imperfecte vſurpata, quænam. 158,2,10
Verba prima pro integro libro, vel loco, aut Pſalmo. 90,21,22
Verba & voces ſingularum ſcientiarum cum ipſis ſcientiis ab aliarum vocibus diſcernendæ. 655,10
Verborum, ſeu colloquii, occaſio. 880,9
Verborum compoſitio vilis à Criticis notanda. 682,6
Verborum ſcientia Dialectico aſſignata. 654,2
Verborum abſque rebus velitationes notatæ. 659,3. 806,48
Verboſitas, πολυλογία. 30,21
Veritas, artis Criticæ finis, & quomodo eruenda. 681,33. 697,13. 698,30. 702,29. vbi ſpectatur, non ſemper & vbique ſeries vel ordo attenditur. 76,10
Veritas vbi, ibi veritatis ἑδραίωμα in Deo & verbo Dei. 515,19,20
Veritas in Deo, primariæ proprietatis. 421,7
Veritas & Fides. 570,10,11
Veritas & Lex, oppoſita. 514,24
Veritas & miſericordia, majeſtatis notæ. &, quales notæ, talis & majeſtas. 851,13
Veritas & figura, ſiue typus, oppoſita Auguſtino. 875,25. quæ inter legendum diligenter diſtinguenda. 533,50
Veritas & mendacium, duabus contineri ſyllabis. 657,34
Veritatis opera, quæ Helleniſtæ juſtitias dicunt. 216,46
Veritatis via, affirmatio & negatio categorica. 657,40
Verminantium, vel vermiculantium tormina, de fœminis. 291,23,24
Vermina, στρόφοι. 291,26
Vermis, Seruator. 541,25. 544,43. 549,33
Vermes, hominis expectatio. 541,28
Verniles, μικροχαρεῖς, notandi Criticis. 681,41,42
Vero vinci. 289,6
Verſus cauſſa quorumdam licentia excuſabilis. 794,11
Verſus in Nonno alieni. 902,46
Verſus ſeptenarii Hebræis ſponte nati. 783,49. Vide, Iambus.
Verſuum omnium breuiſſimus, in Sacra Scriptura. 820,8. 914,25
Verſus integer ab hæreticis ex Epiſtola Ioannis prima deletus. 552, 25
Verſus biblicus. 819,1
Verſuum diſtinctio in Veteri Fœdere. 549, 46. Maſoretharum diligentia. 650,43
Verſuum, verſiculorum, ſeu commatum, in Nouo Fœdere diſtinctio. 818,40. 819,46
Verſuum noſtrorum & Hieronymi, diſcrepantia. 349,10
Verſuum ſuperſtitio tollenda. 823,1
Verſuum tranſpoſitio. 382,24. 518, 53. 519,1
Verſuum diſtinctio emendata. 450, 38. 489,31,34. 599,3. recens. 34,42. quid effecerit. 208, 28. notata. 463,25,34,41. 510,30. 524,6. 578,38. 592,20. 613,39. 630,15,40
Verum, id eſt, conueniens, rectum. 249,4,5
Verum & falſum, ſcopus interpretationis primæ, ſiue axiomaticæ, vt & attributorum. 725,21. 727, 16
Verutum & pilum. 953,29
Veſpera, pars diei tertia, δείλη. 944,41
Veſperæ tempus. 944,25,53
Veſtibulum, πρόθυρον. 128,30,46
Veſtimentum πολύρραφον. 39,17
Veſtire herbam, veſtire coccino. 33, 23
Veſtis ἀσκητικὴ καὶ μετανοητική. 766,41
Veſtis Babylonica. 765,18. 766,20, 22,43
Veſtis Chriſti, veſtis alba baptizatorum. 196,16
Veſtis Ioannis Baptiſtæ, cur ex camelipilis. 284,41
Veſtem apprehendendi mos in contractibus. 310,21
Veſtes ſternere, Iudæorum in Regibus creandis mos. 66,21
Veterani milites, κουστωδία. 144, 43
Veteres non raro à litera recedunt. 122,23
Veterum licentia in mutando Fœderis Antiqui contextu. 348, 42. 645,43. 646,5
Veterum in diſcendis ac docendis diſciplinis ſtudium, judicium, induſtria, diligentia. 639,1
Veterum familias à Diis originem traxiſſe Græcis mendacibus dici. 705,10

Vete-

Veteribus quæ diu vſurpata, haud temere mutanda. 164,42,43
Vetus quomodo dici poßit nouum. 622,39. 623,3,25
Vexillum majeſtatis. 77,18
Vexillum, ςαυρός. 875,36
Via qua ad ſcientias & diſciplinas peruenitur. 654,6,29. & ad culmen ſcribendi judicandique. 683,21
Via impiorum peribit, contra reſurrectionem impiorum. 322,9
Vicarius Regis, βασιλήϊος ἀνήρ. 884,14,16
Vicini τῶν ἀνεςίων nulli. 906,17
Vicinitas æqualitatem tollit. 779,31
Victima meretricis, πορνεία. 303,38,47,48. 304,4
Victima pro peccatis offerenda, corpus Ieſu Chriſti. 568,41
Victima & libatio. 769,32,35
Victimæ oblatæ quid denotarint. 543,29
Victimæ Patrum quo in monte mactatæ. 881,22
Videndi τὸ σωτήριον cupidi Patres. inter quos & Ezechias & Simeon. 141,44,46
Videntes, Prophetæ. 227,31
Videri & eſſe. 802,33,35
Videri ſibi, & non eſſe, eſſe, & non videri ſibi. 590,10,22,27
Videre fœda & audire, vtrum tolerabilius. 613,4
Videre, κατανοεῖν. 278,31
Vidi, &, viſum eſt mihi. 267,12,13
Vigilando ſomniantes. 627,26
Vigiles Eccleſiæ. 393,43
Vigiliæ, noctis partes. 505,17
Viles & ſecundarii medicorum panes. 216,23
Vilitas, ἀσέλγεια, נבלה. ἀφροσύνη, ἄσχημον. 439,35,36
Vincti tenebrarum, Gigantes. 604,44
Vincla jugalia, conjugium. 512,31
Vinculum & junctura. 329,8
Vinculum, in quo detinebamur omnes, peccatum. 353,35. 354,2,8
Vindicare ſuum & ἁρπαγμὸν ἁρπάζειν, oppoſita. 478,30
Vindicta Deo commiſſa. 365,24. & magiſtratui. 366,19
Vindictæ ſtudium à Chriſtiano homine alienum. 365,16
Vinum & ſicera. 768, 13. vinum, Dei munus. 706,35. ἀπελίςατον, luctator doloſus. 579, 50. vetus quale. 154,16
Vinum & lac renatis in Eccleſiis Occidentis propinata. 374,17
Vini color proprius, quis. 773,35
Vini rubelli δύναμις. 752,44
Violari & coli. 336,41
Violentum & ſpontaneum. 467,42
Virgilius alter Homerus Hieronymo. 492,40
Virgilium nati pueri, qui ſimul & Deus eſſet, natalicium cantaſſe Ecloga quarta. 650,14
Virgo, non, illa Virgo. 247,7
Virgo, num γυνή. 43,7
Virgines & earum aliquot attributa. 294,30,38,41,43
Virginitatis votum quam antiquum. 577,3,25
Vir, caput mulieris. 393, 13. quomodo ſeductus. 511,9
Vir eunuchus. 286,5,6,24
Vir deſideriorum, Daniel. 762,28
Vir dolorum, Seruator. 544,43
Vir rixæ, ἀνὴρ ἀντιλογίας. 142,20
Viri caput Chriſtus. 393,12,13,16
Viri juſti officium, alienis abſtinere. 252,32
Viri boni & prudentis atque Ariſtarchi munus idem. 680,15
Viri תמיד, qui quotidie ordinantur. 31,43
Virtutem quæ Domino adfuit, perpetuam fuiſſe, quæ Prophetis, ad temporis menſuram reſtrictam à Deo. 152,17
Virtus & potentia, diuerſa. 345,41
Virtutis aditus, in familiaritate. 636, 12. fructus. 636, 13. proprium, laus & laudari poſſe. 667,21
Virtutes quomodo attribuantur Deo. 667,18
Virtutes Sacrarum literarum λεκτικὰς, non incruſtandas. 744,13
Virtutes Morales, & Eccleſiaſticæ, quare requirantur in Epiſcopo. 514,6
Virtutes Morales & infuſæ. 464,12
Virtutes & vitia, quomodo proximitate tegantur. 779,32
Virtutum obſeruatio ad Criticen pertinet. 681,34. 684,1. 697,21
Virtutibus vitiiſque magnam Apoſtolicæ doctrinæ occupari partem. 467,23
Vis & ſpecies oppoſita. 525,50
Vis diuina Angelus. 887,4
Viſio Dei. 855,15,18,39. 856,7,14
Viſio Dei, gloriæ Dei, majeſtatis Dei. 211,49,50
Viſio Patris & Filii. 929,22
Viſum eſt mihi, & vidi. 267,12,13
Viſus, aſpectus, ſpecies. 425,34
Viſus an ἰδέα. 98,40,44
Viſus & auditus, ſenſus præcipui & primi. 612,40
Vita humana, ſcena. 660, 1. vniuerſa, περιςαλική. 561,37. peſach, tranſitus. 170,52
Vita Chriſtianorum, ſecundum ſpiritum. 408,32. in Chriſto. 476,15
Vita gratiæ & gloriæ. 907,18
Vita æterna, τὸ περιασόν. 907,28,30. reſurrectio. 70,52. 71,3,28. 72, 7. cum fide incipere in hac vita. 673,40. refrigerium dicta & reſpiratio in ſæculo futuro. 272,42, 43. teſtimoniis Chaldæorum aſſerta. 826,37
Vitæ futuræ exſortes duum generum Iudæis. 390,7
Vitæ emendatio, vera reſipiſcentia. 179,33
Vitæ gratia in precatione. 603,14
Vitæ veræ munus, non nutrire, ſed viuificare. 734,31
Vitæ nouitas, perfectio Chriſtianorum. 745,27
Vitæ ratio, quantum ab educatione ac inſtitutione differat. 526,12
Vitæ ſymbolum, ſal. 115,20
Vitam reddere defunctis, ſolius Dei. 694,26
Vitare incommoda ita vt & ſuſpicio abſit, Sacro poëtæ quam neceſſarium. 788,15
Vitium, aut virtutem, non ab animi propoſito, ſed ab actu, habere nomen. 465,17
Vitium, Zoïlus. 725,5
Vitia præcipua quæ Criticis notanda. 680,7,12,16,36. 681,28,41. 682,5,10,17. 684,12
Vitia & virtutes, proximitate quomodo tegantur. 779,32
Vitia, idola. 470,3
Vitiorum obſeruationem ad Criticos ſpectare. 681, 3, 4, 35. 683,14. 684,1. 697,22. 698,24
Viuens ſemper, & futurus ſemper, ὁ ὢν καὶ ὁ ἐσόμενος. 72,41,50
Viuere, in viuis eſſe, μετέχειν τῆς ἀνθρωπίνης. 499,26
Viuere ἐπὶ ῥήματι Θεοῦ, quid. 23,6,7
Viuit Dominus, quomodo vſurpatum. 28,16
Vltimus quadrans, & de eo Auguſtini ſententia. 26,53

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Vlyſſes & Circe. 886,19
Vmbo, ὀμφός. 953,23
Vmbra & veritas,oppoſita. 514,24
Vnciales literæ. 455,5
Vnctio & coronatio regia, diſcernenda. 893,34. 900,12
Vngere, creare regem. 893,13
Vnguentum Syrum, βαρύτιμον *& Adonide Orientis idolo dignum habitum.* 79,19,20
Vnguentum, pro, vt vnguentum. 191,32
Vnguenti caput, id eſt, præſtantia. 920,7
Vnicus, vnigenitus, ἀγαπητός. 102, 43. *perfectus Deus.* 761,15. 762, 10,13
Vnigenitus in mundo, primus Adamus. 762,4
Vnio & κατατομὴ, *oppoſita.* 481,17
Vnionis teſſera, ſal. 115,16
Vnitas, æqualitas & fraternitas. 787,32
Vnitas Patris & Filii. 927,39
Vniuerſum, quid. 736,48
Vniuerſitas injuſtitiæ, ſcholaſticorum figmentum. 591,33
Vnus, Dei nomen. 64,32. 186,34, 35. *an excludat Filium Sanctumque Spiritum.* 64,17,28
Vocabularia. In iis barbara & ſimilia à cæteris diſtinguenda. 833, 12
Vocare, Dilecte. 202,10
Vocati & electi. 176,44,45
Vox ἔναρθρος *&* ἄναρθρος. 316, 44
Vox ſpiritu perficitur. 399,53
Voces μονήρεις. 481,47
Vox Dei, tonitru. 922,5
Vox Dei, teſtis majeſtatis & præſentiæ diuinæ. 922,14,21
Vox Patris, ὁ λόγος. 246,13
Vox, quæ in locum Prophetiæ ſucceßit. 291,3
Vocis filia. 317,5. *tonitru, cum oraculis.* 622,6,9,32,45,48
Vocis explicandæ loci, Stoicis quinam. 654,7,12,13,24
Vocem vnam duabus exponere, Helleniſtis & Hebræis vſitatum. 667,43
Vocem nullam, nullum eſſe nomen, cujus non exacta reddi poſſet ratio, exiſtimaſſe Stoicos. 654,8
Voces & verba cum ipſis ſcientiis ab aliarum vocibus diſcernenda. 655,10
Voces vſitatas ac receptas non temere mutandas. 761,4. 762,30
Vocum conſideratio, eruditionis principium. 795,9
Voces formare, quale opus. 426,1
Voculæ θεραπευτικαί. 689,33,43
Voces vicinæ & ad eas vſitatæ alluſiones in Sacris. 791,30
Volens, placens ſibi. 493,27,28
Volta parentum, Lucretio. 572,13
Volucres cœli, curioſi contemplatores hujus ſæculi, cui. 541,4
Volumen, corpus, μεμβράνα, φαιλόνη, σωμάτιον. 527,27,35
Volumen libri, liber. 569,3
Voluntas, ſpiritus. 160,11
Voluntas benefaciendi, benedictionis diuinæ pars. 416,42
Voluntas in Sacroſancta Trinitate, & de ea. 889,5,10
Voluntas Patris, Patris gloria. 891, 18
Voluntatem Dei ſine προφορικῷ *Dei verbo,* ἐμφύτῳ *nimirum cognoſci non poſſe.* 538,20
Voluptas, eam colentium Deus. 470,8
Voluptatis ſchema, idiotiſmus. 879,8
Voluptates, Dii peccantium. 470,8
Voluptatum auaritia. 468,22
Volutio anni in ſe. 779,14
Vocum alienarum ineptæ deriuationes Rabbinorum. 917,53. 918,3
Voti felicis injuria, ῥάπισμα *in manumißione datum.* 941,5
Vox Domini, tonitru. 830,36
Vrbanitas Apoſtolica. 426,41,49
Vranius, Cœleſtis. 238,39,42,43
Vrbanum in aliis, in Sacris vernile. 673,22
Vrbs, non vrbs illa. 245,31. 246, 12
Vrbs minor, municipium. 318,49
Vrbes maximæ, viris optimis infeſtæ. 287,20
Vrbis filius, πολίτης. 318,46
Vrbibus quare patroni dati præſules vel heroës. 408,9,10
Vrere & ſecare, diuerſa. 517,2
Vriel, Archangelus. 546,9
Vrim & Tummim. 420,19
Vrim, ἀλήθεια. 587,14,17
Vrnæ mortuorum. 217,29
Vrſus, omnium maxime brutus. 199,5
Vſque ad Moſen, εἰς τὸν Μωσῆν. 389,48
Vt, ὡς, *omitti Hebræis ſolitum.* 191, 31. 568,9,12,13,14,16
Vt prouerbium antiqui dicit. 703, 22
Vulnus nullum inſanabile. 164,32
Vultus & imago, τὸ ἀρχέτυπον, καὶ ἡ εἰκών. 589,23
Vultum accipere, σκυθρωπὸν γενέσθαι. 205,13
Vxor non vxor, concubina. 220,51
Vxor, pars familiæ & domina. 600, 43
Vxoris καλλωπισμὸς, *mariti obedientia.* 601,2,44
Vxores quomodo maritos olim compellarint. 601,9
Vxoribus quare nomina ab ædificiis & palatiis impoſita Hebræis. 711,11
Vxorii, ſerui. 600,50

X.

X*ylaloë, agallochum.* pag. 956. lin. 14. *ex India.* 957,2

Z.

Z*acharias Barachiæ, quiſnam.* pag. 75 lin. 6,9,11
Zonæ vſus apud veteres Gallos, caſtigandæ juuentuti. 765,5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

INDEX ORIENTALIS

vocum Hebraicarum, Chaldaicarum & Targumicarum, Rabbinicarum item, Talmudicarum, Syriacarum, aliarumque, quæ in Exercitationibus aut adducuntur aut illuſtrantur, in ordinem alphabeti redactus.

א

אבא. pag.718.lin.9
אבהו. 665,43
אבו. אדם בשר ודם. 541,24
אבובין. 43,38,39
אבור. 703,46,47,50
אבום. 139,48
אבות. 161,7
אביון. 578,25
אביורים. 350,34
אבל. 175,37
אבל יחיד. 102,51
אבן מרים. 551,42
אברים. 496,21
אברתא. 949,25
אב שדי בורא השמים והארץ 849,4
אגן. 213,19,20
אגר ואגרא. 98,8,9
אדון. 79,22. 601,22
אדון שמש. 714,12
אדוני. 79,23.601,8,15
אדות. 504,13
אדות תזונות. 136,47
אדם. 956,51
אדם בשר ודם. 541,24
אדמה. 914,32
אדע. 733,29
אדר. 765,32
אדרת שער. 35,4.765,17,26.766,44.767,5
אה״ אמר הפסוק. 63,27
אהיה. 630,31
אהל. 211,38
או. 576,22
אוב. 8,46
אוצרות. 51,10
אורגנוש. 8,34
אורב. 188,39
אור העולם. 26,9
אור & אור. 123,26
אורים. 587,14,17,22.597,37.38
אזוב. 951,30
אחד. 64,32
אחו. 310,45
אחר. 220,51
אחרון. 715,33
אחרי. 220,53.904.34
אחרית. 597,23,28
אחרת. 217,46.220,50
אין אדם שאין לו שעה. 751,42
אין דבר גדול מן האמונא 201,30
אין דוגמתו. 460,16
אין חקר. 444,45
אין לך דבר שאין לו גדר. 201,26
אוסטנים. 912,24,28
איסטרטיגין. 789,46
איש אל רעהו. 898,32
איש גבר. 541,26
איש נפרד. 247,29
איש מכאבות. 339,23
אישות. 339,19
אך. 38,13
אכזרא. 390,39
אכל. 778,36
אכן. 931,8,14
אל. 21,49.199,47
אל עליון. 564,36
אל אדות. 504,13
אליו תשמעון. 61,11
אל לבו. 733,12
אלא. 106,4,10. 422,17. 889,29
אלא אנא. 623,32
אלה. 577,28,29.710,15
אלהא. 706,11
אלהותא. 798,37
אלהים. 243,39. 386,9. 445,21. 446,27,28. 546,4,6. 924,23,24
אלהנא בסעדנא. 603,29
אלהי העולם הזה. 424.33
אלילים & אלהים. 564,35,36
אליל. 781,19.908,25
אלולים. 386,2. 564,36. 908,28
אלי אלי. 714,39
אללי חבל. 263,39
אלף. 941,30
אלפין. 776,29
אלפנא. 767,38
אלקבה. 953,43
אל תעצבו. 466,39
אם. 3,10
אם אין קמח אין תורה אם אין תורה אין קמח. 518,50
אמה. 950,23
אמונה. 47,43.518,10
אמן. 919,27
אמר. 63,25.153.45.167,21.362,6.703,23
אמר pro נאמר. 338,22. 470,47,48.535,42,47,51,53. 536,1. 539,26
אמר ווי. 848,21
אמר נביא. 846,19
אמת. 47,43,44.180,33. 213,53. 216,47. 218,22,30. 420,44. 850,42.853,32
אמת המים. 920,27
אנגלים. 230,45
אנוש אנש. 541,19,23
אנוש & איש. 541,26
אנשי ירושלם אנשי שחץ 287,30
אנשי מרום. 626,38
אנשי תמיד. 31,43
אנת אמרת, id eſt, אתה אומר 124,27,29
אסון מיד. 167,6,7
אסור לבתחלה. 225,51
אסימון. 167,8,9
אסירים. 314,5
אסף. 273,6
אף מן עממא. 921,49
אף הוא. 665,1,10,15
אפוד בד. 784.30,32
אפוד. 946,51
אפיקורום & פיקורים. 307,9
אפק. 48,3,4.51,25.128,47
אצילים. 796,3
אצלו. 731,32
אכ״ אמר קרא. 536,11
ארבה. 21,39,40,42
ארג. מעשהא ורגא. 946,5
ארגמן. 546,9
ארור. 446,40
ארך אפים. 185,40.463,53
ארמון. 711,7
ארמנון. 329,34
ארמנות. 128,42
אש״. 165,13
אשה זונה. 393,33
אשם. 563,33,34
אשנב. 238,48
אשפין. 8,23,38
אשפי קדם. 9,24
אשתא. 912,16
אשתעי. 857,38
את. 327,37
אתא שם. 417,21
אתה הוא. 665,16,18

ב

ב, & ל. 389,48
באברהם אבינו. 361,47
באגרתא. 380,12
באחרים הימים. 270,19
באין מוסר. 525,18
באי עולם. 846,51
באלהים ביהוה. 733,19
בארבה. 362,4
באר שבע. 769,9
באתר טמור בירת שכינתי 830,32
בגד. 312,20
בגזל. 478,31,33
בר. 784,29
ברוגמה. 491,41
בהו. 782,46
בהמה. 580,18
בהמית. 373,24
בהפלנא. 842,11
בוא. 753,9
בוז. 381,24
בום במה. 710,29
בורא. 339,19. 622,46. 849,4
בזכותא. 416,2
בהורים. 273,5
בחיקו. 181,20
בחיקי לותי. 181,22
בחם היום. 882,28
בחר בציון. 299,49
בטוי שפתים. 30,24
בטילאית. 111,39
בטילה שיחה. 174,11
בטרם. 511,40
ביר. 853,12,19
ביר רמה. 876,4
ביהוה. 733,19

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

בין טוב לבוש ובוש. 43,35
ביר נין. 718,20,21
בישין. 204,53
בושתא. 335,45
בית אלפנא. 767,38
בית האוצר. 51,9
בית הלל. 438,1
בית יהוה. 906,31
בית ולדא. 52,34
בית כבושתא. 906,30
בית מקדשא. 348,29
בית המקדש. 567,44
בית צלותא. 305,44
בית קודשא. 567,19
בית שבינתי. 830,32
בית שמאי. 438,1
בכה. 703,32.704,40
בכים. 703,33
בכל מקום. 378,43
בכנסיות. 94,15
בלאט. 295,1
בלבו. 57,26
בלי מגרעה. 64,13
בלעגי שפה. 402,30
במרה שאדם מורד מורדין לו 34,12
במה. 710,29
כמותם אין להם תקומה 322,7
במומרך. 213,25
במרומים. 66,44
במלך שאול. 362,6
במה vel, במה שאמר במש שכתב. 405,53
במשה. 389,48
במשפת הלשון. 667,43
בנבואה. 411,33
בנה. 466,13.711,13
בן דוד. 2,2
בן זקנים. 761,43
בן חורים. 903,21
בן הנכבד. 211,53
בן כבוד רבי. 848,43
בנים. 711,15
בני אדם. 37,18
בני אדם שהם מזיקים. 264,3
בני חורין. 903.35
בני מרינתא. 318.46
בני נשא. 848,14
בני רעמא. 831,10
בני שחץ. 287,32
בני תחיה. 71,3
בספר. 361,48
בסתר רעם. 830,31
בסר בשר. 707,38
בער. 882,8
בעין יפה. 65,35
בעיר. 199,4
בעל. 48.31.379.8,9
בעל דבבא. 291,17
בעלי. 379,9
בעל נפש. 373,20
בעל שמים. 714,13,17
בעל שער. 765,34
בעלתי לא בעלתי. 14,6,7
בער. 198,48,49
בעת. 891,46
בפורסום. 897,41
בפי יהוה. 4,52
בפרהסיא. 897,37
בצנעא. 897,38
בצע. 172,10.467,29,43
בקוביא. 465,12
בקרי. 173,44
בראשית בקדמון. 703,26
בר. 293,19
בראני. 662,32
ברה דאנשא. 121,44
ברוחו. 916,2,5
ברומא. 17,1
בריח. 709,35
בר חכים. 761,43
ברית מלח עולם. 115,17
ברך. 221,25.895,45.942, 40,46
ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם בורא פרי הגרפן 705,39
ברן. 295,1
ברת קלא. 291,3
בשר. 798,2
בשר בסר. 707,38
בשרו. 765.53
בת קול. 60,36.266,17. 291,2.830,37,47. 922,6,9,32,45,48
בתר. 171,5

ג

גאונים. pag.65. lin.37, 40,45
גאות. 35,39
גבאין. 62,41
גבה. 591,7.714,20
גבר איש. 541,26
גב. 152,32,46
גדול. 324,3.590,28.839, 34.935,35
גרף. 520,32
גוזא. 286,43
גויל. 527,38
גוע. 181,3
גור & דור. 335,28
גזל & עשק. 187,21,22,31
גזלן. 937,30
גוזם. 74,49
גזר. 344,4
גיא ההרגה. 85,41
גידין. 167,12
גיהנם. 275,51
גיסא. 937,35
גלגל. 592,15
גלה. 863,5
גלולים. 346,51
גלחים. 749,41
גלי. 863,5
גויל & גליון. 527,38
גלומה. 28,49
גן. 956,48
גנז. 51,9
גער. 104,3,4,5.& alibi.
געש. 103,46
גר. 786,50
גרים. 560,37.791,12. 906,13

ד

דאגה. pag. 561. lin. 45, 48,51
דאמר קרא דאק. 536,12
דבור וקול. 922,39
דבק. 959,46
דבר. 136,39.200,20.213, 53.416,21.509,11. 805,53.850,42.880, 49.910,22
דבר מלבות. 590,1
דברי הובה. 651,7
דבריך. 416,14
דבשא דברא. 21,37
דגלא. 110,36
דגלין. 110,37
דגמא בחירק. 460,17
דוגמא. 460,16.491,36
דול. 217,28
דומים החכמים בארץ למאורות בשמים. 699,14
דון. 605,41
דור. 180,14,15.335,25. 933,17
דור המבול. 606,8.626,39
דור המדבר. 390,19
דחולא. 562,6
דטיגמא דוטגמא. 282,5,6
די. 853,19,21
דיו לעבד לחוות כרבו. 40 31
דיתיקי דויתק. 282,26
דלי. 217,27
דמה. 200,20.453,3.874, 5,7,10
תמור. 98,50.873,38
דמותא. 874,11
דמעה. 269,13
דעת. 475,28
דקר. 954,50.955,26
דרך. 279,29.842,9
דרך בני אדם. 729,44
דרך גוזם. 74,49.842,9
דרך חל. 46,12
דרך הים. 53,34
דרך המלך. 590,2
דרך משל. 573,13
דרך נסתר. 665,37

ה

ה. pag.247.lin.4
הבהטית. 373,24
הגמון. 839,34.935,29
הגמונין. 935,33
הדיוט. 935,34,36
ההגמון הגדול. 839,34
הוא. 317,14.559,52.664, 19,28.665,1,10,28, 34,40.666,4.924, 23.957,16
הודה. 42,8
הודיע. 399,19,20.597, 35,36
הוה. 356,42.357,19
הו מלתא. 247,14
הון העולם. 180 35
הון. 667,35
הזה זה. 886,42
החיה. 151,46
החמורות שהן קשין כגידין 167,12
היוצר siue יוצר. 83,40,47, 48,50,52. 84,18,22, 24,34,40,48,49,52. 85,1,14,27.86.12,24, 26,40,41. 87,13,28. 88,8,22,35,37
היכלא. 789,41
הילילו. 704,46.707,41
הכהנים הלוים. 858,14
הלולים. 706,2
הלך. 883,25.753,9.175, 42
הלך על הארץ. 847,6
הלל. 306,17.705,52
הללו יה. 705,41.706,8,10
הלשון מחור מלבן וצח ובהור 933,17
המה. 103,46
המון. 275,2.317,19
המורה לצדקה. 270,10
המליך. 893,5
המשיח. 566,48
הן. 28,33
הן עבדו. 47,5
הנביא. 858,18
הסיר. 324,19
העלה. 576,26
העלים. 294,11
הפרחתי. 485,9
הקבה נקרא זה. 665,29
הק תקדש. 247,8
הקדשים. 346,50.347,13
הרה. 451,10,24
הרים. 61,44
הרמון ארמון. 711,7
הרם. 121,12,13.711,5
הררי. 35,15
השלים. 489,10

השם

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

השם הנכבד. 211,52.849, 47
התנאה. 712,23

ו

ו. pag.567.lin.22
וגו'. 14,31.23,48. 47,10. 136,8. 150,21. 360, 42. 533,27. 899,29. & alibi alias.
וו. 263,43
ולא עוד. 359,2
ועבד להן בתין. 6,9
וענתה בי צדקתי. 44,15

ז

זבוב. pag.48.lin.32,35
זבל. 17,46
זבן. 471,3
זה לשונם זה לשונו. 846,5
זוג לבושין. 40,12
זולל וסובא. 43,49.44,9
זונה. 393,33
זועה. 886,52
זופא זוף. 951,30
זיו. 848,53
זיו יקרא. 212,20
זיו שכינה. 212,20
זיווג. 512,28
ז״ל. 846,6
זמן ועדן. 259,52
זעפים. 204,51
זעק. 112,14.595,23
זקיפא. 875,31
זקף. 875,31.903,7
זר. 435,49
זרה. 388,2

ח

חבוט הקבר. pag.160.lin. 43
חבל. 263,35,39
חבל עלו. 263,40
חבלא. 390,40
חג. 805,43
חג הסכות. 836,15
חגב. 21,43
חדר. 906,19
חדש. 236,3
חווים. 227,31
חוף. 381,25
חומה. 145,4
חומר. 601,23
חומש. 854,23
חורום. 196,25.481,26. 684,19.903,21,35
חורפן. 277,28
חותם. 791,41
חזיז. 322,21
חזק. 21,47,580,29
חטאה. 897,8
חטיתא. 920,46
חי. 706,36
חירות. 106,25
חיה. 273,13.278,53.330, 4,5.907,32
חילא דהיכלא. 789,41
חילת קטיליא. 85,45
חכימין אשפין. 8,38
חלה. 912,18
חלילה לי. 59,11
חלם חלום. 627,17
חלף. 26,14.157,50.409, 28,32,33
חם. 882,28
חמדה. 376,31
חמורות. 167,12
חגא דמטליא. 836,28
חמל. 314,19.367,49
חמס. 62,16. 69,20,21. 324,18. 604,32
חמר. 773,33.805,17
חמשים אמה. 950,23
חמשים שנה. 335,33
חן. 713,51
חנכה. 908,51
חנף. 69,40.595,36.898, 20
חנק. 82,40.264,19
חסידה. 711,4
חס לך. 825,24
חסר. 578,20
חסרון. 578,32
חפץ. 781,10,11
חק. 344,5
חקל דמא. 85,46
חקק. 945,32
חקר. 444,53
חקת התורה. 380,22,23
חרם. 395,17
חרמה. 357,45
חרס. 711,1
חרק. 273,30
חרש. 51,38.247,39
חרתא. 424,1
חשב. 434,27

ט

טבח. pag.275.lin.48
טבל. 409,36
טוב. 43,35.364,3.752, 22. 952,30
טול קורה מבין עיניך. 34,24
טולא. 836,30
טורנס. 312,17
טלל. 213,22
טמין. 112,8
טמור. 830,32
טעה. 707,11
טעות. 756,20
טרם. 511,40
טרקלין. 867,43

י

יבא בימינו pag.320.lin.28
יבש. 114,47,48
יד. 853,13.876,4
ידא. 910,34
ידי משל. 573,11
ידע. 426,5.599,34.733, 29
יה. 705,41.706,8,10
יהוה. 243,40.665,3,8. 849,53.904,34.906, 51
יהוה אלהים אמת. 421,1
יהוה שמה. 464,36
יהיה מנון. 718,16
יום ויום. 31,50
יום טוב. 840,17
יון. 957,16
יום מולדת. 52,27
יום המלך. 52,29
יום מלכנו. 52,31
יום ערב שבת & יום ערב 127,3
יום פקדה. 599,8
יום תרועה. 77,38
יומים. 175,47
יוציא אפק. 48,3,4.51,25
יוצר. Vide היוצר.
יורש. 67,5
יושבין. 316,12
יותר. 919,39
יחיר. 102,49
יחיד יחודי. 762,2,8
יחל. 97,2,3. 320,23. 570,16
יחל להושיע: יחל העם לזנות 258,47
יחש. 143,32
ייו. 243,40. 413,16,46. 465,2.559,52
יכל. 107,50
ימות עולם. 369,18,21
יסורין. 339,19
יסי. 551,41
יען. 216,3
יען אשר. 352,19
יוצפא. 562,2
יצר הרע. 800,32
יצרא בישא. 594,13
יקע. 564,1
יקר. 79,27.813,23
יקרא. 465,2. 848,53. 849,44
ירך. 706,14
יש. 152,15
יש ויש. 421,17,19
ישב. 848,8,29
ישע. 562,18
ישוע. 417,3.551,41
ישו. 551,41.430,23,24
ית. 943,10

כ

כ. pag.191.lin.32
כ לאמת הדבר. 213,53.337, 5. 850,42
כיפא & כאפא. 864,31. 865,29.914,26
כאילו. 931,31
כאשר יאמר משל הקדמני 703,23
כ״ב יכול. 446,51
כבוד. 35,40.848,42.849, 44
כבוד רבי. 848,43
כבורים. 711,31
כבל. 481,39
כברה. 193,11,12
דא לחי. 358,39
כהן. 566,45
כהן הגדול. 839,30
כהן גדול. 935,35
כהנים. 858,15
כול. 841,39
כומרי. 749,42
כון. 896,10
כופר. 271,32,41,43,51, 53
כור. 375,41
כי אם. 339,19.889,24
כיון. 279,45
כיפא. 864,31.865,29
כל. 846,51
כל אבות. 461,15
כל יום. 31,49
כלאים. 428,11
כלה. 41,29.454,20.502, 12
מלא & כלה. 15,14.359, 43,44
כלולא. 750,33
כלי. 288,32,36.326,49. 591,18,19
כלי שאינו נגמר. 503,11
כלים. 327,47
כלמח. 502,44
כמוי נזר. 893,34
כמו שאמר. 535,47
כמו שאמר במלך שאול 362,6
כמרים. 711,27,33,41.871, 53.918,25
כמירין. 205,14
כנור. 947,42
כנושתא. 305,45.906,30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

.כנושתא דציון 679,11
.כנף 709,13
.כסיל 525,24
.כעת חיה 358,11,27
.כפר 792,15
.כפרים 877,2
.כפתר 102,10
.כראי 3,48
.כרוב 746,25
.כרוזא 441,28
.כריתה 359,39
.כרת 602,43
.כשאמר 535,51
.כתונת 946,12.961,30
.כתיב 650,42

ל

.ב, & ל pag.389.lin.48
.לא בכבוד 494,52
.לאט 295,2
.לא טעא 511,25,30
.לאל עליון 564,36
.לאמת 47,44
.לא תעשה 471,49
.לבדו 889,8
.לבו 381,25
.לבושין 40,12
.לבטח 320,17
.לבן 775,10,11
.לב עמק 457,22
.להקים שם המת 408,13
.לוז 537,46
.לוחא 945,37
.לותי 214,16
.לחוך 381,25
.לחי 358,32,39
.לחייך 358,38
.לחם 222,30
.לחם התטיד 31,5,40
.לחש 295,5
.לטים 295,2
.ליגיונין 81,22
.לידה 710,17
.לכתחלה 225,50
.למה הדבר דמה 200,20
.למועד הזה 886,42
.למות 912,21
.למכשול 59,31
.לנס 506,48
.לנצח 47,33.48,9,25.415, 38,45,48. .לאמת 48. 17
.לסטס 937,29,30,31
.לעלמין 415,53
.ליץ 525,15
.לקח 339,20. 848,2.931, 43,44
.לקצר 677,20
.לרגלי 42,30
.לריק 443,42

.לשוא 28,12,13
.לשוה 30,34
.לשון 846,5. 848,2.893, 33. 933,17.957,16
.לשון אש 267,49
.לשוקא 111,43,48
.לשטן 59,21,23,27,31, 50
.לשקר 28,11
.לתנות 577,5

ם

.מאחרי יהוה pag. 904. lin.34
.מאכלת 935,8
.מאמינים 780,30
.מאן 219,43
.מבאש 439,23
.מבול 606,8
.מביא 204,7
.מבכות 703,32,36. 704, 39
.מבת 200,3,4
.מגדל 178,6
.מגור 210,26
.מגושא 8,9
.מגלה 805,23. 853,14. 935,32
.ציון & סין & מדבר 777,50, 51
.מדה 793,27
.מדות 720,2
.מדרשות 677,5
.מהימנא 286,19.287,3
.מום 471,26
.מוסר 710,24,35,36
.מועד 886,42
.מוץ 40,34
.מורה 44,7.864,32
.מותא 390,27.830,50
.מותר לכתחלה 225,52
.מזיקים 264,1
.מזרחה 9,14
.מזרח השמש 9,1
.מחבלא 390,39
.מחבלנא 390,39
.מחוץ 111,45
.מחור 933,16,17
.מחזיר 906,20
.מחלקת 437,49
.מחנך 82,45,48. 263,14, 19.264,16
.מחסור 190,25
.מחר 860,23,24
.מטה 574,37
.מטל 910,18,44
.מטליא 836,28,29
.מיד 60,26
.מילה 927,12
.מימר 208,1. 242,26. 733,13,20

.מומר ווי 559,53
.מימרי 518,1
.מינים 307,11
.מיתה 339,19
.מכשול 59,31
.מכשפים 8,41
.מכתב 424,1
.מכתב פתוחי חותם 791, 40
.מל 200,7
.מלא 158,4. 297,13. 526, 24
.מלאים 175,28
.מלאך 439,25. 515,36. 739,44
.מלאך דמותא 830,50
.מלאך פניו 136,17
.מלאכא אכורא 390,39
.מלאכי השרת 281,42
.מלאכה 615,51
.מלבז 933,17
.מלה 288,44
.מלוח 53,16
.מלך & מלח 183,50
.מלך 366,32
.מלך מבאש 439,23
.מלך מלכא 221,43.293,6. 883,51. 884,3,4
.מלף 11,10,11
.מלא & מלתא 247,12
.ממון דשקר 180,25,34
.ממור 805,9
.ממללין 707,8
.ממצרים קראתי לבני 14, 25,26
.ממש 957,16
.מן שוקא 111,44
.מנון 718,15,16
.מנחה 10,10
.מנחם 139,10
.מסות 23,16.868,21
.מסית 91,53.92,2
.מעביר באש 918,25
.מעזים 121,2.506,23
.מעט 545,34.923,9
.מעיל 960,43
.מעיל אפוד 946,51
.מעיק 439,23
.מעל 563,49
מעלה עליונה בעבודת הבורא 622,46
.מעמד 432,33
.מענה 420,11
.מערה 958,1
.מעשה אורג 946,5
מעשה אשה זונה שלטת 393,33
.מעשה נס 166,22
.מפים 442,6
לא תעשא & מצות עשא 471,49,50

.מצוות
.מצולה 135,48
.מצרים מצרי 437,17
.מק 14,25
.מקדם 40,37
.מקומו 9,3
262,36
.מקות אנוש רמה 541,28
.מקרא קצר 54,42
.מקרה 725,12
.מראה 98,46
.מרגל 472,20
.מרגליין 277,29
.מרום 434,45
.מרט 238,24.941,17,23, 38
.מריא 417,3
.מרי 601,8
.מריא משיחא 603,19
.מרירי 184,15
.מרן 708,12
.מרן אתא 240,22
.מרתא 624,20
.משא 432,27. 539,12 910,16,43
.משגה 567,42
.משגע 105,39
.משוכה 177,20
.משוק 111,45
.משיח 339,12. 566,47. 574,49
.משיח לשון שר 893,32
.משיחא, 221,43.603,19. 942,19
.משכן בית אלפנא 767,38
.משכנא 848,14
.משל 237,3.573,11.703, 23
.משפחת האם 3,10
.משפט 727,8,9
.משרת 566,43
.מת 60,26.408,13
.מתים 272,19
.מתנקא 527,21
.מתרכין 37,48

נ

.נא pag.200.lin.9
.נאמן 47,45,46.249,12. 919,31
.נאמר Vide .נמר
.נאמר לה 359,3
נבא ברצון אהלהים ולא ידע .מ נבא 783,49
.נבואה 733,22
.נבט 278,32
.נביא 529,4.846,19.858, 18,28
.נבל 525,14
.נבלה 439,35,36
.נבער 199,3

נגמר

נגמר. 503,11
נגננו ולא רלגתם שרנו קינה
ולא קונבתם. 43,27
נגע. 149,46
נגף. 390,27,46
נגש. 202,47,48
נרבה. 55,21
נדר. 311,4.560,18
נוטר. 365,43
נון. 718,13
נום. 715,24
נוצר. 17,53
נושאי מנחה. 10,10
נזיר. 18,24.230,50.750, 35.791,31.893,34. 911,7
נזר. 230,49.750,32. 791,35.945,40
נחרצה. 359,37
נחש. 708,26,39
נחשים. 708,32
נחת. 431,24
נטר. 365,47
נין. 718,13,20
נכבד. השם הנכבד. 849,47
נכסתא. 595,19,20
נמוסא. 854,53
נס. 77,18,506,48
נסין. 868,31
נסיסין. 205,1
נסך. 527,9.769,35,37
נסע. 114,33.602,44,47
נכתר. 665,34,37
נסתר & סתר. 715,24
נעלם. 665,9
נעלמין. 294,11
נעצר. 322,13
נפלים, נפולים. 604,5,11. 606,33
נפל. 604,6,10
נפק. 129,11
נפש. 118,33
נפשי. 456,16
נפשת. 916,5
נצח. 47,33.48,17,18,24, 25.415,38,45,48
נצר. 18,2
נצרי. 230,49
נצרים. 749,44,750,23
נקם. 428,47
נר. 918,2
נר אבוקה. 238,16,17
נרדם. 157,51
נשא. 296,41.336,6.533, 7.673,4
נשה. 312,49
נשיא. 533,6
נתק. 149,43
נתתי משכני. 428,24

ס

סבא. pag.705. lin.21, 24
סבב. 387,46.501,10
סבה. 501,21
סבות. 501,10
סבר. 296,43.533,11.841, 46
סהר. 44,19
סובא. 43,49.44,9
סודר. 312,19.916,44. 917,51.918,6
סודרא. 312,23.917,48
סוך. 234,22
סומפניה. 8,33
סומך. 773,40,41
סוף. 335,36.597,25.818, 51
סופר. 51,15
סופרים. 650,35
סור. 219,24.888,4
סורר ומרה. 44,7
סטן. 896,49
סטנא. 778,43
ציון & סין. 777,50,51
סיף. 936,47
סכה. 835,51
סכות. 767,27,39
סכיבא. 935,9
סלק. 872,51
סמלא סמאל. 706,39
סמכא. 867,42
סמל. 706,31
סנהדרין. 93,32
סער. 412,39
סערה & סער. 190,35, 39
ספר. 857,20,37,39.591, 22,23.911,14
ספר מוסר. 710,37
סריסים. 286,8
סתר. 707,49.715,24
סתר נס. 715,24

ע

עבד. pag.6.lin.9
עא. עבדת אלילים. 386,3
עבד. 334,36.673,5
עבד מלכא. 883,51
עבד המלך. 884,3,9
עבדי. 672,38
עבדים. 516,7.539,4
עבודה. 622,46.881,37. 931,33
עבודה זרה. 301,3.388,4. 881,37.903,25
עברה. 776,32
עברא דרגלתא. 789,31
עד לא. 511,39
עדה. 62,19.438,5
עדות. 510,17.524,40
עוד אחת מעט. 923,9
עול תורה. 45,11
עולה. 576,35
עולם. 80,18,19.335,31. 533,2.847,17
עולם הבא. 272,43.358, 29.787,43
עולם הזה. 358,28.382, 44
עולם שאין לו סוף וקין. 335, 36
עוקר הרים. 61,23
שד & עז. 166,14
עוא על זה אמר. 535,53
עון על זה נאמר. 536,1
עז עבודה זרה. 881,37
עז. 166,17.506,23
עזאזל. 378,15
עזז. 345,16
עזר. 562,17
עיר. 713,11,25
עירים. 393,43
על. 910,25,34
על דרך גוזם. 74,49.842, 9
על דרך נסתר. 665,37
על ידי משל. 573,11
על ידא דאסף. 910,34
עלה vel עלא. 500,39,40, 45
עלז. 485,4
עלילות דברים. 500,50
עלים. 293,50.294,14
עלם העלים. 294,11
עלמא. 80,20.533,2.591, 32
עלמה. 294,31.449,38, 49
עם. 258,47
עם הארץ. 33,27.112,1
עמד. 409,36
עמוד. 514,30.515,15
עמוד עשחר. 515,16
עממא. 921,49
עמק. 457,22
עמנואל. 603,28,29
ענוה. 201,39
עני. 25,53.96,17.679, 17,20
עני ונכה רוח. 25,27,31
ענן אבק רגליו. 40,50
עצים. 950,32
עקב. 353,22.597,18
עקבות. 575,5
ערב השבת. 98,30
ערה. 805,31
ערך בגדים. 40,13
עשק. 187,19,27
עת. 891,33
עתיקים. 705,31

פ

פאר. pag.394.lin.12
פגים. 117,21
פה. 946,38
פול. 918,1
פחת. 182,5
פחד לילה. 110,42
פחד פתאם. 601,30
פטירת משה. 605,13
פים. 442,3.919,46
אפיקורים & פיקורים. 307, 8,9
פלא. 308,38,39
פלאי. 295,45.665,7
פלגה. 268,1
פלוני. 97,18.285,35.308, 42.527,28.539,35. 624,22.664,34.665, 32
פלני אלמני. 664,35.703, 18
פלנית. 624,18
פלסוף. 8,30
פנה. 159,44.888,8
פצחא & פסח. 705,51
פסוק. 818,53
פעל. 896,10
פסח pro פצחא. 705,51
פרהסיא. 806,43.897, 36
פריצים. 937,24.938, 13
פריש ית שמא. 943,10
פרכרגמא. 3,50
פרמקוס. 8,13
פרנס. 907,49
פרנוס. 907,49
פרס. 210,17,18
פרסום. 897,41
פרקליט. 621,35,39
פרשות & פרשה. 149,1. 819,7.821,15.899, 22
פשפש. 472,15
פשרא. 372,39
פתאם. 601,30
פתגם נבואה. 733,21
פתגמא. 805,53
פתגמיא. 141,15
פתוניא. 708,47
פתח תקוה. 416,44
פתי. 904,17
פתן. 708,23,44
פתר. 372,41.865,10,14
פתרון. 865,15

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

צ

צאתם. pag. 481. lin. 27
צבא. 884,4
צדקה & צדקא. 93, 44, 45, 48, 49. 218, 37. 559,33
צהוב. 773,38
צום הגדול. 324,3
צומא. 751,24
צופים. Vide צפים.
צח. 933,17
צידה. 158,49
ציים. 103,18,19,20
סין & צין. 777,50,51
ציצית. 749,21
צלחית. 79,12
צמח. 139,5,9
צפים. 11,5,8. 106,15

ק

קבל. pag. 207. lin. 38. 223,42. 517,29. 668, 29,30. 847,19. 848,2. 932,9
קבל קבלא. 207, 37. 668, 30
קבלה. 207,39. 932,10
קבע. 30,53
קבר. 166,51
קדוש. 805,21
קדשים. 346,50. 347,13
קדם. 703,15. 711, 27. 715,45
קדמון. 703,15
קדמני. 703, 19, 23, 24. 715,46,51
קהל. 275,3. 279,8
קוי. 240,17
קול. 830,36,47. 922,4, 6,9,32,39,45
קולו. 831,9
קום. 71,30
קורבנא. 567,9
קושטא. 218,37
קטב מרירי. 184,15,16
קטיגור. 621,36,40
קטילא. 85,45
קיום. 570,14
קיים הוא ווי. 559,52
קל. 709,43
קל וחומר. 601,23
קליל. 543,11
קללת אלהים. 446,16
קלף. 841, 44. 941, 24, 27
קלק. 766,38
קלקי. 766,38
קמץ. 21,39
קן. 94,48
קנא. 594,9
קנה. 952,30. 953,42
קנני. 662,27,43
קנין. 952,21
קץ. 335,36
קצק. 365,42
קצר. 54,42. 677,20
קרא. 14, 26. 536, 12. 819,1
קרבין. 906,22
קרבן. 54,50. 931, 21, 26, 31
קרואים. 69,5. 176,48
קרי. 173,44
קרי וכתיב. 650,42
קריאת שמע. 163,11
קריה. 913,11
קריתא. 913,20
קרע. 947,2
קרצין. 778,36
קשוט. 801,39
קשיטה. 277,28
קשין. 167,12
קשטא. 931,15

ר

ראה. pag. 60. lin. 26. 278,32,36. 328,40
ראה הארי. 528,3
ראים. 227,31
ראש. 248,24
רישון & ראש. 574, 41. 712, 27. 851, 37, 52. 852, 1. 920,10
רב. 590,16,28,34
רב לכם. 193,28
רבא. 286,40. 756,48
רבו. 895,43
רבולי. 413,21
רבוני. 601,8
רבוננא. 413,17
רבים. 590,34
רבים התורה. 590,32
רגל. 40,50. 316,15. 472, 19
רגלים. 85, 51. 143, 28. 882,53
רהומיותא. 318,30
רוחא דרחמין. 735,8
רוהה. 272,39
רוח. 25, 27, 31, 34. 401, 45, 49. 464,3. 798, 22. 916,2
רוח אלהים. 291,10
רוח נבואה דווי. 314,48
רוח הקדש. 137,37
רוחי הו מצליא. 401,50
רחום. 185,40
רחמיכם. 427,41
רחף. 861,36
שרט & רטש. 114, 19, 27
ריק. 443,42
ריש והגמון. 935,31
ריש סמכא. 867,42
רכיל. 778,36
רמה & רם. 541, 28. 876, 4
רנן. 452,32
רע. 800,32
רעי האליל. 908,25
רעים. 204,53
רעם. 366,24. 830,29
רעש. 307,2
רפאים. 604,15
רפת. 139,48
רצה. 381,48
רצים. 423,43
רקיע. 614,12
רקניא. 782,49

ש

שאין הבורא סבל המיתה ויסורין כי אם האושרת אשר לקח בעצמו. pag. 339. lin. 19
שאל. 194, 17, 38. 884, 38
שאלא. 607,2
שאנן. 517,52
שארית. 53,25
שאתה. 868,12,17
שבט. 574,15
שבע. 769,9
שבק. 848,14
שבר. 144,51
שבר בחומה. 145,4
שבשעת מיתת אדם ראא שכינה ומיד מת. 60,26
שבתאי. 279,42
עו & שר. 166,14
שדה צפים. 11,5
שדי. 849,4. 853,50
שה. 935,10
שוטה. 105,41
שוע. 112,15
שוק & שוקא. 111,41,44,
שור. 306,18
שחה. 573,41
שטץ & שחל. 287,33
שחר. 98,16,17. 515,16
שטיא. 105,40
לשטן & שטן. 59,27,31, 50. 896,49
שיחה בטילה. 48,53
שולה משיחא. 221,43
שיר חדש. 236,3
שיר עובר. 43,24
שכחו אלהא. 706,11
שכינא. 35, 43. 848, 16. 849,44. 862,3
סכה & שכינא. 835,51
שכינה. 60, 26. 62, 21. 137, 35, 40. 211, 31, 36. 234, 33. 428, 20. 786, 27, 45. 830, 28, 32
שכינת יקרא דווי. 465,2
שכינתי שריא. 234,36
שכך. 53,49
שכן. 94,50. 137,34. 234, 33. 848,29. 862,5
שכר. 215,52. 768,3
שלוחים. 423,44
שלוח. 499,38
שהיה שלוח ולא אלהים 924,23,24
שלוחא. 499,39
שלום. 187, 53. 473, 26
שלום לכם. 799,29
שלמים. 29,39,40
שליט. 756,49
שלטת. 393,33
שלטון מעיק. 439,23
שלטן. 35,30. 208,53
שליטא. 286,46
שלם. 584,47
שם אתא. 417,21
שם המפרש. 73,1
שם המקרה. 725,12
שם התאר. 724,43
שמא. 943,10
שומון. 865,8
שמיא. 872,43
שמם. 121,15
שמן ראש. 920,10
שמע. 170, 36. 847, 20
שמים. 614,15. 714, 13. 849,4
שמש. 714,12
שנאמר. 406,3
שני חלקים. 666,16
שנן. 52,42
שעירים. 756,25
שערי שאול. 58,53
שפל. 182,45
שפל רוח. 25,34. 464,3
שפר. 442,1
שפת הים. 96,5
שק. 766,18
שקוץ. 557,14
שקוץ שמם. 121,15
שקל. 80,53. 335,3
שקר. 28,11. 180,25,34. 346,37
שקוצי עינים. 469,19
שר. 158, 24. 601, 22. 893,32
שרה. 601,19

שרה

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

שרא. 234,35,36. 786, 28,44. 862,1,5
שרוך. 102,9
רטש & שרט. 114,27,28
שרה & שרי. 601,26
שרף. 535,27
שרפים. 758,35
שר צבא מלך. 884,4
שש. 775,7

ת

תא מריא ישוע. pag.417. lin.3
תאם. 864,41.914,18
תאמים. 927,8
תאר שם התאר. 724,43
תבת. 703,29
תהו. 385,52
תהום רבא. 182,6. 590, 28
תוהלת. 570,15
תוכחה. 910,13,44
תולעה. 275,49
תורה. 911,12
תושב. 786,49,50
תחיה. 70,51
תחת. 833,50
תבנית. 282,11
תמוז. 79,23
תם. 584,47.854,39
תמים. 29,29
תמיר. 31,4. & alibi.
תנא. 52,48.712,19,20
תנאה. 712,22
תנאין. 712,21
תנא. 577,28
תעה. 707,11
תעלה. 53,35
תפת. 86,18
תקומה. 70,51
תקופה. 752,13
תֿר: תהום רבא. 182,6
תֿר: תגו רבנן. 712,20
תרמה. 157,52. 288,24. 313,47. 627,20,23
תרומה. 55,21
תרועה. 947,44
תרעלה. 103,48
תרפים. 708,35
תשוקתך. 393,6

F I N I S.

AMICO LECTORI.

Singula cum relegere in tanta Operis mole nobis non vacaret, Operarum correctori, qui & Indices confecit, præcipuas earum mendas annotandas hic commiſimus, quaſdam & ipſi addidimus. Quarum (exceptis nonnullis quæ non magni ſunt momenti) grauiores hic habes. Cætera candidus lector per ſe vt emendet, rogamus. Vt & ſi quid in prioribus, præſertim Prolegomenis, quæ non relegimus, emendandum occurret.

ERRATA.

PAg. 6. lin. 13. *nonnulli.* ibid. 13. *obſtetrices.* 10.21. *ad Amos alibi.* ibid. 25. *ſed eminus.* ibid. 49. *Pethor, ſiue, Phatura.* ibid. illud, ψſ. 11. quod in margine, pag. ſequentis initio pone. 44, 22. *Origenes*, atque ita aliquoties. 51, 39. *in Chronicis.* 53, 22. τὸ ἄξιε αὐτοῦ. 71, 15. ἐν τοῖς οὐρανοῖς, *vt Marcus*, 94.49. *Pſal.* CIV. 96, 14. χεόμενος δέ. 104, 28. ῥήγνυνται δὲ οἱ ἀσκοί. 107, *legiones.* 108, 24. μηδὲ bis pro μήτε. 116, 21. ἑκατοντυπλασίονα. 136, 7. *ab ius factum.* 153, 43. *de quo nunc.* 164, 3. ſcribe, ψſ. 34. in margine. 169, 19. τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ. & ita paulo poſt. 175, 6. *vel* ὡς ἥκιστα. 194, 1. οὗ καὶ ὀρθῶς διορθωθέντα, *dicat.* ibid. 13. *Nathanaelem fuiſſe.* 215, 3. *Quorum.* 217, 10. ὀστράκινα. 231, 29. βαΐα. 236, 3. חרש. ibid. 13. *benoni aut pahul.* 239, 51. ἤδη ἡ θύρα. 242, 4. χιτών. 273, 7. *collegerunt.* 275, 18. *cap.* VII. ψſ. 9. in margine. ibid. 19. *In concione proto.* 278, 17. *Pſalmo* CV. 299, 29. *diſſenſio.* 303, 26. ἐξαποστέλλεται. 311, 5. *Vide ibid.* ψſ. 7. ibid. 15. *benoni aut pahul.* 317, 34. pone in margine ψſ. 25. quod poſtea dele. 319, 35. ποσόν. 328, 12. ἐπειδὴ. 334, 47. *Ieremiæ*, 32. 340, 45. *lactentem.* 345, 16. עז. 348, 4. ἱερουλία. ibid. 48. *vultus pallore.* 353, 23. in marg. ψſ. 2. repone. 368, 40. Εὐθυμεῖ. 370, 7. κοινωνήσων. 372, 49. ἐπίλυσιν. ibid. 50. καθὰ συνέκειλεν. 377, 6. καταισχυμμένου. 379, 30. ſcr. ψſ. 11. 390, 26. *Corah*, 17.14. 411, 52. *filiam.* 413, 50. προπικώτερον. 423, 6. ἡ ἐπίγειος. 425, 19. *Exod.* 38. 24. ſcribe. 428, 23. βδελύξεται. 429, 10. διά τι. ibid. 32. *duxiſſe.* 431, 25. in marg. ψſ. 22. ſcribe. 436, 19. μηδὲν ὑστερῇ. ibid. 43. ſcribe *cap.* XII. 14. 442, 26. εὐθέως οὐ. 457, 14. dele ψſ. 8. in margine. 465, 41. ſcribe, ψſ. 29. in margine. 469, 21. *Spectat.* 474, 32. *Expergiſcimini.* 473, 21. ὑποδησάμενοι. 479, 3. *cap.* I. 480, 10. *cebel.* 485, 49. *Paulum Seneca.* 489. ψſ. 19. 20. in margine. 491, 30. *ad Rom.* 7. ſcribe. 495, 12. ψηφίζειν. 503, 4. *quia priori ad Corinth.* 507, 1. *habeant, plane ſatis ac perſpicue; tamen.* 514, 23. *erat poſita, vel natura: quæ.* 524, 43. Pſalmo CXIX ſcribe. 525, 43. ψſ. 5. in margine. 534, 35. *de ſecundo non de primo.* 537, 9. *Meletianos.* 538, 44. εἰς διαβολάς. 549, 37. μιμνήσκεται. ibid. 51. Ἔργα πατῶν. 559, 24. προσωπολήπτης. 564, 24. *Ibi quippe* 10 *verſu.* 569, 39. Καὶ οὐκ ἔσχισθη. 570, 53. μετέθηκεν. 581, 33. τοῦ Τιμόθεον. 585, 51. κατιομένου. 593, 11. *Pſalmo* LXII. 4. 598, 16. adde, ἀπειθοῦσι δέ. 603, 19. ἀγνάσσει. 605, 53. *in Metaphraſi Chaldæa, quæ &c.* 613, 37. dele *& Marcum.* 628, 31. οὐκ ἐνδιαθήκοις. 629, 18. ἐν ταῖς ἀγάπαις αὐτῶν. ibid. ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν. 645, 31. *de ſeptuageſimo ſeptimo.* 649, 30. *Philoſophice Grammatica.* 654, 30. *ſumus.* 677, 20. לקצר. 678, 1. *reperitur.* 684, 4. ἀπεχθείας. 688, 4. *Aëtianis.* 711, 18. *decimo & ſexto.* 736, 29. Κάμινοι. 740, 8. αὐτοπάραχθεν. 751, 6. *comm.* 3. 752, 51. ſcribe ψſ. 12. in marg. 759, 7. *ac miras.* 762, 42. ἅτε θερμούς. & paulo ante *cap.* IV. in marg. 765, 39. ὀσφύϊ, vt & paulo poſt. 769, 51. ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ. 777, 3. ἰχθύας. ibid. 45. cum ἐρήμῳ Ζίν. 784, 8. *alibi autem.* 787, 47. *Dominus Diabolus mundi.* 795, 7. *de ſignificationibus ac ſignificatis.* ibid. 41. שלח. 798, 35. προσσυμβεβηκότα. 802, 49. ſcribe, *commate.* 13. 805, 40. *in hiſtoria.* ibid. *Illud quoque.* 820, 49. *& abduxerunt ſexag.* omiſſo illo, *in prætorium.* 827, 2. חומם *ſuum.* 830, 32. *domus maieſtatis.* 833, 36. Εὑρήκαμεν. 836, 38. *cap.* V. ψſ. 2. ibid. paulo poſt, *cap.* XXIV. ψſ. 30. 837, 8. ἐν αὐτῷ. ibid. 19. *tempore.* 846, 13. *Tale eſt verſu* 9. 848, 43. כבוד. 849, 4. בורא השמים. ibid. 51. Δόξης. 852, 4. θήσουσιν αὐτοῖς. 859, 39. *vocatus Nathanaël.* 867, 45. *capite primo,* καὶ. 876, 1. θεημάχον ἄν. 877, 37. ἐκ πατρὸς αὐτοῦ. 884, 9. *Regis Babylonii.* 892, 53. deleantur illa, δόξα, *de cruce*, vſque ad illa, *Locus ille.* 896, 20. ἐκεῖνῳ. 905, 2. pone illud in marg. ψſ. 44. paulo inferius. 906, 14. dele interrogat. notam. 914, 32. *quia* ארמה *terram denotat.* 918, 40. dele illa, *vnctionem poſt cœnam*, vſque ad illa, τὸ πιστόν. 927, 43. *ille facit.* 930, 46. illa in marg. *cap.* XVI. ψſ. 1. altius ponantur. 931, 15. בקשטא. 933, 50. τῇ δόξῃ. 936. 31. λῃστῆρα. 943, 18. ὀφείλει, & ſic ibidem 30. 945, 20. *decimo nono.* ibid. pone ψſ. 19. in marg. 947, 8. *ſubierit.* 948. 5. dele illa, *pro* προσιδεῖν in lemmate, vſque ad κάλαμος. 953, 21. δύρσον τοῦ. 955, 52. καλάμινοι. 959, 24. δύο χριστοῖο. ibid. 53. *ſed &* προσκυνῆσαι. In lemmatibus alibi delenda quædam per ſe quiuis videbit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1

Res.A.Rapp.
2064*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 1